

יהוה
INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER FVNDATA MDCCCVII
GIFT
FROM THE LIBRARY
OF
PROF. E. C. SMYTH, D. D.
Ps. CXIX
169.
JOH. XVII.
17.
ΑΚΡΟΓΩΝΙ
ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

Prof. Smyth

CHRISTIANI GOTTL. WILKII

# CLAVIS NOVI TESTAMENTI

## PHILOLOGICA

USIBUS SCHOLARUM ET IUVENUM THEOLOGIAE STUDIOSORUM

ACCOMMODATA.

QUEM LIBRUM SECUNDA ATQUE HAC TERTIA EDITIONE ITA CASTIGAVIT ET EMENDAVIT UT NOVUM OPUS HABERI POSSIT


CAROL. LUDOV. WILIBALDUS GRIMM

THEOL. ET PHILOS. DOCTOR SERENISSIMO MAGNO DUCI SAXONIAE A CONSILIIS ECCLESIASTICIS THEOLOGIAE IN ACADEMIA JENENSI PROFESSOR.



LIPSIAE,

IN LIBRARIA ARNOLDIANA.

MDCCCLXXIX.

# LEXICON

# GRAECO-LATINUM

IN

## LIBROS NOVI TESTAMENTI

AUCTORE

**CAROLO LUDOV. WILIBALDO GRIMM**

THEOL. ET PHILOS. DOCTORE SERENISSIMO MAGNO DUCI SAXONIAE A CONSILIIS ECCLESIASTICIS THEOLOGIAE IN ACADEMIA JENENSI PROFESSORE.

EDITIO SECUNDA EMENDATA ET AUCTA.

---

LIPSIAE,

IN LIBRARIA ARNOLDIANA.

MDCCCLXXIX.

LIPSIAE, IMPR. HUNDERTSTUND & PRIES.

VIRO SUMME VENERABILI

# OTTONI FRIDOLINO FRITZSCHIO

THEOLOGIAE DOCTORI ET IN UNIVERSITATE TIGURINA PROFESSORI ORDINARIO

FIDISSIMO AMICO

HUNC LIBRUM

D. D. D.

CAROL. LUDOV. WILIBALDUS GRIMM.

E

# PRAEFATIONE

## PRIMAE EDITIONIS.

Quum divenditis omnibus „Clavis Novi Testamenti philologicae“ in usus scholarum et juvenum sacrarum litterarum studiosorum a Chr. G. Wilkio († anno 1856) olim confectae exemplaribus vir honestissimus, Adolphus Hoffmannus, Arnoldianae librariae, quae Lipsiae est, eam clavem venumdantis haeres, a me peteret, ut nova eum librum editione emendarem nostrique aevi rationibus et commodis accommodarem, aliquantum quidem dubitavi, num vires meae et facultates negotio pares essent; tum addito haesitanti ab amicis quibusdam animo bibliopolae precibus cedendum putavi. Sed manibus peragendo operi admotis satis intelligere coepi, quam arduum, diutinum molestiarumque ac taedii plenum laborem in me suscepissem. Ad eximias enim, quibus cujusque lexici concinnandi negotium implicatur, difficultates, quas non temere significare solent illo „quem dii oderunt, lexicographum fecerunt“, accedebat incredibilis negligentia et incuria, qua Wilkius librum conscripserat, quem librum antea non meo usu, sed solum e judicum satis probatorum publicis reprehensionibus cognoveram. Quo factum est, ut satis mox perspicerem neque librarii mercatoris voluntati atque emolumento neque juvenum theologiae studiosorum commodis me inservire posse, nisi librum fere novum componerem Wilkiumque paene totum in Wilkio delerem nec exceptis brevissimis quibusdam vocum ad intelligendum facillimarum explicationibus, quas intactas relinqui posse vidi, quicquam ab illo meum facerem nisi sequendas plerasque condendi lexici leges, quas sibi scripserat optimas, plerumque autem turpissime neglexerat, unde novo libro alterum titulum praefixi, quo meam in eo conficiendo operam significarem rectiusque ei meum quam Wilkii nomen inscribi indicarem. Sed jam accuratius instituti mei ratio reddenda est. Eodem modo ac Wilkius, ut ejus verbis (p. XIV) utar, „librum condere decreveram, qui juvenibus lectione N. Ti. occupatis omnia, quae in eo quaerant, ad reserandum sensum scriptorum sacrorum apta ac neces-

saria recte in partes distributa atque commodo ac facili ordine disposita suppeditaret, qui non eos obrueret observationum farragine, sed apparatum vocum proponeret facili negotio perlustrandum.“ Ut quam plurimorum necessitatibus inservirem, N. Ti. conformationes ab Elzeviriis (ex editione eorum prima, quae Lugduni Batav. prodiit, sumtibus societatis bibliophilorum britannicae Coloniae Agrippinae MDCCCLVI denuo typis expressa), Griesbachio, Lachmanno, Tischendorfio (ex editione minore anni MDCCCLIX) exhibitas secutus sum, certo confisus, librum meum his textus formis adaptatum omnium quoque aliarum, quae nunc in manibus esse soleant, editionum usui consentaneum fore. — Brevitati non minus intentus fui quam perspicuitati maxime in logico et historico ordine, quo in discernendis, enumerandis, disponendis vocum notionibus versari studebam. Graeca vocabula, quantum quidem potui, pure latinis reddidi neque tamen si quae in barbara latinitate vocabula suppetebant, quibus graeca de verbo exprimerentur, reformidanda censui; cf. *βδέλυγμα, abominamentum* (Tertull.); *ἐμμένω, immaneo* (Augustin.); *ἐποικοδομέω, superaedifico* (Vulg.); *ἐπιφάνεια, apparentia* (Tertull.); *συνδοξάζω, conglorifico* (Vulg.); *συζωοποιῶ, convivifico* (Vulg.) al.; sed talibus verbis interpretationem purius latinam addere nunquam neglexi. Omnino latinae translationis, quae Vulgata dicitur, longe saepius rationem habui quam qui ante me lexica N. Ti. adornaverunt. Ubi rei natura, inprimis hebraeae dictionis imitatio in N. To. non rara, postulabat, uberius LXX interpretum et apocryphorum V. Ti. librorum dicendi usum contuli; ubi autem satis esse videbatur, initio interpretationis graecarum vocum, certis V. Ti. locis non memoratis, simpliciter notavi, quaenam iis hebraeae voces respondeant. Profanorum qui dici solent scriptorum graecitatem quod attinet, a plerisque Wahlio laudi vertitur, quod diligentius eam et uberius quam Bretschneiderus cum dictione N. Ti. comparaverit. Sed Wahlius hac in re certam legem et regulam non secutus est nec raro notissimis verbis, quae omnibus graecae linguae aetatibus obveniunt ac jam a primis tironibus discuntur, hunc illumve locum e Xenophonte, Diodoro, Aelian. al. apposuit (ita, ut ex innumeris exemplis paucissima eligamus, singulos e Xen. et Polyb. locos ad vocem *ἵππος*, e Polyb. et Diod. ad *λέων*, e Xen. et Demosth. ad *πέμπτος* adscripsit), quasi praeterea non haberentur, ut rerum imperiti ex Wahlii clavi discere nequeant, quaenam vera inter profanorum et N. Ti. scriptorum dictionem ratio intercedat. Equidem ne quid hac in causa lucis deesset, inde a cujus scriptoris tempore aut apud quodnam scriptorum genus vocabulum, de quo agitur, obveniat simpliciter notare nec nisi insolentioribus vocibus vocumque significationibus vel structuris locos scriptorum, quibus reperiantur, adscribere eamque ad rem Stephani thesaurum ab Hasio et Dindorfio editum valdeque locupletatum pariter atque Passovii graecarum vocum indicem a Rostio et ejus sociis eximie emendatum et auctum certissimos duces sequi consultissimum duxi. Ceterum non pauca, maxime

e Philone, Josepho, patribus apostolicis al. allata meae ipsius lectioni debentur. — *Particulas* uberius et accuratius quam Bretschneiderus, brevius et ad celeriorem significationum conspectum commodius quam Wahlius exposui. — Praeeunte Bretschneidero ab inepto lexicographorum N. Ti. more cuique verbo formam futuri I adscribendi (etiam eorum verborum, quorum hanc temporis formam apud ullum scriptorem exstare demonstrari nequit) me abstinui; recensui autem *omnes* in N. To. obvias, tum vulgares tum a communi lege et usu recedentes temporum ac si opus videbatur etiam modorum formas nec nisi primis libri plagulis imperfecti temporis formas, quae nihil abnorme habent, indicare omisi. — Non exiguam operam studiumque in explicanda ea vocabula contuli, quibus dogmaticae notiones exprimuntur, ut *βασιλεία τοῦ θεοῦ, δίκαιος, δικαιοσύνη, δικαιόω, δόξα, ἐλπίς, ζωή, κόσμος, πίστις, πνεῦμα, σοφία, σώζω, σωτηρία, υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, υἱ. τοῦ θεοῦ* al., numquam tamen ita, ut in campum excurrerem fines *philologici* lexici excedentem. Ut autem dogmatica provincia non competit philologici lexici auctori, ita etiam ab ejus munere arcenda sunt omnia, quae exponere *grammatici* praeceptoris et *interpretis* est. Etsi enim non exiguum obscuriorum locorum numerum succincte quidem sed, ut mihi videor, perspicue explicavi (ad unum exemplum loci Phil. 2, 6 s. provocare liceat in voce *μορφή*), tamen minime rationes, quibus eae interpretationes firmantur aut aliorum explicationes refelluntur, addidi, sed lectores, qui de his locis accuratius edoceri velint, commentariorum auctores, qui rem optime expedire mihi videntur, inprimis C. F. A. Fritzschium, Meyerum et ejus socios, de Wettium, Bleekium, Tholuccium, Philippium, Ewaldum, Delitzschium al., aut grammaticos, velut Godofr. Hermannum, Buttmannos, Matthiaeum, Kühnerum, Krügerum, Rostium, Winerum al. consulere jussi.

JENAE, d. XXIV mensis Octobr. 1867.

**Wilib. Grimm.**

# PRAEFATIO

## IN SECUNDAM EDITIONEM.

Divenditis MMD hujus operis exemplis quum novae editionis parandae necessitas imponeretur, nihil eorum, quibus librum necessitatibus utentium felicius accommodarem, negligendum putavi. Itaque non solum menda in notandis scriptorum locis obvia correxi, alia quae minus necessaria videbantur expunxi, alia, quae post priorem editionem aut ab aliis aut a me ipso rectius cognita sunt, suis quaeque locis inserui, sed etiam has voces vel vocum formas, *ἄγγος, Ἀδμείν, ἀλεείς, ἀνακυλίω, ἀποδεκατεύω, Ἀρνεί, Ἀσάφ, ἀφυστερέω, Βηθζαθά, βιβλιδάριον, Γαλλία, δηλαυγῶς, διερμηνεία, δισμυριάς, ἐμμέσῳ, εἶτεν, ἐκζήτησις, ἐκθαυμάζω, ἐμπιπράω, ἐξουθενόω, ἐπάρχιος, Ζμύρνα, Ἰωβήδ, Ἰωδά, καταγράφω, καυστηριάζω, κεφαλιόω, κυλισμός, μασθός, μύλινος, ὄρνιξ, πανδοκεύς, πανδοκίον, παρεμβάλλω, περιῤῥαίνω, πρώτως, σειρός* et *σιρός, σιρικός, σφυρίς, σφυδρόν, Τίτιος, φιμίζω*, quarum aliae, etsi in Lachmanni et olim etiam in Tischendorfii editionibus legebantur, tamen religiosam diligentiam meam fugerant, aliae eaedemque plurimae nuper demum a Tischendorfio (in edit. critica VIII) et Tregellesio in textum, qui dicitur, receptae sunt, interpretatus sum. — In respiciendo *vulgato* s. *recepto* qui dicitur *textu* etiam nunc editionem, quae ab anglica bibliophilorum societate divulgatur, secutus sum propterea quod, etsi neutiquam, quod qui typis eam excudendam curaverunt, perhibent, elzevirianum exemplum anni 1624 omni ex parte exprimit (id quod Carol. Bertheau, Hamburgensis, luculenter probavit in Theolog. Literaturzeitung, 1877, Nr. 5), textum tamen praebet nullo nostra aetate vulgatiorem.

JENAE, die I Novembr. 1878. **Gr.**

## Explicatio potiorum compendiorum scriptionis.

Stellula (*) explicatis vocabulis postposita locos N. Ti., in quibus ea vocabula legantur, ad unum omnes a nobis notatos esse indicat.

ℵ = codex sinaiticus. — A = cod. alexandrinus. — B = cod. vaticanus. — C = cod. Ephraemi palimpsestus. — Δ = cod. sangallensis sec. IX. — L = cod. parisiensis sec. VIII. —

add. = addito, additis, additur.

dic. = dicitur, dicuntur.

ex adj. = ex adjuncto s. ex adjunctis.

*Grsb.* = Griesbachii N. T. (Ed. II. Hal. et Lond. 1796—1806. 2 Voll.)

Inscrr = Inscriptiones.

*Lchm.* = Lachmanni N. T.

metaph. = metaphorice.

opp. = opponitur.

pr. et propr. = proprie.

*Tdf.* = Tischendorfii N. T. ed. VIII. critica major (2 Voll. Lips. 1869 — 72) et edit. IV. stereotypa. (Lips. ex offic. Bern. Tauchnitz 1876).

*Trg.* = The greek New Testam. edited from ancient authorities — — by S. P. Tregelles. Lond. (1870 —1875). 4⁰.

t. vulg. = textus vulgatus.

vb. = verbum.

vb. dep. s. depon. = verbum deponens.

Vulg. = translatio bibliorum latina, quae dicitur *Vulgata*. (ed. L. van Ess. Tubing. 1824 et 22. 3 Tomi.)

# LIBRI,

## quorum titulos sive solis auctorum nominibus s. brevioribus formulis significavimus.

Anth. = Anthologia.

Bnhdy = Bernhardy Wissenschaftl. Syntax d. griech. Sprache. Berl. 1829.

Bttm. = Philipp Buttmann griechische Grammatik. 20. Aufl. Berl. 1858.

Bttm. Gr. max. = Ejusdem Ausführl. griechische Sprachlehre. 2. Aufl. 2 Bde. Berl. 1830—39.

Bttm. ntl. Gr. = Alexander Buttmann Grammatik des neutestamentl. Sprachgebrauchs. Berl. 1859, quem librum ab ipso auctore emendatum et locupletatum in anglicam linguam vertit H. Thayer Andover [Americae septentr.] 1873.

Curtius Grundzüge der griechischen Etymologie. 2. Aufl. Leipz. 1866.

Geop. = Geoponica.

Gesenii Thesaurus philol. criticus linguae hebraeae et chaldaeae. IV Tomi. Lips. 1829—58. 4.

Göttling Lehre vom Accent d. griech. Sprache. 3. Aufl. Jena 1835.

Hdt. = Herodotus.

Hdian. = Herodianus.

Herm. ad Vig. s. Vig. ed. Herm. = Vigeri de praecipuis graecae dictionis idiotismis liber c. animadversionibus - - Godofr. Hermanni. Ed. 4. Lips. 1834.

Herzog Enc. = Herzog Realencyklopädie für protestant. Theologie und Kirche. Hamb. (u. Gotha) 1854 —64. 18 Voll.

Keim Geschichte Jesu von Nazara. Zürich 1867—72. 3 Voll.

Klotz ad Dev. = Devarii liber de graecae linguae particulis. Ed. Reinh. Klotz. 2 Voll. 1835—42.

Krüger Griechische Sprachlehre. 3. Aufl. Berl. 1852—59. 2 Tomi.

Kühner Ausführl. Grammatik der griech. Sprache. 2. Aufl. Hannov. 1869—72. 2 Tomi.

Kypke Observationes sacrae in N. T. libros. 2. Tomi. Wratisl. 1755.

Lexx. = Graeci lexicographi.

Lob. ad Phryn. = Phrynichi Eclogae ed. *Lobeck*. Lips. 1820.

K. H. Adlb. Lipsius Grammatische Untersuchungen üb. die biblische Gräcität, hrsgg. v. R. A. Lipsius. Ueb. die Lesezeichen. Lpz. 1863.

Matthiae Ausführl. griechische Grammatik. 3 Thle. Lpz. 1833.

Mullach Grammatik der griechischen Vulgärsprache. Berl. 1856.

Pape Griechisch-deutsches Handwörterbuch. 2. Aufl. 3 Bde. Braunschw. 1849—50.

Passow Handwörterbuch der griechischen Sprache, begründet von Franz Passow, neu bearbeitet von Rost, Palm, Kreussler, Keil, Peter und Benseler. Des ursprünglichen Werkes 5. Aufl. 2 Bde. Lpz. 1841—57.

Poll. = Pollux.

Raumer Palästina. 3. Aufl. Lpz. 1850.

Riehm HWB. = Riehm Handwörterbuch des biblischen Altertums. Bielefeld u. Lpz. 1875 ff.

Robinson Palästina u. die südlich angrenzenden Länder. Tagebuch einer Reise im J. 1838. 3 Bde. Halle 1841—42. — Ejusdem auctoris Neuere biblische Forschungen in Palästina. (Tagebuch einer Reise im Jahre 1852.) Berl. 1857.

Rost Griechische Grammatik. 5. Aufl. Gött. 1836.

Schenkel BL. = Schenkel Bibellexikon. Lpz. 1869—75. 5 Voll.

Schleusneri Novus thesaurus philologico-criticus s. lexicon in LXX et reliquos interpretes graecos ac scriptores apocryphos Lips. 1820—21. 5 Tomi.

Schürer Lehrbuch der neutestamentl. Zeitgeschichte. Lpz. 1874.

Stephani Thesaurus graecae linguae, tertio ediderunt Carol. Ben. Hase, Lud. de Sinner, Th. Fix, Guil. et Ludov. Dindorf. VIII Voll. Paris 1831—62. fol.

Sturz de dialecto macedonica et alexandrina. Lips. 1808.

Tittmann de synonymis in N. T. Lips. 1829.

Tragg. = tragici Graecorum poetae.

Trench Synonyms of the N. T. Edit. 8. Lond. 1876.

Wahl Clavis librorum Vet. Ti. apocryphorum. Lips. 1853.

Weiss Lehrbuch der bibl. Theologie des N. T. 2. Aufl. Berl. 1873.

Win. = Winer Grammatik des neutestl. Sprachidioms. 6. Aufl. Lpz. 1855.

Win. RWB. = Winer Biblisches Realwörterbuch.

Win. vb. comp. = Winer de verborum cum praepositionibus compositorum in N. T. usu. 5 Progrr. Lips. 1834—42. q.

# A.

*A*, *α*, *ἄλφα*, *τό*, alphabeti graeci littera prima, agmen aperiens, quod claudit littera *ω*. Hinc dictio *ἐγώ εἰμι τὸ ἄ καὶ τὸ ὦ*, Ap. 1, 8 et t. vulg. vs. 11, quae verbis explicatur adjectis *ἀρχὴ καὶ τέλος*, 21, 6, et insuper additis *ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος*, 22, 13. Ad sententiam dictionis cf. 11, 17. Jes. 41, 4. 44, 6. 48, 12. — A, ubi syllaba inseparabilis vocibus praefigitur, est 1) *privativum* (*στερητικόν*), ut Latinorum *in*, Germanorum *un*, notioni vocis, cui praefigitur, negandae inserviens, cf. *ἀβαρής*; vel id quod ei contrarium est, significans, cf. *ἄτιμος*, *ἀτιμόω*; ante vocales plerumque *ἀν*, v. *ἀναίτιος*. 2) *copulativum* (*ἀθροιστικόν*), cognatum particulae *ἅμα*, communitatem et consortium indicans, ut in *ἀδελφός*, *ἀκόλουθος*. Inde 3) *intensivum* (*ἐπιτατικόν*), illud quidem a multis nunc addubitatum vel negatum, ut latinum *con* in compositionibus, notionum vim intendens; v. *ἀσπάζομαι*, *ἀτενίζω* ab *ἀτενής*. Cf. *Kühner* I, p. 741. *Bttm.* Gr. p. 328.

*Ἀαρών*, nom. propr. indecl. (*ὁ Ἀαρών*, *ῶνος* apud Josephum), אַהֲרֹן (a radice אָהַר, apud Hebr. non obvia [Syr. ܐܗܪܐ; *libidinosus*, *lascivus*], Philone ebriet. §. 32. interprete ab הַר, mons, = *ὀρεινός*), *Aaron*, frater Mosis, primus Israelitarum summus sacerdos totiusque sacerdotalis generis auctor; Lc. 1, 5. Act. 7, 40. Heb. 5, 4. 7, 11. 9, 4.*

*Ἀβαδδών*, indecl., אֲבַדּוֹן, 1) *perditio*, *interitus* (ab אָבַד, *periit*); Job. 31, 12. 2) *locus perditionis*, i. q. *orcus*, junct. c. שְׁאוֹל Job. 26, 6. Prov. 15, 11. 3) ut nomen proprium angelo inferorum praefecto, mortis ministro, stragem in terris efficienti, tribuitur et graece redditur *ἀπολλύων*, *perditor*, Ap. 9, 11.*

*ἀβαρής*, *ές* (*βάρος*, onus), *sine pondere*, *levis*; trop. *non molestus*; *ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα*, cavi, ne sumtuum in me faciendorum onus vobis imponerem, 2 Co. 11, 9. Cf. 1 Th. 2, 9 coll. vs. 6. (inde ab Aristot.)*

*Ἀββᾶ*, hebr. אָב, *pater*, chaldaice ad eam nominum formam effictum, quae statum emphaticum indicat, אַבָּא i. e. *ὁ πατήρ*, compellatio dei in precibus solennis. Quoties in N. T. obvenit (Mc. 14, 36. Ro. 8, 15. Gal. 4, 6), adjunctam habet interpretationem graecam, ut videtur, inde explicandam, quod chald. אַבָּא frequentissimo in precibus usu paullatim sanctissimi nominis proprii naturam induerat, cui graecienses Judaei e sua lingua appellativum nomen adderent.

*Ἄβελ*, nom. propr. indecl. (ap. Jos. *Ἄβελος*, *ου*), הֶבֶל (halitus, vanum), *Abel*, filius Adami natu secundus (Gen. 4, 2 ss.), a vitae brevitate celerique interitu ita dictus (Job. 7, 16. Ps. 39, 6); Mt. 23, 35. Lc. 11, 51. Heb. 11, 4. 12, 24.*

*Ἀβιά*, nom. propr. indecl. (Jos. antt. 6, 14, 6 *ὁ Ἀβίας*, *α*), אֲבִיָּה et אֲבִיָּהוּ (cujus pater Jehova est), *Abia*, 1) rex Judae, filius Rehabeami, Mt. 1, 7 (1 Reg. 14, 31. 15, 1). 2) sacerdos, primarius sacerdotalis familiae, a quo, quum Davides rex sacerdotes in 24 classes distribueret (1 Chr. 24, 10), classis *Abia*, octavum locum sortita, denominata est; Lc. 1, 5.*

*Ἀβιάθαρ*, nom. propr. indecl. (ap. Jos. antt. 6. 14, 6 *Ἀβιάθαρος*, *ου*), אֶבְיָתָר (pater abundantiae), summus quidam Hebraeorum sacerdos; Mc. 2, 26., quo loco per memoriae lapsum cum Achimelecho, patre suo, confunditur (1 Sam. 21, 2 ss.).

*Ἀβιληνή*, *ῆς*, *ἡ* (scil. *χώρα*, regio ad Abilam urbem pertinens), *Abilene*, nomen regionis Libanum inter et Hermonem versus Phoeniciam sitae, distantis milliariis XVIII ab urbe Damasco et XXXVII ab Heliopoli; Lc. 3, 1. Cf. vocem *Λυσανίας*.

*Ἀβιούδ*, *ὁ*, nom. propr. indecl., אֲבִיהוּד (pater Judaeorum), filius Sorobabelis, Mt. 1, 13.

*Ἀβραάμ*, (ap. Jos. *Ἄβραμος*, *ου*), אַבְרָהָם (pater multitudinis populorum, cf. Gen. 17, 5), *Abrahamus*, celeberrimus israeliticae gentis auctor, Mt. 1, 1 s. 22, 32. Lc. 19, 9. Jo. 8, 33. Act. 3, 25. Heb. 7, 1 ss. ac saepius. Laudatur a Paulo apost., quod eximium *fidei* exemplum ediderit, Ro. 4, 1 ss. 17 ss. Gal. 3, 6. (coll. Heb. 11, 8), quapropter omnes, qui fidem Christo adjungunt, Abrahami filii s. posteri appellandi dicuntur, Gal. 3, 7. 29. coll. Ro. 4, 11.

*ἄβυσσος*, apud Graecos adjectivum, *ος*, *ον*, (ab *ὁ βυσσός* = *βυθός*), *fundo carens*, *bodenlos* (ita fortasse Sap. 10, 19), *immensus* (*πλοῦτος ἄβυσσος* Aesch. Sept. 931.). In ss. libris *ἡ ἄβυσσος* (LXX pro תְּהוֹם) sc. *χώρα*, *vorago*, *spatium immensae profunditatis* (*Abgrund*). Ita de voragine maris Gen. 1, 2. 7, 11. Deut. 8, 7. Sir. 1, 3. 16, 18 al.; de *orco* (profundissima in infimis terrae voragine; Ps. 70, 21: *ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς*. Eur. Phoen. 1632: *ταρτάρου ἄβυσσα χάσματα*. Clem. Rom. 1 Co. 20: *ἀβύσσων ἀνεξιχνίαστα κλίματα*. ibid. 59: *ὁ ἐπιβλέπων ἐν ταῖς ἀβύσσοις*, de deo), tum communi mortuorum receptaculo. Ro. 10, 7., tum inprimis daemonum domicilio, Lc. 8, 31. Ap. 9, 1 s. 11. 11, 7. 17, 8. 20, 1. 3. Inter profanos scriptores hac voce ut substantivo utitur solus Diog. Laert. 4, 5, 27: *κατῆλθες εἰς μέλαιναν Πλουτέως ἄβυσσον*. Cf. *Knapp* Scripta var. arg. p. 554 s.*

*Ἄγαβος*, *ου*, *ὁ*, nom. propr. prophetae christiani, Act. 11, 28. 21, 10. (Fortasse ab עָגַב, amavit.)

*ἀγαθοεργέω*, *ῶ* (ab inusitato *ΕΡΓΩ* [= *ἔρδω*, *ἐργάζομαι*] et *ἀγαθόν*), *sum beneficus* (erga pauperes, egenos), 1 Tim. 6, 18. Cf. *ἀγαθουργέω*. Praeterea tantum apud ecclesiasticos scriptores, sed significatione *recte agere*.

*ἀγαθοποιέω*, *ῶ*, inf. aor. *ἀγαθοποιῆσαι* (*ἀγαθοποιός*), 1) *ago aliquid, quod aliis prodest*, Mc. 3, 4; *beneficum me exhibeo*; Act. 14, 17 (t. vulg.); *τινά*, *beneficiis aliquem afficio*, Lc. 6, 33. 35. (= הֵיטִיב Zeph. 1, 12. Num. 10, 32. Tob. 12, 14 al.) 2) *recte ago*; 1 Pet. 2, 15. 20 (opp. *ἁμαρτάνω*); 3, 6. 17. 3 Jo. 11. (Apud profanos non legitur, nisi aliquoties inferiore aetate sensu astrologico: *bonum omen affero*.)*

*ἀγαθοποιΐα*, ας, ἡ, *recte agendi ratio; ἐν ἀγαθοποιΐᾳ*, 1 Pet. 4, 19. i. q. *ἀγαθοποιοῦντες*, honeste agentes; quo loco si c. *Lchm.* legitur *ἐν ἀγαθοποιΐαις*, singula rectae actionis facta intelligenda sunt. (In scriptis eccles. *ἀγαθοπ.* est *beneficentia.*)*

*ἀγαθοποιός*, *όν*, *recte agens*, 1 Pet. 2, 14.*

*ἀγαθός*, *ή*, *όν* (cognat. *ἄγαμαι*, admiror, magni facio, *ἀγαστός*, admirandus, jam Platone interprete Crat. p. 412. c.) universe est „*perfectus - - qui habet in se ac facit omnia, quae habere et facere debet pro notione nominis, officio ac lege*“ (*Irmisch* ad Hdian. 1, 4, p. 134), *praestans in aliqua re, eximius, bonus* (*tüchtig, gut*), id quod de personis, rebus, conditionibus, animorum proprietatibus et affectionibus, factis, temporibus, praedicatur. Ad quam significationem omnes sententiae redeunt, quae voci per contextum orationis subjiciuntur: 1) *qui bonae indolis et naturae est; γῆ* Lc. 8, 8; *δένδρον* Mt. 7, 18., si sententiam spectas, fertilis terra, fructuosa arbor (Xen. oec. 16, 7.: *γῆ ἀγαθή — γῆ κακή*. an. 2, 4. 22: *χώρας πολλῆς καὶ ἀγαθῆς οὔσης*). Ap. Lc. 8. 15 *bonae terrae* imagini respondet *ἀγαθὴ καρδία*, animus ad bonum dispositus ideoque discendae salutaris doctrinae cupidus et ad christianae vitae fructus (*καρποὺς ἀγαθούς* Jac. 3, 17) edendos aptus. — 2) *utilis, salutaris; δόσις ἀγαθή* (conj. c. *δώρημα τέλειον*), donum, quod vere donum est, utile, Jac. 1, 17; *δόματα ἀγαθά* Mt. 7, 11; *ἐντολὴ ἀγ.*, praeceptum, iis, qui observant id, salutare, Ro. 7, 12., e scholio = *εἰς τὸ συμφέρον εἰςηγουμένη*, unde quaestio vs. 13: *τὸ οὖν ἀγαθὸν ἐμοὶ γέγονε θάνατος*; — *ἀγ. μερίς*, portio bona, e qua ad eum qui accipit, salus redundat, Lc. 10, 42; *ἔργον ἀγ.* (aliter ac Ro. 2, 7 al.), salutare dei opus; si rem spectas, i. q. christiana vita, quae dei efficaciae debetur, Phil. 1, 6; *εἰς ἀγαθόν*, in commodum, in salutem, Ro. 8, 28 (Sir. 14, 13; *πάντα τοῖς εὐσεβέσι εἰς ἀγαθά*. — *τοῖς ἁμαρτωλοῖς εἰς κακά* Sir. 39, 27; *τὸ κακὸν — γίγνεται εἰς ἀγαθόν* Theogn. 162). — *Idoneus ad aliquid; πρὸς οἰκοδομήν* Eph. 4, 29. (Xen. mem. 4, 6, 10.) — 3) de sensu bonis excitato: *jucundus, gratus, laetus, felix; ἡμέραι ἀγ.* 1 Pet. 3, 10. (Ps. 33, 13. Sir. 14, 14: 1 Macc. 10, 55.); *ἐλπίς* 2 Th. 2, 16. (*μακρία ἐλπ.* Tit. 2, 13.); *συνείδησις*, laeta conscientia, i. q. conscientia recti, Act. 23, 1. 1 Tim. 1, 5. 19. 1 Pet. 3, 16.; deo reconciliata 1 Pet. 3, 21. — 4) *excellens, eximius*; ita *τι ἀγαθόν*, Jo. 1, 47. — 5) *probus, honestus*; Mt. 5, 45. 22, 10 (*πονηροὶ καὶ ἀγαθοί*); 12, 34. 19, 16. Lc. 6, 45. Act. 11, 24. 1 Pet. 3, 11 al.; *ἀγαθ. κ. δίκαιος*, Lc. 23, 50; *καρδία ἀγαθὴ κ. καλή*, 8, 14 (v. in *καλός*); — qui officio munerique sibi demandato satisfacit, *δοῦλε ἀγαθὲ κ. πιστέ*, Mt. 25, 21. 23; probus ideoque fraudis expers et inprimis a corrumpendi populi studio alienus, Jo. 7, 12; eminentissimo sensu dicitur de deo naturâ suâ sanctissimo, Mt. 19, 17 (Mc. 10, 18. Lc. 10, 19); *ἀγ. θησαυρός* Mt. 12, 35. Lc. 6, 45 est animus tanquam proborum sensorum, quae loquendo produntur, receptaculum; *πίστις ἀγ.*, fides, quam hero servare servum decet (*rechtschaffene Treue*); Tit. 2, 10. — de notione *ἀγαθ. ἔργου, ἀγ. ἔργων* v. sub *ἔργον*. — Arctiore sensu: *benevolus*, Mt. 20, 15. 1 Pet. 2, 18; *μνήμη* 1 Th. 3, 6. (2 Macc. 7, 20.); *beneficus* (Xen. Cyr. 3, 3, 4; טוב Jer. 33, 11. Ps. 34, 9; Cic. nat. deor. 2, 25, 64: „*optimus*, i. e. beneficentissimus“); Ro. 5, 7., ubi sententia haec est: aegre aliquis pro insonte mortem suscipit; nam si incunctanter vel audet periculo mortis pro alio se subjicere, id facit pro benefico (a quo accepit beneficia); cf. *Win.* p. 111. — Neutrum substantive usurpatum denotat 1) *rem bonam, commodum* (*ein Gut*), et quidem a) plurali numero *externa bona, opes*, Lc. 1, 53. 12, 18 s. (Sir. 14, 4. Sap. 7, 11.); *τὰ ἀγαθά σου*, laeta et jucunda, quae ex opibus tibi redundarunt, Lc. 16, 25 (oppos. *κακά*, ut Sir. 11, 14.): externa et interna bona, Gal. 6, 6; cf. *Wieseler* ad l. b) *regni messiani beneficia*, Ro. 10, 15; *τὰ μέλλοντα ἀγ.* Heb. 9, 11. 10, 1. — 2) *id quod probum, honestum deoque probatum est*; Ro. 12, 2.; *ἐργάζεσθαι τὸ ἀγ.* Ro. 2, 10. Eph. 4, 28; *πράσσειν* Ro. 9. 12; *διώκειν* 1 Th. 5, 15; *μιμεῖσθαι* 3 Jo. 11; *κολλᾶσθαι τῷ ἀγ.* Ro. 12, 9; *τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ* ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Mt. 19, 17., ubi vox communem honesti notionem exprimit. — Speciatim id, quod salutare est et aptum humanarum rerum ordini; in phrasi *διάκονος εἰς τὸ ἀγ.* Ro. 13, 4; — de *benefaciendo* Gal. 6, 10. Ro. 12, 21; *τὸ ἀγ. σου*, beneficium (*Gefälligkeit*), quod facis, Philem. 14.

*ἀγαθουργέω*, *ῶ*, Act. 14, 17 *Lchm. Tdf. Trg.* pro vulg. *ἀγαθοποιῶ*. Rarior contractio, v. supra *ἀγαθοεργέω*, sed cf. infra *κακοῦργος*, *ἱερουργέω*.

*ἀγαθωσύνη*, *ης*, *ἡ*, vox mere biblica et ecclesiastica, *animi vitaeque probitas*; 2 Th. 1, 11. Gal. 5, 22 (nisi ibi *benignitas, beneficentia*); Ro. 15 14. Eph. 5, 9.*

*ἀγαλλιάομαι*, v. sub *ἀγαλλιάω*.

*ἀγαλλίασις*, *εως*, *ἡ* (*ἀγαλλιάω*), vox profanis scriptoribus incognita, saepe ap. LXX, *exsultatio, summum gaudium*; Lc. 1, 14. 44. Act. 2, 46. Jud. vs. 24. — Heb. 1, 9 e Ps. 45, 8. *oleum laetitiae*, quo epulis accumbentes ungi solebant (Ps. 23, 5), cujus imagine scriptor, inauguralem unctionis ritum respiciens, divini imperii majestatem adumbrat, ad quam filius dei evectus sit.*

*ἀγαλλιάω*, *ῶ*, et *άομαι* (sed activum non habetur praeter Lc. 1, 47 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Ap. 19, 7), aor. 1. *ἠγαλλιασάμην*, et significatione media *ἠγαλλιάθην* Jo. 5, 35 (t. vulg. *ἠγαλλιάσθην*), hellenisticae officinae vocabulum (deducendum ab *ἀγάλλομαι*, gaudeo, superbio), saepe ap. LXX (= גיל, עלץ, רנן, שׂושׂ); *exsulto, vehementer laetor*; Mt. 5, 12. Lc. 10, 21. Act. 2, 26. 16, 34. 1 Pet. 1, 8. 4, 13; *ἔν τινι*, 1 Pet. 1, 6., dativ. rei, in qua est causa laetitiae; sed Jo. 5, 35 sensus est: splendente ejus luce indulgere laetitiae. — *ἐπί τινι*, Lc. 1, 47; seq. *ἵνα*, Jo. 8, 56., ubi explicandum: *dass er schauen sollte*; exsultavit, quod promissum sibi erat, ut visurus esset. Quod promissum dei solutum ei est demum in paradiso; cf. *Win.* p. 318. — Cf. de hac voce *Gelpke* in Theol. Studd. u. Kritiken 1849, p. 645 s.*

*ἄγαμος*, *ον* (*γάμος*) *caelebs*; 1 Co. 7, 8. 32; etiam de feminis, 1 Co. 7, 11. 34. (Eur. Hel. 690), quas Graeci vulgo *ἀνάνδρους* vocant.*

*ἀγανακτέω*, *ῶ*, aor. 1. *ἠγανάκτησα* (ut *πλεονεκτέω* a *πλεονέκτης*, hoc vero a *πλέον* et *ἔχω*, ita suppone: *ἀγανάκτης*, ab *ἄγαν* et *ἄχομαι*, doleo, tristis sum), *indignor*; Mt. 21, 15. 26, 8. Mc. 10, 14. 14, 4; *περί τινος*, Mt. 20, 24. Mc. 10, 41; sq. *ὅτι*, Lc. 13, 14. (inde ab Hdt.)*

*ἀγανάκτησις*, *εως*, *ἡ*, *indignatio*, 2 Co. 7, 11.*

*ἀγαπάω*, *ῶ*, f. *ήσω*, aor. 1. *ἠγάπησα*, prtcp. pf. act. *ἠγαπηκώς* (2 Tim. 4, 8), prtcp. pf. pass. *ἠγαπημένος*, fut. 1. pass. *ἀγαπηθήσομαι* (cognat. *ἄγαμαι*), *diligo*, caritate perfundor eamque prodo, Lc. 7, 47. 1 Jo. 4, 7 s.; c. acc. pers. *eam prae ceteris caram habeo, bene ei cupio, saluti ejus prospicio*, Mt. 5, 43. 5, 44. 19, 19. Lc. 7, 5. Jo. 11, 5. Ro. 13, 8. 2 Co. 11, 11. 12, 15. Gal. 5, 14. Eph. 5, 25. 28. 1 Pet. 1, 22 al.; de mutua Christianorum caritate frequentatur in 1 ep. Jo.; dicitur de benevolentia, quam deus hominum salutem procurans prodidit eo, quod filium suum ad eos legaverit et morti tradiderit, Jo. 3, 16.

Ro. 8, 37. Eph. 5, 2. 2 Th. 2, 16. 1 Jo. 4, 11. 19; de amore, quo Christus homines amplexus pro eorum salute reparanda aerumnas et mortem subierit, Gal. 2, 20. Eph. 5, 2; de amore, quo deus Christum amplectatur, Jo. 3, 35. 10, 17. 15, 9. Eph. 1, 6. — Ubi heri, deus vel Christus diligi dicuntur, involvit verbum notionem piae reverentiae et promtissimae obedientiae gratique et acceptorum beneficiorum memoris animi, Mt. 6, 24. 22, 37. Ro. 8, 28. 1. Co. 2, 9. 8, 3. Jac. 1, 12. 1 Pet. 1, 8. 1. Jo. 4, 10. 20. al. Cum accus. rei ἀγαπᾶν est *re oblectari, eam posthabitis aliis caram habere, eâ carere vel eam abjicere nolle*, ut δικαιοσύνην, Heb. 1, 9 (constanter ei inhaerere); τ. δόξαν, Jo. 12, 43; τ. πρωτοκαθεδρίαν Lc. 11, 43; τὸ σκότος et τὸ φῶς Jo. 3, 19; τὸν κόσμον 1 Jo. 2, 15; τὸν νῦν αἰῶνα 2 Tim. 4, 10., quod utrumque est terrestribus bonis atque gaudiis inhiare; τὴν ψυχὴν αὐτῶν, Ap. 12, 11; ζωήν 1 Pet. 3, 10 (e vita voluptatem percipere, eam gratam sibi reddere); *cum desiderio expetere;* τὴν αὐτοῦ ἐπιφάνειαν 2 Tim. 4, 8 (Sap. 1, 1. 6, 12. Sir. 4, 12 al.; ita de persona: ἠγαπήθη Sap. 4, 10; cf. *Grimm* Exgt. Handb ad h. l.) — De singulo amoris documento, quod Jesus apostolis pedes lavando ediderit, legitur ἠγάπησεν αὐτούς Jo. 13, 1; cf. *Lücke, Meyer* ad l. Interveniente relativa structura jungitur ἀγάπην ἀγαπᾶν τινα Jo. 17, 26. Eph. 2, 4 (2 Sam. 13, 15, ubi opponitur τὸ μῖσος, ὃ ἐμίσησεν αὐτήν; cf. 1 Mos. 49, 25: εὐλόγησέ σε εὐλογίαν; Ps. Sal. 17, 35: δόξαν, ἣν ἐδόξασεν αὐτήν); cf. *Win.* § 32, 2. *Grimm* ad 1 Macc. 2, 54. — De discrimine inter ἀγαπᾶν et φιλεῖν v. sub φιλέω.

**ἀγάπη**, ης, ἡ, vox solum biblica et ecclesiastica. Nam Plut. sympos. quaestt. 7, 6, 3 ex ἀγάπης, ὧν dudum *Wyttenbachius* e conjectura *Reiskii* restituit ἀγαπήσεων. Profani scriptores inde a Plutarcho dixerunt ἀγάπησιν. Nomine ἀγάπης utuntur „LXX pro אַהֲבָה Cant. 2, 4. 5. 7. 3, 5. 10. 5, 8. 7, 6. 8, 4. 6 s. Jer. 2, 2. Eccl. 9, 1. 6 et praeterea Sap. 3, 9. 6, 19. In Philone et Josepho legi non memini. Neque legitur in N. T. in actis apost., Marco, Jacobo, semel in evv. Mt. et Lc., bis in ep. ad Heb. et apoc., sed saepius ap. Paulum, Joannem, Petrum, Judam.“ (*Bretschn.*) Sequitur significationem verbi ἀγαπᾶν. Est igitur 1) *dilectio, caritas, amor, benevolentia*, Jo. 15, 13. Ro. 13, 10. 1 Jo. 4, 18. Dicitur de amore hominum in homines, potissimum Christianorum in Christianos ab eorum religione commendato et instillato, sive animis inhaerente, sive signis declarato; Mt. 24, 12. 1 Co. 13, 1 - 4. 8. 14, 1. 2 Co. 2, 4. Gal. 5, 6. Philem. 5. 7. 1 Tim. 1, 5. Heb. 6, 10. 10, 24. Jo. 13, 35. 1 Jo. 4, 7. Ap. 2, 4. 19 al.; de amore hominum in deum: ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ (genit. object.), Lc. 11, 42. Jo. 5, 42. 1 Jo. 2, 15 (ἀγ. τοῦ πατρός); 3, 17. 4, 12. 5, 3; dei in homines, Ro. 5, 8. 8, 39. 2 Co. 13, 13; dei in Christum, Jo. 15, 10. 17, 26; Christi in homines, Jo. 15, 9 s. 2 Co. 5, 14. Ro. 8, 35. Eph. 3, 19. Conjung.: ἀγ. εἴς τινα 2 Co. 2, 8. Eph. 1, 15; τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν, amore e vestris animis proficiscente et in nostris animis quasi sedem figente = vestro erga nos amore, 2 Co. 8, 7; μεθ' ὑμῶν, qui vobis adest, quo vos amplector, 1 Co. 16, 24; μεθ' ἡμῶν, qui apud nos cernitur 1 Jo. 4, 17. Locutiones: ἔχειν ἀγάπην εἴς τινα 2 Co. 2, 4. Col. 1, 4. 1 Pet. 4, 8; ἀγάπην διδόναι, caritatis documentum edere 1 Jo. 3, 1; ἀγαπᾶν ἀγάπην τινά Jo. 17, 26. Eph. 2, 4 (v. in ἀγαπάω); ἀγ. τοῦ πνεύματος, amor a spiritu s. incensus, Ro. 15, 30; ὁ υἱὸς τῆς ἀγάπης, filius, quem amor amplectitur (*welcher Gegenstand der Liebe ist*) = ὁ ἀγαπητός, Col. 1, 13. (*Win.* p. 222 s.); ὁ θεὸς τῆς ἀγ. deus amoris auctor, 2 Co. 13, 11; κόπος τῆς ἀγάπης, molestus labor, quem suscipit amor, 1 Th. 1, 3; ἀγάπη τῆς ἀληθείας, amor quo aliquis veritatem amplectitur, 2 Th. 2, 10; ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστίν, deus totus amor est, natura ejus continetur amore, 1 Jo. 4, 8. 16; φίλημα ἀγάπης, osculum mutuae Christianorum caritatis signum, 1 Pet. 5, 14; διὰ τὴν ἀγ., ut amori sit facultas (te) commovendi, *um der Macht der Liebe (über dich) Raum zu lassen* (*de Wette, Wiesinger*), Philem. vs. 9. coll. vs. 14; ἐν ἀγάπῃ, amanter, animo benevolo, 1 Co. 4, 21; in amoris quasi fundamento, Eph. 4, 15 (ubi ἐν ἀγάπῃ non cum ἀληθεύοντες, sed cum αὐξήσωμεν conjunge), vs. 16; ἐξ ἀγάπης, amore ductus, Phil. 1, 16; κατὰ ἀγάπην, amori convenienter, Ro. 14, 15. Una cum *fide* et *spe* caritas commemoratur 1 Co. 13, 13. 1 Th. 1, 3. 5, 8. Col. 1, 4 s. Heb. 10, 22—24. De vocibus ἀγάπη, ἀγαπᾶν cf. *Gelpke* in Theolog. Studd. u. Kritt. 1849, p. 646 ss.; de christianae caritatis notione et natura *Köstlin* Lehrbegriff des Ev. Joh. etc. p. 248 ss. 332 ss. *Rückert* Theologie II, p. 452 ss. *Lipsius* Paulin. Rechtfertigungslehre, p. 188 ss. — 2) Pluralis ἀγάπαι, ῶν, *agapae* (*Liebesmahle*), Christianorum convivia ante coenam domini institui solita, mutuam caritatem testificantia et alentia, quibus pauperes Christianorum simul cum ditioribus interessent ad cibum, ditiorum sumtu apparatum, promiscue cum reliquis capiendum, Jud. vs. 12 (et ap. *Lchm. Trg.* 2 Pet. 2, 13), coll. 1 Co. 11, 17 ss. Act. 2, 42. 46. 20, 7. Tertull. Apol. c. 39. et ad Martyr. c. 3. Cypr. ad Quirin. 3, 3. *Drescher* de vett. Christianor. agapis. Giess. 124. *Mangold* in *Schenkel* Bibellex. I, p. 53 s.

**ἀγαπητός**, ή, όν, (ἀγαπάω), *amatus, dilectus, carus* (*Liebling*); (oppon. ἐχθρός, Ro. 11, 28) ὁ υἱός μου (τοῦ θεοῦ) ὁ ἀγαπ. de Jesu Messia Mt. 3, 17. 12, 18. 17, 5. Mc. 1, 11. 9, 7. Lc. 3, 22. 9, 35 (ubi *Tdf. Trg.* ὁ ἐκλελεγμένος) 2 Pet. 1, 17 coll. Mc. 12, 6. Lc. 20, 13. — ἀγαπητοὶ θεοῦ, Christiani, utpote qui deo reconciliati ab eo salute aeterna digni judicantur, Ro. 1, 7. coll. 11, 28. 1 Th. 1, 4. Col. 3, 12. (LXX Ps. 60, 5. 108, 6. 127, 2 ἀγαπητοί σου et αὐτοῦ de piis Israelitis). Sed Christiani mutuae caritatis vinculo conjuncti etiam sibi ipsis sunt ἀγαπητοί (Philem. vs. 16. 1 Tim. 6, 2), unde eo epitheto frequentissime ornantur in blandis et appellationibus (Ro. 16, 5. 8. Col. 4, 14. Eph. 6, 21 al.) et compellationibus (Ro. 12, 19. 1 Co. 4, 14. Heb. 6, 9. Jac. 1, 16. 1 Pet. 2, 11. 2 Pet. 3, 1 al.). Plerumque dicitur ἀγαπ. τινος, semel (1 Th. 2, 8) τινί. — ἀγαπ. ἐν κυρίῳ, in consortio Christi dilectus, = carus Christianus, Ro. 16, 8.

**Ἄγαρ**, ἡ, n. indecl. (ap. Joseph. Ἀγάρα, ης), הָגָר (fuga), *Agar*, serva Abraami, ex qua Ismaelem suscepit. (Gen. 16), Gal. 4, 24 s. Quum Arabes teste Paulo, inter eos olim versato (Gal. 1, 17), petrosum montem Sinai voce similiter sonante حجر (חגר), i. e. *rupem*, appellarent, apostolus l. c. Agaris nomine allegorice utitur ad significandum servilem timoris sensum a mosaica religionis disciplina asseclis suis instillatum.

**ἀγγαρεύω**, f. εύσω, aor. 1. ἠγγάρευσα, *angario utor, angarium mitto.* Vox origine persica, etiam a Latinis recepta (*angariare*, Vulg.). Fuerunt ἄγγαροι cursores (tabellarii) publici, ex instituto regis Persici certis stationibus cum equis ad itinera adhibendis dispositi, qui alter alteri mandata regia traderent, quo citius ad locum destinatum perferrentur; v. Hdt. 8, 98. Xen. Cyr. 8, 6, 17 (9); cf. *Gesenius* Thes. s. v. אִגְּרָא. His angaris id juris erat, ut possent, si opus esset, cujusvis heri equos navesve, aut etiam obvios sibi homines ad cursum

secum rapere. Et hoc dic. *ἀγγαρεύειν τινά*, i. e. cogere vel ad iter praestandum vel ad onus ferendum vel ad quodvis ministerium obeundum; Mt. 5, 41 (*ἀγγαρ. τινὰ μίλιον ἕν*, i. e. qui te coget currere unum milliarium); 27, 32. Mc. 15, 21 (*ἠγγάρ. αὐτόν, ἵνα ἄρῃ*. i. e. adegerunt eum, ut portaret).*

*ἀγγεῖον, ου, τό* (i. q. *τὸ ἄγγος*, q. v.), *vas, receptaculum*, Mt. 13, 48 t. vulg. *Grsb. Lchm.*; 25, 4. (inde ab Hdt.)*

*ἀγγελία, ας, ἡ* (*ἄγγελος*), *nuntiatio, res nuntiata; praeceptum nuntiatum* 1 Jo. 1, 5 (ubi vulg. l. *ἐπαγγελία*); 3, 11.*

*ἀγγέλλω*, (*ἄγγελος*), *nuntio;* Jo. 20, 18 *Lchm. Tdf. Trg.* pro vulg. *ἀπαγγέλλ.**

*ἄγγελος, ου, ὁ*, 1) *nuntius, legatus*, qui mittitur; Mt. 11, 10. Lc. 7, 24. 27. 9, 52. Mc. 1, 2. Jac. 2, 25. — 2) In judaicis et christianis scriptis unus e geniorum coelestium grege, qui e judaica a Christianis recepta opinione deo, orbis terrarum regi, adstant ministri ab eoque e coelis in terram legantur ad decreta ejus tum exsequenda (Mt. 4, 6. 11. 28, 2. Mc. 1, 13. Lc. 16, 22. 22, 43. Act. 7, 35. 12, 23. Gal. 3, 19 coll. Heb. 1, 14), tum hominibus nuntianda (Lc. 1, 11. 26. 2, 9 ss. Act. 10, 3. 27, 23. Mt. 1, 20. 2, 13. 28, 5. Jo. 20, 12 s), unde frequentissimae locutiones: *ἄγγελος* (*angelus, Engel, Gottesbote*, מַלְאָךְ) et *ἄγγελοι κυρίου* s. *ἀγγ. τοῦ θεοῦ*. — Non solum deo, sed etiam Christo subjecti sunt (Heb. 1, 4 ss. 1 Pet. 3, 22 coll. Eph. 1, 21. Gal. 4, 14), qui eorum tanquam ministrorum et comitum choro stipatus rediturus dicitur ad judicium habendum, Mt. 13, 41. 49. 16, 27. 24, 31. 25, 31; 2 Th. 1, 7 coll. Jud. vs. 14. — Singuli singulis praesunt elementis, ut igni Ap. 14, 18; aquis, 16, 5. coll. 7, 1 sq. Jo. 5, 4. De *ἀγγέλῳ τῆς ἀβύσσου*, Ap. 9, 11 v. in voce *Ἀβαδδών*. Singulorum hominum *tutelares* angeli commemorantur Mt. 18, 10. Act. 12, 15. *Ecclesiarum angeli* Ap. 1, 20. 2, 1. 8. 12. 18. 3, 1. 7. 14 non sunt earum presbyteri s. episcopi, sed coelestes genii, ecclesiarum curatores et custodes, et ita quidem, ut quae in coetibus laudanda et reprehendenda sunt, etiam eorum angelis laudi et vituperio vertantur, quasi suam mentem coetibus instillent; cf. *de Wette* ac *Düsterdieck* ad Ap. 1, 20, *Lücke* Einleitung in d. Offnb. Joh. T. II, p. 429 ss. ed. 2. — *διὰ τοὺς ἀγγέλους, ut* (mulier) *reverentiam habeat angelis*, qui non adspectabiles sacris Christianorum conventibus intersunt, *neque iis displiceat*, 1 Co. 11, 10. — *ὤφθη ἀγγέλοις* 1 Tim. 3, 16 neque de angelis, quibus in coelo se conspiciendum praebuerit Christus, neque de daemonibus in orco ab eo devictis interpretandum puto, sed de apostolis, *legatis* suis, quibus e morte redivivus apparuerit, quae eorum appellatio, illa quidem prorsus singularis, ex hymni, cui verba *ἐφανερώθη - - ἐν δόξῃ* depromta videntur (*Win.* p. 594), indole facile intelligitur. — Jo. 1, 52 venusta angelorum imagine, e Gen. 28, 12 petita, adumbrantur divinae vires Jesum in administrando messiano munere adjuturae et insignia divinae rerum gubernationis documenta in illius factis et fatis apparitura. — Quidam angelorum a divino officio sibi mandato defecerunt et peccando se dederunt, Jud. vs. 6. 2 Pet. 2, 4 (Henoch. c. 7. et saep.; coll. 1 Mos. 6, 2), et nunc diabolo parent, Mt. 25, 41. Ap. 12, 7; coll. 1 Co. 6, 3; hinc *ἄγγελος Σατᾶν* 2 Co. 12, 7 tropice dicitur gravius corporis malum a Satana immissum. Cf. nomen *δαίμων*.

*ἄγγος, τό* (plur. *ἄγγη*), i. q. *ἀγγεῖον*, q. v., Mt. 13, 48 *Tdf. Trg.* (inde ab Hom.)*

*ἄγε* (proprie imperativus verbi *ἄγειν*), *age, agedum*, etiam, uti saepe apud Graecos (*Win.* p. 481), ubi ad plures oratio convertitur, Jac. 4, 13. 5, 1.*

*ἀγέλη, ης, ἡ* (*ἄγω, treiben*), *grex;* Mt. 8, 30 ss. Mc. 5, 11. 13. Lc. 8, 32 s. (inde ab Hom.)*

*ἀγενεαλόγητος, ου, ὁ* (*γενεαλογέω*), *de cuius genealogia* (in Vet. Test.) *nihil refertur;* Heb. 7, 8 (vs. 6. *μὴ γενεαλογούμενος*). Nusquam apud profanos obvium.*

*ἀγενής, έος* (*οῦς*), *ὁ, ἡ* (*γένος*), opp. *εὐγενής, genere carens*, homo ignobili loco natus, homo nullius famae et nominis; saepe apud profanos, etiam significatu translato *ignavus, timidus, vilis, improbus;* in N. T. tantum 1 Cor. 1, 28: *τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου* i. e. eos, qui inter homines nullius numeri esse putantur; de neutro adjectivi ad personas spectante cf. *Win.* §. 27, 5.*

*ἁγιάζω*, aor. 1. *ἡγίασα*, pf. pass. *ἡγίασμαι*, aor. 1. pass. *ἡγιάσθην*, verbum, pro quo Graeci *ἁγίζειν* dicunt, biblicis (= קִדֵּשׁ, הִקְדִּישׁ) et eccles. scriptoribus frequentatissimum; *ἅγιον facio, sacrum* vel *sanctum reddo* vel *praedico, consecro*. Est itaque 1) *venerandum facio* vel *agnosco, pie colo; τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ*, Mt. 6, 9 (ita de deo Jes. 29, 23. Ez. 20, 41. 38, 23. Sir. 36, 4); *τὸν Χριστὸν* 1 Pet. 3, 15 (l. vulg. *θεόν*). — Quum e dei sanctitate nota sanctitatis transeat in ea, quibus aliqua cum deo conjunctio fit, *ἁγιάζειν* est 2) *a profanis secerno ac deo addico, proprium ei dico, consecro* eoque modo inviolabile reddo, et quidem *a*) *res* (*πᾶν πρωτότοκον, τὰ ἀρσενικά* Deut. 15, 19; *ἡμέραν* Gen. 20, 8; *οἶκον* 2 Chron. 7, 16; al.), *τὸν χρυσόν* Mt. 23, 17; *τὸ δῶρον* ibid. vs. 19; *σκεῦος* 2 Tim. 2, 21. *b*) *personas*. Ita Christus dicitur mortem subeundo se consecrare deo, cujus mandatum eo modo exsequitur, Jo. 17, 19; deus dicitur *ἁγιάσαι* h. e. suo ministerio elegisse (cf. *ἀφορίζειν* Gal. 1, 15) eum, cui Messiae munus demandavit, Jo. 10, 36 coll. Jer. 1, 5. Sir. 36, 12. 45, 4. 49, 7. — Quum deo dicare et offerre non liceat nisi pura et a labe aliena (Lev. 22, 20. Deut. 15, 21. 17, 1), *ἁγ.* est 3) *purum reddo* (additur *ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν* Lev. 16, 19. 3 Reg. 11, 4), et quidem *a*) *externam munditiem* (*τῆς σαρκὸς καθαρότητα*) *efficio, levitice lustro*, Heb. 9, 13. 1 Tim. 4, 5. *b*) *expiando purum reddo*, a peccatorum culpa libero; 1 Co. 6, 11. Eph. 5, 26. Heb. 10, 10. 14. 29. 13, 12. 2, 11 (= כִּפֶּר Exod. 29, 33. 36); cf. *Pfleiderer* Paulinism. p. 340 ss. *c*) *animi emendatione internam munditionem efficio;* Jo. 17, 17. 19 (per cognitionem veri, cf. Jo. 8, 32); 1 Th. 5, 23. 1 Co. 1, 2 (*ἐν Χρ. Ἰησοῦ*, in consortio Christi, qui est sanctissimus); Ro. 15, 16 (*ἐν πνεύμ. ἁγ.*, spiritu s. imbuti, qui divinum sanctitatis principium est); Jud. vs. 1 (*Lchm. Tdf. Trg. ἠγαπημένοις*); Ap. 22, 11. — Universe Christiani dicuntur *ἡγιασμένοι*, ut qui profanae immunditiei exemti fide sua et sanctimonia propius ad deum adducti sunt, Act. 20, 32. 26, 18. Singulari sensu *ἁγιάζεσθαι* 1 Co. 7, 14 de iis dicitur, qui non quidem ipsi Christiani sed conjugio cum christiano homine a profana immunditie removentur et salutari spiritus s. efficaciae in Christianorum coetu conspicuae committuntur; cf. *Neander* ad h. l.*

*ἁγιασμός, οῦ, ὁ*, vox mere biblica et eccles. (nam Diod. 4, 39. Dion. Hal. 1, 21 rectius legitur *ἁγισμός*) est 1) *τὸ ἁγιάζειν, consecratio, purificatio;* 2) consecrationis effectus: *sanctimonia* animi et vitae, 1 Co. 1, 30 (Christus est ille, cui sanctimoniam debemus); 1 Th. 4, 7. Ro. 6, 19. 22. 1 Tim. 2, 15. Heb. 12, 14; *ἁγ. πνεύματος*, sanctimonia, quae a spir. s. efficitur, 2 Th. 2, 13. 1 Pet. 1, 2. Impurae veneris libidini opponitur 1 Th. 4, 3 s. (rituali sensu dicitur Judd. 17, 3. Ez. 45, 4. Sir. 7, 31 al.)*

*ἅγιος, ία, ον* (a *τὸ ἅγος*, pia admiratio, reverentia, *ἅζω, ἅζομαι*, veneror, revereor, potissimum deos,

parentes), rarius apud profanos; saepissime in ss. litteris; ap. LXX = קָדוֹשׁ, 1) proprie, *pie venerandus; τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ*, Lc. 1, 49; deus, ob incomparabilem ejus majestatem, Ap. 4, 8 (Jes. 6, 3 al.) i. q. *ἔνδοξος*. Hinc *a*) de rebus dicitur, quae ob aliquam cum deo conjunctionem aliquid eximii habent et verecundiam sibi poscunt, ut loca deo sacra, quae profanare nefas est, Act. 7, 33; *τόπος ἅγιος*, templum, Mt. 24, 15 (de q. l. vide in *βδέλυγμα*); Act. 6, 13. 21, 28; terra sancta s. Palaestina, 2 Macc. 1, 29. 2, 15; *τὸ ἅγιον* et *τὰ ἅγια*, templum, Heb. 9, 1, 24 (cf. *Bleek* Br. an d. Heb. II, 2, p. 477 s.); speciatim ea pars templi s. tabernaculi foederis, quae *sanctum* vocatur (מִקְדָּשׁ Ez. 37, 28) Heb. 9, 2; *ἅγια ἁγίων*, templi pars sacratissima (Ex. 26, 33), Heb. 9, 3, de qua etiam simpliciter dicitur *τὰ ἅγια* Heb. 9, 8. 25. 10, 19. 13, 11; translate coelum, Heb. 8, 2. 9, 8. 12. 10, 19; *ἁγία πόλις*, urbs Hierosolymorum propter templum ibi exstructum, Mt. 4, 5. 27, 53. Ap. 11, 2. 21, 2. 22, 19 (Jes. 48, 2. Neh. 11, 1. 18 al.); *τὸ ὄρος τὸ ἅγιον*, propter transfigurationem Christi in eo factum, 2 Pet. 1, 18; *ἡ* (*θεοῦ*) *ἁγία διαθήκη*, foedus, quod cum ipse deus fecerit, eo inviolabilius, Lc. 1, 72; *τὸ ἅγιον*, augustum illud sanctissimo numine procreatum, Lc. 1, 35; evangelii beneficium Mt. 7, 6; *ἁγιωτάτη πίστις*, fides (*quae* creditur, s. fidei argumentum) a deo profecta ideoque sanctissime servanda, Jud. vs. 20; eodem sensu *ἁγία ἐντολή* 2 Pet. 2, 21; *κλῆσις ἁγ.*, quia invitatio dei est deoque nos vindicat, 2 Tim. 1, 9; *ἅγιαι γραφαί* (*τὰ βιβλία τὰ ἅγια* 1 Macc. 12, 9), a deo profectae ejusque effata continentes, Ro. 1, 2. — *b*) de personis, quibus deus utitur ministris, velut apostolis, Eph. 3, 5; angelis, 1 Th. 3, 13. Mt. 25, 31. Ap. 14, 10. Jud. vs. 14; prophetis, Act. 3, 21. Lc. 1, 70. Sap. 11, 1; *οἱ ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι*, 2 Pet. 1, 21; de hominibus vet. test. pietate et probitate deo acceptis, Mt. 27, 51. 1 Pet. 3, 5. — 2) *deo selectus, ut ei quasi proprius sit;* seq. genitiv. aut dativ.: *τῷ κυρίῳ*, Lc. 2, 22; *τοῦ θεοῦ* (i. q. *ἐκλεκτὸς τοῦ θεοῦ*), Christus, Mc. 1, 24. Lc. 4, 34. atque e vera lect. Jo. 6, 69. cf. Jo. 10, 36; qui appellatur etiam *ὁ ἅγιος παῖς τοῦ θεοῦ* Act. 4, 30 et simpliciter *ὁ ἅγιος* 1 Jo. 2, 20. — Quemadmodum Israelitae nomen *τῶν ἁγίων* sibi vindicarunt, ut quos deus sibi a ceteris populis segregaverit vitam ipsi acceptam acturos ipsiusque favore ac tutamine gavisuros (Dan. 7, 18. 22. 3 Esr. 8, 70), ita hoc praedicatum saepissime in N. T. transfertur ad Christianos, quos deus *ἐκ τοῦ κόσμου* selegerit (Jo. 17, 14. 16), ut spiritu s. imbuti pietate et probitate salutis in regno dei participes redderentur: 1 Pet. 2, 9. (Ex. 19, 6.) cf. v. 5. Act. 9, 13. 32. 41. 16, 15. 26, 10. 12, 13. Ro. 1, 7. 8, 27. 12, 13. 16, 15. 1 Co. 6, 1. 2. Phil. 4, 21 s. Col. 1, 12. Heb. 1, 10. Jud. vs. 3. Ap. 5, 8. al. — 3) ubi ad sacrificia et oblationes respicitur: *deo ritu solenni praeparatus, purus, mundus* (opp. *τῷ ἀκαθάρτῳ*); 1 Co. 7, 14; iunctum cum *ἄμωμος*, Eph. 1, 4. 5, 27. Col. 1, 22. Eph. 5, 3; *ἀπαρχή*, Ro. 11, 16; *θυσία*, Ro. 12, 1. Hinc 4) sens. morali *castus, peccati expers, honestus*, 1 Pet. 1, 16. (Lev. 19, 2. 11, 43.) 1 Co. 7, 34; *χεῖρες*, nullo scelere contaminatae, 1 Tim. 2, 8; *δίκαιος κ. ἅγιος* de Joanne baptista Mc. 6, 20; *ἅγιος κ. δίκαιος* de Christo Act. 3, 14; eminentiore sensu de eodem Ap. 3, 14. 6, 10; eminentissime de deo 1 Pet. 1, 15. Jo. 17, 11; *ἅγιαι ἀναστροφαί* 2 Pet. 3, 11; *νόμος* et *ἐντολή*, in quibus nihil insit inhonesti, Ro. 7, 12; *φίλημα*, osculum castissimi amoris signum osculis profanis oppositum, 1 Th. 5, 26. 1 Co. 16, 20. 2 Co. 13, 12. Ro. 16, 16. — De nomine *τὸ ἅγιον πνεῦμα* et *τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον* v. sub *πνεῦμα*. — Cf. *Diestel*, die Heiligkeit Gottes, in Jahrbücher f. deutsche Theologie T. IV. fasc. 1. p. 1 ss. *Cremer*, Bibl. theol. Wörterb. der ntl. Gräcität, p. 32 ss. ed. 2.

*ἁγιότης, ητος, ἡ, sanctitas*, sensu ethico, 2 Co. 1, 12 (*Lchm. Tdf. Trg.*); Heb. 12, 10. (Praeterea tantum 2 Macc. 15, 2.)

*ἁγιωσύνη, ης, ἡ*, profanis scriptt. ignotum, 1) *majestas* (incomparabilis dei), junct. c. *μεγαλοπρέπεια* Ps. 96, 5 coll. 144, 5); *πνεῦμα ἁγιωσ.*, spiritus, cujus est *ἁγιωσ.*, non = *πνεῦμα ἅγιον*, sed spiritualis in Christo natura, quae divini generis est, *τῇ σαρκί* ejus opposita, Ro. 1, 4; cf. *Rückert* ad l. et *Zeller* in ej. Theol. Jahrbücher 1842, 3, p. 486 ss. 2) *castimonia*, morum sanctitas, 1 Th. 3, 13. 2 Co. 7, 1.*

*ἀγκάλη, ης, ἡ* (*ἀγκή, ἀγκάς*), *curvatura* s. *sinus brachii, ulna*. — *δέξασθαι εἰς τ. ἀγκάλας*, Lc. 2, 28. Graeci etiam: *ἀγκὰς λαβεῖν, ἐν ἀγκάλαις περιφέρειν* et similiter, v. *ἐναγκαλίζομαι*.*

*ἄγκιστρον, ου, τό* (ab inusitato *ἀγκίζω*, *angeln*), *hamus piscatorius*, Mt. 17, 27.*

*ἄγκυρα, ας, ἡ, ancora*, instrumentum ferreum, duas extremitates dentibus similes habens, quod funibus alligatum nautae in fundum maris dejiciunt, ut naves consistant; *ῥίπτειν* (lat. jacere), Act. 27, 29; *ἐκτείνειν*, v. 30; *περιαιρεῖν*, v. 40. Metaph. *quodvis fulcrum* s. *praesidium*, ut spes, Heb. 6, 19. Eur. Hec. 78. Heliod. 7, p. 350.*

*ἄγναφος, ον, ὁ, ἡ* (*γνάπτω*, pannum polire, cf. *ἄῤῥαφος*), *a fullone non subactus* (*ungewalkt*); Mt. 9, 16. Mc. 2, 21.*

*ἁγνεία, ας, ἡ* (*ἁγνεύω*), *mundities, vita peccati expers;* 1 Tim. 4, 12. 5, 2. (nasiraeatus Num. 6, 2. 21.)*

*ἁγνίζω*, aor. *ἥγνισα*, part. pf. act. *ἡγνικώς*, pass. *ἡγνισμένος*, aor. 1. pass. *ἡγνίσθην* (*ἁγνός*) *purgo;* 1) rituali sensu: *ἐμαυτόν*, Jo. 11, 55 (precibus, abstinentia, jejuniis, lavationibus, sacrificiorum oblationibus se purgare a pollutionibus); passiv. vim reflexivam habet, *castimoniam suscipere*, Act. 21, 24. 26. 24, 18 (הִזִּיר Num. 6, 3) et dic. de Nasiraeis, s. iis, qui votum aut per certum tempus aut per omnem vitam a vino ac temeto, ab omni pollutione atque a radenda coma abstinendi susceperant. — 2) sensu morali: *τὰς καρδίας*, Jac. 4, 8; *τὰς ψυχάς*, 1 Pet. 2, 22; *ἑαυτόν*, 1 Jo. 3. 3. (Sophocl. Eurip. Plut. al.)*

*ἁγνισμός, οῦ, ὁ, purificatio, lustratio;* Act. 21, 26 = נֵזֶר (Num. 6, 5), nasiraeatus. v. *ἁγνίζω*.

*ἀγνοέω* (*ΓΝΟ*), *ῶ*, impf. *ἠγνόουν*, aor. *ἠγνόησα*, *a*) *sum nescius, ignoro;* absol. 1 Tim. 1, 13; *τινά, τί*, Act. 13, 27. 17, 23. Ro. 10, 3; *ἔν τινι* (ut in *Fabricii* Pseudepigr. 2, p. 717) 2 Pet. 2, 12, nisi enuntiatum resolvere malueris ita: *ἐν τούτοις, ἃ ἀγνοοῦσι, βλασφ.*; *Win.* p. 583 s.; seq. *ὅτι*, Ro. 2, 4. 6, 3. 7, 1. 1 Co. 14, 38 (ubi antecedens enuntiatum *ὅτι κτλ.* repetendo supplendum est); *οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν*, locutio Paulo frequentata, *scitote;* c. accus. rei, Ro. 11, 25; *ὑπέρ τινος, ὅτι*, 2 Co. 1, 8; *περί τινος* 1 Co. 12, 1. 1 Th. 4, 13; sq. *ὅτι* Ro. 1, 13. 1 Co. 10, 1; passiv. *ἀγνοεῖται* ignoratur, ex adj. i. q. negligitur, non respicitur, 1 Co. 14, 38 *Lchm. Tdf.; ἀγνοούμενοι* (opp. *οἱ ἐπιγινωσκόμενοι*), qui ignorantur, 2 Co. 6, 9; *ἀγνοούμ. τινι*, ignotus alicui, Gal. 1, 22; *οὐκ ἀγνοεῖν, optime nosse. τί* 2 Co. 2, 11 (Sap. 12, 10). *b*) *non intelligo, τί*, Mc. 9, 32. Lc. 9, 45. *c*) *erro, ex errore pecco*, lenius dic. de iis, qui non e ferocitate et pervicacia peccant (Sir. 5, 15. 2 Macc. 11, 31), Heb. 5, 2., ubi cf. *Delitzsch*.*

*ἀγνόημα, τος, τό, peccatum* (proprie illud, quod per inscitiam vel temeritatem committitur), Heb. 9, 7 (1 Macc. 13, 39. Tob. 3, 3. Sir. 23, 2); v. in *ἀγνοέω* sub c.*

**ἄγνοια**, ας, ἡ, *ignorantia*, *inscitia*, et rerum quidem divinarum, Act. 17, 30. 1 Pet. 1, 14; etiam ea, quae non est excusanda, Eph. 4, 18 (Sap. 14, 22); de ethica caecitate Act. 3, 17.*

**ἁγνός**, ή, όν (ἅζομαι, v. ἅγιος), 1) *verecundiam excitans*, *venerandus*, *sacer*; *πῦρ καὶ ἡ σποδός*, 2 Macc. 13, 8. Eur. El. 812. 2) *purus* (Eur. Or. 1604: *ἁγνὸς γάρ εἰμι χεῖρας, ἀλλ' οὐ τὰς φρένας*. Hipp. 316 s.: *ἁγνὰς-χεῖρας αἵματος φέρεις, χεῖρες μὲν ἁγναί, φρὴν δ' ἔχει μίασμα*); *a*) *a Venere*, *castus*, *pudicus*, Tit. 2, 5; *παρθένος*, virgo illibata, 2 Co. 11, 2 (4 Macc. 18, 6). *b*) *ab omni vitio*, *integer*, 2 Co. 7, 11. Phil. 4, 8. 1 Tim, 5, 22. 1 Pet. 3, 2. 1 Jo. 3, 3 (deus); Jac. 3, 17. (inde ab Hom.)*

**ἁγνότης**, τητος, ἡ, *puritas*, vitae integritas, 2 Co. 6, 6; — 2 Co. 11, 3 in nonnullis monumentis criticis post *ἁπλότητος* additur *καὶ τῆς ἁγνότητος* (ita *Lchm. Trg.*), in al. ante *ἁπλότ.* legitur *τῆς ἁγνότητος καί*. Apud profanos semel in *Boeckhii* Corp. inscr. I, p. 583: *δικαιοσύνης ἕνεκεν καὶ ἁγνότητος*.

**ἁγνῶς**, adv., *pure*, *sincero animo*; Phil. 1, 16.

**ἀγνωσία**, ας, ἡ (γνῶσις), *ignoratio*, 1 Pet. 2, 15. 1 Co. 15, 34. (Sap. 13, 1.)*

**ἄγνωστος**, ον, *ignotus*; Act. 17, 23.*

**ἀγορά**, ᾶς, ἡ (ἀγείρω, pf. ἤγορα, congrego), 1) *quaevis hominum congregatio*, *conventus*, *concio*. 2) *locus, ubi conciones fiunt*; in N. T. forum, locus publicus, ubi judicia habentur, Act. 16, 19. ac cives conveniunt, 17, 17. et res venales, merces, exponi solent, Mc. 7, 4 (*ἀπ' ἀγορᾶς* scil. *ἐλθόντες*, e foro reversi, nisi se laverint, cibum non capiunt; *Win.* p. 577); ideoque locus oppidi aut vici maxime frequentatus, Mt. 11, 16. (Lc. 7, 32.) Mc. 6, 56. Mt. 20, 3. 23, 7. Mc. 12, 38. Lc. 20, 46.*

**ἀγοράζω**, aor. 1. *ἠγόρασα*, prtc. pf. pass. *ἠγορασμένος*, aor. pass. *ἠγοράσθην* (ἀγορά) 1) *forum frequento*. 2) *emo* (pr. in foro), et hoc dicitur *a*) proprie, absol. Mt. 21, 12. Mc. 11, 15. Lc. 19, 45; *τί*, Mt. 13, 44. 46. 14, 15. et parall. Jo. 4, 8. 6, 5; a quo ematur, dic. *παρά τινος*, Ap. 3, 8; *ἐκ* c. genit. pretii, Mt. 27, 7; c. nudo genitiv. pretii Mc. 6, 37. *b*) metaph. Christus emisse dicitur cultores suos, i. e. peculium sibi acquivisse 1 Co. 6, 20. 7, 23 (add. genit. pretii; v. sub *τιμή*); 2 Pet. 2, 1. Item *deo* eos emisse dicitur *ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ*, sanguinis sui effusione, Ap. 5, 9 et hi ipsi dicuntur emti *ἀπὸ τῆς γῆς* Ap. 14, 3 et *ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων* vs. 4, ita ut sint semoti a terra (ejusque miseriis) et a (profanis) hominibus. Ceterum *ἀγοράζειν* non est, quod vulgo docetur, *redimere* (*ἐξαγοράζειν*).

**ἀγοραῖος** (rar. αία), αῖον (ἀγορά), *ad forum spectans*, *forensis*; 1) *in foro versans*, (vel negotia tractans, velut *κάπηλοι*, vel) *otiose volitans*, lat. *subrostranus*, *subbasilicanus* (*Pflastertreter*, *müssiges Gesindel*), Act. 17, 5 (Plat. Prot. 347. e. *ἀγ. καὶ φαῦλοι*. Arist. ran. 1015. al.) — 2) dic. de iis, *quae in foro agi solent*; *ἀγοραῖοι* (sc. *ἡμέραι* vel *σύνοδοι*) *ἄγονται*, dies vel conventus judiciales, Act. 19, 38 (*τὰς ἀγοραίους ποιεῖσθαι* Strabo 13, p. 932), quo loco haud pauci *ἀγόραιοι* scribendum docent, *Grsb.*, *Lchm.*, scribunt; cf. *Win.* p. 52 s.; sed v. *Meyer* ad Act. 17, 5. *Göttling* v. Accent, p. 297.*

**ἄγρα**, ας, ἡ, 1) *captio*, *venatio*; Lc. 5, 4. — 2) *res quae capitur* vel *capta est*; *ἡ ἄγρα τῶν ἰχθύων*, *pisces capti*, ibid. 9.*

**ἀγράμματος**, ον, *illiteratus*, *litterarum rudis*, Act. 4, 13 (de iis, qui carent rabbinica eruditione; cf. Jo. 7, 15: *γράμματα μὴ μεμαθηκώς*).*

**ἀγραυλέω**, ῶ, ἄγραυλος (ἀγρός, αὐλή) *sum, in agro, sub dio ago*, etiam noctu, Lc. 2, 8 (Strab. p. 301. a. Plut. Num. 4.)*

**ἀγρεύω**, aor. 1. *ἤγρευσα* (ἄγρα), *capto* (pr. venatu feras, piscatu pisces); metaph. Mc. 12, 13: *ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσ. λόγῳ*, ut captarent eum temerario effato, quod colloquendo ex eo elicerent, cf. Lc. 20, 20 (in anthol. saepius est *captare laqueis amoris*, cf. *παγιδεύω* Mt. 22, 15; *σαγηνεύω* Lucian. Tim. 25.)*

**ἀγριέλαιος**, ον (ἄγριος et ἔλαιος s. ἐλαία, cf. ἀγριάμπελος), 1) *oleastrinus*, *ex olea agresti* (*σκυτάλην ἀγριέλαιον* anth. 9, 237, 4), dic. de surculo oleastri Ro. 11, 17. 2) Subst. *ἡ ἀγρ.*, *oleaster*, *olea agrestis*, (opp. *καλλιέλαιος*), Graecis etiam *κότινος* dicta, Ro. 11, 24. Cf. *Fritzsche* Ep. ad Ro. T. II, p. 495 ss.*

**ἄγριος**, ία, ον (ἀγρός), 1) *agrestis*, *sylvestris*, dic. de bestiis, quae in agris sylvisque degunt, et de herbis, quae sponte in agris nascuntur; *μέλι ἄγριον*, *mel sylvestre*, sive quod ab apibus vel in cavis arboribus, vel in petrarum scissuris, vel in nudo solo reponitur (1 Sam. 14, 25), sive rectius quod ex arboribus quibusdam promanat et induratum colligitur (Diod. Sic. 19, 94 fin. de Arabibus Nabataeis: *φύεται παρ' αὐτοῖς μέλι πολὺ τὸ καλούμενον ἄγριον, ᾧ χρῶνται ποτῷ μεθ' ὕδατος*; add. Suid. s. v. *ἀκρίς*); Mt. 3, 4. Mc. 1, 6. — 2) *saevus*, *immansuetus*; *κύματα θαλάσσης* Jud. vs. 13. (Sap. 14, 1).*

**Ἀγρίππας**, α (de quo genitivo v. *Win.* §. 8, 1) ὁ, v. *Ἡρώδης*.

**ἀγρός**, οῦ, ὁ, *a*) *ager*, *rus*; Mt. 6, 28. 24, 18. Lc. 15, 15 al. *b*) i. q. *χωρίον*, *ein Feldstück*, *ein Stück Ackerland*; Act. 4, 37. Mc. 10, 20. Mt. 13, 24. 26 al. *c*) *οἱ αγροί*, *praedia*, *rura*, *vici circumjacentes*, Mc. 5, 15. (oppos. *πόλις*) 6, 36. Lc. 9, 12.

**ἀγρυπνέω**, ῶ (ἄγρυπνος=ἄϋπνος), *insomnis sum*, *vigilo* (i. q. *γρηγορῶ*); trop. *sobrius*, *attentus*, *paratus sum*, Mc. 13, 33. Lc. 21, 36; *εἴς τι*, attentus sum in rem, Eph. 6, 18; *ὑπέρ τινος*, assiduam alicujus curam gero (imagine a pastoribus desumta), Heb. 13, 17.*

**ἀγρυπνία**, ας, ἡ, *insomnia*, *vigilia*, 2 Co. 6, 5. 11, 27.*

**ἄγω**, f. *ἄξω*, impf. *ἦγον*; aor. 2. *ἤγαγον*, inf. *ἀγαγεῖν* (rarior aor. 1. *ἦξα* in *ἐπάγω* 2 Pet. 2, 5); pass. impf. *ἠγόμην*, aor. 1. *ἤχθην*, fut. 1. *ἀχθήσομαι*; *ago*, *duco*. 1) proprie *a*) *prehendendo duco* eoque modo efficio, ut aliquis (aliquid) veniat ad terminum constitutum; animal, Mt. 21, 7. Lc. 19, 35. Mc. 11, 7 (*Tdf. Trg.* *φέρουσι*); *τινά* sq. *εἰς* c. acc. loci, Lc. 4, 9. 10, 34. 22, 54. Jo. 18, 28. Act. 6, 12. 9, 2. 17, 5. 21, 34. 22, 5. 24 (e lect. vulg.); 23, 10. 31; *ἐπί* c. acc. Act. 17, 19; *ἕως* Lc. 4, 29; ad *personas*, *πρός τινα*, Lc. 18, 40. Act. 9, 27. Jo. 8, 3. — *b*) *comitando* ad (in) aliquem *locum*; *εἰς*, Act. 11, 25; *ἐπί* c. acc. 17, 19; *ἕως* Act. 17, 15; ad *personas*, *πρός τινα* Jo. 1, 43. 9, 13. Act. 23, 18; sq. dativ. personae, ad quem ducitur, Act. 21, 16 de quo loco uberius agunt *Win.* p. 201 s. *Bttm.* ntl. Gr. p. 244 s. (1 Macc. 7, 2 *ἄγειν αὐτοὺς αὐτῷ*). — *c*) *mecum duco*, adjungo mihi comitem; *τινά*, 2 Tim. 4, 11. 1 Th. 4, 16. (Jos. antt. 10, 9, 6: *ἀπῆρεν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἄγων καὶ Ἱερεμίαν*.) Nonnulli huc referunt Act. 21, 16., ubi resolvunt *ἄγοντες Μνάσωνα, παρ' ᾧ ξενισθῶμεν*, sed perperam, ut docet *Win.* l. c. — *d*) *adduco*, *affero* (*bringen*, *herbeiholen*): *τινά*, Jo. 7, 45. Act. 5, 21. 26. 19, 37. 20, 12. 25, 6. 23; *πῶλον*, Mc. 11, 2 (ubi *Tdf. Trg.* *φέρετε*); *τινά τινι* vel *τί τινι*, Mt. 21, 2. Act. 13, 23. — *e*) *abduco*, ad tribunalia, ad judices, magistratus; simpliciter Mc. 13, 11; *ἐπί* c. acc. Mt. 10, 18. Lc. 21, 12 (*Tdf. Trg.* *ἀπαγομένους*); Act. 18, 12 (saepe ap. Atticos); ad supplicium; simpliciter (2 Macc. 6, 29; 7, 18 al.) Jo. 19, 16 *Grsb.* (l. vulg. *καὶ ἀπήγαγον*, quod *Lchm. Trg. Tdf.* expunxerunt); c. infinit. finali Lc. 23, 32; *ἐπὶ σφαγήν* Act. 8, 32 (*ἐπὶ θανάτῳ* Xen. mem. 4, 4, 3. An. 1, 6, 10). — 2) *tropice*, *a*) *rego*, *dux sum* alicui

(*leiten, Richtung geben*); Jo. 10, 16; *εἰς μετάνοιαν*, Ro. 2, 4. *b*) *perduco* ad aliquid, alicui alicujus boni aut mali auctor sum; *εἰς δόξαν* Heb. 2, 10 (*εἰς καλοκἀγαθίαν* Xen. mem. 1, 6, 14; *εἰς δουλείαν* Dem. p. 213, 27). *c*) *agito, compello*, dic. de viribus et affectionibus animum moventibus; Lc. 4, 1 (ubi lege *ἐν τῇ ἐρήμῳ*); *πνεύματι θεοῦ ἄγεσθαι*, Ro. 8, 14. Gal. 5, 18; *ἐπιθυμίαις* 2 Tim. 3, 6; simpliciter: caeco impetu ferri, 1 Co. 12, 2, nisi malueris: a daemoniaca vi ferri, cf. 1 Co. 10, 20. Eph. 2, 2. — 3) *ago dies, celebro festa; τρίτην ἡμέραν ἄγει* sc. *ὁ Ἰσραήλ*, Lc. 24, 21; *γενεσίων ἀγομένων* Mt. 14, 6; *ἀγοραῖοι* (quod vide) Act. 19, 38; saepe in ll. V. T. apocrr. (cf. *Wahl* Clav. apocrr. s. *ἄγω* Nr. 3), ap. Hdt. et Atticos. — 4) intrans.: *eo, proficiscor* (*Win.* §. 38, 1); *ἄγωμεν*, abeamus, Mt. 26, 46. Mc. 14, 42. Jo. 14, 31; *πρός τινα*, Jo. 11, 15; *εἰς* c. acc. loci, Mc. 1, 38. Jo. 11, 7. (Epict. diss. 3, 22; *ἄγωμεν ἐπὶ τὸν ἀνθύπατον*).*

*ἀγωγή, ῆς, ἡ* (ab *ἄγω*, ut *ἐδωδή* ab *ἔδω*), 1) proprie *ductio*. 2) translate *a*) transit. *ductus, institutio, educatio, disciplina; b*) intrans. *vivendi ratio* (qui usus vocis prodiit e pleniore dictione *ἀγωγὴ τοῦ βίου*, quod nos dicimus *Lebensführung*, ap. Pol. 4, 74, 1. 4), 2 Tim. 2, 10. (Esth. 2, 20. 2 Macc. 4, 16; *ἡ ἐν Χστῷ ἀγωγή* Clem. Ro. 1 Co. 47; *ἁγνὴ ἀγωγή*, ibid. 48. Omnes hi significatus saepe ap. profanos.)*

*ἀγών, ῶνος, ὁ* (*ἄγω*), 1) *locus concionis* (Hom. Il. 7, 298. 18, 376); speciat. locus, quo congregabantur Graeci ad agendos ludos solennes (ut pythicos, olympicos); hinc 2) *certamen* (athletarum, cursorum, aurigarum), *Wettkampf*; unde translate *τρέχειν τ. ἀγῶνα* (sic etiam Graeci; v. in voce *τρέχειν*) Heb. 12, 1 (sententia: inter molestias omni studio enitamur, ut perveniamus ad perfectionis finem Christi assectatoribus propositum); quaelibet contentio cum periculis, molestiis, difficultatibus fidei, virtuti ac propagandae rei christianae studio oppositis, 1 Th. 2, 3. Phil. 1, 30. 1 Tim. 6, 12. 2 Tim. 4, 7; intenta ac sollicita cura, *περί τινος*, Col. 2, 1. De ethico imaginum a gymnicis Graecorum ludis petitarum usu cf. *Grimm* Exeg. Hdb. ad Sap. 4, 1.*

*ἀγωνία, ας, ἡ*, 1) i. q. *ἀγών*, quod v. 2) inde a Demosth. (pro cor. p. 236: *ἦν ὁ Φίλιππος ἐν φόβῳ κ. πολλῇ ἀγωνίᾳ*) haud raro de vehementioribus animi motibus et angoribus usurpatur; ita Lc. 22, 44. (2 Macc. 3, 14. 16. 15, 19. Jos. ant. 11, 8, 4: *ὁ ἀρχιερεὺς ἦν ἐν ἀγωνίᾳ καὶ δέει*.)*

*ἀγωνίζομαι*, impf. *ἠγωνιζόμην* pf. *ἠγώνισμαι*, vb. deponens med. (*ἀγών*), 1) *certamen ineo; in ludis gymnicis certo*; 1 Co. 9, 25. — 2) univ. *pugno* cum hostibus, sq. *ἵνα μή*, Jo. 18, 36. Translate 3) *conflictor cum difficultatibus et periculis* evangelio oppositis; Col. 1, 29. 1 Tim. 4, 10 (*Lchm. Tdf. Trg.* pro vulg. *ὀνειδιζόμεθα*); *ἀγωνίζ. ἀγῶνα* (phrasis etiam Graecis, potissimum Atticis, frequentata) 1 Tim. 6, 12. 2 Tim. 4, 7. — 4) *enixo studio contendo* ad aliquid obtinendum; sq. infin. Lc. 13, 24; *ὑπέρ τινος ἐν τ. προσευχαῖς, ἵνα*, Col. 4, 12.*

*Ἀδάμ*, nom. propr. indecl. (ap. Jos. *Ἄδαμος, ου*), אָדָם (h. e. interprete Philone Opp. I, p. 62, *γήϊνος*, Euseb. praep. ev. 7, p. 39 *γηγενής*, Josepho antt. I, 1, 2 *πυῤῥός*, quod idem censet *Gesenius* Thes. l. hebr. et chald. I, p. 25). *Adamus*, primus homo et totius humani generis parens; Lc. 3, 38. Ro. 5, 14. 1 Co. 15, 22. 45. 1 Tim. 2, 13 s. Jud. vs. 14. E Rabbinorum distinctione inter *priorem* Adamum (אָדָם הָרִאשׁוֹן), primum hominem, miseriarum auctorem, et *posteriorem* Adamum (אָדָם הָאַחֲרוֹן), Messiam, salutis recuperatorem, 1 Co. 15, 45 Jesus Christus appellatur *ὁ ἔσχατος Ἀδάμ* (v. sub *ἔσχατος*) et *τῷ πρώτῳ ἀνθρώπῳ* opponitur; Ro. 5, 14: *ὁ μέλλων* sc. *Ἀδάμ*.*

*ἀδάπανος, ον* (*δαπάνη*), *gratuitus*, qui nullum flagitat sumtum; 1 Co. 9, 18 (*ἵνα ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγ.*, ut institutionem de Christo rem sine sumtu parabilem faciam).*

*Ἀδδί* s. *Ἀδδεί* (*Tdf. Trg.*), *ὁ*, nom. propr. indecl. unius e majoribus Christi; Lc. 3, 28.

*ἀδελφή, ῆς, ἡ* (v. *ἀδελφός*), *soror; 1*) *germana* soror; Mt. 19, 29. Lc. 10, 39 s. Jo. 11, 1. 3. 5. 19, 25. Ro. 16, 5 al.; de sororibus Christi ap. Mt. 13, 56. Mc. 6, 3 v. sub *ἀδελφός*. — 2) *christianae religionis vinculo cognata*, 1 Co. 7, 15. 9, 5. Philem. vs. 1 (*Lchm.*); Jac. 2, 15; c. genit. subjecti, Christiana alicui praecipue cara, Ro. 16, 1.

*ἀδελφός, οῦ, ὁ* (ex *α* copulat. et *δελφύς*, ex eodem utero editus; cf. *ἀγάστωρ*), 1) *frater* (sive ab iisdem duobus parentibus natus, sive tantum *ὁμοπάτριος*, sive *ὁμομήτριος*), Mt. 1, 2. 4, 18 ac saepius. — *Fratres Jesu*, Mt. 12, 46 s. 13, 55 s. Mc. 11, 3 (utroque loco etiam *sorores*), Lc. 8, 19 s. Jo. 2, 12. 7, 3. Act. 1, 14. Gal. 1, 19. 1 Co. 9, 5 esse neque Josephi filios e conjuge ante Mariam in matrimonium ductam susceptos (id quod in apocryphis evv. traditur), neque consobrinos, filios ab Alphaeo s. Cleopha e Maria, sorore matris Jesu, genitos (quae communis fere orthodoxorum doctorum sententia est inde ab Hieronymo et Augustino), ex illo dicendi usu, quo *ἀδελφ.*, ut hebr. אָח, quemvis cognatum et consanguineum denotat (Gen. 14, 16. 1 Sam. 20, 9. 2 Reg. 10, 13 al.), sed *germanos* fratres post Jesum procreatos, elucet maxime e Mt. 1, 25. Lc. 2, 7., ubi, si Maria post Jesum alios liberos non peperisset, pro *vl. πρωτότοκον* dicendum fuisset *vl. μονογενῆ*, pariter atque ex Act. 1, 14. coll. Jo. 7, 5., ubi *fratres domini* ab apostolis distinguuntur. Uberiora hac de re v. in voce *Ἰάκωβος*, 3. — 2) ex usu hebr. אָח (Exod. 2, 11. 4, 18 al.), ap. profanos scriptores vix obvio, *eundem populi parentem habens, ejusdem populi socius, popularis*; ita Judaei (tanquam *σπέρμα Ἀβραάμ, υἱοὶ Ἰσραήλ* Act. 13, 26) dicuntur *ἀδελφοί* Mt. 5, 47. Act. 3, 22. (Deut. 18, 15) 7. 23. 22, 5. 28, 15. 21. Ro. 9, 3; in allocutione, Act. 2, 29. 3, 17. 23, 1. Heb. 7, 15. — 3) Quemadmodum Lev. 19, 17 voces אָח et רֵעַ (sed, uti e vss. 16. 18 patet, de *Israelitis* dictae) alternant, ita in Christi effatis ap. Mt. 5, 22. 24. 7, 3 ss. *ἀδελφ.* idem est ac *ὁ πλησίον*, ita tamen ut, quod patet e Lc. 10, 29 ss., intelligatur *quivis alius homo* (*Mitmensch*), quippe cum ceteris deum eundem habens patrem (Heb. 2, 11) atque ex eodem protoplasto prognatus (Act. 17, 26); cf. Epict. diss. 1, 13. 3. — 4) *ejusdem fidei socius et caritatis vinculo alii conjunctus*; ita frequentissime de Christianis, unam quasi familiam constituentibus; Mt. 23, 8. Jo. 21, 23. Act. 6, 3. 9, 30. 11, 1. Gal. 1, 2. 1 Co. 5, 11. Phil. 1, 14 al.; in blanda allocutione, Ro. 1, 13. 7, 1. 1 Co. 1, 10. 1 Jo. 2, 9 s. al. mult.; ita tamen, ut in Joanneo dicendi usu respiciatur ad novam vitam, ad quam eadem dei patris vi renati sint, 1 Jo. 2, 9 ss. 3, 10. 14 al. coll. 5, 1. — 5) *muneris et officii socius*; 1 Co. 1, 1. 2 Co. 1, 1. 2, 12. Eph. 6, 21. Col. 1, 1. — 6) *Fratres Christi* dicuntur *a*) ejus germani fratres; v. supra n. 1. — *b*) omnes homines; Mt. 25, 40. Heb. 2, 11 s. — *c*) apostoli; Mt. 28, 10. Jo. 20, 17. — *d*) Christiani, ut qui ad eandem, qua ipse in coelis gaudet, *δόξαν* (q. v.) vocati et evehendi sint; Ro. 8, 29.

*ἀδελφότης, ητος, ἡ, fraternitas*, coetus fratrum h. e. Christianorum, s. fratres (Christiani), abstract. pro concreto, 1 Pet. 2, 17. 5, 9. (1 Macc. 12, 10. 17 de necessitudine consociatorum populorum;

4 Macc. 9, 23. 10, 3 necessitudo fratrum; Dio Chrys. 2, 137; saepe ap. eccles. scriptores.)*

ἄδηλος, ον (δῆλος), *non conspicuus*, Lc. 11, 44; *non distinctus*, *incertus*, φωνή, 1 Co. 14, 8. (ap. Graecos inde ab Hesiodo.)*

ἀδηλότης, ητος, ἡ, *incertitudo;* 1 Tim. 6, 17 πλούτου ἀδηλότητι = πλούτῳ ἀδήλῳ cf. *Win.* §. 34, 3.*

ἀδήλως, adv. *incerte;* 1 Co. 9, 26: οὕτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως, ita curro, ut non incertus sim, quo tendam; cf. *Meyer* ad l.*

ἀδημονέω, ῶ (ab inusit. ἀδήμων, et hoc ex α priv. ac δῆμος, itaque nostr. *unheimisch*, *unheimlich;* cf. *Buttmann* Lexil. 2, p. 136), *pavesco*, *angor;* Mt. 26, 37. Mc. 14, 33. Phil. 2, 26. (Xen. Hell. 4, 4, 3: ἀδημονῶ τὴν ψυχήν, ac saepius ap. profanos.)*

ᾍδης, ᾅδης, ου, ὁ (pro antiquiore Ἀΐδης, quo Homerus utitur, et hoc ex α priv. et ἰδεῖν, *qui conspici nequit*), ap. profanos 1) nom. propr. *Hades*, *Pluto*, inferorum deus, ita semper ap. Hom. 2) appellat. *orcus* (*die Unterwelt*, *das Todtenreich*). — A LXX fere semper hac voce redditur hebr. שְׁאוֹל (semel θάνατος 2 Sam. 22, 6); est igitur in biblica graecitate *orcus*, *inferna*, tenebricosus (Job. 10, 21) ac tristis (sed cf. voces γέεννα et παράδεισος) in intimis et infimis terrae (Job. 11, 8. Jes. 57, 9. Am. 9, 2 al.; v. ἄβυσσος) locus, commune animorum corporibus solutorum receptaculum; Lc. 16, 23; εἰς ᾅδου sc. δόμον, Act. 2, 27. 31 ex ellipsi frequentissima; cf. *Win.* p. 550 (sed *Lchm. Tdf. Trg.* vs. 27, *Tdf.* etiam vs. 31 receperunt εἰς ᾅδην, ut LXX Ps. 16, 8); πύλαι τοῦ ᾅδου Mt. 16, 18 (πυλωροὶ ᾅδου Job. 38, 17; v. in πύλη); κλεῖς τ. ᾅδου, Ap. 1, 18; potestas orci poëtice ut persona sistitur 1 Co. 15, 55 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* rec. θάνατε pro vulg. ᾅδη); Ap. 6, 8. 20, 13 s.; — metaph. ἕως ᾅδου καταβιβάζεσθαι in infimum miseriae et contumeliae statum detrudi, Mt. 11, 23. Lc. 10, 15.*

ἀδιάκριτος, ον (διακρίνω), 1) *indiscretus*, et *qui discerni nequit;* φωνή, Pol. 15, 12, 9; λόγος, Luc. Iup. Trag. 25; pro בֹּהוּ Symm. Gen. 1, 2. — 2) *in quo nihil dubii vel ambigui et incerti est* (v. in διακρίνω, 3), ἡ ἄνωθεν σοφία, Jac. 3, 17 (Ignat. ad Eph. 3: Ἰησοῦς Χριστὸς τὸ ἀδιάκριτον ἡμῶν ζῆν).*

ἀδιάλειπτος, ον (διαλείπω, intermitto, desino), *non intermissus*, *continuus;* Ro. 9, 2. 2 Tim. 1, 3.*

ἀδιαλείπτως, adv., *sine intermissione*, *assidue;* Ro. 1, 9. 1 Th. 1, 3. 2, 13. 5, 17.*

ἀδιαφθορία, ας, ἡ (ἀδιάφθορος, incorruptus, incorruptibilis, ab ἀ-διά-φθείρω), *incorruptibilitas* (Tertull.), *integritas*, *sinceritas;* mentis ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, Tit. 2, 7 (*Lchm. Tdf. Trg.* ἀφθορίαν). Apud profanos non habetur.*

ἀδικέω, ῶ, aor. 1. ἠδίκησα, aor. 1. pass. ἠδικήθην; pr. *sum* ἄδικος, 1) absol. *a*) *injuste s. improbe ago*, *pecco;* Ap. 22, 11. Col. 3, 25. *b*) *in culpa sum*, aliquid contra leges commisi; Act. 25, 11. (ita saepe ap. Graecos.) *c*) *injuria afficio;* 1 Co. 6, 8. 2 Co. 7, 12. *d*) *noceo;* Ap. 9, 19. — 2) transit. *a*) τί, *aliquid pecco;* Col. 3, 25 (ὃ ἠδίκησε, quod improbi fecit). *b*) τινά, *injuria aliquem afficio*, *improbe ago in eum;* Act. 7, 26 s. (verberibus); Mt. 20, 13 (fraude); 2 Co. 7, 2; pass. ἀδικεῖσθαι, injuria affici, 2 Co. 7, 12. Act. 7, 24; med. ἀδικοῦμαι, injuriam mihi afferri patior, 1 Co. 6, 7; τινὰ οὐδέν, Act. 25, 10. Gal. 4, 12; τινά τι Philem. vs. 18. *c*) τινα, *noceo*, *damnum affero*, *laedo* (hoc significatu ap. Graecos cujusvis aetatis), Lc. 10, 19. Ap. 6, 6. 7, 2 s. 9, 4. 10. 11, 5; pass. οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου, nullam vim patietur e morte, Ap. 2, 11.*

ἀδίκημα, τος, τό (ἀδικέω), *maleficium;* Act. 18, 14. 24, 20. Ap. 18, 5.*

ἀδικία, ας, ἡ (ἄδικος), 1) *injustitia*, judicis; Lc. 18, 6. Ro. 9, 14. 2) *improbitas animi et morum;* *a*) universe, Mt. 23, 25 (*Grsb.*); Act. 8. 23 (v. in σύνδεσμος); Ro. 1, 18. 29. 2, 8. 6, 13. 2 Tim. 2, 19; opp. ἡ ἀλήθεια, 1 Co. 13, 6. 2 Th. 2, 12: opp. ἡ δικαιοσύνη, Ro. 3, 5 et ap. *Tdf.* Heb. 1, 9; ex adjunctis: *culpa* improbitatis, 1 Jo. 1, 9; ἀπάτη τῆς ἀδικίας fraus, qua utitur improbitas, 2 Th. 2, 10; μισθὸς ἀδικίας, merces (i. e. poena) improbitati debita, 2 Pet. 2, 13. *b*) speciatim improbitas, qua quis alios fallit, Jo. 7, 18 (opp. ἀληθής); μαμωνᾶς τῆς ἀδικίας, divitiae fallaces, Lc. 16, 9 (cf. ἀπάτη τοῦ πλούτου Mt. 13, 22; sed alii intelligunt divitias scelere partas); κόσμος τῆς ἀδικίας, qua locutione respicitur ad ea, quae pravo linguae usu peccantur, Jac. 3, 6 (v. in κόσμος); *perfidia* Lc. 16, 8 (οἰκονόμος τῆς ἀδικίας). 3) *factum, quo lex et justum violatur;* πᾶσα ἀδικία ἁμαρτία ἐστί, 1 Jo. 5, 17; ἐργάται τῆς ἀδικίας Lc. 13, 27; αἱ ἀδικίαι, maleficia, Heb. 8, 12 (e LXX Jer. 31, 34. coll. Dan. 4, 24); μισθὸς ἀδικίας, merces scelere parta, Act. 1, 18. 2 Pet. 2, 15; speciat. injuria, qua alicui detraho quod suum est, 2 Co. 12, 13 (ubi beneficium ironice appellatur ἀδικία).*

ἄδικος, ον (δίκη), *qui jus violat* vel *violavit*, 1) *injustus* (de deo judice), Ro. 3, 5. Hebr. 6, 10. — 2) qui leges divinas violat, *improbus*, *peccator* (v. ἀδικία n. 2.); opp. δίκαιος, Mt. 5, 45. Act. 24, 15. 1 Pet. 3, 18; opp. εὐσεβής, 2 Pet. 2, 9 quo sensu e judaico dicendi usu gentiles vocantur ἄδικοι 1 Co. 6, 1 (v. in ἁμαρτωλός). — 3) speciatim *qui fraudulenter agit contra alios*, Lc. 18, 11; *qui fidem fallit;* Lc. 16, 10 (opp. πιστός); *fallax*, μαμωνᾶς, Lc. 16, 11 (ex aliorum interpretatione divitiae improbe partae; v. in ἀδικία n. 2. b.).*

ἀδίκως, adv., *injuste*, *immerito*, *sine culpa* (πάσχειν) 1 Pet. 2, 19.

Ἀδμεΐν, ὁ, Lc. 3, 33 *Tdf.* pro l. vulg. Ἀράμ, q. v.

ἀδόκιμος, ον (δόκιμος), *qui non ad obrussam est* (*nicht probehaltig*); pr. de metallis et monetis, ἀργύριον, Jes. 1, 22. Prov. 25, 4; νόμισμα, Plat. legg. 5, p. 742. a. al., hinc *qui non talem se probat qualem se probare debet;* γῆ, de terra sterili, Heb. 6, 8; sensu ethico 1 Co. 9, 27. 2 Co. 13, 5—7; νοῦς Ro. 1, 25; περὶ τὴν πίστιν 2 Tim. 3, 8; hinc *ineptus ad aliquid;* πρός τι Tit. 1, 16.*

ἄδολος, ον (δόλος), *doli expers;* de rebus: *non adulteratus*, *purus;* de lacte 1 Pet. 2, 2.*

Ἀδραμυττηνός, ἡ, όν, adj. ab Ἀδραμύττιον (Ἀδραμύττειον, Ἀδραμμύτειον), urbe maritima Mysiae. navali instructa; Act. 27, 2.*

Ἀδρίας, ου, ὁ, *mare Adriaticum*, h. e. latiore sensu mare inter Graeciam et Italiam; Act. 27, 27.*

ἁδρότης, ητος, ἡ, s. potius ἁδροτής, ῆτος, cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 417 s. (ab ἁδρός, densus, firmus, maturus, validus, opulentus), sequitur apud Graecos significatum adjectivi ἁδρός; semel in N. T. 2 Co. 8, 20, *larga collectio*, *ingens largitio*. (ἁδροσύνη de larga messe ap. Hes. ἔργ. 471.)

ἀδυνατέω, ῶ, f. ήσω (ἀδύνατος), *a*) *ego non valeo*, *infirmus sum;* ita de personis semper ap. Graecos. — *b*) *res* ἀδυνατεῖ, *fieri non potest*, *impossibile est;* ita solum ap. LXX et in N. T.; οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ θεῷ πᾶν ῥῆμα. Lc. 1, 37 (LXX Gen. 18. 14); οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν, Mt. 17, 20 (Job. 42, 2).*

ἀδύνατος, ον (δύναμαι), 1) *invalidus;* τοῖς ποσί, Act. 14, 8. *imbecillis;* trop. de Christianis, quorum fides vel persuasio nondum satis firma est, Ro. 15, 1 (opp. δυνατός). 2) *impossibilis* (opp. δυνατόν, possibile), παρά τινι, per alicujus vim, Mt. 19, 26. Mc. 10, 27. Lc. 18, 27; τὸ ἀδύν. τοῦ νόμου, quod lex efficere non potuit (supple: hoc deus eo effecit, quod), Ro. 8, 3; sq. acc. c. infin. Heb. 6, 4. 18. 10, 4; sq. inf. 11, 6.*

*ᾄδω* (*ἀείδω*), Graecis omnium aetatum frequentissimum, ap. LXX pro שִׁיר; *cano*, *canto;* 1) intrans. *τινί*, in alicujus laudem (Judith. 16, 2), Eph. 5, 19. Col. 3, 16 (quo utroque loco de lyrica grati piique animi affectione dicitur). 2) trans., *ᾠδήν*, Ap. 5, 9. 14, 3. 15, 3.*

*ἀεί*, adv., *semper;* 1) *perpetuo*, *assidue;* Act. 7, 51. 2 Co. 4, 11. 6, 10. Tit. 1, 12. Heb. 3, 10. 2) *quovis tempore*, quo aliquid e rerum conditione denuo fit vel faciendum est; Mc. 15, 8 (quovis festo); 1 Pet. 3, 15. 2 Pet. 1, 12.*

*ἀετός*, *οῦ*, *ὁ* (ut lat. *avis* ab *ἄημι*, ob volatum spiramento similem), ap. LXX pro נֶשֶׁר, *aquila;* Ap. 4, 7. 8, 13 (vulg. *ἀγγέλου*); 12, 14. — Apud Mt. 24, 28. Lc. 17, 37 (sicut Job. 39, 30. Prov. 30, 17), quum aquilae aut numquam aut rarissime (ut hieme) cadavera petere dicantur, praestat c. multis intpp. intelligere vel *vulturem percnopterum* (*Aasgeier*), aquilae similem (Plin. H. N. 10, 3: „quarti generis [aquilarum] est percnopterus"), vel *vulturem barbatum*, *Goldgeier*. Cf. *Winer* RWB. s. v. *Adler*. Sententia proverbii utroque loco prolati est: ubi peccatores (v. in *πτῶμα*), ibi non deerit de coelis vindicta.*

*ἄζυμος*, *ον* (*ζύμη*), hebr. מַצָּה, *non fermentatus*, *fermenti expers;* propr. *ἄρτοι*, Ex. 29, 2. Jos. antt. 3, 6, 6; hinc neutr. plur. *τὰ ἄζυμα*, מַצּוֹת, panes non fermentati; *ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων*, חַג הַמַּצּוֹת, feriae (paschales), quibus per septem dies panes non fermentatos comedere tenebantur Israelitae in memoriam exitus ex Aegypto (Ex. 23, 15. Lev. 23, 6), Lc. 22, 1; *ἡ πρώτη* (sc. *ἡμέρα*) *τῶν ἀζ.* Mt. 26, 17. Mc. 14, 12. Lc. 22, 7; *αἱ ἡμέραι τῶν ἀζ.* Act. 12, 3. 20, 6; ipsae paschatis feriae *τὰ ἄζυμα* dicuntur Mc. 14, 1. Translate Christiani, si tales sunt, quales esse debent, *ἄζυμοι* dicuntur, h. e. expertes fermenti improbitatis, puri a vitiis, 1 Co. 5, 7., et admonentur *ἑορτάζειν ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας*, festum agere azymis, quae animi integritate ac sinceritate cernuntur, 1 Co. 5, 8. (Apud profanos vox bis obvenit: Athen. 3, 74: [*ἄρτον*] *ἄζυμον;* Plat Tim. p. 74, d. *ἄζυμος σάρξ*, caro nondum satis efformata.)*

*Ἀζώρ*, nom. propr. indecl. unius e majoribus Christi; Mt. 1, 13 s.

*Ἄζωτος*, *ου*, *ἡ*, אַשְׁדּוֹד, Azotus, e quinque primariis Philistaeorum urbibus, inter Ascalonem et Jamniam, non longe a littore maris mediterranei sita, Act. 8, 40; hodie parvulus vicus, *Esdûd*. Succinctam urbis historiam praebent *Gesenius* Thes. III. p. 1366. *Raumer* Pal. p. 156.*

*ἀηδία*, *ας*, *ἡ* (ab *ἀηδής*, et hoc ex a priv. et *ἦδος*, voluptas, delectatio), 1) *insuavitas*, *molestia*. 2) *taedium*, *odium;* *ἐν ἀηδίᾳ* Cod. cantabr. Lc. 23, 12 pro vulg. *ἐν ἔχθρᾳ*.

*ἀήρ*, *ἀέρος*, *ὁ* (*ἄημι*, *ἄω*), *aër* (et quidem inferior ac densior, qui superiori ac tenuiori, h. e. *τῷ αἰθέρι*, opponitur; Hom. Il. 14, 288), *aeris spatium;* Act. 22, 23. 1 Th. 4, 17. Ap. 9, 2. 16, 17; *ὁ ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος* Eph. 2, 2 est imperator potentium (spirituum, v. in *ἐξουσία*) in aëre, h. e. diabolus, daemonum, e judaica opinione aeris spatium replentium (cf. *Meyer* ad l.), princeps. *ἀήρ* est quidem interdum nebulosus et caliginosus aër (Hom. Il. 17, 644. 3, 383. 5, 356. al. Pol. 18, 3, 17), nusquam vero prorsus idem quod *σκότος*, quem significatum multi Eph. 2, 2 statuendum esse temere docent. — *ἀέρα δέρειν*, *verberare ictibus auras* (Virg. Aen. 5, 374; de pugilibus ictu aberrantibus), h. e. frustra contendere; 1 Co. 9, 26; *εἰς ἀέρα λαλεῖν*, nostr. *in den Wind reden*, *verba ventis profundere* (Lucr. 4, 929), sine fructu loqui, de iis dicitur, qui loquuntur, quae ab auditoribus non intelliguntur, 1 Co. 14, 9.*

*ἀθανασία*, *ας*, *ἡ* (*ἀθάνατος*), *immortalitas;* 1 Co. 15, 53 s. 1 Tim. 6, 16., ubi deus dicitur *ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν*, quia eam habet „*ἐκ τῆς οἰκείας οὐσίας*, *οὐκ ἐκ θελήματος ἄλλου*, *καθάπερ οἱ λοιποὶ πάντες ἀθάνατοι*" *Justin*. quaest. et resp. ad orthod. 61. (ap. Graecos inde a Plat.)*

*ἀθέμιτος*, *ον*, forma inferioris aetatis pro antiquiore et meliore *ἀθέμιστος* (*θεμιτός*, *θεμιστός*, *θεμίζω*, *θέμις*), *legi et juri contrarius*, *lege interdictus*, *illicitus*, *nefarius;* 1 Pet. 4, 3; *ἀθέμ. ἐστί τινι* sq. inf., Act. 10, 28.*

*ἄθεος*, *ον* (*θεός*), *qui est sine deo*, *qui nullum deum novit et colit*, quo sensu Ael. v. h. 2, 31 docet, *ὅτι μηδεὶς τῶν βαρβάρων ἄθεος;* ap. Graecos plerumque *deorum contemtor;* *impius;* *deos*, *quos civitas agnoscit*, *negans*, quo sensu nonnulli Graecorum philosophi, Judaei (Jos. c. Ap. 2, 14) et posthac Christiani a gentilibus *ἄθεοι* vocabantur (Justin. apol. 1, 13 al.); Eph. 2, 12 is, qui *verum* deum neque novit, neque colit; ita de gentilibus (1 Th. 4, 5. Gal. 2, 8); Clem. Alex. protr. p. 14: *ἀθέους -- οἳ τὸν ὄντως ὄντα θεὸν ἠγνοήκασι*. Philo leg. ad Caj. 5, 25: *αἰγυπτιακὴ ἀθεότης*. Symmach. Hos. 4, 15: *οἶκος ἀθείας*, domus, in qua idola adorantur. Ignat. ad Trall. 10: *ἄθεοι τουτέστιν ἄπιστοι* (de docetis).*

*ἄθεσμος*, *ον* (*θεσμός*), *qui legi se non adstringit*, legum repagula perfringit et libidinibus indulget; 2 Pet. 2, 7. 3, 17.*

*ἀθετέω*, *ῶ*, f. *ήσω*, aor. 1. *ἠθέτησα*, vox primum ap. LXX et Polyb. et quidem frequentissime obvia; *a*) proprie *ἄθετον reddo;* *θετόν τι*, *quod ratum*, *statutum*, *institutum est*, *tollo;* *διαθήκην*, Gal. 3, 15 (1 Macc. 11, 36. 2 Macc. 13, 25 al.); ex adjuncto: ita se gerere in aliquid, quasi sit sublatum; hinc legem vi privare factis vel placitis legi contrariis, eam transmigrare, Mc. 7, 9; Heb. 10, 28 (Ez. 22, 26); *πίστιν*, fidem datam fallere, 1 Tim. 5, 12. (Pol. 8, 2. 5. 11, 29, 3. Diod. exc. p. 562.) Hinc *b*) *vim et efficaciam alicujus impedio*, *irritum reddo*, *frustror;* *τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ*, Lc. 7, 30 (effecerunt, ut salutare dei consilium vim non haberet); *τὴν σύνεσιν*, prudentiam et consilia alicujus effectu frustrari, 1 Co. 1, 19 (Jes. 19, 14). *c*) *sperno*, *repudio;* *τ. χάριν τοῦ θεοῦ*, Gal. 2, 21; personas: Mc. 6, 26 (eo, quod alicui promissum datum non servo); Lc. 10, 16. Jo. 12, 48. 1 Th. 4, 8. Jud. vs. 8 (pro quo locus parall. 2 Pet. 2, 10 habet *καταφρονεῖν*).*

*ἀθέτησις*, *εως*, *ἡ* (*ἀθετέω*, q. v.; cf. *νουθετεῖν*, *νουθέτησις*), *abolitio;* Heb. 7, 18. 9, 26 (raro apud profanos inferioris aetatis, ut Cic. ad Att. 6, 9. Diog. Laert. 3, 39, 66, ap. grammat. *improbatio;* saepius ap. ecclesiasticos scriptores).*

*Ἀθῆναι*, *ῶν*, *αἱ* (de quo plurali cf. *Win*. §. 27, 3); *Athenae*, urbs Graeciae nobilissima in Attica; Act. 17, 15 s. 18, 1. 1 Th. 3, 1.*

*Ἀθηναῖος*, *αία*, *αῖον*, *Atheniensis;* Act. 17, 21 s.*

*ἀθλέω*, *ῶ* (*ἆθλος*), *certamen ineo*, *certo in ludis publicis* (olympicis, pythicis, isthmicis) vel pugione, vel caestu, vel disco, vel lucta, vel cursu, vel alia re; 2 Tim. 2, 5. (saepe ap. profanos.)*

*ἄθλησις*, *εως*, *ἡ*, *certatio*, *pugilatio* (inde a Polybio usitatum); metaph. *ἄθλ. παθημάτων*, conflictatio cum miseriis, vexationibus, Heb. 10. 32.*

*ἀθροίζω*, ptcp. pf. pass. *ἠθροισμένος* (ab *ἀθρόος* —*θρόος* c. *α* copulativo), *in unum colligo*, *congrego;* pass. *congregor*, *convenio*, Lc. 24, 23 *Lchm*. *Tdf*. *Trg*. (Xen. Plat. Polyb. Plut. al.; apocrr. V. T.; LXX aliquoties pro קָבַץ).* .

*ἀθυμέω*, *ῶ*, inde a Thucyd. Graecis frequentatum, *sum ἄθυμος* (*θυμός*, animus, *Muth*), *animum*

*despondeo, fracto sum animo*, Col. 3, 21. (LXX 1 Sam. 1, 6 s. al. Judith. 7, 22. 1 Macc. 4, 27.)*

**ἀθῷος**, rectius ἄθῳος (*Lchm. Tdf.*), ον (θωή, mulcta), *impunis, insons; αἷμα ἀθῷον*, Mt. 27, 4 (Deut. 27, 5. 1 Sam. 19, 5 al. 1 Macc. 1, 37. 2 Macc. 1, 8); *ἀπό τινος* ex hebr. נָקִי מִן (2 Sam. 14, 9), *insons ideoque remotus a - -*, Mt. 27, 24 (i. e. caedis in hoc innocenti homine commissae culpa in me transferenda non est); *ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας*, Clem. Rom. 1 Co. 59. Graeci dicunt *ἀθῷός τινος*.*

**αἴγειος**, *εία, ειον* (αἴξ, gen. γός, caper, capra), *hircinus, caprinus* (cf. *καμήλειος, ἵππειος, ὕειος, προβάτειος* al.) Heb. 11, 37.*

**αἰγιαλός**, *οῦ, ὁ, ora maritima, litus*, Mt. 13, 2. 48, Jo. 21, 4. Act. 21, 5. 27, 39. 40. (Deducunt vocem plerique ab *ἄγνυμι* et *ἅλς* [ut sit i. q. *ἀκτή*, locus, quo fluctus franguntur], alii ab *αἶγες*, *fluctus*, et *ἅλς*, alii ab *ἀΐσσω* et *ἅλς* [locus, quo mare erumpit s. prosilit].)*

**Αἰγύπτιος**, *ία, ον*, nomen gentile, *Aegyptius;* Act. 7, 22. 24. 28. 21, 38. Heb. 11, 29.*

**Αἴγυπτος**, *ου, ἡ*, nomen propr. notissimae regionis, *Aegyptus;* Mt. 2, 13 s. Act. 2, 10. Heb. 3, 16 al.; plenius *γῆ Αἰγ.* Act. 7, 36. 40. 13, 17. Heb. 8, 9. Jud. vs. 5 (Ex. 5, 12. 6, 26 al. 1 Macc. 1, 19. Bar. 1, 19 s. al.); *ἡ γῆ Αἰ.* Act. 7, 11; *ἐν Αἰγύπτου* sc. *γῇ* Heb. 11, 26 *Lchm.* sed cf. *Bleek* ad l. *Bttm.* ntl. Gr. p. 149, 27. — Ap. 11, 8 *Αἰγ.* est imago Hierosolymorum, h. e. judaicae reipublicae Christum ejusque divinam causam persequentis ideoque Aegyptiis, qui olim vero deo adversati erant et ejus populum opprimere studuerant, comparandae.

**ἀΐδιος**, *ον* (pro *ἀείδιος*, ab *ἀεί*), *aeternus, sempiternus;* (Sap. 7, 26.) Ro. 1, 20. Jud. vs. 6. (Hom. hymn. 29, 3. Hes. sc. 310, et inde a Thucyd. ap. prosae orationis scriptores.)*

**αἰδώς**, *όος, οῦς, ἡ*, inde ab Hom., *pudor;* 1 Tim. 2, 9; *verecundia, reverentia;* Heb. 12, 28 (*λατρεύειν θεῷ μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας*, pro quo *Lchm. Tdf. Trg. εὐλαβείας καὶ δέους*).*

**Αἰθίοψ**, *οπος, ὁ* (*αἴθω*, uro et *ὤψ*, facies; qui nigra est facie), *Aethiops* (hebr. כּוּשִׁי), Act. 8, 27., ubi intelligenda est Aethiopia superior, Habesch s. Abessinia dicta, Africae regio vicina Aegypto, insulam includens Meroën.*

**αἷμα**, *τος, τό, sanguis*, sive hominum, sive animalium. 1) *a*) universe et simpliciter Jo. 19, 34. Ap. 8, 7 s. 11, 6. 16, 3 s. 6 (ad quos ll. cf. Exod. 7, 20 ss.); 19, 13; *ῥύσις αἵματος*, Mc. 5, 25. Lc. 8, 43 s.; *θρόμβοι αἵματος* Lc. 22, 44. Sic quoque in locis, ubi esus sanguinis (et cruentae carnis) interdicitur, Act. 15, 20. 29; 21, 25; cf. Lev. 3, 17. 7, 26. 17, 10. Cf. *Knobel* ad Lev. 7, 26 s. *Rückert* Abendmahl p. 94. — *b*) Quum ex veterum opinione vitae sedes in sanguine esset (Lev. 17, 11): *σὰρξ κ. αἷμα*, בָּשָׂר וָדָם (locutio Rabbinis frequentata), vel inverso ordine *αἷμα καὶ σάρξ*, denotat corpus hominis vivum e carne et sanguine concretum, 1 Co. 15, 50. Heb. 2, 14., et notionem hominis deo (vel etiam sublimioribus naturis, Eph. 6, 12) oppositi ita adumbrat, ut respiciatur ejus imbecillitas, Eph. 6, 12. (Sir. 14, 18), etiam in cognoscendis rebus divinis conspicua, Gal. 1, 16. Mt. 16, 17. — *c*) Quum prima animalis vitae stamina in sanguine quaererentur (Sap. 7, 2. Eustath. ad Il. 6, 211: *φησὶν οἱ σοφοί, ὡς τοῦ σπέρματος ὕλην τοῦ αἵματος ἔχοντος*), vox significandae generationi et origini inservit (etiam apud Graecos), Jo. 1, 13 (de quo loco cf. *Win.* p. 166); Act. 17, 26. — *d*) de iis dicitur, quae rubro colore sanguini similia sunt; *αἷ. σταφυλῆς*, succus uvarum, Sir. 39, 26. 50, 15. 1 Macc. 6, 34 al.; Achill. Tat. 2, 20; qui dicendi usus respicitur Ap. 14, 18—20; *εἰς αἷμα* de luna Act. 2, 20 (Joel 3, 4) i. q. *ὡς αἷμα* Ap. 6, 12. — 2) *sanguis caede effusus vel effundendus* (persaepe etiam ap. Graecos); *a*) Lc. 13, 1 (sententia: quos Pilatus inter sacrificandum trucidari jusserat, ita ut eorum sanguis cum victimarum sanguine misceretur); *αἷ. ἀθῷον*, sanguis innocentis hominis sc. effundendus, Mt. 27, 4; *ἐκχεῖν* et *ἐκχύνειν αἷμα*, שָׁפַךְ דָּם (Gen. 9, 6. Jes. 59, 7 al.), *caedem facere*, Mt. 23, 30. 35. Lc. 11, 50. Act. 22, 20. Ro. 3, 15. Ap. 16, 6; unde *αἷ.* pro ipsa *cruenta caede* dicitur Mt. 23, 30. 35. 27, 24. Lc. 11, 51. Act. 20, 26. Ap. 17, 6; *μέχρις αἵματος*, usque ad caedem, i. e. ita ut cruentae mortes subeundae fuissent, Heb. 12, 4 (*τὸν αἴτιον τῆς - - μέχρις αἵματος στάσεως*, Heliod. 7, 8); *τιμὴ τοῦ αἵματος*, pretium pro caede acceptum, Mt. 27, 8; *ἀγρὸς αἵματος*, ager pretio caedis emtus, Mt. 27, 9., i. q. *χωρίον αἵματος* Act. 1, 19, nisi explicare malueris: ager sanguine Judae tinctus; — *caedis culpa et poena* in hisce hebraeis locutionibus: *ἐν αὐτῇ αἵματα* (vulg. *αἷμα*) *εὑρέθη*, h. e. intellectum est, eam caedium ream esse, Ap. 18, 24 (cf. *πόλις αἱμάτων* Ez. 24, 6); *τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐλθέτω ἐφ' ἡμᾶς*, perpetratae caedis poena a nobis repetatur, Mt. 27, 25; *τὸ αἷ. ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν*, sc. *ἐλθέτω*, cruenti exitii vestri culpa vobismet ipsis imputetur, Act. 18, 6 (Jos. 2, 19. 2 Sam. 1, 16 al.); *ἐπάγειν τὸ αἷμά τινος ἐπί τινα*, efficere, ut necis alicui illatae poena ab aliquo petatur, Act. 5, 28; *ἐκζητεῖν τὸ αἷμά τινος ἀπό τινος* (בִּקֵּשׁ דַּם פ׳ מִיַּד פ׳, 2 Sam. 4, 11. Ez. 3, 18. 20. 33, 8), caedis alicui illatae poenam repetere ab aliquo, Lc. 11, 50; idem denotatur dictione *ἐκδικεῖν τὸ αἷ. τινος* Ap. 6, 10. 19, 2. — *b*) Specialiter dicitur *de victimarum mactatarum* vel *mactandarum sanguine* lustrationis et expiationis vim habente (Lev. 17, 10); Heb. 9, 7. 12 s. 18—22. 25. 10, 4. 11, 28. 13, 11. — *c*) Saepe in N. T. *sanguis Christi* (*αἷμα τοῦ Χριστοῦ* 1 Co. 10, 16; *τοῦ κυρίου* 11, 27; *τοῦ ἀρνίου* Ap. 7, 14. 12, 11 coll. 19, 13) commemoratur *in cruce profusus* (*αἷ. τοῦ σταυροῦ* Col. 1, 20) pro multorum salute, Mt. 26, 28. Mc. 14, 24 coll. Lc. 22, 17; redemtionis praesidium, Eph. 1, 7 (*ἀπολύτρωσις διὰ τοῦ αἷ. αὐτοῦ;* ita etiam Col. 1, 14 in t. vulg.); 1 Pet. 2, 19 (v. in *ἀγοράζω*); expiatorii sacrificii vim habens Ro. 3, 25. Heb. 9, 12; quo qui fidem in eo ponunt lustrantur et a peccatorum culpa purgantur, Heb. 9, 14. 12, 24. 1 Jo. 1, 7. (coll. 1 Jo. 5, 6. 8.) Ap. 1, 5. 7, 14. 1 Pet. 1, 2; deo probati redduntur, Ro. 5, 9., ita ut aditus in coeleste sanctuarium iis pateat, Heb. 10, 19; gentiles ad deum et divini regni beneficia adducuntur, Eph. 2, 13., et omnino omnes intelligentes naturae in terra et coelis deo reconciliantur, Col. 1, 20; Christus ecclesiam sibi acquisivit, Act. 20, 28., deoque collegit, Ap. 5, 9. — Sed cruenta Christi mors. quum condendo novo religionis instituto novaeque hominum cum deo necessitudini constituendae inserviret, etiam *foederali sacrificio* comparatur; hinc *τὸ αἷμα τῆς διαθήκης*, sanguis, quo effundendo foedus sanciendum, Mt. 26. 28. Mc. 16, 24., vel effuso sancitum est. Heb. 10, 29. 13, 20 (coll. 9, 20); adde 1 Co. 11, 25. Lc. 22, 20 (quo utroque loco explica: sanguinis mei effusione efficitur, ut calix, vinum imaginem sanguinis continens, imago sit novi foederis), 1 Co. 11, 27. Cic. pro Sestio 10, 24: „foedus sanguine meo ictum sanciri." Liv. 23, 8: „sanguine Hannibalis sanciam romanum foedus." — *πίνειν τὸ αἷμα αὐτοῦ* (Christi) salutares mortis a Christo oppetitae fructus ad se transferre, Jo. 6, 53 s. 56.*

**αἱματεκχυσία**, *ας, ἡ* (*αἷμα* et *ἐκχύνω*), *effusio sanguinis;* Heb. 9, 22. Praeterea aliquoties ap. eccles. scriptores.*

*αἱμοῤῥοέω*, ῶ, *sum αἱμόῤῥοος* (αἷμα et ῥέω), *sanguinis profluvio laboro;* Mt. 9, 20. (LXX Lev. 15, 33, ubi est *menstrua patiens*, et ap. medicos scriptores.)

*Αἰνέας, ου, ὁ, Aeneas* nom. propr. viri paralytici a Petro sanati; Act. 9, 32 s.*

*αἴνεσις, εως, ἡ* (αἰνέω), *laudatio; θυσία αἰνέσεως* (זֶבַח תּוֹדָה, Lev. 7, 13), Heb. 13, 15 *sacrificium salutare*, quod deo offertur pro accepto aliquo beneficio; v. in *θυσία*. (*αἴνεσις* saepe ap. LXX, non autem apud profanos.)

*αἰνέω, ῶ* (verbum profanis omnium aetatum scriptoribus, inprimis vero LXX intpp. et libris V. T. apocrr. usitatum; ab *αἶνος*), *laudo, celebro; τὸν θεόν* Lc. 2, 13. 20. 19, 37. 24, 53. Act. 2, 47. 3, 8 s. Ro. 15, 11; cum dat. pers. *τῷ θεῷ, laudes canere in honorem dei*, Ap. 19, 5 (*Lchm. Trg. Tdf.*), ut LXX 2 Chron. 7, 3 (= הוֹדָה לְ), 1 Chron. 16, 36. 23, 5. Jer. 20, 13 al. (= הִלֵּל לְ).*

*αἴνιγμα, τος, τό* (vox inde ab Aeschylo usitata, ab *αἰνίσσομαι* s. *αἰνίττομαί τι*, obscure aliquid significo), 1) *obscure dictum, aenigma*, hebr. חִידָה (Jud. 14, 13. LXX *πρόβλημα*). — 2) *res obscura*, 1 Co. 13, 12., ubi *ἐν αἰνίγματι* non est i. q. *αἰνιγματικῶς* = *ἀμαυρῶς*, sed rem denotat, *in qua* cernenda versamur. ut *βλέπειν ἔν τινι* Mt. 6, 4; cf. *de Wette* ad l. Apostolo observabatur locus Num. 12, 8 LXX: *ἐν εἴδει καὶ οὐ δι᾽ αἰνιγμάτων.**

*αἶνος, ου, ὁ* (quo nomine apud Graecos poetae saepe utuntur), 1) *dictum, proverbium.* 2) *laus, laudatorius sermo;* Mt. 21, 16. (Ps. 8, 4.) Lc. 18, 43.*

*Αἰνών, ἡ* (nominis עַיִן aut intentior forma = עֵינָן, aut chaldaicus pluralis = עֵינָוָן, *fontes*), *Aenon*, nom. propr. indeclin. vel loci, vel fontis, non procul a Salim; Jo. 3, 23.*

*αἵρεσις, εως, ἡ*, 1) (ab *αἱρέω*) *actus capiendi, captio; τῆς πόλεως*, expugnatio urbis; ap. profanos. — 2) (ab *αἱρέομαι*) *electio, optio*, persaepe ap. profanos; LXX Lev. 22, 18. 1 Macc. 8, 30. — 3) *id quod eligitur*, electa sentiendi vivendique ratio; hinc *opinio, quam quis tenet;* ex adj. opinio a vera religionis christianae expositione recedens (*Ketzerei*), 2 Pet. 2, 1 (cf. *de Wette* ad l.) et ap. eccles. scriptores. — 4) coetus hominum ab aliis se sejungentium et sua dogmata sequentium, ut Sadducaeorum, Act. 5, 17; Pharisaeorum, Act. 15, 5. 26, 5; Christianorum, Act. 24, 5. 14 (utroque loco adjuncta vituperii notione); 28, 22 (ap. Diog. Laert. 1, 13, 18 s. al. de familiis philosophorum dicitur). — 5) *dissidia* e diversitate placitorum et studiorum orianda; Gal. 5, 20. 1 Co. 11, 19.*

*αἱρετίζω*, aor. 1. *ᾑρέτισα* (ab *αἱρετός*), *eligo;* Mt. 12, 18. (saepe in LXX, librr. V. T. apocrr. et eccles. scriptis; Med. ap. Ctes. Pers. 9; cf. *Sturz* de dial. maced. p. 144.)*

*αἱρετικός, ή, όν*, 1) *ad capiendum vel eligendum aliquid aptus;* raro ap. profanos. — 2) *sectarius*, falsae doctrinae sectator; Tit. 3, 10.*

*αἱρέω, ῶ, capio;* in N. T. habetur solum Medium, *αἱρέομαι*, f. *ἡσομαι;* aor. 2. *εἱλόμην, Lchm. Tdf. Trg. εἱλάμην* 2 Th. 2, 13; cf. *Win.* §. 13, 1, a. *Bttm.* ntl. Gr. p. 34 s.; *capio mihi; eligo, praefero;* Phil. 1, 22. 2 Th. 2, 13; *μᾶλλον* sq. inf. c. *ἤ* (Atticis frequens) Heb. 11, 25.

*αἴρω* (contr. e poet. *ἀείρω*), f. *ἀρῶ*, aor. 1. *ἦρα*, infin. *ἆραι*, imper. *ἆρον*, pf. *ἦρκα* (Col. 2, 14), pf. pass. *ἦρμαι* (Jo. 20, 1), aor. 1. pass. *ἤρθην* (de iota subscripto his in tempp. non admittendo v. *Bttm.* Gr. max. I, p. 413. 439), fut. 1. pass. *ἀρθήσομαι*, ap. LXX plerumque = נָשָׂא; *tollo*, nostr. *heben*. — 1) *attollo; a) e solo tollo* (*aufheben*); lapides, Jo. 8, 59; serpentes, Mc. 16, 18; mortuum, Act. 20, 9. — *b) sursum tollo, elevo* (*erheben*); manum, Ap. 10, 5; oculos, Jo. 11, 41; vocem tollo, h. e. alta voce loquor, clamo, Lc. 17, 13. Act. 4, 24. (etiam ap. profanos); *τὴν ψυχήν*, animum elevare = excitare, vehementer commovere (sensum timoris, spei, gaudii, doloris al. ei injicere), nostr. *aufregen;* ap. Jo. 10, 24 suspensum animum tenere inter dubia et spem; cf. *Lücke* ad l. — *c) sursum traho;* piscem, Mt. 17, 27 (*ἀνασπᾶν* Hab. 1, 15); *σκάφην*, Act. 27, 17; ancoras e fundo maris, Act. 27, 13., ubi ad *ἄραντες* supple *τὰς ἀγκύρας;* cf. *Kuinoel* ad l. — 2) *sublatum mihi impono et porto; gesto; τινα ἐπὶ χειρῶν*, Mt. 4, 6. Lc. 4, 11 (Ps. 91, 12); aegrotum, Mc. 2, 3; *ζυγόν*, Mt. 11, 29 (Thren. 3, 27); lectum, Mt. 9, 6. Mc. 2, 9. 11 s. Lc. 5, 24 s. Jo. 5, 8—12; *τὸν σταυρόν* Mt. 16, 24. 27, 32. Lc. 9, 23. Mc. 8, 34. 10, 21. 15, 21. Ap. 18, 21; *mecum fero*, Mc. 6, 8. Lc. 9, 3. 22, 36; quam utramque notionem Graeci medio *αἴρεσθαι* exprimere solent. — 3) *sublatum aufero, asporto; a)* de loco suo amoveo; Mt. 21, 21. Mc. 11, 23 (*ἄρθητι*, dimovetor sc. de loco tuo); Mt. 22, 13. Jo. 2, 16. 11, 39. 41. 20, 1; — *b)* quod alteri inhaeret, demo. nostr. *abnehmen*, Jo. 19, 31. 38 s.; avello Mt. 9, 16. Mc. 2, 21; abscindo, amputo, Jo. 15, 2; — *c)* removeo, 1 Co. 5, 2 (e coetu ejicere; legendum ibi est *ἀρθῇ* pro vulg. *ἐξαρθῇ*), metaph.: vitia, Eph. 4, 31; *τὴν ἁμαρτίαν*, culpam et poenam peccati expiando removere, s. efficere, ut peccatum neque imputetur, neque puniatur (*αἴρειν ἁμάρτημα* 1 Sam. 15, 25; *ἀνόμημα* ibid. 25, 28: peccati veniam concedere), Jo. 1, 29; at 1 Jo. 3, 5 *τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αἴρειν* est efficere, ut cessent peccata nostra, h. e. ut ne amplius peccemus, dum consortium inimus cum Christo, qui peccatorum immunis est, in eoque consortio perseveramus, cf. vs. 6. — *d)* asporto, mecum aufero; Mt. 14, 12. 20. 15, 37. 20, 14. 24, 17 s. Mc. 6, 29. 43. 8, 8. 19 s. 13, 15 s. Lc. 9, 17. 17, 31. Jo. 20, 2. 13. 15. Act. 20, 9. — *e)* ablatum mihi proprium facio; Lc. 19, 21 s. Mc. 15, 24. — *f)* alteri quod ejus est vel quod ei commissum est, detraho, eripio; Lc. 6, 30. 11, 52; *τὶ ἀπό* c. genit. personae; Mt. 13, 12. 21, 43. 25, 28. Lc. 8, 12. 18. 19, 24. 26. Mc. 4, 15. 25. Jo. 10, 18. 16, 22; fortasse etiam cum nudo genit. personae, cui aliquid eripitur, Lc. 6, 29. 11, 22. Jo. 11, 48., nisi his locis statuere malueris genit. possessivum. — *g)* ablatum sumo ad aliquem usum; Act. 21, 11. 1 Co. 6, 15. — *h)* e vivis tollo s. per naturalem mortem, Jo. 17, 15 (*ἐκ τοῦ κόσμου*, consortio mundi eximere), s. per violentam, Mt. 24, 39. Lc. 23, 18. Jo. 19, 15. Act. 21, 36; add. *ἀπὸ τῆς γῆς* Act. 22, 22; *αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ*, de caede alicui illata, Act. 8, 33 (Jes. 53, 8). — *i)* de rebus: exstinguo, deleo; *χειρόγραφον*, Col. 2, 14; facio ut cesset aliquid; *τὴν κρίσιν*, Act. 8, 33 (Jes. 53, 8).*

*αἰσθάνομαι*, aor. 2. *ᾐσθόμην*, vb. depon. med. *sentio;* 1) sensibus corporis percipio; 2) mente percipio; intelligo, Lc. 9, 45.*

*αἴσθησις, εως, ἡ* (*αἰσθάνομαι*), *perceptio per sensus*, tum externos, tum internos; *cognitio, intelligentia;* ap LXX Prov. 1, 22. 2, 10 al. = דַּעַת; Phil. 1, 9 intelligentia rerum *ethicarum;* judicium de ethicis rebus, quae notio patet ex iis, quae adduntur vs. 10.*

*αἰσθητήριον, ου, τό, instrumentum sentiendi, sensus externus*, Plat. Ax. 366 a. Arist. Pol. 4, 3, 9 al.; *animi facultas sentiendi, intelligendi, judicandi*, Heb. 5, 14. (Jer. 4, 19: *αἰσθητ. τῆς ψυχῆς*. 4 Macc. 2, 22: *τὰ ἔνδον αἰσθητήρια*).*

*αἰσχροκερδής, ές* (*αἰσχρός* et *τὸ κέρδος;* cf. *αἰσχροπαθής* ap. Philon.), *turpis lucri cupidus;* 1 Tim. 3, 3 (in t. vulg.); 8. Tit. 1, 7. (Hdt. 1. 187. Xen. Plat. al.)

*αἰσχροκερδῶς*, adv., *e cupiditate turpis lucri*; 1 Pet. 5, 2 coll. Tit. 1, 11. Praeter h. l. non invenitur.

*αἰσχρολογία, ας, ἡ* (ab *αἰσχρολόγος*, et hoc ab *αἰσχρός* et *λέγω*), *turpiloquium* (Tertull.), *sermo turpis et obscoenus*; Col. 3, 8. (Xen. Arist. Pol.)*

*αἰσχρός, ά, όν* (ab *αἶσχος*, turpitudo, infamia), *turpis, inhonestus*; 1 Co. 11, 6. 14, 35. Eph. 5, 12. Tit. 1, 11.*

*αἰσχρότης, ητος, ἡ, turpitudo, inhonestas*; Eph. 5, 4. (Plat. Gorg. 525 a.)*

*αἰσχύνη, ης, ἡ* (*αἶσχος*), 1) subjective: *perturbatio eius, quem alicujus rei pudet* (*Schamgefühl*); *μετ' αἰσχύνης*, pudore suffusus, Lc. 14, 9; *τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης*, ea, quae pudor celat, oppos. *φανέρωσις τῆς ἀληθείας*, 2 Co. 4, 2 (malae artes, quarum aliquem pudere debet). 2) objective: *ignominia*, qua aliquis a malitiosis afficitur; Heb. 12, 2; e scelere oriunda, Phil. 3, 19 (opp. *δόξα*). 3) *res pudenda*; *ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητος* (genit. appositionis), pudenda nuditas, Ap. 3, 18 coll. 16, 15; plur. *αἱ αἰσχύναι*, turpitudines, flagitia, Jud. vs. 13.*

*αἰσχύνω* (*αἶσχος*), 1) *deturpo, πρόσωπον*, Hom. Il. 18, 24 mult. al. — 2) *dedecoro*; LXX Prov. 29, 15. — 3) *pudore suffundo, pudefacio*; Sir. 13, 7. In N. T. habetur solum passivum *αἰσχύνομαι*, f. *αἰσχυνθήσομαι*, aor. 1. *ᾐσχύνθην*, *pudore suffundor, pudefio, pudet me*; 2 Co. 10, 8. Phil. 1, 20. 1 Pet. 4, 16; *μὴ αἰσχυνθῶμεν ἀπ' αὐτοῦ*, ne pudore suffusi ab eo recedamus; 1 Jo. 2, 28 (Sir. 21, 22 *αἰσχυνθήσεται ἀπὸ προσώπου*); seq. infinit. (de quo cf. *Win.* p. 324) Lc. 16, 3.*

*αἰτέω, ῶ*, f. *ήσω*, aor. 1. *ᾔτησα*, pf. *ᾔτηκα*, med. *αἰτοῦμαι*, impf. *ᾐτούμην*, f. *αἰτήσομαι*, aor. 1. *ᾐτησάμην*, — *rogo*; med. *mihi rogo, mihi expeto*; absol., Jac. 1, 6. Mt. 7, 7. Med.: Jac. 4, 3. Jo. 16, 26. Mc. 15, 8. — *αἰτεῖσθαί τι*, Jo. 14, 13. 15, 7. 16, 24. Mt. 14, 7. 21, 22. Mc. 6, 24. 10, 38. 11, 24. 15, 43. 1 Jo. 5, 14 s. Lc. 23, 52. Act. 25, 3. 15. al. — *αἰτεῖν* c. acc. personae, a qua petitur, Mt. 5, 42. 6, 8. Lc. 6, 30; *αἰτεῖσθαι* c. accus. personae, quam sibi aliquis expetit dimittendam, Mt. 27, 20. Mc. 15, 6. Lc. 23, 25; vel donandam, Act. 13, 21. — *αἰτεῖν τι ἀπό τινος*, Mt. 20, 20 *Lchm. Trg.*; 1 Jo. 5, 15 *Lchm. Tdf. Trg.*; ita *αἰτεῖσθαι* ap. Plut. Galb. 20; — *τὶ παρά τινος*, Act. 3, 2. Mt. 20, 20 (t. vulg. *Grsb. Tdf.*); Jac. 1, 5. 1 Jo. 5, 15 (in t. vulg.); sq. infin. Jo. 4, 9. Med. Act. 9, 2. — *αἰτεῖν τινα τι*, Mt. 7, 9. Lc. 11, 11. Mc. 6, 22. Jo. 16, 23; *ὑπέρ τινος*, sq. *ἵνα*, Col. 1, 9. — *αἰτεῖσθαι* c. acc. c. inf., Lc. 23, 23. Act. 3, 14; c. simplici inf., Act. 7, 46 (*ᾐτήσατο εὑρεῖν*, sibi *expetivit*, ut *ipse* inveniret; ubi alii *ᾐτήσατο* perperam interpretantur: *cupivit*); Eph. 3, 13. — Praevalente *poscendi* notione: *αἰτεῖν τὶ* Lc. 1, 63. 1 Co. 1, 22; *τινά τι*, Lc. 12, 48. 1 Pet. 3, 15.

*αἴτημα, τος, τό* (*αἰτέω*), *id, quod petitur* aut *petitum est*; Lc. 23, 24; plur. Phil. 4, 6; res petitae 1 Jo. 5, 15.*

*αἰτία, ας, ἡ*, 1) *causa, ratio*; Act. 10, 21. 22, 24. 28, 20; *κατὰ πᾶσαν αἰτίαν*, ob quamvis causam, Mt. 19, 3; *δι' ἣν αἰτίαν*, quam ob causam, quare, Lc. 8, 47. 2 Tim. 1, 6. 12. Tit. 1, 13. Heb. 2, 11; cf. *Grimm* ad 2 Macc. 4, 28. — 2) causa, ob quam aliquis poenâ dignus est; *crimen*, cujus aliquis accusatur; Mt. 27, 37. Mc. 15, 26. Jo. 18, 38. 19, 4; *αἰτία θανάτου*, crimen mortis poenâ dignum, Act. 13, 28. 28, 18. — 3) *criminis delatio, accusatio*; Act. 25, 18. 27. (Omnes hae significationes etiam ap. profanos.) — Apud Mt. 19, 10 verba *εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικὸς*, si simplicem quaerimus interpretationem, e latinismo (*causa*= *res*) explicanda sunt: „si ita res se habet hominis cum uxore".*

*αἰτίαμα, τος, τό*, v. in *αἰτίωμα*.

*αἴτιος, ία, ον, in quo alicujus rei causa est* (*verursachend*). Hinc. 1) *ὁ αἴτιος, auctor*; *σωτηρίας*, Heb. 5, 9 (eadem locutio saepe ap. profanos; oppos. *αἴ. τῆς ἀπωλείας* Drac. vs. 42; *τῶν κακῶν* 2 Macc. 13, 4. Lucian. Tim. 85; *τῶν ἀγαθῶν* Isocr. ad Phil. p. 106; cf. *Bleek* Br. an d. Hebr. II, 1, p. 94 s.) — 2) *τὸ αἴτιον* = *ἡ αἰτία*, *a*) *causa*; Act. 19, 40. *b*) *crimen*; Lc. 23, 4. 14. 22. (*αἴτιος*, reus.)*

*αἰτίωμα, τος, τό* (*αἰτιάομαι*), Act. 25, 7 in optimis codd., a *Grsb.*, *Lchm.*, *Tdf. Trg.* rec. pro vulg. *αἰτίαμα, criminatio, accusatio*. (Apud alios scriptores non habetur haec forma.)

*αἰφνίδιος, ον* (*αἴφνης, ἀφανής, ἄφνω*), *repentinus, subitus, improvisus*; Lc. 21, 34. 1 Th. 5, 3. (Sap. 17, 15. 2 Macc. 14, 17. 3 Macc. 3, 24; Aeschyl., Thuc. [2, 61: *τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον*] Polyb. Joseph. Plut. Dion. Hal. al.)

*αἰχμαλωσία, ας, ἡ* (*αἰχμάλωτος*, q. v.), *captivitas*, Ap. 13, 10; abstr. pro concr. i. q. *αἰχμάλωτοι* (cf. supra *ἀδελφότης*), Eph. 4, 8 (e Ps. 68, 19); atque *εἴ τις αἰχμαλωσίαν συνάγει* (e lect. vulg. sine dubio corrupta) Ap. 13, 10 (ut Num. 31, 12 al.)*

*αἰχμαλωτεύω*, f. *σω*, aor. 1. *ᾐχμαλώτευσα*, vox inferioris aetatis (cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 442), *captivum facio*; 2 Tim. 3, 6 t. vulg.; saepe in LXX et apocrr. V. T. ll.; *captivum duco*, Eph. 4, 8 (Ezech. 12, 3).*

*αἰχμαλωτίζω*, fut. 1. pass. *-ισθήσομαι*; *a*) i. q. *αἰχμάλωτον ποιῶ*, quo utuntur Graeci antiquiores. — *b*) *captivum abduco*; sq. *εἰς* c. accus. loci, Lc. 21, 24 (1 Macc. 10, 33. Tob. 1, 12). — *c*) trop.: *subjugo, subjicio*, 2 Co. 10, 5. (de cujus loci sententia v. in *νόημα*); *τινά τινι*, Ro. 7, 23; *capio alicujus animum*; *γυναικάρια*, 2 Tim. 3, 6 (Judith. 16, 9: *τὸ κάλλος αὐτῆς ᾐχμαλώτισε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*. — Praeterea hoc verbo utuntur LXX, Diod. Joseph. Plut. Arr. Heliod. cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 442.).*

*αἰχμάλωτος, ον* (ex *αἰχμή*, hasta, et *ἁλωτός*, adjectivo verbali ab *ἁλῶναι*, propr. *hasta captus*), *captivus*; Lc. 4, 19.*

*αἰών, ῶνος, ὁ* (quasi *αἰὲν* [poet. pro *ἀεί*] *ὤν*, ut docet Arist. de coelo 1, 11, 9; sed probabilius conjicitur, *αἰών* ita cohaerere cum *ἄημι, spirare, flare*, ut sit proprie *id quod efficit vitam, vitae vim*; cf. *Harless* ad Eph. 2, 2), apud Graecos 1) *aevum* (per digamma aeol. i. q. *αἰϝών*), *vitae humanae tempus* (ap. Hom. Hdt. Pind. trag. poet.), *ipsa vita* (Hom. Il. 5, 685: *με καὶ λίποι αἰών*, al.). 2) *continuum aevum, perpetuitas temporis, aeternitas* (Plat. Tim. p. 37 d. 38 a. Tim. Locr. p. 97 d.; Plut. al.). Cum quo significatu in biblicis et eccles. scriptis notio hebraea et rabbinica vocis עוֹלָם coalescit, cui ap. LXX *αἰών* respondet. Inde in N. T. 1) *a*) universe usurpatur in locutionibus *εἰς τὸν αἰῶνα*, לְעוֹלָם (Gen. 6, 3), in aeternum, Jo. 6, 51. 58. 14, 16. Heb. 5, 6. 6, 20 al.; et intentius *εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*, Heb. 1, 8 (Tob. 6, 18. Ps. 83, 18 al.; *εἰς αἰῶνα* Jud. vs. 13; *εἰς ἡμέραν αἰῶνος*, in diem, qui est aeternitas (gen. appos.) 2 Pet. 3, 18.; c. negatione: *numquam*, Jo. 4, 14. 8, 51. 10, 28. 11, 26. 13, 8. 1 Co. 8, 13; aut *non in perpetuum, non semper*, Jo. 8, 35; *εἰς τοὺς αἰῶνας*, in secula, s. quousque tempora erunt (pluralis denotat singulas aetates, quarum complexus est aeternitas), Ro. 1, 25. 9, 5. 11, 36. 2 Co. 11, 31. Heb. 13, 8; *εἰς πάντας τ. αἰῶνας* Jud. vs. 25; *εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων* (qua phrasi temporis in perpetuum futuri varia spatia distinguuntur, quorum longioribus comprehenduntur breviora), Gal. 1, 5. 1 Tim. 1, 17. Ap. 1. 6. 18. 4, 9 s. 5, 13. 7, 12. 10, 6. 11, 15. 15, 7. 19, 3. 20, 10. 22, 5; *εἰς αἰῶνας αἰώνων* Ap. 14, 11; *ὁ αἰὼν τῶν αἰώνων*, aevum (totum) aeva

(breviora) complectens, Eph. 3, 21 (cf. *Meyer* ad l.); ἀπὸ τῶν αἰώνων, inde ab aeternis, Col. 1, 26. Eph. 3, 9; πρὸ τῶν αἰώνων, antequam aetates erant, ante mundum conditum, 1 Co. 2, 7; πρόθεσις τῶν αἰώνων, consilium aeternum, Eph. 3, 11. — *b*) hyperbolico et populari dicendi usu: ἀπὸ τοῦ αἰῶνος (מֵעוֹלָם, Gen. 6, 4 coll. Deut. 32, 7), *ab antiquissimo inde tempore* s. *ab hominum memoria*, Lc. 1, 70. Act. 3, 21. 15, 18 (Tob. 4, 12: οἱ πατέρες ἡμῶν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος; Longin. 34: τοὺς ἀπ' αἰῶνος ῥήτορας); item ἐξ αἰῶνος, Jo. 9, 32 (3 Esr. 2, 23. 26. Diod. 4, 83 de templo Veneris: τὴν ἐξ αἰῶνος ἀρχὴν λαβόν. 17, 1: τοὺς ἐξ αἰῶνος βασιλεῖς. p. 632: τὴν ἐξ αἰῶνος παραδεδομένην ἐλευθερίαν). — 2) per metomymiam continentis pro eo, quod continetur, οἱ αἰῶνες sunt *mundus* s. complexus eorum, quae temporibus continentur, Heb. 1, 2. 11, 3 et (?) 1 Tim. 1, 17. Ita αἰών Sap. 13, 8. 14, 6. 18, 4; idem vocis usus ap. talmudistas, Chaldaeos, Syros, Arabes; cf. *Bleek* Hebr.-Br. II, 1, p. 36 ss. *Gesenii* Thes. II, p. 1056. — 3) Ut Judaei distinxerunt הָעוֹלָם הַזֶּה. tempus ante Messiam, et הָעוֹלָם הַבָּא, tempus post adventum Messiae (cf. *Riehm* Lehrbegriff d. Hebräerbriefs p. 204 ss.), ita a plerisque N. T. scriptoribus distinguitur αἰὼν οὗτος, *haec aetas* (etiam simpliciter ὁ αἰών Mt. 13, 22. Mc. 4, 19 ap. *Lchm. Tdf. Trg.*, ἐνεστὼς αἰών Gal. 1, 4; ὁ νῦν αἰών 1 Tim. 6, 17. Tit. 2, 12), tempus ante solennem Christi reditum s. adventum ejus (παρουσίαν, q. v.) vere messianum, aetas fragilitatis rerum, imbecillitatis, impietatis, improbitatis, calamitatum, miseriarum, et αἰὼν μέλλων, *aetas futura* (etiam αἰὼν ἐκεῖνος Lc. 20, 35; αἱ. ἐρχόμενος Lc. 18, 30. Mc. 10, 30; αἰῶνες οἱ ἐπερχόμενοι Eph. 2, 7) s. aevum divini regni post solennem Christi reditum consummati omniumque hujus regni beneficiorum; Mt. 12, 32. Eph. 1, 21. Cf. *Fritzsche* Ep. ad Ro. T. III, p. 22 s. Quapropter quae τοῦ αἰ. τούτου sunt, cum vituperatione in N. T. commemorantur. Αἰὼν οὗτος meton. homines, qui hujus temporis mente et studiis reguntur, Ro. 12, 2., iidem, qui υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου dicuntur Lc. 16, 8. 20, 34; κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, convenienter aetati, cujus hic (profanus) mundus est, Eph. 2, 2; ἀγαπᾶν τὸν νῦν αἰῶνα, 2 Tim. 4, 10 (v. in ἀγαπᾶν); ἄρχοντες τοῦ αἰ. τούτου, 1 Co. 2, 6 (v. in ἄρχων); ὁ θεὸς τοῦ αἰ. τούτου, diabolus, qui hominum hujus aevi studia et facta regit, 2 Co. 4, 4; αἱ μέριμναι τοῦ αἰῶνος, sollicitudines de rebus hujus aevi, Mc. 4, 19; πλούσιος ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, dives terrestribus opibus 1 Tim. 6, 17; σοφία τοῦ αἰ. τούτ., sapientia, qualis hujus aevi est, errorum plena, superbiens et evangelio infesta, 1 Co. 2, 6; συζητητὴς τοῦ αἰ. τούτου, disputator, sophista, qualis nunc esse solet, 1 Co. 1, 20; συντέλεια τοῦ αἰ. τούτ. finis s. potius consummatio aetatis ante Christi reditum, quocum conjuncta erunt resurrectio mortuorum, judicium extremum, hujus mundi abolitio et in praestantiorem statum restitutio, Mt. 13, 39 s. 49. 24, 3. 28, 20; idem est συντέλεια τῶν αἰώνων Heb. 9, 26; — τὰ τέλη τῶν αἰώνων, ultima tempora aetatum ante Christi reditum, 1 Cor. 10, 11. — δυνάμεις τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, vires, quae e futuro s. divino rerum ordine offeruntur, h. e. spiritus s., Heb. 6, 5; τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν, participem fieri beneficiorum futuri aevi, Lc. 20, 35. — Voce τοῦ αἰῶνος inter N. T. scriptores caret Jacobus.

**αἰώνιος**, ον et (2 Th. 2, 16. Heb. 9, 12. Num. 25, 13. Plat. Tim. p. 38 b. Diod. 1, 1) ιος, ία, ιον (αἰών), 1) *initii et finis expers, qui semper fuit et semper erit*; θεός, Ro. 16, 26 (ὁ μόνος αἰώνιος 2 Macc. 1, 25); πνεῦμα Heb. 9, 14. — 2) *initii expers*; χρόνοις αἰωνίοις Ro. 16, 25; πρὸ χρόνων αἰωνίων 2 Tim. 1, 9. Tit. 1, 2; εὐαγγέλιον, ev., cujus argumentum est aeternum, h. e. consilium dei salutare ab aeternis captum, Ap. 14, 6. — 3) *finis expers, numquam desiturus, sempiternus*; 2 Co. 4, 18 (opp. πρόσκαιρος); αἰώνιον αὐτὸν, in perpetuum tibi conjunctum tanquam ejusdem aeternae vitae socium, Philem. vs. 15; βάρος δόξης 2 Co. 4, 9; βασιλεία 2 Pet. 1, 11; δόξα 2 Tim. 2, 10; ζωή (v. in ζωή); κληρονομία Heb. 9, 15; λύτρωσις Heb. 9, 15; παράκλησις 2 Th. 2, 16; σκηναί, sedes in omne aevum obtinendae, Lc. 16, 9 (intelligenda sunt beatorum in *coelis* habitacula; cf. Jo. 14, 2; similiter orcus dicitur αἰώνιος τόπος Tob. 3, 6 coll. Cohel. 12, 5); σωτηρία Heb. 5, 9, 1 Pet. 5, 10. Oppositae notiones: κόλασις Mt. 25, 46; κρίμα Heb. 6, 2; κρίσις Mc. 3, 29 (text. rec. et *Grsb.*); ὄλεθρος 2 Th. 1, 9 (4 Macc. 10, 15); πῦρ Mt. 25, 41. (4 Macc. 12, 12: αἰωνίῳ πυρὶ κ. βασάνοις, αἳ εἰς ὅλον τὸν αἰῶνα οὐκ ἀνήσουσί σε.)

**ἀκαθαρσία**, ας, ἡ (ἀκάθαρτος), *immunditiea*, *a*) physica, Mt. 23, 27. — *b*) sensu morali impuritas eorum, qui libidinose, luxuriose, flagitiose vivunt, Ro. 1, 24. 6, 19. 2 Co. 12, 21. Gal. 5, 19. Eph. 4, 19. 5, 3. Col. 3, 5. 1 Th. 4, 7; de impuris consiliis dicitur 1 Th. 2, 3. (Dem. p. 553, 12.) Cf. *Tittmann* de synon. N. T. p. 150 s.*

**ἀκαθάρτης**, ητος, ἡ, *impuritas*; Ap. 17, 4, praeter quem locum nusquam invenitur; sed rectius ibi legitur τὰ ἀκάθαρτα τῆς.

**ἀκάθαρτος**, ον (καθαίρω), ap. LXX = טָמֵא, *non purgatus, impurus*; *a*) levitico sensu id, a quo, ne impuritas contrahatur, e lege levitica abstinendum est, Act. 10, 14. 11, 8 (cibi); Act. 10, 28. 1 Co. 7, 14 (homines); 2 Cor. 6, 7 (e Jes. 52, 11; res ad idololatriam spectantes); Ap. 18, 2 (aves). *b*) ethico sensu *qui impurae mentis et vitae est* (ita saepe ap. Plat.); Eph. 5, 5; τὰ ἀκάθαρτα τῆς πορνείας Ap. 17, 4 (e vera lectione); πνεύματα, daemones, maligni angeli, Mt. 10, 1. 12, 43. Mc. 1, 23. 26. 3, 11 al. Lc. 4, 33. 36. 6, 18 al. Act. 5, 16. 8, 7. Ap. 16, 13. 18, 2 (πνεύματα πονηρά Mt. 12, 45. Lc. 7, 21. 8, 2. 11, 26. Act. 19, 12 s. 15 s.).

**ἀκαιρέομαι**, οῦμαι (ἄκαιρος), *opportunitate destituor* (opp. εὐκαιρέω), Phil. 4, 10 (Phot. Suid. Zonar.; ἀκαιρεῖν Diod. exc. Mai p. 30).*

**ἀκαίρως** (καιρός), adv., *intempestive* (opp. εὐκαίρως); 2 Tim. 4, 2 (sive opportunum sit hominibus, sive minus). (Sir. 35, 4. Plat. Pol. 10, p. 606 b. Tim. 33 a. 86 c. Xen. Eph. 5, 7. Jos. ant. 6, 7. 2 al.).*

**ἄκακος**, ον (κακός), *a*) *doli et fraudis expers, innocens; sceleris purus*; Heb. 7, 26. *b*) *nihil mali ab aliis metuens, nemini diffidens*; Ro. 16, 18. (Plat. Dem. Pol. al. LXX.)

**ἄκανθα**, ης, ἡ (ἀκή, cuspis), *a*) *spina, vepres, sentis*, Mt. 7, 16. Lc. 6, 44. Heb. 6, 8; εἰς τὰς ἀκάνθας, inter spinarum semina, Mt. 13, 22. Mc. 4, 7. 18. Lc. 8, 14 (vs. 7: ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν); ἐπὶ τὰς ἀκ., in solum, in quo spinarum semina latebant, Mt. 13, 7. — *b*) *spinosum virgulutum*; στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, Mt. 27, 29. Jo. 19, 2. Nam merae spinae animi deliquium vel adeo mortem effecissent; quod virgulti genus intelligatur, non liquet. Temere nonnulli legerunt ἀκάνθων, ab ἄκανθος, *acanthus, Bärenklau*; nam notio τῆς ἀκάνθης etiam ap. profanos latius patet; cf. *Rost* Wörterb. d. class. Gräcität, p. 123.*

**ἀκάνθινος**, ον (ἄκανθα; cf. ἀμαράνθινος), *spineus, e ramis fruticis spinosae contextus*; Mc. 15. 17. Jo. 19, 5. (Jes. 34, 13.) Cf. voc. praeced.*

**ἄκαρπος**, ον (καρπός), *infructuosus, sterilis*; 1) propr. δένδρα, Jud. vs. 12. — 2) metaph. *qui non praestat praestanda*; successu carens, Mt. 13, 22. Mc. 4, 19; bene factis carens, Tit. 3, 14. 2 Pet. 1, 8; nihil ad alios docendos, emendandos, tranquillan-

dos conferens, 1 Co. 14, 14; per litoten: *perniciosus*, Eph. 5, 11 (Sap. 15, 4; cf. *Grimm* Exgt. Hdb. ad Sap. 1, 11).*

**ἀκατάγνωστος**, ον (καταγινώσκω), *qui condemnari nequit, irreprehensus;* Tit. 2, 8. (2 Macc. 4, 47 et aliquoties ap. eccles. scriptores.)*

**ἀκατακάλυπτος**, ον (κατακαλύπτως), *non opertus, non velatus;* 1 Co. 11, 5. 13 (Pol. 15, 27, 2.)*

**ἀκατάκριτος**, ον (κατακρίνω), *indemnatus;* qui indicta causa punitur, Act. 16, 37. 22, 25. (Apud profanos non habetur.)

**ἀκατάλυτος**, ον (καταλύω), *indissolubilis; interitui non obnoxius;* ζωή, Heb. 7, 16. (4 Macc. 10, 11. Dion. Hal. 10, 31.)*

**ἀκατάπαστος**, ον, vox obvia tantum 2 Pet. 2, 14 in codd. alex. et vat., e quibus eam *Lchm.* recepit pro vulg. ἀκαταπαύστους, q. v. Illa deducenda esset a πατέομαι, cf. πέπασμαι, *edo, comedo;* unde ἀκατάπαστος, *insatiabilis.* Apud profanos κατάπαστος est *conspersus*, a καταπάσσω, *conspergo.* Alia eaque uberiora de hac var. lectione docet *Bttm.* ntl. Gr. p. 57.

**ἀκατάπαυστος**, ον (καταπαύω), *cessare nescius, non desinens*, passive *non sedatus, qui sedari non potest;* c. gen. rei (de quo cf. *Win.* §. 30, 4) 2 Pet. 2, 14 (oculi non sedati peccato sc. quod adspiciendâ adulterâ committunt). (Polyb. Diod. Joseph. Plut.)*

**ἀκαταστασία**, ας, ἡ (ἀκατάστατος), *status non firmus, ordo rerum turbatus, perturbatio, confusio;* 1 Co. 14, 33. Jac. 3, 16 (Clem. Ro. 1 Co. 14); plur. *perturbationes*, de dissidiis 2 Co. 12, 20; de seditionibus 2 Co. 6, 5 (cf. *Meyer* ad l.); de turbis bellicis, Lc. 21, 9. (Polyb. Dion. Hal.)*

**ἀκατάστατος**, ον (καθίστημι), *instabilis, inconstans;* Jac. 1, 8. et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* etiam 3, 8., sed minus apte. (Pol. 7, 4, 6 al.)

**ἀκατάσχετος**, ον (κατέχω, coërceo, contineo), *qui coërceri nequit;* Jac. 3, 8 e l. vulg. (Job. 31, 11. 3 Macc. 6, 17. Diod. 17, 38. ἀκατ. δάκρυα. al.)*

**Ἀκελδαμά**, s. ἀκελδαμάχ (*Lchm.*) s. Ἀχελδαμάχ (*Tdf. Trg.*), comp. e chald. חֲקַל דְּמָא, *ager sanguinis;* Act. 1, 19; v. in αἷμα 2, a.

**ἀκέραιος**, ον (κεράννυμι), *a*) *non mixtus, purus*, ut vinum, metalla. *b*) de animo: *cui nihil mali admixtum est, doli expers, innocens, simplex;* Mt. 10, 16. Ro. 16, 19. Phil. 2, 15 (et saepe ap. profanos).*

**ἀκλινής**, ές (κλίνω), *non inclinans, firmus, immotus;* Heb. 10, 23. (saepe ap. profanos.)

**ἀκμάζω**, aor. 1. ἤκμασα (ἀκμή), *vigeo, maturesco;* Ap. 14, 18. (saepissime ap. profanos.)

**ἀκμή**, ῆς, ἡ (cf. ἄκη, αἰχμή, lat. *acies, acuo*), apud Graecos *a*) propr. *cuspis*, qua pungitur (cf. αἰχμή). *b*) *extremitas, summum, supremus gradus*, *c*) *punctum praesentis temporis.* Hinc accus. ἀκμήν adverbii vim habet, = ἔτι, *etiamnunc;* Mt. 15, 16. Theocr. Id. 4, 60. Pol. 4, 36, 8. Strat. epigr. 3. Strab. 1, 56. Plut. de glor. Athen. 2, 85. al. Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 125.*

**ἀκοή**, ῆς, ἡ (a supponenda forma perfecti ἤκοα, cf. supra ἀγορά), 1) *auditus*, quo aliquis sonos percipit; *sensus audiendi;* 1 Co. 12, 7. 2 Pet. 2, 8; ex hebraismo: ἀκοῇ ἀκούειν, audiendo percipere, Mt. 13, 14. Act. 28, 26 (Jes. 6, 9); cf. *Win.* §. 44, 8, Anm. 3. §. 54, 3. — 2) *instrumentum audiendi, auris;* Mc. 7, 35. Lc. 7, 1. 2 Tim. 4, 3. 4 Act. 17, 20. Heb. 5, 11. — 3) *id, quod auditur vel auditum est; a*) *institutio*, ea quidem *ore* facta; specialiter *praedicatio evangelii*, Jo. 12, 38. Ro. 10, 16 s. (τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; e Jes. 53, 1., ubi שְׁמֻעָתֵנוּ, quod 2 Sam. 4, 4 al. redditur ἀγγελία); ἀκοὴ πίστεως, *praedicatio* de necessitate *fidei*, german. *Glaubenspredigt*, Gal. 3, 2. 5. — λόγος ἀκοῆς = λ. ἀκουσθείς, 1 Th. 2, 13. Heb. 4, 2. — *b*) *fama, rumor; τινός, de aliquo*, Mt. 4, 24. 14, 1. 24, 6. Mc. 1, 28. 13, 7. (saepe ap. Graecos.)*

**ἀκολουθέω**, ῶ, fut. ήσω, impf. ἠκολούθουν, pf. ἠκολούθηκα (Mc. 10, 28 *Lchm. Tdf. Trg.*), aor. 1. ἠκολούθησα (ab ἀκόλουθος, et hoc ex α copulativo et κέλευθος, via, pr. *eadem via incedens*), 1) *sequor* aliquem praeeuntem, *comitem ei me adjungo, comitor eum;* Mt. 4, 25. 8, 19. 9, 19. 27, 55. Mc. 3, 7. 5, 24. 14, 51. Lc. 22, 39. 54. 23, 37. Jo. 1, 37 s. 44. 6, 2. 18, 15. 20, 6 al. Act. 12, 8. 13, 43. 21, 36. 1 Co. 10, 4; distinguitur a προάγειν Mt. 21, 9. Mc. 11, 9; trop. τὰ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν, comitabuntur eos quae bene fecerunt ad deum judicem ab eo mercedem consecutura, Ap. 14, 13; contrarium ἠκολούθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ Ap. 18, 5, sed ibi pro ἠκολούθ. restitutum est ἐκκολλήθησαν a *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* — *tempore* aliquem sequor, *succedo alicui;* Ap. 14, 8 s. (Hdian. 1, 14, 12: τὰ γοῦν ἀκολουθήσοντα. al.) — Quum apud veteres magistris ambulantibus et peregrinantibus discipuli comites esse solerent, ἀκολ. est 2) *discipulum me adjungo alicui, discipulus ejus fio* vel *sum; partes ejus sequor;* Mt. 4, 20. 22. 9, 9. 19, 27 s. Mc. 1, 18. 8, 34. Lc. 5, 11. 27 al. Jo. 8, 12 (ubi Jesus se comparat cum face, quam discipulus sequitur); οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, non est e nostro tuorum discipulorum coetu, Mc. 9, 38. — *alicui constanter adhaereo, ad ejus exemplum vivendo ac si opus fuerit etiam moriendo me totum compono;* Mt. 10, 38. 16, 24. Jo. 12, 26, 21, 22. — In epistolis N. T. hoc verbum non legitur praeter 1 Co. 10, 4. Ut ap. Graecos jungitur plerisque locis c. dativo objecti, aliquoties c. μετά τινος, Lc. 9, 49. Ap. 6, 8. 14, 13 (ita etiam ap. Graecos; cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 354); ὀπίσω τινός, Mt. 10, 38. Mc. 8, 34 (ubi t. vulg. *Lchm.* ἐλθεῖν), hebr. הָלַךְ אַחֲרֵי פְלוֹנִי 1 Reg. 19, 21. Cf. *Win.* p. 219.

**ἀκούω**, impf. ἤκουον, fut. (quo elegantiores Graeci utuntur) ἀκούσομαι, Act. 3, 22. 7, 37 (in t. vulg.); 17, 32. 25, 22. 28, 28 et (quae forma inferioris aevi est) ἀκούσω, Mt. 12, 19. 13, 14 (locis e LXX petitis); Ro. 10, 14 et ap. *Tdf. Trg.* Jo. 5, 25. 28. (cf. *Win.* p. 79. *Bttm.* ntl. Gr. p. 46); pf. ἀκήκοα, aor. 1. pass. ἠκούσθην, — *audio.* I) simpliciter. 1) *facultate audiendi praeditus* (non sordus) *sum;* Mc. 7, 37. Lc. 7, 22. Mt. 11, 5. — 2) *attendo* (facultate audiendi utor), *perpendo* quod dicitur aut dictum est. Ita in hortationibus ἀκούετε, Mc. 4, 3; ἀκούσατε, Jac. 2, 5; ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω, Mt. 11, 15. 13, 9. Mc. 4, 23. Lc. 14, 35; ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω Ap. 2, 7. 11. 17. 29. 3, 6. 13, 22 al. — 3) tropice: *intelligo, percipio dicti sensum;* Mt. 13, 15 s. Mc. 8, 18. 1 Co. 14, 2. — II) cum objecto: 1) ἀκούω τι, *audio aliquid; a*) id, quod me praesente ore profertur, auribus percipio (unmittelbar); τὴν φωνήν, Mt. 12, 19. Jo. 3, 8. Ap. 4, 1. 5, 11. 18, 4. Act. 22, 9 al.; τὸν ἀσπασμόν, Lc. 1, 44; Γαλιλαίαν, nomen Galilaeae, Lc. 23, 6; ἀνάστασιν νεκρῶν, vocem ἀνάστ. ν., Act. 17, 32; τὸν λόγον Mc. 5, 36 (de quo loco v. in παρακούω); Mt. 19, 22. Jo. 5, 24 al.; τοὺς λόγους, Act. 2, 22. 5, 24. Mt. 7, 24; ῥήματα, 2 Co. 12, 4; τί λέγουσιν, Mt. 21, 16; pass., Mt. 2, 18. Ap. 18, 22 s.; τί ἔκ τινος 2 Co. 12, 6. — seq. ὅτι, Act. 22, 2. Mc. 16, 11. Jo. 4, 42. 14, 28. — *b*) *audiendo accipio, disco* (ex ore docentium vel narrantium), Act. 15, 7. Mt. 10, 27 (ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, quod vobis clam traditur); Ro. 15, 21. Eph. 1, 13. Col. 1, 6. Jo. 14, 24. 1 Jo. 2, 7. 24. 3, 11; Χριστόν, Christum cognoscere ex institutione apostolica, Eph. 4, 21 (μαθεῖν τὸν Χριστόν vs. 20); passiv.: Lc. 12, 3. Heb. 2, 1. — τί c. genitivo personae, a qua auditur, Act. 1, 4; τὶ παρά τινος, Jo.

8, 26. 40. 15, 15. Act. 10, 22. 28, 22. 2 Tim. 2, 2. (Thuc. 6, 93. Xen. an. 1, 2, 5. Plat. rep. 6, p. 506 d. al.); ἔκ τινος, Jo. 12, 34 (*ἐκ τοῦ νόμου*, cum publicis lectionibus legis interessemus); *ἀπό* c. gen. personae, 1 Jo. 1, 5; add. *περί τινος* Act. 9, 13; sq. *ὅτι*, Mt. 5, 21. 27. 33. 38. 43. — c) *ἀκούω τι*, *res ad aures meas perfertur*, (*famâ*) *comperio*, *rescisco* (mittelbar); cum accus. rei, *τὰ ἔργα*, Mt. 11, 2; *ὅσα ἐποίει*, Mc. 3, 8; *πολέμους*, Lc. 21, 9. Mt. 24, 6. Mc. 13, 7; — *comperio* simplic.: scil. id, cujus modo mentio facta est; Mt. 2, 3. 22, 7. Mc. 2, 17. 3, 21. Gal. 1, 13. Eph. 1, 15. Col. 1, 4. Philem. v. 5 al. — sq. *ὅτι*, Mt. 2, 22. 4, 12. 20, 30. Mc. 6, 55. 10, 47. Jo. 4, 47. 9, 35. 11, 6. 12, 12. Gal. 1, 23; *περί τινος*, Mc. 7, 25. *τὶ περί τινος*, Lc. 16, 2. 9, 9. 23. 8; sq. acc. c. participio Lc. 4, 23. Act. 7, 12. 2 Th. 3, 11. 3 Jo. vs. 4; sq. acc. c. inf. bis: Jo. 12, 18. 1 Co. 11, 18. — pass., Act. 11, 22 (*ἠκούσθη ὁ λόγος εἰς τὰ ὦτα τῆς ἐκκλησίας*, perlatus est ad aures); 1 Co. 5, 1 (*ἀκούεται πορνεία ἐν ὑμῖν*); Mt. 28, 14 (*ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος*); Mc. 2, 1. Jo. 9, 32 *ἠκούσθη, ὅτι*. — b) *aures praebeo* doctrinae vel docenti; *τὸν λόγον* Mt. 10, 14; attenta auditione sequor *τὸν λόγον*, Jo. 8, 43; *τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ*, 8, 47. — e) *capio*, *intelligo* (ut. lat. *audio*); Mt. 4, 33. Gal. 4. 21. (Gen. 11, 7.) — 2) Cum *genitivo* objecti *ἀκούειν* non jungitur nisi suis aliquis auribus personam vel rem audit. — a) cum genit. *personae; aa*) simplici: α) *vocem alicujus percipio; οὗ*, i. e. Christi, cujus vox in institutione eorum percipitur, quos legavit (Lc. 10, 16), Ro. 10, 14. — β) *aures alicui praebeo* (*ihm zuhören, ihn anhören*); Mt. 2, 9. Mc. 7, 14. 12, 37. Lc. 2, 46. 10, 16. 15, 1. 19, 48. 21, 38. Act. 17, 32. 24, 24 (utroque loco *τινὸς περί τινος*); 25, 22. Jo. 6, 60. — γ) *obsequor* (*auf einen hören*), Mt. 17, 5. (Mc. 9, 7. Lc. 9, 35.) Jo. 3, 29. 10, 8. Act. 3, 22 s. 4, 19. 7, 37. 1 Jo. 4, 5 s. — Hinc δ) ex usu dicendi joanneo: *exaudio*, de deo precibus hominum satisfaciente: Jo. 9, 31. 11, 41. 1 Jo. 5, 14 s. (LXX שָׁמַע reddunt *εἰσακούω*.) — ε) c. gen. pers. et partic.; Mc. 14, 58. Lc. 18, 36. Jo. 1, 37. 7, 32. Act. 2, 6. 11. Ap. 16, 5; *ἤκουσα τοῦ θυσιαστηρίου λέγοντος* Ap. 16, 7 (ap. *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*), quod poeta dicit per prosopopoeiam; cf. *de Wette* ad l., *Win.* p. 195. — b) c. genit. *rei; τῆς βλασφημίας*, Mc. 14, 64 (*Lchm. τὴν βλασφ.*, ut ap. Mt. 26, 65; accus. nude denotat objectum; *τῆς βλασφ.* sensu idem est ac *αὐτοῦ βλασφημοῦντος*); *τῶν λόγων* Lc. 6, 47 (Mt. 7, 24 *τοὺς λόγους*); Jo. 7, 40 (*Lchm., Tdf. Trg.;* vulg. *τὸν λογον*) *συμφωνίας κ. χόρων*, Lc. 15, 25; *τοῦ στεναγμοῦ* Act. 7, 34; *τῆς ἀπολογίας* 22, 1. — Frequens phrasis *ἀκούειν τῆς φωνῆς* (= שָׁמַע בְּקוֹל Ex. 18, 19) est α) *diserta verba vocis percipere*; Jo. 5, 25. 28. Act. 9, 7. 11, 7. 22, 7. Heb. 3, 7. 15. 4, 7. Ap. 14, 13. 21, 3. β) *obsequi voci;* Jo. 5, 25 (*οἱ ἀκούσαντες* sc. *τῆς φωνῆς*); 10, 16. 27. 18, 37. Ap. 3, 20. — Locis Jo. 12, 47. 18, 37. Lc. 6, 47. Act. 22, 1 praestat statuere praemissum genitivum possessivi pronominis (*μοῦ*), quam cum *Bttm.* ntl. Gr. p. 145 s. duplicem genitivum objecti, personae et rei. — Joannea locutio *ἀκούειν παρὰ τοῦ θεοῦ* vel *τὶ παρὰ θεοῦ* significat a) *internum dei alloquium in animo percipere* Jo. 6, 45. b) *ipsius dei interno alloquio edoceri;* 8, 26. 40 (ita etiam simplex *ἀκούειν* 5, 30); *doceri a diabolo* e lect. *Lchm. Tdf. Trg. ἠκούσατε παρὰ τοῦ πατρός* Jo. 8, 38. Ceterum cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 144 ss. 258 ss.

*ἀκρασία, ας, ἡ* (*ἀκρατής*), *incontinentia, intemperantia;* Mt. 23, 25 (ubi *Grsb. ἀδικία*); 1 Co. 7, 5. Cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 524 s.*

*ἀκρατής, ές*, gen. *έος, οῦς* (*κράτος*), *incontinens, intemperans;* 2 Tim. 3, 3. (saepe ap. profanos inde a Plat. et Xen.)*

*ἄκρατος, ον* (*κεράννυμι*), *immixtus, merus;* Ap. 14, 10 (de vino aqua non temperato, ut saepe ap. profanos et Jer. 25, 15).*

*ἀκρίβεια, είας, ἡ* (*ἀκριβής*), *accuratio, accuratissima diligentia;* Act. 22, 3 (*κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ νόμου*, accommodate ad severitatem mosaicae legis).*

*ἀκριβής, ές*, gen. *έος, οῦς, accuratus, diligens.* Comparativus neutr. adverbialiter positus Act. 18, 26. 23, 15. 20. 24, 22; *ἀκριβεστάτη αἵρεσις*, secta in interpretanda mos. lege observandisque legis et traditionis praeceptis, etiam minutioribus, accurata et severa, Act. 26, 5.*

*ἀκριβόω, ῶ*, aor. 1. *ἠκρίβωσα* (*ἀκριβής*), 1) ap. profanos *accurate novi, accurate facio.* — 2) *diligenter exploro;* Mt. 2, 7. 16 (*ἀκριβῶς ἐξετάζειν* vs. 8). Arist. gen. anim. 5, 1. Philo m. opif. § 25: *μετὰ πάσης ἐξετάσεως ἀκριβοῦντες.**

*ἀκριβῶς*, adv., *accurate, diligenter;* Mt. 2, 8. Lc. 1, 3. Act. 18, 25. 1 Th. 5. 2; *ἀκριβῶς περιπατεῖν*, provide, circumspecte vivere, ita ut ne ullam in partem ab officii lege recedatur, Eph. 5, 15.*

*ἀκρίς, ίδος, ἡ, locusta*, et illud quidem locustarum genus, quod terris orientalibus maxime infestum est, quippe agros et arbores despascens. Innumeros earum greges quovis vere ventus ex Arabia in Palaestinam agit, unde devastatis agris in loca septentrioni propiora demigrant, usque dum ad mare delapsae pereunt. Ut populi Orientis locustis vesci solent vel recentibus vel assis et sale conditis, ita Israelitis quoque e lege Lev. 11, 22 esus earum permissus fuit. (Cf. *Win.* RWB. s. v. *Heuschrecken; Furrer* in *Schenkel* BL. p. 78 ss. Mt. 3, 4. Mc. 1, 6. — Miraculosum atque infernale locustarum genus describitur Ap. 9, 3. 7 coll. vss. 2. 5 s. 8—12; cf. *Düsterdieck* ad h. sect.*

*ἀκροατήριον, ίου, τό* (*ἀκροάομαι*, auditor sum), locus, quo audiendi causa conveniunt, *auditorium;* ut haec latina vox in jure romano, denotat Act. 25. 23 *locum causis audiendis et cognoscendis destinatum.* (Aliquoties ap. Plut. et alios posteriores.)*

*ἀκροατής, οῦ, ὁ* (*ἀκροάομαι*), *auditor; τοῦ νόμου*, Ro. 2, 13; *τοῦ λόγου*, Jac. 1, 22 s. 25. (Thuc. Isocr. Plat. Demosth. Plut.)

*ἀκροβυστία, ας, ἡ* (vox Graecis incognita, qui *ἡ ἀκροποσθία* et *τὸ ἀκροπόσθιον* dixerunt, a *πόσθη*, i. e. membrum virile s. mentula. Quare verisimile est, Graecorum *τὴν πόσθην* ab Alexandrinis pronuntiatum esse *τὴν βύσθην*, et pro *ἀκροποσθίαν* [*τὸ ἄκρον τῆς πόσθης*] dictum *ἀκροβυστίαν*, cf. quae acute hac de re docet *Fritzsche* Ep. ad Ro. I, p. 136 coll. iis, quae *Winero* p. 94 probabiliora videntur), ap. LXX = עָרְלָה, *praeputium* s. pellicula glandem membri virilis tegens; a) proprie: Act. 11, 3. Ro. 2, 25. 26 b. 1 Co. 7, 19. Gal. 5, 6. 15. Col. 3, 11 (Judith. 14, 10. 1 Macc. 1, 15); *ἐν ἀκροβυστίᾳ ὤν*, praeputium habens, praeputiatus (Tertull.), non circumcisus, i. q. gentilis, Ro. 4, 10; *ἐν ἀκρ.* sc. *ὤν*, 1 Co. 7, 18; idem denotat *δι' ἀκροβυστίας* Ro. 4, 11; *ἡ ἐν τῇ ἀκροβ. πίστις*, fides, quam aliquis habet praeputiatus, Ro. 4, 11 s. — b) per metonym. abstr. pro concr. *praeputiatus*, i. e. *gentilis;* Ro. 2, 26 a. 3, 30. 4, 9. Eph. 2, 11; *ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβ.*, natalibus praeputiatus s. gentilis, oppos. Judaeo, qui *moribus* se gerit gentilem, Ro. 2, 27; *εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβ.*, evangelium gentilibus nuntiandum. Gal. 2, 7. — c) translate: *ἡ ἀκροβ. τῆς σαρκός*, oppos. *περιτομῇ τῇ ἀχειροποιήτῳ* s. regenerationi (Col. 2, 11), *conditio, qua pravae cupiditates τῇ σαρκὶ insitae nondum erant exstinctae.* Col. 2, 13

(locutio inde petita, quod praeputium erat signum immunditiae et alienationis a deo).*

*ἀκρογωνιαῖος, αία, αῖον*, vox solum biblica et eccles. (*ἄκρος*, extremus et *γωνία*. angulus), *in extremo angelo positus*; *λίθος*, *lapis angularis;* de Christo 1 Pet. 2, 6. Eph. 2, 20; LXX Jes. 28, 16 = אֶבֶן פִּנָּה. Ut enim angularis lapis duos muros continet, ita Christus eos, qui Judaei olim fuerant et gentiles, ad unum coetum conjungit deo dicatum Christianos, Eph. 2, 20. coll. vs. 14. 16—19. 21 s. Et quemadmodum lapis ang. ad sustinendum aedificium confert, at vero etiam nonnulli parum circumspecte circa angulum se moventes procumbunt: ita alii auxilio Christi muniuntur, alii in Christo offendentes intereunt, 1 Pet. 2, 6—8; v. in *γωνία*.*

*ἀκροθίνιον, ίου, τό* (ab *ἄκρος*, extremus et *θίς*, gen. *θινός*, acervus; extremitas, summitas acervi) plerumque in plur. *τὰ ἀκροθίνια*, *primitiae* s. *frugum* s. *manubiarum* (ap. Graecos e summitatibus acervorum diis deligi et offerri solitae, Xen. Cyr. 7, 5, 53.), in sacro cod. semel, Heb. 7, 4 de praeda. (Hdt. Thuc. Aesch. Pind. Plut. al.)

*ἄκρος, α, ον* (*ἀκή*, cuspis), *summus, extremus; τὸ ἄκρον*, *summum*, *extremitas*, Lc. 16, 24. Heb. 11, 21; *ἄκρα, ἄκρον γῆς, οὐρανοῦ*, ultimi fines terrae, coeli, Mt. 24, 31. Mc. 13, 27. coll. Deut. 4, 32. 28, 64. Jes. 13, 5. Jer. 12, 12.*

*Ἀκύλας, ου, ὁ, Aquila*, Judaeus Ponticus, tentoriorum opifex, ad Christum conversus, comes Pauli et socius in religione Christiana propaganda; Act. 18, 2. 18. 26. Ro. 16, 3. 1 Co. 16, 19. 2 Tim. 4, 19.*

*ἀκυρόω, ῶ*, aor. 1. *ἠκύρωσα* (*ἄκυρος* auctoritate destitutus, non obligans, irritus, a *τὸ κῦρος*, vis, auctoritas), *irritum reddo, vi et auctoritate privo* (opp. *κυρόω*, confirmo, ratum facio); *ἐντολήν*, Mt. 15, 6; *λόγον*, Mc. 7, 13 (cf. in *ἀθετέω*); *διαθήκην*, Gal. 3, 17. (Diod. Dion. Hal., Plut.)*

*ἀκωλύτως*, adv. (*κωλύω*), *absque impedimento*; Act. 28, 31.

*ἄκων, ἄκουσα, ἆκον* (contr. ex *ἀέκων*, *α* priv. et *ἕκων*, lubens), *invitus;* 1 Co. 9, 17. (Persaepe ap. Graecos).

*ἀλάβαστρον, ου, τό* (in plur. ap. Theocr. 15, 114. Anth. 9, 153; ap. reliquos profanos *ὁ* et *ἡ ἀλάβαστρος*), *pyxis ex alabastrite lapide confecta*, in qua unguenta asservantur (Plin. H. N. 3, 3: „Unguenta optime servantur in alabastris"); add. *μύρου* (ut Lucian. dial. mer. 14, 2), Lc. 7, 37. Mt. 26, 7. Mc. 14, 3 (ubi *Lchm.* et *Tdf.* *τὸν ἀλαβ.* receperunt, *Trg.* *τὴν ἀλ.*; Mt. et Lc. non addiderunt articulum, ut non pateat, quo genere utantur voce).*

*ἀλαζονεία*, et *ἀλαζονία* (qua scriptione, ap. posteriores Graecos non rara, *Tdf.* utitur) *ας, ἡ* (ab *ἀλαζονεύομαι* i. e. *ἀλαζόνα* me gero, v. *ἀλαζών*), *a*) ap. profanos plerumque *vaniloquentia*, interdum etiam *vana ostentatio factis se prodens*. Illustratur notio a Xen. Cyr. 2, 2, 12. mem. 1, 7. Arist. Eth. Nic. 4, 7. — *b*) *ferox et vana suarum virium et opium confidentia divinas leges et humana jura turpiter contemnens et violans;* 2 Macc. 9, 8. Sap. 5, 8. — *c*) *impia et vana audacia terrenarum rerum firmitati confidens;* Jac, 4, 16 (ubi plurali respicitur ad varias occasiones, quibus haec audacia se prodit); *τοῦ βίου*, *ostentatio in victu et cultu conspicua;* 1 Jo. 2, 16.*

*ἀλαζών, όνος, ὁ, ἡ* (*ἄλη*, circumvagatio), *vanus ostentator;* Ro. 1, 30. 2 Tim. 3, 2.*

*ἀλαλάζω*, *a*) pr. *vocem ἀλαλά saepius repeto*, ut solebant milites pugnam inituri. *b*) universe *laetum clamorem edo;* Ps. 47, 1. 66, 1 et ap. prof. *c*) *ejulo. lamentor;* Mc. 5, 38 (הֵילִיל Jer. 4, 8. 25, 34.). Cf. *ὀλολύζω*, *ululare*. *d*) *fortiter tinnio;* 1 Co. 13, 1.*

*ἀλάλητος, ον* (*λαλητός* a *λαλέω*), *non pronuntiandus, non verbis exprimendus; στεναγμοί, muta suspiria*, quae in sonos eruptura dolore supprimuntur, Ro. 8, 26. (Anth. 5, 4: *συνίστορα ἀλαλήτων*, h. e. mysteriorum amoris.)*

*ἄλαλος, ον* (*λάλος*, loquens, loquax), *mutus*, *facultate loquendi carens;* Mc. 7, 37; *πνεῦμα*, Mc. 9, 17. 25., quia vitia, quibus daemoniaci homines laborabant, a natura et proprietatibus daemonum eos obsidentium proficisci putabantur. (LXX Ps. 38, 13. 31, 18; *ἀλάλου καὶ κακοῦ πνεύματος πλήρης*, Plut. orac. def. p. 438 b.)*

*ἅλας, ατος, τό* (inferioris aevi forma ap. LXX et in N. T. obvia; cf. *Bttm.* Gr. max. I, p. 220; dat. *ἅλατι* Col. 4, 6), et *ἅλς, ἁλός, ὁ* (quo elegantiores Graeci utuntur; Sir. 22, 13. 43, 19. Sap. 10, 7. 1 Macc. 10, 29 al.; Mc. 9, 49 *ἁλί* dat. et ap. *Lchm.* *Trg.* vs. 50 *ἅλα* accus. una c. nominativo *τὸ ἅλας*), denique *ἅλα* in nominativo et accus. ap. *Tdf.* Mc. 9, 50 (e similitudine vocis *γάλα* cum genitivi *γάλατος* forma a nonnullis grammaticis memorata, cf. *Kühner* I, 1, p. 353 s. coll. iis, quae *Fritzschius* ad Sirac. p. 227 contra hanc formam profert), — *sal;* 1) sal, quo cibi condiuntur ac sacrificia conserguntur, Mc. 9, 49 a; cf. sub *ἁλίζω*. — 2) *ἅλας τῆς γῆς*, illae salsae materiae species, quae terrae arabili insitae foecundam eam reddunt, Mt. 5, 13a.. ubi intelligi nequit sal ciborum condimentum, quod terram frugifera vi privat (Deut. 19, 23. Zeph. 2, 9. Judd. 9, 5); cf. *Grohmann* in *Käuffer* Bibl. Studien 1844 p. 82 ss. Sententia: Vestrum est, genus humanum (arabili terrae comparatum) viribus imbuere ad agendam vitam deo dicatam necessariis. Seq. demum enuntiato *ἐὰν δὲ ἅλας κτλ.* comparatio peti videtur a sale ciborum condimento, ita ut duae imagines confundantur. Apud Mc. 9, 50 a. Lc. 14, 34 sal est imago vegetae et validae mentis ad christianam virtutem necessariae. — 3) sal imago est perpetuae concordiae, Mc. 9, 50 d., inde explicanda, quod sal a cibis putredinem arcet eosque integros servat, quapropter orientales foedera solenniter sancientes communiter sale frui solebant ac solent; cf. *Win.* RWB. s. v. *Salz;* *Knobel* ad Lev. p. 370. — 4) sapientia et gratia in loquendo conspicua, Col. 4, 6.*

*Ἄλασσα;* Act. 27, 8; cf. *Λασαία*.

*ἀλείφω*, impf. *ἤλειφον*, aor. 1. *ἤλειψα*, med. *ἠλειψάμην*, *ungo; τινά* vel *τί*, Mc. 16, 1. Jo. 12, 3; *τινά* vel *τί τινι*, ut *ἐλαίῳ*, Lc. 7, 46 a. Mc. 6, 13. Jac. 5. 14; *μύρῳ*, Jo. 11, 2. Lc. 7, 38. 46 b; Med., mihi ungo, Mt. 6, 17.*

*ἁλεεύς*, v. in *ἁλιεύς*.

*ἀλεκτοροφωνία, ας, ἡ* (*ἀλέκτωρ* et *φωνή*), *gallicinium;* Aesop. fab. 79; dic. de tertia noctis vigilia, Mc. 13, 35, quo l. vigiliae recensentur, in quas Judaei Romanorum morem sequuti noctem dividebant. (Scriptores, qui hoc vocab. habent, affert *Lobeck* ad Phryn. p. 229.)*

*ἀλέκτωρ, ορος, ὁ, gallus gallinaceus;* Mt. 26, 34. 74 s. Mc. 14, 30. 68. 72. Lc. 22, 34. 60 s. Jo. 13, 38. 18, 27. Cf. *Lobeck* l. l. p. 229.*

*Ἀλεξανδρεύς, έως, ὁ, Alexandrinus*, Alexandria (urbe Aegypti celeberrima) oriundus vel ibi habitans; Act. 6, 9. 18, 24.*

*Ἀλεξανδρινός, ή, όν, alexandrinus*, Act. 27, 6. 28, 11.*

*Ἀλέξανδρος, ου, ὁ, Alexander*, 1) filius Simonis illius Cyrenaici, qui crucem Jesu portasse narratur; Mc. 15, 21 — 2) vir quidam e genere summi sacerdotis; Act. 4, 6. — 3) Judaeus quidam; Act.

19, 33. — 4) faber quidam aerarius; Pauli apost. adversarius; 1 Tim. 1, 20. 2 Tim. 4, 14.*

**ἄλευρον**, ου, τό (ἀλεύω, molo), *farina*; Mt. 13, 33. Lc. 13, 31. Hesych. *ἄλευρα κυρίως τὰ τοῦ σίτου, ἄλφιτα δὲ τῶν κριθῶν.* (Hdt. Xen. Plat. Jos. al.)

**ἀλήθεια**, ας, ἡ (ἀληθής), *veritas, verum.* I) objective: 1) universe: *id quod in aliqua re, de qua agitur, verum est* (opp. mentito, ficto, falso); Jac. 3, 14; *ἀλήθειαν λέγειν, ἐρεῖν*, Jo. 8, 45 s. 16, 7. Ro. 9, 1. 2 Co. 12, 6. 1 Tim. 2, 7; *εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν*, rem omnem, uti vere se habebat, Mc. 5, 33 (sic etiam Graeci); *μαρτυρεῖν τῇ ἀληθείᾳ*, testimonium edere rei, ut vere est, conveniens, Jo. 5, 33; latiore sensu *λαλεῖν ἀλήθειαν*, in omnibus quae loquimur, veritatem sequi, Eph. 4, 25; *ἀλήθεια ἐγένετο*, eventu comprobata sunt vera, 2 Co. 7, 14. — *ἐν ἀληθείᾳ*, *vere, uti res se habet, rei convenienter*; Mt. 22, 16. Jo. 4, 23 s. (ut divinae naturae consentaneum est); 2 Co. 7, 14. Col. 1, 6; *ἐπ' ἀληθείας*, *a*) *vere, vero convenienter*; Mc. 12, 32. Lc. 4, 25 (LXX Job. 9, 2. Philo v. Mos. I, § 1); *b*) *re vera, profecto*; Mc. 12, 14. Lc. 20, 21. Act. 4, 27. 10, 34 (Clem. Ro. 1 Co. 23 et 47); — *κατ' ἀλήθειαν*, rei convenienter, h. e. ex adj.: procul a partium studio, juste, Ro. 2, 2; *εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ*, Phil. 1, 18; *ἐν ἔργῳ κ. ἀληθείᾳ* 1 Jo. 3, 18. — 2) Ad causam *religionis* si refertur vox, denotat *id quod in rebus ad deum et hominum officia spectantibus verum est* (*die religiös-sittliche Wahrheit*), et quidem *a*) latissimo sensu in quaestione sceptica *τί ἐστιν ἀλήθεια*, Jo. 18, 38; — *b*) verae de deo notiones, quae humanae rationi sine supranaturali dei interventu patent, Ro. 1, 18; item *ἡ ἀλήθεια θεοῦ*, veritas cujus auctor deus est, Ro. 1, 25 coll. vs. 19 (*ἡ ἀλήθεια τοῦ Χριστοῦ*, Evang. Nicodemi c. 15; non igitur, ut multi interpretantur, *vera dei natura*); veritas, cujus effigiem solidam Judaei in lege mos. quaerebant, Ro. 2, 20. — *c*) *vera, quae christiana religio de deo ejusque consiliis per Christum exsequendis atque de humanis officiis docet*, tum gentilium superstitionibus et Judaeorum commentis, tum pravis falsorum inter ipsos Christianos doctorum opinionibus et praeceptis opposita; *ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγ.*, veritas, quae est evangelium, vel quam exhibet evangelium, Gal. 2, 5. 14; et absolute *ἡ ἀλήθεια* et *ἀλήθεια*, Jo. 1, 14. 17. 8, 32. 40. 17, 19. 1 Jo. 1, 8. 2, 4. 21. 2 Jo. 1—3. Gal. 3, 1 (t. vulg.); 5, 7. 2 Co. 4, 2. 13, 8. Eph. 4, 24. 2 Th. 2, 10. 12. 1 Tim. 2, 7 (*ἐν πίστει κ. ἀληθείᾳ*, fide et veritate, cujus per fidem particeps reddor); 3, 15. 4, 3. 6, 5. 2 Tim. 2, 18. 3, 8. 4, 4. Tit. 1, 14. 2 Pet. 1, 12; *ὁ λόγος τῆς ἀληθείας* Col. 1, 5. Eph. 1, 13. 2 Tim. 2, 15; *λόγος ἀληθείας* 2 Co. 6, 7. Jac. 1, 18; *ὁδὸς τῆς ἀλ.* 2 Pet. 2, 2; *πίστις ἀληθείας* 2 Th. 2, 13; *ὑπακοὴ τῆς ἀλ.* 1 Pet. 1, 22; *ἐπίγνωσις τῆς ἀλ.* Heb. 10, 26. 1 Tim. 2, 4. 2 Tim. 2, 25. 3, 7; *πνεῦμα τῆς ἀλ.*, mens (divina), quae veritas est (1 Jo. 5, 6) et homines cognitione veritatis imbuit, Jo. 14, 17. 15, 26. 1 Jo. 4, 6; *ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια*, ego is sum in quo veritas comprehenditur ac personae formam induta est (*der persönliche Träger der Wahrheit; die persönliche Wahrheit*), Jo. 14, 6; *ἡ ἀλήθειά σου* (*θεοῦ*), veritas quae in te est et a te proficiscitur, Jo. 17, 17; — *εἶναι ἐκ τῆς ἀληθείας*, veri cognoscendi cupidum esse, Jo. 18, 37 (v. in *ἐκ* et *εἶναι*); a veritate proficisci, 1 Jo. 2, 21; veritate agi et regi, 1 Jo. 3, 19; *μαρτυρεῖν τῇ ἀληθ.*, testimonium edere pro iis, quae vera sunt, ad auctoritatem iis inter homines conciliandam, Jo. 18, 37; *ἀλήθειαν ποιεῖν*, ea quae vera sunt, ad vitam transferre, divinae veritatis formam sentiendo vivendoque exprimere, Jo. 3, 21. 1 Jo. 1, 6 (Tob. 13, 6, 4, 6 coll. Neh. 9, 33; *ὁδὸν ἀληθείας αἱρετίζεσθαι*, Ps. 119, 30); idem est *περιπατεῖν ἐν τῇ ἀλ.*, 2 Jo. 4. 3 Jo. 3 s.; contrarium est *ἀπειθεῖν τῇ αλ.*, Ro. 2, 8; *πλανηθῆναι ἀπὸ τῆς ἀλ.* Jac. 5, 19. — II) Subjective: *veritas, qua aliquis excellit; ille animi candor, a quo abest affectatio, fucus, simulatio, mendacium, dolus*; Jo. 8, 44; *animi sinceritas et morum integritas* s. *vitae conditio veritati divinae consentanea*; 1 Co. 5, 8. 13, 6 (opp. *ἀδικία*); Eph. 4, 21. 5, 9; *σοῦ ἡ ἀλήθεια*, veritas, qualis in te cernitur, tua sentiendi agendique ratio veritati congrua, 3 Jo. 3; *ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ*, quae dei est, h. e. sanctitas ejus, Ro. 3, 7; specialiter *veracitas* (dei in servandis promissis) Ro. 15, 8. — *ἐν ἀληθείᾳ*, sincere et veraciter, 2 Jo. 1, 3 Jo. 1. — In apocalypsi non habetur *ἀλήθεια*. — Cf. *Hölemann*: die biblischen Grundbegriffe der Wahrheit, in ejus „Bibelstudien" (Lpz. 1859) p. 8 ss.*

**ἀληθεύω**, ap. profanos (Xen. Plat. Arist. al.) *vera dico*; *a*) vera doceo, *τινί*, Gal. 4, 16. — *b*) vera (veram doctrinam) profiteor; Eph. 4, 15.*

**ἀληθής**, ές (α priv. et *λήθω, λαθεῖν, τὸ λῆθος* [cf. *αμαθής*], pro *qui non latet*, nostr. *unverholen*). 1) *verus*; Jo. 4, 18. 10, 41. 19, 35. 1 Jo. 2, 8. 27, Act. 12, 9 (res vere facta, opp. *ὁράματι*); Phil. 4, 8; *μαρτυρία* Jo. 5, 31 s. 8, 13 s. 17. 21, 24. 3 Jo. 12. Tit. 1, 13; *κρίσις*, justa, Jo. 8, 16 (*Lchm.*, *Tdf.* *ἀληθινή*); *παροιμία* 2 Pet. 2, 22; *χάρις*, gratia cui confidendum est, 1 Pet. 5, 12. — 2) *veri amans, verax*; Mt. 22, 16. Mc. 12, 14. Jo. 7, 18. 2 Co. 6, 8 (opp. *πλάνος*); de deo: Jo. 3, 33. 8, 26. Ro. 3, 4 (opp. *ψεύστης*). — 3) = *ἀληθινός* n. 1; Jo. 6, 55 (e l. *Lchm.* et *Tdf.* pro vulg. *ἀληθῶς*), ut Sap. 12. 27., ubi *ἀληθὴς θεός* opponitur iis, *οὓς ἐδόκουν θεούς*. Cf. *Rückert* Abendmahl p. 266 s.*

**ἀληθινός**, ή, όν (inde a Platone saepe ap. profanos), 1) *„qui non tantum nomen habet et speciem, sed veram naturam et indolem, quae nomini convenit"* (*Tittmann* Synon. N. T. p. 155). *notioni nomine significatae omni ex parte respondens, germanus, genuinus* (*wirklich, ächt*); oppon. *a*) fictitiis, ementitis, imaginariis, simulatis, fucatis; *θεός* (אֱלֹהֵי אֱמֶת 2 Chron. 15, 3); 1 Th. 1, 9. Heb. 9, 14 (*Lchm.*); Jo. 17, 3. 1 Jo. 5, 20. (*ἀληθινοὶ φίλοι* Dem. Phil. 3, p. 113.) — *b*) opponit res ipsas earum simulacris; *σκηνή* Heb. 8, 2; sanctuarium, Heb. 9, 24. (*ὁ ἵππος* opp. *τῷ ἐν τῇ εἰκόνι*, Ael. v. h. 2, 3.) — *c*) oppon. imperfectis, mancis, caducis, incertis Jo. 4, 23. 37. 7, 28; simpliciter de Jesu tanquam vero Messia Ap. 3, 7: *φῶς* Jo. 1, 9. 1 Jo. 2, 8; *κρίσις* Jo. 8, 16 (*Lchm. Tdf. Trg.*; Jes. 59, 4); *κρίσεις*, Ap. 16, 7. 19, 2; *ἄρτος*, utpote animos alens ad vitam aeternam, Jo. 6, 32; *ἄμπελος* Jo. 15, 1; *μαρτυρία* Jo. 19, 35; *μάρτυς* Ap. 13, 14; *δεσπότης* Ap. 6, 10; *ὁδοί* Ap. 15, 2; junct. c. *πιστός*, Ap. 3, 14. 6, 10. 19, 11; *τὸ ἀληθινόν*, substantive genuinum bonum, opp. externis divitiis, Lc. 16, 11. (*ἀθληταί* Pol. 1, 6, 6.) — 2) = *ἀληθής, verus, verax, sincerus* (ita saepe ap. LXX); *καρδία*, Heb. 10, 22 (*μετ' ἀληθείας ἐν καρδίᾳ ἀληθινῇ*, Jes. 38, 3); *λόγοι*, Ap. 21, 5. 22, 6. (Plut. apophth. p. 184 e.)

**ἀλήθω**, (forma graecitatis communis pro Atticorum *ἀλέω*, cf. *Lobeck* l. c. p. 151), *molo*; Mt. 24, 41. Lc. 17, 35. Mitti in molendina ad circumagendam molam trusatilem solebant mulieres et ancillae (Exod. 11, 5). Graecis *γυναῖκες ἀλετρίδες* dictae (Hom. Od. 20, 105).*

**ἀληθῶς**, adv., *vere, re vera; certissime, profecto*; Jo. 1, 48. 4, 42. 6, 14. 55 (in t. vulg.); 7, 26. 40. 8, 31. 17, 8. Mt. 14, 33. 26, 73. 27, 54. Lc. 9, 27. 12, 44. 21, 3. Act. 12, 11. 1 Th. 2, 13. 1 Jo. 2, 5.*

**ἁλιεύς**, έως, ὁ (ἅλς, ἁλός, mare), *piscator*; Mt. 4.

18 s. Mc. 1, 16 s. Lc. 5, 2, quo utroque loco *Tdf.* recepit ἁλεεῖς.*

ἁλιεύω (ἁλιεύς), *piscor*, Jo. 21, 3.*

ἁλίζω (ἅλς, ἁλός, sal), *salio, sale condio, sale conspergo;* in N. T. exstat solum fut. pass. — ἐν τίνι ἁλισθήσεται; quonam praesidio salsitudo ei restituetur? Mt. 5, 13; θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται, sacrificium sale conspergitur eoque ritu deo acceptum redditur, Mc. 9. 45 (Lev. 2, 13. Ez. 43, 24. Jos. antt. 3, 9, 1. cf. *Knobel* ad Lev. p. 369 s. *Win.* RWB. s. v. *Salz*); πᾶς πυρὶ ἁλισθήσεται, quilibet vere christianus homo igne, h. e. dolore calamitatum ac tentationum, quae, si fortiter sustinentur, purgandis firmandisque animis inserviunt, ad beatum dei in ejus regno consortium aptus redditur, Mc. 9, 45. Sed alii aliter perdifficilem locum explicant. (LXX. Aristot. — Ignat. ad Magnes. 10: ἁλίσθητε ἐν Χριστῷ, ἵνα μὴ διαφθαρῇ τις ἐν ὑμῖν.)*

ἀλίσγημα, τος, τό (ἀλισγέω, *polluo*, quod habes Sir. 40, 29. Dan. 1, 8. Mal. 1, 7. 12. cognat. ἀλίνω, ἀλινέω, *lino*), *pollutio, contaminatio;* Act. 15, 20 (τοῦ ἀπέχεσθαι κτλ., cavere, ne se polluant usu carnium e gentilium victimis residuarum, cf. vs. 29). Neque ἀλισγέω, neque ἀλίσγημα ap. Graecos obvenit.*

ἀλλά, particula adversat., orta ex ἄλλα, neutro adjectivi ἄλλος, quod antiquissimo tempore pronuntiabatur ἀλλός (cf. *Klotz* ad Dev. II, p. 1 s.), ergo proprie *alia*, sc. quam quae modo dicta sunt; differt a δέ, ut latinum *at* et *sed* ab *autem.* I) *at.* Ad praecedentia verba ita se habet, ut inducat 1) oppositionem contra concessa atque idem sit quod *nihilominus, verumtamen;* Mt. 24, 6. Mc, 13, 20. 14, 28. Jo. 16, 7. 20. Act. 4, 17. 7, 48. Ro. 5, 14 s. 10, 16. 1 Co. 4, 4. 2 Co. 7, 6. Phil. 2, 27 (ἀλλ' ὁ θεὸς κτλ.) al. — 2) objectionem: Jo. 7, 27. Ro. 10, 18 s. 1 Co. 15, 35. Jac. 2, 18. — 3) exceptionem: Lc. 22, 53. Ro. 4, 2. 1 Co. 8, 7. 10, 23. — 4) restrictionem: Jo. 11, 42. Gal. 4, 8. Mc. 14, 36. — 5) transgressionem (überbietend): *quin imo;* Jo. 16, 2. 2 Co. 1, 9; praesertim addito καί, Lc. 12, 7. 16, 21. 24, 22. — ἀλλ' οὐδέ, *quin ne - - quidem;* nostr. *ja nicht einmal*, Lc. 23, 15. Act. 19, 2. 1 Co. 3, 2; cf. *Fritzsche* ad Mrc. p. 157. — 6) aut ut transeatur ad rem, in qua cardo vertitur, potissimum ante imperativos; Mt. 9, 18. Mc. 9, 22. 16, 7. Lc. 7, 7. Jo. 8, 26. 16. 4. Act. 9, 6. 10, 20. 26, 16. — 7) elliptice ponitur: ἀλλ' ἵνα, i. e. ἀλλὰ τοῦτο γέγονε, ἵνα, Mc. 14, 49. Jo. 13, 18. 15, 25. 1 Jo. 2, 19. — 8) post protasin conditionalem vel concessivam initio apodosis significat *tamen;* post καὶ εἰ, 2 Co. 13, 4; post εἰ καί, Mc. 14, 29. 2 Co. 4, 16. 5, 16. 11, 6. Col. 2, 5 (2 Macc. 6, 26. 8, 15); post εἰ, 1 Co. 9, 2; Ro. 6, 5 (1 Macc. 2, 20); post ἐάν, 1 Co. 4, 15; post εἴπερ, 1 Co. 8, 6; cf. *Klotz* ad Dev. II, p. 93 s. *Kühner* II, 2, p. 827. — 9) ponitur praecedente μέν. Mc. 9, 13. Act. 4, 16. Ro. 14, 20. 1 Co. 14, 17. — 10) jungitur cum aliis particulis: ἀλλά γε, bis in N. T., *at saltem, doch wenigstens;* 1 Co. 9, 2; *at nimirum, aber freilich;* Lc. 24, 21; cf. *Bornemann* ad h. l. Quae particulae ab elegantioribus Graecis non componuntur nisi interposita ea voce, in qua primaria enuntiati vis inest; cf. *Bornemann* l. c. *Klotz* l. c. II p. 15 s. 24 s. *Ast* Lex. Plat. I, p. 101. — ἀλλ' ἤ (ortum e duarum enuntiationum confusione οὐδὲν ἄλλο ἤ et οὐδὲν ἄλλο, ἀλλά) *praeterquam nisi;* 1 Co. 3, 5 (ubi ἀλλ' ἤ spurium est); Lc. 12, 51; et post ipsum ἄλλα 2 Co. 1, 13. Cf. *Klotz* l. c. p. 31 ss. *Kühner* l. c. p. 824 s. *Win.* p. 412. — ἀλλ' οὐ, *at non*, Heb. 3, 16 (ex interpunct.: παρεπίκραναν; ἀλλ' οὐ) pro „at cur rogo? nonne erant omnes" etc. cf. *Bleek* ad. l. *Matthiae* §. 613. — ἀλλ' οὐχί, *nonne potius*, Lc. 17, 8. — II) praecedente negatione: *sed* (*sondern*). — 1) οὐκ (μή) - - ἀλλά, Mt. 19, 11. Mc. 5, 39. Jo. 7, 16. 1 Co. 1, 17. 7, 10. 19. 2 Co. 7, 9. 1 Tim. 5, 23 al. Per *rhetoricam* orationis formationem οὐκ - - ἀλλά interdum *logice* idem est ac *non tam - - quam;* Mc. 9, 37 (οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με); Mt. 10, 20. Jo. 12, 44. Act. 5, 4. 1 Co. 15, 10. 1 Th. 4, 8; quo loquendi modo omne pondus notioni secundi membri tribuitur; cf. *Fritzsche* ad Mc. p. 773 ss. *Win.* p. 462) s. — οὐ μόνον - - ἀλλὰ καί, *non solum, - sed etiam;* Jo. 5, 18. 11, 52. Ro. 1, 32 ac persaepe. Omisso καί (ut ap. Lat. *non solum - sed*) gravior efficitur gradatio, Act. 19, 26. 1 Jo. 5, 16; ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον Phil. 2, 12; cf. *Fritzsche* l. c. p. 786 ss. *Win.* p. 464. — 2) Supprimitur negatio, ad quam ἀλλά pertinet, facile cogitando supplenda; Mt. 11, 7—9. Lc. 7, 24—26 (utroque loco ante ἀλλά supple: hoc consilio desertum vos adiisse negabitis); Act. 19, 2 (non accepimus spiritum s., sed . . .); Gal. 2, 3 (nihil mihi contradixerunt, sed . . .); 2 Co. 7, 11 (ubi ante ἀλλά per anaphoram sexies repetitum supple οὐ μόνον cum antecedentis notionis accusativo). — Ponitur in responsis ad quaestiones negationis vim habentes; Jo. 7, 48. Act. 15, 11. 1 Co. 10, 20. — Ellipticum ἀλλὰ ἵνα post negationem: Jo. 1, 8 (supple: ἀλλὰ ἦλθεν, ἵνα); 9, 3 (ἀλλὰ τυφλὸς ἐγένετο, ἵνα); Mc. 4, 22 (ἀλλὰ τοιοῦτο ἐγένετο, ἵνα).

ἀλλάσσω, f. ξω, aor. 1. ἤλλαξα, fut. 2. pass. ἀλλαγήσομαι (ἄλλος), *muto;* facio, ut aliquid cesset et in ejus locum aliud cedat, τὰ ἔθη, Act. 6, 14; τὴν φωνήν, variare vocem, h. e. pro varia animorum affectione varie loqui, orationis argumentum et formam animis accommodare, modo gravius, modo lenius cum iis versari, Gal. 4, 20; — *permuto aliquid cum aliquo*, τὶ ἔν τινι, Ro. 1, 23 (הֵמִיר בְּ Ps. 106, 20; Graeci dicunt ἀλάσσειν τί τινος); — *transformo* (*verwandeln*), 1 Co. 15, 51 s. Heb. 1, 12.*

ἀλλαχόθεν, adv., *aliunde*, Jo. 10, 1 (i. q. ἄλλοθεν, cf. ἑκασταχόθεν, πανταχόθεν).*

ἀλλαχοῦ, adv., i. q. ἄλλοθι. *alibi, alio loco;* Mc. 1, 38 *Tdf. Trg.* Cf. *Bornemann* in Theol. Studd. u. Kritt. 1843, p. 127 s.*

ἀλληγορέω, ῶ, i. e. ἄλλο μὲν ἀγορεύω, ἄλλο δὲ νοέω, „*aliud verbis, aliud sensu ostendo*" (Quinct. Instt. 8. 6, 44), *per imagines loquor;* Gal. 4, 24. (Philo, Jos., Plut. et grammat. scriptores.)*

ἀλληλούϊα, hebr. הַלְלוּ־יָהּ, *laudate dominum*, Ap. 19, 1. 3 s. 6.*

ἀλλήλων, gen.; dat. οις, αις, οις acc. ους, ας, α, *alter alterum, invicem, mutuo;* Mt. 24, 10. Jo. 13, 35. Act. 28, 25. Ro. 1, 12. Jac. 5, 16. Ap. 6, 4 et saepe.

ἀλλογενής, ές (ἄλλος et γένος), *ex alia gente oriundus, alienigena;* Lc. 17, 18 (ap. LXX, numquam vero ap. profanos.)*

ἅλλομαι, impf. ἡλλόμην, aor. ἡλάμην et ἡλόμην (*Bttm.* Gr. max. II, p. 108), *salio;* Act. 3, 8. 14, 10 (t. vulg. ἥλλετο; *Grsb.*, *Lchm. Tdf. Trg.* ἥλατο); *ebullio, scaturio*, de aqua, Jo. 4, 14 (ut ap. Latinos *salire*, Virg. ecl. 5, 47. Suet. Octav. 82).*

ἄλλος, η, ο, *alius; a*) absol. Mt. 27, 42. 20, 3. Mc. 6, 15. Act. 19, 32. 21, 34. (ἄλλοι μὲν ἄλλο) ac saepe. — *b*) adjective: Mt. 2, 12. 4, 21. Jo. 14, 16. 1 Co. 10, 29 (ἄλλη συνείδησις, i. e. ἡ συν. ἄλλου τινός). — *c*) cum articulo: ὁ ἄλλος, *alter*, Mt. 5, 39. 12, 13 al.; οἱ ἄλλοι, *reliqui, caeteri*, Jo. 21, 8. 1 Co. 14, 29.

ἀλλοτριοεπίσκοπος et ἀλλοτριεπ. (*Lchm. Tdf. Trg.*), ου, ὁ (ἀλλότριος et ἐπίσκοπος), *qui rerum alienarum et ad se nihil pertinentium curam habet;* 1 Pet. 4, 15 (scriptor videtur intelligere eos, qui sacro studio male sedulo rebus gentilium s. publicis s. privatis, s. civilibus s. sacris temere se ingerunt ad christianae religionis normam eas con-

formaturi). Praeterea exstat solum ap. Dion. Areop. Ep. 8 (de eo, qui alienum munus temere invadit) et Coteler. Mon. T. 2, p. 481.*

**ἀλλότριος**, *ία, ον*, 1) *alienus* (opp. ἴδιος), *non proprius;* Heb. 9. 25. Ro. 14, 4. 15, 20. 2 Co. 10, 15 s. 1 Tim. 5, 22. Jo. 10, 5. — neutr., Lc. 16, 12 (opp. τὸ ὑμέτερον.). — 2) *peregrinus, exterus, extraneus;* γῆ, Act. 7, 6; Heb. 11, 9; — *qui non nostrae est familiae;* Mt. 17, 25 s. — *hostis*, Heb 11, 34. (Hom. Il. 5, 214. Xen. an. 3, 5, 5.)*

**ἀλλόφυλος**, *ον* (ἄλλος et φῦλον, genus), *alienigena* (ap. profanos inde a Thucyd.); in Hellenistarum scriptis si *Judaeis* opponitur, *gentilis*, Act. 10, 28 (Philo, Joseph.)*

**ἄλλως**, adv. (ἄλλος), *aliter;* 1 Tim. 5, 25 (τὰ ἄλλως ἔχοντα, quae secus se habent, i. e. quae non sunt καλὰ ἔργα).*

**ἀλοάω**, *ῶ* (cohaeret cum ἡ ἅλως s. ἡ ἀλωή, area, in qua teritur s. trituratur frumentum), *trituro* (Ammon.: τὸ ἐπὶ τῇ ἅλῳ πατεῖν καὶ τρίβειν τὰς στάχυας); 1 Co. 9, 10. 1 Tim. 5, 18 (Deut. 25. 4) Ap. profanos inde a Plat.*

**ἄλογος**, *ον* (λόγος, ratio), 1) *rationis expers, brutus;* ζῶα, bruta animalia, Jud. vs. 10. 2 Pet. 2, 12 (Sap. 11, 15. Xen. Hier. 7, 3 al.) — 2) *absurdus;* Act. 25, 17. (Xen. Ages. 11, 1. Thuc. 6, 85., saepe ap. Plat. Isocr. al.)*

**ἀλοή**, *ῆς, ἡ* (vulgo: ξυλαλόη, ἀγάλλοχον), *aloe;* Jo. 19, 39. Est nomen arboris aromaticae, quae gignitur in India orientali et Cochinchina, cujus ligno molli et amaro orientales ad thymiamata et condienda cadavera (ut teste Herodoto Aegyptii) adhibebant, hebr. אֲהָלִים et אֲהָלוֹת, Num. 24, 6. Ps. 45, 9. Prov. 7, 17. Cant. 4, 14. Arab. *Alluwe.* — Linn.: *Exoecaria Agallochum.* Cf. *Win.* RWB. s. v. *Aloë.*

**ἅλς**, *ἁλός, ὁ*, v. ἅλας.

**ἁλυκός**, *ή, όν, salsus* (i. q. ἁλμυρός); Jac. 3, 12. (Plat. Tim. p. 65. e. Aristot., Theophr. al.)*

**ἄλυπος**, *ον* (λύπη), *vacuus a dolore;* Phil. 2, 28. (ap. Graecos inde a Sophocle et Plat.)*

**ἄλυσις**, sive ut a plerisque scribitur ἅλυσις, *εως, ἡ* (deducitur ab α priv. et λύω, quia catena ἄλυτος est, i. e. solvi non potest), *catena, vinculum*, quo corpus vel aliqua ejus pars (manus, pedes) constringitur; Mc. 5, 3. Act. 21, 33. 28, 20. Ap. 20, 1; ἐν ἁλύσει, vinctus, captivus, Eph. 6, 20; οὐκ ἐπῃσχύνθη τὴν ἅλ.. μου, non puduit eum vinculorum meorum = non deseruit me, quia captivus essem, 2 Tim. 1, 6. — speciatim dicitur de *manica*, vinculo, quo manus constringitur, Mc. 5, 4. Act. 12, 6 s. (ap. Graecos inde ab Hdt.)*

**ἀλυσιτελής**, *ές* (λυσιτελής, v. in λυσιτελέω), *inutilis*, (Xen. vectig. 4, 6); per litot.: *perniciosus*, Heb. 13, 7. (inde a Xenoph.)*

**ἄλφα**, *τό* indcl., Ap. 1, 8. 21, 6. 22, 13. Cf. vocem A.

**Ἀλφαῖος**, *αίου, ὁ* (חַלְפַּי, cf. חַגַּי, Ἀγγαῖος, Hagg. 1, 1), *Alphaeus;* 1) pater Levi portitoris, Mc. 2, 14; v. in *Λευΐ* n. 4. — 2) pater Jacobi minoris, qui dicitur, unius e duodecim apostolis, Mt. 10, 3. Mc. 3, 18 Lc. 6, 15. Act. 1, 13. Videtur idem esse, qui Jo. 19, 25 (coll. Mt. 27, 56. Mc. 15, 40) dicitur *Κλωπᾶς* ex alia hebr. חלפי pronuntiatione, qua ח mutabatur in κ, ut פֶּסַח, *Φασέκ* 2 Chr. 30, 1. Cf. *Ἰάκωβος.*

**ἅλων**, *ωνος, ἡ* (ap. LXX etiam ὁ, cf. Ruth. 3, 2. Job. 39, 12), i. q. ἡ ἅλως, τῆς ἅλω, *area*, locus, in ipso agro post peractam messem ope cylindri duratus, in quo triturabatur frumentum; Mt. 3, 12. Lc. 3, 17; quo utroque loco per meton. continentis pro contento ἅλων est acervus frumenti jam quidem extriti, sed adhuc paleis et stipulis commixti, ut hebr. גֹּרֶן Ruth. 3, 2. Job. 39, 12 (LXX utroque loco ἅλωνα).*

**ἀλώπηξ**, *εκος, ἡ, vulpes;* Mt. 8, 20. Lc. 9, 58. — metaph. homo callidus et versutus, Lc. 13, 32. (Eodem sensu saepe ap. Graecos, velut Solon. ap. Plut. Sol. 30. Pind. pyth. 2, 141. Plut. Sulla 28.)

**ἅλωσις**, *εως, ἡ* (ἁλόω, ἁλίσκομαι), *captura;* 2 Pet. 2, 12. εἰς ἅλωσιν, ut capiantur. (ap. Graecos inde a Pind. et Hdt.)*

**ἅμα** 1) adv., *eodem tempore, simul, una;* Act. 24, 26. 27, 40. Col. 4, 3. 1 Tim. 5, 13. Philem. 22. — *ad unum omnes*, Ro. 3, 12. — 2) praepos., *una cum*, c. dativo; Mt. 13, 29. — ἅμα πρωΐ, *primo mane;* Mt. 20, 1 (ap. Graec. ἅμα τῷ ἡλίῳ, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ). Locis 1 Th. 4, 17. 5, 10., ubi ἅμα σὺν junct. legitur, ἅμα adverbium (*simul*) est et cum verbo conjungendum.*

**ἀμαθής**, *ές*, gen. *οῦς* (μανθάνω, unde ἔμαθον, τὸ μάθος, cf. ἀληθής), *indoctus, rudis;* 2 Pet. 3, 16. (ap. Graecos inde ab Hdt.)*

**ἀμαράντινος**, *ον* (ab ἀμάραντος, ut ῥόδινος, rosaceus a ῥόδον, rosa; cf. supra ἀκάνθινος), *ex amaranto* (flore illo inde sic dicto, quod numquam marcescit et decerptus reviviscit, si aqua madefactus est, inde aeternitatis et immortalitatis symbolo, nostr. *Tausendschön;* Plin. h. n. 21, 15) *contextus;* Vulg. *immarcescibilis;* στέφανος, 1 Pet. 5, 4. (Praeterea habetur solum ap. Philostr. her. 19, p. 741.)

**ἀμάραντος**, *ον* (a μαραίνω; cf. ἀμίαντος, ἄφαντος, al.), *non marcescens; perennis;* Vulg. *immarcescibilis;* (inde nomen illius floris, v. ἀμαράντινος), 1 Pet. 1, 4. Praeterea habetur tantum Sap. 6, 12.

**ἁμαρτάνω**, f. *τήσω* (Mt. 18, 21. Ro. 6, 15, quo posteriore loco *Lchm. Tdf. Trg.* restituerunt ἁμαρτήσωμεν pro vulg. ἁμαρτήσομεν), Graeci elegantiores ἁμαρτήσομαι, aor. 1. (inferioris aevi) ἡμάρτησα, Mt. 18, 15. Ro. 5, 14. 16. (cf. *Win.* p. 79); aor. 2. ἥμαρτον, pf. ἡμάρτηκα (e conjectura *Bttm.* Lexil. 1, p. 137 ortum est ex α priv. et μείρω, μείρομαι, μέρος, propr. *expertem fieri*, sc. scopi), propr. *aberro a scopo;* Hom. Il. 8, 311 al.; c. genit. rei, a qua aberratur; Hom. Il. 10, 372. 4, 491; τοῦ σκοποῦ, Plat. Hipp. min. p. 375, a; τῆς ὁδοῦ, Arist. Plut. 961 al.); deinde *erro, fallor;* denique *a boni et honesti tramite aberro.* — In N. T.: *a dei lege aberro, legem dei violo, pecco; a)* absol., Mt. 27, 4. Jo. 5, 14. 8, 11. 9, 2 s. 1 Jo. 1, 10. 2, 1. 3, 6. 8 s. 5, 18. Ro. 2, 12. 3, 23. 5, 12. 14. 16. 6, 15. 1 Co. 7, 28. 36. 15, 34. Eph. 4, 26. 1 Tim. 5, 20. Tit. 3, 11. Heb 3, 17. 10, 26 (ἑκουσίως); de civilium legum violatione, in qua Christiani etiam divinae legis transgressionem cernunt, 1 Pet. 2, 20. — *b)* ἁμαρτάνειν ἁμαρτίαν, peccatum committere, 1 Jo. 5, 16 (μεγάλην ἁμαρτίαν Exod. 32, 30 s [חָטָא חֲטָאָה]; αἰσχρὰν ἁμ. Soph. Phil. 1249; μεγάλα ἁμαρτήματα ἁμαρτάνειν Plat. Phaed. p. 113 e). Cf. sub ἀγαπάω. — ἁμαρτάνειν εἴς τινα, Mt. 18, 15 (εἰς σὲ *Lchm.* et *Tdf.* omittunt); vs. 21. Lc. 15, 18. 21. 17, 3 (in t. vulg.), vs. 4. 1 Co. 8, 12; τι εἰς Καίσαρα Act. 25. 8; εἰς τὸ ἴδιον σῶμα 1 Co. 6, 18 (εἰς αὐτούς τε καὶ εἰς ἄλλους, Plat. rep. 3, p. 336 a.; εἰς τὸ θεῖον, Plat. Phaedr. p. 243 c.; εἰς θεοὺς Xen. Hel. 1, 7, 19 al); — ex hebraismo ἐνώπιόν [לִפְנֵי] τινος, *coram aliquo*, eo, qui peccando laeditur, quasi praesente et inspectante, Lc. 15, 18. 21 (1 Sam. 7, 6. Tob. 3, 3 al.)*

**ἁμάρτημα**, *τος, τό* (ab ἁμαρτέω = ἁμαρτάνω, cf. ἀδίκημα, ἀλίσγημα), *peccatum, maleficium;* Mc. 3, 28 et (ap. *Lchm. Tdf. Trg.*) vs. 29. 4, 12 (ubi *Tdf.* et *Trg.* τὰ ἁμαρτ. deleverunt); Ro. 3, 25. 1 Co. 6, 18. 2 Pet. 1, 9 (vulg. ἁμαρτιῶν). (inde ab Aeschylo et Thuc.)*

**ἁμαρτία**, ας, ἡ (ab aor. 2. ἁμαρτεῖν, ut ἀποτυχία ab ἀποτυχεῖν), *aberratio a scopo* (v. in ἁμαρτάνω); apud Graecos (inde ab Aeschylo et Thuc.) 1) *error intelligentiae* (cf. *Ackermann* das Christliche im Plato, p. 59. Anm. 2). — 2) *maleficium*. — In N. T. semper ethico sensu dicitur et quidem 1) idem est ac **τὸ ἁμαρτάνειν**, *peccatus, peccatio*, quae fit tum omittendo tum committendo, tum cogitando et sentiendo, tum loquendo et agendo (cf. Cic. de fin. 3, 9); Ro. 5, 12 s. 20; ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι, peccando devinctum esse, Ro. 3, 9; ἐπιμένειν τῇ ἁμαρτίᾳ, 6, 1; ἀποθνήσκειν τῇ ἁμ. et ζῆν ἐν αὐτῇ, 6, 2; τὴν ἁμ. γινώσκειν, Ro. 7, 7. 2 Co. 5, 21; νεκρὸς τῇ ἁμ. Ro. 6, 11; περὶ ἁμαρτίας, ad peccatus vim frangendam, 8, 3; σῶμα τῆς ἁμ., corpus peccationis instrumentum, 6, 6; ἀπάτη τῆς ἁμ., fraus, qua peccatus decipere solet, Heb. 3, 13; ἄνθρωπος τῆς ἁμ., (*Tdf. Trg.* ἀνομίας), homo, cui peccatus ita insidet, ut absque eo exstare non posse videatur, homo penitus peccando deditus, 2 Th. 2, 3. Quo sensu ἡ ἁμαρτία (= τὸ ἁμαρτάνειν) tamquam vis in homines imperium exercens (*die Sünde als Princip und Macht*) rhetorice ut persona imperatrix sistitur in phrasibus ἡ ἁμ. βασιλεύει, κυριεύει, κατεργάζεται Ro. 5, 21. 6, 12. 14. 7, 17. 20; δουλεύειν τῇ ἁμ. 6, 6; δοῦλος τῆς ἁμ., Jo. 8, 34. Ro. 6, 17; νόμος τῆς ἁμ. dictamen peccati s. impetus ab eo proficiscens, Ro. 7, 23. 8, 2; δύναμις τῆς ἁμ. 1 Co. 15, 56. (Prosopoeiam jam habes Gen. 4, 17 atque e lectione ἁμαρτία Sir. 27, 10). Ita ἁμαρτία non *significatu*, sed *sensu* est principium, ex quo singula proficiscuntur male facta, numquam vero denotat *vitiositatem*. — 2) *id quod peccatur, peccatum, delictum, cogitatum vel factum divinae legi contrarium* (ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία, 1 Jo. 3, 4). *a*) universe, Jac. 1, 15. Jo. 8, 46 (quo loco ἁμαρτ. neque de *errore*, neque de *fraude*, qua Jesus populum corrumpat, sed de *peccato* universe spectato intelligendum esse, bene docent *Lücke* ad l. et *Ullmann* in Theol. Studd. u. Kritt. 1842, p. 667 ss. Sententia est: si quis me peccati convincit, tum vobis licet dubitare de doctrinae meae veritate ac divinitate, quia peccatum impedit veri cognitionem); χωρὶς ἁμαρτίας, ita ut non faceret peccatum, Heb. 4, 15; ποιεῖν ἁμαρτίαν et τὴν ἁμ., Jo. 8, 34. 1 Jo. 3, 8. 2 Co. 11, 7. 1 Pet. 2, 9; ἔχειν ἁμαρτίαν, peccatum quasi peculium habere illud quidem non laetum, sive aliquid expiatione indigens suscepisse = peccatum commisisse, Jo. 9, 41. 15, 22. 24. 19, 11. 1 Jo. 1, 8 (ita αἷμα ἔχειν de eo, qui caedem fecit, Eur. Or. 508); persaepe in plurali ἁμαρτίαι, 1 Th. 2, 16. Ap. 18, 4 s. al.; πλῆθος ἁμαρτιῶν Jac. 5, 20. 1 Pet. 4, 8; ποιεῖν ἁμαρτίας, Jac. 5, 15; in locutionibus ἄφεσις ἁμαρτιῶν, ἀφιέναι τὰς ἁμ. al. (v. in ἀφίημι), in quibus vox non per se *culpam* vel *poenam peccatorum* denotat, sed res ita animo concipitur, ut peccata quasi e dei conspectu removeantur et ab eo non facta reputentur ideoque non puniantur. — ἐν ἁμαρτ. σὺ ἐγεννήθης ὅλος, totus peccatis coopertus tu natus es, h. e. permulta tu peccasti nondum natus, Jo. 9, 34; ἐν ταῖς ἁμ. ἀποθνήσκειν, male factis onustum, igitur non emendatum mori, Jo. 8, 24; ἔτι ἐν ἁμαρτίαις εἶναι, etiamnunc peccata sua habere, sc. non expiata, 1 Co. 15, 17. — *b*) *certum aliquod maleficium*; τὴν ἁμ. ταύτην, Act. 7, 60; πᾶσα ἁμαρτία, Mt. 12, 31; ἁμαρτία πρὸς θάνατον, 1 Jo. 5, 16 (ejusmodi gravius maleficium, quo christianus homo e τῆς ζωῆς a Christo partae statu relabitur in statum τοῦ θανάτου (cf. hanc vocem), in quo fuerat, antequam per fidem Christo se conjunxerat; cf. *Lücke, de Wette, Huther*, ad l.) — 3) collective *complexus peccatorum vel a singulis vel a pluribus factorum*; αἴρειν τὴν ἁμ. τοῦ κόσμου, Jo. 1, 29 (v. in αἴρω); ἀποθνήσκειν ἐν τῇ ἁμ. Jo. 8, 21 (v. antea sub 2, a); περὶ ἁμαρτίας sc. θυσίας, victimas piaculares, Heb. 10, 6 (ita ex usu τῶν LXX, qui hebr. חַטָּאָה et חַטָּאת nonnumquam ita reddunt, velut Lev. 5, 11. 7, 37. Ps. 40, 7); χωρὶς ἁμαρτίας, nullam cum peccato, quod expiaturus sit, rem habens, Heb. 9, 28. — 4) Abstr. pro concreto = ἁμαρτωλός; Ro. 7, 7 (ὁ νόμος ἁμαρτία, opp. ὁ νόμος ἅγιος vs. 12); 2 Co. 5, 21 (τὸν - - ἁμαρτίαν ἐποίησεν, peccati nescium tractavit ut peccatorem). — Cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. I, p. 289 ss.

*ἀμάρτυρος, ον* (*μάρτυς*), *qui est sine teste vel testibus, de quo non exstat testimonium, intestatus*; Act. 14, 17. (Thuc. Dem. Joseph. Plut. Luciam. Hdian.)

*ἁμαρτωλός, ον* (a forma ἁμάρτω, ut φείδωλος a φείδομαι), *peccato deditus, peccator, peccatrix.* In N. T. notiones sic distinguuntur, ut ἁμαρτωλ. dicatur *a*) *quisque peccati non purus.* Quo sensu omnes homines sunt peccatores. Ita Mt. 9, 13. Mc. 2, 17. Lc. 5, 8. 32. 13, 2. 18, 13. Ro. 3, 7 sq. 5, 19. 1 Tim. 1, 15. Heb. 7, 26. — *b*) *insignior peccator, perquam flagitiosus*; *α*) univ. 1 Tim. 1, 9. Jud. vs. 15. Mc. 8, 38. Lc. 6, 32—34. 7, 37. 39. 15, 7. 10. Jo. 9, 16. 24 s. 31. Gal. 1, 17. Heb. 12, 3. Jac. 4, 8. 5, 20. 1 Pet. 4, 18. (Ap. 21, 8 *Grsb.*); ipsa ἁμαρτία dicitur ἁμαρτωλός Ro. 7, 13. — *β*) speciatim dic. de hominibus, qui *certis quibusdam* vitiis aut flagitiis inquinati sunt, ut portitores, Lc. 15, 2. 18, 13. 19, 7; unde componuntur τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοί Mt. 9, 10 s. 11, 19. Mc. 2, 15 s. Lc. 5, 30 (ubi *Tdf.* καὶ ἁμαρτωλ. expunxit); 7, 34. 15, 1. — pagani, Judaeis peccatores κατ' ἐξοχὴν dicti (1 Macc. 1, 34. 2, 48. 62. Tob. 13, 6), Mt. 26, 45 Mc. 14, 41. Lc. 24, 7. Gal. 2, 15. (Saepe legitur vox ap. LXX = חוֹטֵא et רָשָׁע, in ll. apocr. V. T., rarissime ap. Graecos, ut Arist. Eth. Nic. 2, 9 init. Plut. moral. p. 25 c.)*

*ἄμαχος, ον* (*μάχη*), ap. Graecos plerumque *contra quem pugnari nequit, insuperabilis*, rarius *qui abstinet se a pugnando* (Xen. Cyr. 4, 1, 16. Hell. 4, 4, 9); in N. T. bis metaph. *non litigiosus*, 1 Tim. 3, 3. Tit. 3, 2.

*ἀμάω, ῶ*, aor. 1. ἤμησα (ab ἅμα, *simul*, igitur *colligo*, nostr. *sammeln*) Graecorum poetis frequentatum, *meto, demeto*; τὰς χώρας, Jac. 5, 4.*

*ἀμέθυστος, ου, ἡ*, *amethystus*, nomen gemmae violacei et purpurei coloris (Ex. 28, 19; sec. Phavorinum ita dicitur διὰ τὸ ἀπείργειν τῆς μέθης); Ap. 21, 20.*

*ἀμελέω, ῶ*, f. ήσω, aor. 1. ἠμέλησα (ab ἀμελής et hoc ex α priv. et μέλω, curo aliquid), persaepe ap. profanos, *negligo*; τινός, Heb. 2, 3. 8, 9. 1 Tim. 4, 14; sq. inf., 2 Pet. 1, 12 (t. vulg.); sine casu ἀμελήσαντες (non curantes, quod modo dictum est), Mt. 22, 5.*

*ἄμεμπτος, ον* (*μέμφομαι*), *irreprehensus, in quem non cadit reprehensio, irreprehensibilis* (Tertull.), *vitii* vel *culpae expers*; Lc. 1, 6. Phil. 2, 15. 3, 6. 1 Th. 3, 13. Heb. 8, 7 (in quo nihil desideratur); ap. LXX = תָּם, Job. 1, 1. 8 al. Saepe ap. Graecos.*

*ἀμέμπτως*, adv., *inculpate, ita ut non sit reprehensionis causa*; 1 Th. 2, 10. 5, 23.*

*ἀμέριμνος, ον* (*μέριμνα*), *curis vacuus, securus*; Mt. 28, 14. 1 Co. 7, 32 (a terrenarum rerum curis liber). (Sap. 6, 15. 7, 23. Hdian. 2, 4, 3. 3, 7, 11. Anth. 9, 359.)*

*ἀμετάθετος, ον* (*μετατίθημι*), *non transpositus, qui transponi non potest, immotus, immutabilis*; Heb. 6, 18; τὸ ἀμετάθετον substantive: *immutabilitas*, Heb. 6, 17. (3 Macc. 5, 1. Pol. Diod. Plut.)*

*ἀμετακίνητος, ον* (*μετακινέω*), *qui de loco suo*

*dimoveri nequit, immotus*; metaph. *constanter persistens in aliqua re*, 1 Co. 15, 58. (Plat. ep. p. 343 a. Dion. Hal. 8, 74.)*

**ἀμεταμέλητος**, ον (μεταμέλομαι, μεταμέλει), *cujus aliquem non poenitet*; Ro. 11, 29; σωτηρία, per litot.: salus, quae laetissime sentitur, 2 Co. 7, 10. (Plat. Pol. Plut.)*

**ἀμετανόητος**, ον (μετανοέω, q. v.), *qui nullam mentis mutationem* (emendationem) *admittit*; Ro. 2, 5. (Ap. Lucian. Abdic. 11 i. q. ἀμεταμέλητος, q. v.)

**ἄμετρος**, ον (μέτρον, mensura), *mensura carens, immensus*; 2 Co. 10, 13. 15 s. (εἰς τὰ ἄμετρα καυχᾶσθαι, in immensum, h. e. immodice gloriari). (Plat. Xen. Anthol. p. 170. et 206. ed. Jac.)*

**ἀμήν**, hebr. אָמֵן, 1) adject. verbale (ab אָמַן, *fulcivit*; Niph. *firmus fuit*), *firmus*, metaph. *fidus*; ὁ ἀμήν, Ap. 3, 4 (ubi additur ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς κ. ἀληθινός). — 2) in usum adverbii abiit, quo aliquid asseveratur vel confirmatur; *a*) initio orationis, *certo, profecto*; ita frequenter in sermonibus Christi ap. Mt. Mc. Lc. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, sancte vobis affirmo, velut Mt. 5, 18. Mc. 3, 28. Lc. 4, 24. Geminata vox (ἀμὴν ἀμήν), qua solus Joannes in evang. (sexies et vicies) utitur, superlativi vim habet: *certissime*; Jo. 1, 52. 3, 3. — *b*) in fine enuntiati: *ita est, ita fiat, ratum sit* (γένοιτο, LXX Num. 5, 22. Deut. 27, 15 al.); Ro. 1, 25. 9, 5. Gal. 1, 5. Eph. 3, 21. Phil. 4, 20. 1 Tim. 1, 17. Heb. 13, 21. 1 Pet. 4, 11. Ap. 13, 22 et persaepe; cf. Jer. 11, 5. 28, 6. 1 Reg. 1, 30. — E synagogarum usu in Christianorum coetus mos transiit, quo, quum is, qui legerat vel docuerat, solennes ad deum preces fecisset, reliqui adstantes accinerent *Amen*, eoque modo orationis argumentum suum facerent, 1 Co. 14, 16 (τὸ ἀμήν, notum illud *amen*, quod accini solet), coll. Num. 5, 22. Deut. 27, 15 ss. Neh. 5, 13. 8, 6. — 2 Co. 1, 20: αἱ ἐπαγγελίαι - - τὸ ναὶ καὶ - - τὸ ἀμήν, i. e. fidissimas se exhibuerant.

**ἀμήτωρ**, ορος, ὁ, ἡ (μήτηρ), *qui matrem non habet*; ap. Graecos 1) *nulla matre natus*, ut Minerva, Eur. Phoen. 676 s. al.; deus ipse utpote non ortus aliunde, Lact. instt. 4. 13, 2. — 2) matre orbatus, Hdt. 4, 154 al. — 3) ignobili vel ignota matre natus; Eur. Jon. 837. — 4) immitis et matris nomine indigna mater; μήτηρ ἀμήτωρ Soph. El. 1154; cf. *Bleek* Br. an d. Heb. II. 1, p. 305 ss. — 5) significatu Graecis inusitato: cujus mater non recensetur in genealogia; de Melchisedeco, Heb 7, 3. (de Sara ap. Phil. de temul. §. 14. rer. div. haer. §. 12.) Cf. ἀνολυμπιάς.*

**ἀμίαντος**, ον (μιαίνω), *non pollutus, intaminatus; expers eorum, quibus alicujus natura deformatur et deturpatur vel ejus vis et momentum imminuitur*; κοίτη, adulterii pura, Heb. 13, 14; κληρονομία (cui nihil deest) 1 Pet. 1, 4; θρησκεία Jac. 1, 27; peccati purus, Heb. 7, 26. (Etiam ap. Graecos; ethico sensu Plat. legg. 6, p. 777 e. Plut. Pericl. c. 39 βίος καθαρὸς καὶ ἀμίαντος.)*

**Ἀμιναδάβ**, ὁ, עַמִּינָדָב (famulus principis), nom. propr. unius e majoribus Christi (1 Chr. 2, 10), Mt. 1, 4. Lc. 3, 33.

**ἄμμος**, ου, ἡ, *arena, sabulum*; ex hebr. comparatione ἄμ. τῆς θαλάσσης et ἄμ. παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλ. dicitur pro innumera multitudine, Ro. 9, 27. Heb. 11, 12. Ap. 20, 8; i. q. *litus*, Ap. 12, 18. — ex adj. *solum arenosum*, Mt. 7, 26. (Xen. Plat. Theophr. [saepe] Plut. LXX [saepe]).*

**ἀμνός**, ου, ὁ, *agnus*; Act. 8, 32. 1 Pet. 1, 19; τοῦ θεοῦ, deo consecratus, Jo. 1, 29. 36. Quibus locis Christus agno piaculari comparatur ob mortem ad expianda peccata innocenter et patienter toleratam. Cf. in v. ἀρνίον.*

**ἀμοιβή**, ῆς, ἡ (ab ἀμείβω, ut ἀλοιφή ab ἀλείφω, στοιβή a στείβω), vox Graecis frequentissima, *retributio, compensatio* bono et malo sensu (a significatu medii ἀμείβομαι, retribuo, par pari refero); in bonam partem 1 Tim. 5, 4.*

**ἄμπελος**, ου, ἡ, *vitis*; Mt. 26, 29. Mc. 14, 25. Lc. 22, 18. Jac. 3, 12. — Apud Jo. 15, 1. 4 s. Christus se dicit vitim, quia, sicut vitis palmitibus succum et vim frugiferam infert, ita Christus assectatoribus suis divinae suae mentis vires et vitam instillat. — ἄμπ. τῆς γῆς Ap. 14, 18 s. sunt hostes Christi, qui ad interitum maturi comparantur uvis abscindendis in torcular conjiciendis in eoque calcandis.*

**ἀμπελουργός**, οῦ, ὁ, ἡ (ex ἄμπελος et ΕΡΓΩ), *vinitor*; Lc. 13, 7. (Arstph. Plutarch. Geop. al. LXX pro כֹּרֵם.)*

**ἀμπελών**, ῶνος, ὁ, *vinea*; Mt. 20, 1 ss. 21, 28. 39 ss. Mc. 12, 1 ss. Lc. 20, 9 ss. 1 Co. 9, 7. (LXX. Diod. 4, 6. Plut. pro nobilit. c. 3.)*

**Ἀμπλίας**, ου, ὁ, *Amplias* (nomen contractum ex integro latino nomine *Ampliatus*, quod nonnulli testes exhibent, v. vocem seq.), vir quidam romanus et christianus; Ro. 16, 8.

**Ἀμπλίατος** (*Tdf.*) s. rectius Ἀμπλιᾶτος (*Trg.*) i. q. Ἀμπλίας, q. v.

**ἀμύνω**, aor. 1. med. ἠμυνάμην, ap. Graecos *arceo, propello* aliquid ab aliquo, τί τινι, acc. rei et dativ. personae; hinc c. simplici dat. pers. *alicui opitulor* (Thuc. 1, 50. 3, 63 al.). Med. ἀμύνομαι, c. accus. pers. *arceo, propello aliquem a me, defendo me contra eum* (ita etiam 2 Macc. 10, 17. Sap. 11, 3. LXX Jos. 10, 13); *vindictam sumo ab aliquo* (Xen. an. 2, 3, 23. Jos. antt. 9, 1, 2), Act. 7, 24, ubi cogitando supple τὸν ἀδικοῦντα.*

**ἀμφιάζω**, *induo*; Lc. 12, 28 ap. *Lchm.* ἀμφιάζει pro vulg. ἀμφιέννυσι. (Vox inferioris graecitatis; LXX Job. 29, 14. 40, 5. Symm. Ps. 72, 6; aliquoties ap. Themist. cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 112.) Cf. ἀμφιέζω.

**ἀμφι-βάλλω**, *circumjicio*, i. q. περιβάλλω, vestem (Hom. Od. 14, 342); *utrinque huc illuc* (bald auf diese, bald auf jene Seite) *jacio*; rete, Mc. 1, 16 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* (Hab. 1, 17.)*

**ἀμφίβληστρον**, ου, τό (ἀμφιβάλλω), ap. Graecos *quidquid alicui circumjicitur ad impediendum ejus motum*, ut vincula, vestis; specialiter *rete piscatorium*, Mc. 1, 16. (ubi *Tdf.* et *Trg.* vocem omittunt): Mt. 4, 18. (LXX. Hes. sc. 215. Hdt. 1, 141. Athen. 10, 72. p. 450.)*

**ἀμφιέζω**, i. q. ἀμφιέννυμι; Lc. 12, 28 ἀμφιέζει ap. *Tdf.* et *Trg.*; cf. ἀμφιάζω.

**ἀμφιέννυμι**, pf. pass. ἠμφίεσμαι (ἕννυμι), *induo, vestio*; Lc. 12, 28 (t. vulg. et *Grsb.*; cf. ἀμφιέζω); Mt. 6, 30; ἔν τινι Lc. 7, 25. Mt. 11, 8.*

**Ἀμφίπολις**, εως, ἡ, *Amphipolis*, Macedoniae primae metropolis, inde sic dicta, quod eam Strymon fluvius circumflueret ambiretque, olim ἐννέα ὁδοί appellata (Thuc. 1, 10); Act. 17. 1.*

**ἄμφοδον**, ου, τό (ἀμφί, ὁδός), propr. *via ferens circum aliquid, platea*; Mc. 11, 4. (Jer. 17, 27. 49, 26 et ap. Graecos.)*

**ἀμφότεροι**, αι, α, *ambo, uterque*; Mt. 9, 17 al. — τὰ ἀμφότερα, Act. 23, 8. Eph. 2, 14.

**ἀμώμητος**, ον (μωμάομαι), *qui vituperari non potest*; Phil. 2, 15 (l. vulg. *Grsb.*, ad q. l. cf. τέκνα μωμητά Deut. 32, 5); 2 Pet. 3, 14. (Hom. Il. 12, 109. Plut. fr. am. 18; saepe in Anthol.)*

**ἄμωμον**, ου, τό, *amomum*, indicus frutex odoratus folia habens albae vitis et semen uvarum racemis simile, ex quo unguentum parabatur (Plin. h. n. 12, 13); Ap. 18, 13 ap. *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.**

**ἄμωμος**, ον (μῶμος), *in quo non est, quod reprehendatur*, ut victima maculae s. labis expers, 1 Pet. 1, 19 (Lev. 22, 21); Heb. 9, 14; quo utroque loco respicitur ad vitam Christi peccatorum immunem. — ethice: sceleris purus, inculpatus, Eph. 1, 4. 5, 27. Col. 1, 22. Phil. 2, 15 (*Lchm. Tdf. Trg.*) Jud. vs. 24. Ap. 14, 5. (Saepe ap. LXX. Hdt. 2, 177. Aesch. Pers. 183. Theocr. 18, 25.)*

**Ἀμών**, ὁ, *Amon* (אָמוֹן, opifex), rex Judae, filius Manassae, pater Josiae; Mt. 1, 10.

**Ἀμώς**, ὁ, *Amosus* (אָמוֹץ, fortis), nom. pr. indecl. unius e majoribus Christi; Lc. 3, 25.

**ἄν**, particula, qua aliquid positis quibusdam conditionibus vel per quarundam fortuitarum causarum seriem fieri posse vel potuisse indicatur. Latinae linguae nulla vocula cum ἄν congruit, neque Germanorum *wohl* (*wol*), *etwa* prorsus et ubique ei respondent. Particulae in N. T. usum comparatis copiosis graecorum scriptorum exemplis illustrat *Win.* §. 42. Conjungitur autem I) in apodosibus enuntiationum hypotheticarum 1) cum *imperfecto*, ubi Latini utuntur imperfecti conjunctivo, ut Lc. 7, 39 (*ἐγίνωσκεν ἄν*, sciret, *so würde er wissen*); 17, 6 (*ἐλέγετε ἄν*, diceretis); Mt. 23, 30 (non essemus); Jo. 5, 46. 8, 42. 9, 41. 15, 19. 18, 36. 1 Co. 11, 31. Gal. 1, 10. 3, 21. Heb. 4, 8. 8, 4. 7. — 2) cum indicativo *aoristi*, ubi Lat. utuntur plusquamperfecti conjunctivo instar futuri exacti conjunctivi: *ich würde gethan haben*, ubi indicatur quid futurum fuisset, si hoc illudve aut esset (praecedente *εἰ* cum imperf. in protasi), aut fuisset (praecedente *εἰ* cum aor. aut plusqpf.); Mt. 11, 21 et Lc. 10, 13 (*ἂν μετενόησαν*, poenitentiam egissent); Mt. 11, 23. 12, 7 (non damnassetis); 24, 43 (vigilasset); vs. 22 et Mc. 13, 20 (*nemo servatus esset;* h. e. omnes jam nunc pro talibus habendi essent, qui periissent; cf. *Win.* p. 286); Jo. 4, 10. (*ἂν ᾔτησας*, rogasses); 14, 1 (*εἶπον ἄν*, dixissem); vs. 28. (laetati essetis); Ro. 9, 29 (facti essemus); 1 Co. 2, 8. (Gal. 4, 15 t. vulg. et *Grsb.*); Act. 18, 14. — Interdum conditio verbis quidem non exprimitur, at vero ex iis, quae dicuntur, facile intelligitur; Lc. 19, 23 et Mt. 25, 27 (cum fenore recepissem, sc. si mensariis dedisses). — 3) cum *plusquamperfecto;* Jo. 11, 21 (*οὐκ ἂν ἐτεθνήκει*, morti non succubuisset, pro quo vs. 32 aor.: *οὐκ ἂν ἀπέθανε*); 14, 7 (praecedente *εἰ* c. plusqpf.) 1 Jo. 2, 19 (nobiscum mansissent). — Nonnumquam (ut apud Graecos, potissimum inferioris aetatis) ἄν omittitur, ut significetur, non multum deesse vel defuisse, quin esset (impf.) vel fuisset (plusqpf. aut aor.), quod ob conditionem non impletam factum non est (cf. *Alex. Bttm.* in Theol. Studd. u. Kritt. 1858, p. 489 ss. *Fritzsche* Ep. ad Ro. T. II, p. 33. *Win.* §. 42, 2.), ut Jo. 8, 39 (ubi ἄν ante *ἐποιεῖτε* spurium); 15, 22. 24. 19, 11. Act. 26, 32. Ro. 7, 7. Gal. 4, 15 (ἄν ante *ἐδώκατε* recte expunxerunt *Lchm. Tdf. Trg.*). — II) conjunctum relativis pronominibus, adverbiis relativis, adverbiis temporis et qualitatis eandem vim habet ac Latinorum *cunque*, nostrum *irgend*, *etwa;* 1) sequente *indicativo praeteriti*, quando de re certa in facto posita agitur, ubi, „quum res ipsa, quae facta esse dicatur, certa sit, pertinet illud, quod habet in se particula ἄν incerti, magis ad notionem relativam, sive pronomen, sive particula est“ (*Klotz* ad Dev. p. 145). — *ὅσοι ἄν, quotquot;* Mc. 6, 56 (*ὅσοι ἂν ἥπτοντο αὐτοῦ*, quotquot eum contrectabant); Mc. 11, 24 (*ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτεῖσθε*, sed recte restituerunt *ὅσα προσεύχεσθε κ. αἰτεῖσθε Lchm. Tdf. Trg.*). — *καθότι ἄν, in quantum* (*je nachdem gerade*), *utcunque*, Act. 2, 45. 4, 35. — *ὡς ἄν*, 1 Co. 12, 2 (quomodocunque abducebamini). — 2) sequente *conjunctivo, a) praesentis*, quando de eo agitur, quod jam factum esse possit aut fieri vel soleat vel pergat, ubi nos dicimus *mögen; ἡνίκα ἄν, quotiescunque*, 2 Co. 3, 15 (*Lchm. Tdf. Trg.*); *ὃς ἄν, wer nur immer -- mag;* Mt. 16, 25. Lc. 10, 5. 8. 1 Jo. 2, 5. 3, 17. Gal. 5, 17. Ro. 9, 15. (Ex. 33, 19.) 16, 2. 1 Co. 11, 27 al. — *ὅστις ἄν*, 1 Co. 16, 2. Col. 3, 17. — *ὅσοι ἄν*, Mt. 7, 12. 22, 9. — *ὅπου ἄν, quocunque;* Lc. 9, 57 (ubi *Lchm.* et *Trg. ἐάν*); Ap. 14, 4 (ubi *Lchm.* et *Trg.* receperunt *ὑπάγει*, quod defendit *Bttm.* ntl. Gr. p. 196, 30); Jac. 3, 4 (l. vulg. *Grsb. Lchm.*) — *ὁσάκις ἄν, quotiescunque;* 1 Co. 11, 25 s. (ubi *Lchm. Tdf. Trg, ἐάν*) — *ὡς ἄν, utcunque*, 1 Th. 2, 7 (*Lchm. Tdf. Trg. ἐάν*). — *b) aoristi*, ubi Latini futuro exacto utuntur; *ὃς ἄν*, Mt. 5, 21 (*εἴπῃ*, quicunque, si quis umquam, dixerit); 31 s. 10, 11. Mc. 3, 29. 35. 9, 41 al. — *ὅστις ἄν*, Mt. 10, 33. 12, 50. Jo. 14, 13. Act. 3, 21 al. — *ὅσοι ἄν*, Mt. 21, 22 (*Trg. ἐάν*); 23, 3. Mc. 3. 28 (*Lchm. Tdf. Trg. ἐάν*); Lc. 9, 5. Jo. 11, 22. Act. 2, 39. 3, 22. — *ὅπου ἄν*, Mc. 14, 9 (*Tdf. ἐάν*); 9, 18 (l. vulg. *Grsb.*). — *ἄχρις οὗ, donec;* 1 Co. 15, 25 (l. vulg.); Ap. 2, 25. — *ἕως ἄν, usque dum;* Mt. 2, 13. 10. 11. 22, 44. Mc. 6, 10. Mc. 21, 32. 1 Co. 4, 5 al. — *ἡνίκα ἄν*, de fut. temp., *tum demum, quum.* . 2 Co. 3, 16 (*Tdf. ἐάν*) — *ὡς ἄν, ut primum, simulac;* 1 Co. 11, 34. Phil. 2, 23. — *ἀφ' οὗ ἂν ἐγερθῇ*, Lc. 13, 25 (ab eo tempore, quo surrexerit, quodcunque tempus est). — Ceterum illis, quae recensuimus, pronominibus et adverbiis pro ἄν apponitur etiam *ἐάν* (q. v.), neque in paucis locis codd. et edd. variant inter ἄν et *ἐάν*, cujus variationis nonnulla exempla ante attulimus. — Denique huc referenda sunt *ὅταν* (=*ὅτε ἄν*) cum indicativo et multo saepius c. conjunctivo (v. in *ὅταν*), et *ὅπως ἄν*, etsi hoc in usum conjunctionis finalis devenit hoc sensu: *ut, si fieri possit;* Lc. 2, 35. Act. 3, 20. 15, 17. Ro. 3, 4. Vide in *ὅπως*. — III) Copulatur ἄν cum *optativo;* ubi ponitur quaedam conditio, ut in votis, *ich würde, möchte —;* Act. 26, 29 (*εὐξαίμην ἄν*, optarem, scil. si res a me penderet); in interrogationibus directis Act. 8, 31 (*πῶς ἂν δυναίμην*; i. e. quanam conditione posita possem, *wie würde ichs können*? cf. Xen. oec. 11, 5); 17, 18 (*τί ἂν θέλοι -- λέγειν*, quid -- dicere velit? ea quidam posita conditione ut dicendo certam sententiam enuntiare voluerit); — in sententiis *subjunctis* et interrogationibus obliquis, quas narrator ex animo alterius profert; Lc. 1, 62. 6, 11. 9, 46. Act. 5, 24. 10, 17 et (l. vulg. *Grsb.*) 17, 20. — IV) sine modo legitur ἄν 1 Co. 7, 5 (*εἰ μή τι ἄν, ausser etwa*, sc. *γένοιτο*). — *ὥς ἄν*, adverbialiter: *tanquam* (ita jam Vulg.), *quasi*, 2 Co. 10, 9 (ut *ὥςπερ ἄν* ap. Graecos; cf. *Kühner* II, p. 210 s. coll. *Bttm.* ntl. Gr. p. 189, 20).

**ἄν**, contr. ex *ἐάν, si*, sequente conjunctivo; Jo. 20, 23 (ubi *Lchm. ἐάν*) et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Jo. 13, 20. 16, 23.*

**ἀνά**, praepositio, proprie *sursum* (cf. adv. *ἄνω*, opp. *κατά* et *κάτω*), motum ex inferiore loco in superiorem locum indicans, in N. T. rara neque alium casum, quam accusativum sibi consocians; 1) in dictionibus *ἀνὰ μέσον* (vel junctim *ἀνάμεσον*), *in medium, in medio, in, inter*, c. genitivo loci Mt. 13, 25, Mc. 7, 31. A. 7, 17; personae 1 Co. 6, 5; quo cum loco cf. Sir 25, 17: *ἀνὰ μέσον τοῦ πλησίον αὐτῶν*, cf. *Win.* 165. (Sir. 27, 2. 1 Macc. 7. 28. 13, 40 al.; ap. LXX = בְּתוֹךְ, Ex. 26, 28. Jos. 16, 9. 19, 1. — Diod. 2, 4: *ἀνὰ μέσον τῶν χειλέων.*) — *ἀνὰ μέρος, per partes* (Vulg.), *unam singuli partem, alternis, deinceps* (*der Reihe nach, einzeln*), 1 Co. 14,

27 (Pol. 4, 20, 10: ἀνὰ μέρος ᾄδειν). — 2) vocibus numeralibus junctum habet *distributionis* vim; Jo. 2, 6 (ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς, capiebant singulae metretas binas vel ternas); Mt. 20, 9 s. (ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον, acceperunt singuli denarium); Lc. 9, 3. 10, 1 (ἀνὰ δύο, bini); Mc. 6, 40 (*Lchm. Trg. Tdf.* κατά) et persaepe ap. Graecos; cf. *Win.* p. 372. — Adverbiali modo habetur Ap. 21, 21 (ἀνὰ εἷς ἕκαστος, ut ἀνὰ τέσσαρες Plut. Aem. 32; cf. *Win.* p. 234.) — 3) Verbis praefixum ἀνά significat *a*) *sursum* et respondet lat. *ad*, nostr. *auf*, ut in ἀνακρούειν, ἀναβαίνειν, ἀναβάλλειν, ἀνακράζειν, al. — *b*) respondet nostro *an*, lat. *ad;* ut in ἀναγγέλλειν, ἀνάπτειν. — *c*) denotat redintegrationem, i. q. *denuo* (*von vorn*), ut in ἀναγεννᾶν. — *d*) resp. latino *re*, *retro*, ut in ἀνακάμπτειν, ἀναχωρεῖν al. — Cf. *Win.* verb. compos. III, p. 3 s.*

ἀναβαθμός, οῦ, ὁ (βαθμός, et hoc a βαίνω), 1) *adscensio;* 2) *id, per quod adscenditur, gradus, Stufe, Treppe;* Act. 21, 35. 40. — Exempla e Graecorum scriptis praebet *Lobeck* ad Phryn. p. 324 s.*

ἀνα-βαίνω, impf. ἀνέβαινον, pf. ἀναβέβηκα, aor. 2. ἀνέβην, part. ἀναβάς, imper. ἀνάβα Ap. 4, 1 (pro ἀνάβηθι, quod rec. *Lchm.*), ἀνάβατε pro l. vulg. ἀνάβητε, Ap. 11, 12 *Lchm. Tdf. Trg.;* cf. *Win.* p. 76; LXX pro עָלָה. — *a*) *adscendo, moveo me in locum editiorem*, velut arborem (ἐπί), Lc. 19, 4; in tectum (ἐπί), Lc. 5, 19; navem (εἰς), Mc. 6, 51; εἰς τὸ ὄρος, Mt. 5, 1. Lc. 9, 28. Mc. 3, 13; εἰς τὸ ὑπερῷον, Act. 1, 13, εἰς τὸν οὐρανόν, Ro. 10, 6. Ap. 11, 12; hoc omisso, sed subintelligendo, Jo. 1, 52. 6. 62 et in locutione ἀναβ. πρὸς τὸν πατέρα, Jo. 20, 17. (Vulgo docetur ἀναβεβηκέναι εἰς τὸν οὐρανόν figurate dici eos, qui arcana coelestia perspexerint, Jo. 3, 13 coll. Deut. 30, 12. Prov. 30, 4. Bar. 3, 29. Sed hisce etiam locis locutio litterali sensu intelligenda est. Quod autem ad Jo. 3, 13 attinet, tenendum est, Christum suam divinorum consiliorum cognitionem e coelis secum tulisse, quippe in quibus versatus esset ante incarnationem. Jam proprie dicendum erat οὐδεὶς ἦν ἐν τῷ οὐρανῷ. Dicitur autem ἀναβέβηκεν, propterea quod reliqui praeter Christum non nisi *adscendendo* illuc pervenire potuissent. Unde εἰ μή ad solam *jam factae* in coelo *commorationis* notionem in ἀναβέβηκε insitam referendum est. Cf. *Meyer* ad l.) — Dicitur de proficiscentibus, qui loca petunt editiora; εἰς Ἱεροσόλ., Mt. 20, 17 s. Mc. 10, 32 s. al.; εἰς τὸ ἱερόν, Jo. 7, 14. Lc. 18, 10. — Saepe locus, in quem vel ad quem adscenditur, non notatur, sed e contexta oratione facile intelligitur; Act. 8, 31 (in currum); Mc. 15, 8 (ad palatium imperatoris, e lect. ἀναβάς a *Lchm. Tdf. Trg.* restituta pro vulg. ἀναβοήσας) al., aut notatur solus locus, unde (ἀπό, ἐκ) adscenditur; Mt. 3, 16. Act. 8, 39. Ap. 11, 7. — b) latius dicitur de rebus in altum se efferentibus, *in altum surgere, ferri*, ut nostr. *aufsteigen, emporsteigen*, velut de pisce adnatante, Mt. 17, 27; de fumo in altum surgente, Ap. 8, 4. 9, 2; de plantis e terra procrescentibus, Mt. 13, 7. Mc. 4, 7. 32 (ut ap. Graecos; Theophr. hist. plant. 8, 3 et hebr. עָלָה); de iis, quae animum subeunt (*suboriri*), ἀναβαίν. ἐπὶ τὴν καρδ. vel ἐν τῇ καρδίᾳ, Lc. 24, 38. 1 Co. 2, 9. Act. 7, 13 (ἀνέβη ἐπὶ τὴν κ., in mentem ei venit, h. e. consilium cepit, sq. infinitivo), ex hebr. עָלָה אֶל לֵב, Jer. 3, 15 s. 16 al. — de nuntiis, precibus, factis alicujus, ad eum, qui in altiore sedet loco, perlatis; Act. 10, 4. 21, 31 (pervenit nuntius ad tribunum cohortis in turri Antonia habitantem).

ἀνα-βάλλω, aor. 2. med. ἀνεβαλόμην, 1) *sursum jacio.* 2) *in posterius rejicio, differo, procrastino* (persaepe ap. Graecos), hoc significatu etiam in medio (pr. *mihi differo*); τινά, *aliquem remoror;* sensu forensi *amplio aliquem* (*Cic.* Verr. 1, 29), h. e. *causam ejus cognoscendam ac decernendam differo;* Act. 24, 22. Cf. *Kypke* ad h. l.*

ἀνα-βιβάζω, aor. 1. ἀνεβίβασα, *ascendere facio, adduco* (saepe ap. LXX et Graecos); Mt. 13, 48 (Xen. hist. gr. 1, 1, 2. πρὸς τὴν γῆν ἀνεβίβαζε τὰς ἑαυτοῦ τριήρεις).*

ἀνα-βλέπω, aor. 1. ἀνέβλεψα, 1) *suspicio, sursum specto;* Mc. 8, 24. 16, 4. Lc. 19, 5. 21, 1. Act. 22, 13. εἴς τινα, Act. 22, 13; εἰς τὸν οὐρανόν Mt. 14, 19. Mc. 6, 41. 7, 34 (Plat. Axioch. p. 370 b. Xen. Cyr. 6, 4, 4.). — 2) *visum* (amissum) *recipio;* Mt. 11, 5. 20, 34. Lc. 18, 41 ss. al. (Plat. Phaedr. p. 243 b: παραχρῆμα ἀνέβλεψε. Aristoph. Plut. 126), quod minus accurate dicitur etiam de homine a natalibus coeco per Christum sanato Jo. 9, 11 (cf. *Meyer* ad l.), 17 s. (Paus. 4, 12, 7: συνέβη τὸν Ὀφιονέα - - τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν ἀναβλέψαι.) Cf. *Win.* verb. comp. 3, p. 8.

ἀνά-βλεψις, εως, ἡ, *visus recuperatio;* Lc. 4, 19. (LXX Jes. 61, 1.)*

ἀνα-βοάω, ῶ, aor. 1. ἀνεβόησα, *clamorem* (*vocem*) *tollo* (*aufschreien*), *clamando dico* (aliquid); Lc. 9, 38 l. vulg. *Grsb.;* Mc. 15. 8 (ubi lege ἀναβάς., v. in ἀναβαίνω); add. φωνῇ μεγάλῃ Mt. 27, 46 (ut Gen. 27, 39. Jes. 36, 13 al.). Cf. *Win.* verb. comp. p. 6.

ἀναβολή, ῆς, ἡ (ἀναβάλλω, q. v.), saepe ap. Graecos, *dilatio, mora;* ποιεῖσθαι ἀναβολήν, *moram interponere*, Act. 25, 17., ut ap. Thuc. 2, 42. Dion. Hall. 11, 33. Plut. Camill. c. 35.*

ἀνάγαιον, ου, τό (ex ἀνά et γαῖα=γῆ), pr. *quod supra terram est*, inde *conclave in parte aedium superiore;* Mc. 14, 15. Lc. 22, 12 (*Grsb.*, *Lchm. Tdf. Trg.*). Scribitur etiam ἀνώγαιον (quod olim *Tdf.* receperat; cf. Xen. an. 5, 4, 29), ἀνώγεον (e l. vulg.), ἀνωγεών, de qua scriptionis varietate cf. *Lob.* ad Phryn. p. 297. *Fritzsche* ad Marc. p. 611 s. *Bttm.* ntl. Gr. p. 12.*

ἀν-αγγέλλω, f. λῶ, impf. ἀνήγγελλον, aor. 1. ἀνήγγειλα, aor. 2. pass. ἀνηγγέλην, Ro. 15, 21. 1 Pet. 1, 12 (saepius ap. LXX; 1 Macc. 2. 31; *Win.* p. 78), *annuntio, notum facio;* τί, Act. 19, 18; sq. ὅτι, Joh. 5, 15; ὅσα κτλ. Act. 14, 27; i. q. *patefacio;* τί τινι, Jo. 4, 25. 16. 13—15; dic. de solenni christianae religionis praedicatione Act. 20, 20. 1 Pet. 1, 12. 1 Jo. 1, 5; περί τινος Ro. 15, 21 (Jes. 52, 15); — *renuntio, refero*, dic. ut ap. Graecos (Aesch. Prom. 664. Xen. an. 1, 3, 21. Pol. 25, 2, 7) de nuntiis s. legatis ea quae viderunt vel audiverunt referentibus, τί, Act. 16, 38 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* ἀπηγγ.); 2 Co. 7, 7.

ἀνα-γεννάω, ῶ, aor. ἀνεγέννησα, pf. pass. ἀναγεγέννησα, *regigno, regenero, denuo genero;* metaph. τινά, alicujus animum penitus immuto, ut novam agat vitam et eam quidem dei voluntati consentaneam; 1 Pet. 1, 3; passiv. ἔκ τινος, ibid. 1, 23. (Eadem notione ap. eccles. scriptores. Inter profanos habetur ap. Jos. antt. 4, 2, 1: τῶν ἐκ τοῦ στασιάζειν αὐτοῖς ἀναγεννωμένων δεινῶν, *quae exoriuntur.*)*

ἀνα-γινώσκω, aor. 2. ἀνέγνων, prtcp. ἀναγνούς, aor. 1. pass. ἀνεγνώσθην, ap. profanos: 1) *internosco, recognosco, dignosco, agnosco;* hinc 2) *lego* (hoc significatu inde a Thuc.); τί, Mt. 22, 31. Mc. 12, 10. Lc. 6, 3. Jo. 19, 20. Act. 8, 30. 32. 2 Co. 1, 13. Ap. 1, 3. (5, 4 in t. vulg.); τινά, alicujus librum, Act. 8, 28. 30; ἐν c. dat. libri, Mt. 12, 5. 21, 42. Mc. 12, 26; suppl. ἐν τῷ νόμῳ Lc. 10, 26; sq. ὅτι Mt. 19, 4; τί ἐποίησε, Mt. 12, 3. Mc. 2, 25; — non notato

objecto, sed e praecedentibus intelligendo, Mt. 24, 15. Mc. 13, 14. Act. 15, 31. 23, 34. Eph. 3, 4; — passiv. 2 Co. 3, 2. — *praelego*, 2 Co. 3, 15. Act. 15, 21 (utroque loco *Μωϋσῆς* i. q. Mosis libri); 1 Th. 5, 27. Col. 4, 16.*

*ἀναγκάζω*, aor. 1. *ἠνάγκασα*, aor. 1. pass. *ἠναγκάσθην* (ab *ἀνάγκη*), *cogo, adigo* s. vi vel minis, s. sollicitando, persuadendo, rogando, s. aliis modis; *τινά* 2 Co. 12, 11 (modo, quo erga me vos gessistis), *τινά* sq. infin. Act. 26, 11. 28, 19. Gal. 2, 3. 14 (exemplo, quod edis); 6, 12. Mt. 14, 22. Mc. 6, 45, Lc. 14, 23.*

*ἀναγκαῖος, αία, αῖον* (*ἀνάγκη*), *necessarius; a) quo carere non potes; τὰ μέλη*, Co. 12, 22; *χρεῖαι*, Tit. 3, 14. — *b) natura aut amicitiae vinculo cum aliquo conjunctus;* Act. 10, 24. — *c) quod ex officii lege vel pro rerum conditione fieri debet vel faciendum est;* Phil. 1, 24. — *ἀναγκαῖόν ἐστιν* sq. acc. c. inf., Act. 13, 46. Heb. 8, 3. — *ἀναγκαῖον ἡγεῖσθαι*, necessarium ducere, sq. infin., Phil. 2, 25. 2 Co. 9, 5.*

*ἀναγκαστῶς*, adv., *coacte*, opp. *ἑκουσίως*, 1 Pet. 5, 2. (Plat. Ax. p. 366 a.)*

*ἀνάγκη, ης, ἡ*, 1) *necessitas*, quae aut externa rerum conditione, aut officii lege, commodi ratione, consuetudine, argumentis imponitur; *κατ᾽ ἀνάγκην*, coacte (opp. *κατὰ ἑκούσιον*) Philem. 14; *ἐξ ἀνάγκης*, coactus, 2 Co. 9, 7; *necessario*, Heb. 7, 12; *ἔχω ἀνάγκην*, necessitate urgeor, necessitas mihi imponitur (etiam ap. Graecos), 1 Co. 7, 37. Heb. 7, 27; sq. inf., Lc. 14, 18. (23, 27 in t. vulg.); Jud. vs. 3; *ἀν. μοι ἐπίκειται*, 1 Co. 9, 16; *ἀνάγκη* (i. q. *ἀναγκαῖόν ἐστι*) sq. inf., Mt. 18, 7. Ro. 13, 5. Heb. 9, 16. 23 (ita etiam Graeci). — 2) significatione ap. Graecos rara (Diod. 4, 43), sed Hellenistis (etiam Josepho, b. jud. 5. 13, 7 al.) frequentissima (*Win.* p. 30), *calamitas, angustiae* (*Noth*); Lc. 21, 23. 1 Co. 7, 26. 1 Th. 3, 7; plur. *ἐν ἀνάγκαις*, 2 Co. 6, 4. 12, 10.*

*ἀνα-γνωρίζω, recognosco; ἀνεγνωρίσθη* (*Trg. ἐγνωρίσθη*), recognoscebatur a fratribus, Act. 7, 13 coll. Gen. 45, 1. (Plat. de rep. p. 258 a: *ἀναγνωρίζειν τοὺς συγγενεῖς*.)*

*ἀνάγνωσις, εως, ἡ* (*ἀναγινώσκω*, q. v.) *a) recognitio, agnitio.* — *b) lectio;* Act. 13, 15. 2 Co. 3, 14 1 Tim. 4, 13. (Neh. 8, 8 = מִקְרָא.)*

*ἀν-άγω*, aor. 2. *ἀνήγαγον*, inf. *ἀναγαγεῖν*, aor. pass. *ἀνήχθην*, *sursum duco, in locum altiorem duco* vel *fero;* sq. *εἰς* c. acc. loci Lc. 2, 22. 4, 5. 22, 66. Act. 9, 39. 16, 34. Mt. 4, 1 (*εἰς τ. ἔρημον*, scil. e depressiore Jordanis ripa). — *τινὰ ἐκ νεκρῶν*, e mortuis, qui in infernis sunt, in supera, Heb. 13, 20. Ro. 10, 7. — *τινά τῷ λαῷ*, producere aliquem, qui in carcere (loco inferiore) detinetur, et sistere populo judicandum, Act. 12, 4; *θυσίαν τῷ εἰδώλῳ*, victimam idolo offerre, quia vict. in aram tollitur, Act. 7, 41. — Soluta nave *κατ᾽ ἐξοχὴν* dicuntur *ἀνάγεσθαι* (pass.) navigantes, in altum mare ferri, *abschiffen* (sic *ἀναγωγή*, Justin. M. dial. c. Tr. c. 142), Lc. 8, 22. Act. 13, 13. 16, 11. 18, 21. 20, 3. 13. 21, 2. 27, 2. 4. 12. 27, 21. 28, 10 s. (Pol. 1, 21, 4. 23, 3 al.)*

*ἀνα-δείκνυμι*, aor. 1. *ἀνέδειξα*, *in sublime elatum monstro* omnibus conspiciendum (*aufzeigen*), hinc accurate, clare monstro, patefacio quod erat reconditum (2 Macc. 2, 8 coll. vs. 6); Act. 1, 24 (ostende, utrum horum tibi elegeris). Hinc *ἀναδ. τινά*, *aliquem publice declarare muneri alicui praefectum, renuntiare aliquem* (regem, ducem cet., nuntium), Lc. 10, 1 (2 Macc. 9, 14. 23. 25. 10, 11. 14, 12. 26. 3 Esr. 1, 34. 8, 23; Pol. 4, 48, 3. 51, 3. Diod. 1, 66. 13, 98. Plut. Caes. 37 al.; Hdian. 2, 12, 5 al.). Cf. *Win.* verb. comp. 3, p. 12 s.*

*ἀνάδειξις, εως, ἡ* (*ἀναδείκνυμι*, q. v.), *significatio, notatio, quae palam fit; τῶν χρόνων* Sir. 43, 7. — *designatio, renuntiatio, inauguratio*, eorum, qui muneribus praeficiuntur (Plut. Mar. 8: *ὑπάτων ἀνάδειξις*); Lc. 1, 80 (usque ad diem, quo populo renuntiaretur praecursor Messiae, id quod ipse fecit mandato dei monitus, 3, 2 ss.)*

*ἀνα-δέχομαι*, aor. 1. *ἀνεδεξάμην*, inde ab Hom., *suscipio* (*auf-* oder *annehmen*); hinc *excipio aliquem* hospitio, Act. 28, 7; excipio animo; *τὰς ἐπαγγελίας*, h. e. fide eas complecti, Heb. 11, 17.*

*ἀνα-δίδωμι*, aor. 2. *ἀνέδων*, 1) *sursum do*, ita de terra plantas edente, de plantis fructus edentibus al. ap. profanos. — 2) e secunda, quam *ἀνά* in compositionibus obtinet, vi: *trado, reddo* (*überreichen*); *ἐπιστολήν*, Act. 23, 33 (eadem phrasis ap. Polyb. Plut.)*

*ἀνα-ζάω, ῶ*, aor. 1. *ἀνέζησα*, verbum soli novi test. et ecclesiae scriptoribus proprium; *revivisco, vitam recipio; a*) proprie in t. vulg. Ro. 14, 9. Ap. 20, 5. — *b*) tropice *ἀναζῆν* dicitur, qui erat *νεκρός* sensu tropico; *α*) *vitae rectae restituor*, de eo, qui ad meliorem frugem redit, Lc. 15, 24 (cf. *Meyer* ad h. l.); vs. 32 (*Tdf. Trg. ἔζησε*). — *β*) *vim et vigorem recipio;* Ro. 7, 9; vivus quidem et vegetus peccatus est inter homines post Adami lapsum; sed vi sua caret (*νεκρά ἐστι*) apud innocentes puerulos legem ignorantes. At ubi legis gnari fiunt, in iis quoque vim suam recipit. Minus apte alii l. c. *ανέζησε* explicant *vivere incepit, lebte auf.**

*ἀνα-ζητέω, ῶ*, aor. *ἀνεζήτησα*, „aliquam rerum hominumve seriem et ordinem oculis perlustrando quaero atque ita *exquiro, perquiro, daran hin suchen, aufsuchen* (*Win.* verb. comp. 3, p. 14); *τινά*, Lc. 2, 44 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* vs. 45; Act. 11. 25. (Locos e Graecis affert *Win.* l. c.)

*ἀνα-ζώννυμι, succingo* (*aufgürten*); Med. *me succingo* aut *mihi succingo; ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας*, 1 Pet. 1, 13; i. e. *parati;* metaphora desumta ab orientalibus, qui, ne vestibus quas gestabant laxis et ad imos usque pedes demissis impedirentur, iter facturi aut opus aliquod aggressuri colligare eas et cingulo coriaceo adstringere solebant; cf. *περιζώννυμι*. (LXX Jud. 18, 16 in cod. vat. Prov. 31, 17. Dio Chr. Or. 72. Didym. ap. Athen. 4, p. 139 d. al.)

*ἀνα-ζωπυρέω, ῶ* (*τὸ ζώπυρον*, *a*) reliquiae ignis; *b*) id, quo ignis denuo accenditur aut animatur, follis, flabellum), *denuo accendo, resuscito;* plerumque tropice: *animum, vires, studium incendo, inflammo* (Xen. de re equest. 10, 8, 16 de equo instigato. Hell. 5, 4, 46. Antonin. 7, 2 *φαντασίας*. Plut. Pericl. c. 1. Pomp. c. 49. Plat. Charm. p. 64 c. al.), *τὸ χάρισμα*, 2 Tim. 1, 6 h. e. *τὸ πνεῦμα* vs. 7. Intransitive: *exardesco, vires recipio* Gen. 45, 27. 1 Macc. 13, 7 et ap. profan.; *ἀναζωπυρησάτω ἡ πίστις*, Clem. Rom. 1 Co. 27.*

*ἀνα-θάλλω*, aor. 2. *ἀνέθαλον* (Ps. 28, 7. Sap. 4, 3 s., ap. Graecos rarissimus solisque poetis usitatus, cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 195), *sursum vireo, regermino, reviresco* (Hom. Il. 1, 236. Ael. v. h. 5, 4); tropice de iis, quorum res et facultates ad prosperiorem statum redeunt, Phil. 4, 10: *ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, reviruistis, ut rebus meis prospicere possitis.* Alii e transitivo verbi usu apud solos LXX (Ez. 17, 24. Sir. 1. 15 al.) obvio explicant: *revirescere sivistis rerum mearum prospicientiam;* contra quos cf. *Meyer* ad l.

*ἀνάθεμα, τος, τό* (= *τὸ ἀνατεθειμένον*), 1) pr. *res sursum posita*, aut. ut asservetur, *reposita*, speciatim donarium, quod numini consecratum parietibus aut columnis templi appendebatur aut in

conspicuo loco collocabatur; 2 Macc. 2, 13 (Plut. Pelop. c. 25); Lc. 21, 5 ap. *Tdf.* pro vulg. ἀναθήμασι. Utraque enim forma nonnumquam in codd. confunditur. Moeris: *ἀνάθημα ἀττικῶς, ἀνάθεμα ἑλληνικῶς.* (Cf. *ἐπίθημα, ἐπίθεμα* al. ap. *Lobeck* ad Phryn. p. 249.) — 2) Formâ *ἀνάθεμα* a LXX plerumque redditur hebr. חֵרֶם, *res deo devota* sine spe redemtionis, et si quid animatum est, necandum, igitur res vel persona internecioni destinata, Jos. 6, 17. 7, 12 al.; res abominanda et detestabilis, 5 Mos. 7, 26. Hinc in N. T. *ἀνάθεμα* est *a*) *exsecratio*, *ἀναθέματι ἀναθεματίζειν*, Act. 23, 14. — *b*) *homo exsecrandus diris devotus* (=*ἐπικατάρατος*); *ἀνάθεμα ἔστω*, Gal. 1, 8 s. 1 Co. 16, 22; *ἀνάθεμα λέγειν τινά*, exsecrari aliquem, 1 Co. 12, 3 (e l. vulg.; sed restituerunt ibi *Lchm. Tdf. Trg.* *ἀνάθεμα Ἰησοῦς*, sc. *ἔστω*); *ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ*, Ro. 9, 3 (praegnanter i. q. diris devotum ideoque sejunctum esse a Christo). Cf. quae copiosius de voce docent *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 247 ss. *Wieseler* Comm. üb. d. Br. an d. Galater p. 39 ss.*

*ἀναθεματίζω*, aor. 1. *ἀνεθεμάτισα* (*ἀνάθεμα*, q. v.), verbum mere biblicum et ecclesiasticum, *anathema declaro*, ap. LXX = הֶחֱרִים, *internecioni devoveo* (Jos. 6, 21 al. 1 Macc. 5, 5); *ἑαυτόν*, gravissimis dei poenis obnoxium se declarare, Act. 23, 12. 21; *ἀναθέματι ἀνεθεματίζειν* (5 Mos. 13, 15. 20, 17.) *ἑαυτόν* sq. infin., interpositis exsecrationibus se obstringere faciendae alicui rei, Act. 23, 14. — absolute: diris imprecationibus interpositis asseverare, Mc. 14, 71.*

*ἀνα-θεωρέω, ῶ*, pr. „aliquam rerum seriem ita oculis perlustro, ut ab imo ad summum pergam, daran hin — längs durchsehen" (*Win.* verb. comp. 3, 1), hinc *diligenter intueor, accurate contemplor*, *τί*, Act. 17, 23. Heb. 13, 7. (Diod. 12, 15 [*ἐξ ἐπιπολῆς μὲν θεωρούμενος - - ἀναθεωρούμενος δὲ καὶ μετ' ἀκριβείας ἐξεταζόμενος*]; 14, 109. 2, 5. Lucian. vit. auct. 2. necyom. 15. Plut. Aem. P. 1. Cat. min. 14.)*

*ἀνά-θημα, τος, τό* (*ἀνατίθημι*), *donarium templo consecratum* (*Weihgeschenk*; v. in *ἀνάθεμα*); Lc. 21, 5. (3 Macc. 3, 17. cf. *Grimm* ad 2 Macc. 3, 2; *κοσμεῖν ἀναθήμασι* etiam 2 Macc. 9, 16. Plur. Alcib. 11: *ἀναθήμασί τε κεκοσμήκαμεν τὰ ἱερὰ αὐτῶν.* Hdt. 1, 183: *τὸ μὲν δὴ ἱερὸν οὕτω κεκόσμηται· ἔστι δὲ καὶ ἴδια ἀναθήματα πολλά.*)*

*ἀναίδεια*, (*Tdf.* *ἀναιδία*) *ας, ἡ* (*ἀναιδής* et hoc ab *ἡ αἰδώς*, pudor), inde ab Hom. *impudentia;* Lc. 11, 8 (de homine importuno, a precibus non desistente).*

*ἀναίρεσις, εως, ἡ* (ab *ἀναιρέω* n. 2., q. v.), *deletio, interfectio, caedes;* Act. 8, 1. atque e l. vulg. 22, 20. (In LXX tantum Num. 11, 15. Judic. 15, 17. Judith. 15, 5. 2. Macc. 5, 13. — Xen. Hell. 6, 3, 5. Hdian 2, 13, 1.)*

*ἀν-αιρέω, ῶ*, f. *ἀνελῶ* 2 Th. 2, 8 (*Lchm. Trg. Tdf.* Judith. 7, 13. Dion. Hal. 11, 18; cf. *Win.* p. 78) pro usitatiore *ἀναιρήσω*, aor. 2. *ἀνεῖλον*, aor. 2. med. *ἀνειλόμην*, sed *ἀνείλατο* Act. 7. 21; *ἀνεῖλαν*, Act. 10, 39; *ἀνείλατε* Act. 2, 23) ap. *Lchm. Tdf. Trg.* e formis alexandrinis; cf. *Win.* §. 13. *Bttm.* ntl. Gr. p. 34 s.); pass. *ἀναιροῦμαι*, aor. *ἀνηρέθην*; — 1) *sursum tollo, attollo* (humo); med. *mihi meum tollo* (infantem expositum), Act. 7, 21. (Sic *ἀναιρεῖσθαι*, Arist. nub. v. 531. Epict. diss. 1, 23. 7.) — 2) *aboleo; a*) instituta (abrogo), Heb. 10, 9. *b*) hominem *e medio tollo, occido* (ita saepe ap. LXX et Graecos inde a Thuc.), Mt. 2, 16. Lc. 22, 2. 23, 32. Act. 2, 23. 5, 33. 36. 7, 28. 9, 23 s. 29. 10, 39. 12, 2. 13, 28. 22, 20. 23, 15. 21. 27. 25, 3. 26, 19. 2 Th. 2, 8 (*Lchm. Tdf. Trg.*); *ἑαυτόν*, manum sibi inferre, Act. 16, 27.*

*ἀναίτιος, ον* (*αἰτία*), *culpae expers, insons;* Mt. 12, 5. 7. (saepe ap. Graecos; = נָקִי Deut. 21, 8 s. Hist. Sus. vs. 62.)*

*ἀνα-καθίζω*, aor. 1. *ἀνεκάθισα*, *erigo me et consido, erecto corpore sedeo;* Lc. 7, 15. Act. 9, 40. (Xen. cyn. 5, 7. 19. Plut. Alex. c. 14; et saepe ap. medicos scriptores; add. *ἑαυτόν* Plut. Philop. c. 20; eodem significatu medium Plat. Phaed. c. 3.)*

*ἀνα-καινίζω* (*καινός*), *innovo* (cf. nostr. *auffrischen*); *τινὰ εἰς μετάνοιαν*, alicujus animum ita reficere, ut resipiscat, Heb. 6, 6. (Isocr. Areop. 3. Philo leg. ad Caes. §. 11. Jos. antt. 9, 8, 2. Plut. Marcell. c. 6. Lucian. Philop. c. 12. LXX Ps. 103, 5. 104, 30. Eccles. scriptores.) Cf. *Win.* verb. comp. 3, p. 10.*

*ἀνα-καινόω, ῶ*, verbum soli Paulo apost. proprium, pr. *facio, ut excrescat* (*ἀνά*) *novum, facio novum;* passiv.: novus vigor novumque robur mihi inditur, 2 Co. 4, 16; conformor in novam vitae speciem pristinae vitiositati contrariam, Col. 3, 10. Cf. *Win.* verb. comp. 3, p. 10.*

*ἀνα-καίνωσις, εως, ἡ*, *innovatio, tota immutatio in melius* (v. in *ἀνακαινόω*); *τοῦ νοός*, gen. obj., Ro. 12, 2; *πνεύματος ἁγίου*, a spiritu s. effecta, Tit. 3, 5. (Etym. magn. Suid.; simplex *καίνωσις* exstat ap. solum Jos. antt. 18, 6, 10.)*

*ἀνα-καλύπτω*, 1) *revelo*, (velamine retracto) *detego*, (= גִּלָּה, Job. 12, 22. Ps. 18, 15); *κάλυμμα - - μὴ ἀνακαλυπτόμενον*, velamen, quod non retegitur, allegorice dicitur de impedimento intelligentiae, 2 Co. 3, 14 (*ἀνακαλύπτειν συγκάλυμμα* Deut. 22, 30 e cod. alex.); *ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ*, aperta facie, 2 Co. 3, 18 item allegorice dicitur de mente non praestricta, sed ad Christi majestatem perspiciendam aptissima. (Inter Graecos hoc verbo utuntur Eurip. Xen. Polyb. Plut.)*

*ἀνα-κάμπτω*, f. *ψω*, aor *ἀνέκαμψα*, *recurvo, reflecto;* in N. T. (ut saepe ap. profanos; ap. LXX = שׁוּב) intrans. *revertor;* Mt. 2, 12. Lc. 10, 6 (ubi sententia: vestra salus ad vos redibit, quasi non dicta esset); Act. 18, 21. Heb. 11, 15.*

*ἀνά-κειμαι*, dep. med. *repositus sum;* Mc. 5, 40 (l. vulg.). — E fatiscentis graecitatis usu *ad mensam accubo* (*in lecto triclinari coenans*, quod meliores Graeci dixerunt *κεῖσθαι, κατακεῖσθαι*, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 216 s. *Fritzsche* ad Mt. p. 341); Mt. 9, 10. 22, 10 s. 26, 7. 20. Mc. 14, 18. 16, 14. Lc. 7, 37 (*Lchm. Tdf. Trg.* *κατάκειται*); 22, 27. Jo. 12, 2 (l. vulg. *συνανακειμ.*). 13, 23. 28. — univ. *convivo, coeno* Jo. 6, 11.*

*ἀνα-κεφαλαιόω, ῶ* (a *κεφαλαιόω* et hoc a *κεφάλαιον*, quas voces vide suo loco), *ad summam revoco, summatim repeto atque ita summatim comprehendo* (velut orationis alicujus argumentum; Quinctil. 6, 1: rerum repetitio et congregatio, quae graece *ἀνακεφαλαίωσις* dicitur); ita Ro. 13, 9. Eph. 1, 10 deus dicitur *ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ*, omnes in coelo et in terra res et naturas (adhuc per peccatum partes disjectas) sibi (attende ad medium) recolligere in unam compagem in consortio Christi tanquam vinculi omnes continentis, (Protev. Jac. 13: *εἰς ἐμὲ ἀνεκεφαλαιώθη ἡ ἱστορία Ἀδάμ*, ubi cf. *Thilo*).*

*ἀνα-κλίνω*, f. *νῶ*, aor. *ἀνέκλινα*, pass. aor. *ἀνεκλίθην*, fut. *ἀνακλιθήσομαι*, *reclino* (*anlehnen*); *a*) *repono* (*hinlegen*), *τινά*. Lc. 2, 7 (*ἐν τῇ φάτνῃ*). — *b*) *recumbere jubeo;* Mc. 6, 39 (*ἐπέταξεν αὐτοῖς*. scil. discipulis, *ἀνακλῖναι πάντας*, i. e. populum); Lc. 9, 15. 12, 37. — Passivum: *recubare* (*sich hinlagern*); Mt. 14, 19; dic. de mensae et epulis accumbenti-

bus, Lc. 7. 36 (l. vulg. et *Grsb.*); 13, 29. Mt. 8, 11., quo utroque loco vb. allegorice dicitur de salutis in regno mess. futurae consortio.*

**ἀνα-κόπτω**, aor. 1. ἀνέκοψα, *retundo*, *inhibeo*, velut cursum (navis Theophr. char. 25, 1); τινά sq. infin. Gal. 5, 7 (l. vulg.), ubi Paulum de via impedita cogitasse, praecedens ἐτρέχετε docet; v. ἐγκόπτω.*

**ἀνα-κράζω**, aor. 1. ἀνέκραξα, aor. 2. ἀνέκραγον (Lc. 23, 18 *Tdf. Trg.*), *ex intimo gutture clamorem tollo;* Mc. 1, 23. 6, 49. Lc. 4, 33. 8, 28. 23, 18. Exempla e profanis v. ap. *Win.* verb. comp. 3, p. 6.*

**ἀνα-κρίνω**, f. νῶ, aor. 1. ἀνέκρινα, aor. pass. ἀνεκρίθην (verbum ap. Graecos, maxime Atticos frequens), pr. *rerum aliquarum momentorumve seriem perlustrando* (ἀνά) *cerno* (κρίνω) vel *quaero*, hinc *a*) *investigo, examino, exploro, perscrutor, sciscitor;* Act. 17, 11 (τὰς γραφάς); 1 Co. 10, 25. 27 (nihil anxie examinantes, sc. sintne carnes, vobis appositae, residuae e gentilium victimis). Speciatim forensi usu (saepe etiam ap. Graecos) dic. de judice: *quaestionem habeo, accusatos* vel *testes interrogo* (*verhören*); absol. Lc. 23, 14. Act. 24, 8. — τινά, Act. 12, 19. 28, 18; passiv. Act. 4, 9. Forensem usum respiciens (id quod docet praecedens vox ἀπολογία) Paulus 1 Co. 9, 3 dicit τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσι, examinantibus, verusne sim apostolus. — *b*) univ. *judico, aestimo* (alicujus rei vel personae praestantiam vel vitia); τί, 1 Co. 2, 15; τινά, 1 Co. 4, 3 s.; pass. 1 Co. 2, 15. 14, 24.*

**ἀνά-κρισις**, εως, ἡ, *inquisitio;* sensu forensi ap. Graecos praevia inquisitio, quae judicum instruendorum causa institui solebat (*Meier* et *Schömann* Att. Process, p. 27), qui vocis usus respici videtur Act. 25, 26.*

**ἀνακυλίω**, 1) *sursum volvo.* 2) *revolvo;* ἀνακεκύλισται ὁ λίθος, Mc. 16, 4 *Tdf. Trg.* (Alexis ap. Athen. VI, p. 237 c. Lucian. de luctu 8. Dion. Hal. Plut. al.)*

**ἀνα-κύπτω**, aor. 1. ἀνέκυψα (nostr. *aufducken*), *erigo me; a*) *corpus meum*, Lc. 13, 11. Jo. 8, 7. 10. (Xen. de re equ. 7, 10 al. LXX Job. 10, 15.) *b*) *animum, recreor;* Lc. 21, 28. (Xen. oec. 11, 5. Jos. b. jud. 6, 8, 5 al.)*

**ἀνα-λαμβάνω**, aor. 2. act. ἀνέλαβον, aor. 1. pass. ἀνελήφθην (ἀνελήμφθην *Lchm. Tdf. Trg.;* cf. *Win.* p. 48), 1) *sursum tollo, tollo;* εἰς τὸν οὐρανόν, Mc. 16, 19. Act. 1, 11. 10, 16 (LXX 3 Reg. 2, 11); simpliciter Act. 1, 2. 22. 1 Tim. 3, 16 (Sir. 48, 9.). — 2) *suscipio* (quod portem vel quo utar), Act. 7, 43. Eph. 6, 13. 16. — *assumo*, τινά, quem ducam, Act. 23, 31; vel quo utar comite, 2 Tim. 4, 11; ut cogitando addendum sit: in navem (*aufnehmen*), Act. 20, 13 s.*

**ἀνά-ληψις**, εως, ἡ, ἀνάλημψις ap. *Lchm. Tdf.* (ἀναλαμβάνω), *sublatio;* Lc. 9, 51 (sc. εἰς τὸν οὐρανόν, de Jesu ascensione in coelum).*

**ἀν-αλίσκω**, a forma ἀναλόω fut. ἀναλώσω, aor. 1. ἀνήλωσα et ἀνάλωσα, aor. 2. pass. ἀνηλώθην (simplex exstat in solo passivo ἁλίσκομαι, capior, etsi α in ἁλίσκομαι breve, in ἀναλίσκω longum est (cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 113); 1) *insumo;* consumo, velut χρήματα (sumtus facere; saepius ap. Xen.). — 2) *consumo, absumo, conficio, exstinguo;* Lc. 9, 54. Gal. 5, 15. 2 Th. 2, 8 (l. vulg.); LXX Jer. 50, 7. Prov. 23, 28. Gen. 41, 30 al.*

**ἀναλογία**, ας, ἡ (ἀνάλογος, consentaneus, proportionalis), *proportio;* κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, i. q. κατὰ τὸ μέτρον πίστεως a deo acceptae, Ro. 12, 6; cf. vs. 3. (Plat. Demosth. Aristot. Theophr. al.)*

**ἀνα-λογίζομαι**, aor. ἀνελογισάμην, dep. med., *reputo, expendo*, vulgo c. acc. rei, sed Heb. 12, 3 c. acc. personae: expendendo considero. (3 Macc. 7, 7. Saepe ap. Graecos inde a Plat. et Xen.)*

**ἄναλος**, ον (ἅλς, sal), *insulsus;* (ἄρτοι ἄναλοι Arist. probl. 21, 5; ἄρτος ἄναλος Plut. mor. p. 684. f.), ἅλας ἄναλον, sal acrimoniae expers; Mc. 9, 50.*

**ἀνάλυσις**, εως, ἡ (ἀναλύω, q. v.), *resolutio* (velut textorum), *dissolutio* (in partes). 2) *discessus* (metaphorâ desumtâ ab illis, qui funes resolvunt ad abitum parandum, cf. Hom. Od. 15, 548), pr. nostr. *Aufbruch;* 2 Tim. 4, 6 (discessus e vita; ap. Phil. in Flacc. §. 21 ἡ ἐκ τοῦ βίου τελευταία ἀνάλυσις. Cf. ἀνάλυσις ἀπὸ συνουσίας Jos. b. jud. 19, 4. 1).*

**ἀνα-λύω**, f. λύσω, aor. ἀνέλυσα, 1) *resolvo* (velut fila texta). — 2) *discedo, aufbrechen* (v. ἀνάλυσις), ita persaepe ap. Graecos; *discedo e vita*, Phil. 1, 23. (Lucian. Philops. c. 14: ὀκτωκαιδεκαέτης ὢν ἀνέλυε. add. Ael. v. h. 4, 23.) — *redeo*, ἐκ τῶν γάμων, Lc. 12, 36. cf. *Kuinoel*, ad h. l. *Grimm* ad 2 Macc. 8, 25.*

**ἀναμάρτητος**, ον (ex ἀν priv. et forma ἁμαρτέω), et *qui non peccavit* et *qui peccare non potest.* Illo sensu Jo. 8, 7. Deut. 29, 19. 2 Macc. 8, 4. 12, 42. De usu vocis ap. Graecos inde ab Hdt. cf. *Ullmann* Ueb. die Sündlosigkeit Christi, p. 75 s. Ed. 3.*

**ἀνα-μένω**, τινά, *maneo aliquem, opperior aliquem* (nostr. *erharren*, vel potius *heranharren*), admixta notione patientiae et fiduciae; 1 Th. 1, 10. Locutio bene graeca; cf. *Win.* verb. comp. 3, p. 15 s.*

**ἀνα-μιμνήσκω**, f. ἀναμνήσω (e forma μνάω), aor. 1. pass. ἀνεμνήσθην; *in memoriam revoco*, τινά τι, alicui aliquid, 1 Co. 4, 17; *admoneo*, τινά sq. infin., 2 Tim. 1, 6. — Passiv.: *mihi in mentem revocatur, recordor;* absol. Mc. 11, 21. — c. gen. rei, Mc. 14, 72 (t. vulg. et *Grsb.*); τί, Mc. 14, 72 (*Lchm. Tdf. Trg.*); ex adj.: *recordando perpendo*, 2 Co. 7, 15. Heb. 10, 32. Cf. *Win.* p. 184. *Matth.* II, p. 820 s.*

**ἀνάμνησις**, εως, ἡ (ἀναμιμνήσκω), *memoria, recordatio;* εἰς τ. ἐμὴν ἀνάμνησιν, *ad memoriam mei* (pie) *recolendam* Lc. 22, 19. 1 Co. 11, 24 s.; ἐν αὐταῖς [scil. θυσίαις] ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν, in offerendis victimis fit recordatio peccatorum, h. e. memoria peccatorum commissorum per sacrificia renovatur, Heb. 10, 3. (Ap. Graecos inde a Plat.)*

**ἀνα-νεόω**, ῶ, *renovo* (saepe ap. Graecos); pass. ἀνανεοῦσθαι τῷ πνεύματι, *renovari mente*, h. e. transformari in recentis mentis speciem; recentem mentem induere, Eph. 4, 23. Cf. *Tittmann* Synon. p. 60. et supra in ἀνακαινόω.*

**ἀνα-νήφω**, *ad sobrietatem redeo* (ἐκ μέθης, quod a Graecis additur); metaph. 2 Tim. 2, 26 ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, e Satanae laqueis liberatus ad sanam mentem redeo. (Philo legg. alleg. III, §. 16: ἀνανήφει, τοῦτ' ἔστι μετανοεῖ. Adde Jos. ant. 6, 11, 10. Ceb. tab. 9. Antonin. 6, 31. Charit. 5, 1.)*

**Ἀνανίας**, α, ὁ, *Ananias* (חֲנַנְיָה, e חָנַן, gratiosus fuit, et יָהּ, Jehova); 1) Christianus quidam, maritus Sapphirae; Act. 5, 1—6. — 2) Christianus damascenus; Act. 9, 10—18. 22, 12 ss. — 3) Nedebaei filius, Judaeorum summus sacerdos circiter annis 47—59 post. Chr.; anno 66 a rebellibus Judaeis interfectus; Act. 23, 2 s. 24, 1 s. Jos. antt. 20, 5, 2. 6, 2. 9, 2—4. b. jud. 2, 17, 6, 9.*

**ἀναντίῤῥητος**, ον (α priv., ἀντί, et ῥητός a ῥέω, dico), et *cui non contradictum est*, et *cui contradici nequit, nulli contradictioni obnoxius;* hoc altero significatu Act. 19, 36. (Ap. Graecos nonnumquam inde a Polybio.)*

**ἀναντιῤῥήτως**, adv., *sine contradictione;* Act. 10, 29 (veni nihil oblocutus). Pol 23, 8, 11.*

**ἀνάξιος**, ον (α priv. et ἄξιος) *indignus* (τινός); non aptus alicui rei, 1 Co. 6, 2.*

**ἀναξίως**, adv., *indigno modo*, 1 Co. 11, 27 et (e l. vulg. et *Grsb.*) 29.*

**ἀνάπαυσις**, εως, ἡ (ἀναπαύω), 1) *intermissio*, alicujus motus, negotii, laboris; ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσι λέγοντες = οὐκ ἀναπαύονται λέγοντες, continuo dicunt, Ap. 4, 8. — 2) *requies, recreatio;* Mt. 12, 43. Lc. 11, 24. Ap. 14, 11 (et saepe ap. Graecos); beata animi tranquillitas, Mt. 11, 29. (Sir. 6, 27. 51, 27. Sap. 4, 7.)*

**ἀνα-παύω**, f. σω, aor. ἀνέπαυσα, pf. pass. ἀναπέπαυμαι, fut. med. ἀναπαύσομαι (Ap. 6, 11) atque e vulgari inferioris graecitatis sermone ἀναπαήσομαι (Ap. 14, 13 *Lchm. Tdf. Trg.;* cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 57; maxime anglicam ejus editionem p. 64 s. coll. *Kühner* I, p. 886; vide etiam in ἐπαναπαύω), aor. 1. med. ἀνεπαυσάμην (vb. Graecis frequentatum inde ab Hom.), *facio* vel *sino aliquem desistere a motu vel labore aliquo ad recipiendas et colligendas vires* (respice praefixum ἀνά et distingue a καταπαύω), *requiem do, recreo;* Med. *requiesco, quieti me do*. Ita Med. absol. de quiete post peregrinationem Mc. 6, 31; de quiete ad capiendum somnum Mt. 26, 45. 14, 41; de dulci otio, quo aliquis fruitur post labores, Lc. 12, 19; *quiesco*, patienter exspecto (*sich ruhig verhalten*), Ap. 6, 11; de beata mortuorum quiete, Ap. 14, 13 (ἐκ τῶν κόπων, laboribus exemti; Plat. Crit. init.: ἐκ μακρᾶς ὁδοῦ). — Ex hebraismo (נָחָה עַל Jes. 11, 2) τὸ πνεῦμα ἐφ᾽ ὑμᾶς ἀναπαύεται, consedit super vos, nimirum ad vos agendos, 1 Pet. 4, 14. — Activum *recreo*, alicujus animum, τινά, Mt. 11, 28; τὸ πνεῦμά τινος, 1 Co. 16. 18; τὰ σπλάγχνα τινός Philem. vs. 20. — pass. Philem. vs. 7. 2 Co. 7, 13 (ἀπὸ πάντων ὑμῶν ex intuitu, consideratione, usu vestrum omnium).*

**ἀνα-πείθω**, *persuadendo excito* (cf. nostr. *aufreizen*), *sollicito;* τινά τι ποιῆσαι, Act. 18, 13. Sic etiam Hdt. Thuc. Plat. Xen. al.*

**ἀνάπειρος**, falsa scriptura ex itacismo nata in nonnullis codd. Lc. 14, 13. 21 *Lchm. Trg.* pro ἀνάπηρος, q. v.

**ἀνα-πέμπω**, aor. 1. ἀνέπεμψα, 1) *sursum mitto*, h. e. *a*) in locum altiorem; *b*) ad personam dignitate, auctoritate, potestate superiorem (Plut. Mar. c. 17); τινὰ πρός τινα, Lc. 23, 7. 15. Act. 25, 21 (*Lchm. Tdf.*). — 2) *remitto;* τινά, Philem. vs. 11. τινά τινι Lc. 23, 11.*

**ἀνα-πηδάω** (Hom. Il. 11, 379, saepe ap. Plat. Xen. Dem.), *in altum salio, exsilio;* ἀναπηδήσας Mc. 10, 50 *Lchm. Tdf. Trg.;* cf. *Fritzsche* ad h. l. (1 Sam. 20, 34. Prov. 18, 4. Tob. 2, 4. 6, 2. 7, 6.)*

**ἀνάπηρος**, ον (pr. ab imo ad summum [ἀνά] πηρός, hinc Suid. καθ᾽ ὑπερβολὴν πεπηρωμένος). *membris captus, debilis* (*Krüppel, gebrechlich*); laesus aut orbus aliquo corporis membro; Lc. 14, 13. 21: ἀναπήρους, χωλούς, τυφλούς, quo utroque loco *Lchm.* et *Trg.* quorundam codd. scriptionem ἀναπείρους aperte falsam quippe ex itacismo profectam receperunt (Plat. Crit. p. 53 a.: χωλοὶ κ. τυφλοὶ καὶ ἄλλοι ἀνάπηροι. Arist. h. a. 7, 6: γίνονται ἐξ ἀναπήρων ἀνάπηροι. Lys. ap. Suid.: ῥῖνα καὶ ὦτα ἀνάπηρος. 2. Macc. 8, 24: ἐν τοῖς μέλεσι ἀναπήρους.)*

**ἀνα-πίπτω**, aor. 2. ἀνέπεσον, 3. ps. plur. ἀνέπεσον Mc. 6, 40. (*Tdf.* ἀνέπεσαν); Jo. 6, 10 (*Lchm. Tdf. Trg.* ἀνέπεσαν); inf. ἀναπεσεῖν, imper. ἀνάπεσε Lc. 14, 10. 17, 7 (l. vulg. ἀνάπεσον, ab aor. 1: ἀνάπεσα); cf. *Win.* §. 13, 1. — *recumbo;* absol. Mc. 6, 40. Jo. 6, 10 (humi); ἐπὶ τὴν γῆν Mt. 15, 35; ἐπὶ τῆς γῆς Mc. 8, 6. — ap. posteriores Graecos (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 216) pro ἀνακλίνομαι, *recumbo ad mensam;* Lc. 11, 37. 14, 10. 17, 7. 22, 14. Jo. 13, 12. 21, 20. — *me reclino*, Jo. 13, 25 (*Lchm. Trg.*).*

**ἀναπληρόω** ῶ, f. ώσω, aor. 1. ἀνεπλήρωσα (ἀνά, ad, *hinauf*, vas ad oram usque; ad modum usque constitutum, nostr. *anfüllen*), 1) *impleo, compleo*, ut fossam (Strab. 6, p. 223); hinc trop.: ἁμαρτίας, 1 Th. 2, 16 (addere quod adhuc ad justum peccatorum numerum deest; cf. de sententia Gen. 15, 26. Dan. 8, 23. 9, 24. Mt. 23, 32. 2. Macc. 6, 14). — ἀναπληροῦται ἡ προφητεία, vaticinio plene satisfit, eventus plane ei respondet, Mt. 13, 14. — τὸν νόμον, perfecte legem observare, Gal. 6, 2 (Barn. ep. 21: ἀναπλ. πᾶσαν ἐντολήν); τὸν τόπον τινός, expleo locum alicujus, 1 Co. 14, 16 (ex rabbinico מְלֵא מָקוֹם, partes alicujus obtinere). — 2) *suppleo;* τὸ ὑστέρημα, Phil. 2, 30 (Col. 1, 24); 1 Co. 16, 17 (vestrum absentium locum hi praesentes apud me suppleverunt); cf. Plat. Symp. p. 188. e.: ἀλλά εἴ τι ἐξέλιπον, σὸν ἔργον (scil. ἐστίν), ἀναπληρῶσαι. Cf. *Win.* verbb. comp. 3, p. 11 s.*

**ἀν-απο-λόγητος**, ον, et *qui caret defensione* vel *excusatione;* Ro. 1, 20; et *qui defendi nequit, inexcusabilis;* ita Ro. 2, 1. (Polyb. Dion. Hal. ant. 7, 46. Plut. Brut. 46 al.)*

**ἀναπτύσσω**, aor. 1. ἀνέπτυξα (ἀνά, *auf* = *auseinander*, cf. ἀναλύω, et πτύσσω, convolvo), *evolvo;* τὸ βιβλίον (ut ap. Hdt. 1, 48 et 125), Lc. 4, 17 e l. vulg. *Grsb. Tdf.* (2 Reg. 19, 14). Erant Hebraeorum libri volumina (מְגִלּוֹת) duobus baculis teretibus alligata et capulis instructa, ut convolvi et evolvi possent.*

**ἀν-άπτω**, aor. 1. ἀνῆψα, aor. 1. pass. ἀνήφθην, *accendo* (*anzünden*); Lc. 12, 49. Act. 28, 2. Jac. 3, 6.*

**ἀναρίθμητος**, ον (α priv. et ἀριθμέω), *innumerabilis;* Heb. 11, 12.*

**ἀνα-σείω**, aor. 1. ἀνέσεισα, *succutio* (*aufschütteln*); trop. *excito, instigo;* τὸν ὄχλον, Mc. 15, 11; τὸν λαόν, Lc. 23, 5. Eodem sensu Diod. 13, 91. 14, 10. Dion. Hal. ant. 8, 81.)*

**ἀνα-σκευάζω** (σκευάζω, a σκεῦος, vas), 1) *vasa colligo* (*aufpacken*), *ut transferam in alium locum;* Xen. an. 5, 10, 8. Med. *suppelectilem meam loco moveo* (aliorsum profecturus, Xen. Cyr. 8, 5, 4. ὅταν δὲ ἀνασκευάζωνται, συντίθησι μὲν ἕκαστος τὰ σκεύη); hinc 2) de hostibus loca *depraedantibus* (Thuc. 4, 116); *everto, destruo*, oppida, terras; trop. ψυχάς, *perturbo, a recto statu violenter amoveo*, Act. 15, 24.*

**ἀνα-σπάω**, ῶ, f. άσω, aor. 1. pass. ἀνεσπάσθην, *sursum traho;* Lc. 14, 5. Act. 11, 10.*

**ἀνάστασις**, εως, ἡ (ἀνίστημι), 1) *surrectio* (velut a sede), Lc. 2, 34 (opp. πτῶσις. Sententia: jacet lapis quasi, quem alii apprehendent, ut enitantur, alii vero ei illidentes cadent). — 2) *surrectio*, s. ut in ecclesiastica latinitate dicitur, *resurrectio e mortuis;* *a*) ea, quae fuit Christi; Act. 1, 22. 2, 31. 4, 33. Ro. 6, 5. Phil. 3, 10. 1 Pet. 3, 21; addito τῶν νεκρῶν Ro. 1, 4 (quod generice dicitur: *Todtenauferstehung*, etsi ea adhuc non obtigit nisi uni Christo; cf. Act. 17, 32; *Win.* p. 177); ἐκ νεκρῶν, 1 Pet. 1, 3. — *b*) quae erit *omnium hominum in fine hujus saeculi*. Dic. ea simpliciter ἀνάστασις et ἡ ἀνάστ. Mt. 22, 23. 30. Mc. 12, 18. 23. Lc. 20, 27. 33. 36. Jo. 11, 24. Act. 17, 18. 23, 8. 2 Tim. 2, 18; per meton. i. q. auctor resurrectionis, Jo. 11, 25; additur vel ἡ ἐκ νεκρῶν, Lc. 20, 35. Act. 4, 2; vel simplex τῶν νεκρῶν, Mt. 22, 31. Act. 17, 32. 23, 6. 24, 15. 21. 26, 23. 1 Co. 15, 12 s. 21. 42. Heb. 6, 2. — ἀναστ. ζωῆς, resurrectio ad consequendam vitam (ἀν. εἰς ζωὴν 2 Macc. 7, 14.); ἀν. τῆς κρίσεως, resurr. ad subeundum judicium futura, Jo. 5, 29 (de geni-

tivis cf. *Win.* p. 177); illa est ἡ ἀνάστ. τῶν δικαίων, Lc. 14, 14; κρείττων ἀνάστασις Heb. 11, 35., quae sic dicitur comparata cum terrestris vitae conservatione, improprie ἀνάστασις dicendâ. — ἡ ἀνάστ. ἡ πρώτη Ap. 20, 5 s. obtinget piis Christianis eamque exactis mille annis insecutura est altera omnium reliquorum hominum resurrectio, Ap. 20, 12 ss. — De quaestione utrum et quo sensu etiam Paulus duas resurrectiones certo temporis spatio a se sejunctas statuisse censendus sit, cf. *Grimm* in Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie 1873, p. 388. — *c*) quae fuit nonnullorum hebraeae antiquitatis hominum, ante sepulturam vitae terrenae restitutorum, Heb. 11. 35.*

*ἀναστατόω, ῶ*, aor. 1. *ἀνεστάτωσα*, vb. nusquam ap. profanos, aliquoties in Aquilae et Symmachi fragmentis V. Ti. et ap. Eustathium obveniens (ab *ἀνάστατος*, e sede sua pulsus, ejectus, vel e situ suo excitatus, igitur = *ἀνάστατον ποιῶ*), *excito*, *conturbo*, sq. accus. *a*) turbas et seditiones in republica excito, Act. 17, 6. 21, 38. — *b*) animos conturbo spargendis erroribus ad religionem spectantibus, Gal. 5, 12.*

*ἀνα-σταυρόω, ῶ*, *in crucem attollo* (cf. *ἀνασκολοπίζω*); Heb. 6, 6. (persaepe ap. Graecos inde ab Hdt.) Cf. *Win.* vbb. comp. 3, p. 11 s.*

*ἀνα-στενάζω*, aor. 1. *ἀνεστέναξα*, *ab imo pectore suspiria duco*, Mc. 8, 12. (Thren. 1, 4. Sir. 25, 17. 2 Macc. 6, 30 et ap. Graecos inde ab Hdt. 1, 86.)*

*ἀνα-στρέφω*, f. *ψω*, aor. 2. pass. *ἀνεστράφην*, 1) *subverto; τὰς τραπέζας*, Jo. 2, 15 (*δίφρους*, Hom. Il. 23, 436). — 2) *retro verto;* intrans. *redeo*, ut. lat. *reverto* = *revertor* (ut ap. Graecos; ap. LXX = שׁוּב); Act. 5, 22. 15, 16 (q. l. *ἀναστρέφω καὶ* non ex usu hebr. שׁוּב adverbii vim habet = *iterum*, sed deus messiano tempore redit ad populum, quem antea dereliquisse cogitatur; cf. *Win.* p. 437). — 3) *huc illuc verto;* Passiv. reflexive: *me verto*, *versor*, *ἐν*, in loco; *a*) sensu propr. Mt. 17, 22, ubi *Lchm. Tdf. Trg.* *συστρεφομένων*; cf. *Keim* II, p. 581. (Jos. 5, 5. Ez. 19, 6 et ap. Graecos.) *b*) ut hebr. הָלַךְ *ambulo in* - -, de vitae ratione et moribus, *me gero*, *vivo*, 2 Co. 1, 12 (*ἐν τῷ κόσμῳ*); 1 Tim. 3, 15 (*ἐν οἴκῳ θεοῦ*); Eph. 2, 3 (*ἐν οἷς*, inter quos); 2 Pet. 2, 18 (*ἐν πλάνῃ*). — simpliciter, *me gero* (*wandeln*); 1 Pet. 1, 17. Heb. 10, 33; *καλῶς*, 13, 18.*

*ἀναστροφή, ῆς, ἡ* (a passivo *ἀναστρέφομαι*, v. praeced. voc.), pr. *ambulatio*, i. e. *vivendi ratio*, (Lebenswandel); Gal. 1, 13. Eph. 4, 22. 1 Tim. 4, 12. Jac. 3, 13. 1 Pet. 1, 15. 18. 2, 12. 3, 1 s. 16. 2 Pet. 2, 7; plur. *ἅγιαι ἀναστροφαί*, modi, quibus sancta vivendi ratio se exserit, 2 Pet. 3, 11. Hinc *vita*, in quantum actionibus continetur, Heb. 13, 7. (Eo quo explicuimus usu vox ap. Graecos dicitur demum inde a Polyb. 4, 82, 1; in sacro cod. primum Tob. 4, 14. 2 Macc. 5, 8. Adde Epict. diss. 1, 9. 4, 7.)*

*ἀνατάσσομαι* (med. verbi *ἀνατάσσω*), *ex ordine colloco*, *compono; διήγησιν*, Lc. 1, 1 (ita contexere narrationem, ut ex ea pateat series factorum. Obvenit praeter h. l. ap. solum Plut. sollert. anim. c. 12., ubi est: aliquid ex ordine iterum perlustrare et explanare).

*ἀνα-τέλλω*, aor. 1. *ἀνέτειλα*, pf. *ἀνατέταλκα*, *a*) transit., *exoriri facio; τὸν ἥλιον*, Mt. 5, 45. (de terra plantas progignente, Gen. 3, 18; de fluvio aliquid producente, Hom. Il. 5, 777.) — *b*) intrans., *orior;* lux Mt. 4, 16 (Jes. 42, 7); sol, 13, 6. Mc. 16, 2. Jac. 1, 11; nubes, Lc. 12, 54; *φωσφόρος*, 2 Pet. 1, 19. — trop. *ortum duco*, Heb. 7, 14. Antiquiores Graeci plerumque solem et lunam dicebant *ἀνατέλλειν*, astra vero *ἐπιτέλλειν*. Sed Aelian., Paus., Stob. et alii recentiores hoc discrimen negligunt; v. *Lob.* ad Phryn. p. 125.*

*ἀνα-τίθημι*, aor. 2. med. *ἀνεθέμην*, in medio: rem tanquam ex angulo protractam (*ἀνά*) *propono*, *expono; τινί τι*, Act. 25, 14. Gal. 2, 2 (2 Macc. 3, 9. Artem. oneirocr. 2, 64 [*τινὶ τὸ ὄναρ*]; Diog. Laert. 2, 18, 16. Plut. amat. narr. p. 772 d.). Cf. *Fritzschiorum* Opuscc. p. 169.*

*ἀνατολή, ῆς, ἡ* (ab *ἀνατέλλω*, q. v.). ut ap. Graecos 1) *ortus* (solis et stellarum); lux *ἐξ ὕψους* orta, Lc. 1, 78. — 2) *oriens* (plaga orientalis); Mt. 2, 2. 9. Ap. 21, 13 (ubi *Grsb.* *ἀνατολῶν*); Hdian. 2, 8, 18. 3, 5, 1. Jos. c. Ap. 1, 14. Clem. Rom. 1 Co. 5. Ignat. ad Rom. 2. Melito ap. Eus. h. e. 4, 26, 14; add. *ἡλίου*, Ap. 7, 2; plural., regiones orientales; Mt. 2, 1. 8, 11. 24, 27. Lc. 13, 29 (LXX. Hdt. Plat. Polyb. Plut. al.; Philo in Flacc. §. 7); add. *ἡλίου*, Ap. 16, 12.*

*ἀνα-τρέπω*, *everto*, *subverto*, *deleo;* ethice, *οἴκους*, familias, Tit. 1, 11. — *τήν τινων πίστιν*, 2 Tim. 2, 18. (Persaepe ap. Graecos, eodem etiam significatu.)

*ἀνα-τρέφω*, aor. 2. pass. *ἀνετράφην*, ptcp. pf. pass. *ἀνατεθραμμένος*, aor. 1. medii *ἀνεθρεψάμην*, *enutrio*, (*aufnähren*, *auffüttern*), pr. de catulis et infantibus dic., qui nutriuntur, ut crescant (Xen. mem. 4, 3, 10 al. Sap. 7, 4); *educo;* Lc. 4, 16 *Tdf.*; Act. 7, 20 s.; praevalente notione formandi animi, Act. 22, 3. (4 Macc. 10, 22 et saepe ap. Graecos.) Cf. *Win.* vb. comp. 3, p. 4.*

*ἀνα-φαίνω*, aor. 1. *ἀνέφανα*, e forma dorica pro usitatiore *ἀνέφηνα* (Act. 21, 3 *Tdf.;* cf. *Passow* IV, p. 2199; v. in *ἐπιφαίνω*) aor. 2. pass. *ἀνεφάνην*, *spectandum prodo*, *ostendo*. Pass. *conspicior*, *conspicuus reddor;* Lc. 19, 11; *ἀναφανέντες τὴν Κύπρον*, *Cyprum conspicati*, insolentius, pro *ἀναφανείσης αὐτοῖς τῆς Κύπρου*, Act. 21, 3 (cf. *Win.* §. 39, 1. *Bttm.* ntl. Gr. p. 164), ubi *Tdf.*: *ἀναφάναντες τὴν Κ.*, postquam Cyprum conspicuam (nobis) fecimus.*

*ἀνα-φέρω*, f. *ἀνοίσω* (Lev. 14, 20. Num. 14, 33 al.), aor. 1. *ἀνήνεγκα*, aor. 2. *ἀνήνεγκον*, 1) *sursum fero*, *sursum duco;* homines in editiorem locum; Mt. 17, 1. Mc. 9, 2. Pass. Lc. 24, 51. — *ἀναφέρειν τὰς ἁμαρτίας ἐπὶ τὸ ξύλον* 1 Pet. 2, 24 (tollere peccata in crucem, sc. ad ea patiendo moriendoque expianda). — 2) *in aram tollo*, *arae admoveo*, *offero*, (= הֶעֱלָה ap. LXX), *θυσίας*, *θυσίαν* al. (Jes. 57, 6 al.), Heb. 7, 27 (ubi *Tdf.* *προσενέγκας*); 13, 15. 1 Pet. 2, 5; add. *ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον*, Jac. 2, 21. (Gen. 8, 20. Lev. 14, 20.) Cf. *Kurtz*, Der Br. an d. Hebraeer, p. 154 ss. — 3) *attollo in me*, *recipio in me*, h. e. impono mihi aliquid tanquam onus ferendum, aliquid sustinendum; *sustineo; τὰς ἁμαρτίας*, h. e. per metonym. *peccatorum poenas*, Heb. 9. 28. (Jes. 53, 12; — *τὴν πορνείαν* Num. 14, 33.) Cf. *Win.* vbb. comp. 3, p. 5 s.*

*ἀναφωνέω, ῶ*, aor. 1. *ἀνεφώνησα*, *alta voce clamo*, *exclamo;* Lc. 1, 42. (1 Chr. 15, 28. 16, 4; Polyb., saepe ap. Plutarch.)*

*ἀνάχυσις, εως, ἡ* (*ἀναχέω*), vox ap. Graecos rara; *exundatio*, *effusio;* metaph. 1 Pet. 4, 4 *ἀσωτίας ἀνάχυσις*, intemperantia, in quam se effundit dissoluta vita.*

*ἀνα-χωρέω, ῶ*, aor. 1. *ἀνεχώρησα* (frequens ap. Graecos); 1) *revertor*, *redeo;* Mt. 2, 12. s. — 2) *secedo; a*) univ., ut relinquam spatium; Mt. 9, 24. — *b*) dic. de iis, qui metu commoti alia loca petunt, aut qui aliorum oculos fugiunt; Mt. 2, 14. 22. 4, 12. 12, 15. 14, 13. 15, 21. 27, 5. Mc. 3, 7. Jo. 6, 15. Act. 23, 19 (*κατ᾽ ἰδίαν*); 26, 31.*

*ἀνάψυξις, εως, ἡ* (ab *ἀναψύχω*, q. v.), *refrige-*

*ratio, recreatio;* Act. 3, 19., ubi dic. de beatitate messiana inde a Christi e coelis reditu futura; Vulg.: *refrigerium.* (2 Mos. 8, 15. Philo de Abrah. §. 29. Strab. 10, p. 459. Scriptores eccles.)*

**ἀνα-ψύχω**, aor. 1. ἀνέψυξα, *refrigero, reficio a caloris molestiis* (Hom. Od. 4, 568. Il. 5, 795. Plut. Aem. P. 25 al.); trop. *recreo,* τινά, alicujus animum, consortio, solatio, beneficiis, 2 Tim. 1, 16. (intrans. *respiro, refrigero, recreo me* ap. LXX, 2 Macc. 4, 46. 13, 11 et ap. Graecos inferioris aetatis.)*

**ἀνδραποδιστής**, οῦ, ὁ (ab ἀνδραποδίζω et hoc a τὸ ἀνδράποδον [ex ἀνήρ et πούς], mancipium, homo in bello captus et servituti mancipatus), *a) mancipator, plagiarius*, h. e. tum qui liberos homines contra jus in servitutem redigit, tum qui aliorum servos rapit et vendit (*Seelenverkäufer*); 1 Tim. 1, 10. (Aristoph. Xen. Plat. Dem. Isocr. Lys. Pol.)

**Ἀνδρέας**, ου, ὁ, *Andreas* (nom. graec.), Bethsaidâ in Galilaea oriundus, frater Simonis Petri, Joannis bapt. discipulus, posthac Christi apostolus; Jo. 1, 41. 45. 6, 8. 12, 22. Mt. 4, 18. 10, 2. Mc. 1, 16. 29. 3, 18. 13, 3. Lc. 6, 14. Act. 1, 13.*

**ἀνδρίζω** (ἀνήρ), *virum* s. *fortem reddo* (Xen. oec. 5, 4). Med. *virum fortem me praesto;* 1 Co. 16, 13. (saep. ap. LXX; Sir. 35, 25. 1 Macc. 2, 64. Xen. Plat. App. Plut. al.)*

**Ἀνδρόνικος**, ου, ὁ, *Andronicus* (nomen graec.) e Judaeis Christianus, consanguineus Pauli; Ro. 16, 7.*

**ἀνδρο-φόνος**, ου, ὁ, *homicida;* 1 Tim. 1, 9. (2 Macc. 9, 28. Hom. Plat. Dem. al.)

**ἀνέγκλητος**, ον (α priv. et ἐγκαλέω, q. v.), *qui in jus vocari non potest; inculpatus;* 1 Co. 1, 8. Col. 1, 22. 1 Tim. 3, 10. Tit. 1, 6 s. (3 Macc. 5, 31. — Xen. Plat. Dem. Aristot. al.)*

**ἀνεκδιήγητος**, ον (α priv. et ἐκδιηγέομαι, q. v.), *ineffabilis, inenarrabilis;* 2 Co. 9, 15 (δωρεά, cui describendae et celebrandae verba non sufficiunt). (Habetur ap. solos eccles. scriptores.)*

**ἀνεκλάλητος**, ον (α priv. et. ἐκλαλέω), *ineffabilis;* 1 Pet. 1, 8 (cui verba non apta sunt). (Heliod. Eccles. script.)*

**ἀνέκλειπτος**, ον (α priv. et ἐκλείπω, deficio), *inexhaustus;* Lc. 12, 33. (Diod. 4, 84. 1, 36. 3, 16. Plut. mor. p. 438 d. Eccles. script.)*

**ἀνεκτός**, όν, et in fatiscente graecitate etiam ός, ή, όν (ἀνέχομαι, tolero), inde ab Hom. *tolerabilis;* ἀνεκτότερον ἔσται, tolerabilior erit sors, Mt. 10, 15. 11, 22. 24. (Mc. 6, 11 in t. vulg.) Lc. 10, 12. 14.*

**ἀνελεήμων**, ον, gen. ονος (α priv. et ἐλεήμων), *immisericors;* Ro. 1, 31. (Prov. 5, 9 al. Sir. 13, 12 al. Sap. 12, 4. 19, 1.)*

**ἀνέλεος**, ον, *immisericors;* Jac. 2, 13 (*Lchm. Tdf. Trg.*) pro ἀνίλεως in t. vulg. — Graeci dixerunt ἀνηλεής et ἀνελεής, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 710. *Win.* p. 95.

**ἀνεμίζω** (ἄνεμος), *ventis agito, jacto;* pass. Jac. 1, 6. Obvenit praeterea ap. solum schol. ad Hom. Od. 12, 336: ἔνθα ἦν σκέπη πρὸς τὸ μὴ ἀνεμίζεσθαι. Graeci dicunt ἀνεμόω. Cf. κλυδωνίζομαι.

**ἄνεμος**, ου, ὁ (ἄω, ἄημι, spiro, flo), *ventus*, aëris agitatio vehementior atque flamen; Mt. 11, 7. 14, 24. Jac. 3, 4 al.; dic. de vehementiore et procelloso vento Mt. 7, 25. Mc. 4, 39. Lc. 8, 24 al. — οἱ τέσσαρες ἄνεμοι, quatuor venti primarii (Jer. 49, 36), τῆς γῆς, Ap. 7, 1; hinc quatuor coeli plagae (unde primarii venti spirant), Mt. 24, 31. Mc. 13, 27. (Ez. 37, 9. 42. 1 Chr. 9, 24.) — metaph. ἄνεμος τῆς διδασκαλίας, mutabilitas et vanitas doctrinae, Eph. 4, 14.

**ἀνένδεκτος**, ον (α priv. et ἔνδεκτος, et hoc ab ἐνδέχομαι, q. v.), *quod admitti nequit; illicitum, non conveniens (unzulässig);* ἀνένδεκτόν ἐστι τοῦ μὴ ἐλθεῖν, fieri non potest, quin veniant, Lc. 17, 1. (Artem. oneir. 2, 70: ὁ ἀριθμὸς πρὸς τὸν μέλλοντα χρόνον ἀνένδεκτος, et aliquoties ap. scriptores eccles. et byzant.)*

**ἀνεξερεύνητος** et ἀνεξεραύνητος (*Tdf. Trg.;* v. in ἐραυνάω) ον (α priv. et ἐξ-ερευνάω), *qui investigari nequit;* Ro. 11, 33. (Symm. Prov. 25, 3. Jer. 17, 9. — Dio Cass. 69, 14.)*

**ἀνεξίκακος**, ον (e fut. verbi ἀνέχομαι et κακόν. cf. formas ἀλεξίκακος, ἀμνησίκακος), *malorum et injuriarum patiens;* 2 Tim. 2, 24. (Lucian. jud. voc. 9.)*

**ἀνεξιχνίαστος**, ον (α priv. et ἐξιχνιάζω), *qui nequit investigari, qui mente comprehendi nequit;* Eph. 3, 8. Ro. 11, 33. (Job. 5, 9. 9, 10. Or. Manass. vs. 6.; aliquoties ap. eccl. script.)*

**ἀνεπαίσχυντος**, ον (α priv. et ἐπαισχύνω), *inconfusibilis* (Vulg.), i. e. *qui non habet, cur pudore suffundatur;* 2 Tim. 2, 15. (Graecis inusitatum.)*

**ἀνεπίληπτος**, ον (α priv. et ἐπιλαμβάνω), pr. *non apprehensus, qui apprehendi nequit;* hinc *qui reprehendi nequit, irreprehensus;* 1 Tim. 3, 2. 5, 7. 6, 14. (Saepe ap. Graecos inde a Thuc.)*

**ἀν-έρχομαι**, aor. 2. ἀνῆλθον, *adscendo;* Jo. 6, 16. — *proficiscor in locum editiorem;* Hierosolymam, Gal. 1, 17 s. (1 Reg. 13, 12.)*

**ἄνεσις**, εως, ἡ (ἀνίημι, remitto, sc. aliquam rem intentam, ut arcum), *remissio, relaxatio;* dic. de tolerabiliore captivitatis conditione; ἔχειν ἄνεσιν, liberiore custodia teneri, Act. 24, 23. (Jos. ant. 18, 6, 10: φυλακὴ μὲν γὰρ καὶ τήρησις ἦν, μετὰ μέντοι ἀνέσεως τῆς εἰς δίαιταν). — requies persecutionum, 2 Th. 1, 7; molestiarum inopiâ paratarum, 2 Co. 8, 13; requies sollicitudinis, tranquillitas, 2 Co. 2, 12. 7, 5. (LXX. Apud Graecos inde a Thuc.)*

**ἀν-ετάζω**, *exploro, examino;* τινά, sensu forensi *quaestionem habeo in aliquem;* Act. 22, 24. 29. (Cod. alex. Judd. 6, 29. Hist. Sus. vs. 14. Apud profanos non exstat.)

**ἄνευ**, praepos. cum genit., *sine;* 1 Pet. 3, 1. 4, 9. — c. gen. pers.: *nolente* vel *invito aliquo, sine alicujus interventu* (ita saepe ap. Graecos inde ab Hom.), Mt. 10, 29.*

**ἀν-εύθετος**, ον, *non opportunus, non aptus;* Act. 27, 12. (Graecis insuit.)*

**ἀνευρίσκω**, aor. 2. ἀνεῦρον, 3 ps. plur. ἀνεῦραν, Lc. 2, 16 (*Tdf. Trg.*, *quaerendo reperio* (*auffinden*), τινά, Lc. 2, 16. Act. 21, 4. (ap. Graecos inde ab Hdt.) Cf. *Win.* vbb. comp. 3, p. 13 s.

**ἀνέχω**, in N. T. in solo medio ἀνέχομαι, fut. ἀνέξομαι (*Win.* p. 79), impf. ἠνειχόμην 2 Co. 11, 4 (*Grsb. Tdf. Trg.* ἀνειχόμην), aor. 2. ἠνεσχόμην Act. 18, 14 (*Lchm. Tdf. Trg.* ἀνεσχόμην, cf. *Win.* p. 70). — *sursum teneo* (velut κεφαλήν, χεῖρας, Hom. al.), hinc in Med. *erectum me teneo* (contra aliquem vel aliquid), *sustineo,* (aequo animo) *fero, tolero,* c. gen. personae (ap. Graecos frequentior est accus., tum personae, tum rei), ejus opiniones, actiones, al.; Mt. 17, 17. Mc. 9, 19. Lc. 9, 41. 2 Co. 11, 19. Eph. 4, 2. Col. 3, 13. — sq. gen. rei 2 Th. 1, 14 (αἷς per attract. pro ὧν, nisi malueris pro ἅς); — sq. μικρόν τι c. dupl. gen. et rei et pers., 2 Co. 11, 1 (e lect. μου μικρόν τι ἀφροσύνης, cf. *Meyer* ad l.), — sine casu, 1 Co. 4, 12 (exercemus virtutem τοῦ ἀνέχεσθαι). — sq. εἴ τις, 2 Co. 11, 20. — Ex adj.: *aures praebeo,* c. gen. pers. Act. 18, 14; — rei, 2 Tim. 4, 3. Heb. 10, 22.*

**ἀνεψιός**, οῦ, ὁ, *consobrinus;* Col. 4, 10. (Num. 36, 11. Tob. 7, 2.)*

**ἄνηθον**, ου, τό, *anethum* (*Dill, Anis*); Mt. 23, 23. (Arist. nub. 982; saep. ap. Theophr. hist. pl.)*

**ἀν-ήκω**, ap. Graecos *adscendi, perveni, porrigor, pertineo,* sq. plerumque εἴς τι, hinc ap. posteriores ἀνήκει τί τινι, *pertinet aliquid ad aliquem, debetur*

*ei aliquid* sc. ab aliis praestandum vel accipiendum (1 Macc. 10, 42. 11, 35. 2 Macc. 14, 8), inde ethice τὸ ἀνῆκον, *quod debetur, officium,* Philem. vs. 8; τὰ οὐκ ἀνήκοντα, *inhonesta,* Eph. 5, 4 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* ἃ οὐκ ἀνῆκεν, cf. *Win.* p. 452); imperson. ὡς ἀνῆκε, *ut decebat,* sc. ex quo ad Christum conversi estis, Col. 3, 18.*

ἀνήμερος, ον (α priv. et ἥμερος), *immanis, immitis;* 2 Tim. 3, 3. (ap. Graecos inde ab Aeschylo.)*

ἀνήρ, ἀνδρός, ὁ, *vir.* Nihil differunt hujus vocis in N. T. notiones ab usu Graecorum. Dicitur enim 1) ita, ut *sexus* ratio habeatur ideoque vir distinguatur a *femina,* sive *a*) tamquam *mas,* Act. 8, 12. 17. 12. 1 Tim. 2, 12. — sive *b*) tamquam *maritus;* Mt. 1, 16. Mc. 10, 2. Jo. 4, 16 ss. Ro. 7, 2 ss. 1 Co. 7, 2 ss. Gal. 4, 27. 1 Tim. 3, 2. 12. Tit. 1, 6 al.; futurus maritus s. sponsus, Mt. 1, 19. Ap. 21, 2 al. — 2) ut *aetatis* ratio habeatur et adultus vir intelligatur distinguendus a puero; Mt. 14, 21. 15, 38. (quibus locis distinguuntur ἄνδρες, γυναῖκες, παιδία); injuncta etiam notione intelligentiae et virtutis, 1 Co. 13, 12 (opp. νήπιος); Eph. 4, 13. Jac. 3, 2 (utroque l. τέλειος ἀνήρ). — 3) univ. *aliquis homo mas;* ita in locis, ubi poni potuerat τίς, ut Lc. 8, 41. 9, 38. Act. 16, 11. 10, 1 al. — ubi consociatur ἀνήρ τις, Lc. 8, 27. Act. 5, 1. 10, 1. — vel ἀνήρ, ὅς.., *is, qui* . . Ro. 4, 8. Jac. 1, 12. — ubi commemorantur, quae a viris, non feminis, agi solent, Lc. 22, 63. Act. 5. 36. — ubi angeli aut alii coelicolae, formas virorum retulisse dicuntur (*männliche Gestalten*), Lc. 9, 30. 24, 4. Act. 10, 30. — ubi adjectivis ita consociatur, ut adjectivi notio vim recipiat substantivi; ἀνὴρ ἁμαρτωλός, peccator, Lc. 5, 8; λεπροὶ ἄνδρες, Lc. 17, 12. — aut nominibus appellativis, ἀνὴρ φονεύς, Act. 3, 14; ἀν. προφήτης, Lc. 24, 19 (אִישׁ נָבִיא Judd. 6, 8.). — aut nominibus gentilibus, ἄνδρες Νινευῖται Mt. 12, 41; ἀνὴρ Ἰουδαῖος Act. 22, 3; ἀν. Αἰθίοψ Act. 8, 27; ἄνδ. Κύπριοι Act. 11, 20; potissimum in alloquiis honoris significandi causa: Act. 1, 11. 2, 14. 13, 16. 17, 22 al.; etiam ἄνδρες ἀδελφοί Act. 1, 16. 13, 26.—4) ita, ut utriusque quidem sexus homines intelligantur, sed denominatio fiat a potiori; Mt. 14, 35. Act. 4, 4.

ἀνθίστημι, pf. ἀνθέστηκα, aor. 2. ἀντέστην, inf. ἀντιστῆναι, med. ἀνθίσταμαι, impf. ἀνθιστάμην (ἀντί et ἵστημι), *oppono;* — ut ap. Graecos in medio et in activi perf., plusqpf., aor. 2. *oppono me, obsisto, resisto, repugno, obnitor.* — perf. act. Ro. 9, 19. 13, 2. 2 Tim. 4, 15 (quo l. *Lchm. Tdf. Trg.* ἀντέστη) — aor. 2. act. Mt. 5, 39. Lc. 21, 15. Act. 6, 10. Gal. 2, 11. Eph. 6, 13. 2 Tim. 3, 8. — imperat. Jac. 4, 7. 1 Pet. 5, 9. — Med. praes. 2 Tim. 3, 8. — impf. Act. 13, 8.*

ἀνθομολογέομαι, οῦμαι (ἀντί et ὁμολογέομαι), ap. Graec. (inde a Demosth.) 1) *profitendo* vel *confitendo respondere.* — 2) *mutuo* (*vicissim*) *consentire, pacisci.* — 3) *coram* (ἀντί, *einem gegenüber;* cf. ἐξομολογεῖσθαι ἔναντι κυρίου 2 Chron. 7, 6) *aliquo profiteor* (cf. *Win.* verb. comp. 3, p. 19); τὰς ἁμαρτίας, peccata confiteri, Jos. ant. 8, 10, 3. 3 Esr. 8, 9. — τινί, in honorem alicujus aliquid profiteri, ejus laudes celebrare, ei gratias agere, Lc. 2, 38 (= הוֹדָה Ps. 79, 13. 3 Macc. 6, 33.)*

ἄνθος, εος, τό, *flos;* Jac. 1, 10 s. 1 Pet. 1, 24.

ἀνθρακιά, ᾶς, ἡ, *strues, congeries prunarum ardentium* (*Kohlenhaufen*); Jo. 18, 18. 21, 9. (Sir. 11, 30. 4 Macc. 9, 20. Hom. Il. 9, 213 al.)*

ἄνθραξ, κος, ὁ, *carbo* (ap. Graec. inde a Thuc. et Aristoph. etiam *pruna*), ἄνθρ. πυρός, carbo ardens s. pruna; Ro. 12, 20 ἄνθρ. πυρὸς σωρεύειν ἐπὶ τὴν κεφαλήν τινος, proverbialis locutio e Prov. 25, 22., beneficiis, quibus adversarium afficis, in eo injuriae factae memoriam excitare, ex qua dolorem capiat, ut si carbonibus uratur in caput congestis, quo facilius resipiscat. Arabes *prunas cordis* et *ignem hepatis* appellant res, quibus vehementissimi animo dolores parantur; cf. *Gesenius* in *Rosenmüller Bibl.-exeg. Repert.* I, p. 140 s.*

ἀνθρωπάρεσκος, ον (ἄνθρωπος et ἄρεσκος, gratiosus, blandus, *gefällig, einschmeichelnd.* Cf. εὐάρεσκος, δυσάρεσκος, αὐτάρεσκος ap. *Lob.* ad Phryn. p. 621); vox tantum biblica et ecclesiastica, *qui hominibus studet placere, gratus esse; hominum favorem captans;* Eph. 6, 6. Col. 3, 22. (Ps. 53, 5.)*

ἀνθρώπινος, ίνη, ον (ἄνθρωπος), *humanus;* dic. de iis, quae hominum sunt; χεῖρες, Act. 17, 25 (*Lchm. Tdf. Trg.*); φύσις, Jac. 3, 7; vel ab hominibus instituuntur; κτίσις, 1 Pet. 2, 13; hominum viribus accommodatus, πειρασμός, tentatio superabilis, 1 Co. 10, 13 (cf. *Neander* ad h. l. Pollux 3, 131: ὃ οὐκ ἄν τις ὑπομένειεν, ὃ οὐκ ἄν τις ἐνέγκῃ — τὸ δὲ ἐναντίον, κοῦφον, εὔφορον, οἰστόν, ἀνθρώπινον, ἀνεκτόν). — Opponitur rebus divinis injecta voci defectus aut imbecillitatis notione, 1 Co. 2, 4 (e l. vulg.); vs. 13 (σοφία, auctores habens homines); 4, 3 (ἀνθρωπίνη ἡμέρα, dies judicialis humana, i. e. judicium humanum). — ἀνθρώπινον λέγω, Ro. 6, 19 (loquor quod hominum est, qui verborum vim non semper, ut decet, pensant; qua locutione apost. usum phraseos δουλωθῆναι τῇ δικαιοσύνῃ excusat).*

ἀνθρωποκτόνος, ον (κτείνω), *homicida;* Jo. 8, 44. — ex adj.: homicidae par habendus, 1 Jo. 3, 15. (Eur. Iph. T. 396.)*

ἄνθρωπος, ου, ὁ, *homo.* Ponitur 1) univ. ratione generis s. naturae habita, nullo sexus discrimine facto, *qui naturae humanae est, sive mas, sive femina;* Jo. 16, 21. Eoque sensu dicitur *a*) c. articulo, categorematice, ut sub genere comprehendantur singuli quique homines; Mt. 4, 4 (ἐπ' ἄρτῳ ζήσεται ὁ ἄνθρωπος); 12, 35 (ὁ ἀγαθὸς ἄνθ., bonus quisque); 15, 11. 18. Mc. 2, 27. 7, 15. 18, 20. Lc. 4, 4. Jo. 2, 25. 7, 51. Ro. 7, 1 al. — *b*) ita, ut homo distinguatur ab iis, a quibus genere differt; α) ab animalibus, plantis, al.; Lc. 5, 10. Mt. 4 19. 12, 12. 2 Pet. 2, 16. Ap. 9, 4. 7. 10. 15. 18. 11, 13 al. β) a deo, Christo ut divino numine, angelis; Mt. 10, 32. 19, 6. Mc. 10, 9. Lc. 2, 15 (opp. angelis); Jo. 10, 33. Act. 10, 26. 14, 11. 1 Th. 2. 13. Gal. 1, 10. 12. 1 Co. 3, 21. 7, 23. Phil. 2, 7. 1 Tim. 2, 5. Heb. 8, 2. 13, 6. 1 Pet. 2, 4 al. — *c*) adjuncta notione *imbecillitatis,* qua homo ad peccandum incitatur aut in errores inducitur; οὐκ ἄνθρωποι (pro lect. vulg. σαρκικοί) ἐστε; 1 Co. 3, 4; σοφία ἀνθρώπων ib. 2, 5; ἀνθρώπων ἐπιθυμίαι, 1 Pet. 4, 2; κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε, geritis vos ut homines, 1 Co. 3, 3. — λαλεῖν et λέγειν κατὰ ἄνθρωπον, loqui ex ingenio humano, 1 Co. 9, 8. Ro. 3, 5. — κατὰ ἄνθρωπον λέγω, ut homo, cui humanarum rerum exempla se offerunt, loquor, dum exemplo e communi hominum vita petito divinam causam illustro, Gal. 3, 15. — κατὰ ἄνθρ. θηριομαχεῖν, ut homo pugnare solet, lucri, hominis aliorumque terrenorum bonorum cupiditate instigatus, 1 Co. 15, 32 — οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρ. nulla ei cum hominum opinionibus et studiis ratio intercedit, Gal. 1, 11. — adjuncta significatione *malignitatis;* προσέχετε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπ. Mt. 10, 17; εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, Lc. 9, 44. Mt. 17, 22. — *d*) adjuncta significatione *contemtionis* (ut nonnumquam ap. Graecos); Jo. 5, 12; alloquium ὦ ἄνθρωπε et ἄνθρωπε est vel contemnentis et indignanter commiserantis, Ro. 9. 20 (Plat. Gorg. p. 452. b. σὺ δὲ . . . τίς εἶ, ὦ ἄνθρωπε), vel leniter increpantis, Lc. 22, 58. 60. Inservit significandae commisera-

tioni; *ἴδε ὁ ἄνθρ.*, en hominem, de quo agitur, misere tractatum, inermem, Jo. 19, 5. — *e*) ita dic., ut duplex hominis natura respiciatur; *ὁ ἔσω* et *ὁ ἔξω ἄνθρωπος*, animus et corpus; Ro. 7, 22. Eph. 3, 16. 2 Co 4, 16 (Plat. rep. 9, 589 a: *ὁ ἐντὸς ἄθρωπ.*; *ὁ εἴσω ἄνθρ.* Plot. Enn. 5, 1, 10. cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 727 s.); *ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρ.* 1 Pet. 3, 4. — *f*) ut respiciatur duplex hominis ethica conditio; *ὁ παλαιός* (corruptus) et *ὁ καινὸς* (*ὁ νέος*) *ἄνθρ.* (ad dei naturam conformatus, homo vere christianus) Ro. 6, 6. Eph. 2, 15. 4, 22. 24. Col. 3, 9 s. — *g*) ratione sexus habita, ex adj. *masculus* homo; Jo. 7, 21. — 2) indefinite, sine articulo, *ἄνθρωπος*, *a*) *aliquis* hominum, quando, *quis* sit, aut ignoratur, aut notare non attinet; germ. *ein Mann, einer, jemand;* i. q. *τίς*, Mt. 17, 14. 21, 28. 22, 11. Mc. 12, 1. 14, 13. Lc. 5, 18. 13, 19 al. — addito *τίς*, Mt. 18, 12. Lc. 10, 30. 14, 2. 16. 15, 11. 16, 1. 19. Jo. 5, 5. — in alloquio, ubi nomine aliquem compellare aut nescimus aut nolumus, Lc. 5, 20; aut ubi scriptor quemcunque lectorem alloquitur, Ro. 2, 1. 3. — *b*) ubi ea, quae proferuntur, de qualicunque homine valent, ita ut *ἄνθρ.* reddi possit germanico indefinito pronomine *man;* 1 Co. 4, 1. 7, 1. 11, 28. Ro. 3, 28. Gal. 2, 16. Sic etiam ubi opponitur domesticis, Mt, 10, 36; mulieri, Mt. 19, 10. patri, Mt. 10, 35; hero, Lc. 12, 36 s., quibus locis multi, *sensum* et *significationem* confundentes, vocem *ἄνθρ.* significare *patrum familiae, maritum, filium, servum,* male docent. — 3) in plurali *οἱ ἄνθρ.* nonnumquam nostr. *die Leute,* Mt. 5, 13. 16. 6, 5. 18. 8, 27. 16, 13. Lc. 11, 44. Mc. 8, 24. 27. Jo. 4, 28. *οὐδεὶς ἀνθρώπων*, nemo hominum, Mc. 11, 2. 2 Tim. 6, 12. — 4) Jungitur *a*) cum alio substantivo tanquam praedicato muneris vel negotii, vel proprietatis, praevalente notione praedicati; *ἄνθ. ἔμπορος*, mercator, *ein Kaufmann,* Mt. 13, 45 (ubi a *Lchm.* et *Trg. ἐμπόρῳ* omittitur); *οἰκοδεσπότης*, Mt. 13, 52. 20, 1. 21, 33; *βασιλεύς*, Mt. 18, 23. 22, 2; *φάγος*, Mt. 11, 19. (Sic etiam ap. Hebraeos (אִישׁ סָרִיס, eunuchus, Jes. 38, 7 s. אִישׁ כֹּהֵן, sacerdos, Lev. 21, 9) et ap. Graecos; *ἄνθ. ὁδίτης*, Hom. Il. 16, 263 al,; cf. *Matthiae*, §. 430, 6; sed ap. Atticos haec verborum compositio plerumque contemtionis significandae vim habet; cf. *Bnhdy* p. 48; ap. Latinos *homo gladiator*, Cic. ad div. 22, 1.) — *b*) cum nomine gentili; *ἄνθ. Κυρηναῖος*, Mt. 27, 32; *Ἰουδαῖος*, Act. 21, 39; *Ῥωμαῖος*, ib. 16, 37. 22, 25 (ex adj. *civis romanus*). — 5) *ὁ ἄνθρ.*, c. articulo, certus homo, de quo agitur, ubi, *quis* sit, e contexta oratione patet; Mt. 12, 13. 26, 72. Mc. 3, 5. Lc. 23, 6. Jo. 4, 50. — *οὗτος ὁ ἄνθ.*, Lc. 14, 30. Jo. 9, 16. 24. 11, 47. — *ὁ ἄνθ. οὗτος*, Mc. 14, 71. Lc. 23 4. 14. 47. Jo. 9, 24. 11, 47. 18, 17. Act. 6, 13. 22, 26. 26, 31. 32. — *ὁ ἄνθ. ἐκεῖνος*, Mt. 12, 45. 26, 24. Mc. 14, 21. — 6) Phrases: *ὁ ἄνθρ. τῆς ἁμαρτίας* s. *τῆς ἀνομίας*, 2 Th. 2, 3; v. in *ἁμαρτία*, p. 20. — *ἄνθ. τοῦ θεοῦ*, homo ministerio dei devotus, minister dei; 1 Tim. 6, 11. 2 Tim. 3, 17 (de evangelistis apostolorum sociis); 2 Pet. 1, 21 (de prophetis, ut אִישׁ אֱלֹהִים saepe in vet. test.; cf. *Gesenius* Thes. I, p. 85.). — *ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου* et *υἱοὶ τῶν ἀνθρ.*, v. suo loco in *υἱός*.

*ἀνθυπατεύω*, (*ἀντί*, pro, loco, vice alicujus, et *ὑπατεύω*, *ὕπατος*, summus, i. e. consul sum), *proconsul sum*, Act. 18. 12. (Plut. Comp. Dem. c. Cic. c. 3. Hdian. 7, 5, 2.)*

*ἀνθύπατος, ου, ὁ, proconsul;* Act. 13, 6. 8. 12. 18, 12 (*Lchm.*); 19, 38. Diviserat Augustus imperator provincias romanas in senatorias et caesareas. Illis qui praeerant, proconsules; has qui administrabant, legati Caesaris, nonnumquam etiam propraetores appellabantur. (Polyb. Dionys. Lucian. Plut. et saepe Dio Cass.)*

*ἀνίημι*, aor. 2. conj. *ἀνῶ*, ptcp. plur. *ἀνέντες*, aor. 1 pass. *ἀνέθην*. — *remitto, relaxo*, ex adj. *solvo; τί*, Act. 16, 26 (*τοὺς δεσμούς* Plut. Al. 73); 27, 40. — trop., *τὴν ἀπειλήν*, mitto, omitto, mitigo, Eph. 6, 9. (*τὴν ἔχθραν* Thuc. 3. 10. *τὴν ὀργήν* Plut. Al. 70.) — *relinquo, non sustento* (*sinken lassen*); Heb. 13, 5. (Deut. 31, 6.)*

*ἀνίλεως, ων*, gen. *ω* (*ἵλεως*, attice pro *ἵλαος*), *immisericors;* Jac. 2, 13. Praeterea non exstat. Cf. *ἀνέλεος*.

*ἄνιπτος, ον* (*νίπτω*, lavo), *illotus;* Mt. 15, 20. Mc. 7, 2 et e l. vulg. vs. 5. (Hom. Il. 6, 266 al.)*

*ἀνίστημι*, f. *ἀναστήσω*, aor. 1. *ἀνέστησα*, aor. 2. *ἀνέστην*, imperat. *ἀνάστηθι* et (Act. 12, 7. Eph. 5, 14 et ap. *Lchm.* Act. 9, 11), *ἀνάστα* (*Win.* p. 76), med. *ἀνίσταμαι*, fut. *ἀναστήσομαι*; — I) *transitive* in praes., aor. 1. et fut. activi, *surgere facio, erigo, excito* (הֵקִים), *a*) propr. jacentem, Act. 9, 41. — *b*) resuscito e morte, Jo. 6, 39 s. 44. 54. Act. 2, 32. 13, 34. (sic etiam ap. Graecos.) — *c*) prodire, nasci facio, *σπέρμα*, prolem (Gen. 38, 8), Mt. 22. 24; *τὸν Χριστόν*, Act. 2, 30 e l. vulg. — praesentem sisto, *τινά τινι*, aliquem in alicujus salutem; *προφήτην*, Act. 3, 22. 26. 7, 37. — II) *intransitive* in perf., plusqpf., aor. 2. activi et in medio; 1) *surgo;* dic. *a*) de jacentibus (in lecto), Mc. 1, 35. 5, 42. Lc. 8, 55. 11, 7. Act. 9, 34. 40. — de humi jacentibus; Mc. 9, 27. Lc. 17, 19. 22, 46. Act. 9, 6. — *b*) de sedentibus; Lc. 4, 16 (*ἀνέστη ἀναγνῶναι*); Mt 26, 62. Mc. 14, 60. Act. 23, 9 — *c*) de iis, qui locum relinquunt, ut alio se conferant; Mt. 9, 9. Mc. 2, 14. Lc. 4, 38. 23, 1. Act. 9, 39. Hinc de iis, qui ad iter se accingunt; nostr. *sich aufmachen;* Mc. 7, 24. 10, 1. Lc. 1, 39. 15, 18. 20. Act. 10, 19. 22, 10. Eodem modo hebr. קוּם, imprf. וַיָּקָם, verbis *eundi, proficiscendi* al. praemittitur e notissimo orientalium more, quo nihil omittitur, quod ad plenam actionis vel rei imaginem adumbrandam spectat, unde olim וַיָּקָם et *ἀναστάς* interdum redundare male docebatur; cf. *Win.* p. 565. — *ἀναστῆναι ἀπό*, a re h. e. ab eo, quod aliquis vel sedens vel humi prostratus fecit, Lc. 22, 45. — *d*) de mortuis; aor. 2. addito *ἐκ νεκρῶν*, Mt. 17, 9 (in t. vulg. et *Grsb.*); Mc. 9, 9 s. 12, 25. Lc. 16, 31. 24, 46. Jo. 20, 9. Eph. 5, 14 (h. l. tropice dictum); omisso *ἐκ νεκρῶν*, Mc. 18, 31. 16, 9. Lc. 9, 8. 19. 24, 7. (Ro. 14, 9 in t. vulg.) — ita simpliciter quoque fut. med., Mt. 12, 41. 20, 19. Mc. 10, 34. Lc. 11, 32. 18, 33. Jo. 11, 23 s. 1 Th. 4, 16. — 2) *exsisto, prodeo* (*auftreten*); de regibus, prophetis, sacerdotibus, ducibus hominum seditiosorum, Act. 5, 36 s. 7, 18. — med. Ro. 15, 12. Heb. 7, 11. 15. — de iis, qui colloquium aut altercationem cum aliquo lnituri sunt, Lc. 10, 25. Act. 6, 9., aut negotium aliquod aggressuri, Act. 5, 6; aut contra alios aliquid molituri, Act. 5, 17. Hinc *ἀναστῆναι ἐπί τινα*, insurgere contra aliquem, Mc. 3, 26 (קוּם עַל).

*Ἄννα, ας, ἡ, Anna* (חַנָּה, gratia) nom. pr. mulieris (ita jam 1 Sam. 1, 2 ss. 2, 1. Tob. 1, 9. 20 al.) prophetissae, ceterum ignotae, Lc. 2, 36.*

*Ἄννας, α* (de quo genit. cf. *Win.* §. 8, 1) *ὁ* (ap. Joseph. *Ἄνανος*, ab hebr. חָנַן, gratiosus fuit), summus sacerdos Judaeorum, quem Quirinius, Syriae praeses, circiter anno post Chr. sexto vel septimo pontificatui praefecit, anno autem 15 p. Chr. munere exuit Valerius Gratus, Judaeae procurator, in Annae locum sufficiens primum Ismaëlem, Phabi filium, paulo post Eleazarum, Annae filium. Ab hoc pontificatus devenit ad Simonem, a Simone anno circiter 18 p. Chr. ad Caipham (Jos. antt. 18, 2, 1 s.)

sed Annas etiam postquam a munere remotus fuit, multum auctoritate valere perrexit, Jo. 18, 13. 24., unde explicandus est error, quo Lucas in ev. 3, 2 (e vera lect. ἀρχιερέως) et Act. 4, 6. ei pontificatum tribuit tempore, quo jam dudum eo privatus erat. Cf. *Win.* RWB. in Annas; *Keim* in *Schenkel* BL. I, p. 135. *Schürer* in Zeitschr. f. wiss. Theol. 1876, p. 580 s.*

ἀνόητος, ον (νοητός), 1) *non intellectus, qui intelligi nequit;* 2) plerumque active: *non intelligens, insipiens, stultus;* Ro. 1, 14 (opp. σοφοί); Lc. 24, 25. Gal. 3, 1. 3. Tit. 3, 3; ἐπιθυμίαι ανόητοι, 1 Tim. 6, 9. (Prov. 17, 28. Ps, 49, 13; saepe ap. Atticos.)*

ἄνοια, ας, ἡ (ἄνους), *amentia, stultitia;* 2 Tim. 3, 9. *insania* furiendo se expromens; Lc. 6, 11. (Hdt. 6, 69; ap. Atticos inde a Thuc.)*

ἀνοίγω, (ἀνά, οἴγω = οἴγνυμι), f. ἀνοίξω, aor. 1. ἤνοιξα et (Jo. 9, 14 et aliis locis inter varr.) ἀνέῳξα (forma antiquior), perf. 2. ἀνέῳγα (*pateo;* cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 250 s. Attici hanc vim plerumque tribuunt perfecto pass.), particip. perf. pass. ἀνεῳγμένος et ἠνεῳγμένος (ἠνοιγμένος Act. 19, 8 *Tdf.*) aor. 1. pass. ἀνεῴχθην, ἠνεῴχθην et ἠνοίχθην, infinit. ἀνεῳχθῆναι (c. duplici augmento Lc. 3, 21), aor. 2. pass. ἠνοίγην (cui adsuevit posterior aetas), fut. 1. pass. ἀνοιχθήσομαι (Lc. 11, 9 *Tdf.*), fut. 2 pass. ἀνοιγήσομαι (de quibus formis, in quarum usu et codd. et edd. maxime dissentiunt, cf. *Bttm.* p. 283. *Al. Bttm.* ntl. Gr. p. 55. *Win.* p. 70 et 79), *aperio;* januam, portam, Act. 5, 19. 12, 10. 14. 16, 26 s. Ap. 4, 1; persaepe ap. Graecos. — metaph. introitum in animum concedere, Ap. 3, 20; occasionem aliquid faciendi suppeditare, Act. 14, 27. Col. 4, 3; passive, de oblata occasione, 1 Co. 16, 9. 2 Co. 2, 12. Ap. 3, 8. v. in θύρα. — simpliciter ἀνοίγειν τινί, *alicui aperire* januam, propr. Lc. 12, 36. Act. 5, 23. 12, 16. Jo. 10, 3; in proverb. locutione: aliquid petitum concedere, Mt. 7, 7 s. Lc. 11, 9 s.; parabolice: aditum ad regni divini beneficia concedere, Mt. 25, 11. Lc. 13, 25. Ap. 3, 7. — τοὺς θησαυρούς, Mt. 2, 11 (Sir. 43, 14. Eur. Ion. 923.); τὰ μνημεῖα, Mt. 27, 52; τάφος, Ro. 3, 13; τὸ φρέαρ, Ap. 9, 2. — *coelum* dicitur aperiri atque inde aliquid descendere, Mt. 3, 16. Lc. 3, 21. Jo. 1, 52. Act. 10, 11; aut aliquid illic conspici, Act. 7, 56 (e l. vulg. et *Grsb.*); Ap. 11, 19 (ὁ ναὸς . . ὁ ἐν τῷ οὐρανῷ); 19, 11. — ἀνοίγ. τὸ στόμα, de piscis ore Mt. 17, 27; hebr. de iis, qui loqui incipiunt, Mt. 5, 2. Act. 8, 32. 35. 10, 34. 18, 14; seq. εἰς βλασφημίαν, Ap. 13, 6; ἐν παραβολαῖς, i. e. ut utar (*mit*), Mt. 13, 35. (Ps. 78, 2; ἐν ἔπεσι Lucian. Philops. §. 33); πρός τινα 2 Co. 6, 11 (τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, os patet ad vos, h. e. libere ad vos loquimur; nihil reticemus). — dicitur ei os aperiri, qui facultatem loquendi recipit, Lc. 1, 64. — dic. de terra hiante Ap. 12, 16. — ἀκοάς τινος, facultatem audiendi restituere, Mc. 7, 35 (*Lchm. Tdf. Trg.*); — ἀν. τοὺς ὀφθαλμούς, cilia diduco, ut videam, Act. 9, 8. 40 (*aufschlagen*); τινός, visum alicui restituo, Mt. 9, 30. 20, 33. Jo. 9, 10. 14. 17. 21. 26. 30. 32. 10, 21. 11, 37; metaphor. Act. 26, 18 (mentis oculos alicui aperio); ἀνοίγω τὴν σφραγίδα, solvo sigillum; Ap. 5, 9. 6, 1. 3. 5. 7. 9. 12. 8, 1; ἀν. τὸ βιβλίον, βιβλαρίδιον, evolvo librum; Lc. 4, 17 (*Lchm. Trg.*); Ap. 5, 2—5. 10, 2. 8. 20. 12.*

ἀν-οικοδομέω, ῶ, f. ήσω, *denuo aedifico;* vulg. *reaedifico;* Act. 15, 16. (Diod. 11, 39. Plut. Them. 19. Cam. 39. Hdian. 8, 2, 12.)*

ἄνοιξις, εως, ἡ (ἀνοίγω, q. v.), *apertio;* ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου, quoties os aperio ad dicendum, Eph. 6, 19. (Thuc. 4, 68. τῶν πυλῶν, ibid. 67; χειλῶν, Plut. mor. p. 738. c.)

ἀνομία, ας, ἡ (ἄνομος), 1) pr. *conditio ejus, qui legem aut ignorat aut contemnit et violat;* 2) *contemtio et violatio legis, improbitas, pravitas;* Vulg. *iniquitas;* Mt. 23, 28. 24, 12. 2 Th. 2, 3 (*Tdf. Trg.;* v. in ἁμαρτία); vs. 7. Tit. 2, 14. 1 Jo. 3, 4. — opponitur τῇ δικαιοσύνῃ 2 Co. 6, 14. Heb. 1, 9 (Xen. mem. 1, 2, 24: ἀνομίᾳ μᾶλλον ἢ δικαιοσύνῃ χρώμενοι); τῇ δικαιοσύνῃ et τῷ ἁγιασμῷ Ro. 6, 19 (τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν, improbitati [quae quasi persona sistitur] eum in finem, ut exsisteret improbitas); ποιεῖν τὴν ἀνομίαν, improbitatem perficere, improbe agere, Mt. 13, 41. 1 Jo. 3, 4; idem ἐργάζεσθαι τὴν ἀν. Mt. 7, 23; plur. αἱ ἀνομίαι ea, quibus proditur violatio legis et improbitas, maleficia, Ro. 4, 7 (Ps. 32, 1); Heb. 8, 12 (t. vulg. *Grsb. Lchm.*); 10, 17. (Ap. Graecos inde a Thuc.; persaepe ap. LXX.)*

ἄνομος, ον (νόμος), 1) *qui caret lege* (mosaica); dic. de gentilibus 1 Co. 9, 21 (non adjuncta improbitatis notione, ut Add. ad. Esth. 4, 12, ubi ἄνομοι, ἀπερίτμητοι et ἀλλότριοι junguntur). — 2) *a lege recedens, legis violator, maleficus, improbus;* Vulg. *iniquus;* Mc. 15, 28. Lc. 22, 37. Act. 2, 23 (ita ap. Graecos); opp. τῷ δικαίῳ 1 Tim. 1, 9. — ὁ ἄνομος (κατ' ἐξοχήν), ille, in quo omnis improbitas quasi sedem fixit, 2 Th. 2, 8. — ἔργον, factum legi contrarium, 2 Pet. 2, 8. — *lege solutus, legi non obstrictus;* μὴ ὢν ἄνομος θεοῦ (vulg. θεῷ), 1 Co. 9, 21. (persaepe ap. LXX.)

ἀνόμως, adv., *sine lege* (v. ἄνομος, n. 1), *sine legis cognitione;* ἀν. ἁμαρτάνειν, mosaicae legis ignarum peccare, Ro. 2, 12; ἀπόλλυσθαι, non de mosaicae legis sententia perire, ibid. (ἀνόμως ζῆν, legis ac disciplinae ignarum vivere, Isoc. pan. c. 10, §. 39; ἀνόμως ἀπόλλυσθαι, contra legem interfici, ut in bellis, seditionibus, ibid. c. 44, §. 168. Plerumque ap. Graecos est *improbe, inique,* ut 2 Macc. 8, 17.)*

ἀν-ορθόω, ῶ, f. ώσω, aor. ἀνώρθωσα, aor. pass. ἀνωρθώθην. (Lc. 13, 13; neglecto augmento: ἀνορθώθην ap. *Lchm. Tdf. Trg.;* cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 30); 1) *surrigo, erectum facio;* incurvatum, Lc. 13, 13 (erecta est, erecta stetit). — remissas manus et soluta genua (erigere ea reficiendis eorum viribus), Heb. 12, 12. — 2) *rursus exstruo, denuo aedifico;* σκηνήν, Act. 15, 16. (Hdt. 1. 19 [τὸν νηὸν . . . τὸν ἐνέπρησαν]; 8, 140. Xen. Hell. 4, 8, 12 al.; vario sensu ap. LXX.)*

ἀνόσιος, ον (α priv. et ὅσιος, q. v.), *impius, scelestus;* 1 Tim. 1, 9. 2 Tim. 3, 2. (ap. Graecos inde ab Hdt.)*

ἀνοχή, ῆς, ἡ (ab ἀνέχομαί τινος, q. v.), *toleratio, patientia;* hoc significatu tantum Ro. 2, 4. 3, 26. (ap. Graecos *inhibitio, dilatio,* ab ἀνέχω, inhibeo.)

ἀντ-αγωνίζομαι, *certo, pugno;* πρός τι, contra aliquid; Heb. 12, 4. (Xen. Plat. Dem. al.)*

ἀντάλλαγμα, τος, τό (ἀντί, *loco,* vicissim, ἄλλαγμα), *id quod alius loco datur vel datum est in permutationem; quod datur ad aliquid* vel *servandum* vel *adipiscendum;* Mt. 16, 26. Mc. 8, 37., ubi sensus: Nihil est, quod pretio aequet animi salutem. Christus enim proverbialem locutionem de physicae vitae pretio, quo nihil sit majus (Hom. Il. 9, 401: οὐ γάρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον), ad aeternam vitam transfert. (Ruth. 4, 7. Jer. 15, 13. Sir. 6, 15 al. Eur. Or. 1158. Jos. b. jud. 1, 18, 3.)*

ἀνταναπληρόω, ῶ (ἀντί et ἀναπληρόω, q. v.), *vicissim impleo;* Col. 1, 24 (sententia: quae Christi calamitatibus mihi sustinendis desunt, eo suppleo ad rependenda beneficia, quae Christus explendâ

calamitatum sibi exantlandarum mensurâ in me contulit). (Dem. p. 182, 22. Dio Cass. 4, 44. Apollon. Al. de synt. 1, p. 19. 330.)*

ἀνταποδίδωμι, f. -δώσω, inf. aor. 2. -δοῦναι, pass. fut. 1. -δοθήσομαι (ἀντί, pro aliquo accepto, vicissim, ἀποδίδωμι, reddo), *rependo, retribuo; a)* sensu bono Lc. 14, 14. Ro. 11. 35; εὐχαριστίαν τινί, 1 Th. 3, 9. — *b)* sensu malo: de punitione et ultione; absolute, Ro. 12, 19. Heb. 10, 30. (Deut. 32, 35.) θλίψιν τινί, 2 Th. 1, 6. (persaepe ap. LXX et in apocrr. et quidem in utramque partem; ap. Graecos inde a Thuc.)*

ἀνταπόδομα, τος, τό (v. ἀνταποδίδωμι), *id, quod retributum est, retributio; a)* sensu bono, Lc. 14, 12. — *b)* sensu malo, Ro. 11, 9 (ap. LXX = גְּמוּל, Judd. 9, 16 al. — Graeci dicunt ἀνταπόδοσις.)*

ἀνταπόδοσις, εως, ἡ, *retributio*, Col. 3, 24. (ap. LXX = גְּמוּל, Jes. 59, 18 al.; ap. Graecos inde a Thuc.)*

ἀντ-απο-κρίνομαι, aor. 1. ἀνταπεκρίθην, — *respondendo contradico, contradicendo responso;* τινὶ πρός τι, Lc. 14, 6. (LXX Judd. 5, 29. Job. 16, 8. 32, 12. Aesop. fab. 172 ed. de Furia.) Hinc i. q. *altercor;* c. dat. pers. Ro. 9, 20. (Sensu mathematico, *sibi invicem respondere* v. sibi *parallelum esse*, ap. Nicomach. arithm. 1, 8. p. 77 a.) Cf. *Win.* verb. comp. 3, p. 17.*

ἀντ-εῖπον, aor. 2., qui in vicem verbi ἀντιλέγειν ponitur, *contradixi;* Lc. 21, 15. Act. 4, 14. Cf. εἶπον.

ἀντ-έχω, fut. med. ἀνθέξομαι, *ante teneo, retineo, inhibeo, perfero;* — in N. T. habetur solum medium; *teneo me e regione alicujus, firmiter adhaereo ei,* ejus curam gerens; τινός, Mt. 6, 24. Lc. 16, 13; τῶν ἀσθενῶν, iis opem ferre, eorum curam agere, 1 Th. 5, 14; τοῦ λόγου, eum firmiter tenere, Tit. 1, 9. (Deut. 32, 41. Jes. 56, 47. Prov. 3. 18 al. et persaepe ap. Graecos.) Cf. *Win.* p. 190.*

ἀντί, praepos. c. genit. (resp. latin. *ante*, Germanorum praefixis *ant-, ent-*), in cujus usu scriptores N. T. prorsus cum Graecis consentiunt (*Win.* p. 341 s.). 1) propr. videtur significasse *ex adverso, e regione, ante* (*gegen, gegenüber, vor*), sensu locali (*Bttm.* p. 496). Hinc 2) permutationem, vicissitudinem indicat: *pro, in vicem, vice, loco* (alicujus). — *a)* univ. *in vicem* (*anstatt*); ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν, Lc. 11, 11; ἀντὶ περιβολαίου, ad explendam vicem velaminis, 1 Co. 11, 14; ἀντὶ τοῦ λέγειν, Jac. 4, 15 (ἀντὶ τοῦ c. inf. saepe ap. Graecos). — *b)* dic. de eo, *pro quo* aliquid datur vel accipitur vel sustinetur; Mt. 5, 38. 17, 27 (pro me et te officio solvendis); Heb. 12, 2 (pro consequendo gaudio; cf. *Bleek, Lünemann, Delitzsch* ad l.); de emtionis (et venditionis) pretio; Heb. 12, 16; λύτρον ἀντὶ πολλῶν, Mt. 20, 28. Mc. 10, 45. — Inde *c)* de retributione; κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόναι, Ro. 12, 17. 1 Th. 5, 15. 1 Pet. 3, 9 (Sap. 11, 15). — ἀνθ᾽ ὧν = ἀντὶ τούτων, ὅτι, *dafür, dass; propterea quod;* Lc. 1, 20. 19, 44. Act. 12, 23. 2 Th. 2, 10. (item ap. profanos; cf. *Herm.* ad. Vig. p. 710; hebr. תַּחַת אֲשֶׁר, Deut. 21, 14. 2 Reg. 22, 17.), — *d)* de causa; ἀνθ᾽ ὧν, ob hanc causam, Lc. 12, 3; ἀντὶ τούτου, Eph. 5, 31. — *e)* de successione in locum alicujus; Ἀρχ. βασιλεύει ἀντὶ Ἡρώδου, loco Herodis, Mt. 2, 22. (1 Reg. 11, 44. Hdt. 1, 108. Xen. an. 1, 1. 4.) — χάριν ἀντὶ χάριτος, in locum gratiae gratiam, gratiam perpetuo sibi succedentem, h. e. uberrimam gratiae copiam, Jo. 1, 16. (Theogn. vs. 344: ἀντ᾽ ἀνιῶν ἀνίας.) — Vocabulis praefixum ἀντί denotat *a) ex adverso, e regione;* ἀντιπέραν, ἀντιπαρέρχεσθαι. — *b)* duorum mutuam efficientiam; ἀντιβάλλειν, ἀντικαλεῖν, ἀντιλοιδορεῖν. — *c)* retributionem; ἀντιμισθία, ἀνταποδίδωμι. — *d)* hostilem oppositionem; ἀντίχριστος. *e)* vicem alicujus, qua alter fungitur; ἀνθύπατος.*

ἀντι-βάλλω, *vicissim jacio* (pr. Thuc. 7, 25. Plut. Nic. 25); λόγους πρὸς ἀλλήλους, sermones secum invicem conferre, Lc. 24, 17.*

ἀντι-δια-τίθημι, med. *dispono me adversus, adversor;* dic. de haereticis 2 Tim. 2, 25; cf. *de Wette* ad l. (aliquoties ap. eccles. script. — Activ. *vicissim dispono, vicissim tracto,* τινά, Diod. Exc. p. 602).

ἀντί-δικος, ον (δίκη), substantive ὁ ἀντίδικος, *a) adversarius in lite et judicio*, Mt. 5, 25. Lc. 12, 58. 18, 3. (Xen. Plat., saepe ap. atticos oratores.) — *b)* univ. *adversarius, hostis* (Aesch. Ag. 41. Sir. 33, 7. 1 Sam. 2, 10. Jes. 41, 11 al.), 1 Pet. 5, 8 (nisi velimus, diabolum ibi dici ἀντίδικον, quod homines apud deum accusat).*

ἀντί-θεσις, εως, ἡ, *a) oppositio. b) id quod opponitur;* ita 1 Tim. 6, 20 (ἀντιθέσεις τῆς ψευδων. γνώσ. falsae scientiae commenta aut inter se ipsa pugnantia, aut verae Christianorum doctrinae opposita.)*

ἀντι-καθ-ίστημι, aor. 2. ἀντικατέστην, in tempp. transitivis 1) *in locum alterius sisto.* 2) *colloco adversus* (milites dispono, aciem instruo adversus hostem); in tempp. intrans. *obsisto* (*gegenüberstehen*), Heb. 12, 4. (Thuc. 1, 62. 71.)*

ἀντι-καλέω, ῶ, aor. 1. ἀντεκάλεσα, *vicissim invito;* τινά Lc. 14, 12.*

ἀντί-κειμαι, 1) *ex adverso situs sum, e regione jaceo,* sensu locali (Hdian. 6, 2, 4. 3, 15, 17). — 2) *adversor, refragor;* τινί Lc. 13, 17. 21, 15. Gal. 5, 17. 1 Tim. 1, 10. — ὁ ἀντικείμενος, simpliciter, *adversarius;* 1 Co. 16, 9. Phil. 1, 28. 2 Th. 2, 4. 1 Tim. 5, 14. (Dio Cass. 39, 8. — Exod. 23, 22. 2 Macc. 10, 26 al.)*

ἀντικρύ (*Lchm. Tdf. Trg.* ἄντικρυς, cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 444. *Bttm.* Gr. max. II, p. 366), adv. loci, *ex adverso, e regione;* c. gen. Act. 20, 15. (Saepe ap. Graecos, Philo de sacrif. §. 3. vit. Mos. III, §. 7. in Flacc. §. 10.)*

ἀντι-λαμβάνω, aor. 2 med. ἀντελαβόμην, *vicissim capio, pro altero dato alterum accipio;* med., atticis prosae scriptoribus frequentatum, 1) *apprehendo aliquid* (*ich halte mich an etwas an, fasse etwas*), τινός. — 2) *capio aliquem* vel *aliquid, ut eo quasi tenear* (*sich einer Person oder Sache annehmen*); c. gen. personae: *opitulor, succuro alicui,* Lc. 1, 54. Act. 20, 35. (Diod. 11, 13. Dio Cass. 40, 27. 46, 45; saepe ap. LXX). — c. gen. rei: *particeps sum, participo;* τῆς εὐεργεσίας, beneficii officiorum a servis praestitorum, 1 Tim. 6, 2; cf. *de Wette* ad l. (μήτε ἐσθίων πλειόνων ἡδονῶν ἀντιλήψεται, Porphyr. de abstin. 1, 46.)*

ἀντι-λέγω, *contradico;* absol. Act. 13, 45. 28, 19. Tit. 1, 9. — τινί, Act. 13, 45. — sq. μή et acc. c. inf., Lc. 20, 27. (ut ap. Graecos; v. *Passov.* s. v.) — *me alicui adversari, ei obsequi nolle, cum eo non facturum esse declaro;* τινί Jo. 19, 12. (Lucian. dial. deor. 30, 4.) absol. Ro. 10, 21. Tit. 2, 9. (Achill. Tat. 5, 27.) — passiv. ἀντιλέγομαι, *contradicitur mihi, assensus vel obsequium mihi denegatur* (*Win.* §. 39, 1), Lc. 2, 34. Act. 28, 22.*

ἀντίληψις, εως, ἡ (ἀντιλαμβάνομαι), ap. profanos *mutua acceptio* (Thuc. 1, 120), *apprehensio, perceptio, objectio disputantis,* al. In biblico sermone *opitulatio, auxilium* (Ps. 21, 20. 3 Esr. 8, 27. Sir. 11, 12. 51, 7. 2 Macc. 15, 7 al.), plur. 1 Co. 12, 28 ministeria diaconorum, qui pauperum et aegrotorum curam gerunt.*

ἀντιλογία, ας, ἡ (ἀντίλογος et hoc ab ἀντιλέγω), 1) *contradictio;* Heb. 7. 7; adjuncta notione con-

*troversiae*, Heb. 6, 16 (Ex. 18, 16. Deut. 19, 17 al.). — 2) *repugnantia*, quae factis fit, Heb. 12, 3; *rebellio*, Jud. vs. 11. (Prov. 17, 11.)*

*ἀντι-λοιδορέω, ῶ, vicissim convicior, convicium regero;* 1 Pet. 2, 23. (Lucian. Conviv. 40. Plut. Anton. 42.)*

*ἀντί-λυτρον, ου, τό, quod pro alio accipiendo datur pretium redemtionis;* 1 Tim. 2, 6. (Incertus interpr. Ps. 48, 9. Orph. Lith. 587.)*

*ἀντι-μετρέω, ῶ,* fut. pass. *ἀντιμετρηθήσομαι, remetior, vicissim metior;* Mt. 7, 2 (t. vulg.); Lc. 6, 38 (in proverbiali locutione i. q. *rependo;* Lucian. amor. c. 19).*

*ἀντιμισθία, ας, ἡ* (*ἀντίμισθος*, remunerans), *merces ad compensationem data, retributio; a)* in bonam partem, 2 Co. 6, 13 (*τὴν αὐτὴν ἀντιμισθίαν πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς*, concise dicitur pro: eodem modo quo ego feci [vs. 11] expandimini [expandite animum], ut ita mihi rependatis [pro *τὸ αὐτό, ὅ ἐστιν ἀντιμισθία*, cf. *Win.* p. 493 et 576). — *b)* in malam partem, Ro. 1, 27. (Praeterea exstat tantum ap. Theoph. Ant., Clem. Al. et al. patres.)*

*Ἀντιόχεια, ας, ἡ*, nomen plurium asiaticarum urbium, ab Antiochis regibus ductum. Quarum in N. T. duae commemorantur: 1) Celeberrima omnium et Syriae caput, ad Orontem fluvium sita, a Seleuco Nicanore condita et hoc nomine in honorem patris Antiochi ornata. Versabantur in ea multi Judaei *Ἑλληνισταί*, ibique primum, qui Christo nomen professi erant, Christiani nuncupati sunt; Act. 11, 19 ss. 13, 1. 14, 26. 15, 22 ss. 18, 22. Gal. 2, 11; cf. *Reuss* in *Schenkel* BL. I, p. 141 ss. — 2) Urbs Phrygiae, sed ob confinium *Antiochia Pisidiae* dicta, Act. 13, 14 (rectius *ἡ πρὸς Πισιδίᾳ*, Strab. 12, p. 577); 14, 19. 21. 2 Tim. 3, 11. Erat ab eodem Seleuco Nicanore condita.

*Ἀντιοχεύς, έως, ὁ, Antiochenus, Antiochia oriundus;* Act. 6, 5.*

*ἀντι-παρ-έρχομαι,* aor. 2. *ἀντιπαρῆλθον, ex adverso praetereo;* Lc. 10, 31 s. (sens.: adverso vulnerato praeteriit nihil ejus misertus). (Anthol. 12, 8. — *auxilio advenio contra aliquid*, Sap. 16, 10. Praeterea ap. eccl. et byzant. scriptores obvenit.)*

*Ἀντίπας, α* (cf. *Win.* §. 8, 1), *ὁ, Antipas* (contr. ex *Ἀντίπατρος*; *Win*, p. 97), nomen Christiani pergameni, martyrium perpessi, ceterum ignoti; Ap. 2, 3. De absurdis hujus nominis interpretationibus cf. *Düsterdieck* ad h. l.

*Ἀντιπατρίς, ίδος, ἡ, Antipatris*, urbs Joppen inter et Caesaream in fertilissima regione non procul a littore sita, olim *Χαβαρζαβᾶ* (Jos. antt. 13, 15, 1) appellata, et post ab ejus instauratore Herode M. in Antipatris, patris, memoriam Antipatridis nomine praedita (Jos. b. jud. 1, 21, 9), Act. 23, 31. Cf. *Robinson* Palaestina III, 257 ss.*

*ἀντι-πέραν*, s. (e formis posterioris aevi inde a Polyb.) *ἀντίπερα, ἀντιπέρα*, adv. loci, *e regione, ex adverso littore, trans*, c. genit.; Lc. 8, 26.*

*ἀντιπίπτω, a) ex adversa parte irruo. b) adversor, obnitor, τινί*, Act. 7, 51. (Ex. 26, 5. 36, 10. Num. 27, 14. Saepe ap. Pol. Plut.)*

*ἀντιστρατεύομαι*, 1) *expeditionem facio contra aliquem;* Xen. Cyr. 8, 8, 26. — 2) *adversor, obnitor; τινί* Ro. 7, 23. (Aristaenet. II, 1.)*

*ἀντιτάσσω, ττω, aciem instruo contra aliquem.* med. *me oppono, resisto; τινί*, Ro. 13, 2. Jac. 4, 6. 5, 6. 1 Pet. 5, 6 coll. Prov. 3, 34. — absol. Act. 18, 6. (Graeci voce usitantur inde ab Aeschylo.)*

*ἀντίτυπος, ον* (*τύπτω*), ap. Graecos 1) proprie, *a)* active: *ictum repellens, repercutiens, resonans, relucens; asper, durus. b)* passive: *repercussus.* 2) translate: *asper, obstinatus, hostilis.* — In N. Ti. sermone *ἀντίτυπον* substantive dicitur 1) *res ad aliquod exemplum* (*τύπον*, archetypum) *formata* (*Abbild*); Heb. 9, 24. — 2) *res ob similitudinem alii rei comparanda; res messiani temporis, typo* (v. in *τύπος*), *quo in V. T. praefigurata est, respondens* (*Gegenbild*), ut baptismus respondens diluvio, 1 Pet. 3, 21.*

*ἀντίχριστος, ου, ὁ* (*ἀντί*, contra, *χριστός*, ut *ἀντίθεος*, deo adversans, ap. Phil. de somn. II, §. 27 al. Justin. Quaest. et resp. p. 463. c. et al. patres). *Messiae adversarius* isque infestissimus, proxime ante Messiae adventum exstiturus, de quo Judaeorum alii alias conceperant opiniones, tum e Dan. 11, 36 ss. 7, 25. 8, 25., tum ex Ez. 38 et 39 petitas. Cf. *Eisenmenger* Entdecktes Judenthum, T. II. p. 704 ss. *Gesenius* Art. *Antichrist* in *Ersch* und *Gruber* Encycl. IV, p. 292 ss. *Böhmer* Die Lehre v. Antichrist nach *Schneckenburger*, in Jahrbücher f. deutsche Theologie, T. IV, fasc. 3. p. 405 ss. *Nomen τοῦ ἀντιχρ.* fortasse a Joanne formatum est, qui in N. T. solus eo utitur et quidem de prava vi et potestate, christianae causae infestissima, potissimum in falsis doctoribus ex ipso Christianorum coetu progressis, errores spargentibus efficace, 1 Jo. 2, 18 (sens.: quod de antichristo proxime ante Christi reditum prodituro audivistis, id nunc eventum habet per multos falsos doctores Antichristorum nomine dignissimos); 4, 3 et de ipsis his falsis doctoribus, 2, 22. 2 Jo. 7. — Apud Paulum et in apocalypsi *notio*, non *nomen* antichristi exstat et illa quidem alio sensu intellecta quam a Joanne. Paulus enim antichristum docet *singularem* hominem fore eundemque pessimum (*τὸν ἄνθρ. τῆς ἁμαρτίας*, v. in *ἁμαρτία*, n. 1), a diabolo subornatum, qui deum se venditaturus sit, 2 Th. 2, 3—10. Apocalypseos auctor *potestatem* antechristianam in romano imperio et *personam* antichristi in Nerone imperatore ab inferis redituro cernit, capp. 13 et 17. (Saepe ap. ecclesiast. scriptores.)*

*ἀντλέω, ῶ,* aor. 1. *ἤντλησα*, pf. *ἤντληκα* (ab *ὁ ἄντλος*, s. *τὸ ἄντλον*, sentina), *a)* pr. *exhaurio, exantlo sentinam.* — *b)* omnino: *haurio;* Jo. 2, 8. 4, 15; *ὕδωρ* Jo. 2, 9. 4, 7. (Gen. 24, 13. 20. Ex. 2, 16. 19. Jes. 12, 3. Ap. Graecos inde ab Hdt.)*

*ἄντλημα, τος, τό, a)* pr. *id, quod haustum est* (Dioscorid. 4, 64). *b) actus hauriendi* (Plut. mor. p. 974. e.). *c) haustrum; situla cum fune, quae in puteum demittitur*, Jo. 4, 11.

*ἀντοφθαλμέω, ῶ* (*ἀντόφθαλμος*), 1) pr. *ex adverso* vel *rectis oculis intueor.* — 2) translate: *obnitor, obluctor; τῷ ἀνέμῳ*, de nave, Act. 27, 15. (Sap. 12, 14. Saepe ap. Polyb. — Eccles. scriptt.)*

*ἄνυδρος, ον* (*α* priv. et *ὕδωρ*), *aqua carens; πηγαί* 2 Pet. 2, 17; *τόποι*, loca deserta, Mt. 12, 43. Lc. 11, 24. (*ἡ ἄνυδρος*, desertum, Jes. 43, 19. Hdt. 3, 4 al. — ap. LXX saepe *γῆ ἄνυδρος*); *νεφέλαι, arida nubila* (Virg. georg. 3, 197 s.), quae pluviam promittunt, sed non fundunt, Jud. vs. 12. (Ap. Graecos inde ab Hdt.)*

*ἀνυπόκριτος, ον* (*α* priv. et *ὑποκρίνομαι*), *non simulatus, non fucatus;* Ro. 12, 9. 2 Co. 6, 6. 1 Tim. 1, 5. 2 Tim. 1, 5. 1 Pet. 1, 22. Jac. 3, 17. (Sap. 5, 8. 18, 16. Apud profanos non exstat nisi in adv. *ἀνυποκρίτως* ap. Antonin. 8, 5.)*

*ἀνυπότακτος, ον* (*α* priv. et *ὑποτάσσω*), 1) *non subjectus;* Heb. 2, 8. — 2) *qui imperio subjici non potest, inobediens, refractarius;* 1 Tim. 1, 9. Tit. 1, 6. 10. (*διήγησις ἀνυπ.*, narratio, quae quo referenda sit, lector nescit, Pol. 3, 36, 4. 3, 38, 4. 5, 21, 4.)*

*ἄνω*, adv., *a) supra, in loco superiore* (oppon. *κάτω*), Act. 2, 19. Ap. 5, 3 (Grsb.). — cum articulo: *ὁ, ἡ, τὸ ἄνω*, Gal. 4, 26 (*ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ*, superior

i. e. Hierosol. coelestis); Phil. 3, 14 (*ἡ ἄνω κλῆσις*, vocatio in coelis facta = *ἐπουράνιος*, Heb. 3, 1). — neutr. plur. *τὰ ἄνω* substantive: coelestia, Col. 3, 1 s.; *ἐκ τῶν ἄνω*, e coelo, Jo. 8, 23. — *ἕως ἄνω*, Jo. 2, 7 (ad oram usque). — *b*) *sursum, in altum* (*empor*), Jo. 11, 41 (*αἴρω*); Heb. 12, 15 (*ἄνω φύει*).*

**ἀνώγαιον** et **ἀνώγεον** v. in *ἀνάγαιον*.

**ἄνωθεν** (*ἄνω*), adv. *a*) *desuper, e loco superiore; ἀπὸ ἄνωθεν* (*Win.* p. 393), Mt. 27, 51. Mc. 15, 38; *ἐκ τῶν ἄνωθεν*, a superioribus partibus, Jo. 19, 23. Saepe (etiam ap. Graecos) de rebus dic., quae e *coelis* fiunt vel a deo proficiscuntur, quippe in coelis habitante, Jo. 3, 31. 19, 11. Jac. 1, 17. 3, 15. 17. — *b*) *a principio* (*von vorn*), Lc. 1, 3; inde *ab initio, a primordio*, Act. 26, 5. — Unde *c*) *denuo*, repetitionem indicans (ex rariore et a multis perperam negato usu), Jo. 3, 8 (*ἄν. γεννηθῆναι*, ubi alii explicant *coelitus*. Sed ita Nicodemo potius id mirandum fuisset, qui fieri posset, ut aliquis nasceretur *de coelo*, quod tamen se mirari non dixit. De *physici* partus repetitione ap. Artem. oneirocr. 1, 13. p. 18 leguntur: [*ἀνδρὶ*] *ἔτι τῷ ἔχοντι ἔγκυον γυναῖκα σημαίνει παῖδα αὐτῷ γεννήσεσθαι ὅμοιον κατὰ πάντα. οὕτω γὰρ ἄνωθεν αὐτὸς δόξειε γεννᾶσθαι.*). Adde Martyr. Polyc. 1. — *πάλιν ἄνωθεν* (de qua vocum eandem notionem significantium compositione cf. *Kühner* § 534. 1. *Grimm* Exgt. Hdb. ad Sap. 19, 5), Gal. 4, 9 (iterum, cum servi jam olim fueritis). (*φιλίαν ἄνωθεν ποιεῖσθαι* Jos. antt. 1, 18, 3., ubi paulo ante legitur *προτέρα φιλία*.)

**ἀνωτερικός**, *ή, όν* (*ἀνώτερος*), *supernus; τὰ ἀνωτερικὰ μέρη*, Act. 19, 1 (i. e. Asia minor a mari mediterraneo remotior, orienti soli propior). (Utitur voce Galen.)*

**ἀνώτερος**, *έρα, ρον* (comparat. ab *ἄνω*, cf. *κατώτερος*, v. *Win.* p. 68), *superior*. Neutr. *ἀνώτερον* adverbiascit: *superius; a*) *in superiorem locum* (*weiter hinauf*), Lc. 14, 10. — *b*) *in superiore loco*, h. e. in proxime antecedente allegati loci parte, Heb. 10, 8. Similiter Pol. 3, 1. 1: *τρίτῃ ἀνώτερον βίβλῳ*. (Lev. 11, 21, ubi c. gen.)*

**ἀνωφελής**, *ές* (*α* priv. et *ὄφελος*), inde ab Aeschl., *inutilis;* Tit. 3, 9. Neutr. substantive, Heb. 7, 18 (*διὰ τὸ αὐτῆς ἀνωφελές*, propter ejus inutilitatem).*

**ἀξίνη**, *ης, η* (*ἄγνυμι*, fut. *ἄξω*, frango), *securis;* Lc. 3, 9. Mt. 3, 10. (Jam ap. Hom. et Hdt.)

**ἄξιος**, *ία, ον*, (ab *ἄγω, ἄξω*, igitur pr. *lancem trahens*, unde) *a*) *pendens* (*wiegend*), *pondus habens*, c. genit. *qui ejusdem est ponderis cum aliquo, pretio aequans aliquid, aequiparandus; βοὸς ἄξιος*, Hom. Il. 23, 885; c. gen. pretii, velut *ἄξ. δέκα μνῶν*, saepe ap. Atticos; *πᾶν τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς* (*σοφίας*) *ἐστι*, Prov. 3, 15. 8, 11; *οὐκ ἔστι σταθμὸς πᾶς ἄξιος ἐγκρατοῦς ψυχῆς*, Sir. 26, 16; *οὐκ ἄξια πρὸς τ. δόξαν*, non ponderosa sunt, si comparas cum gloria, h. e. gloriae non aequiparanda; Ro. 8, 18; cf. *Fritzsche* ad l. et *Win.* p. 378. — *b*) *conveniens, congruus* (*angemessen*), *τινός — alicui; τῆς μετανοίας*, Mt. 3, 8. Lc. 3, 8. Act. 26, 20; *ἄξια ὧν ἐπράξαμεν*, Lc. 23, 41. — *ἄξιόν ἐστιν, congruum est; α*) *decet;* 2 Th. 1, 3. (4 Macc. 17, 8.) *β*) *operae pretium est*, sq. *τοῦ* c. acc. inf., 1 Co. 16, 4 (utroque usu frequentissime ap. Graecos inde ab Hom. et Hdt., et quidem saepe omisso *ἐστίν*). — *c*) dic. *de eo, qui aliquid promeruit, dignus;* in utramque partem; *α*) in *bonam* partem: c. gen. *rei;* Mt. 10, 10. Lc. 7, 4. Act. 13, 46. 1 Tim. 1, 15. 4, 9. 5, 18. 6, 1. — sq. infin. aor.: Lc. 15, 19. 21. Act. 13, 25. Ap. 4, 11, 5, 2. 4. 9. 12; sq. *ἵνα*, Jo. 1, 27 (*ἵνα λύσω*, e structura rariore; cf. Dem. pro cor. p. 278. 8 *ἀξιοῦν, ἵνα βοηθήσῃ*); sq. *ὅς* cum verbo finito (ad modum lat. *dignus, qui*), Lc. 7, 4. Nude ponitur, sed ita, ut e contexta oratione elucescat, cujus rei dignus aliquis dicatur: Mt. 10, 11 (apud quem devertamini); vs 13 (sc. *τῆς εἰρήνης*); 22, 8 (sc. beneficio invitationis); Ap. 3, 4 (sc. qui mecum versentur candidis induti vestibus). — c. genit. *personae:* dignus alicujus consortio beneficiisque ex eo nexis; Mt. 10, 37 sq. Heb. 11, 38. (*τοῦ θεοῦ* Sap. 3, 5. Ignat. ad Eph. 2.) — *β*) in *malam* partem; c. genit. rei: *πληγῶν*, Lc. 12, 48; *θανάτου*, Lc. 23, 15. Act. 25, 11. 26, 31. Ro. 1, 32; absol. Ap. 16, 6 (sc. qui bibant sanguinem).*

**ἀξιόω**, *ῶ*, impf. *ἠξίουν*, aor. 1. *ἠξίωσα*, pass. perf. *ἠξίωμαι*, fut. 1. *ἀξιωθήσομαι* (*ἄξιος*), ut ap. Graecos *a*) *congruum, aequum, justum habeo;* sq. infin. Act. 15, 38. 28, 22. — *b*) *dignum judico, dignor, τινά* c. objecto in infin. Lc. 7, 7; *τινά τινος* 2 Th. 1, 11; passiv. c. gen. rei 1 Tim. 5, 17. Heb. 3, 3. 10, 29.*

**ἀξίως**, adv., *convenienter; pro dignitate;* Ro. 16, 2; c. gen. Phil. 1, 27. Col. 1, 10. 1 Th. 2, 12. Eph. 4, 1. 3 Jo. vs. 6.*

**ἀόρατος**, *ον* (*ὁράω*), et *qui non cernitur*, et *qui cerni non potest, non adspectabilis*. Hoc sensu dic. de deo Col. 1, 15. 1 Tim. 1, 17. Heb. 11, 27; *τὰ ἀόρατα αὐτοῦ*, non adspectabilis ejus (dei) natura, Ro. 1, 20; *τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα*, Col. 1, 16. (Gen. 1, 2. Jes. 45, 3. 2 Macc. 9, 5. Xen. Plat. Polyb. Plut. al.)*

**ἀπ-αγγέλλω**, f. *ελῶ*, impf. *ἀπήγγελλον*, aor. 1: *ἀπήγγειλα*, aor. 2. pass. *ἀπηγγέλην* (Lc. 8, 20), 1) *ἀπό τινος* (*von einem, von etwas her*) *nuntium fero, renuntio, refero* (*vermelden*); Jo. 4, 51. Act. 4, 23. 5, 22; c. dat. personae: Mt. 2, 8. 14, 12. 28, 8. 10. Mc. 16, 13. Act. 5, 25. 11, 13; *τινί τι*, Mc. 6, 30. Lc. 14, 21. 24, 9. Act. 11, 13; *τινί* sq. *ὅτι*, Lc. 18, 37; *τὶ πρός τινα*, Act. 16, 36; *τινὶ περί τινος*, Lc. 7, 18. 13, 1; *τὶ περί τινος* Act. 28. 21; sq. acc. c. inf. Act. 12, 14; *εἰς* c. acc. loci: nuntium perfero in locum, Mc. 5, 14 (l. vulg; *ἀνήγγ.*); Lc. 8, 34; add. acc. rei, quae nuntiatur, Mt. 8, 33. (Xen. anab. 6, 4, 25, Jos. antt. 5, 11, 3; *εἰς τοὺς ἀνθρώπους*, LXX Am. 4, 13.) — 2) *pronuntio* (*ἀπό*, quia nuntians quae nuntiat quasi *a se coram* deponit; cf. nostr. *abkündigen*), *palam notum facio* (*verkündigen*); univ.: *περί τινος* 1 Th. 1, 9; docendo, *τί*, 1 Jo. 1, 2 s.; docendo et jubendo, *τινί τι*, Mt. 8, 33; *τινί*, c. inf. Act. 26, 20; profitendo et laudando, Lc. 8, 47; *τινί τι*, Heb. 2, 12. (Ps. 22, 28.) sq. *ὅτι*, 1 Co, 14, 25 s.*

**ἀπ-άγχω**, aor. 1. med. *ἀπηγξάμην*, *constringo fauces, strangulo, ut e medio tollatur* (*ἀπό, weg*, cf. *ἀποκτείνω*), Hom. Od. 19, 230; med. *laqueo me suspendo, suspendio vitam finio;* Mt. 27, 5. (2 Sam. 17, 23. Tob. 3, 10; ap. Atticos inde ab Aeschylo.)*

**ἀπ-άγω**, aor. 2. *ἀπήγαγον*, aor. 1. pass. *ἀπήχθην*, *abduco;* Lc. 13, 15 (scil. *ἀπὸ τῆς φάτνης*); Act. 23, 10 (ap. *Lchm.*); vs. 17 (scil. *hinc*); 24, 7 (*weg, ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν*); 1 Co. 12, 2 (a recta via deduci *πρὸς τὰ εἴδωλα*). — Dic. potissimum de iis, qui ad judicium, in carcerem, ad supplicium abducuntur; Mt. 26, 57. 27, 2. 31. Mc. 14, 44. 53. 15, 16. Lc. 21, 12 (*Tdf. Trg.*); 23, 26. Jo. 18, 13 (*Lchm. Tdf. Trg. ἤγαγον*); 19, 16 (e l. vulg.); Act. 12, 19. (ita etiam ap. Graecos.) — Dic. de via ad aliquem terminum ducente, Mt. 7, 13 s. 14 (*εἰς τὴν ἀπώλειαν, εἰς τὴν ζωήν*).*

**ἀπαίδευτος**, *ον* (*παιδεύω*), *qui nulla institutione et disciplina usus est, rudis; ζητήσεις*, stolidae quaestiones, 2 Tim. 2, 23. (Ap. Graecos inde a Xen. — LXX. Joseph.)*

**ἀπ-αίρω**, aor. 1. pass. *ἀπήρθην*, *tollo, aufero;* Pass., *ἀπό τινος, subtrahor alicui;* Mt. 9, 15. Mc. 2, 20. Lc. 5, 35. (Ap. Graecos inde ab Hdt.)*

**ἀπ-αιτέω**, ῶ, *repeto, reposco, exigo debitum* (Sir. 20, 15: *σήμερον δανιεῖ καὶ αὔριον ἀπαιτήσει*), Lc. 6, 30; *τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν, anima tua*, quippe ad aliquod tempus tibi a deo concredita, *repetitur*, Lc. 12, 20. (Sap. 15, 8: *τὸ τῆς ψυχῆς ἀπαιτηθεὶς χρέος*.) (Ap. Graecos inde ab Hdt.)*

**ἀπ-αλγέω**, ῶ, *dolere desino, dolorem depono; a) molesta aequiore animo fero (verschmerzen)*, Thuc. 2, 61 al. — *b) occalesco, ad dolorem obduresco, ignavus fio;* ita *ἀπηλγηκότες* Eph. 4, 19 dicuntur, qui veri honestique et pudoris sensum exuerunt (Pol. 1, 35, 5: *ἀπηλγηκυίας ψυχάς*, ignavas et ad militiam inutiles.)*

**ἀπαλλάσσω**, *ττω*, aor. 1. *ἀπήλλαξα*, inf. pf. pass. *ἀπηλλάχθαι* (*ἀλλάσσω*, muto; *ἀπό*, scil. *τινός*), verbum Graecis fraequentatum, *removeo, dimitto;* pass. *removeor; ἀπ' αὐτῶν τὰς νόσους*, Act. 19, 12 (Plat. Eryx. 401. c.: *εἰ αἱ νόσοι ἀπαλλαγείησαν ἐκ τῶν σωμάτων*); translate et sensu quidem forensi, *ἀπό* c. gen. pers. dimitti liberum s. discedere ab aliquo placato nec litem sectante, *von einem loskommen*, Lc. 12, 58 (ita c. nudo genit. pers. Xen. mem. 2, 9, 6). Hinc univ. *libero, τινά*, Heb. 2, 15. (ap. profanos saepe add. genit. rei, a qua aliquis liberatur; cf. *Bleek* Hebr. Br. II, 1, p. 339 s.)*

**ἀπ-αλλοτριόω**, ῶ, part. pf. pass. *ἀπηλλοτριωμένος, abalieno;* pass. *ἀλλότριος reddor, secludor ab alicujus consortio et usu; τινός*, Eph. 2, 12. 4, 18; sc. *τοῦ θεοῦ*, Col. 1, 21. (= נָזַר dic. de iis, qui a deo defecerunt, Ps. 58, 4. Jes. 1, 4. Ez. 14, 5. 7; *τῶν πατρίων δογμάτων* 3 Macc. 1, 3; *ἀπαλλοτριοῦν τινα τοῦ καλῶς ἔχοντος*, Clem. Ro. 1 Co. 14.) (Ap. Graecos inde a Plat.)*

**ἁπαλός**, ή, όν, *mollis;* ramus, quando per eum succus effusus erit, Mt. 24, 32. Mc. 13, 23.*

**ἀπ-αντάω**, ῶ f. *ήσω* (Mc. 14, 13; sed Graeci melioris aevi *ἀπαντήσομαι*, cf. *Win*. p. 79), *obviam eo*, praeterit. *obviam fio; τινί*, Mt. 28, 9. Mc. 5, 2 (*Lchm. ὑπήντησε*); 14, 13. Lc. 17, 12. Jo. 4, 51 (*Lchm. Tdf. Trg. ὑπήντ.*); Act. 16, 16. — Sensu militari de occursu hostili Lc. 14, 31 (*Lchm. Tdf. Trg. ὑπαντ.*), ut 1 Sam. 22, 17. 2 Sam. 1, 15. 1 Macc. 11, 15. 68 et saepe ap. Graecos.*

**ἀπάντησις**, εως, ἡ (*ἀπαντάω*), *occursus; εἰς ἀπάντησίν τινος* vel *τινί*), *obviam alicui*, Mt. 25, 1 (*Lchm. Tdf. Trg. ὑπάντ.*); vs. 6. Act. 28, 15. 1 Th. 4, 17. (Pol. 5, 26. 8 Diod. 18, 59; persaepe ap. LXX = לִקְרַאת.)*

**ἅπαξ**, adv., *semel; una vice; a)* univ. 2 Co. 11, 25. Heb. 9, 26 s. 1 Pet. 3, 20 (e l. vulg.); *ἔτι ἅπαξ*, Heb. 12, 26 s.; *ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ*, Heb. 9, 7. — *b)* ut lat. *semel* dic. de iis quae ita fiunt, ut perpetuo valeant neque iteranda sint, ubi nos *einmal für immer;* Heb. 6, 4. 10, 2. 1 Pet. 3, 18. Jud. vs. 3. 5. — *c) καὶ ἅπαξ καὶ δίς*, indicat certum numerum, *bis;* 1 Th. 2, 18. Phil. 4, 16; contra *ἅπαξ καὶ δίς* est *aliquoties, iterata vice;* Neh. 13, 20. 1 Macc. 3, 30. Cf. *Schott* ad 1 Th. 2, 18. p. 86.*

**ἀπαράβατος**, ον (*παραβαίνω*), e locut. *παραβαίνειν νόμον*, transgredi i. e. violare, unde et *non violatus*, et *qui violari non potest, inviolabilis; ἱερωσύνη, immutabilis* ideoque transgressioni ad successorem non obnoxia, Heb. 7, 24; cf. *Bleek* et *Delitzsch* ad h. l. (Vox recentior, v. *Lob*. ad. Phryn. p. 313; ap. Joseph., Plut. al.)*

**ἀπαρασκεύαστος**, ον (*παρασκευάζω*), *imparatus;* 2 Co. 9, 4. (Xen. Cyr. 2, 4, 15. an. 1, 1, 6. 2, 3, 21. Jos. antt. 4, 8, 41. Hdian. 3, 9, 19. Adv. *ἀπαρασκευάστως* Clem. Hom. 32, 15.)*

**ἀπ-αρνέομαι**, οῦμαι, verb. deponens, f. *ήσομαι*, aor. 1. *ἀπηρνησάμην*, fut. 1. pass. significatu passivo (Lc. 12, 9, ut Soph. Phil. 527), *abnego; τινά*, nego me nosse aliquem et cum eo quidquam commercii habere; de Petro Christum abnegante, Mt. 26, 34 s. 75. Mc. 14, 30 s. 72. Jo. 13, 38 (*Lchm. Tdf. Trg. ἀρνήσῃ*); plenius *ἀπ. μὴ εἰδέναι Ἰησοῦν*, Lc. 22, 34 (*Lchm.* omitt. *μή*, de quo cf. *Kühner* II, p. 761). — *ἑαυτόν*, sui ipsius oblivisci, semet ipsum et commoda sua non spectare, Mt. 16, 24. Mc. 3, 34. Lc. 9, 23 (e l. vulg.)*

**ἀπάρτι**, s. potius *ἀπ' ἄρτι* (cf. *Win*. §. 5, 2. coll. p. 393. Anm. 1. — v. in *ἄρτι*) adv., *ab hoc ipso tempore (von sogleich, von jetzt an)*, Mt. 23, 39. 26, 29. 64. (Lc. 22, 69: *ἀπὸ τοῦ νῦν*); Jo. 1, 52. (e l. vulg. *Grsb.*) 13, 19. 14, 7. Ap. 14, 13 (ubi junge *ἀπ' ἄρτι* c. *μακάριοι*). In graeco V. T. cod. *ἀπ' ἄρτι* non legitur (nam LXX hebr. מֵעַתָּה reddunt *ἀπὸ τοῦ νῦν*), neque vix apud antiquiores et elegantiores Graecos. Quod enim hi Graeci habent, junctim et *ὀξυτόνως* est scribendum: *ἀπαρτί*, et aliud quid significat; cf. *Knapp* Scripta var. arg. 1, p. 296. *Lob*. ad Phryn. p. 20 s.*

**ἀπαρτισμός**, οῦ, ὁ (*ἀπαρτίζω*, perficio, *fertig machen*), *perfectio, exsecutio;* Lc. 14, 28. Exstat praeterea tantum ap. Dion. de comp. verb. c. 24.*

**ἀπαρχή**, ῆς, ἡ (ab *ἀπάρχομαι*, *a)* primitias offero; *b)* primitias demo; cf. *ἀπό* in *ἀποδεκατόω*), ap. LXX plerumque = רֵאשִׁית, *primitiae* frugum, tum a terra progenitarum, tum manibus ad usum paratarum, quae deo offerebantur; cf. *Win*. RWB. s. v. *Erstlinge; ἡ ἀπαρχή* sc. *τοῦ φυράματος*, primitiae farinae ad panificium subactae, e quibus panes sacri parandi essent (Num. 15, 19—21), Ro. 11, 16. Hinc translate dic. *a)* de personis deo consecratis *tempore* agmen reliquarum praecedentibus; *ἀπ. τῆς Ἀχαΐας*, qui in Ach. primus Christo nomen dedit, 1 Co. 16, 15; add. *εἰς Χριστόν* Ro. 16, 5; ratione habita ethicae creationis christiana religione effectae omnes illius aetatis Christiani dicuntur *ἀπαρχή τις* (*quodammodo* primitiae) *τῶν τοῦ θεοῦ κτισμάτων* Jac. 1, 18 (cf. *Huther* ad l. coll. 2 Th. 2, 13 e l. *Lchm.*); *ἀπ. τῶν κεκοιμημένων*, eorum qui obdormiverunt primus in vitam revocatus dic. Christus 1 Co. 15, 20. 23 (quo l. locutione etiam id significari videtur, ejus exemplo oppignerari futuram Christianorum resurrectionem, quia primitiae reliquarum ejusdem generis frugum maturitatem ita praecedunt, ut hanc quasi spondeant et promittant). — *b)* de personis reliquas ejusdem generis *praestantia* superantibus; ita Ap. 14, 4 de certo quodam Christianorum genere, deo Christoque prae ceteris sacro et caro (Schol. ad Eur Or. 96: *ἀπαρχὴ ἐλέγετο οὐ μόνον τὸ πρῶτον τῇ τάξει, ἀλλὰ καὶ τὸ πρῶτον τῇ τιμῇ*). — *c) οἱ ἔχοντες τὴν ἀπ. τοῦ πνεύματος*, qui primitias (futurorum beneficiorum) in spiritu habemus (*τοῦ πν.* est genit. appositionis), Ro. 8, 23; cf. quae *Win*. p. 495 de h. l. contra eos docet, qui in *τοῦ πν.* cernunt genitivum partitivum, ut *οἱ ἔχ. τ. ἀπ. τοῦ πν.* distinguantur ab ingenti multitudine eorum, qui spiritum posthac accepturi sint. (Ap. Graecos inde ab Hdt.)*

**ἅπας**, ασα, αν (ex. *ἅμα* et *πᾶς*, fortius quam simplex *πᾶς*), *totus, cunctus, omnis;* nomini substantivo articulum habenti vel praeponitur, ut Lc. 3, 21. 8, 37. 19, 15; vel postponitur, ut Mc. 16, 15 (*εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα*, in mundi omnes partes); Lc. 4. 6 (hanc ditionem omnem, i. e. hujus ditionis, quam vides, omnes partes); 19, 48. — absolute dic. genere masc., ut Mt. 24, 39. Lc. 3, 16. 5, 26. 9, 15. Mc. 11, 32. Jac. 3, 2; genere neutr., ut Mt 28, 11. Lc. 5, 28. Act. 2, 44. 4, 32. 10, 8. 11, 10. Eph. 6, 13; semel ap. Jo. 4, 25 *Tdf. Trg.*

**ἀπ-ασπάζομαι**, aor. 1. *ἀπησπασάμην, in disce-*

*dendo saluto, valedico*; τινά, Act. 21, 6 *Lchm. Tdf. Trg.* (Himer. p. 194.)*

**ἀπατάω**, ῶ, aor. 1. pass. ἠπατήθην (ἀπάτη), inde ab Hom., *fallo, decipio, seduco*; τὴν καρδίαν αὐτοῦ Jac. 1, 26; τινά τινι, aliquem aliqua re, Eph. 5, 6. Pass. 1 Tim. 2, 14 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* ἐξαπατηθεῖσα), coll. Gen. 3, 13.*

**ἀπάτη**, ης, ἡ, *fraus, fallacia*; Col. 2, 8; τοῦ πλούτου Mt. 13, 22. Mc. 4, 19; τῆς ἀδικίας 2 Th. 2, 10; τῆς ἁμαρτίας Heb. 3, 13; αἱ ἐπιθυμίαι τῆς ἀπάτης, cupiditates, quae excitantur a fallacia, h. e. fallaci vi ad peccandum seducente, Eph. 4, 22 (alii explicant: cupiditates fallaces, sed cf. *Meyer* ad l.). — Plur. ἀπάται 2 Pet. 2, 13 (ubi *Lchm.* et *Trg.* ἐν ἀγάπαις) per paragramma dic. de agapis (v. in ἀγάπη, n. 2), quippe quae a flagitiosis hominibus in comissationes converterentur ad peccandum seducentes.*

**ἀπάτωρ**, ορος, ὁ, ἡ (πατήρ), fere eadem notionis varietate ac ἀμήτωρ, q. v.; *cujus pater in genealogiis non recensetur*; Heb. 7, 3.*

**ἀπαύγασμα**, τος, τό (ab ἀπαυγάζω, splendorem edo, et hoc ab αὐγή, splendor; cf. ἀποσκίασμα, ἀπείκασμα, ἀπεικόνισμα, ἀπήχημα), *splendor repercussus*; ἀπαύγ. τῆς δόξης τοῦ θεοῦ dic. Christus, quippe in quo perfecte reluceat majestas dei, Heb. 1, 13, ut metaphysice de Christo praedicetur, quod ipse de se ethico sensu profitetur ap. Jo. 12, 45. 14, 9: ὁ θεωρῶν ἐμὲ θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. (Sap. 7, 26. Philo m. opif. §. 51. plant. Noe §. 12. de concup. §. 11. et saepe ap. eccles. script. Cf. *Grimm* Exgt. Hdb. z. B. d. Weish. p. 161 s.)*

**ἀπεῖδον** (ἀπό et εἶδον, aor. 2. obsoleti εἴδω), supplet aoristum 2. verbi ἀφοράω, resp. nostro *absehen*; 1) *ab aliquo oculos avertens aliud intueor*. 2) *alicunde* vel *e longinquo*, vel *a quodam, in quo versor, rerum statu specto; perspicio*; ὡς ἂν ἀπίδω (*Lchm. Tdf. Trg.* ἀφίδω) τὰ περὶ ἐμοῦ, simulac perspexero, quemnam exitum res meae habiturae sint, Phil. 2, 23. (LXX Jon. 4, 5.)*

**ἀπείθεια**, ας, ἡ (ἀπειθής), *inobedientia* (Hieron.), *contumacia*, et quidem in N. T. *ea, quae divinae voluntati opponitur*; Ro. 11, 30. 32. Heb. 4, 6. 11; υἱοὶ τ. ἀπειθείας, qui reguntur tali contumacia (v. in υἱός), dic. de gentilibus, Eph. 2, 2. 5, 6. Col. 3, 6. (Xen. mem. 3, 5, 5. Plut. al.)*

**ἀπειθέω**, ῶ, impf. ἠπείθουν, aor. 1. ἠπείθησα, *sum ἀπειθής* (q. v.); *persuaderi mihi non patior; non obtempero*; *a*) *fidem denego* (Christo, evangelio; opp. πιστεύω), τῷ υἱῷ, Jo. 3, 36; τῷ λόγῳ, 1 Pet. 2, 8. 3, 1; absol. de iis, qui evangelio fidem denegant, Act. 14, 2. 17, 5. 19, 9. Ro. 15, 31. 1 Pet. 2, 7 (quo loco *Tdf. Trg.* ἀπιστοῦσιν). — *b*) *fidem* et *obedientiam denego*; c. dat. rei vel personae Ro. 2, 8 (τῇ ἀληθείᾳ.); 11, 30 s. (τῷ θεῷ); 1 Pet. 4, 17; absol., Ro. 10, 21 (Jes. 65, 2.); Heb. 3, 18. 11, 31. 1 Pet. 3, 20. (ap. LXX plerumque = מָרָה, סָרַר; ap. Graecos saepe inde ab Aesch. Ag. 1047; ap. Hom. al. ἀπιθεῖν.)*

**ἀπειθής**, ές, genit. οῦς (πείθομαι), *qui sibi persuaderi non patitur, non obtemperans, contumax*; absol. Lc. 1, 17. Tit. 1, 16. 3, 3; τινί, 2 Tim. 3, 2. Ro. 1, 30. Act. 26, 19. (Deut. 21, 18. Num. 20, 10. Jes. 30, 9. Zach. 7, 12; ap. Graec. inde a Thuc.)*

**ἀπειλέω**, ῶ, impf. ἠπείλουν, aor. 1. ἠπειλησάμην, *minor, comminor*; 1 Pet. 2, 23; med. ex usu fatiscentis graecitatis (Polyaen. 7, 35) active, Act. 4, 17 (ἀπειλῇ [e l. vulg. *Grsb.*] ἀπειλεῖσθαι c. dat. pers. sq. μή c. inf. *severissimis minis alicui interdicere, ne ..*; *Win.* §. 54, 3). (Inde ab Hom.)*

**ἀπειλή**, ῆς, ἡ, *comminatio*; Act. 4, 17 (t. vulg. *Grsb.*) 29. 9, 1. Eph. 6, 9. (Hom. et sqq.)*

**ἄπ-ειμι** (εἰμί, sum), *absum*; 1 Co. 5, 3. 2 Co. 10, 1. 11. 13, 2. 10. Col. 2, 5. Phil. 1, 27.*

**ἄπ-ειμι** (εἶμι, eo), 3 ps. plur. impf. ἀπῄεσαν, *abeo*; Act. 17, 10.*

**ἀπ-εῖπον** (εἶπον, aor. 2. ab obsoleto ἔπω), 1) *proloquutus sum, exposui, recitavi* (Hom. Il. 7, 416: ἀγγελίην ἀπέειπεν. 9, 309: τὸν μῦθον ἀποειπεῖν). — 2) *interdico*; 1 Reg. 11, 2 et ap. Atticos. — 3) *me abdicavi aliqua re, renuntiavi alicui rei*; c. acc. rei; Job. 10, 3 = מָאַס; et saepe ap. Graecos inde ab Hom. Eodem sensu aor. 1. med. ἀπειπάμην, 2 Co. 4, 2 (v. in αἰσχύνη); ita quoque ap. Hdt. 1, 59. 5, 56. 7, 14 et ap. scriptores posterioris aevi inde a Polyb.)*

**ἀπείραστος**, ον (πειράζω), et *qui non tentatus est*, et *qui tentari nequit*; ἀπείραστος κακῶν, qui a malis tentari nequit; tentationi ad peccandum non obnoxius, Jac. 1, 13; cf. quae uberius docet de h. l. *Win.* §. 30, 4. (Jos. b. jud. 5, 9, 3. 7, 8, 1 et script. eccles.; Graeci dicunt ἀπείρατος, a πειράω.)*

**ἄπειρος**, ον (πεῖρα experientia), *imperitus, inexpertus*; c. gen. rei (ut ap. Graecos) Heb. 5, 13.*

**ἀπ-εκ-δέχομαι**, aor 1. ἀπεδεξάμην, *assidue et patienter exspecto* (quasi *ab erwarten*); absol. 1 Pet. 3, 20 (*Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*); τί, Ro. 8, 19. 23. 25. 1 Co. 1, 7. Gal. 5, 5 (de quo loco v. in ἐλπίς); c. acc. personae, Christum e coelis rediturum, Phil. 3, 20. Heb. 9, 28. Cf. *C. F. A. Fritzsche* in *Fritzschiorum* Opuscc. p. 155 s. *Win.* v. comp. 4, p. 14. (Verbum novo test. fere proprium; Heliod. Aeth. 2, 35. 6, 23.)*

**ἀπ-εκ-δύομαι**, aor. 1. ἀπεκδυσάμην, 1) *prorsus exuo me* (ἀπό notat separationem ab eo, quod exuitur); τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, Col. 3, 9. — 2) *prorsus mihi* (in meum commodum) *exspolio, devinco*; τινά, Col. 2, 15. Cf. *Win.* l. c. p. 14. (Jos. antt. 6, 14, 2: ἀπεκδὺς τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα.)*

**ἀπέκδυσις**, εως, ἡ (ἀπεκδύομαι, q. v.) *actus exuendi, depositio*; Col. 2, 11. (Graecis inusitatum.)

**ἀπ-ελαύνω**, aor. 1. ἀπήλασα, *abigo, depello*; Act. 18, 16. (Persaepe ap. Graec.)*

**ἀπ-ελεγμός**, οῦ, ὁ (ἀπελέγχω, convinco, refuto; ἐλεγμός convictio, refutatio ap. LXX pro ἔλεγξις), *reprehensio, repudiatio rei, quae vanitatis convincitur*; ἐλθεῖν εἰς ἀπελεγμόν, vanitatis coargui, pro re vana haberi et in contemtum venire, Act. 19, 27. (Profanis inusitatum.)*

**ἀπ-ελεύθερος**, ον, ὁ, ἡ, *manumissus, libertus* (ἀπό, german. *los*); τοῦ κυρίου, a domino libertate (ethica) donatus, 1 Co. 7, 22. (Ap. Graecos inde a Xen. et Plat.)*

**Ἀπέλλης**, οῦ, ὁ, *Apelles*, nom. pr. cujusdam christiani hominis, Ro. 16, 10.*

**ἀπελπίζω** (*Lchm. Tdf.* ἀφελπίζω, q. v.), *despero*; μηδὲν ἀπελπίζοντες, nihil desperantes, sc. de recuperatione a remuneraturo deo speranda, Lc. 6, 35. (Jes. 29, 19. 2 Macc. 9, 18. Sir. 22, 21; saepe ap. Pol. et Diod.)*

**ἀπ-έναντι**, adv., c. genit. 1) *ex adverso, e regione*; τοῦ τάφου, Mt. 27, 61. — 2) *in conspectu, coram*, Mt. 21, 2 (l. vulg. *Grsb.*); 27, 24 (quo l. *Lchm.* et *Trg.* κατέναντι); Act. 3, 16. Ro. 3, 18. Ps. 36, 2. — 3) *adversus*; τῶν δογμάτων Καίσαρος, Act. 17, 7. (Persaepe ap. LXX, in apocrr.; Pol. 1, 86, 3.)*

**ἀπέραντος**, ον (περαίνω, transeo; cf. ἀμάραντος), *qui transiri non potest, infinitus*; γενεαλογίαι, quae in infinitum producuntur, 1 Tim. 1, 4. (Job. 36, 26. 3 Macc. 2, 9; ap. Graec. inde a Pind.)*

**ἀπερισπάστως** (περισπάω, q. v.), adv. *sine cura et distractione*; 1 Co. 7, 35. (Adjectiv. Sap. 16, 11. Sir. 41, 1; saepe ap. Pol. et Plut.)*

ἀπερίτμητος, ον (περιτέμνω), *non circumcisus, cui praeputium non est amputatum;* metaph. ἀπερίτμ. τῇ καρδίᾳ (Jer. 9, 26. Ez. 44, 7) καὶ τ. ὠσί (Jer. 6, 10), quorum animo et auribus cutis est obducta = quorum animus ac sensus non patet divinis monitis, pertinaces, Act. 7, 51. (Saepe ap. LXX = עָרֵל; 1 Macc. 1, 48. 2, 46. — Plut. am. prol. 3.)*

ἀπ-έρχομαι, f. -ελεύσομαι (Mt. 25, 46. Ro. 15,28. *Win.* p. 82), aor. 2. ἀπῆλθον (ἀπῆλθα Ap. 10, 9; ἀπῆλθαν Mt. 22, 22. Ap. 21, 1. 4 al ap. *Lchm.* et *Tdf.;* cf. *Win.* §. 13, 1. *Mullach,* p. 17, s. *Bttm.* ntl. Gr. p. 34), pf. ἀπελήλυθα (Jac. 1, 34), plsqpf. ἀπεληλύθειν (Jo. 4, 8), *abeo* (ex loco aliquo), *discedo;* 1) propr. *a*) absol., Mt. 13, 25. 19, 22. Mc. 5, 20. Lc. 8, 39. 17, 23. Jo. 16, 7 al. — Partic. ἀπελθών c. indicat. vel conjunctivo temporis praeteriti aliorum verborum (*hingehen und* etc.), Mt. 13, 28. 46. 18, 30. 25, 18. 25. 26, 36. 27, 5. 6. Mc. 6, 28. 37. Lc. 5, 14. *b*) cum notatione *loci, in quem,* vel *personae, ad quam* vel *a qua* abitur; εἰς c. acc. loci, Mt. 5, 30 *Lchm. Tdf. Trg.;* 14, 15. 16, 21. 22, 5. Mc. 6, 36. 9, 43. Jo. 4, 8. Ro. 15, 28 al; εἰς ὁδὸν ἐθνῶν, Mt. 10, 5.; εἰς τὸ πέραν, Mt. 8, 32. Mc. 8, 13; ἐπί c. acc. loci, Lc. 24, 24; ἐπί c. acc. negotii, cui operam daturus aliquis abit; ἐπί (ita enim legendum est pro vulg. εἰς) τὴν ἐμπορίαν αὐτοῦ Mt. 22, 5; ἐκεῖ Mt. 2, 22; ἔξω c. gen., Act. 4, 15; πρός τινα, Mt. 14, 25. Ap. 10, 9; ἀπό τινος, Lc. 1, 38. 8, 37. Ex hebraismo (הָלַךְ אַחֲרֵי) ἀπέρχ. ὀπίσω τινός, *abeo, ut aliquem sequar,* trop. *alicujus partes sequor, eum ducem sequor.* Mc. 1, 20. Jo. 12, 18; idem denotat ἀπέρχ. πρός τινα Jo. 6, 68. Xen. anab. 1, 9, 16; — dic. etiam de iis, qui aliquem petunt, cujus impura cupiditate flagrant, Jud. vs. 7. — Male autem lexicographi (praeeunte Suida: ἀπέλθῃ· ἀντὶ τοῦ ἐπανέλθῃ), verbo ἀπέρχ. supponunt etiam notionem *revertendi, redeundi,* scilicet eo decepti, quod *abitus* saepe est etiam *reditus.* Sed ubi res ita se habet, patet id aut e contextu orationis, ut Lc. 7, 24., aut ex iis, quae adduntur: εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, Mt. 9, 7. Mc. 7, 30 (οἴκαδε, Xen. Cyr. 1, 3, 6); πρὸς ἑαυτόν, domum, Lc. 24, 12. Jo. 20, 10; εἰς τὰ ὀπίσω, Jo. 6, 66 (domum revertor); 18, 6 (retro cedo). — 2) tropice dic. de malis et miseriis discedentibus, Mc. 1, 42. Lc. 5, 13 (ἡ λέπρα ἀπῆθεν ἀπ' αὐτοῦ); Ap. 9, 12. 11, 14; de bonis, quae alicui eripiuntur, Ap. 18, 14; de evanescente quodam rerum statu, Ap. 21, 1 (l. vulg. παρῆλθε), vs. 4; de rumore exeunte s. divulgato εἰς, Mt. 4, 24.

ἀπ-έχω, 1) transit. *a*) *retineo, arceo* (Hom. Il. 1. 97. 6, 96. Plat. Cratyl. c. 23). — *b*) *habeo totum, accepi* (quod expetendi vel postulandi jus mihi erat), german. *weghaben* (cf. ἀποδιδόναι, ἀπολαμβάνειν), τινά Philem. vs. 15; μισθόν Mt. 6, 2. 5. 16; παράκλησιν Lc. 6, 24; πάντα Phil. 4, 18 (ita saepe ap. Graecos). Hinc *c*) ἀπέχει, impersonal. (quasi: *satis se habet*) *sufficit;* Mc. 14, 41, ubi explica: „satis jam dormivistis", ita ut Christus datam jam discipulis amplius dormiendi facultatem tollat; cf. *Meyer* ad l. (eodem usu ap. Anacr. 28, 33. Cyrill. in Hagg. 2, 9). — 2) intrans. *absum, disto;* absol. Lc. 15, 20; ἀπό, Mt. 14, 24 *Trg.;* 15, 8. Lc. 7, 6. 24, 13. Mc. 7, 8. (Jes. 29, 13.) — 3) Med. *me abstineo;* ἀπό τινος, ab aliqua re; Act. 15, 20. 1 Th. 4, 3. 5, 22. 1 Tim. 4, 3. (Job. 1, 1. 2, 3. Ez. 8, 6.); τινός Act. 15, 29. 1 Pet. 2, 11. (Ita ap. Graecos inde ab Hom.)*

ἀπιστέω, ῶ, aor. 1. ἠπίστησα (ἄπιστος), 1) *fidem datam fallo, perfidus sum;* 2 Tim. 2, 13 (opp. πιστὸς μένει); Ro. 3, 3. — 2) *fidem non habeo;* nuntio de Jesu resurrectione, Mc. 16, 11. Lc. 24, 41; c. dat. pers. ibid. vs. 11. — nuntio de Jesu Messia; Mc. 16, 16 (opp. πιστεύω); Act. 28, 24. (Ap. Graecos inde ab Hom.)*

ἀπιστία, ας, ἡ (ἄπιστος), *defectus fidei et fiduciae;* 1) *infidelitas, perfidia* (fidem datam fallentium), Ro. 3, 3. — 2) *diffidentia,* qua fides denegatur potentiae divinae, Mc. 16, 14; vel potentiae et promissis dei, Ro. 4, 20. Heb. 2, 19; divinae Jesu legationi, Mt. 13, 58. Mc. 6, 6; quae evangelio opponitur, 1 Tim. 1, 13; adjuncta notione contumaciae, Ro. 11, 20. 23. Heb. 3, 12. — ex adj. *fiduciae infirmitas,* Mt. 17, 20 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* ὀλιγοπιστίαν); Mc. 9, 24. (Ap. Graecos inde ab Hes. et Hdt.)*

ἄπιστος, ον (πιστός), *fidei vel fiduciae expers;* 1) *perfidus* (cui fides haberi non potest, qui fidem fefellit); Lc. 12, 46. Ap. 21, 8. — 2) *incredibilis;* de rebus, Act. 26, 8. (Xen. Hiero 1, 9. Symp. 4, 49. Cyr. 3, 1. 15. Plat. Phaedr. 245. c. Jos. ant. 6, 10, 2 al.) — 3) *incredulus;* dic. de Thoma, fidem nuntio de Jesu resurrectione non habente, Jo. 20, 27; de iis, qui evangelio fidem denegant, 1 Co. 6, 6. 7, 12—15. 10, 27. 14, 22 ss.; adjuncta notione impietatis et improbitatis, 2 Co. 4, 4. 6. 14 s. — de iis, qui inter ipsos Christianos veram doctrinam spernunt, Tit. 1, 15. — *fiduciae* (in deum) *expers,* Mt. 17, 17. Mc. 9, 19. Lc. 9, 41.

ἁπλοῦς, ῆ, οῦν (ex όος, όη, όον), *simplex* (in quo nihil est complicati, perplexi; plicis carens); *integer;* de oculo, *probus,* qui officio suo fungitur, *sanus,* Mt. 6, 22. Lc. 11, 34.*

ἁπλότης, τητος, ἡ, *simplicitas; sinceritas, candor animi;* virtus ejus, qui abest a simulatione ac dissimulatione (hoc significatu ap. Graec. inde a Xen. Cyr. 1, 4, 3. Hell. 6, 1, 6); ἐν ἁπλότητι (*Lchm. Tdf. Trg.* ἁγιότητι) καὶ εἰλικρινείᾳ θεοῦ, a deo per spiritum s. instillata, 2 Co. 1, 12; ἐν ἁπλ. τῆς καρδίας (יֹשֶׁר לֵבָב 1 Chr. 29, 17), Col. 3, 22. Eph. 6, 5 (Sap. 1, 1); εἰς Χριστόν, sinceritas mentis erga Christum, h. e. simplex fidei Christo habendae forma, falsae christianarum rerum sapientiae opposita, 2 Co. 11, 3; ἐν ἁπλότητι, candide, h. e. sine ambitione, Ro. 12, 8. — *benevolentia* (*Gutherzigkeit*) *benefaciendo se prodens, liberalitas,* 2 Co. 8, 2. 9, 11. 13 (τῆς κοινωνίας, consortio manifestata). Cf. *Kling* Art. *Einfalt* in *Herzog* Enc. III, p. 723 ss.*

ἁπλῶς, adv., *simpliciter, candide, sincere;* Jac. 1, 5 (solo benefaciendi studio ductus).*

ἀπό, praepos. cum genitivo, lat. *a, ab, abs,* german. *von, ab, weg,* tum *separationem* tum *ortum* significans. De usu ejus in N. T. obvio, in quo partim efficacia hebr. מִן cernitur, cf. *Win.* p. 342 et 346 ss. *Bttm,* ntl. Gr. p. 276 ss. — Nos, ne easdem res bis afferamus, non omnia exempla enotamus, sed lectores ad expositiones multorum illorum verborum rejicimus, quae praepositio sequitur. — Dicitur igitur ἀπό

I) de *separatione,* et quidem 1) de *separatione locali,* post verba motum a loco aliquo denotantia, *discedendi, fugiendi, removendi, expellendi, jaciendi* al.; v. in αἴρω, ἀπέρχομαι, ἀποτινάσσω, ἀποχωρέω, ἀφίστημι, φεύγω al. — ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν, Lc. 22, 41; βάλε ἀπὸ σοῦ, Mt. 5, 29 s.; ἐκβάλω τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ, Mt. 7, 4; ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει δαιμόνια, Mc. 16, 9; καθεῖλε ἀπὸ θρόνων Lc. 1. 52. — 2) de *separatione partis a toto;* ubi de toto pars sumitur; ἀπὸ τοῦ ἱματίου Mt. 9, 16; ἀπὸ μελισσίου κηρίου Lc. 24, 42; ἀπὸ τῶν ὀψαρίων, Jo. 21, 10; τὰ ἀπὸ τοῦ πλοίου, fragmenta navis, Act. 27, 44; ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς, Act. 5, 2; ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματος, Act.

2, 17; ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν, Lc. 6, 13; τίνα ἀπὸ τῶν δύο, Mt. 27, 21; ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ, sc. τινές, Mt. 27, 9 (ἐξῆλθον ἀπὸ τῶν ἱερέων, sc. τινές, 1 Macc. 7, 33); post verba *edendi et bibendi* (a Graecis cum nudo genitivo rei jungi solita), Mt. 15, 27. Mc. 7, 28; πίνειν ἀπό, Lc. 22, 18 (in reliquis N. T. locis ἐκ). — 3) de quacunque alterius ab altero separatione, qua utriusque communio tollitur; *a*) post verba *avertendi, solvendi, liberandi, redimendi, servandi;* v. in ἀγοράζω, ἀπαλάσσω, ἀποστρέφω, ἐλευθερόω, θεραπεύω, καθαρίζω, λύω, λυτρόω, λούω, ῥύομαι, σώζω, φυλάσσω al. — *b*) post verba *desistendi, se abstinendi, cavendi* al.; v. in ἀπέχω, παύω, καταπαύω, βλέπω, προσέχω, φυλάσσομαι al. — *c*) post verba *occultandi* et *impediendi;* v. in κρύπτω, κωλύω, παρακαλύπτω. — *d*) Concisae structurae: ἀνάθεμα ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, Ro. 9, 3 (v. in ἀνάθεμα); λούειν ἀπὸ τῶν πληγῶν, lavando abstergere sanguinem a plagis, Act. 8, 22; μετανοεῖν ἀπὸ τῆς κακίας, resipiscendo se avertere a pravitate, Act. 16, 33; ἀποθνήσκειν ἀπό τινος, moriendo liberari ab aliquo, Col. 2, 20; φθείρεσθαι ἀπὸ τῆς ἁπλότητος, corrumpi eoque modo abduci a simplicitate, 2 Co. 11, 3; εἰςακουσθεὶς ἀπὸ τ. εὐλαβείας, exauditus ideoque liberatus a timore, Heb. 5, 7 (ubi alii explicant: exauditus propter pietatem). — 4) de *statu separationis* s. *de distantia;* et quidem *a*) de distantia *loci* et *termino loci a quo;* Mt. 23, 34. 24, 31 al.; post μακράν, Mt. 8, 30. Mc. 12, 34. Jo. 21, 8; post ἀπέχειν, v. in ἀπέχω; — ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω Mc. 15, 38; ἀπὸ μακρόθεν Mt. 27, 55 al. E recentiorum Graecorum usu ponitur ante nomina distantiam localem indicantia; Jo. 11, 18 (ἦν ἐγγὺς ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε, distans quindecim fere stadiis); 21, 8. Ap. 14, 20 (Diod. 1, 51: ἐπάνω τῆς πόλεως ἀπὸ δέκα σχοίνων λίμνην ὤρυξε. Jos. b. jud. 1, 3, 5: τοῦτο ἀφ' ἑξακοσίων σταδίων ἐντεῦθεν ἐστίν. Plut. Aem. Paul. c. 18: ὥστε τοὺς πρώτους νεκροὺς ἀπὸ δυοῖν σταδίων πεσεῖν. vit. Oth. c. 2: κατεστρατοπέδευσεν ἀπὸ πεντήκοντα σταδίων. v. Philop. 4: ἦν γὰρ ἀγρὸς αὐτῷ ἀπὸ σταδίων εἴκοσι τῆς πόλεως); cf. *Win.* p. 518. — *b*) de *distantia temporis*, et de *termino temporis, a quo; — inde a;* ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης, Mt. 9, 22. 17, 18; Jo. 19, 27; τῆς ἡμέρας ἐκ., Mt. 22, 46. Jo. 11, 53. Act. 20, 18. Phil. 1, 5; ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων, Act 15, 7; ἀπ' ἐτῶν, Lc. 8, 43. Ro. 15. 23; ἀπ' αἰῶνος et ἀπὸ τ. αἰώνων, Lc. 1, 70 al.; ἀπ' ἀρχῆς, Mt. 19, 4. 8 al.; ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, Mt. 13, 35 al.; ἀπὸ κτίσεως κόσμου, Ro. 1, 20; ἀπὸ βρέφους, a teneris, 2 Tim. 3, 15; ἀπὸ τῆς παρθενίας, Lc. 2, 36; ἀφ' ἧς (sc. ἡμέρας), *ex quo*, Lc. 7, 45. Act. 24, 11. 2 Pet. 3, 4; ἀφ' οὗ sc. χρόνου, Lc. 13, 7 *Tdf. Trg.;* ἀφ' ἧς ἡμέρας, Col. 1, 6. 9; ἀφ' οὗ = ἀπὸ τούτου, ὅτε, Lc. 13, 25. 24, 21. Ap. 16, 18 (Hdt. 2, 44 et ap. Atticos); ἀπὸ τοῦ νῦν, *abhinc*, Lc. 1, 48. 5, 10. 12, 52. 22. 69. Act. 18, 6. 2 Co. 5, 16; ἀπὸ τότε, Mt. 4, 17. 16, 21. 26, 16. Lc. 16, 16; ἀπὸ πέρυσι, ab anno inde superiore, 2 Co. 8, 10. 9, 2; ἀπὸ πρωΐ, Act. 18, 23; cf. *Win.* p. 393. *Lob.* ad Phryn. p. 47 et 460. — *c*) de *distantia ordinis* et de *termino a quo in aliquo rerum* vel *personarum ordine;* ἀπὸ διετοῦς (sc. παιδός) καὶ κατωτέρω, Mt. 2, 16 (τοὺς Λευΐτας ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ ἐπάνω, Num. 1, 20. Esr. 3, 10); ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαυΐδ, Mt. 1, 17; ἕβδομος ἀπὸ Ἀδάμ, Jud. vs. 14; ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, Act. 8, 10. Heb. 8, 11; ἄρχεσθαι ἀπό τινος, Mt. 20, 8. Lc. 23, 5. 24, 7. Jo. 8, 9. Act. 8. 35. 10, 37. — Dicitur

II) de *origine;* tum de *locali origine*, s. *de loco, unde;* tum de *causali origine* s. de *causa unde.* — 1) de *loco*, unde aliquid est, veniat, obtingat, sumatur; *a*) post verba *veniendi*, v. in ἔρχομαι, ἥκω al.; ἀπὸ ἀγορᾶς sc. ἐλθόντες, Mc. 7, 4; ἄγγελος ἀπ' οὐρανοῦ, Lc. 22, 43; τὸν ἀπ' οὐρανῶν, sc. λαλοῦντα, Heb. 12, 25 al.; de terra, provincia, oppido, pago, unde aliquis ortus vel profectus sit; Mt. 2, 1. 4. 25. Jo. 1. 45. 11, 1; μία ἀπὸ ὄρους Σινᾶ Gal. 4, 24. Unde ὁ vel οἱ ἀπό τινος, oriundus vel oriundi ex aliquo loco; ὁ ἀπὸ Ναζαρέθ, Nazarethanus, Mt. 21. 11; ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, Mc. 15, 43. Jo. 19, 38. οἱ ἀπὸ Ἰόππης, Act. 10, 23; οἱ ἀπὸ Ἰταλίας, Itali, Heb. 13, 24 Largam e profanis scriptis exemplorum copiam praebet *Wieseler* Untersuch. üb. d. Hebr.-Br. II, p. 9 ss. — *b*) de secta vel coetu, e quo aliquis prodiit, h. e. socius sectae vel coetus, ei addictus; οἱ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, Act. 21, 1; οἱ ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Φαρισαίων, Act. 16, 5 (ut ap. Graeces οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας). — *c*) de materie, e qua aliquid confectum est, ἀπὸ τριχῶν καμήλου, Mt. 3, 4. — *d*) trop. de eo, unde aliquid cognoscitur; ἀπὸ τῶν καρπῶν ἐπιγινώσκειν, Mt. 7, 16. 20 (Lys. in Andoc. §. 5. Aesch. adv. Tim. p. 69); μανθάνειν ἀπό τινος, alicujus exemplo edoceri, Mt. 11, 29. 24, 32. Mc. 13, 28; sed Gal. 3, 2. Col. 1, 7. Heb. 5, 8 μανθ. ἀπό τινος est: ex alicujus institutione vel disciplina discere. — *e*) post verba *petendi, quaerendi, postulandi;* ἀπαιτεῖν, Lc. 12, 20; ζητεῖν. 1 Th. 2, 6 (alternante ibi c. ἐκ); ἐκζητεῖν, Lc. 11, 50 s.; v. in αἰτέω. — 2) de *causali* origine s. *causa;* et quidem *a*) de causa *materiali*, quae dicitur, s. de eo, quod materiem suppeditat, unde id sustentatur, quod verbo exprimitur, ita γεμίζεσθαι, χορτάζεσθαι, πλουτεῖν, διακονεῖν ἀπό τινος, v. in his verbis. — *b*) de causa, *ob quam aliquid est vel fit*, ubi plerumque reddi potest *prae*, nostr. *vor;* οὐκ ἠδύνατο ἀπὸ τοῦ ὄχλου, Lc. 19, 3; οὐκέτι ἴσχυσαν ἀπὸ τοῦ πλήθους, Jo. 21, 6 (Judith. 2, 20); ἀπὸ τ. δόξης τοῦ φωτός, Act. 22, 11. — *c*) de causa *movente* s. *impulsiva*, lat. *ex, prae*, germ. *aus, vor;* ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ ὑπάγει, Mt. 13, 44; ἀπὸ τοῦ φόβου, *prae metu*, 14, 26. 28, 4. Lc. 21, 26. Hebraice dicitur φοβεῖσθαι ἀπό τινος (יָרֵא מִן) Mt. 10, 28, Lc. 12, 4; φεύγειν ἀπό τινος (נוּס מִן), fugere prae timore alicujus, Jo. 10, 5. Mc. 14, 52. Ap. 9, 5; v. in φεύγω et *Win.* p. 210. — *d*) *de causa efficiente*, s. de *rebus*, a quarum efficacia aliquid proficiscitur, et de *personis*, a quarum voluntate, vi. auctoritate, mandato, beneficio, jussu, suasu, moderamine aliquid repetendum est. *aa*) universe; ἀπὸ τοῦ ὕπνου, vi soporis, Act 20, 9; ἀπὸ σοῦ σημεῖον, Mt. 12, 38; ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, 2 Co. 3, 18 (a gloria, quam nobis in speculo intuemur, evadit gloria nobis obtingens, cf. *Meyer* ad l.); ἀπὸ κυρίου πνεύματος, a domini spiritu, ibid.; ὄλεθρον ἀπὸ προσώπου τοῦ κυρίου, perniciem a facie domini (quippe indignabunda et irascente) oriundam, 2 Th. 1, 9 (de quo loco, ex imitatione LXX Jer. 4, 23 explicando, cf. *Ewald*); contrarium, ἀνάψυξις ἀπὸ προσώπου τ. κ., Act. 3, 19; ἀπεκτάνθησαν ἀπὸ (l. vulg. ὑπό) τῶν πληγῶν Ap. 9, 18. — ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀφ' ἑαυτῶν, ἀπ' ἐμαυτοῦ, locutio potissimum Joanni frequentata, e *suo* (*meo*) *ipsius ingenio* vel *judicio*, opp. alius institutioni, Lc. 12, 37. 21, 30. Jo. 5, 19. 30. 11, 51. 14, 10. 16. 13. 18, 34. 2 Co. 3, 5. 10, 17; *suo ipsius arbitrio et motu*, opp. alius mandato et auctoritati, Jo. 7, 17 s. 28. 8, 42. 10, 18 (4 Mos. 16, 28); *sua ipsius vi*, 15, 4; *sua vi suoque judicio*, 8, 28. Exempla e profanis praebet

*Kypke* Observ. II, p. 391. — post verba *discendi*, *cognoscendi*, *accipiendi* de eo, cui debemus id, quod noscimus, accipimus, habemus; *ἀκούειν*, Act. 9, 13. 1 Jo. 1, 5; *γινώσκειν*, Mc. 15, 45; *λαμβάνειν*, Mt. 17, 25 s. 1 Jo. 2, 27. 4, 21. 2 Co. 2, 3 s. al.; *παραλαμβάνειν* 1 Co. 11, 23; *δέχεσθαι* Act. 28, 21; de *μανθάνειν* v. supra II, 1, d; *λατρεύω τῷ θεῷ ἀπο προγόνων*, exemplo *τῆς λατρείας* a majoribus accepto, 2 Tim. 1, 3; — *γίνεται μοι*, 1 Co. 1, 30. 4, 5; *χάρις ἀπὸ θεοῦ* s. *τοῦ θεοῦ*, a deo auctore, largitore, Ro. 1, 7. 1 Co. 1, 2. Gal. 1, 3 et persaepe; *καὶ τοῦτο ἀπὸ θεοῦ*, Phil. 1, 28. — *ἀπόστολος ἀπὸ..*, apost. auctoritate et mandato . . . constitutus, Gal. 1, 1. — post *πάσχειν*, Mt. 16, 21. — *bb*) Ubi *ἀπό* post passiva locatur (quod raro fit a melioribus Graecis; cf. *Bnhdy* p. 222 ss.), inter causam et effectum cogitatur laxior et remotior ratio, quam quae praeverbio *ὑπό* indicatur, et plerumque germanice reddi potest *von Seiten; ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποδεδειγμένον*, volente et instituente deo miraculis comprobatum, Act. 2, 22; *ἀπὸ θεοῦ πειράζομαι*, in deo quaerenda est tentationis meae causa, Jac. 1, 13; *ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν*, vestro dolo, 5, 4; *ἀποδοκιμάζεσθαι*, Lc. 17, 25; *τόπον ἡτοιμασμένον ἀπὸ τοῦ θεοῦ*, voluntate et moderamine dei, Ap. 12, 6; *ὀχλούμενοι ἀπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτ.* (l. vulg. *ὑπό*), Lc. 6, 18 (quorum per morbos vexatio proficiscebatur ab impuris geniis); *ἀπὸ τ. σαρκὸς ἐσπιλωμένον*, tactu carnis, Jud. vs. 23. Ut in profanorum scriptis, ita quoque in N. T. nonnumquam codd. dissentiunt inter *ἀπό* et *ὑπό*, ut Mc. 8, 31. Act. 4, 36. Ro. 13, 1. Ap. 9, 18. Cf. *Win*. p. 347. *Bttm.* ntl. Gr. p. 280 s.

III) Locutiones quasi adverbiorum vim habentes, *modum* vel *gradum*, *quo aliquid fit*, vel oritur indicantes: *ἀπο τ. καρδιῶν ὑμῶν*, ex animorum vestrorum sententia, i. e. lubenter et sincere, Mt. 18, 35; *ἀπὸ μέρους*, ex parte, 2 Co. 1, 14. 2, 5. Ro. 11, 25. 15, 24; *ἀπὸ μιᾶς*, sc. vel *φωνῆς*, *uno ore*, vel *γνώμης*, vel *ψυχῆς*, *uno consensu*, Lc. 14, 18 (cf. *Kuinoel* ad l.).

IV) Mirabilis structura *ἀπὸ ὁ ὢν* (pro l. vulg. *ἀπὸ τοῦ ὁ*) *καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος* Ap. 1, 4, inde explicanda est, quod scriptor verbis *ὁ ὢν κτλ.* quasi nomine indeclinabili ad sensum nominis proprii יהוה indicandum uti videtur; cf. *Win.* p. 66.

V) In compositionibus *ἀπό* indicat separationem, liberationem, defectum, discessum, ut in *ἀποβάλλω*, *ἀποκόπτω*, *ἀποκυλίω*, *ἀπολύω*, *ἀπολύτρωσις*, *ἀπαλγέω*, *ἀπέρχομαι* — absolutionem et perfectionem, ut in *ἀπαρτίζω*, *ἀποτελέω* — respicit ad exemplum, e quo petitur imago, ut in *ἀπογράφειν*, *ἀφομοιοῦν* al., — ad eum, *a quo* prodit actio, ut in *ἀποδείκνυμι*, *ἀποτολμάω*, al.

*ἀπο-βαίνω*, f. *-βήσομαι*, aor. 2. *ἀπέβην*, 1) *descendo;* e navi (ut jam ap. Hom.), *ἀπό*, Lc. 5, 2; *εἰς τὴν γῆν*, Jo. 21, 9. — 2) trop. *evenio, eventum habeo* (ita inde ab Hdt.); *ἀποβήσεται ὑμῖν εἰς μαρτύριον*, *cedet* (*wird ausschlagen*), Lc. 21, 13; *εἰς σωτηρίαν*, Phil. 1, 19. (Job. 13, 16. Artemid. 3, 66.)*

*ἀπο-βάλλω*, aor. 2. *ἀπέβαλον*, *abjicio;* vestem, Mc. 10, 50. — trop., fiduciam, Heb. 10, 35.*

*ἀπο-βλέπω*, *oculos ab aliis rebus aversos in una aliqua re defigo;* attente intueor; *εἴς τι* (saepe ap. Graecos); trop. *attenta mente intueor*, *εἰς τ. ἀνταπόδοσιν*, Heb. 11, 26.*

*ἀπόβλητος, ον*, *abjectus, abjiciendus, spernendus, abominandus;* ob impuritatem, 1 Tim. 4, 4 (ap. Symm. Hos. 9, 3 = טָמֵא, impurus; Hom. Il. 2, 361. 3, 65. Lucian. Plut.)*

*ἀποβολή, ῆς, ἡ*, *abjectio;* 1) *rejectio, repudiatio* (*ἀποβάλλεσθαι, a se rejicere, repudiare*); Ro. 11, 15 (opp. *πρόςληψις αὐτῶν*, gen. objecti). — 2) *amissio*, *jactura* (ab *ἀποβάλλω*, significatu *amitto*); Act. 27, 22 (*ἀποβολὴ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ὑμῶν*, nemo vestrum vitam perditurus est). (Plat. Plut. al.)*

*ἀπο-γίνομαι*, 1) *removeor, decedo;* 2) *morior* (ita saepe ap. Graecos inde ab Hdt.), hinc trop. *τινί*, *pereo alicui* (*für etwas aufhören zu sein*); *ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι*, peccatis prorsus abalienati, 1 Pet. 2, 24.*

*ἀπογραφή, ῆς, ἡ* (*ἀπογράφω*), *a*) *descriptio* (ab aliquo exemplo). *b*) *perscriptio* (*Protokollirung*) *capitum et quotquot iis esset facultatum redituumque in tabulas publicas*, ut inde fieret *ἀποτίμησις* (*Abschätzung*), h. e. constaret, quantum tributi singulis imperandum esset; Lc. 2, 2. Act. 5, 37. De re utroque loco memorata cf. *Schürer* Ntl. Zeitgeschichte p. 251 et p. 262—286 librosque ibi memoratos.*

*ἀπο-γράφω*, aor. 1. med. *ἀπεγραψάμην*, *a*) *describo* (ab aliquo exemplo). *b*) *in indicem* vel *tabulas refero;* specialiter, *homines eorumque facultates et reditus in tabulas publicas refero* (v. in *ἀπογραφή*); med. *in has tabulas me referendum curo;* Lc. 2, 1. 3. 5; passiv., *οἱ ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένοι*, quorum nomina in coelesti albo perscripta sunt, Heb. 12, 23 (intelliguntur homines mortui in coelestem civitatem jam recepti ex imagine a terrenis civitatibus petita, quarum cives in albo perscripti sunt).*

*ἀπο-δείκνυμι*, aor. 1. *ἀπέδειξα*, ptcp. pf. pass. *ἀποδεδειγμένος* (Graecis frequentatum inde a Pind. Nem. 6, 80), 1) pr. *a me* (*von mir aus*) *monstro*, *coram monstro; conspiciendum propono* (Hdt. 3, 122 et saepe), 1 Co. 4, 9. Hinc 2) *declaro; τινά*, *aliquem qualis sit comprobo* (*erweisen*), Act. 2, 22 (ubi cod. D e glossa: *δεδοκιμασμένον*); 2 Th. 2, 4. — *argumentis probo;* Act. 25, 7. Cf. *Win.* v. comp. 4, p. 16 s.*

*ἀπόδειξις, εως, ἡ* (*ἀποδείκνυμι*, q. v.) *a*) *manifestatio, ostensio.* *b*) *demonstratio, probatio; ἀπόδειξις πνεύματος καὶ δυνάμεως*, probatio per dei spiritum et vim in me efficacem animosque audientium sanctissime commoventem eoque modo iis persuadentem, 1 Co. 2, 4 (e contextu orationis opposita probationi quae rhetoricis artibus et philosophicis argumentis fit, quo sensu graeci philosophi voce utuntur).

*ἀπο-δεκατεύω*, v. vocem seq.

*ἀπο-δεκατόω, ῶ*, inf. praes. *ἀποδεκατοῖν* Heb. 7, 5 ap. *Tdf.* et *Trg.* (cf. *Delitzsch* ad h. l. p. 278. *Bttm.* ntl. Gr. p. 38.) (*δεκατόω*, q. v.), vox solum biblica et ecclesiastica, ap. LXX עִשֵּׂר, 1) c. acc. rei, *decimam ex aliquo do, solvo;* Mt. 23, 23. Lc. 11. 42. 18, 12. quo loco *Tdf.* e solis codd. ℵB recepit *ἀποδεκατεύω*, pro quo Graecis usitatius est simplex *δεκατεύω.* (Gen. 28, 22. Deut. 14, 22.) — 2) *τινά*, *decimam ab aliquo homine exigo, accipio;* Heb. 7, 5. (1 Sam. 8, 15. 17. Neh. 10, 35.)*

*ἀπόδεκτος, ον* (v. *ἀποδέχομαι*), recentioris aevi vox, *acceptus, gratus;* 1 Tim. 2, 3. 5, 4.

*ἀπο-δέχομαι*, deponens med., aor. 1. *ἀπεδεξάμην*, aor. 1. pass. *ἀπεδέχθην*, inde ab Hom. Graecis, potissimum Atticis frequentatum; in N. T. a solo Luca usurpatum, *accipio, quod extrinsecus mihi offertur* (*ἀπό*), lat. *excipio; τινά*, simplic. aditum ad me alicui concedo, Lc. 9, 11 *Lchm. Tdf. Trg.*; Act. 28, 30; cum emphasi: cum gaudio excipio, Lc. 8, 40; hospitio excipio Act. 21, 17 *Lchm. Tdf. Trg.*; aditum ad me concedo alicui ut tali, qualis haberi vult, ut aliorum legato, Act. 15, 4 (*Lchm. Tdf. Trg.*: *παρεδέχθησαν*); ut christiano homini, Act. 18, 27; translate: *τί*, *animo excipio*, cum assensu, *approbo*, Act 24, 3; *credo*, *τὸν λό-*

γον Act. 2, 41 (eodem modo ap. Graecos, potiss. Platonem: cf. *Ast* Lex. Plat. I, p. 232).*

**ἀποδημέω**, ῶ, aor. 1. ἀπεδήμησα (ἀπόδημος, q. v.) *peregre abeo;* Mt. 21, 33. 25, 14 s. Mc. 12, 1. Lc. 15, 13 (εἰς χώραν); 20, 9. (Ap. Graecos inde ab Hdt.)*

**ἀπόδημος**, ον (ex ἀπό, δῆμος, populus), qui a populo suo abest, *peregre profectus;* Mc. 13, 34.*

**ἀπο-δίδωμι**, ptcp. praes. neutr. **-διδοῦν** (a forma διδόω, Ap. 22, 2, ubi *Tdf.* et *Trg.* **-διδούς**), fut. ἀποδιδώσω, 3 ps. plur. impf. ἀπεδίδουν (pro usitatiore ἀπεδίδοσαν, Act. 4, 33; cf. *Win.* §. 14, 1), aor. 1. ἀπέδωκα, aor. 2. ἀπέδων, imper. ἀπόδος, optat. 3 ps. sing. ἀποδώῃ (2 Tim. 4, 14, pro ἀποδοίη, cf. *Win.* l. c.; *Lchm. Tdf. Trg.* ἀποδώσει); conj. 3 ps. sing. ἀποδῷ et ap. *Tdf.* 1 Th. 5, 15 ἀποδοῖ (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 40); infin. aor. 1. pass. ἀποδοθῆναι, aor. 2. med. ἀπεδόμην, 3 ps. sing. ἀπέδοτο (Heb. 12, 16, ubi *Lchm.* et *Tdf.* ἀπέδετο, cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 41. *Delitzsch* Comm. z. Br. an d. Hebr. p. 632, not.), verbum inde ab Hom. Graecis frequentatum, a quorum usu in N. T. nihil receditur; pr. *dando depono*, nostr. *abgeben;* 1) *trado*, missum facio quod meum est; τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, Mt. 27, 58; hinc in med. *de meo trado in commodum meum*, i. e. *vendo*, τί, Act. 5, 8. Heb. 12, 16; τινά, Act. 7, 9. (hoc usu inde ab Hdt. 1, 70, saepe ap. Graecos, potissimum Atticos; ap. LXX=מָכַר Gen. 25, 33 al. Bar. 6, 28.) — 2) *persolvo, exsolvo*, quod debeo (quia debitum quasi onus me premit, quo dando *ex*solvor, hinc ἀπό); aes alienum (nostr. *abtragen*), Mt. 5, 26. 18, 25—30. 34. Lc. 7, 42. 10, 35. 12, 59; mercedem, Mt. 20, 8; tributa et alia officia magistratui, Mt. 22, 21. Mc. 12, 17. Lc. 20, 25. Ro. 13, 7; debitos fructus, Mt. 21, 41. Heb. 12, 11. Ap. 22, 2; ὅρκους, ea, quae jurejurando interposito promisi, Mt. 5, 33 (ὅρκον, εὐχήν, votum, Num. 30, 3. Deut. 23, 22); officium conjugale, 1 Co. 7, 3; ἀμοιβάς, gratas vices, 1 Tim. 5, 4; λόγον, *rationem reddo*, Mt. 12. 36. Lc. 16, 2. Act. 19, 40. (Ro. 14, 12 *Lchm. Trg.*); Heb. 13, 17. 1 Pet. 4, 5; μαρτύριον, testimonium (id quidem, quod ex officio debeo) edo, Act. 4, 33. — Hinc 3) *reddo, restituo*, Lc. 4, 20. 9, 42. 19, 8. — 4) *retribuo* (*vergelten*), in utramque partem, Mt. 6, 4. 6. 18. 12, 27. Ro. 2, 6. 2 Tim. 4, 14. Ap. 18, 6. 22, 12; κακὸν ἀντὶ κακοῦ, Ro. 12, 17. 1 Th. 5, 15. 1 Pet. 3, 9.*

**ἀπο-διορίζω** (διορίζω, et hoc ab ὅρος, terminus), limitibus scribendis ab altero *disjungo, separo, sejungo;* Jud. vs. 19 (οἱ ἀποδιορίζ. ἑαυτούς, qui pravitate sua se sejungunt a vivo Christianorum consortio; si ἑαυτ. c. *Lchm. Tdf. Trg.* expungitur, reddendum est: dissidia facientes). (Arist. Pol. 4, 3, 9.)*

**ἀπο-δοκιμάζω** (v. in δοκιμάζω), aor. 1. ἀπεδοκίμασα, aor. pass. ἀπεδοκιμάσθην, prtcp. pf. pass. ἀποδεδοκιμασμένος, *reprobo, rejicio, repudio;* Mt. 21, 42. Mc. 8, 31. 12, 10. Lc. 9, 22. 17, 25. 20, 17. 1 Pet. 2, 4. 7. Heb. 12, 17. (=מָאַס Ps. 118, 22. Jer. 8, 9 al.; ap. Graec. inde ab Hdt. 6, 130.)*

**ἀποδοχή**, ῆς, ἡ (ἀποδέχομαι, q. v.), *receptio, admissio, approbatio;* 1 Tim. 1, 15. 4, 9. (Pol. 2, 56, 1. 6, 2, 13 al.; ὁ λόγος ἀποδοχῆς τυγχάνει 1, 5, 5; Diod. 4, 84. Jos. ant. 6, 14, 4 al.)*

**ἀπόθεσις**, εως, ἡ, *depositio;* 2 Pet. 1, 14. 1 Pet. 3, 21.*

**ἀποθήκη**, ης, ἡ (ἀποτίθημι), *locus, in quo aliquid deponitur; horreum, granarium;* Mt. 3, 12. 6, 26. 13, 30. Lc. 3, 17. 12, 18. 24. (Jer. 1, 26. Thuc. 6, 97.)*

**ἀπο-θησαυρίζω**, *abscondo, recondo in thesauro; abunde paratum futuris usibus repono;* 1 Tim. 6, 19.*

**ἀπο-θλίβω**, *ab omni parte premo, comprimo, vehementer premo;* Lc. 8, 45. (Num. 22, 25; dic. etiam de exprimendis uvis et olivis, Diod. 3, 62. Jos. ant. 2, 5, 2.)*

**ἀπο-θνήσκω**, impf. ἀπέθνησκον (Lc. 8, 42), aor. 2. ἀπέθανον, fut. **-θανοῦμαι**, Ro. 5, 7. Jo. 8, 21. 24 (v. in θνήσκω), ap. Graecos inde ab Hom. obvium; *emorior* (ἀπό, ut non amplius sim, nostr. *absterben, versterben*), I) proprie dic. 1) de *naturali* morte *hominum*, Mt. 9, 24. 22, 24. Lc. 16, 22. Jo. 4, 47. Ro. 7, 2 et persaepe; ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι, quorum est mori, mortales, Heb. 7, 8. — 2) de *violenta* morte et animalium, Mt. 8, 32, et hominum, Mt. 26, 35, Act. 21, 13 al.; 1 Pet. 3, 18 *Lchm. Trg. Tdf.;* ἐν φόνῳ μαχαίρας Heb. 11, 37; de mortis poena, Heb. 10, 28; persaepe de nece, quam Christus subiit, ut Jo. 12, 33. Ro. 5, 6 al. — 3) Locutiones: ἀποθνήσκ. ἔκ τινος, per aliquid perire, Ap. 8, 11; ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις, peccatis infixum, igitur non emendatum mori, Jo. 8, 21, 24; ἐν τῷ Ἀδάμ, per nexum cum Adamo, 1 Co. 15, 22; ἐν κυρίῳ, in consortio domini et domino confisum, Ap. 14, 13; ἀποθνήσκ. τί, aliquam mortem mori, Ro. 6, 10 (θάνατον μακρόν, Charit. p. 12 ed. d'Orville); τῇ ἁμαρτίᾳ, de Christo: „ut ne quid amplius negotii sibi esset cum peccato hominum“, Ro. 6, 10; ἑαυτῷ, moriendo sui juris et arbitrii fieri, Ro. 14, 7; τῷ κυρίῳ moriendo domini imperio subjici, Ro. 14, 8; διά τινα, ad aliquem servandum, 1 Co. 8, 11; de locutione ἀποθνήσκ. ὑπέρ τινος v. in ὑπέρ. — Oratorie, etsi retento proprio verbi significatu, dic. καθ᾽ ἡμέραν ἀποθνήσκω, quotidie mortem oppeto, quotidie in mortis periculo versor, 1 Co. 15, 31 coll. 2 Co. 6, 9. — 4) dic. de arboribus *arescentibus*, Jud. vs. 12; de seminibus, quae dum in agro dissolvuntur, *putrescendo interire* videntur, Jo. 12, 24. 1 Co. 15, 36. — II) tropice vario sensu: 1) de *aeterna morte*, quae dicitur: aeternae miseriae, ei quidem jam in terris incipienti, subjicior, Ro. 8, 13. Jo. 6, 50. 11, 26. — 2) de *ethica morte*, vario sensu; *a*) vita vitali, h. e. inprimis facultate recte agendi, dei fiducia ac futurae beatitatis spe privor, Ro. 7, 10; de animi torpore eorum, qui consortio Christi, verae vitae fonte, exciderunt, Ap. 3, 2. — *b*) c. dat. rei: totus rei alicui abalienor omnique cum ea necessitudine solvor; τῷ νόμῳ, Gal. 2, 19, id quod etiam supple ad ἀποθανόντες (ita enim legendum pro vulg. ἀποθανόντος) Ro. 7, 6; τῇ ἁμαρτίᾳ 6, 2 (alio sensu vs. 10, v. supra in I, 3); ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, ut sublata sit ratio cum . . . , Col. 2, 20 (ἀπὸ τῶν παθῶν, Porphyr. de abst. animal. 1, 41); simpliciter dicuntur veri Christiani ἀποθανεῖν, ut qui omnem terrestrium rerum a deo abducentium sensum exuerint, Col. 3, 3; quem animi habitum quum morti Christi debeant, dicuntur etiam ἀποθανεῖν σὺν Χριστῷ, Ro. 6, 8. Col. 2, 20.

**ἀπο-καθ-ίστημι**, ἀποκαθιστάω (Mc. 9, 12 ἀποκαθιστᾷ e l. vulg.) et ἀποκαθιστάνω (Mc. 9, 12 ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Act. 1, 6; cf. *Win.* p. 75), fut. **-καταστήσω**, aor. 2 c. duplici augmento ἀπεκατέστην (Mc. 8, 25 *Tdf. Trg.*); aor. 1. pass. ἀποκατεστάθην vel e rectiore lectione c. duplici augmento ἀπεκατεστάθην Mt. 12, 13. Mc. 3, 5. Lc. 6, 10. (Ignat. ad Smyrn. 11; cf. *Win.* p. 69. *Mullach* p. 22), ut ap. Graecos, *restituo in pristinum statum;* aor. 2 activi, in pristino statu eram; dic. de membris sanatis, Mt. 12, 13. Mc. 3, 5. Lc. 6, 10; de sanato homine Mc. 8, 25; de regno restituendo, Act. 1, 6. (1 Macc. 15, 3); de restituendo turbato rerum ordine, Mt. 17, 11. Mc. 9, 12; de homine a suis remoto iisque restituendo, Heb. 13, 9.*

***ἀπο-καλύπτω***, f. *ύψω*, aor. 1. *ἀπεκάλυψα*, aor. 1. pass. *ἀπεκαλύφθην*, fut. 1. pass. *ἀποκαλυφθήσομαι*, ap. Graecos inde a Plat.; ap. LXX = גִּלָּה; 1) pr. *quod velatum vel coopertum est, retego, detego; revelo, nudo;* Exod. 20, 26. Lev. 18, 11 ss. Num. 5, 18. Hist. Sus. vs. 32; *τὰ στήθη* Plat. Prot. p. 352 a.; *τὴν κεφαλήν* Plut. Crass. 6. — 2) transl. *cognitum, manifestum reddo, manifesto quod antea erat ignotum:* dic. *a*) in passiv. de quocunque modo, quo aliquid antea incognitum patefit, Mt. 10, 26. Lc. 12, 2. — *b*) passiv. de rebus, quae elucescunt e *factis*, Lc. 2, 35. Jo. 12, 38 (Jes. 53, 1); Ro. 1, 18; ex *evangelio*, 1, 17. — *c*) *ἀποκαλ. τί τινι* dic. de deo, incognita, potissimum quae ad salutem christianam spectant, homines edocente vel per facta, Mt. 11, 25. 16, 17. Lc. 10, 21 (per Christi consortium, dicta, facta); vel per spiritum s., 1 Co. 2, 10. 14, 30. Eph. 3, 5. Phil. 3, 15. 1 Pet. 1, 12; *τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί*, quis, qualis quantusque sit filius suus, in animo meo, Gal. 1, 16. — de Christo homines docente, Mt. 11, 27. Lc. 10, 22. — *d*) passiv. de rebus, quae antea non erant, existentibus et in conspectum venientibus, ut *ἡ δόξα* Ro. 8, 18 (*εἰς ἡμᾶς*, in nos conferenda); 1 Pet. 5, 1; *ἡ σωτηρία* 1, 5; *ἡ πίστις* Gal. 3, 23; dies judicii 1 Co. 3, 13. — *e*) passiv. de personis antea absconditis in publicam lucem prodeuntibus; de Christo e coelis, ubi nunc reconditus est (Col. 3, 3) in terram redituro, Lc. 17, 30; de Antichristo, 2 Th. 2, 3. 6. 8.*

***ἀποκάλυψις***, *εως*, *ἡ* (*ἀποκαλύπτω*, q. v.), *revelatio;* 1) pr. *velaminis remotio, denudatio* (1 Sam. 20, 30). 2) transl. in N. T. et eccles. sermone *a*) *institutio* de rebus divinis antea ignotis, potissimum ad salutem christianam spectantibus, ab ipso deo vel a Christo exaltato maxime per spiritus s. efficaciam in animos (1 Co. 2, 10) facta ideoque ab aliis institutionis modis distinguenda, unde *κατὰ ἀποκάλυψιν γνωρίζεσθαι*, Eph. 3, 3. — *πνεῦμα ἀποκαλύψεως*, mens a deo accepta, patefaciens, quae et quanta sint christianae salutis beneficia, Eph. 1, 17 coll. vs. 18; — c. genit. obj. *τοῦ μυστηρίου*, Ro. 16, 25; c. genit. subj. *κυρίου*, *Ἰησοῦ Χριστοῦ*, 2 Co. 12, 1 (revelationes per exstases et visiones); Gal. 1, 12. Ap. 1, 1 (revelatio rerum futurarum ad regni divini consummationem spectantium); *κατ' ἀποκάλυψιν*, Gal. 2, 2; *λαλεῖν ἐν ἀποκ.*, *auf Grund von Offenbarung*, revelationi acceptae convenienter loqui, 1 Co. 14, 6; = *ἀποκεκαλυμμένον* in phrasi *ἀποκάλυψιν ἔχειν*, 14, 26. — *b*) *τὸ ἀποκαλύπτεσθαι*, dic. de eventis, quibus res vel conditiones vel personae antea oculis subtractae omnibus conspicuae redduntur, *das Sichtbarwerden, die Erscheinung* (v. in *ἀποκαλύπτω*, 2, d. e); *φῶς εἰς ἀποκαλ. ἐθνῶν*, lux gentibus apparitura, Lc. 2, 32; *ἀποκ. δικαιοκρισίας θεοῦ*, Ro. 2, 5; *τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ*, eventum, quo apparebit, qui qualesque sint filii dei per gloriam die extremo a deo acceptam, Ro. 8, 19; *τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ*, gloriae, qua ornatus e coelis rediturus est, 1 Pet. 4, 13; de hoc ipso reditu dic. *ἀποκαλ. τοῦ κυρίου Ἰ. Χριστοῦ*, 2 Th. 1, 7. 1 Co. 1, 7. 1 Pet. 1, 7. 13. (Inter Graecos semel Plut. Cat. maj. c. 20 utitur de denudatione corporis.)*

***ἀποκαραδοκία***, *ας*, *ἡ* (ab *ἀποκαραδοκεῖν*, et hoc ex *ἀπό*, *τὸ κάρα*, *caput*, et *δοκεῖν*, ap. Iones *observare*, hinc *καραδοκεῖν*, erecto capite observare, ad aliquid attendere, suspenso animo exspectare; *ἀποκαραδοκεῖν* (Pol. 16, 2, 8. 18, 31, 4. 22, 19, 3. Jos. b. jud. 3, 7, 26 et in Aquilae reliquiis Ps. 37, 7 pro הִתְחוֹלֵל) e loco, quo constitutus es, sollicite exspectare; sed praeverbio *ἀπό* respicitur etiam ad tempus, ut nostro *ab* in *abwarten*, ut significetur constantia in exspectando, hinc substantivum, quod legitur ap. solum Paulum bis) *sollicita et constans exspectatio;* Ro. 8, 19. Phil. 1, 20. Uberiora de hac voce docet *C. F. A. Fritzsche* in *Fritzschiorum* Opuscc. p. 150 ss.

***ἀπο-κατ-αλλάσσω*** vel *ττω*, aor. 1. *ἀποκατήλλαξα*, aor. 2. pass. *ἀποκατηλλάγην* (Col. 1, 21 *Lchm.*), *prorsus* (*ἀπό*) *reconcilio* (v. in *καταλλάσσω*); Col. 1, 22; *τινά τινι*, Eph. 2, 16; concise: *πάντα εἰς αὐτόν*, reconciliando ad se adducere, vel ita reconciliare, ut sibi essent addicta, Col. 1, 20. (Neque ap. profanos, neque in graeco V. T. codice legitur.)*

***ἀποκατάστασις***, *εως*, *ἡ* (*ἀποκαθίστημι*, q. v.), *restitutio; τῶν πάντων*, restit. tum verae theocratiae, tum perfectioris illius rerum etiam physicarum conditionis, quae fuerat ante lapsum; Act. 3, 21; cf. *Meyer* ad l. (Saepe ap. Polyb. Diod. Plut. al.)*

***ἀπό-κειμαι***, *sepositus sum, reservor* (*ἀπό* ut in *ἀποθησαυρίζω*, *ἀποθήκη*), *a*) pr. Lc. 19, 20. — *b*) metaph. c. dat. pers. *alicui reservatum est, manet eum*, Col. 1, 5 (*ἐλπίς*, beatitas sperata); 2 Tim. 4, 8 (*στέφανος*); Heb. 9, 27 (*ἀποθανεῖν*, ut 4 Macc. 8, 10). (Eodem utroque significatu ap. Graec. inde a Xen.)*

***ἀποκεφαλίζω***, aor. 1. *ἀπεκεφάλισα* (*κεφαλή*), *caput amputo, decollo* (*abköpfen*); Mt. 14, 10. Mc. 6, 16. 28. Lc. 9, 9. Vox fatiscentis graecitatis; Epict. diss. 3, 26. Artem. 1, 37. Cf. *Fischer* de vitiis lexicc. N. T. p. 690 ss. *Lob.* ad Phryn. p. 341.*

***ἀπο-κλείω***, aor. 1. *ἀπέκλεισα*, *occludo; τὴν θύραν*, Lc. 13, 25. (Gen. 19, 10. 2 Sam. 13, 17 s. Saepe ap. Hdt.; ap. atticos prosaistas inde a Thuc.)*

***ἀπο-κόπτω***, aor. 1. *ἀπέκοψα*, fut. med. *ἀποκόψομαι*, *abscindo, amputo;* Mc. 9, 43. Jo. 18, 10. 26. Act. 27, 32; *ὄφελον καὶ ἀποκόψονται*, utinam (qui circumcisionis necessitatem urgent, non solum se circumcidant, sed) adeo se mutilent s. genitalia sibi resecent! Gal. 5, 12. Hoc sensu *ἀποκόπτεσθαι* Deut. 23, 1. Epict. diss. 2, 20. 19. Lucian. Eun. 8 al. locis a Wetsten. laud. Perperam alii: utinam se abscindant a Christianorum coetu s. deserant eum.*

***ἀπόκριμα***, *τος*, *τό* (*ἀποκρίνομαι*, q. v.), *responsum;* 2 Co. 1, 9, ubi sensus: quaerens, an incolumis e mortis periculo proditurus essem, respondi, moriendum mihi esse. (Jos. antt. 14, 10, 6 de responso senatus romani.)*

***ἀπο-κρίνω***, I) *secerno;* pass. *secernor* (aor. 1. *ἀπεκρίθην*, *secretus sum*, Hom. Il. 5, 12. Thuc. 1, 3. 2, 49. Theophr. de caus. plant. 1, 6). — II) *abjudico;* hinc in medio (sententiam dico, *gebe Bescheid von mir aus*) *respondeo;* ita inde a Thuc. (et jam ap. Hdt. 5, 49. 8, 101, qui plerumque dicit *ὑποκρίνεσθαι*). Sed elegantiores et antiquiores Graeci passivis temporibus *ἀπεκρίθην*, *ἀποκριθήσομαι* hanc significationem non tribuunt. „Quod ex Plat. Alcib. 2. p. 149 b. affertur exemplum, quum nullum habeat sui simile, quum auctor dialogi incertus et praeterea a librariis nonnumquam forma vulgaris inducta sit, huic merito fidem abrogat *Sturzius* de dial. Alex. p. 143.“ *Lobeck* ad Phrynich. p. 108. Sed inde a Polybio *ἀποκριθῆναι* et *ἀποκρίνασθαι* promiscue dicitur, et in sacro codice longe frequentius passivae formae habentur; in N. T. aor. *medii ἀπεκρίνατο* legitur tantum Mt. 27, 12. Mc. 14, 61. Lc. 3, 16. 23, 9. Jo. 5, 17. 19. 12, 23. Act. 3, 12; in locis longe plurimis exstat *ἀπεκρίθη*. Cf. *Win.* §. 39, 2. — 1) ad quaestionem propositam *respondeo; a*) simpliciter: responsionem do; *καλῶς*, Mc. 12, 28; *νουνεχῶς*, vs. 34; *ὀρθῶς*, Lc. 10, 28; *πρός τι* Mt. 27, 14. — *b*) c. accus., *λόγον*, Mt. 22, 46; *οὐδέν*, Mt. 27, 12. Mc. 14, 61. 15, 4 s. — *c*) *τινί*, Col. 4, 6; seqq. verbis, quibus respondens utitur, Jo. 5, 7. 11. 6, 7. 68 al.; omisso dativo, Jo.

7, 46. 8, 19. 49 al.; πρός τινα, Act. 25, 16; junct. cum verbo φάναι, vel λέγειν vel εἰπεῖν, adhibito participio: ἀποκριθεὶς εἶπε, vel ἔφη, vel λέγει, Mt. 4, 4. 8, 8. 15, 13. 25, 44. Lc. 9, 19. 13, 3. Mc. 10, 3 al.; ἀπεκρίθη λέγων, Mt. 25, 9. 37. Lc. 4, 4. 8, 50. Jo. 1, 26. 10, 33. 12, 43. Sed longe frequentius Joannes dicit ἀπεκρίθη καὶ εἶπε, Jo. 1, 49. 2, 19. 4, 13. 7, 16. 20. 52 al. — d) seq. infinit., Lc. 20, 7; seq. acc. c. inf., Act. 25, 4; seq. ὅτι, Act. 25, 16. — 2) Ex imitatione hebr. עָנָה (Gesen. Thes. II, p. 1047) loqui incipio (anheben zu reden, das Wort nehmen), sed semper, ubi aliquid praecessit, sive dictum, sive factum, ad quod sermo referatur; Mt. 11, 25. 12, 38. 15, 15. 17, 4. 22, 1. 28, 5. Mc. 9, 5. 10, 24. 11, 14. 12, 35. Lc. 14, 3. Jo. 2, 18. 5, 17. Act. 3, 12. Ap. 7, 13. (LXX Jes. 14, 10. Zach. 1, 10. 3, 4 al. 1 Macc. 2, 17. 8, 19. 2 Macc. 15, 14.)

ἀπόκρισις, εως, ἡ (ἀποκρίνομαι), responsio; Lc. 2, 47. 20, 26. Jo. 1, 22. 19, 9. (inde ab Hdt.)*

ἀπο-κρύπτω, aor. 1. ἀπέκρυψα, ptcp. pf. pass. ἀποκεκρυμμένος, a) abscondo; τί, Mt. 25, 18 (Lchm. Tdf. Trg. ἔκρυψε) — b) sensu celandi, reticendi, pass.; σοφία, 1 Co. 2, 7; μυστήριον, Col. 1, 26 (opp. φανεροῦσθαι); add. ἐν τῷ θεῷ, Eph. 3, 9; τί ἀπό τινος, Mt. 11, 25 (Lchm. Tdf. Trg. ἔκρυψας). Lc. 10, 21 ex imitatione hebr. מִן, Ps. 38, 9. 119, 19. Jer. 32, 17; v. in κρύπτω. (Ap. Graecos inde ab Hom.)*

ἀπόκρυφος, ον (ἀποκρύπτω), absconditus; Mc. 4, 22. Lc. 8, 17. — reconditus, Col. 2, 3. (Dan. 11, 42. Jer. 45, 3. 1 Macc. 1, 22. Xenoph. Eurip.)*

ἀποκτείνω et aeolice -κτέννω (ap. Lchm. Tdf. Trg. Mt. 10, 28. Mc. 12, 5. Lc. 12, 4. Ap. 6, 11; cf. Fritzsche ad Mc. p. 507 s. Win. p. 79); f. ἀποκτενῶ, aor. 1. ἀπέκτεινα, aor. 1. pass. ἀπεκτάνθην, (Bttm. Gr. max. II, 227. Win. l. c.), 1) pr. interficio. occido qualicunque modo (ἀπό = ut tollam; cf. germ. abschlachten); Mt. 16, 21. 22, 6. Mc. 6, 9. 9, 31. Jo. 5, 18. 8, 22. Act. 3, 15. Ap. 2, 13 et persaepe. — perdo (umkommen lassen), Mc. 3, 4. — 2) transl. exstinguo, aboleo; τὴν ἔχθραν, Ep. 2, 16; mortem ethicam affero, Ro. 7, 10 (v. in ἀποθνήσκω II, 1); spirituali vita privo et aeternam miseriam paro, 2 Co. 3, 6.

ἀπο-κυέω, ῶ, s. ἀποκύω (hinc 3. ps. sing. praes. vel ἀποκυεῖ vel ἀποκύει, Jac. 1, 15; cf. Win. p. 84. Bttm. ntl. Gr. p. 54), aor. 1. ἀπεκύησα (κύω s. κυέω, gravida sum; cf. ἔγκυος), ex utero edo, pario; τινά, Jac. 1, 15; produco; vs. 18. (4 Macc. 15, 17. Dion. Hal. 1, 70. Plut. Lucian. Ael. v. h. 5, 4. Hdian. 1, 5, 13. 14, 2.)*

ἀποκυλίω, f. ίσω, ἀπεκύλισα, pf. pass. ἀποκεκύλισμαι, devolvo; Mt. 28, 2. Mc. 16, 3 s. Lc. 24, 2. (Gen. 29, 3. 8. 10. Judith. 13, 9. Jos. ant. 4, 8, 37. 5, 11, 3. Luc. rhet. praec. 3.) Ceterum v. in ἀνακυλίω.*

ἀπο-λαμβάνω, f. -λήψομαι (Col. 3, 24; Lchm. Tdf. Trg.: ἀπολήμψετε, cf. Win. p. 48 s.), aor. 2. ἀπέλαβον, aor. 2. med. ἀπελαβόμην, inde ab Hdt. 1) accipio (ab alio, ἀπό) quod mihi debetur vel promissum est (cf. supra ἀποδίδωμι); τ. υἱοθεσίαν, credentibus promissam, Gal. 4, 5; τὰ ἀγαθά σου, bona tua, „quae tu sperare et quasi postulare poteras, quae tibi deberi videbantur" (Win. vb. comp. 4, p. 13), Lc. 16, 25. Hinc 2) recipio, recupero; Lc. 6, 34. 15, 27; et in retributionem accipio; Lc. 18, 30 (Lchm. λάβῃ); 23, 41. Ro. 1, 27. 2 Jo. 8. Col 3, 24. — 3) sumo de aliis, sumo seorsum; Med. τινά, aliquem mecum abduco ex aliorum conspectu, add. ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν, Mc. 7, 33. (Jos. b. jud. 2, 7, 2; et activum 2 Macc. 6, 21; Ὑστάσπεα ἀπολαβὼν μοῦνον, Hdt. 1, 209. Ar. ran. 78; ἰδίᾳ ἕνα τῶν τριῶν ἀπολαβών, App. b. civ. 5, 40.) — 4) excipio, aliquem hospitio; 3 Jo. vs. 8, ubi Lchm. Tdf. Trg. restituerunt ὑπολαμβάνειν.*

ἀπόλαυσις, εως, ἡ (ab ἀπολαύω, fruor), fructus (Genuss); 1 Tim. 6, 17 (εἰς ἀπόλαυσιν, ad fruendum); Hebr. 11, 25 (ἁμαρτίας ἀπόλ., oblectamentum e peccato natum). (ap. Graecos inde a Thuc.)

ἀπο-λείπω, aor. 2. ἀπέλιπον, 1) relinquo; aliquem in aliquo loco, Tit. 1, 5 (Lchm. Tdf. Trg.); 2 Tim. 4, 13. 20. — pass., ἀπολείπεται, relinquitur, reservatur (bleibt vorbehalten), Heb. 4, 9. 10, 26; sq. acc. c. inf. 4, 6. — 2) desero; aliquem locum, Jud. vs. 6.*

ἀπο-λείχω, delingo, delambo; Lc. 16, 21 e l. vulg.; v. in ἐπιλείχω. (Athen. VI, 250 a.)*

ἀπ-όλλυμι, et ἀπολλύω (imperat. ἀπόλλυε Ro. 14, 15), fut. ἀπολέσω, et (1 Co. 1, 19 ἀπολῶ e loco Vet. Test., ubi saepe) ἀπολῶ (cf. Win. p. 77), aor. 1. ἀπώλεσα, —perdo; Med. ἀπόλλυμαι, f. ἀπολοῦμαι, aor. 2. ἀπωλόμην, perf. 2. activi particip. ἀπολωλώς), pereo. — 1) perdo, h. e. perimo, aboleo, e medio tollo, pessumdo; Mc. 1, 24. Lc. 4, 34. 17, 27. 29. Jud. vs. 5; τὴν σοφίαν, irritam reddo, efficio, ut ejus inanitas perspiciatur, 1 Co. 1, 19 (e LXX Jes. 29, 14); interficio, Mt. 2, 13. 12, 14. Mc. 9, 22. 11, 18. Jo. 10, 10 al. — ex adj. morte puniendum declaro, Mt. 27, 20. — translate: miseriae aeternae devoveo vel trado; Mt. 10, 28. Jac. 4, 12; ex adj.,: mea agendi ratione efficio, ut alter aeternae salutis jacturam faciat, Ro. 14, 15. — Medium: pereo, intereo, perdor, aboleor; a) dic. de personis; α) proprie, Mt. 8, 25. Lc. 13, 3. 5, 33. Jo. 11, 50. 2 Pet. 3, 6. Jud. vs. 11 al.; ἀπόλλυμαι λιμῷ, Lc. 15, 17; ἐν μαχαίρᾳ. Mt. 26, 52; καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι, 2 Co. 4, 9. β) translate· verae s. aeternae vitae jacturam facio; aeternae miseriae trador, Jo. 3, 15 s. 10, 28. 17, 12 (tenendum est, e joannea notione aeternam vitam jam in terris incipere, ut primum aliquis fide Christo se conjunxerit); Ro. 2, 12. 1 Co. 8, 11. 15, 18. 2 Pet. 3, 9. Hinc οἱ σωζόμενοι, quorum est salutis participes fieri, et οἱ ἀπολλύμενοι, quorum est interire, s. aeternae miseriae tradi, a Paulo distinguuntur, 1 Co. 1, 18. 2 Co. 2, 15. 4, 3. 2 Th. 2, 10 (de quibus participiis praes. cf. Win. p. 321. Bttm. ntl. Gr. p. 178). — b) de rebus: deleor, evanesco; ἡ εὐπρέπεια, Jac. 1, 11; coelum, Heb. 1, 11 (e Ps. 102, 27); intereo, de rebus, quae abjectae dissolvuntur, ut μέλος τοῦ σώματος, Mt. 5, 29 s.; reliquiae panis, Jo. 6, 12; aut quae alio modo pereunt, βρῶσις, Jo. 6, 27; χρυσίον, 1 Pet. 1, 7; aut quae destruuntur, ut usum, ad quem paratae sunt, praestare non amplius possint, ut οἱ ἀσκοί, Mc. 2, 22. Mt. 9, 17. Lc. 5, 37. — 2) perdo, h. e. amitto; a) pr. Mt. 10, 42. Mc. 9, 41 (τὸν μισθὸν αὐτοῦ); Lc. 15, 4. 8. 9. 9, 25. 17, 33; Jo. 12, 25. 2 Jo. vs. 8 al. b) metaph. Christus dicitur e suis (quos ad ipsius disciplinam pater adduxit) perdere aliquem, si quis a probitate ad scelera deficiens salutis expers fit, Jo. 6, 39 coll. 18, 9. — Med. amittor; θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς, Lc. 12, 18; ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, Act. 27, 34 (l. vulg. πεσεῖται); τὰ λαμπρὰ ἀπώλετο ἀπό σου, Ap. 18, 14 (l. vulg. ἀπῆλθε). — Dic. de ovibus, a grege aberrantibus, proprie, Lc. 15, 4 (τὸ ἀπολωλός, ap. Mt. 18, 12 τὸ πλανώμενον). — Metaph. ex usu librorum V. T., gentem israeliticam cum grege comparantium (Jer. 50, 6. Ez. 34, 4. 16), Judaei,, a legis doctoribus neglecti, sibimet ipsis relicti indeque aeternae salutis dispendio obnoxii, tamquam sine ducibus circumvagi, τὰ πρόβατα vocantur τὰ ἀπολωλότα τοῦ οἴκου Ἰσραήλ, Mt. 10, 6. 15, 24. (Jes. 53, 6. 1 Petr. 2, 25.) et Christus, vitiis deditos ad frugem revocans, cum pastore comparatur atque ζητεῖν καὶ σώζειν τὸ ἀπολωλός dicitur Lc. 19. 10. atque e l. vulg. Mt. 18, 11.

**Ἀπολλύων**, *οντος*, ὁ (ptcp. ab *ἀπολλύω*), *Apollyon*, nom. pr. ab apocalypseos auctore effictum, h. e. *perditor;* Ap. 9, 11; v. in *Ἀβαδδών*.

**Ἀπολλωνία**, *ας*, ἡ, *Apollonia*, urbs Macedoniae maritima, ab Amphipoli unius diei intervallo distans, per quam profectus Paulus Thessalonicam venit; Act. 17, 1.*

**Ἀπολλώς**, genit. *ώ* (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 18 s.), accus. *ώ* (Act. 19, 1) et *ών* (1 Co. 4, 6 *Lchm. Tdf. Trg.;* Tit. 3, 13 *Tdf.;* cf. *Kühner* I, p. 315), ὁ, *Apollos*, vir ex alexandrino Judaeo Christianus factus et doctor religionis christianae, Paulo apostolo addictus; Act. 18, 24. 19, 1. 1 Co. 1, 12. 3, 4 ss. 22. 4, 6. 16, 12. Tit. 3, 13.*

**ἀπολογέομαι**, *οῦμαι*, impf. *ἀπελογούμην* (Act. 26, 1), aor. 1. *ἀπελογησάμην*, inf. aor. pass. *ἀπολογηθῆναι* sensu reflexivo (Lc. 21, 14), dep. med. (a *λόγος*), pr. *loquor, ut absolvam* (*ἀπό*) *me;* 1) *defendo me;* absol. Lc. 21, 14. Act. 26, 1; sq. *ὅτι*, Act. 25, 8; *τί*, profero aliquid ad me defendendum, Lc. 12, 11. Act. 26, 24 (ita saepe etiam ap. Graecos); *τὸ περὶ ἐμοῦ*, vel: quae ad me defendendum conducunt, profero, vel: causam meam defendo, Act. 24, 10; *περί* c. gen. rei et *ἐπί* c. gen. personae de aliqua re coram alicujus judicis tribunali, Act. 26, 2; c. dat. personae, cui defensione me insontem vel probum esse persuadere studeo (*sich in eines Augen rechtfertigen*), Act 19, 33. 2 Co. 12, 19. (Plat. Prot. p. 359 a.; saepe ap. Lucian., Plut.) — 2) *defendo aliquem vel aliquid* (ita non raro ap. profanos); Ro. 2, 15 (ubi e contextu orationis facta hominum intelligenda sunt, quae defenduntur); *τὰ περὶ ἐμοῦ*, Act. 26, 2 (sed vide sub 1).*

**ἀπολογία**, *ας*, ἡ (v. in *ἀπολογέομαι*), *defensio, quae verbis fit;* Act. 25, 16. 2 Co. 7, 11. Phil. 1, 7. 16. 2 Tim. 4, 16; c. dat. personae, cui audienda est apologia, cui aliquis causam suam excusare vel probare studet, 1 Co. 9, 3. 1 Pet. 3, 15; idem ἡ *ἀπολ.* ἡ *πρός τινα*, Act. 22, 1. (Xen. mem. 4, 8, 5.)*

**ἀπο-λούω**, *abluo;* in N. T. bis in aor. 1. med. et quidem in imagine; *ἀπελούσασθε*, 1. Co. 6, 11; *βάπτισαι καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου*, Act. 22, 16. Peccator enim impurus est et scelerum quasi spurcitia contaminatus. Cui venia peccatorum obtingit, ejus peccata quasi e dei conspectu removentur, purus fit ab iis coram deo. *Baptismo* subeundo nanciscitur veniam, unde ii, qui in baptismi lavacrum descenderunt, *ἀπολούσασθαι, se abluisse*, vel *τὰς ἁμαρτ. ἀπολούσασθαι, peccata sibi abluisse* = a peccatis puri facti esse dicuntur.

**ἀπολύτρωσις**, *εως*, ἡ (ab *ἀπολυτρόω*, *a*) dato pretio [v. in *λύτρον*] aliquem redimo; Plut. Pomp. 24; LXX Ex. 31, 8. Zeph. 3, 3; *b*) accepto pretio aliquem liberum dimitto; Plat. legg. 11, p. 919 a. Pol. 22, 21, 8. Diod. 13, 24), *dimissio quae soluto pretio fit; redemtio, liberatio per pretii solutionem facta;* 1) pr. *πόλεων αἰχμαλώτων*, Plut. Pomp. 24 (unico in profanis scriptis loco, ex quo vox adhuc enotata est); 2) in N. T. ubique translate: liberatio a sancti numinis vindicta poenisque peccando promeritis per Christum moriendo facta, Ro. 3, 24. Eph. 1, 7. Col. 1, 14 (v. in *ἐξαγοράζω, ἀγοράζω, λυτρόω* al.); *ἀπολύτρ. τῶν παραβάσεων*, liberatio a poenis peccatorum per eorum expiationem facta, Heb. 9, 15 (cf. *Delitzsch* ad l. et *Fritzsche* Ep. ad Rom. II, p. 178); *ἡμέρα ἀπολυτρώσεως*, dies extrema, qua plenissima obtingit liberatio a peccato in ipsis etiam regenitis residuo atque ab omnibus hujus vitae malis et molestiis, Eph. 4, 30; quo eodem sensu vox intelligenda videtur 1 Co. 1, 30 (ubi Christus ipse dicitur redemtio, h. e. ille, sine quo nobis nulla esset, s. redemtionis auctor), atque intelligenda est in phrasi *ἀπολύτρ. τῆς περιποιήσεως*, redemptio, quae obtinget peculio s. hominibus per Christum deo propriis, Eph. 1, 14 (cf. *Meyer* ad l.); *τοῦ σώματος*, corporis a fragilitate et mortalitate, Ro. 8, 23; liberatio ab odio et vexationibus adversariorum per Christum e coelis reversurum, Lc. 21, 28 coll. 18, 7 s. — liberatio s. dimissio a tormentis, Heb. 11, 35.*

**ἀπο-λύω** f. *ύσω*, aor. 1. *ἀπέλυσα*, pf. pass. *ἀπολέλυμαι*, aor. 1. pass. *ἀπελύθην*, impf. med. *ἀπελυόμην* (Act. 28, 25), habetur in N. T. a solis historicis libris et Heb. 13, 23; *absolvo, solvendo secerno* (*ablösen*); 1) *libero; τινά τινος* (ita ap. Graecos jam inde ab Hom.), libero aliquem ab aliqua re (tamquam a vinculo), Lc. 13, 12 (*ἀπολέλυσαι*, liber esto, *τῆς ἀσθενείας*). — 2) *dimitto* (non amplius retineo); *τινά*, *a*) precantem, cui data responsione discedendi copiam facio (*abfertigen, entlassen*), Mt. 15, 23. Lc. 2, 29 (jam me, quem in his terris retinere, usque dum salutem Israelitis paratam vidissem [vs. 26], decreveras, voti compotem factum dimittis, ita tamen, ut haec dimissio etiam sit dimissio e vita, de qua *ἀπολύειν* dicitur Num. 20, 29. Tob. 3, 6). — *b*) *discedere jubeo* (*verabschieden*), Mt. 14, 15. 22 s. 15, 32. 39. Mc. 6, 36. 45. 8, 3. 9. Lc. 8, 38, 9, 12. 14, 4. Act. 13, 3. 19, 40 (*τὴν ἐκκλησίαν*); passiv., Act. 15, 30. 33. — 3) *liberum dimitto aliquem;* *a*) captivum: solutis vinculis discedere jubeo, discedendi copiam facio, Lc. 22, 68. 23, 22. Jo. 19, 10. Act. 16, 35 s. 26, 32 (*ἀπολελύσθαι ἐδύνατο, posset liber esse;* perfect. ut Lc. 13, 13); 28, 18. Heb. 13, 23; *ἀπολ. τινά τινι, aliquem liberum alicui concedo* (*losgeben*), Mt. 27, 15. 17. 21. 26. Mc. 15, 6. 9. 11. 15. Lc. 23, 17 sq. 20. 25. *b*) accusatum criminis absolvo et liberum dimitto, Jo. 19, 12. Act. 3, 13. *c*) reo data venia discedendi potestatem do, Act. 4, 21. 23. 5, 40. 17, 9. *d*) debitorem, i. e. jus meum in debitorem non persequor, debitum ei remitto, Mt. 18, 27; transl. alicui ignosco quae in me peccavit, Lc. 6, 37. (*τῆς ἁμαρτίας ἀπολύεσθαι* 2 Macc. 12, 45.) — 4) de *divortio* dicitur: *ἀπολύω τὴν γυναῖκα, dimitto* (e domo), *repudio;* Mt. 1, 19. 5, 31 s. 19, 3. 7—9. Mc. 10, 2, 4. 11. Lc. 16, 18; et abusive uxor maritum deserens dicitur *τὸν ἄνδρα ἀπολύειν*, Mc. 10, 12 (nisi, quod probabilius est, Marcus contra historiae veritatem Jesum e Graecorum et Romanorum usu, quo etiam uxores maritos repudiabant, loquentem facit). (שִׁלַּח, Jer. 3, 8. Deut. 21, 14. 22, 19. 29.) — 5) Med. *ἀπολύομαι*, propr. me dimitto; *discedo;* Act. 28, 25 (domum revertor; Ex. 33, 11).*

**ἀπομάσσω** (*μάσσω*, manibus tango, contrecto, masso, depso), *abstergeo;* Med. *me abstergeo, mihi abstergeo, τὸν κονιορτὸν ὑμῖν*, Lc. 10, 11. (Ap. Graecos inde ab Aristoph.)*

**ἀπονέμω** (*νέμω*, partem assigno, tribuo), *assigno, attribuo* (*ἀπό* ut in *ἀποδίδωμι*); *τινί τι, τιμήν*, exhibeo, 1 Pet. 3, 7. (ita Hdian. 1, 8, 1; *τὴν τιμὴν καὶ τ. εὐχαριστίαν*, Jos. ant. 1, 7, 1; *τῷ ἐπισκόπῳ πᾶσαν ἐντροπήν*, Ignat. Magnes. 3; — primum ap. Pind. Isthm. 2, 68; saepe ap. Plat., Aristot. Plut. al.)*

**ἀπο-νίπτω**, aor. 1. med. *ἀπενιψάμην*, *abluo;* Med. *me abluo, mihi abluo; τὰς χεῖρας*, Mt. 27, 24 coll. Deut. 21, 6 s. (Graeci antiquiores dicunt *ἀπονίζω* [sed c. fut. *ἀπονίψω*, aor. *ἀπένιψα*], posteriores, velut Theophr. Char. 25. Plut. Phoc. 18. Athen. 4, c. 31. p. 149, *ἀπονίπτω*, etsi hoc habetur jam ab Hom. Od. 18, 179.)*

**ἀπο-πίπτω**, aor. 2. *ἀπέπεσον*, *decido, delabor;* Act. 9, 18.*

**ἀπο-πλανάω**, ῶ, aor. 1 pass. ἀπεπλανήθην, *aberrare facio*, trop. *a vero in errorem abduco; τινά*, Mc. 13, 22; pass. *aberro; ἀπὸ τῆς πίστεως*, 1 Tim. 6, 10. (Plat. Ax. p. 369 d. Pol. 3, 57, 4. Dion., Plut. al.)*

**ἀπο-πλέω**, aor. 1. ἀπέπλευσα, *nave avehor, nave discedo, solvo;* Act. 13, 4. 14, 26. 20, 15. 27, 1.*

**ἀπο-πλύνω**, *abluo;* Lc. 5, 2 (*Lchm. Trg.* ἔπλυνον, *Tdf.* ἔπλυναν pro vulg. ἀπέπλυναν). (Hom. 6, 95. Plat. Plut. et. sqq. LXX 2 Sam. 19, 24.)*

**ἀπο-πνίγω**, aor. 1. ἀπέπνιξα, aor. 2. pass. ἀπεπνίγην (ἀπό ut in ἀποκτείνω), *suffoco;* Mt. 13, 7 (ubi *Tdf.* ἔπνιξεν); Lc. 8, 7 (de semine spinis obducto et necato); fluctibus suffocare, Lc. 8, 33 (ut ap. Dem. p. 36 al.).*

**ἀπορέω**, ῶ, 3 ps. impf. ἠπόρει (Mc. 6, 20 *Tdf.*); *sum ἄπορος* (ex α priv. et πόρος, transitus, vadum, via, emolumentum, subsidium), h. e. *egestate laboro, angustiis premor, effugio destitutus, consilii inops sum, dubius haereo;* Mc. 6, 20 *Tdf.* e codd ℵBL. — Med. *apud me dubito, incertus sum; nescio, quid statuendum vel agendum;* absol. 2 Co. 4, 8; *περί τινος*, Lc. 24, 4 (*Lchm. Tdf. Trg.*); *περὶ τίνος τις λέγει*, Jo. 13, 22; *ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν*, circa vos nescio, quomodo vos tractem, quo ad vos sermonis genere utar, Gal. 4, 20; *ἀπορούμενος ἐγὼ εἰς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν*, quum nihil invenirem, quid ad quaestionem de eo deciderem, Act. 25, 20. (saepe ap. profanos inde ab Hdt.; saepe etiam ap. LXX.)

**ἀπορία**, ας, ἡ (ἀπορέω, q. v.), *status ejus, qui est ἄπορος, consilii inopia;* Lc. 21, 25. (saepe ap. Graecos inde ab Hdt.; LXX.)

**ἀποῤ-ῥίπτω**, aor. 1. ἀπέῤῥιψα, *abjicio, dejicio;* reflexive: *dejicio me*, Act. 27, 43. (Ita etiam Lucian. ver. hist. 1. 38. cf. *Win.* §. 38, 1.)*

**ἀπορφανίζω** (ex ὄρφανος, orbus, et ἀπό, scil. τινός), *parente s. parentibus privo* (sic Aesch. choeph. 247); hinc transl. *ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν*, vestro usu et consortio privati, 1 Th. 2, 17.*

**ἀποσκευάζω**, aor. 1. med. ἀπεσκευασάμην (σκευάζω, paro, apparo, a σκεῦος, vas), *vasa aufero;* med. *mea aufero* vel *auferenda curo* (Pol. 4, 81, 11. Diod. 13, 91. Dion. Hal. 9, 23 al.); *ἀποσκευασάμενοι*, sarcinis nostris de loco suo lectis et sublatis, Act. 21, 15 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* legunt ἐπισκευασάμενοι.)*

**ἀποσκίασμα**, τος, τό (σκιάζω, a σκιά), *umbra a re in rem sparsa* (*Abschattung*); *τροπῆς ἀποσκίασμα*, umbra, quae conversione efficitur, Jac. 1, 17. Cf. ἀπαύγασμα.*

**ἀπο-σπάω**, ῶ, aor. 1. ἀπέσπασα, aor. 1. pass. ἀπεσπάσθην, *abstraho, avello; τ. μάχαιραν*, destringo gladium, Mt. 26, 51 (*ἐκσπᾶν τ. μαχ.* 1 Sam. 17, 51; *σπᾶν τ. μαχ.* 1 Chr. 11, 11. Mc. 14, 47); *ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν*, abstrahere discipulos ad suas partes, Act. 20, 30 (simillime Ael. v. h. 13. 32). — Passiv. reflexive: *ἀποσπασθέντες ἀπ' αὐτῶν*, ab amicorum amplexu divulsi, Act. 21, 1; *ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν*, se avulsit ab iis et digressus est *ὡσεὶ λίθου βολήν*, Lc. 22, 41; cf. *Meyer* ad h. l. (ap. profanos inde ab Hdt.)*

**ἀποστασία**, ας, ἡ (ἀφίσταμαι), *defectio;* in ss. libris: a vera religione, Act. 21, 21. 2 Th. 2, 3. (Jer. 2, 19. 29. 32. 1 Macc. 2, 15.) Graeci antiquiores dicunt ἀπόστασις, v. *Lob.* ad Phryn. p. 528.*

**ἀποστάσιον**, ου, τό, rarissime ap. nativos Graecos, *defectio*, liberti a patrono, Dem. 35, 48; in sacro cod. 1) *divortium, repudium;* Mt. 19, 7. Mc. 10, 4 (*βιβλίον ἀποστασίου*, = סֵפֶר כְּרִיתוּת libellus repudii, Deut. 24. 1. 3. — 2) *libellus repudii;* Mt. 5, 31. Exemplum ejus exhibent *Grotius* ad h. l. et *Lightfoot.* hor. hebr. ad h. l.*

**ἀποστεγάζω**, aor. ἀπεστέγασα (στεγάζω, a στέγη), *detego, tectum demo;* Mc. 2, 4 (Jesus cum iis, quos docebat, erat in ὑπερῴῳ, et hujus h. l. dicuntur, qui aegrotum ad Jesum adducturi essent, tectum effodisse). (Strabo 4, p. 304. 8, p. 542.)*

**ἀπο-στέλλω**, f. -στελῶ, aor. 1. ἀπέστειλα, pf. ἀπέσταλκα, pf. pass. ἀπέσταλμαι, aor. 2 pass. ἀπεστάλην, pr. *a me mitto* (*abschicken*); 1) *abire jubeo ad locum destinatum; a*) mittuntur vel *personae* cum mandatis, vel *res* alicui destinatae. Ita frequentissime Jesus docet, a deo se missum esse, ut Mt. 10, 40. Mc. 9, 37. Lc. 10, 16. Jo. 5, 36 al.; dicitur idem misisse suos apostolos, i. e. eos legasse, Mc. 6, 7. Mt. 10, 16. Lc. 22, 35. Jo. 20, 21 al. — mittere nuntios, Lc. 7, 3. 9, 52. 10, 1; servos, Mc. 6, 27. 12, 2. Mt. 21, 36. 22, 3; legationem, Lc. 14, 32. 19, 14; angelos, Mc. 13. 27. Mt. 24, 31 al. – Dicuntur mitti *res*, quae abduci aut perferri jubentur ad aliquem, ut Mt. 21, 3. Mc. 11. 3; *τὸ δρέπανον*, i. e. messores, Mc. 4, 29; *τὸν λόγον*, Act. 10, 36. 13, 26 (*Lchm. Tdf. Trg.*: ἐξαπεστάλη); *τὴν ἐπαγγελίαν* (= τὸ ἐπηγγελμένον, i. e. promissum spiritum s.) *ἐφ' ὑμᾶς*, Lc. 24, 49; *τὶ διὰ χειρός τινος*, ex hebr. בְּיַד, Act. 11, 30. — *b*) *Locus* missionis; *ἀποστ. εἴς τινα τόπον*, Mt. 20, 2. Lc. 2, 26. Act. 7, 34. 10, 8. 19, 22. 1 Tim. 4, 12. Ap. 5, 6 al. — Jesum deus misit *εἰς τὸν κόσμον*, Jo. 3, 17. 10, 36. 17, 18. 1 Jo. 4, 9. — *εἰς*, *inter*, Mt. 15, 24. Lc. 11, 49. Act. 26, 17; *ὀπίσω τινός*, Lc. 19, 14. *ἔμπροσθέν τινος*, Jo. 3, 28. et *πρὸ προσώπου τινός*, ex hebr. לִפְנֵי־, *ante* (ut praecedat) aliquem, Mt. 11, 10. Mc. 1, 2. Lc. 7, 27. 10, 1 — *πρός τινα*, ad aliquem, Mt. 21, 34. 37. Mc. 12, 2 s. Lc. 7, 8. 20. Jo. 5, 33. Act. 8, 14. 2 Co. 12, 17 al. — *Unde* vel *a quo* aliquis mittitur: *ὑπὸ τοῦ θεοῦ*, Lc. 1, 26 (*Tdf. Trg.* ἀπό) *παρὰ θεοῦ*, Jo. 1, 6 (Sir. 15, 9); *ἀπὸ* c. gen. personae, e domo alicujus, Act. 10, 17. 21 (e l. vulg.); *ἐκ* c. gen. loci, Jo. 1, 19. — *c*) *Consilium* missionis indicatur sq. infin., Mc. 3, 14. 22, 3. Lc. 1, 19. 4, 18. (Jes. 61, 1.) 9, 2. Jo. 4, 38. 1 Co. 1, 17. Ap. 22, 6; sq. *εἰς, ad; εἰς διακονίαν*, Heb. 1, 14; sq. *ἵνα*, Mc. 12, 2. 13. Lc. 20, 20. Jo. 1, 19. 3, 17. 7, 32. 1 Jo. 4, 9; sq. acc. c. inf., Act. 5, 21; *τινά* c. accus. praedicati, Act. 3, 26 (*εὐλογοῦντα ὑμῖν*, qui beneficium dei in nos conferret); 7, 35 (*ἄρχοντα*, ut esset dux); 1 Jo. 4, 10. — *d*) *ἀποστέλλειν* simpliciter dic. nullo addito accusativo, ut *ἀποστέλλειν πρός τινα*, Jo. 5, 33; add. ptcp. *λέγων, λέγουσα, λέγοντες*, *per legatum dicere*, Mt. 27, 19. Mc. 3, 31. Jo. 11, 30. Act. 13, 15. Jo. 11, 3. — Si quis aliquid per hominem aliquem missum effecit, id sic exprimitur: *ἀποστείλας* s. *πέμψας* hoc effecit; velut *ἀποστείλας ἀνεῖλε*, Mt. 2, 16. Mc. 6, 17. Act. 7, 14. Ap. 1, 1. (Ita etiam Graeci, ut Xen. Cyr. 3, 1, 6: *πέμψας ἠρώτα*. Plut. educ. pu. c. 14: *πέμψας ἀνεῖλε τὸν Θεόκριτον*, et LXX 4 Reg. 6, 13: *ἀποστείλας λήψομαι αὐτόν*). — 2) *dimitto; a*) *discedere aliquem sino; τινὰ ἐν ἀφέσει*, ut sit in statu libertatis, Lc. 4, 19. (Jes. 58, 6.) — *b*) *discedere a me aliquem jubeo, ablego;* Mc. 8, 26; *τινὰ κενόν*, Mc. 12, 3. — *c*) *abigo;* Mc. 5, 10.

**ἀπο-στερέω**, ῶ, aor. 1. ἀπεστέρησα, ptcp. pf. pass. ἀπεστερημένος, *defraudo, spolio, privo;* absol. Mc. 10, 19. 1 Co. 6, 8; *ἀλλήλους*, invicem se subtrahere, de iis dic., qui officium conjugii sibi invicem denegant, 1 Co. 7, 5. Med. *me defraudari sino*, 1 Co. 6, 7. — *τινά τινος* (ut ap. Graecos), *privo aliquem re;* pass. *ἀπεστερημένοι τῆς ἀληθείας*, 1 Tim. 6, 5; *τί*, *fraudo aliquid*, fraude

subtraho vel retineo aliquid; pass., μισθὸς ἀπεστερημένος (sed v. in ἀφυστερέω) Jac. 5, 4. (Deut. 24, 14. Mal. 3, 5.)*

ἀποστολή, ῆς, ἡ (ἀποστέλλω), 1) *missio; Τιμολέοντος εἰς Σικελίαν*, Plut. Timol. 1 al.; dic. de missione classis, Thuc. 8, 9; consulum cum exercitu, h. e. expeditione, Pol. 26, 7, 1. — 2) *dimissio*, liberatio, LXX Cohel. 8, 8. — 3) *res quae mittitur*, dic. potissimum de donis, 1 Reg. 9, 16. 1 Macc. 2, 18, al.; cf. *Grimm* ad h. l. — 4) in N. T. *munus atque dignitas apostolorum Christi*, in Vulg. *apostolatus;* Act. 1, 25. Ro. 1, 5. 1 Co. 9, 2. Gal. 2, 8.*

ἀπόστολος, ου, ὁ, 1) *legatus, nuntius, cum mandatis missus* (Hdt. 1, 21. 5, 38; = שָׁלוּחַ 1 Reg. 14, 6; rabbin. שְׁלִיחַ); Jo. 13, 16 (q. l. distinguuntur ὁ ἀπόστ. et ὁ πέμψας αὐτόν). — τινός, ut τῶν ἐκκλησιῶν, 2 Co. 8, 23. Phil. 2, 25; ἀπόστ. τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, apostolus, quem profitemur, dic. Christus summus dei legatus, qui κλῆσιν ἐπουράνιον attulerit, comparatus cum Mose, quem Judaei profitentur, Heb. 3, 1. — 2) Specialiter insigniuntur hoc nomine duodecim illi discipuli, quos Christus e reliqua assectatorum turba perpetuos sibi comites et regni divini hominibus praedicandi nuntios creaverat; Mt. 10, 1—4. Lc. 6, 13. Act. 1, 26. Ap. 21, 14 et persaepe, nusquam vero in Joannis evang. et epistolis. His apostolis se Paulus aequiparavit, propterea quod coelesti eventu ab ipso exaltato Christo evangelii inter *gentiles* praeco constitutus esset ac salutis christianae cognitionem non humanae institutioni, sed ipsius Christi revelationi deberet, tum vero etiam facultatem apostolicam multis insignibus documentis probasset: Gal. 1, 1. 11 s. 2, 8. 1 Co. 1, 17. 9, 1 s. 15, 8—10. 2 Co. 3, 2 ss. 12, 12. 1 Tim. 2, 7. 2 Tim. 1, 11 coll. Act. 26, 12—20. — E Pauli praeceptis apostoli uberiore acceptâ spiritus s. copiâ superaverunt tum ceteros varios christianae religionis doctores (v. in διδάσκαλος, εὐαγγελιστής, προφήτης), tum reliquos eorum, quibus spiritus s. dona (v. in χάρισμα) obtigerant: 1 Co. 12, 28 s. Eph. 4, 11. — Taxantur falsi quidam doctores, qui nomen et auctoritatem apostolorum Christi sibi arrogarent, 2 Co. 11, 5. 13. 12, 11. Ap. 2, 2. — 3) Latiore sensu nomen transfertur ad alios insigniores christianae religionis doctores, ut Barnabam, Act. 14, 14. et fortasse etiam Timotheum et Silvanum, 1 Th. 2, 7 coll. vs. 18. Ro. 16, 7 (?). Sed Lc. 11, 49. Eph. 3, 5. Ap. 18, 20 intelligendi sunt apostoli arctiore sensu dicti.

ἀποστοματίζω (στοματίζω, quod non exstat, a στόμα), pr. ἀπὸ στόματος *loquor* (cf. ἀποστηθίζω), 1) *memoriter recito*, Themist. or. 20; *recito tironi, ut memoriâ excipiat;* Plat. Euthyd. p. 216. c. 217 a. — dic. de Sibylla *vaticinium proloquente*, Plut. Them. 24. — 2) *propositis quaestionibus sollicito* et ita *ad respondendum prolicio; τινά*, Lc. 11, 53.*

ἀπο-στρέφω, f. ψω, aor. 1. ἀπέστρεψα, aor. 2. pass. ἀπεστράφην, 1) *averto; τινὰ* vel τὶ ἀπό τινος, 2 Tim. 4, 4 (τὴν ἀκοὴν ἀπὸ τῆς ἀληθείας); *removeo* aliquid ab aliquo, Ro. 11, 26 (Jes. 59, 29); ἀποστρέφειν τινά simpliciter: averto eum a fide alicui debita, ad defectionem sollicito, Lc. 23, 14. — 2) *refero, reddo, reduco;* Mt. 26, 52 (refer gladium in vaginam); 27, 3 de Juda siclos reddente, ubi *Tdf.* et *Trg.* ἔστρεψεν. (Eodem sensu = הֵשִׁיב Gen. 14, 16. 28, 15. 43, 11. 20 [12. 21.] al. Bar. 1, 8. 2, 34 al.) — 3) intransit. *me averto, redeo;* ἀπὸ τῶν πονηριῶν, Act. 3, 26 coll. vs. 19 (ἀπὸ ἁμαρτίας Sir 8, 5. 17, 21; redeo ex aliquo loco, Gen. 14, 27. 18, 33. 1 Macc. 11, 54 al.; Xen. Hell. 3, 4, 12); cf. *Meyer* ad l. — 4) Med. c. aor. 1. pass.: *me averto;* c. accus. objecti (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 166); *repudio; τινά* Mt. 5, 42. Hebr. 12, 25; τὴν ἀλήθειαν, Tit. 1, 14; sensu *deserendi, τινά*, 2 Tim. 1, 15.*

ἀπο-στυγέω, ῶ, *aversor, reformido;* Ro. 12, 9. (Hdt. 2, 47. 6, 129; Soph. Eur. al.) Uberiora de hac voce profert *Fritzsche* ad l.*

ἀποσυνάγωγος, ον (συναγωγή, q. v.) *a conventibus sacris Israëlitarum exclusus; sacris prohibitus;* Jo. 9, 22. 12, 42. 16, 2. An etiam exclusio ab omni israeliticae gentis consortio (Esr. 10, 8) voce denotetur, in suspenso videtur relinquendum esse; cf. *Win.* RWB. s. v. *Bann; Wieseler* ad Gal. 1, 8. p. 45 ss. (Ap. profanos vox non exstat.)*

ἀπο-τάσσω, *sepono. secerno;* in N. T. habetur solum med. ἀποτάσσομαι, aor. 1. ἀπεταξάμην, pr. *me secerno, me ablego* ab aliquo, i. e. *valedico, valere jubeo;* Vulg. *valefacio; τινί* Mc. 6, 46. Lc. 9, 61. Act. 18, 18. 21. 2 Co. 2, 13. (Veteres Graecos nunquam sic voce usos esse, sed ἀσπάζεσθαί τινα dixisse, docet *Lobeck* ad Phryn. p. 23 s.) — 2) trop. *renuntio; τινί*, Lc. 14, 33. (Ita etiam Jos. ant. 11, 6, 8. Phil. alleg. III, §. 48; ταῖς τοῦ βίου φροντίσι, Euseb. h. e. 2, 17, 5.)*

ἀπο-τελέω, ῶ, *perficio; ad finem perduco; ἰάσεις*, Lc. 13, 32 (*Lchm. Tdf. Trg.* pro vulg. ἐπιτελῶ); ἡ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα, peccatus ad maturitatem provectus, Jac. 1, 15. (Hdt. Xen. Plat. et sqq.)*

ἀπο-τίθημι, aor. 2. ἀπεθέμην, *depono;* in N. T. solum med.: *a me depono;* τὰ ἱμάτια, Act. 7, 58. — trop. *deponi* dicuntur ea, quibus renuntiat aliquis, quibus se abdicit; ut τὰ ἔργα τοῦ σκότους, Ro. 13, 12. — Eph. 4, 22. 25. Col. 3, 8. Jac. 1, 21. 1 Pet. 2, 1. Heb. 12, 1. (τὴν ὀργήν, Plut. Coriol. 19; τὸν πλοῦτον, τὴν μαλακίαν al. Luc. dial. mort. 10, 8; τ. ἐλευθερίαν κ. παῤῥησίαν, ibid. 15 al.)*

ἀπο-τινάσσω, aor. 1. ἀπετίναξα, *excutio, decutio;* Lc. 9, 5. Act. 28. 5. (1 Sam. 10, 2. Thren. 2, 7. Eurip. Bacch. 253.)*

ἀπο-τίνω et ἀπο-τίω, f. ίσω (ἀπό ut in ἀποδίδωμι), *persolvo, rependo;* Philem. vs. 19. (saepe ap. LXX = שִׁלֵּם; ap. profanos inde ab Hom.)

ἀπο-τολμάω, ῶ, pr. *a me* (ἀπό) *audeo*, h. e. *audaciam mihi sumo* (*sich erkühnen*); Ro. 10, 20. Cf. *Win.* v. comp. 4, p. 15. (passim ap. Thuc. Plat. Aeschin. Pol. Diod. Plut.)*

ἀποτομία, ας, ἡ (indoles ejus, qui est ἀπότομος, abscissus, abruptus, praeruptus, ut rupes, asper; ab ἀποτέμνω), propr. *acies, schneidende Schärfe* (differt ab ἀποτομή, incisio, segmentum), *Schroffheit; severitas, rigor;* Ro. 11, 22 (ubi opp. χρηστότης, ut Plut. pu. educ. c. 18 πρᾳότης, Dion. Hal. 8, 61 τὸ ἐπιεικές, et Diod. p. 591 ἡμερότης.)*

ἀποτόμως, adv. (v. in ἀποτομία), *abscisse, abrupte.* — *b*) trop. *acriter, severe*, Tit. 1, 13. 2 Co. 13, 10. De adjectivo ἀπότομος cf. *Grimm* Exgt. Hdb. ad Sap. p. 121.*

ἀπο-τρέπω, *averto;* med. *averto me, fugio, vito;* τινά vel τὶ (v. in ἀποστρέφω), 2 Tim. 3, 5. (4 Macc. 1, 33. Aesch. Sept. 1040. Eur. Iph. Aul. 336.)*

ἀπουσία, ας, ἡ (ἀπεῖναι), *absentia;* Phil. 2, 12.*

ἀπο-φέρω, aor. 1. ἀπήνεγκα, inf. aor. 2. ἀπενεγκεῖν, inf. aor. 1. pass. ἀπενεχθῆναι, *aufero, abduco; τινά*, incl. notione violentiae, Mc. 15, 1; εἰς τόπον τινά, Ap. 17, 3. 21, 10; passiv. Lc. 16, 22. — *defero;* τὶ εἰς c. acc. loci, 1 Co. 16, 3; τὶ ἀπό τινος ἐπί τινα, passiv., Act. 19, 12 (*Lchm. Tdf. Trg.* pro vulg. ἐπιφέρεσθαι).*

ἀπο-φεύγω, aor. 2. ἀπέφυγον, *aufugio, effugio;* c. accus. 2 Pet. 2, 18 (ubi perperam comma ponunt post ἀποφ. *Lchm.* et *Tdf.*); vs. 20; c. genit., vi praepositionis, 2 Pet. 1, 4.*

ἀπο-φθέγγομαι, aor. 1. ἀπεφθεγξάμην, *effor, profor, pronuntio*, verbum non quotidiani sermonis, sed „grandis et sublimioris orationis est, ut lat. *profari et pronuntiare;* valet enim proprie *einen Ausspruch thun, sich vernehmen lassen* diciturque cum de vatibus (v. *Kypke* ad Act. 2, 4. add. LXX Ez. 13, 9. Mich. 5, 12. 1 Chr. 25, 1), tum de sapientibus et philosophis (Diog. Laert. 1, 63. 73. 79, quorum acute dicta ἀποφθέγματα vocarunt Graeci, Cic. Off. 1, 29)". Unde „quae illustri illo pentacostes die Christiani et maxime Petrus proferebant spiritu divino incalescentes, Act. 2, 4. 14., tum vero quae Paulus de ἀποκαλύψει κυρίου sibi facta Agrippae regi aperuit, Act. 26, 25., ἀποφθέγξασθαι narrantur". *Win.* vb. comp. 4, p. 16.*

ἀποφορτίζομαι (φορτίζω, onero; φόρτος, onus), *exonero me; τί, onus depono*, nostr. *abladen;* τὸν γόμον, de navi, Act. 21, 3. Cf. *Meyer* et *de Wette* ad l. *Win.* p. 328. (Alibi de nautis dic. tempore tempestatis navem naufragii facilius evitandi causa exonerantibus; Philo de praem. et poen. §. 5: κυβερνήτης, χειμώνων ἐπιγινομένων, ἀποφορτίζεται. Athen. 2, 5, p. 37 c., ubi bis legitur.)*

ἀπόχρησις, εως, ἡ (ἀποχράομαι), *perversus usus;* Col. 2, 22: ἅ ἐστιν πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, „quae omnia (h. e. res vetitae) cedunt in perniciem (perniciem afferunt) abusu", quod Paulus dicit e sententia falsorum doctorum, qui in quolibet earum rerum usu ἀπόχρησιν vituperabilem usum, cernebant. Contra eos, qui enuntiatum semicirculis a circumjectis distinguunt et ἀπόχρησιν de *consumtione per usum* (*Verbrauch*, ut ap. Plut. moral. p. 267 f.) intelligunt, ut non sententia falsorum doctorum referatur, sed de ea a Paulo judicium feratur simillimum illi, quod Mt. 15, 17. 1 Co. 6, 13 editur, cf. *de Wette* ad l.*

ἀπο-χωρέω, ῶ, aor. 1. ἀπεχώρησα, *abscedo, discedo;* ἀπό τινος, Mt. 7, 23. Lc. 9, 39. Act. 13, 13.*

ἀπο-χωρίζω, *separo, sejungo* (saepius ap. Plat.); *discindo*, pass. ὁ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη, Ap. 6, 14; sensu reflex. *me separo, discedo;* ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, Act. 15, 39.*

ἀπο-ψύχω, *animam exspiro; exanimor;* Lc. 21, 26. (Ita Thuc. 1, 134. Bion. 1, 9 al. 4 Macc. 15, 18.)*

Ἄππιος, ου, ὁ, *Appius*, praenomen romanum; Ἀππίου φόρον, *Appii forum* (Cic. ad Att. 2, 10. Hor. Sat. 1, 5, 3), nomen oppidi Italiae, XLIII milliaria romana a Roma distantis, ad viam Appiam siti (quae via ann. 312 ante Chr. ab Appio Claudio Caeco, censore, saxo quadrato strata per portam Capenam Capuam atque inde Brundusium usque ferebat), Act. 28, 15.*

ἀπρόσιτος, ον (προσιέναι), *ad quem accessus non patet, inaccessus;* φῶς ἀπρόσιτον, 1 Tim. 6, 16. (Pol. Diod. Philo, Lucian. Plut.; φέγγος ἀπρός. Tatian. c. 20; δόξα, Chrys. in Jes. 6, 2.)*

ἀ-πρόσ-κοπος, ον (προσκόπτω, q. v.), 1) active: *non habens, in quo offendatur; qui non est offensioni; a)* pr. ὁδός, via plana, Sir. 35, 21. *b)* metaph. *suo vivendi modo alios non inducens in peccatum;* 1 Co. 10, 32. — 2) passive: *a) non impingens;* metaph. *non inductus in peccatum; inculpatus;* Phil. 1, 10 (junct. c. εἰλικρινεῖς). — *b) inoffensus;* συνείδησις, quae peccatorum conscientia non sollicitatur et turbatur, Act. 24. 16. (Apud profanos non habetur.)*

ἀπροσωπολήπτως, hellenisticae officinae vox (α priv. et προσωπολήπτης, q. v.), *nulla personae ratione habita*, i. e. sine partium studio; 1 Pet. 1, 17 (Barn. ep. 4, 12). (Adjectivum ἀπροσωπόληπτος passim ap. eccles. scriptores.)*

ἄπταιστος, ον (πταίω, q. v.), *non impingens, non vacillans, immunis a lapsu* (propr. de equo, Xen. de re eq. 3, 6); metaph. Jud. vs. 24.*

ἅπτω, ptcp. aor. 1. ἅψας (cf. lat. *apto*, nostr. *heften*), 1) pr. *necto* (*anheften, anhaften machen*); hinc speciatim: necto ignem alicui rei, *accendo, incendo* (ita saepe ap. Atticos); λύχνον, Lc. 8, 16. 11, 33. 15, 8. (Arist. nub. 57. Theophr. char. 28 [18], Jos. ant. 4, 3, 4); πῦρ Lc. 22, 55; πυρὰν Act 28, 2 (*Lchm. Tdf. Trg.*). — 2) Med. impf. ἡπτόμην, aor. 1. ἡψάμην, ap. LXX plerumque = נָגַע, הִגִּיעַ; pr. *me adnecto, adhaereo*, germ. *sich anheften, anhangen* (Hom. Il. 8, 67); *a) tango, attingo*, sq. objecto in genit.; Mt. 8, 3. Mc. 3, 10. 7, 33. 8, 22. — Lc. 18, 15. 22, 51 et saepe ap. Mt. Mc. Lc. — Jo. 20, 17 μή μου ἅπτου explicandum est: noli contrectando me explorare, an etiamnunc corpore sim indutus; hac exploratione non opus est, nam . . ., cf. *B.-Crusius* et *Meyer ad l.* — *b)* γυναικός, dic. de venereo mulieris usu s. de concubitu 1 Co. 7, 1., ut lat. *tangere*, Hor. serm. 1, 2, 54. Ter. Heaut. 4, 2, 15 et hebr. נָגַע, Gen. 20, 6. Prov. 6, 29. (Plat. de rep. 8. p. 913 a. Plut. Alex. c. 21.) — *c)* ratione habita levitici praecepti: ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε, nihil commercii habete cum gentilibus eorumque rebus, 2 Co. 6, 17 (e Jes. 52, 11); et judaico sensu, μὴ ἅψῃ Col. 2, 21 (res non tangendae videntur esse et mulieres et certa ciborum genera, ut commendetur coelibatus et abstinentia quorundam ciborum et potionum; cf. *de Wette* ad l.) — *d) vim infero; τινός, alicui;* 1 Jo. 5, 18. (1 Chr. 16, 22 al.)

Ἀπφία, ας, ἡ, *Apphia*, nom. propr. mulieris, Philem. vs. 2.

ἀπ-ωθέω, ῶ, *detrudo, depello, repello;* in N. T. solum med. ἀπωθέομαι (οῦμαι), aor. 1. ἀπωσάμην (pro quo meliores Graeci dixerunt ἀπεωσάμην, cf. *Win.* p. 86), *a me detrudo, a me depello*, h. e. *repudio, rejicio, aversor; τινά*, Act. 7, 27. 39. 13, 46. Ro. 11, 1 s. 1 Tim. 1, 19. (Jer. 2, 37. 4, 30. 6, 19. Ps. 93, 14 et saepius. — Ap. Graec. inde ab Hom.)*

ἀπώλεια, ας, ἡ (ab ἀπόλλυμι, q. v.), 1) active: *perditio, abolitio* (*Vernichtung*), velut vasorum, Ro. 9, 22; τοῦ μύρου, profusio, Mc. 14, 4. (Mt. 26, 8. absque genit.), (consumtio, opp. τήρησις, Pol. 6, 59, 5); interemtio hominis, Act. 25, 16 (e l. vulg.); metonymice, *res* vel *opinio* perniciosa, in plurali, 2 Pet. 2, 2 e l. vulg.; sed jam dudum ibi nunc recte legitur ἀσελγείαις. — 2) passive, *interitus, exitium; a)* univ.; τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπ., pereat tecum pecunia tua, Act 8, 20; βυθίζειν τινὰ εἰς ὄλεθρον κ. ἀπώλειαν, injuncta notione miseriae, 1 Tim. 6, 9; αἱρέσεις ἀπωλείας, opiniones perniciosae, 2 Pet. 2, 1; ἐπάγειν ἑαυτοῖς ἀπώλειαν, ibid., coll, vs. 3. — *b)* speciatim *pernicies, quae est in vitae aeternae jactura, aeterna miseria*, iis destinata, qui a regno divino excluduntur; Ap. 17, 8. 11 coll. 19, 20. — Phil. 3, 16, 2 Pet. 3, 16; oppos. ἡ περιποίησις τῆς ζωῆς, Heb. 10, 39; ἡ ζωή, Mt. 7, 13; σωτηρία, Phil. 1, 28. — ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, homo aeternae miseriae devotus (ex hebraismo, v. in υἱός), 2 Th. 2, 3 (de antichristo); Jo. 17, 12 (de Juda proditore); ἡμέρα κρίσεως κ. ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν, 2 Pet. 3, 7. (Ap. profanos inde a Polybii loco supra allato; — saepe ap. LXX et in apocrr. V. T.)*

ἄρα, particula ratiocinationis vim habens (cognata, ut videtur, radici verbali *ΑΡΩ, aptare, aptum esse*), cujus apud nativos Graecos usum praeter alios uberius illustrant *Kühner* II, §. 720 ss. et 856 s. *Klotz* ad Dev. II, p. 160—80; qua indicatur „rebus ita comparatis aliquid ita aut esse

aut fieri“ (*Klotz* l. c. p. 167); *igitur*, nostr. *sonach*. In N. T. a Paulo frequentatur, in joanneis autem scriptis et catholicis, quae dicuntur, epistolis non exstat; de ejus in N. T. usu cf. *Win.* p. 414 et 519. Legitur 1) alii voci subjuncta; Ro. 7, 21. 8, 1. Gal 3, 7; *ἐπεὶ ἄρα*, quum, si aliter res se haberet, 1 Co. 7, 14. — pronominibus et particulis interrogativis postpositâ respicitur ad antecedens vel dictum vel factum, vel etiam ad aliquid sola mente conceptum; *τίς ἄρα*, quis igitur? *wer sonach?* Mt. 18, 1 (i. e. unus haud dubie major erit, quis igitur?); 19, 25 (i. e. haud dubie nonnulli salvi erunt; divites negas salvos fore; quis igitur?); vs. 27. 24, 45 (paratos vos esse jubeo; quis igitur . . . ? Ex hoc meo praecepto consequitur haec quaestio); Mc. 4, 41. Lc. 1, 66 (his omnibus haud dubie aliquid; quid igitur?); 8, 25. 12, 42. 22, 23 (unus ex nobis erit; quis igitur?); Act. 12, 18 (evanuit Petrus; quid igitur accidit ei?). — *εἰ ἄρα*, Mc. 11, 13 (an in arbore, quum folia haberet, etiam inventurus esset fructus); Act. 7, 1 (*ἄρα* = quum testes haec enuntient); 8, 22 (an, cum tam grave sit delictum tuum, tibi etc.); *εἴπερ ἄρα*, 1 Co. 15, 15. (אִם־נָא, *εἰ ἄρα*, Gen. 18, 3.) — *οὐκ ἄρα*, Act. 21, 38 (graecam linguam calles; non igitur, ut suspicabar, es Aegyptius?) — *μὴ ἄρα*, *num igitur;* 2 Co. 1, 17. — 2) Ex usu ap. Graecos dubio (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 318) in sententiae initio positum: *atque ita, itaque*, nostr. *so - -denn, demnach;* i. q. *ὥστε* cum verbo finito positum; *ἄρα μαρτυρεῖτε*, Lc. 11, 48 (Mt. 23, 31: *ὥστε μαρτυρεῖτε*); Ro. 10, 17. 1 Co. 15, 18. 2 Co. 5, 15 (ap. *Lchm. Tdf. Trg.* nulla praecedente protasi conditionali); 7, 12. Gal. 4, 31 (*Lchm. Tdf. Trg. διό*); Heb. 4, 9. — 3) in apodosi. post protasin per *εἰ* factam, ut id eliciatur, quod per se intelligitur; nostr. *so ist ja;* Lc. 11, 20. Mt. 12. 28. 2 Co. 5. 15 (e l. vulg., praecedente protasi c. *εἰ*); Gal. 2, 21. 3, 29. 5, 11. Heb. 12, 8; — alii voci subjunctum, 1 Co. 15, 14. — 4) cum *γέ* intendente *ἄραγε*, *itaque ergo*, Mt. 7, 20. 17, 26. Act. 11, 18 (*Lchm. Tdf. Trg.* sine *γέ*); et voci subjunctum 17, 27. — 5) *ἄρα οὖν*, compositio Paulo propria, in principio enuntiati (*Win.* p. 414. *Bttm.* ntl. Gr. p. 318), *hinc igitur*, Ro. 5, 18. 7, 3. 25. 8, 12. 9, 16. 18. 14, 12 (*Lchm.* et *Trg.* omittunt *οὖν*); vs. 19. Gal. 6, 10. Eph. 2, 19. 1 Th. 5, 6. 2 Th. 2, 15.*

*ἆρα*, particula interrogationis (ejusdem cum antecedente *ἄρα* radicis nec ab eo differens, nisi ita, ut prima syllaba voce magis efferatur indeque circumflectatur), 1) *num igitur*, ut responsio exspectetur negans id, quod quaeritur; Lc. 18, 8; cum *γέ* intendente, *ἆρά γε*, Act. 8, 30. — *ergone*, ut exspectetur responsio affirmans, in apodosi per quaestionem enuntiata: *so ist also wohl?* Gal. 2, 17 (ubi alii *ἄρα* scribunt, ut hoc exemplum ad locos sub *ἄρα*, n. 3. laudatos referatur atque vertatur: *so ist ja Christus ein Sündendiener;* sed *μὴ γένοιτο*, quod sequitur, ubique a Paulo opponitur interrogationibus. — Cf. *Win.* p, 475.*

*ἀρά*, *ᾶς*, *ἡ*, 1) *preces; preces supplices;* multo saepius 2) *imprecatio, exsecratio, dirae* (cf. *κατάρα*); ita Ro. 3, 14 (coll. Ps. 10, 7) et saepe ap. LXX. (Utroque significatu ap. Graecos inde ab Hom.)*

*Ἀραβία, ας, ἡ, Arabia*, notissima Asiae ad Africum sitae peninsula inter Aegyptum, Palaestinam, Syriam, Mesopotamiam, Babyloniam, sinum arabicum et persicum et mare erythraeum sita; Gal. 1, 17. 4, 25.*

*ἀραβών*, v. in *ἀῤῥαβών*.

*Ἀράμ, Aram*, nom. pr. indecl. viri e majoribus Christi; Mt. 1, 3 s. Lc. 3, 33; v. in *Ἀδμεΐν*.*

*ἄραφος*, v. in *ἄῤῥαφος*.

*Ἄραψ, Ἄραβος, ὁ, Arabs*, Act. 2, 11.*

*ἀργέω, ῶ* (sum *ἀργός*, q. v.), *otior;* ex adj. *cesso, cunctor;* 2 Pet. 2, 3: *οἷς τὸ κρίμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ*, h. e. quibus jam dudum imminet poena et brevi ingruet. (Ap. Graecos inde a Sophocle.)*

*ἀργός, όν*, et ap. posteriores inde ab Arist. hist. anim. 10, 27 ideoque etiam in N. T. cum feminino *ἀργή*, quo inter antiquiores solus Epimenides usus esse fertur, Tit. 1, 12; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 104 s. Paralip. p. 455 ss. *Win.* §. 11, 1 (contract. ex *ἄεργος*, quo Hom. utitur, ab *α* priv. et *ἔργον*, sine negotio, sine labore, non opus faciens), *otiosus; a) labore vacans, unbeschäftigt* (*ἀργὸν εἶναι*, Hdt. 5, 6), Mt. 20, 3. 6. 1 Tim. 5, 13. — *b) piger, iners, laborem detrectans, quem subire debet* (Hom. Il. 9, 320: *ὅ, τ' ἀεργὸς ἀνήρ, ὅ, τε πολλὰ ἐοργώς*); *πίστις*, Jac. 2, 20 (*Lchm. Tdf. Trg.* pro vulg. *νεκρά*); *γαστέρες ἀργαί*, i. e. homines heluones, qui ab omni opere abstinentes gulae indulgent, ex Epimenide, Tit. 1, 12 (Nicet. ann. 8, 4. 135 d. *εἰς ἀργὰς γαστέρας ὀχετηγήσας*); *ἀργὸς καὶ ἄκαρπος εἴς τι*, 2 Pet. 1, 8. — *c)* dic. de rebus, e quibus nullus fructus percipitur, quamvis ferre fructum possint ac debeant, ut de agris, de arboribus, de auro et argento (cf. *Grimm* Exgt. Hdb. ad Sap. 14, 5); *inutilis, ῥῆμα ἀργόν*, per litot. i. q. *perniciosum* (v. supra in *ἄκαρπος*), Mt. 12, 36.*

*ἀργύρεος, οῦς, έα, ᾶ, έον, οῦν, argenteus;* forma contracta Act. 19, 24. 2 Tim. 2, 20. Ap. 9, 20.*

*ἀργύριον, ίου, τό* (ab *ἄργυρος*, q. v.), 1) *argentum;* Act. 3, 16. 7, 16. 20, 33. 1 Pet. 1, 18. — 2) *pecunia;* simpliciter, Mt. 25, 18. 27. Mc. 14, 11. Lc. 9, 3. 19, 15. 23. 22, 5. Act. 8, 20; in plur. Mt. 28, 15. — 3) Speciatim *nummus argenteus, Luth.: Silberling*, שֶׁקֶל, *σίκλος, siclus*, i. e. nummus, quo Judaei post exilium a Simonis, ipsorum principis, aetate (seu ab anno 141. ante Chr. n.) utebantur (cf. 1 Macc. 15, 6 s.), teste Josepho (ant. 3, 8, 2), aequans *τετράδραχμον* atticum vel *δίδραχμον* alexandrinum (v. in *στατήρ*); Mt. 26, 15. 27, 3. 5 sq. 9. — Act. 19, 19: *ἀργυρίου μυριάδες πέντε*, ut nos dicimus: 50000 *in Silber* = *Silbergeld;* haud dubie intelliguntur drachmae; cf. *Meyer*, ad l.*

*ἀργυροκόπος, ου, ὁ* (*ἄργυρος* et *κόπτω*, tundo, cudo, argenti cusor), *faber argentarius;* Act. 19, 24. (Judd. 17, 4. Jer. 6, 29. — Plut. de vit. aere alien. c. 7.)*

*ἄργυρος, ου, ὁ* (*ἀργός*, splendens), *argentum;* 1 Co. 3, 12 (intellige arg., quo columnae obducebantur et contignatio aedificiorum exornabatur); metonym., res argento confectae, opera, vasa, simulacra argentea; Act. 17, 29. Jac. 5, 3. Ap. 18, 12. — *nummus argenteus;* Mt. 10, 9.*

*Ἄρειος πάγος, ου, ὁ. Areopagus* (locus eminentior in Athenarum urbe haud procul ab acropoli ad occasum situs; *πάγος, collis, Ἄρειος, Martius* = *scopulus Mavortis*, ita dictus, quia, ut fabula referebat, Mars, quum in stupro filiae Alcippes Neptuni filium Halirrhothium deprehensum occidisset, idcirco homicidii accusatus, capitis causam hic coram duodecim diis judicibus dixerat; Pausan. Attic. 1, 28), locus, in quo conveniebant judices, qui de rebus capitalibus (velut de caede deliberata, de incendio voluntario, de morte pharmacis parata, de vulneribus data opera inflictis, de institutorum civilium et sacrorum violatione) judicarent. Quod judicium a loco, quo sedem habebat, ipsum quoque dictum est *Areopagus*, etiam *Areum judicium* (Tacit. ann. 2, 55), *curia Martis* (Juv. sat. 9, 101). In illum collem Paulus apost. ductus est, non ut coram judicibus causam diceret, sed ut majori populi

populi multitudini ibi confluenti et novarum rerum audiendarum cupidae suas de rebus divinis opiniones exponeret; Act. 17, 19—21 coll. vs. 32. Cf. *J. H. Krause* Art. *Areopag* in *Pauly* Realencykl. d. class. Alterthumswissensch. I, p. 700 ss.

**Ἀρεοπαγίτης** (*Tdf.* Ἀρεοπαγείτης), ου, ὁ (a voce praecedente), *Arei judicii assessor;* Act. 17, 34.*

**ἀρεσκεία** (*Tdf.* ἀρεσκία), ας, ἡ (ab ἀρεσκεύω, blandus sum, unde non est scribendum ἀρέσκεια), *placendi studium;* περιπατεῖν ἀξίως τοῦ κυρίου εἰς πᾶσαν ἀρεσκείαν, ut ei in omnibus placeatis, Col. 1, 10. (de studio placendi deo Philo opif. §. 50; de profug. §. 17. de victim. §. 3 sub fin.; — ap. nativos Graecos plerumque in malam partem dicitur; Theoph. char. 5. Pol. 31, 26, 5. Diod. 13, 53 al.)*

**ἀρέσκω**, f. ἀρέσω, impf. ἤρεσκον, aor. 1. ἤρεσα (ΑΡΩ), *a*) *placeo;* τινί, Mt. 14, 6. Mc. 6, 22. Ro. 8, 8. 15, 2. 1 Th. 2, 15. 4, 1. 1 Co. 7, 32—34. Gal. 1, 10. 2 Tim. 2. 4; ἐνώπιόν τινος, ex hebr. בְּעֵינֵי, Act. 6, 5 (1 Reg. 3, 10. Gen. 34, 18 al.). — *b*) *placere studeo; ad aliorum opiniones, studia, commoda me accommodo* (*zu Gefallen sein* oder *leben*), τινί, 1 Co. 10, 33 (πάντα πᾶσιν ἀρέσκω); 1 Th. 2, 4. — ἀρέσκειν ἑαυτῷ, semet ipso delectari ideoque sua commoda spectare, Ro. 15, 1. 3.*

**ἀρεστός**, ή, όν (ἀρέσκω), *gratus, acceptus;* τινί, Jo. 8, 29. Act. 12, 3; ἐνώπιόν τινος, 1 Jo. 3, 22 (v. ἀρέσκω); ἀρεστόν ἐστι seq. acc. c. inf., *aptum est*, Act. 6, 2. (ap. Graecos inde ab Hdt.)*

**Ἀρέτας**, α (cf. *Win.* §. 8, 1), ὁ, *Aretas* (nomen complurium Arabiae Petraeae s. Nabataeae regum; cf. *Schürer* ntl. Zeitgeschichte, p. 233 s.), rex arabicus, qui genero Herodi Antipae ob repudiatam ab eo filiam bellum intulit (an. 36 p. Chr. n.) atque contra eum tanta fortuna conflixit, ut ejus exercitum plane profligaret (Jos. ant. 18, 5). Quo facto Vitellius, Syriae praeses, exercitum contra Aretam ducere a Tiberio jussus, bellum paravit; sed Tiberio interim mortuo, copias ex itinere reduxit iisque in hiberna dimissis Romam profectus est. Post ejus discessum Aretas in damascenam regionem imperium (quod quo facto aut beneficio adeptus sit, ignoratur) exercuit urbique ethnarcham praefecit; 2 Co. 11, 32. Cf. *Win.* RWB. s. v.; *Wieseler* in *Herzog* Enc. I, p. 488 s. *Keim* in *Schenkel* BL. I, p. 238 s. *Schürer* in *Riehm* HWB. p. 81 s.*

**ἀρετή**, ῆς, ἡ, vox, cujus notio ap. Graecos latissime patet; *quaelibet alicujus personae* (corporis vel animi) vel *rei praestantia, excellens facultas;* de humano animo et sensu quidem ethico dictum: 1) *honesta sentiendi agendique ratio; honestas, probitas* (Sap. 4, 1. 5, 13; saepe in 4 Macc. et ap. Graec.), 2 Pet. 1, 5. — 2) *singularis quidam excellens animi habitus*, ut modestia, castimonia, hinc (in plur. αἱ ἀρεταί, Sap. 8, 7; saepe in 4 Macc. et ap. graec. philosophos) τὶς ἀρετή, Phil. 4, 8. — De *deo* dictum: *a*) ejus *vis*, 2 Pet. 1, 13. *b*) in plur. virtutes ejus, „quae in opere gratuitae vocationis et in toto negotio salutis nostrae relucent" (*Jo. Gerhard*), 1 Pet. 2, 9. (Ap. LXX = הוֹד, *decus, gloria*, Hab. 3, 2 [de deo]; Sach. 6, 13 [de Messia]; plur. = תְּהִלּוֹת, *laudes*, de deo, Jes. 43, 21. 42, 12. 63, 7.)*

**ἀρήν**, ὁ, nominativ. inusitatus; reliqui casus per syncopen ἀρνός (pro ἀρένος), ἀρνί, ἄρνα; plur. ἄρνες, ἀρνῶν, ἀρνάσι, ἄρνας, *ovis, agnus;* Lc. 10, 3. (Gen. 30, 32. Exod. 23, 10 al.; — ap. Graecos inde ab Hom.)*

**ἀριθμέω**, ῶ, aor. 1. ἠρίθμησα, pf. pass. ἠρίθμημαι (ἀριθμός), *numero;* Mt. 10, 30. Lc. 12, 7. Ap. 7, 9.*

**ἀριθμός**, οῦ, ὁ, *numerus; a*) numerus certus ac definitus; τὸν ἀριθμὸν πεντακισχίλιοι, *numero*, Jo. 6, 10 (2 Macc. 8, 16. 3 Macc. 5, 2 et saepe ap. Graecos; *Win.* p. 205); ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα, Lc. 22, 3; ἀρ. ἀνθρώπου, numerus, cujus litterae quendam hominem indicant, Ap. 13, 8. — *b*) numerus non definitus, i. q. multitudo; Act. 6, 7. 11, 21. Ap. 20, 8.

**Ἀριμαθαία**, ας, ἡ, *Arimathaea* s. *Arimathia*, hebr. רָמָה (locus excelsus), nomen plurium palaestinensium oppidorum; cf. *Gesenii* Thes. III, p. 1275. Quae Mt. 27, 57. Mc. 15, 43. Lc. 23, 51. Jo. 19, 38 commemoratur, videtur eadem fuisse cum illa, quae Samuelis patria et sedes erat, in montanis Ephraim; 1 Sam. 1, 1. 19 al.; LXX Ἀρμαθαΐμ, et sine articulo Ῥαμαθέμ, et ex alia lectione Ῥαμαθαΐμ 1 Macc. 11, 34; Ῥαμαθά ap. Jos. antt. 13, 4, 9. Cf. *Grimm* ad 1 Macc. 11, 34. *Keim* III, p. 514*

**Ἀρίσταρχος**, ου, ὁ, *Aristarchus*, vir quidam christianus, Thessalonicensis, cum Paulo in captivitatem abductus; Act. 19, 29. 20, 4. 27. 2. Col. 4, 10. Philem. vs. 24.*

**ἀριστάω**, ῶ, aor. 1. ἠρίστησα (τὸ ἄριστον, q. v.), *a*) *jentaculum capio;* Jo. 21, 12. 15. (Xen. Cyr. 6, 4, 1. et saepius ap. Atticos.) — *b*) ex usu posteriorum *coeno*, παρά τινι, Lc. 11, 37. (Gen. 43, 25. Ael. v. h. 9, 19.)*

**ἀριστερός**, ά, όν, *sinister, laevus;* Mt. 6, 3. Lc. 23, 33; ὅπλα ἀριστερά, quae sinistra manu feruntur, arma ad tegendum, *Schutzwaffen*, 2 Co. 6, 7.*

**Ἀριστόβουλος**, ου, ὁ, *Aristobulus*, vir quidam christianus, Ro. 16, 10.*

**ἄριστον**, ου, τό, *cibus primus*, qui mane capitur ante laborem, *jentaculum;* prandium dicebatur δεῖπνον. Sed posteriores Graeci jentaculum τὸ ἀκράτισμα appellabant, ἄριστον vero prandium, i. e. δεῖπνον μεσημβρινόν, Athen. 1, 9. 10. Atque sic in N. T. Ergo *b*) *prandium;* Lc. 14, 12 (ποιεῖν ἄριστον ἢ δεῖπνον, ad quod alii invitantur); 11, 38. Mt. 22, 4 (ἑτοιμάζειν).*

**ἀρκετός**, ή, όν (ἀρκέω), *sufficiens;* Mt. 6, 34 (sens.: sufficiat homini molestia, quam dies hodiernus affert, neque eam temere sibi augeat anticipandis futurarum dierum curis); ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, contentus sit, sq. ἵνα, Mt. 10, 25; sq. inf. 1 Pet. 4, 3. (Chrysipp. ap. Athen. 3, p. 113. b.)*

**ἀρκέω**, ῶ, aor. 1. ἤρκεσα, fut. 1. pass. ἀρκεσθήσομαι, *praeditus sum vi non deficiente; valeo, sufficio, satis sum* (velut contra periculum aliquod, hinc *tueor, arceo*. ap. Hom.); c. dat. pers. Mt. 25, 9. Jo. 6, 7; ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου, sufficit tibi gratia mea, sc. ad malum fortiter sustinendum; non igitur est, cur ejus remotionem petas, 2 Co. 12, 9; impers. ἀρκεῖ ἡμῖν, sufficit nobis, contenti sumus, Jo. 14, 8. — Passiv. (ut ap. Graecos) *contentus reddor; contentus sum;* τινί, aliqua re, Lc. 3, 14. Heb. 13, 5. 1 Tim. 6, 8 (2 Macc. 2, 15); ἐπί τινι, 3 Jo. vs. 10.*

**ἄρκτος**, ου, ὁ, ἡ, vel ἄρκος, ου, ὁ, ἡ, *ursus, ursa;* Ap. 13, 2.*

**ἅρμα**, ατος, τό (ab ἄρω, apto; jugum), *currus;* Act. 8, 28 s. 38; de curru bellico s. falcato dic. ἅρματα ἵππων πολλῶν, currus, quibus multi equi juncti sunt, Ap. 9, 9. (Joel. 2, 5. — apud Graecos inde ab Hom.)*

**Ἁρμαγεδών**, vel (e l. vulg.) Ἁρμαγεδδών, *Armageddon*, nom. pr. indecl. loci, qui apocalypticae imaginationi debetur, Ap. 16, 16. *Beza* et *Glassio* praeeuntibus multi putant, nomen compositum esse ex הַר, mons, et מְגִדּוֹ s. מְגִדּוֹן, LXX *Μαγεδώ, Μαγεδδώ*. Megiddo autem Manassitarum urbs fuit sita in planitie magna tribus Isaschar, duplici clade nobilis, unâ Cananaeorum (Judd. 5, 19), al-

terâ Israelitarum (2 Reg. 23, 29 s. 2 Chron. 35, 22 coll. Zach. 12, 11), ita ut in apocalypsi locus significetur, quo reges Christo adversantes clade delendi essent simillimâ illis, quam olim vel Cananäei vel Israelitae accepissent. Verum enimvero quum illae duae clades factae esse dicantur ἐπὶ ὕδατι Μαγ. (Jud. l. c.) et ἐν τῷ πεδίῳ Μαγ. (2 Chr. l. c.), non intelligitur, quid sibi velit *mons* Megiddo, qui alius esse non posset, nisi *Carmel.* Quapropter equidem longe facilius et probabilius *L. Capellum* conjecisse censeo, Ἁρμαγεδών = Ἁρμαμεγεδών compositum esse e חרמא, *excidium*, et מגדון.*

**ἁρμόζω**, attic. ἁρμόττω, aor. 1. med. ἡρμοσάμην (ἁρμός, q. v.), 1) *apto, adapto;* ita jam ap. Hom. de fabris lignariis ligna et tabulas ad exstruenda aedificia, navigia et alia opificia compingentibus. — 2) de conjugio: ἁρμόζειν τινὶ τὴν θυγατέρα (Hdt. 9, 108), *despondere alicui filiam;* pass. ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρί, LXX Prov. 19, 4; med. ἁρμόσασθαι τὴν θυγατέρα τινός (Hdt. 5, 32. 47. 6, 65), *sibi adjungere,* i. e. *uxorem ducere alicujus filiam;* ἁρμόσασθαί τινί τινα, *despondere, nuptui dare alicui aliquam,* 2 Co. 11, 2 et saepe ap. Philonem, cf. *Loesner* ad l. Medium active dici doceri nequit, sed eo respicitur ad eum, cui cura despondendi commissa est.*

**ἁρμός**, οῦ, ὁ (ἄρω, apto), *commissura, junctura;* Heb. 4, 12. (Sophocl. Xen. al. — Sir. 27, 2).*

**Ἀρνεί**, ὁ, nomen propr. indecl. unius e majoribus Christi; Lc. 3, 33 *Tdf.*

**ἀρνέομαι**, οῦμαι, f. ήσομαι, impf. ἠρνούμην, aor. 1. ἠρνησάμην (raro ap. Atticos, plerumque ἀρνηθῆναι dicentes, cf. *Matth.* I, p. 538), pf. ἤρνημαι, verb. depon.; 1) *nego,* i. q. εἰπεῖν - - οὐκ, Mc. 14, 70. Mt. 26, 70. Jo. 1, 20. 18, 25. 27. Lc. 8, 45. Act. 4, 16; sq. ὅτι οὐ pro simplici ὅτι, ut fortius et expressius negetur, Mt. 26, 72. 1 Jo. 2, 22. (de eodem ap. Graecos usu cf. *Kühner* II, p. 761.) — 2) *nego,* c. accus. personae vario sensu: *a)* ἀρν. Ἰησοῦν dic. de assectatoribus ejus ob metum mortis aut persecutionum Jesum magistrum suum esse negantibus et ejus partes deserentibus Mt. 10, 33. Lc. 12, 9. 2 Tim. 2, 12 (idem denotat ἀρν. τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ap. 3, 8), et vice versa de Jesu aliquem cultorem suum esse negante, Mt. 10, 33. 2 Tim. 2, 12. — *b)* ἀρν. deum et Christum dicuntur, qui alendis spargendisque perniciosis opinionibus atque improbis moribus a deo et Christo defecisse judicandi sunt, 1 Jo. 2, 22 (coll. 4, 2. 2 Jo. vs. 7—11); Jud. vs. 4. 2 Pet. 2, 1. — *c)* ἑαυτόν, quod duplici sensu dicitur: α) sua commoda non respicere, Lc. 9, 23; v. in ἀπαρνέομαι. — β) a semet ipso deficere, sui se prorsus dissimilem ostendere, 2 Tim. 2, 13. — 3) *abnego,* τί, alicui rei renuntiare, prorsus ab ea se abdicare; τὴν ἀσέβειαν κ. τὰς ἐπιθυμίας, Tit. 2, 12; factis animum ab aliquo alienum prodere, τὴν πίστιν, 1 Tim. 5, 8. Ap. 2, 13; τὴν δύναμιν τῆς εὐσεβείας, 2 Tim. 3, 5. — 4) *non accepto, oblatum repudio;* τινά Act. 3, 14. 7, 35; c. inf. rem indicante, Heb. 11, 24.

**ἀρνίον**, ίου, τὸ (deminut. ab ἀρήν, q. v.), *agnellus, agnus;* Ap. 13, 11; τὰ ἀρνία μου dicit Jesus assectatores suos, Jo. 21, 15; τὸ ἀρνίον dic. de Christo ad expianda hominum peccata innocenter passo et mortuo, persaepe in apocalypsi, ut 5, 6. 8. 12 al. (Jer. 11, 19. 50, 45. Ps. 113, 4. 6. Jos. ant. 2, 5, 6.)

**ἄρνας**, accus. plur. nominis inusitati ἀρήν, q. v.

**ἀροτριάω**, ῶ, (ἄροτρον, q. v.), *aro;* Lc. 17, 7. 1 Co. 9, 10. (Deut. 22, 10. Mich. 3, 12. — Ap. Graecos inde a Theophr. pro antiquiore ἀρόω, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 254 s.)*

**ἄροτρον**, ου, τό (ἀρόω, aro), *aratrum;* Lc. 9, 62. (Ap. Graecos inde ab Hom.)*

**ἁρπαγή**, ῆς, ἡ (ἁρπάζω), *rapina;* 1) *actus rapiendi, direptio;* Heb. 10, 34. — 2) *raptum, praeda;* Mt. 23, 25. Lc. 11, 39 (Jes. 3, 14. Nah. 2, 12. — ap. Graecos inde ab Aeschylo.)*

**ἁρπαγμός**, οῦ, ὁ (ἁρπάζω), 1) *actus rapiendi* (ita Plut. pu. educ. c. 15 [al. 14], unico e profanis script. enotato loco vocem habente). 2) *res rapta* vel *rapienda;* ἁρπαγμὸν ἡγεῖσθαί τι, aliquid velut praedam arripiendum vel retinendum putare, Phil. 2, 6., de cujus loci sententia v. in μορφή. (ἡγεῖσθαι vel ποιεῖσθαί τι ἅρπαγμα, Euseb. h. e. 8, 12. vit. Const. 2, 31. Heliod. 7, 11 et 20. 8, 7; *aliquid praedam suam ducere,* Cic. Verr. 5, 15, 39.)*

**ἁρπάζω**, f. άσω, aor. 1. ἥρπασα, aor. 1. pass. ἡρπάσθην, aor. 2. ἡρπάγη (2 Co. 12, 2. 4. Sap. 4, 11; cf. *Win.* p. 80), fut. 2. pass. ἁρπαγήσομαι, *rapio, violenter aufero,* τί, Jo. 10, 12; *arripio, cupide et studiose mihi vindico;* τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, Mt. 11, 12. (Xen. anab. 6, 5, 18 al.); *eripio;* τί, Mt. 13, 19; τὶ ἐκ χειρός τινος, Jo. 10, 28 s.; τινὰ ἐκ πυρός, proverbialiter, ex exitii periculo liberare, Jud. vs. 23. (Amos. 4, 11. Zach. 3, 2.); τινά, aliquem arreptum celeriter abducere, Jo. 6, 15. Act. 23, 10; dicitur de vi divina aliquem e loco in alium prodigialiter et celerrime transferente (*entrücken*), Act. 8. 39; passive: πρός τ. θεόν, Ap. 12, 5; sq. ἕως c. gen. loci, 2 Co. 12, 2. 4; εἰς ἀέρα, 1 Th. 4, 17.*

**ἅρπαξ**, αγος, ὁ, adj. *rapax;* Mt. 7, 15. Lc. 18, 11; subst. *latro;* 1 Co. 5, 10 s. 6, 16. (utroque usu ap. Graecos inde a Xen.)*

**ἀῤῥαβών**, ῶνος, ὁ (hebr. עֵרָבוֹן, Gen. 38, 17 s. 20., ab עָרַב, *pigneravit;* vox quae a Phoenicibus ad Graecos transiisse videtur, a quibus eam acceperunt Latini), *arrha, arrhabo,* i. e. pecunia, quae in emtionibus pignoris loco datur, ut totius pretii post solvendi fides fiat (*Angeld, Draufgeld, Kaufschilling, Haftpfennig*); 2 Co. 1, 22. 5, 5: τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος, i. e. τὸ πνεῦμα ὡς ἀῤῥαβῶνα scil. τῆς κληρονομίας, ut plene legitur Eph. 1, 14; accepto enim spiritu sancto, quo δυνάμεις τοῦ μέλλοντος αἰῶνος (Heb. 6, 5) continentur, futura beatitas et praesentitur et oppigneratur. Cf. in ἀπαρχή, c. (Is. 8, 23. Arist. pol. 1, 4, 5 al.)*

**ἄῤῥαφος**, *Tdf. Trg.* ἄραφος (cf. *Win.* p. 48. *Bttm.* ntl. Gr. p. 29), ον (ῥάπτω, consuo), *non consutus, nullam habens suturam;* Jo. 19, 23.*

**ἄῤῥην**, v. in ἄρσην.

**ἄῤῥητος**, ον (ῥητός, ῥηθῆναι), *a) quod non dictum est;* Hom. Od. 14, 466. et saepe ap. Atticos. — *b) quod* (propter sanctitatem) *dicere nefas est* (Hdt. 5, 83 et saepe ap. alios), 2 Co. 12, 4, ubi explicatur additis ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι.*

**ἄῤῥωστος**, ον (ῥώννυμι, q. v.), *invalidus; aegrotus;* Mt. 14, 14. Mc. 6, 5. 13. 16, 18. 1 Co. 11, 30. (Xenoph., Plut.)*

**ἀρσενοκοίτης**, ου, ὁ (ἄρσην, mas; κοίτη, cubile), *qui cum masculo concumbit, cinaedus;* 1 Co. 6, 9. 1 Tim. 1, 10. (Anthol. 9, 686, 6; scriptt. eccles.)*

**ἄρσην**, ενος, ὁ, ἄρσεν, τό, item (e l. vulg. Ap. 12, 5. 13 atque in multis edd. et ap. *Tdf.* Ro. 1, 27 s.; cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. I, p. 78) ἄῤῥην, ενος, ὁ, ἄῤῥεν, τό, *mas, masculus;* Mt. 19, 4. Mc. 10, 6. Lc. 2, 23. Ro. 1, 27. Gal. 3, 28. Ap. 12, 5 13 (quo loco *Lchm. Tdf. Trg.* exhibent ἄρσεναν, de qua alex. forma cf. *Win.* p. 47 et p. 64. *Mullach* p. 22. *Bttm.* ntl. Gr. p. 12).*

**Ἀρτεμᾶς**, ᾶ, ὁ (decurtatum ex Ἀρτεμίδωρος, cf. *Win* p. 97), *Artemas,* vir quidam Paulo apostolo amicus, Tit. 3, 12.

**Ἄρτεμις**, ιδος et ιος, ἡ, *Artemis,* et illa quidem,

quae *taurica*, s. *persica*, s. *ephesina* appellatur, plurium asiaticarum gentium dea, a Graecorum Artemide, Apollinis sorore, distinguenda; cf. *Grimm* Exgt. Handb. ad 2 Macc. p. 39. Splendidissimum templum ei exstructum erat Ephesi, quod ab Herostrato incensum et in cineres redactum deinde Alexandri M. temporibus magnificentius instauratum est; Act. 19, 24. 27 s. 34 s. Cf. *Stark* in *Schenkel* BL. I, p. 604 ss.

*ἀρτέμων, ονος* (*Lchm. Tdf. Trg. ωνος*, cf. *Win.* p. 62), *ὁ, artemon, supparum*, velum navis, quod dic. *Bramsegel*, Act. 27, 40; cf. *Meyer* ad l.*

*ἄρτι*, adv. ex etymo (*ἄρω*, arcto) tempus arcte conjunctum denotans, 1) ap. Atticos „modo, *nunc ipsum*, german. *gerade, eben*, quibus particulis rem significamus modo ac plane paulo ante hoc tempus, de quo loquimur, vel coeptam vel absolutam" (*Lobeck*); Mt. 9, 18. 1 Th. 3, 6 et fortasse Ap. 10, 12. — 2) E recentiorum Graecorum usu univ.: *nunc, hoc tempore*, opp. praeterlapso tempori: Jo. 9, 19. 25. 13, 33. 1 Co. 16, 7. Gal. 1, 9 s.; — opp. futuro tempori: Jo. 13, 37. 16, 12. 31. 2 Th. 2, 7; opp. tempori post reditum Christi futuro: 1 Co. 13, 12. 1 Pet. 1, 6. 8; — dic. de praesenti tempore arctissime circumscripto: *hoc ipso tempore, hoc temporis puncto*, Mt. 3, 15. 26, 53. Jo. 13, 7. Gal. 4, 20. — *ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας*, 1 Co. 4, 11; *ἕως ἄρτι, usque adhuc; ad hoc usque tempus* Mt. 11, 12. Jo. 2, 10. 5, 17. 16, 24. 1 Co 4, 13. 8, 7. 15, 6. 1 Jo. 2, 9. — *ἀπ' ἄρτι* v. supra in *ἀπάρτι*. — Cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 18 ss.*

*ἀρτι-γέννητος, ον* (*γεννάω*), *recens natus;* 1 Pet. 2. 2. (Lucian. Alex. 13. Long. past. 1, 7. 2, 3.)*

*ἄρτιος, α, ον* (*ἄρω*, apto), 1) *aptus*. 2) *perfectus*; ita 2 Tim. 3, 17. (ap. Graec. inde ab Hom.)*

*ἄρτος, ου, ὁ* (ab *ἄρω*, apto, compingo), *panis;* hebr. לֶחֶם; 1) *cibus, e farina cum aqua permixta compactus atque coctus*, apud Israelitas in formam placentae oblongae aut rotundae digiti pollicis crassitudine et patellae s. disci magnitudine redactus (cf. *Win.* RWB. Art. *Backen*), quapropter non dissecabatur, sed frangebatur (v. in *κλάσις* et *κλάω*); Mt. 4, 3. 7, 9. 14, 17. 19. Mc. 6, 36 s. Lc. 4, 3. 24, 30. Jo. 6, 5 ss. Act. 27, 35 et saepe; *ἄρτοι τῆς προθέσεως*, panes Jehovae consecrati. v. in *πρόθεσις;* de pane ad agaparum et coenae s. celebrationem adhibito cf. Mt. 26, 26. Mc. 14, 22. Lc. 22, 19. Act. 2, 42. 46. 20, 7. 1 Co. 10, 16 s. 11, 26—28. — 2) Ut ap. Graecos et ut hebr. לֶחֶם, *quivis cibus;* Mt. 6, 11. Mc. 6, 8. Lc. 11, 3. 2 Co. 9, 10; *ὁ ἄρτος τῶν τέκνων*, cibus, qui liberis apponitur, Mc. 7, 27; *ἄρτον φαγεῖν* s. *ἐσθίειν, cibum capere, prandere* (אָכַל לֶחֶם), Mc. 3, 20. Lc. 14, 1. 15. Mt. 15, 2; *ἄρτον φαγεῖν παρά τινος*, victum ab aliquo suppeditatum sumere, 2 Th. 3, 8; *τὸν ἑαυτοῦ ἄρτ. ἐσθίειν*, victu uti, quem suo ipsius labore sibi paravit aliquis, 2 Th. 3, 12; *μήτε ἄρτον ἐσθίων, μήτε οἶνον πίνων*, a victu hominibus consueto abstinens, vel parco victu utens Lc. 7, 33; *τρώγειν τὸν ἄρτον μετά τινος*, alicujus convictorem, familiarem esse, Jo. 13, 18 (Ps. 41, 10). — *τὸν ἄρτον τοῦ θεοῦ, τ. ἄ. ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, τ. ἄ. τῆς ζωῆς* Jesus se ipsum appellat ap. Jo. 6, 32—35 tanquam divinum *λόγον*, e coelis profectum, qui coelestis vitae fontem in se continens animis praebeat coeleste alimentum ad consequendam vitam aeternam.

*ἀρτύω*, f. *ύσω*, pf. pass. *ἤρτυμαι*, fut. 1. pass. *ἀρτυθήσομαι* (*ἄρω*), *apparo, instruo;* ita saepe ap. Hom. — Apud comicos et epigrammatistas de apparandis cibis dicitur, *condimentis adspergo, condio* (*ἠρτυμένος οἶνος*, Theophr. de odor. §. 51); ita Mc. 9, 50. Lc. 14, 34; metaph.: *ὁ λόγος ἅλατι ἠρτυμένος*, sapientiae et gratiae plenus indeque suavis et saluber, Col. 4, 6.*

*Ἀρφαξάδ, ὁ, Arphaxad* (אַרְפַּכְשַׁד), filius Semi (Gen. 10, 22 24. 11, 10. 12); Lc. 3, 36.

*ἀρχάγγελος, ου, ὁ* (ab *ἄρχι*, q. v. et *ἄγγελος*), biblica et ecclesiastica vox, *archangelus* i. e. angelorum princeps (*Oberengel, Erzengel;* hebr. שַׂר, *princeps*, Dan. 10, 20. 12, 1), s. unus e principibus et praefectis angelorum (הַשָּׂרִים הָרִאשֹׁנִים Dan. 10, 13); 1 Th. 4, 16. Jud. vs. 9. Nam Judaei post exilium plures angelorum ordines distinxerunt supremique ordinis alii (ut auctor libri Henochi 9, 1 ss.; cf. *Dillmann* ad h. l. p. 97 s.) *quatuor* (e quatuor divini throni lateribus), alii, atque, ut videtur, plurimi (Tob. 12, 15., ubi cf. *Fritzsche;* Ap. 8, 2) *septem* (ad normam septem *Amschaspandorum*, supremorum geniorum in Zoroastris religione) angelos numeraverunt. Vide in *Γαβριήλ* et *Μιχαήλ*.*

*ἀρχαῖος, αία, αῖον*, (ab *ἀρχή*, initium, hinc) pr. *qui ab initio fuit* (*anfänglich*), *vetus, priscus;* dic. de hominibus, rebus, temporibus, conditionibus; Lc. 9. 8. 19. Act. 15, 7. 21. 21, 16. 2 Pet. 2, 5. Ap. 12, 9. 20, 2; *οἱ ἀρχαῖοι*, majores, prisci Israelitae, Mt. 5, 21. 27. 33; *τὰ ἀρχαῖα* ethica hominum conditio, qualis antea erat, 1 Co. 5, 17. (ap. Graecos inde a Pind. et Hdt.)*

*Ἀρχέλαος, ου, ὁ, Archelaus* (ab *ἄρχω* et *λαός*, imperans populo), filius Herodis M. e Malthace Samaritana. Educatus est cum Antipa fratre Romae apud privatum quendam hominem (Jos. ant. 17, 1, 3). Post mortem patris ethnarcha praefuit Judaeae, Samariae, Idumaeae (exceptis urbibus Gaza, Gadara, Hippo) per 10 annos. Nam quum eum Judaei et Samaritani Romae tyrannidis accusassent, a Caesare relegatus Viennam Allobrogum est ibique obiit (Jos. ant. 17, 9, 3. 11, 4. 13, 2. b. j. 2, 7, 3); Mt. 2, 22.*

*ἀρχή, ῆς, ἡ*, ap. LXX plerumque = רֹאשׁ, רֵאשִׁית, תְּחִלָּה; 1) *initium, exordium; a*) sensu absoluto dic. de omnium rerum initio; *ἐν ἀρχῇ*, Jo. 1, 1 s. (Gen. 1, 1); *ἀπ' ἀρχῆς*, Mt. 19, 4 (quocum loco cf. Xen. mem. 1, 4, 5: *ὁ ἐξ ἀρχῆς ποιῶν ἀνθρώπους*); vs. 8, Jo. 8, 44. 1 Jo. 1, 1. 2, 13 s. 3, 8; expressius *ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως* vel *κόσμου* Mt. 24, 21. Mc. 10, 6. 13, 19. 2 Th. 2, 13 (ubi *Lchm. ἀπαρχήν*), 2 Pet. 3, 4; *κατ' ἀρχάς*, Heb. 1, 10. (Ps. 102, 26.) — *b*) sensu relativo de initio rei, de qua sermo est; *ἐξ ἀρχῆς*, ex quo discipulos collegerat Jesus, Jo. 6, 64. 16, 4; *ἀπ' ἀρχῆς*, Jo. 15, 27 (ex quo in publicam lucem prodii); — ut primum tradita est doctrina, 1 Jo. 2, 24. 3, 11. 2 Jo. vs. 5 s.; plenius: *ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου*, Phil. 4, 15 (Clem. Rom. 1 Co. 47. Ignat. ad Philipp. 4); ab initio evangelicae historiae, Lc. 1, 2; ab initio vitae, Act. 26, 4; *ἐν ἀρχῇ*, initio, cum fundaretur ecclesia, Act. 11, 15. — Accus. *ἀρχήν* et *τὴν ἀρχήν* ap. Graecos (cf. *Lennep* ad Phalarid. p. 82 ss. et p. 94 ss. ed. lips.; *Brückner* in *de Wette* Exgt. Hdb. ad Joann. p. 151) saepe adverbiascit: = *ὅλως, omnino* (ex accusativi directionem ad aliquid indicantis notione; pr. *usque ad initium*) plerumque, sed non semper sequente negatione; unde locum eximie vexatum Jo. 8, 25: *τὴν - - ὑμῖν* ita interpretandum censemus: *omnino* s. *prorsus* (h. e. sine ulla exceptione) *sum, quod etiam vobis eloquor* (non solum *sum*, sed *etiam* vobis *praedico* id quod sum; non est igitur, quod me interrogetis); — *αρχὴν λαμβάνειν*, initium capere, Heb. 2, 3. — add. genit. rei, de qua igitur, *ὠδίνων*, Mt. 24, 8. Mc. 13, 9; *ἡμερῶν* Heb. 7, 3; *τοῦ εὐαγγελίου*, id, a quo evangelicae historiae initium factum est; Mc. 1, 1; *τῆς ὑποστάσεως*, fiducia, cujus fecimus initium, opp. *μέχρι τέλους*, Heb. 3, 14. — *τὰ στοιχεῖα τῆς*

ἀρχῆς Heb. 5, 12 (τῆς ἀρχῆς additur ad rem expressius significandam, ut in lat. *rudimenta prima* Liv, 1, 3. Justin. 7, 5; et *prima elementa* Horat. serm. 1, 1, 26 al.); ὁ τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγος = ὁ τοῦ Χριστοῦ λόγος ὁ τῆς ἀρχῆς, i. e. institutio de Christo, qualis erat, cum tirocinium poneretur, Heb. 6, 1. — 2) *is* vel *id, a quo fit exordium, primus* vel *primum in aliquo rerum ordine, princeps;* Col. 1, 18. (Ap. 1, 8 e l. vulg.); 21, 6. 22, 13. (Deut. 21, 17. Job. 40, 19 al.) — 3) *id, per quod aliquid esse coepit, principium, causa* (qua notione primus Anaximander philosophus sec. 7 ante Chr. n. voce usus esse dicitur; cf. Simpl. in Arist. Phys. f. 6 et 32), ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως, de Christo tamquam divino λόγῳ, Ap. 3, 14 (cf. *Düsterdieck* ad l.; Clem. Al. protrept. 1, p. 6 ed. Pott.: ὁ λόγος ἀρχὴ θεῖα τῶν πάντων. Ev. Nicod. 23 diabolus dicitur ἡ ἀρχὴ τοῦ θανάτου καὶ ῥίζα τῆς ἁμαρτίας). — 4) *extremitas;* de laciniis lintei, Act. 10, 11. 11, 5. (Hdt. 4. 60. Diod. 1, 35 al.) — 5) *principatus, imperium, magistratus* (ἄρχω τινός), Lc. 12, 11. 20, 20. Tit. 3, 1; munus demandatum (Gen. 40, 13. 21. 2 Macc. 4, 10 al.) Jud. vs. 6; — hinc transfertur a Paulo ad angelos ac daemones imperia sibi demandata in rerum ordine obtinentes (v. in ἄγγελος), Ro. 8, 38. 1 Co. 15, 24. Eph. 1, 21. 3, 10. 6, 12. Col. 1, 16. 2, 10. 15. Vide in ἐξουσία.*

ἀρχηγός, όν, adj. *ducens, primam causam* vel *ansam praebens;* Eur. Hipp. 881; Plat. Crat. p. 401 d.; plerumque substantive dicitur ὁ, ἡ ἀρχηγός (ἀρχή, ἄγω), 1) *supremus dux, princeps;* de Christo, Act. 5, 31. (Aesch. Ag. 266. Thuc. 1, 132. LXX Jes. 3, 5 s. 2 Chron. 23, 14 et saepe.) — 2) *qui in aliqua re praeit* (1 Macc. 10, 47: ἀρχ. λόγων εἰρηνικῶν) *eoque modo exemplum edit, in aliqua re antesignanus;* τῆς πίστεως, de Christo, Heb. 12, 2 (qui fidei praestantia longe superaverit testes fidei c. 11 celebratos). Ita dic. ἀρχηγὸς ἁμαρτίας, Mich. 1, 13; ζήλους, Clem. Rom. 1 Co. 14; τῆς στάσεως καὶ διχοστασίας, ibid. 51; τῆς ἀποστασίας, de diabolo, Iren. 4, 40, 1. τοιαύτης φιλοσοφίας, de Thalete, Arist. met. 1, 3, 7. — Hinc 3) *auctor;* τῆς ζωῆς, Act. 3, 15; τῆς σωτηρίας, Heb. 2, 10. (Ita saepe ap. profanos; τῶν πάντων, de deo, Tim. Locr. p. 96 c.; τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, de eodem, Diod. 5, 72; conj. saepe ἀρχηγὸς καὶ αἴτιος, antesignanus et auctor, ut Pol. 1, 66, 10. Hdian. 2, 6, 22.) Cf. *Bleek* Br. an d. Hebr. II, 1 p. 301 s.*

ἀρχι (ab ἄρχω, ἀρχός), syllaba inseparabilis, praefigi vocabulis muneris vel dignitatis solita ad nominandum eum, qui reliquis hoc munus gerentibus praefectus est, nostrum *Ober-, Erz-*, velut ἀρχάγγελος, ἀρχιποίμην, ἀρχιερεύς, ἀρχίατρος, ἀρχιευνοῦχος, ἀρχυπερέτης (in inscriptionibus aegypt.) al. quorum pleraque alexandrinae et byzantinae graecitatis sunt. Cf. *Thiersch* de pentateuchi versione alex. p. 77 s.

ἀρχιερατικός, ή, όν (ἄρχι, ἱερατικός, et hoc ab ἱεράομαι), *pontificius;* Act. 4, 6. Jos. antt. 4, 4, 7. 6, 6, 3. 15, 3, 1.)*

ἀρχιερεύς, έως, *summus sacerdos.* 1) Ille, qui prae ceteris hoc titulo ornatus erat, princeps sacerdotum, כֹּהֵן הַגָּדוֹל (Lev. 21, 10. Num. 35, 25); Mt. 26, 3. et saepe in evangg., actis atque epist. ad Hebr. — Licebat ei gregariorum sacerdotum officia administrare; sed primarium ejus munus erat quotannis semel festo expiatorio sanctum sanctorum, reliquis sacerdotibus prohibitum, ingredi ad victimam pro suis ac populi peccatis offerendam (Lev. 16. Heb. 9, 7. 25.), atque in causis judicandis praesidere summo synedrio (Mt. 26, 3. Act. 22, 5. 23, 2.). E lege mosaica ad pontificatum nemo adspirare poterat, nisi qui esset e gente Aaronis et *pontificia* quidem familia oriundus, et is, in quem collatum munus erat, ad mortem usque ei praeerat. At ab Antiochi Epiphanis temporibus quum reges e Seleucidis, postea herodiani principes et Romani creandi pontifices potestatem sibi arrogassent, pontificatus nec pontificiae familiae addictus mansit, nec in perpetuum ulli committebatur, sed venalis factus ab uno ad alterum pro regum aut imperatorum arbitrio devolvi poterat. Unde factum est, ut ab Herode M. usque ad urbis sanctae excidium, intra CVII annorum spatium, XXVIII viri dignitatem pontificatus obtinerent (Jos. antt. 20, 10; v. etiam supra in Ἄννας). Cf. *Win.* RWB. in *Hoherpriester; Oehler* in *Herzog* Enc. VI, p. 198 ss. — 2) Plurali nomine τῶν ἀρχιερέων persaepe in evangeliis, actis apostolorum, velut Mt. 2, 4. 16, 21. 26, 3. 27, 41. Mc. 8, 31. 14, 1. 15, 1. Lc. 19, 47. 22, 52. 66. 23, 4. 24, 20. Jo. 7, 32. 11, 57. 18, 35. Act. 4, 23. 5, 24. 9, 14. 21. 22, 30. 23, 14 al., scriptisque Josephi obvio comprehenduntur praeter eum, qui in fungendo summi sacerdotis munere occupatus erat, tum ii, qui antea idem munus administraverant ab eoque amoti plurimum in civitate valere pergebant (Joseph. vita 38. b. jud. 2, 12, 6. 4, 3, 7. 9. 4, 4, 3. v. supra in Ἄννας), tum familiarum, e quibus summi sacerdotes creabantur, consortes, si qua in publicis rebus auctoritate pollebant (Jos. b. j. 6, 2, 2); cf. quae hac de re erudite exponit *Schürer* Die ἀρχιερεῖς im N. T. in Theol. Studd. u. Kritt. 1872, p. 593 ss. et Ntl. Zeitgeschichte, p. 407 ss. — 3) In epist. ad Hebr. summus sacerdos appellatur Christus, ut qui cruenta morte subeunda victimam piacularem deo se obtulerit atque coeleste sanctuarium ingressus perpetuo pro nobis apud deum intercedat; 2, 17. 3, 1. 4, 14. 5, 10. 6, 20. 7, 20. 8, 1. 9, 11. Cf. *Winzer* de sacerdotis officio, quod Christo tribuitur in ep. ad Hebr. 3. Progrr. Lips. 1825 s. *Riehm* Lehrbegriff des Hebr.-Briefs, II, p. 431—488. — Inter Graecos utuntur nomine Hdt. 2, 143. 5, 151. Plat. legg. 12, p. 947 a. Polyb. 23, 1. 2. 32, 22, 5. Plat. Numa c. 9 al. – ap. LXX, qui locutione ἱερεὺς μέγας usitantur, semel Lev. 4, 3; – in apocrr. V. T. 3 Esr. 5, 40. 9, 40 et saepius in Maccab. libris.

ἀρχι-ποίμην, ένος, ὁ, vox biblica, *pastorum princeps;* de Christo capite ecclesiae, 1 Pet. 5, 4. v. in ποιμήν.*

Ἄρχιππος, ου, ὁ, *Archippus* vir quidam christianus inter Colossenses, Col. 4, 17. Philem. vs. 2.*

ἀρχι-συνάγωγος, ου, ὁ (συναγωγή), *synagogae praefectus,* רֹאשׁ הַכְּנֶסֶת, Mc. 5, 22. 35 s. 38. Lc. 8, 49. 13, 14. Act. 13, 15. 18, 8. 17. Ejus erat, in synagoga qui legerent aut docerent, deligere, dicentium sermones examinare, atque videre, ut decore et ex instituto majorum omnia gererentur. (Ap. profanos non exstat.)*

ἀρχι-τέκτων, ονος, ὁ (τέκτων, q. v.), *architectus,* aedificiorum exstruendorum gubernator; 1 Co. 3, 10. (Hdt. Xen. Plat. et sqq. Jes. 3, 3. Sir. 38, 27. 2 Macc. 2, 29.)*

ἀρχι-τελώνης, ου, ὁ, *praefectus portitorum;* Lc. 19, 2.*

ἀρχι-τρίκλινος, ου, ὁ (τρίκλινον), *praefectus triclinii* s. τρικλινάρχης, Jo. 2, 8 s. Differt a convivii magistro, συμποσιάρχῃ, qui erat convivarum aliquis, sorte electus, ut caeteris convivis leges bibendi ferret; cf. Sir. 35, 1. Sed architriclini erat mensas et lectulos collocare, fercula disponere, cibos ac vina praegustare. (Heliod. 7, 27.)*

ἄρχομαι, v. in ἄρχω.

ἄρχω, *primus sum;* 1) *primus facio, incipio;* qui significatus in graecis bibliis non habetur.

2) *princeps, dux, imperator sum,* τινός, Mc. 10, 42. Ro. 15, 12 (e Jes. 11, 19). Vide in voce ἄρχων. — Med. ἄρχομαι, fut. ἄρξομαι (semel Lc. 13, 26), aor. 1. ἠρξάμην, *incipio, initium facio;* ἀπό τινος, Act. 10, 37. 1 Pet. 4, 7; brachylogice ἀρξάμενος ἀπό τινος ἑώς τινος pro: exorsus ab aliquo et progressus vel progrediens ad aliquem vel aliquid, Mt. 20, 8. Jo. 8, 9. Act. 1, 22; cf. *Win.* p. 577. c.; impersonaliter et absolute ἀρξάμενον, initio facto, Lc. 24, 27 (eodem modo Hdt. 3, 91; cf. *Win.* p. 580); negligenter ἀρξάμενος ἀπὸ Μωσέως καὶ ἀπὸ πάντων προφητῶν διηρμήνευεν, pro: exorsus a Mose persecutus est prophetas, Lc. 24, 27; *Win.* §. 67, 2. — ὧν ἤρξατο ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, ἄχρι ἧς ἡμέρας, quae agere et docere coepit et in quibus agendis ac docendis perrexit usque . . . , Act. 1, 1. — Componitur ἄρχεσθαι cum infinitivo, et quidem tam saepe, praesertim in historicis scriptis, ut olim plerisque intpp. periphrasin verbi finiti ejus vocis, quae in infinitivo locatur, efficere videretur, velut ἤρξατο κηρύσσειν pro ἐκήρυξε. Sed auctore potissimum *Fritzschio* ad Mt. p. 539 s. coll. *Win.* p. 570 s. nunc intelligitur, temere effictam fuisse illam legem de ejusmodi periphrasi, et vix unum esse exemplum, quod revocari nequeat ad haecce genera: *a*) In *initii* notione plus minusve inest ponderis et momenti, ut singulari voce efferatur; Mt. 11, 7 (discedentibus Joannis discipulis coepit Christus dicere de Joanne, quod non fecerit illis praesentibus); Lc. 3, 8 (ne incipite quidem dicere; ipse conatus excusationis absit a vobis); 15, 14 (dilapidationem bonorum excepit *initium* inopiae); 21, 28. 2 Co. 3, 1; praesertim ubi initium actionis opponitur perseverationi in ea vel repetitioni ejus, Mc. 6, 7. 8, 31 (coll. 9, 31. 10, 33 s.); vel fini ejus, Lc. 14, 30 (opp. ἐκτελέσαι); Jo. 13, 5 (coll. vs. 12). — *b*) Significatur aliquod ab aliquo inceptum aliis secutis, Act. 27, 35 s. — *c*) Indicatur rem vixdum inceptam ab alia exceptam esse; Mt. 12, 1 (coeperant spicas evellere; ab incepto persequendo prohibiti sunt intervenientibus Pharisaeis); 26, 22 (Jesus prius respondit, quam omnes peroraverant); vs. 74. Mc. 2, 23. 4, 1 (vixdum coeperat docere, ad eum congregata est multitudo); 6, 2. 10, 41. Lc. 5, 21. 12, 45 s. 13. 25. Act. 11, 15 (coll. 10, 44); 18, 26 et saepius. — *d*) Poterat quidem pro initio actionis ipsa actio appellari, sed ut ad facta, quae scriptori insigniora videntur, diligentius attendatur, earum initium et primus impetus expresse indicatur; Mt. 14, 65. Lc. 14, 18. Act. 2, 4 al. — *e*) in enuntiatis, quae e duabus locutionibus coaluerunt: Mt. 4, 17. 16, 21 (ex ἀπὸ τότε ἐκήρυξε - - ἔδειξε et τότε ἤρξατο κηρύσσειν - - δεικνύειν). — Abest infinitivus e contextu orationis cognoscendus; ἀρχόμενος, sc. officium messianum administrare, Lc. 3, 23; ἀρξάμενος sc. λέγειν, Act. 11, 4.

**ἄρχων, οντος, ὁ** (prtcp. praes. verbi ἄρχω), *imperans, princeps, dux;* dic. de Jesu, ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς, Ap. 1, 5; de imperatoribus populorum, Mt. 20, 25. Act. 4, 26. 7, 35; univ. de magistratibus, Ro. 13, 3; Act. 23, 5 (oppidorum galilaeorum, Jos. vit. 57); inprimis judicibus, Lc. 12, 58. Act. 7, 27. 35 (ubi attende ad antithesin: quem non agnoverunt ἄρχοντα καὶ δικαστήν, hunc deus misit ἄρχοντα [ducem, imperatorem] καὶ λυτρωτήν); 16, 19; — οἱ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου, qui hoc aevo (v. in αἰών n. 3) nobilitate generis, eruditione et sapientia, potestate et auctoritate plurimum valent, tum inter Judaeos, tum inter gentiles, 1 Co. 2, 6. 8; cf. *Neander* ad h. l. p. 62 ss. — de assessoribus magni Judaeorum synedrii, Lc. 23, 13. 35. 24, 20. Jo. 3, 1. 7, 26. 48. 12, 42. Act. 3, 17. 4, 5. 8. 13, 27. 14, 5; de praefectis synagogarum, Mt. 9, 18. 23. Lc. 8, 41 (ἄρχων τῆς συναγωγῆς, coll. Mc. 5, 22: ἀρχισυνάγωγος) et fortasse etiam 18, 18; ἄρχων τῶν Φαρισαίων, qui magnam auctoritatem obtinet inter Pharisaeos, Lc. 14, 1. — de diabolo, malorum geniorum principe, ἄρχων τῶν δαιμονίων Mc. 3, 22. Lc. 11, 15. Mt. 12, 24. 9, 34; ἄρχ. τοῦ κόσμου, qui regit profanam hominum multitudinem, Jo. 12, 31. 14, 30. 16, 11. (ap. Rabb. שַׂר הָעוֹלָם; ἄρχ. τοῦ αἰῶνος τούτου, Ignat. Eph. 19; ἄρχων τοῦ καιροῦ τῆς ἀνομίας, Barn. ep. 18); τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, Eph. 2, 2 (v. in ἀήρ.)*

**ἄρωμα, τος, τό** (ab obsol. ἄρω, apparo, unde ἀρτύω, condio), *aroma, odoramentum;* Mc. 16, 1. Lc. 23, 56. 24, 1. Jo. 19, 40. (2 Reg. 20, 13. Esth. 2, 12. Cant. 4, 10. 16. — Xen. Theophr. et sqq.)*

**Ἀσά, ὁ,** (chald. אָסָא, sanavit), *Asa,* rex Judae, filius regis Abiae (1 Reg. 15, 8 ss.), Mt. 1, 7 s. Vide in Ἀσάφ.

**ἀσαίνω,** 1 Th. 3, 3 praeeunte *Lchm.* in ed. majore conjecerunt *Kuenen* et *Cobet* (in sua novi test. edit. ad fidem cod. vat. Lugd. 1860) et in textum receperunt μηδὲν ἀσαίνεσθαι, putant esse i. q. ἄχθεσθαι, χαλεπῶς φέρειν. Sed nulla est lectionem receptam mutandi necessitas (v. in σαίνω), neque pro ἀσάω a Graecis etiam ἀσαίνω dici doceri potest.

**ἀσάλευτος, ον** (σαλεύω), *inconcussus, immotus;* propr. Act. 27, 41; metaph., βασιλεία, perturbationi et eversioni non obnoxia, firma, stabilis, Heb. 12, 28. (Eur. Bacch. 389; ἐλευθερία Diod. 2, 48; εὐδαιμονία ibid. 3, 47; ἡσυχία Plat. Ax. 370 d; Plutarch. al.)*

**Ἀσάφ** (אָסָף, collector), nom. propr. viri, e vitiosa scriptione a *Lchm. Tdf. Trg.* recepta pro vulg. Ἀσά, Mt. 1, 7 s.

**ἄσβεστος, ον** (σβέννυμι), *inexstinctus* (Ovid.), *inexstinguibilis* (Vulg.); πῦρ, Mt. 3, 12. Lc. 3, 17. Mc. 9, 43 atque e l. vulg. *Grsb* vs. 45. (saepius ap. Hom.; πῦρ ἄσβ. de perpetuo Vestae igne, Dion. Hal. antt. 1, 76.)*

**ἀσέβεια, ας, ἡ** (ἀσεβής, q. v.), *defectus verecundiae in deum, impietas;* Ro. 1, 18. 2 Tim. 2, 16. Tit. 2, 12; plur. impie sensa et facta Ro. 11, 26 (e Jes. 59, 20); τὰ ἔργα ἀσεβείας, *impie facta,* ex hebraismo, Jud. vs. 15. cf. *Win.* p. 222; αἱ ἐπιθυμίαι τῶν ἀσεβειῶν, cupiditates impia faciendi, ibid. vs. 18. (ap. Graecos inde a Plat. et Xen.; — ap. LXX respondet potissimum voci פֶּשַׁע.)

**ἀσεβέω, ῶ,** aor. 1. ἠσέβησα (ἀσεβής, q. v.), inde a Xen. et Plat., *impius sum, impie ago;* 2 Petr. 2, 6; ἀσεβεῖν ἔργα ἀσεβείας, Jud. vs. 15; cf. *Win.* p. 209. (= פָּשַׁע Zeph. 3, 11; רָשַׁע Dan. 9, 5.)*

**ἀσεβής, ές** (σέβω, revereor), inde ab Aesch. et Thuc., LXX pro רָשָׁע, *verecundia erga deum destitutus, dei contemtor, impius;* Ro. 4, 5. 5, 6. 1 Tim. 1, 9 (conj. h. l. cum ἁμαρτωλός, ut 1 Pet. 4, 18); 2 Pet. 2, 5. 3, 7. Jud. vs. 4. 15.*

**ἀσέλγεια, ας, ἡ,** habitus et mores hominis, qui est ἀσελγής (quod alii compositum putant ex α priv. et Σέλγη, nomine urbis Pisidiae, cujus cives morum severitate praestitissent, alii ex α intens. et σαλαγεῖν, turbare, strepere, alii et nunc quidem plurimi ex α priv. et σέλγω = θέλγω, non bene afficiens, taedium excitans), *effrenis libido, intemperantia, lascivia, protervitas, petulantia, insolentia;* Mc. 7, 22 (ubi incertum, de quo singulari vitio dicatur); de libidinibus gulae et veneris, Jud. vs. 4; plur. 1 Pet. 4, 3. 2 Pet. 2, 2 (pro vulg. ἀπωλείας); vs. 18; de re venerea 2 Co. 12, 21. Gal. 5, 19. Eph. 4, 19. 2 Pet. 2, 7; plur. „*lasciviae,* ut spurce dicta, indecori corporis motus et impudicae marium fe-

minarumque contrectationes", (*Fritzsche*), Ro. 13, 13. (Praeterea in s. cod. tantum Sap. 14, 26. 3 Macc. 2, 26. — ap. Graecos utuntur voce Plato, Isocr. et posteriores, sed demum a Plut. et Luciano etiam de *mulierum* libidinibus.) Cf. *Tittmann* de synonymis N. T. p. 151 s.*

**ἄσημος, ον** (σῆμα, signum), *non signatus* (numus); *ignotus, non distinctus, ignobilis;* Act. 21. 39. (3. Macc. 1, 3; ap. Graecos inde ab Hdt.; tropice inde ab Eurip.)*

**Ἀσήρ, ὁ**, nom. propr. hebr. (אָשֵׁר), indecl. (ap Joseph. Ἄσηρος, ου, ὁ), *Aser*, octavus Jacobi patriarchae filius; Lc. 2, 36. Ap. 7, 6.*

**ἀσθένεια, ας, ἡ** (ἀσθενής), *imbecillitas, infirmitas, inopia virium; a) corporis; α*) nativa ejus debilitas et fragilitas, 1 Co. 15, 43. 2 Co. 13, 4. *β*) valetudinis imbecillitas; morbus, Jo. 5, 5. 11, 4. Lc. 13, 11 s. 12. Gal. 4, 13 (*ἀσθένεια τῆς σαρκός*); Heb. 11, 34; plural. Mt. 8, 17. Lc. 5, 15. 8, 2. Act. 28, 9. 1 Tim. 5, 23. — *b*) *animi*, et quidem inopia virium et facultatum, quae requiruntur *α*) ad aliquid intelligendum, Ro. 6, 19 (ubi *ἀσθ. σαρκός* est humanae naturae imbecillitas). *β*) ad magna et eximia praestanda, ut inopia humanae sapientiae, dexteritatis in loquendo, in usu hominum, 1 Co. 2, 3. *γ*) ad compescendas pravas cupiditates; proclivitas ad peccandum, Heb. 5, 2. 7, 28; plur. variae hujus proclivitatis species, 4, 15. *δ*) ad miserias et vexationes sustinendas, Ro. 8, 26 (ubi legendum *τῇ ἀσθενείᾳ* pro vulg. *ταῖς ἀσθενείαις*); 2 Co. 11, 30. 12, 9; plur. animi affectiones, quibus cernitur haec imbecillitas, 2 Co. 12, 5. 9 s.*

**ἀσθενέω, ῶ**, impf. *ἠσθένουν*, pf. *ἠσθένηκα* (2 Co. 11, 21. ap. *Lchm. Tdf. Trg.*) aor. 1. *ἠσθένησα* (ἀσθενής), *imbecillis, infirmus sum;* univ. impotens sum, nihil valeo, Ro. 8, 3; rhetorice dic. de eo, qui consulto se abstinet a virium usu, 2 Co. 13, 4; ac de eo, cui occasio deest vires probandi, 2 Co. 13, 9; ex adj.: invalidus sum ad exercendum et obtinendum in alios imperium, 2 Co. 11, 21; per oxymoron: *ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι, quandi nihil valeo* humanis viribus, tum demum *valeo* divinis viribus, 2 Co. 12, 10; *εἴς τινα*, nihil valeo in aliquem, 2 Co. 13, 3; add. dativo relationis: *πίστει*, fiducia infirmus sum. Ro. 4, 19; *πίστει*, careo firma persuasione de rebus christiano homini licitis et illicitis, Ro. 14, 1; ex adj. eadem notione simpliciter *ἀσθενεῖν* Ro. 14, 2. 21. 1 Co. 8, 9 (e l. vulg.); vs. 11 s.; *τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ*, quis imbecillis est (fiduciâ et persuasione de rebus licitis), quin ego ejusdem imbecillitatis sensu et commiseratione perfundar? 2 Co. 11, 29. — ex adj. *infirmus sum opibus, pauper*, Act. 20, 35 (ita Eur. ap. Stob. 145), cf. *de Wette* ad l. — Speciatim de valetudinis imbecillitate; add. *νόσοις*, Lc. 4, 4; simpliciter *debilis sum, aegroto;* Lc. 7, 10. Mt. 25, 36 (vs. 39 *Lchm. Trg. Tdf.*) Jo. 4, 46. 11, 1—3. 6. Act. 9, 37. Phil. 2, 26 s. 2 Tim. 4, 20. Jac. 5, 14; *οἱ ἀσθενοῦντες* et *ἀσθενοῦντες, aegroti, debiles*, Mt. 10, 8. Mc. 6, 55. Lc. 9, 2 (e l. vulg.) Jo. 5, 3 (vs. 13 *Tdf.*); vs. 7. 6, 2. Act. 19, 2.*

**ἀσθένημα, ατος, τό** (ἀσθενέω), *imbecillitas;* Ro. 15, 1 (ubi dic. de errore e mentis infirmitate orto.)*

**ἀσθενής, ές** (τὸ σθένος, robur), *imbecillis, infirmus, invalidus; — a*) univ. Mt. 26, 41. Mc. 14, 38. 1 Pet. 3, 7; *τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ*, factum dei, in quo imbecillitas comparere videtur, ut crucis supplicium a Messia toleratum, 1 Co. 1, 25. — *b*) speciatim; ex adj.: invalidus ad peragenda eximia, 1 Co. 4, 10; potestate inter homines carens, 1 Co. 1, 27; minus valens et praestans, *μέλος*. 1 Co. 1, 27; languidus ad honeste agendum. Ro. 5, 6; animi fortitudine et gravitate carens, 2 Co. 10, 10; dic. de religionum ante Christum disciplinis nihil ad promovendam pietatem et salutem valentibus, Gal. 4, 9. Heb. 7, 18; carens certo judicio de rebus licitis et illicitis (v. in ἀσθενῶ), 1 Co. 8, 7. (vs. 9 *Lchm. Tdf. Trg.*); vs. 10; 9, 22. 1 Th. 5, 14. — *c*) de corpore: *debilis, aegrotus;* Mt. 25, 39 (e l. vulg. et *Grsb.*); 43 s. Lc. 9, 2 (*Lchm.*); 10, 9. Act. 4, 9. 5, 15 s. 1 Co. 11, 30.*

**Ἀσία, ας, ἡ**, *Asia;* 1) *Asia propria, ἡ ἰδίως καλουμένη Ἀσία* (Ptol. 5, 2), s. Asia proconsularis, Mysiam, Lydiam, Phrygiam, Cariam complectens. Act. 6, 9 (ubi *Lchm. καὶ Ἀσίας* omittit); 16, 6 ss. 1 Pet. 1, 1. Ap. 1, 4. atque, ut videtur, Act. 19, 26. 20, 16. 2 Co. 1, 8. 2 Tim. 1, 15 al. Cf. *Win.* RWB. s. v. *Asien. Stark* in *Schenkel* BL. I, p. 261 ss. — 2) Asiae proconsularis pars, Mysiam, Lydiam, Cariam complectens (Plin. h. n. 5, 28), Act. 2, 9.

**Ἀσιανός, οῦ, ὁ**, *Asia oriundus, Asianus, Asiaticus;* Act. 20, 4.*

**Ἀσιάρχης, ου, ὁ**, *Asiarcha, Asiae praefectus;* Act. 19, 31. A singulis Asiae proconsularis urbibus sub aequinoctium auctumnale concio habebatur civium honestissimorum atque opulentissimorum, e quibus eligeretur, qui ludis hoc anno in honorem deorum et imperatoris romani suo sumtu edendis praefici posset. Quod quum factum esset, civitas quaeque designati nomen concilio communi in urbe quadam primaria, velut Ephesi, Smyrnae, Sardibus, congregato per legatum indicabat atque hoc gentis concilium, *τὸ κοινόν* dictum, e designatorum numero *decem* seligebat, quos ad proconsulem mitteret, proconsul autem ex his ad se missis eum delegisse videtur, qui reliquis Asiarchis praesideret. Unde explicandum est, quod Act l. c. plurium Asiarcharum, ab Eusebio autem h. e. 4, 15 unius tantum mentio fit. Cf. *Meyer* ad Act. l. c. *Win.* RWB. s. v. *Asiarchen.**

**ἀσιτία, ας, ἡ** (ἄσιτος q. v.), *abstinentia a cibo* (tum voluntaria, tum necessaria); *πολλή*, diuturna, Act. 27, 21. (Hdt. 3, 52. Eur. suppl. 1105. Jos. antt. 12, 7, 1.)*

**ἄσιτος, ον** (σῖτος), *jejunus;* qui cibum non sumsit; Act. 27, 33. (Hom. Od. 4, 788; tum inde a Thuc. et Soph.)*

**ἀσκέω, ῶ**, 1) *arte formo, orno;* ap. Hom. — 2) *exerceo, laboro, operam do;* sq. infin. (ut Xen. mem. 2, 1. 6. Cyr. 5, 5. 12 al.), Act. 24, 16.*

**ἀσκός, οῦ, ὁ**, *uter e corio factus*, in quo aqua vel vinum servabatur, Mt. 9, 17. Mc. 2, 22. Lc. 5, 37 s. (saepe ap. Graecos inde ab Hom. — LXX.)*

**ἀσμένως**, adv. (= ἡσμένως, ab ἥδομαι), inde ab Hom., *cum gaudio, libenter;* Act. 2, 41. 21, 17.*

**ἄσοφος, ον** (σοφός), *insipiens;* Eph. 5, 15.*

**ἀσπάζομαι**, aor. 1. *ἠσπασάμην* (a *σπάω* cum *α* intensivo; igitur pr.: *ad me traho;* cf. *ἀσκαίρω* pro *σκαίρω*, *ἀσπαίρω* pro *σπαίρω*, *ἀσπαρίζω* pro *σπαρίζω*), *a*) c. accus. personae, *saluto aliquem, salutem ei dico, fausta imprecor* (Israelitae in adeundo et abeundo maxime formula solenni שָׁלוֹם לְךָ utebantur); dic. de convenientibus ad aliquem, Mt. 10, 12. Mc. 9, 15. 15, 18. Lc. 1, 40. Act. 21, 19; — de iis, qui ad breve tempus invisendi causa aliquem adeunt; ut vix salutatione facta abiisse videantur, Act 18, 22. 21, 7; ut lat. *salutare*, nostr. *seine Aufwartung machen*, de iis, qui alicui dignitate conspicuo reverentiam exhibent eum adeundo, Act. 25, 13 (Jos. antt. 1, 19, 4. 6, 11, 1); — de salutantibus eum, quem in via offendunt, Mt. 5, 47 (etiam hodie in oriente Christiani et Muhamme-

dani se salutare omittunt); Lc. 10, 4 (quum non solum levi gestu et paucis verbis, sed plerumque etiam amplexu et osculatione fieret salutatio, saepius salutando peregrinatio retardabatur); — de abeuntibus et valedicentibus, Act. 20, 1. 21, 6. — de absentibus, qui alios per litteras valere jubent, Ro. 16, 3. 5—23. 1 Co. 16, 19. 2 Co. 13, 12. Phil. 4, 21 s. Col. 4, 10—12, 14 s. 1 Th. 5, 26. al. — *ἐν φιλήματι*, Ro. 16, 16. 1 Co. 16, 20. 2 Co. 13, 12. 1 Pet. 5, 14. — *b*) cum acc. rei: *laeto animo excipio*, nostr. *willkommen heissen*, *τὰς ἐπαγγελίας*, Heb. 11, 13 (*τὴν συμφοράν*, Eur. Jo. 587; *τὴν εὔνοιαν*, Jos. antt. 6, 5, 3; *τοὺς λόγους*, ibid. 7, 8, 4; ita *saluto* Virg. Aen. 3, 523).

*ἀσπασμός, οῦ, ὁ* (*ἀσπάζομαι*), *salutatio* vel ore prolata, Mt. 23. 7. Mc. 12, 38. Lc. 1, 29. 41. 44. 11, 43. 20, 46; vel scripta, 1 Co. 16, 21. Co. 4, 18. 2 Th. 3, 17.*

*ἄσπιλος, ον* (*σπῖλος*, macula), *qui sine macula est; ἀμνός* 1 Pet. 1, 19. (*ἵππος*, Hdian. 5, 6, 16; *μῆλον*, Anthol. 6, 252, 3.) — metaph. *is, in quem non cadit reprehensio*, 1 Tim. 6, 14; *purus flagitii*, 2 Pet. 3, 14; *ἀπὸ τοῦ κόσμου*, Jac. 1, 27. (ap. eccles. scriptores.)*

*ἀσπίς, ίδος, ἡ, aspis* (gen. *idis*), serpens parvus venenosissimus, cujus morsus mortem certissimam infert, nisi partes contactae confestim amputantur; Ro. 3, 13. (Deut. 32, 33. Jes. 30, 6. — Ael. h. a. 2, 24. 6, 38. Plut. mor. p. 380. f. Oppian. cyn. 3, 433.)*

*ἄσπονδος, ον* (*σπονδή*, libatio, quae utpote sacrificii genus cum foederibus et pactis conjuncta erat; cf. lat. *spondere*), *foederis, pacti expers;* dicuntur ita res non pactae velut induciae, Thuc. 1, 37 al. — 2) *qui ad ineundum foedus moveri nequit*, *implacabilis* (hac notione inde ab Aeschylo; praecipue in usu erat phrasis *ἄσπονδος πόλεμος*, Dem. pro cor. p. 314, 16. Pol. 1, 65, 6. Cic. ad Att. 9, 10, 5), junct. c. *ἄστοργος*, Ro. 1, 31 (e l. vulg.); 2 Tim. 3, 3.*

*ἀσσάριον, ίου, τό, assarium* vel *assarius*, nomen monetae aequantis decimam partem drachmae (deminutivum latinae vocis *as*, ap. Rabbinos אִיסָּר); Lc. 12, 6. Mt. 10, 29. (Plut., Dion. Hal. al.)*

*ἆσσον*, adv., *propius* (comparativus vocis *ἄγχι*, prope); Act. 27, 13 (Hom. Hdt., tragic. poet.; Jos. antt. 19, 2, 4.)*

*Ἄσσος, ου, ἡ, Assus*, urbs maritima in Asia minori ad mare aegaeum sita et a Troade, Phrygiae minoris civitate, IX milliariis distans, Act. 20, 13 s.

*ἀστατέω, ῶ* (*ἄστατος*, instabilis, circumvagus; cf. *ἀκατάστατος*), *oberro*, *incertis sedibus vagor;* 1 Co. 4, 11. (Appendix ad anth. 39.)*

*ἀστεῖος, ον* (*ἄστυ*, urbs), *urbanus; qui est politis moribus* (opp. *ἄγροικος*, rusticus), *lepidus* (inde a Xen. et Plat.). 2) *facetus* (*corpore*), *formosus* (Judith. 11, 23. Aristaenet. 1, 4 et 19); de Mose (Exod. 2, 2); Heb. 11, 23; *τῷ θεῷ*, deo judice, i. e. vere formosus, Act. 7, 20; cf. *Win.* §. 31, 4. *Bttm.* ntl. Gr. p. 156. — *Philo* vit. Mos. 1, §. 3 de Mose: *γεννηθεὶς ὁ παῖς εὐθὺς ὄψιν ἐνέφηνεν ἀστειοτέραν ἢ κατ' ἰδιώτην.*)*

*ἀστήρ, έρος, ὁ, stella;* Mt. 2, 7. 9. 10. 24, 29. Mc. 13, 35. 1 Co. 15, 41. Ap. 6, 13. 8, 10—12. 9, 1. 12, 1. 4; *ὁ ἀστὴρ αὐτοῦ*, stella, quae ejus nativitatem arguit, Mt. 2, 2 (i. e. stella Messiae, de qua cf. *Bertholdt* Christologia Judaeorum §. 14. *Anger* der Stern der Weisen, in *Niedner* Zeitschr. f. d. histor. Theologie, 1847. fasc. 3); — imagine septem stellarum, quas Christus dextera manu tenet, Ap. 1, 26. 2, 1. 3, 1., significantur septem ecclesiarum angeli Christo subditi, ibid. 1, 20; v. quae supra in *ἄγγελος* dixi. — *ἀστὴρ ὁ πρωϊνός*, stella matutina, Ap. 22, 16. 2, 28 (*δώσω αὐτῷ τὸν ἀστέρα τ. πρωϊνόν*, dabo in manum mat. stellam, cujus splendore ipse collustretur et prae ceteris splendeat, h. e. efficiam, ut prae ceteris coelestis gloriae praestantia emineat); — *ἀστέρες πλανῆται*, stellae erraticae, Jud. v. 13 (non sunt *planetae*, quorum motus a vulgo vix animadvertitur, sed longe probabilius *cometae*, quos Judas putat esse stellas, cursum a deo sibi praeceptum non tenentes sed suo arbitrio circumvagantes [cf. Henoch 18, 15], quorum imagine significantur homines *πλανῶντες καὶ πλανώμενοι*, 2 Tim. 3, 13).*

*ἀστήρικτος, ον* (*στηρίζω*), *non fixus, non firmatus;* 2 Pet. 2, 14. 3, 16. (Anthol. 6, 203.)*

*ἄστοργος, ον* (*στοργή*, amor in necessarios), *amoris expers;* Ro. 1, 31. 2 Tim. 3, 3. (Aeschin. Theocr. Plut. al.)*

*ἀστοχέω, ῶ*, aor. 1. *ἠστόχησα* (sum *ἄστοχος*, a *στόχος*, scopus), *aberro* (a scopo); c. genit.: ab aliquo aberro, 1 Tim. 1, 6 (Sir. 7, 10. 8, 9); *περί τι*, 1 Tim. 6, 21. 2 Tim. 2, 18. (Polyb. Plut. Lucian.)*

*ἀστραπή, ῆς, ἡ, fulgur;* Lc. 10, 18. 17, 24. Mt. 24, 27. 28, 3; plur. Ap. 4, 5. 8, 5. 11, 19. 16, 18; dic. de luminis fulgore, Lc. 11, 36.*

*ἀστράπτω* (inferioris aetatis forma *στράπτω*, v. supra in *ἀσπάζομαι*), *fulguro* (Hom. Il. 9, 237. 17, 595. et saepe ap. Atticos); Lc. 17, 24. — dic. de rebus splendentibus; *ἐσθῆτες*, Lc. 24, 4 (et persaepe ap. Graecos inde a Soph. Phil. 111. Oed. Col. 1067.)*

*ἄστρον, ου, τό*, 1) *sidus, signum stellis coactum* (*Sternbild*); sed non raro etiam 2) i. q. *ὁ ἀστήρ*, *stella;* Lc. 21, 25. Act. 27, 20. Heb. 11, 12; simulacrum stellae, Act. 7, 43.*

*Ἀσύγκριτος, ου, ὁ* (*α* priv. et *συγκρίνω*, comparo; incomparabilis), *Asyncritus* nomen ignoti viri e romanis Christianis; Ro. 16, 14.

*ἀ-σύμφωνος, ον, dissonans, dissonus, non concors, dissentiens; πρὸς ἀλλήλους* (Diod. 4, 1), Act. 28, 25. (Sap. 18, 10; — Plat., Plut.)*

*ἀ-σύνετος, ον, non intelligens;* Mt. 15, 16. Mc. 7, 18; *stolidus;* Ro. 1, 21. 10, 19. — ex imitatione hebr, נָבָל, *impius* (Sap. 1, 5. Sir. 15, 7 s.), quia impius non intelligit quae humanae saluti consulunt Ro. 1, 31. (ap. Graecos inde ab Hdt.)*

*ἀ-σύνθετος, ον*, 1) *non compositus, simplex* (Plat. Aristot. al.). 2) (*συντίθημαι*, paciscor) *foedifragus, perfidus*, Ro. 1, 31 (ita Jer. 3, 8. 11. Dem. de falsa leg. p. 383, 6; cf. *Papii* et *Passovii* lexx. s. v.; *ἀσυνθετεῖν*, perfidum esse; *ἀσυνθεσία*, praevaricatio, 1 Chron. 9, 1; *εὐσυνθετεῖν*, datam fidem servare.)*

*ἀσφάλεια, ας, η* (*ἀσφαλής*), *a*) *status firmus, firmitas; ἐν πάσῃ ἀσφ.*, firmissime, Act. 5, 23. — trop. *certitudo, veritas indubitata, τῶν λόγων* (v. in *λόγος*), Lc. 1, 4. (*τοῦ λόγου*, certitudo demonstrationis, Xen. mem. 4, 6, 15.) — *b*) *securitas ab hostibus et periculis*, 1 Th. 5, 3. (opp. *κίνδυνος*, Xen. mem. 3, 12, 7.)*

*ἀσφαλής, ές* (*σφάλλω*, labare s. vacillare facio, fallo, *σφάλλομαι*, labor, titubo), *a*) *firmus* (cui insisti, confidi potest); *ἄγκυρα*, Heb. 6, 19 (ubi *Lchm.* et *Trg.* accus. sing. formam *ἀσφαλῆν* receperunt; v. supra in *ἄρσην*). — trop. *certus, versus;* Act. 25, 26; *τὸ ἀσφαλές*, Act. 21, 34. 22, 30. — *b*) *ad firmandum aptus; τινί*, Phil. 3, 1. (ita Jos. antt. 3, 2, 1.)*

*ἀσφαλίζω*, inf. aor. 1. pass. *ἀσφαλισθῆναι*, aor. 1. med. *ἠσφαλισάμην* (*ἀσφαλής*), vb. potissimum inde a Polyb. frequentatum, *firmum reddo, munio, ne laedi possit;* pass., *munior*, Mt. 27, 64 (*ὁ τάφος*);

med., pr. mihi s. in meum commodum munio (saepe ap. Polyb.), Mt. 27, 65 s.; firmiter adstringo, τοὺς πόδας εἰς τὸ ξύλον, Act. 16, 24.*

ἀσφαλῶς, adv., *tuto* (ne quis elabi possit); Mc. 14, 44. Act. 16, 23. — *certo;* γινώσκειν, Act. 2, 36. (εἰδότες, Sap. 18, 6.)*

ἀσχημονέω, ῶ (sum ἀσχήμων, deformis; τὴν κεφαλὴν ἀσχημονεῖν, de calvo, Ael. v. h. 11, 4), *indecore ago* (Xen. Plat. al.); 1 Co. 13, 5; ἐπί τινα, contra aliquem, ex adj.: ignominiam ei paro, 1 Co. 7, 36.*

ἀσχημοσύνη, ης, ἡ (ἀσχήμων), inde a Plat. *turpitudo, turpe facinus;* Ro. 1, 27; dic. de pudendis, Ap. 16, 15, ut Exod, 20, 26. Deut. 23, 14.*

ἀσχήμων, ονος, neutr. ἄσχημον (σχῆμα), *a*) *deformis. b*) *indecorus;* 1 Co. 12, 23., opp. εὐσχήμων. (Xen. Plat. et sqq.)*

ἀσωτία, ας, ἡ (indoles hominis ἀσώτου, i. e. desperati, qui servari non potest, a σαόω, σόω = σώζω, 3 perf. pass.; igitur pr. *Heillosigkeit*), *perdita, dissoluta vita, nequitia, luxuria;* Eph. 5, 18. Tit. 1, 6. 1 Pet. 4, 4. (Prov. 28, 27. 2 Macc. 6, 4. — Plat. rep. 8, p. 560. e. Arist. eth. 4, 1, 6. Pol. 32, 20, 9. 40, 12, 7. Cic. Tusc. 3, 8. Hdian. 2, 5, 2. et ap. al.) Cf. *Tittmann* Synon. N. T. p. 152 s.*

ἀσώτως, adv. (adj. ἄσωτος, de quo v. in ἀσωτία), *dissolute, luxuriose;* ζῆν (Jos. antt. 12, 4, 8), Lc. 15, 13.*

ἀτακτέω, ῶ, aor. 1. ἠτάκτησα, *sum* ἄτακτος, *inordinatus, a*) pr. dic. de militibus non in ordine incedentibus aut ordinem deserentibus, Xen. Cyr. 7, 2, 2 al. — Hinc *b*) *officio desum, leges non observo;* Xen. Cyr. 8, 1, 22. oec. 5, 15. Lys. 14, 18 al. — *c*) *dissolute vivo;* 2 Th. 3, 7 coll. vs. 11.*

ἄτακτος, ον (τάσσω), *inordinatus* (ita saepe de militibus), *ordinem* (*modum*) *non servans* (ἄτακτοι ἡδοναί. libidines intemperantes, Plat. legg. 2, 660. b; Plut. puer. educ. c. 7), *a praescripto ordine declinans*, 1 Th. 5, 14 coll. 2 Th. 3, 6. (ap. Graecos inde a Thuc.; saepe ap. Plat.)*

ἀτάκτως, adv., *neglecto ordine;* 2 Th. 3, 6: ἀτάκτως περιπατεῖν, quod explicatur addito καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν, ἣν παρέλαβε παρ' ἡμῶν; vs. 11; ubi explicatur μηδὲν ἐργαζόμενοι, ἀλλὰ περιεργαζόμενοι. (saepe ap. Plat.)

ἄτεκνος, ον (τέκνον), *sine prole, liberis carens;* Lc. 20, 28—30. (Gen. 15, 2. Sir. 16. — ap. Graecos inde ab Hesiod. op. 600.)*

ἀτενίζω, aor. 1. ἠτένισα (ab ἀτενής, intentus, et hoc ex τείνω et α intensivo), *fixis oculis intueor;* sq. dat. personae, Lc. 4, 20. 22, 56. Act. 3, 12. 10, 4. 14, 9. 23, 1; sq. εἴς τινα., Act. 3, 4. 6, 15. 13, 9; metaph. animum adverto ad alicujus exemplum, Clem. Rom. 1 Co. 9; εἴς τι, Act. 1, 10. 7, 35. 2 Co. 3, 7; εἴς τι, vs. 13; *introspicio in aliquid*, Act. 11, 6. (3. Macc. 2, 26. — Pol. 6, 11, 7. Diod. 2, 51. Jos. bell. jud. 6, 12, 3. Lucian. cont. 16 al.)*

ἄτερ, praep., poetis frequentata, raro ap. prosae scriptores inde a Plat., *sine, absque*, c. gen., in sacro cod. tantum 2 Macc. 12, 15. Lc. 22, 6 (ἄτερ ὄχλου, non praesente populo, igitur sine tumultu); vs. 35.

ἀτιμάζω, aor 1. ἠτίμασα, inf. aor. 1. pass. ἀτιμασθῆναι, (ab ἄτιμος, ergo) ἄτιμον *facio, ignominia afficio, contumeliose tracto*, s. verbis s. factis s. vilipendo; Lc. 20, 11. Jo. 8, 49. Act. 5, 41. Ro. 2, 23. Jac, 2, 6. — passiv. Ro. 1, 24, de quo loco cf. *Win.* p. 305. (ap. Graecos inde ab Hom. — LXX.)

ἀτιμάω, ῶ (τιμή), *honore privo, contemno, contemtim* vel *contumeliose tracto;* τινά, Mc. 12, 4: ἠτίμησαν ap. *Lchm. Trg.;* ἠτίμασαν *Tdf.;* v. in ἀτιμόω. (ap. Graecos inde ab Hom.)

ἀτιμία, ας, ἡ (ἄτιμος), *turpitudo, ignominia, dedecus;* 1 Co. 11, 14; opp. δόξα 2 Co. 6, 8. 1 Co. 15, 43 (ἐν ἀτιμίᾳ sc. ὄν, in statu dedecoris, dic. de mortui corporis deformitate et foedo odore); κατ' ἀτιμίαν, = ἀτίμως, cum contemtu sc. mei ipsius, 2 Co. 11, 21; πάθη ἀτιμίας, turpes libidines. affectus infames, Ro. 1, 26; cf. *Win.* p. 222; — εἰς ἀτιμίαν, in indecorum usum, de vasis, opp. τιμή. Ro. 9, 21. 2 Tim. 2, 20.*

ἄτιμος, ον (τιμή), inde ab Hom., *honoris expers, ignobilis, contemtus;* Mt. 13, 57. Mc. 6, 4. 1 Co. 4, 10 (opp. ἔνδοξος); *vilis, minoris pretii;* 1 Co. 12, 23.*

ἀτιμόω, ῶ (ἄτιμος), inde ab Aeschylo, *ignominia afficio, contumelia noto;* Mc. 12, 4 e l. vulg. *Grsb.;* v. in ἀτιμάω.*

ἀτμίς, ίδος, ἡ, *vapor;* Jac. 4, 14; καπνοῦ (Joel 2, 30), Act. 2, 19. (ap. Graecos inde a Plat. Tim. p. 86 e.)*

ἄτομος, ον (τέμνω, *seco*), *qui dissecari, dividi nequit, individuus;* ἐν ἀτόμῳ, *temporis puncto*, 1 Co. 15, 52.*

ἄτοπος, ον (τόπος), pr. *quod non est loci; non conveniens, non decens* (ita ap. Graec. inde a Thuc.; persaepe ap. Plat.); in fatiscente graecitate sensu ethico: *improbus*, Lc. 23, 41 (ἄτοπόν τι πράσσειν, ut Job. 37, 6. 2 Macc. 14, 23); Act. 25, 5 *Lchm. Tdf. Trg.* (LXX pro אָוֶן Job. 4, 8. 11, 11 al.; Jos. antt. 6, 5, 6. Plut. de aud. poët. c. 3: φαυλὰ et ἄτοπα); de hominibus, 2 Th. 3, 2 (ἄτοποι καὶ πονηροί. *Luth. unartig*, rectius *iniquus*). — *incommodus*, Act. 28, 6: μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γενόμενον, nihil incommodi, mali in cum venisse. (Thuc. 2, 49. Jos. antt. 11, 5, 2. Hdian. 4, 11, 7.)*

Ἀττάλεια (*Tdf.* Ἀτταλία), ας, ἡ, *Attalia*, urbs Pamphiliae in Asia maritima, quae Lyciae finibus proxima erat, ab Attalo Philadelpho, Pergami rege, condita et nomen sortita; hodie *Antali;* Act. 14, 25.*

αὐγάζω, inf. aor. 1. αὐγάσαι (αὐγή), 1) ap. Graecos transitive *illustro*. 2) in sacro cod. intrans. *splendeo, fulgeo;* 2 Co. 4, 4. (Lev. 13, 24—28.)*

αὐγή, ῆς, ἡ, *splendor* (cf. german. *Auge*, de quo nonnumquam a tragicis poetis dicitur αὐγή, cf. *Papii* lex.), *splendor*, potissimum *solis*, unde saepe additur ἡλίου (Hom. et sqq.), *diei;* hinc ἄχρις αὐγῆς, usque ad diluculum, Act. 20, 11. (Polyaen. 4. p. 386: κατὰ τὴν πρώτην αὐγὴν τῆς ἡμέρας.)*

Αὔγουστος, ου, ὁ, *Augustus*, cognomen Julii Caesaris Octaviani, primi Romanorum imperatoris, Lc. 2, 1.*

αὐθάδης, ες (ex αὐτός et ἥδομαι), *qui sibi ipse placet, arrogans;* Tit. 1, 7. 2 Pet. 2, 10. (Gen. 49, 3. 7. Prov. 21, 24; inde ab Aeschylo et Hdt.)*

αὐθαίρετος, ον (ex αὐτός et αἱρέομαι), *sponte electus;* ap. Graecos potissimum de conditionibus, ut δουλεία Thuc. 6, 40 al., rarius de personis: *voluntarius, proprio voluntatis motu* (ut στρατηγός, Xen. an. 5. 7, 29, quod §. 28 explicatur: ὃς ἑαυτὸν ἕληται), 2 Co. 8, 3. 17.*

αὐθεντέω, ῶ (verbum solum biblicum et eccles. ab αὐθέντης contr. ex αὐτοέντης, et hoc ex αὐτός et ἔντεα, arma; inde *a*) ex usu loquendi veterum is, *qui sua manu perimit aut alios, aut se ipsum. b*) apud recentiores Graecos: *qui ipse aliquid perficit, auctor* [τῆς πράξεως Pol. 23, 14, 2 et ap. al.]; *qui sua potestate et auctoritate agit* [*eigenmächtig*], i. q. αὐτοκράτωρ, *dominus;* cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 120); *impero alicui, imperium exerceo in aliquem*, τινός, 1 Tim. 2, 12.*

*αὐλέω, ῶ*, aor. 1. *ηὔλησα* (*αὐλός*), *tibia cano;* Mt. 11, 17. Lc. 7, 32. 1 Co. 14, 7. (inde a Xen. et Plat.)*

*αὐλή, ῆς, ἡ*, (*ἄω, flo; αὐλή* igitur est) pr. *locus ventis perflatus* (*διαπνεόμενος τόπος αὐλὴ λέγεται*, Athen. 5, 2. p. 189); 1) ap. Graecos Homeri aetate *locus subdialis aedes cingens et muro septus, in quo instituta erant stabula* (Hom. Od. 9, 185. Il. 4, 433), hinc ap. orientales *septum* illud *subdiale in aperto campo, in quo greges noctu continebantur* (*Hürde*); Jo. 10, 1. 16. — 2) *locus septus subdialis aedium*, hebr. חָצֵר, LXX *αὐλή*, Vulg. *atrium;* dic. in V. T. potissimum de atriis sacri tentorii et hierosol. templi; ita in N. T. semel Ap. 11, 2 (*τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ*). Nobiliorum et opulentiorum hominum aedificia duas habebant *αὐλάς*, alteram exteriorem, inter januam et plateam, etiam *προαύλιον* (q. v.) dictum; alteram interiorem ipsis palatii aedificiis cinctam. Haec altera commemoratur Mt. 26, 69 (ubi *ἔξω* opponitur conclavi, in quo judices erant congregati); Mc. 14, 66. Lc. 22, 55. Cf. *Win.* RWB. Art. *Häuser.* — 3) *aedes ipsae, palatium;* Mt. 26, 3. 58. Mc. 14, 54. 15, 16. Lc. 11, 4. Jo. 18, 15 et ita persaepe ap. Graecos inde ab Hom. Od. 4, 74.*

*αὐλητής, οῦ, ὁ* (*αὐλέω*), *tibicen;* Mt. 9, 23. Ap. 18, 22. (ap. Graecos inde ab Hdt. 6, 60.)*

*αὐλίζομαι*, vb. deponens, impf. *ηὐλιζόμην*, aor. 1. *ηὐλίσθην* (*αὐλή*), ap. LXX plerumque = לִין, 1) pr. *in aula commoror*, potissimum *noctu*, dic. de pecudibus et pastoribus. 2) *sub divo pernocto.* 3) univ. *pernocto;* ita Mt. 21, 17. Lc. 21, 37 (*ἐξερχόμενος ηὐλίζετο εἰς τὸ ὄρος*, egressus pernoctandi causa se recepit in montem; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 286). (ap. Graecos inde ab Hom.)*

*αὐλός, οῦ, ὁ* (*ἄω, αὔω*), *tibia;* 1 Co. 14, 7.*

*αὐξάνω* et antiquiore forma (qua sola utuntur Pind. et Soph.) *αὔξω* (Eph. 2, 21. Col. 2, 19), impf. *ηὔξανον*, fut. *αὐξήσω*, aor. 1. *ηὔξησα*, aor. 1. pass. *ηὐξήθην*, 1) transit. *crescere facio, augeo;* 1 Co. 3, 6 sq. 2 Co. 9, 10. — Pass. *cresco, incrementa capio, augeor;* Mt 13, 32. (Mc. 4, 8 *Lchm. Tdf. Trg.*); 2 Co. 10, 15; Col. 1 6; *εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θεοῦ*, ad deum cognoscendum, Col. 1, 10 (*Grsb. Lchm. Tdf. Trg. τῇ ἐπιγνώσει τοῦ θεοῦ*); *εἰς σωτηρίαν*, ad consequendam salutem, 1 Pet. 2, 2. — 2) ex usu inferioris aetatis (inde ab Arist. de pr. 1, 7; numquam vero ap. LXX) intransit. *cresco, incrementa capio;* de plantis, Mt. 6, 28. (Mc. 4, 8 e l. vulg.); Lc. 12, 27. 13, 19; de infantibus, Lc. 1, 80. 2, 40; multitudine populi, Act. 7, 17; de christiani animi incrementis: *εἰς Χριστόν*, respectu ad Christum, Eph. 4, 15; *εἰς ναόν*, ut exsistat templum, Eph. 2, 21; *ἐν χάριτι* 2 Pet. 3, 18; c. accus. argumenti, *τὴν αὔξησιν* Col. 2, 19; de externis evangelii incrementis dicitur *ὁ λόγος ηὔξανε* Act. 6, 7. 12, 24. 19, 20; de crescente doctoris auctoritate et assectatorum numero (opp. *ἐλαττοῦσθαι*) Jo. 3, 30.*

*αὔξησις, εως, ἡ* (*αὔξω*), *incrementum;* Eph. 4, 16; *τοῦ θεοῦ*, quod efficitur a deo, Col. 2, 19; cf. *Meyer* ad l. (Thuc. Xen. Plat. et sqq.)*

*αὔξω*, v. *αὐξάνω.*

*αὔριον*, adv. (ab *αὔρα*, aura matutina, et hoc ab *ἄω*, spiro, flo), *cras* (*morgen*) Mt. 6, 30. Lc. 12, 28. (Act. 23, 15 e l. vulg.); 20. 22. 1 Co. 15, 32 (e Jes. 22, 13); *σήμερον καὶ αὔριον*, Lc. 13, 32 s. Jac. 4, 13. — *ἡ αὔριον* scil. *ἡμέρα.* crastinus dies, Mt. 6, 34. Act. 4, 3; *ἐπὶ τὴν αὔριον*, sub crastinum diem, h. e. die postero illucescente, Lc. 10, 35. Act. 4, 5; *τὸ τῆς αὔριον*, id quod crastinus dies pariturus est, Jac. 4, 14.*

*αὐστηρός, ά, όν* (ab *αὔω*, exsicco), *austerus*, de sapore, *αὐστηρὸν καὶ γλυκὺ καὶ πικρόν*, Plat. de rep. 3, 398 a.; *οἶνος* Diog. Laërt. 7, 117; — de animo et moribus, *asper, rigidus;* Lc. 19, 21. 22. (Pol. 4, 20. Diog. Laert. 7, 26 et al. — 2 Macc. 14, 30.)*

*αὐτάρκεια, ας, ἡ* (*αὐτάρκης*, q. v.), *status vitae absolutus, quo nullo vel auxilio vel subsidio indigemus;* = *τελειότης κτήσεως ἀγαθῶν*, Plat. def. p. 412 b.; saep. ap Aristot.; hinc *rerum ad sustentandam vitam necessariarum sufficientia*, 2 Co. 9, 8; subjective: *animus sua sorte contentus;* 1 Tim. 6, 6. Diog. Laert. 10, 130.*

*αὐτάρκης, ές* (*αὐτός, ἀρκέω*), *sibi ipsi sufficiens, satis valens vel habens ideoque nullo vel auxilio vel subsidio indigens;* saepe ap. Graecos inde ab Hdt. 1, 32; subjective: *sua sorte, suo victu, etsi tenuissimo, contentus;* Phil. 4, 11. (ita Sir. 40, 8. Pol. 6, 48, 7. Diog. Laert. 2, 24 de Socrate: *αὐτάρκης καὶ σεμνός.*)*

*αὐτοκατάκριτος, ον* (*αὐτός, κατακρίνω*), *a semet ipso non condemnatus;* Tit. 3, 11. (script. eccles.)*

*αὐτόματος, ον*, et *η, ον* (ex *μέμαα, studeo*, a themate obsoleto *μάω*), *suo ipsius motu* (*aus eigenem Triebe*) *actus* vel *perficiens, non alio impellente aut interveniente* (inde ab Hom.); saepe de terra sua vi plantas producente et de ipsis plantis et frugibus sine humana cultura nascentibus, Mc. 4, 28. (Hdt. 2, 94. 8, 138. Plat. Polit. p. 272 a. Diod. 1, 8 et al. — Lev. 25, 5. 11.) — de portis sponte se aperientibus, Act. 12, 10 (ita etiam Hom. Il. 5, 749. Xen. hist. gr. 6, 4, 7. Apoll. Rh. 4, 41. Plut. Timol. 12. Nonn. Dion. 44, 21.)*

*αὐτόπτης, ου, ὁ* (*αὐτός, ΟΠΤΩ*), *suis oculis videns, testis oculatus* (cf. *αὐτήκοος*, qui ipse aliquid audivit); Lc. 1, 2. (ap. Graecos inde ab Hdt.)*

*αὐτός, ή, ό*, pronomen („a particula *αὖ* profectum adjuncta pronominis demonstrativi significatione, per se nihil aliud significans, nisi *rursus* de eo, qui aut commemoratus antea est, aut, ut omnis oratio comparata est, necessario est intelligendus, dici" *Klotz* ad Devar. II, p. 219), a biblicis scriptoribus V. et N. T. longe frequentius quam reliqua pronomina usurpatum, quo frequentissimo et fere immodico usu multum recedunt a profanis; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 93.

I) *ipse, a, um*, ita dicitur, ut aliquis vel aliquid ab alio distinguatur vel ei opponatur, aut aliquis (aliquid) emphatice efferatur. — 1) Ubi est *opponentis* et *distinguentis*, additur *a*) subjectis, in verbo latentibus, omissis personalibus pronominibus *ἐγώ, ἡμεῖς, σύ* rel.: Lc. 5, 37 (*αὐτὸς ἐκχυθήσ.*, vinum opp. utribus); 22, 71 (*αὐτοὶ γὰρ ἠκούσαμεν*, nos ipsi, opp. testibus, qui audiri possent); Jo. 2, 25 (*αὐτὸς ἐγίνωσκεν*, opp. testibus, quos rogare potuisset); 4, 42 (nos ipsi, non solum tu); 9, 21. Act. 18, 15 (*ὄψεσθε αὐτοί*); 20, 34. 22, 19. 1 Th. 1, 9 al.; addita negatione: is non ipse hoc illudve facit, i. e. relinquit hoc aliis; Lc. 6, 42 (*αὐτός*, scil. tu, *οὐ βλέπων*); 11, 46 (*αὐτοί*, scil. vos, *οὐ προςψαύετε*); vs. 52. Jo. 18, 28. 3 Jo. vs. 10. Additur *καί*, ut alicui aliquid tribuatur pariter atque aliis; Lc. 14, 12 (*μήποτε καὶ αὐτοί σε ἀντικαλέσωσι*); 16, 28. Act. 2, 22. Jo. 4, 45. 17, 19. 21. Phil. 2, 24 al. Aliis locis *καὶ αὐτός* subjecto diserte nominato additur atque praecedente illo sequitur, ut cum praedicato junctum verti possit: *pariter* (*ebenfalls*); Lc. 1, 36 (*ἡ συγγενής σου καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱόν*, cognata tua et ipsa, i. e. pariter atque tu); Mt. 27, 57 (*ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ*); Lc. 23, 51. Mc. 15, 43. Act. 8, 13 (*ὁ δὲ Σίμων καὶ αὐτὸς ἐπίστευσε*); 15, 32. 21, 24. 1 Jo. 2, 6. Gal. 2. 17. Heb. 13, 3. — *b*) additur subjectis diserte nominatis, sive prono-

minibus vel personalibus vel demonstrativis, sive nominibus vel propriis, vel appellativis; Jo. 3, 28 (*αὐτοὶ ὑμεῖς*, vos ipsi testamini, non solum ego affirmavi); Act. 20, 30 (*ἐξ ὑμῶν αὐτῶν*, e vobis ipsis, non solum aliunde); Ro. 15, 14 (*καὶ αὐτὸς ἐγώ*, etiam per me ipsum, non solum famâ certior redditus, cf. 1, 8); 1 Co. 5, 13 (*ἐξ ὑμῶν αὐτῶν*, e vestro ipsorum coetu, opp. extraneis, de quorum moribus judicium sit deo relinquendum); 1 Co. 7, 35. 11, 13. 1 Th. 4, 9; *αὐτοὶ οὗτοι*, Act. 24, 20; *αὐτοῦ τούτου* (masc.) Act. 25, 25; *Ἰησοῦς αὐτός*, Jesus ipse, *in eigener Person*, op. iis, qui ex ejus *mandato* baptizabant, Jo. 4, 2; *αὐτὸς Ἰησοῦς*, opp. iis, qui propter miracula fidem ei habebant, Jo. 2, 24; Jesus ipse, neque solum alii, 4, 44; *αὐτ. Δαυΐδ*, opp. legis doctoribus, quorum decretum cum ipsius Davidis effatis non satis congruere videbatur, Mc. 12, 36 s. Lc. 20, 42; *αὐτὸς ὁ Σατανᾶς*, opp. ejus ministris, 2 Co. 11, 14; *αὐτὸς ὁ θεός*, deus ipse, non alius, Ap. 21, 3; *αὐτὰ τὰ ἐπουράνια*, ipsa coelestia, opp. ejus imaginibus, Heb. 9, 23. — *c*) ita dic., ut aliquem distinguat non solum a comitibus, discipulis, ministris, ut Mc. 2, 25 (*αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ*); Jo. 2, 12. 4, 53. 18, 1., sed etiam a *rebus* ab eo peractis vel ad eum pertinentibus, ut Jo. 7, 4 (*τι ποιεῖ καὶ ζητεῖ αὐτός*); 1 Co. 3, 15 (*τινὸς τὸ ἔργον κατακαήσεται, αὐτὸς δὲ σωθήσεται*); Lc. 24, 15 (*αὐτὸς ὁ Ἰησ.*, ipsa persona Jesu, opp. praecedentibus de ea colloquiis). — *d*) *ipse exclusis reliquis*, h. e. *solus;* Mc. 6, 31 (*ὑμεῖς αὐτοί*, vos soli, sine comitibus e plebe; cf. *Fritzsche* ad l.); Jo. 14, 11 (*διὰ τὰ ἔργα αὐτά*); Ro. 7, 25 (*αὐτὸς ἐγώ*, ego solus, non adjutus a spiritu Christi; cf. 8, 2); 2 Co. 12, 13 (*αὐτὸς ἐγώ*, seclusis reliquis evangelii doctoribus); Ap. 19, 12; cf. *Herm.* ad Vig. p. 733. n. III; *Matth.* §. 467. 5. *Kühner* II, p. 562; — add. *μόνος* (ut saepe ap. Atticos) Jo. 6, 15. — *e*) *ipse, non impellente, movente, intercedente alio*, h. e. *sua sponte* (nostr. *von selbst*); Jo. 16, 27 (ita jam Hom. Il. 17, 254; ap. Atticos, potissimum Xenoph.) — 2) Ubi *efferentis* est, respondet *a*) nostris *er*, *sie*, *es*, sono elatis; Mt. 1, 21 (*αὐτὸς σώσει*, *er und kein Anderer*), 5, 4—10 (*αὐτοί*); 6, 4. 17, 5 (*αὐτοῦ ἀκούετε*); Lc. 6, 35. 17, 16. 24, 21. Jo. 9, 21 (*αὐτός - - αὐτόν - - αὐτός*); Act. 10, 42. Gal. 4, 17 (*αὐτούς*); Eph. 2, 9 (*αὐτοῦ*); Col. 1, 17. 1 Jo. 2, 2. 4, 5. Jac. 2, 6 s. Ita etiam ap. Graecos inde ab Hom.; cf. *Herm.* ad Vig. p. 734. V. Eadem vi dicitur post relativas enuntiationes, ubi Graeci in pedestri oratione *οὗτος* ponunt; Mt. 12, 50 (*ὅστις ποιῇ - -, αὐτός μου ἀδελφὸς ἐστίν*, ubi Mc. 3, 35 *οὗτος*); 26, 48. Mc. 14, 44. Cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 94 s. Minus emphatice praeponitur subjectis, denuo iis excipiendis inserviens; Mt. 3, 4 (*αυτὸς δὲ Ἰωάννης*, is, quem dixi, Joannes; *er aber, Johannes*); Mc. 6, 17 (*αὐτὸς γὰρ Ἡρώδης*); Ro. 8, 16 (*αὐτὸ τὸ πνεῦμα*), — *b*) denotat aliquem reliquorum *principem, ducem, magistrum* (ita saepe ap. Graecos, ut in notissimo illo Pythagoreorum *αὐτὸς ἔφα*); de Christo, Mt. 8, 24. Mc. 4, 38. 6, 47. 8, 29. Lc. 5, 16 s. 9, 51. 10, 38; de deo, Lc. 6, 35. Heb. 13, 5. 1 Jo. 5, 36. — *c*) respondet germanico *eben*, *gerade;* Ro. 9, 3 (*αὐτὸς ἐγώ*, ipse ego, qui Israelitis infestus esse videar); 2 Co. 10, 1 (ipse ego, quem coram inter vos depressum me gerere dixistis); *αὐτὰ τὰ ἔργα*, Jo. 5, 36; saepe ap. Lucam *ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ* aut *ὥρᾳ, αὐτῷ τῷ καιρῷ*, *eben, gerade an dem Tage*, Lc. 2, 38. 10. 21. 12, 12. 13, 1. 31. 20, 19. 23, 12. 24, 13. 33. Act. 16, 18. In paulinis scriptis *αὐτὸ τοῦτο*, Gal. 2, 10. 2 Co. 7, 11. Phil. 1, 6; *εἰς αὐτὸ τοῦτο*, in hunc ipsum finem, *gerade für diesen Zweck, eben desshalb*, Ro. 9, 17. 13, 6. 2 Co. 5, 5. Eph. 6, 22. Col. 4, 8; eodem significatu simplex accusativus (ut ap. Atticos, cf. *Matth.* §. 470, 7. *Kühner*, II, p. 267. Anm. 2. *Win.* p. 135), *τοῦτο αὐτό*, 2 Co. 2, 3 et *αὐτὸ τοῦτο*, 2 Pet. 1, 5. — *d*) *vel, adeo* (jam ap. Hom.; cf. *Herm.* ad Vig. p. 733. II); *καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις*, Ro. 8, 21; *καὶ αὐτὴ ἡ φύσις*, 1 Co. 11, 14; *καὶ αὐτὸς ὁ υἱός*, 15, 28; *καὶ αὐτὴ Σάῤῥα*, vel ipsa Sara, etsi senex decrepita, Heb. 11, 11.

II) Habet *αὐτός* vim simplicis pronominis personalis tertiae personae respondens nostris *er*, *sie*, *es* sine accentu pronuntiatis; et quidem 1) ut ap. nativos Graecos, in *casibus obliquis: ejus*, *ei*, *eum*, *eorum* etc., sexcenties, ut in structura genetivi absoluti, ut *αὐτοῦ ἐλθόντος, λαλήσαντος*, al; aut in accusativo cum infinitivo, *εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους*, Ro. 1, 20; aut post praepositiones, *ἐξ αὐτοῦ, ἐν αὐτῷ* al.; aut ubi possessorem indicat, *ὁ πατὴρ αὐτοῦ*, — aut ubi personam habes verbo activo objectam, ut *ἐπιδώσει αὐτῷ* Mt. 7, 9; *ἀσπάσασθε αὐτήν* 10, 12; *ἀφεὶς αὐτούς*, 26, 44; *ἦν διανεύων αὐτοῖς* Lc. 1, 22; *οὐκ εἴα αὐτὰ λαλεῖν* 4, 41; *ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβε*, Jo. 1, 5. Ceterum v. infra in *αὑτοῦ*. — 2) Contra Graecorum usum in N. T. etiam in casu recto pro simplici personali pronomine tertiae personae ibi ponitur, ubi Graeci aut *οὗτος* vel *ὁ δέ* dicunt, aut nullo pronomine utuntur, id quod apposite ad persuadendum docet *Bttm.* ntl. Gr. p. 93 ss., etsi non omnia ab eo allata exempla ad probandam rem idonea, sed usui sub I, 1 illustrato aut tribuenda sunt aut tribui possunt, ea autem, quibus *αὐτός* de Christo dicitur, ad I, 1, b. referenda videntur. Sed, ut mihi quidem videtur, satis efficitur res jam hisce: *αὐτός* Mt. 14, 2. Mc. 14, 15. Lc. 1, 22. 15, 14; ita etiam ap. LXX (cf. *Thiersch* de Pentat. vers. alex. p. 98); Sir. 49, 7. Tob. 6, 10; *αὐτοί* Mc. 2, 8 (*οὕτως αὐτοὶ διαλογίζονται* ap. *Grsb.*); Lc. 9, 36. 14, 1. 22, 23; *αὐτό* Lc. 11, 14. An etiam *αὐτή* et *αὐταί* ita dicantur, dubium est; cf. *Bttm.* l. c. p. 95. — 3) nonnunquam in obliquis casibus, *αὐτοῦ, αὐτῷ* rel., omittitur, quippe patens e contexta oratione; Mt. 11, 12 (*ἁρπάζουσι* sc. *αὐτήν*); Mc. 6, 5 (*ἐπιθεὶς* sc. *αὐτοῖς*); Jo. 3, 34 (*δίδωσι* sc. *αὐτῷ*); 10, 29 (*δέδωκέ μοι* sc. *αὐτούς*); Act. 13, 3 (*ἀπέλυσαν* sc. *αὐτούς*); Ap. 18, 21 (*ἔβαλεν* sc. *αὐτόν*) al. — 4) non raro *αὐτός* in casibus obliquis verbo additur, etsi casus ad hoc ipsum verbum pertinens jam praecessit; Mt. 8, 1 (*καταβάντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους ἠκολούθησεν αὐτῷ*); 4, 16. 5, 40. 8, 23. 29. 9, 28. 25, 29 (*ἀπὸ τοῦ μὴ ἔχοντος - - ἀπ' αὐτοῦ*); 26, 71. Mc. 5, 2. 9, 28. Jo. 15, 2 (*πᾶν κλῆμα - - αἴρει αὐτό*); Act. 7, 21. Jac. 4, 17. Ap. 2, 7. 6, 4; cf. *Win.* §. 22, 4. *Bttm.* ntl. Gr. p. 125. Nimirum scriptor, dum verba priora hac mente scribebat, ut ea cum primario verbo postponendo conjungeret, haec ipsa verba tamquam aliquod sententiae membrum per se distinxit, quasi protasin efficerent, atque ita, cum ad verbum primarium ipsum accederet, hoc ita posuit, ac si formanda esset apodosis. — 5) Ex hebraismo *αὐτός* abundanter ponitur in enuntiationibus relativis; *ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς*, Mc. 7, 25; *οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ*, 1 Pet. 2, 24 e l. vulg. *Grsb. Tdf.*); potissimum in apocalypsi: *ἣν οὐδεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτήν*, Ap. 3, 8 (e vera lectione); *οἷς ἐδόθη αὐτοῖς*, 7, 2. — add. vs. 9. 13, 12. 17, 9; longe saepius ap. LXX; raro ap. nativos Graecos; cf. *Herm.* ad Vig. p. 709. *Win.* p. 140, ubi exemplis adde Hdian. 8, 6, 10: *οἷς ἐπιφοιτῶσι αὐτοῖς τὰς λοιπὰς πόλεις πύλαι ἀνοίγνυντο*. Noli autem huc referre Mt. 3, 12: *οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ*, et 1 Pet. 1, 24: *ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν*. Hoc enim loco *αὐτός* opponitur *nobis*, quibus peccatorum poenae luendae fuissent, illo au-

tem explicandum est: ventilabrum suum tenet manu sua. — 6) Negligentius persaepe *αὐτός* ponitur, ubi subjectum vel objectum, ad quod referendum est, diserte non indicatur, sed ex antecedente aliquo potissimum provinciae vel urbis nomine aut e contextu sermonis ducendum est; Mt. 4, 23 (*περιῆγεν τὴν Γαλιλαίαν διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν*, h. e. Galilaeorum); Act. 8, 5 (*Σαμαρείας ἐκήρυσσεν αὐτοῖς*, i. e. *τοῖς Σαμαρείταις*); 20, 2 (*αὐτούς*, i. e. incolas *τῶν μερῶν ἐκείνων*); 2 Co. 2, 13 (*αὐτοῖς*, i. e. Christianis Troadis); Mt. 19, 2 (*ὄχλοι πολλοὶ καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς*, h. e. aegrotos eorum); 1 Pet. 3, 14 (*φόβον αὐτῶν*, i. e. eorum, qui vos *κακῶσαι* [vs. 13.] possint); Lc. 23, 51 (*τῇ βουλῇ αὐτῶν*, i. e. eorum, quibuscum erat *βουλευτής*); Heb. 8, 8 (*αὐτοῖς* i. e. *τοῖς ἔχουσι τὴν διαθήκην τὴν πρώτην*); Lc. 2, 22 (*τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν*, lustrationis, quam mosaica lex puerperis praecepit); Jo. 8, 44 (*ψεύστης ἐστὶν καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ*, h. e. pater mendacis; cf. *Baumg.-Crusius* et *Meyer* ad l.). Quo negligentiore pronominis usu factum est, ut tandem *αὐτοί* simpliciter diceretur pro *ἄνθρωποι*, Mt. 8, 4. Mc. 1, 44. Lc. 5, 14. 17. Cf. quae uberius docet *Win.* §. 22, 3 coll. *Bttm.* ntl. Gr. p. 92. — 7) nonnumquam in enuntiationibus relativis, quae pluribus membris constant, membrum secundum non solet priori adjungi servato pronomine relativo *ὅς*, sed nexu soluto sic pergitur, ut scribatur *καὶ αὐτός*, ut Lc. 17, 31. Act. 3, 13 (*ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε καὶ ἠρνήσασθε αὐτόν*); 1 Co. 8, 6 (*ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ ημεῖς εἰς αὐτόν*, pro *καὶ εἰς ὃν ἡμεῖς*); 2 Pet. 2, 3. Est haec ratio Graecorum pariter atque Hebraeorum; cf. *Win.* p. 135. *Brnhdy* p. 304.

III) *ὁ αὐτός, ἡ αὐτή, τὸ αὐτό*, cum articulo, *idem, eadem, idem;* 1) nullo addito nomine; *ὁ αὐτός*, immutabilis, Heb. 1, 12. 13, 8 (Thuc. 2, 61); *τὸ αὐτό*-*ποιεῖν*, Mt. 5, 46. Lc. 6, 33; *λέγειν*, eandem profiteri sententiam, 1 Co. 1, 10; *ὀνειδίζειν*, non *eodem modo*, sed *idem* conviciantes proferre, Mt. 27, 44 (*ὀνειδίζειν τοιαῦτα*, Soph. Oed. Col. 1002); *τὰ αὐτά*, Act. 15, 27. Ro. 2, 1. Eph. 6, 9. — *ἐπὶ τὸ αὐτό* (Hesych. *ὁμοῦ, ἐπὶ τὸν αὐτὸν τόπον*), *in eundem locum, eodem loco*, Mt. 22, 34. Act. 1, 15. 2, 1. 1 Co. 11, 20. 14, 23 (Ps. 2, 2. 2 Sam. 2, 13. 3 Macc. 3, 1. Hist. Sus. 14); *una; simul*, Lc. 17, 35. Act. 3, 1; *κατὰ τὸ αὐτό, simul* (Vulg.), *una*, Act. 14, 1. (= יַחַד, Ex. 26, 24. 1 Reg. 13, 18; exempla e Graecis affert *Kypke* Observv. II, p. 69 ss.); — ut nomina aequalitatis jungitur *ὁ αὐτός* c. dat.; *ἓν καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ*, 1 Co. 11, 5. (Sap. 18, 11. 4 Macc. 8, 5. 10, 2. 13 et saepe ap. Graecos, cf. *Win.* p. 141.) — 2) addito nomine; Mt. 26, 44. Mc. 14, 39 (*τὸν αὐτὸν λόγον*); Lc. 6, 38 (*τῷ αὐτῷ μέτρῳ*); Phil. 1, 30. 1 Co. 1, 10 (*ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ*); 12, 4 (*τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα*) et al. — *τὰ αὐτὰ* (vi substantivi: idem genus) *τῶν παθημάτων*, 1 Pet. 5, 9.

*αὐτοῦ* pr. neutrum genitivi pronominis *αὐτός*, *eo in loco, ibi*, hic; Mt. 26, 36. Act. 15, 34 (vs. spurius); 18, 19 (*Lchm.* *ἐκεῖ*); 21, 4 (*Lchm.* *αὐτοῖς*).*

*αὑτοῦ, ῆς, οῦ, sui, sui ipsius*, i. q. *ἑαυτοῦ*, q. v. Sexcenties legitur in *Elzevirorum, Griesbachii, Knappii*, aliorum N. T. editionibus, sed *Bengelius, Matthaei, Lchm., Tdf. Trg.* ubique reposnerunt *αὐτοῦ, αὐτῷ* rel. pro *αὑτοῦ, αὑτῷ*. „Illud enim non modo in codd. uncialibus VIII. IX. X seculi, sed etiam in aliis multis (neque tantum in N. T. codd.) fere constanter [igitur non semper? G.] poni observavi. Quod ita recte scribi probant etiam exempla sat multa ubi praepositionibus jungitur; eae enim saepe non *εφ, αφ, μεθ, καθ, ανθ* etc., sed *επ, απ, μετ, κατ, αντ* scripta inveniuntur.“ *Tdf.* Prolegg. ad N. T. p. XLIII ed. min.; cf. ejusd. Prolegg. ad LXX ed. 1. p. LXX. Eandem sententiam fert et uberius exponit *Bleek* ad Hebr. 1, 3. Tom. II, 1, p. 67 ss. Causam dijudicare difficile est tum quod in antiquissimis codd. spiritus et accentus desunt, tum quod saepe e scribentis vel loquentis voluntate et arbitrio pendet, utrum e sua ipsius persona loqui velit an ex mente ejus, de quo sermo est. Rectius sane in locis N. T. longe plurimis restituitur *αὐτοῦ*, sed utique scribendum videtur esse *δι᾽ αὑτοῦ* (t. vulg. *ἑαυτοῦ*) Ro. 14, 14; *εἰς αὑτόν* Col. 1, 20; *αὐτὸς περὶ αὑτοῦ*, Jo. 9, 21. Cf. *Win.* p. 143 s.

*αὐτόφωρος, ον* (*αὐτός* et *φώρ*, fur, *φωρά*, furtum), pr. *in ipso furto deprehensus;* deinde omnino *in aliquo alio scelere patrando deprehensus;* persaepe in locutionibus *ἐπ᾽ αὐτοφόρῳ* (junctim *ἐπαυτοφόρῳ*) *τινὰ λαμβάνειν*, pass. *λαμβάνεσθαι, καταλαμβάνεσθαι, ἁλίσκεσθαι* (inde ab Hdt. 6, 72), addito sceleris nomine in participio, *μοιχευομένη*, Jo. 8, 4, ut ap. Ael. v. h. 11, 15. 14, 3. Plut. moral. T. VI, p. 446. ed. Tauchn. Sext. Empir. adv. Rhet. 65.*

*αὐτόχειρ, ος, ὁ* (*αὐτός* et *χείρ*, cf. *μακρόχειρ, ἀδικόχειρ*), *sua ipsius manu aliquid faciens;* Act. 27, 19. (saepe ap. tragicos et att. oratt.)*

*αὐχέω*, inde ab Aesch. et Hdt., pr. *cervicem effero*, hinc *glorior, superbio; μεγάλα αὐχεῖ* (pro l. vulg. *μεγαλαυχεῖ*), Jac. 3, 5 *Lchm. Tdf. Trg.* Vide infra in *μεγαλαυχέω.**

*αὐχμηρός, ά, ον* (*αὐχμέω*, squaleo), *squalidus, sordidus* (Xen. Plat. sqq.), et quum sordida careant splendore, *caliginosus;* 2 Pet. 1, 19 Aristot. de color. 3: *τὸ λαμπρὸν ἢ στίλβον . . . ἢ τοὐναντίον αὐχμηρὸν καὶ ἄλαμπές*. (Hesych., Suidas, Pollux.)*

*ἀφ-αιρέω, ῶ*, f. *ήσω* (Ap. 22, 19 e l. vulg.), fut. 2. *ἀφελῶ* (ibid. *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* de quo rariore futuro cf. *Bttm.* Gr. max. II. p. 100); aor. 2. *ἀφεῖλον*, fut. 1. pass. *ἀφαιρεθήσομαι*, med. *ἀφαιροῦμαι*, aor. 2. *ἀφειλόμην*, ap. Graecos inde ab Hom.; — *adimo, aufero, removeo, tollo; τί*, Lc. 1, 25; *abscindo*, *τὸ ὠτίον* Mt. 26, 51. Mc. 14, 47. Lc. 22, 50 (*τὴν κεφαλήν τινος*, 1 Macc. 7, 47; = כָּרַת 1 Sam. 17, 51); adimo, *τὶ ἀπό* c. gen. rei Ap. 22, 19; *τὶ ἀπό* c. gen. personae, Lc. 10, 42 (Gen. 31, 31. Job. 36, 7. Prov. 4, 16 al.); med. (propr. *mihi* adimo vel aufero), Lc. 16, 3 (Lev. 4, 10. Mich. 2, 8; ap. Graecos pro *ἀπό τινος* nudus genitivus); *ἀφαιρεῖν τὰς ἁμαρτίας*, tollere peccata, de victimis ea expiantibus, Heb. 10, 4 (Jer. 11, 15; Sir. 47, 11); medium, de deo peccatorum ab hominibus commissorum memoriam e se tollente s. peccatorum veniam concedente (v. in *ἁμαρτία* 2, a), Ro. 11, 27.*

*ἀφανής, ές* (*φαίνω*), *non conspicuus, absconditus;* Heb. 4, 13. (saepe ap. Graec. inde ab Hdt.)*

*ἀφανίζω*, aor. 1. *ἠφανίσθην* (*ἀφανής*), *a*) *conspectui eripio, removeo e conspectu, efficio, ut non conspiciatur* (Xen. anab. 3, 4, 8: *ἥλιος νεφέλην παρακαλύψας ἠφάνισε* sc. *τὴν πόλιν*. Plat. Phil. 66 a: *ἀφανίζοντες κρύπτομεν*). — *b*) *evanescere facio, deleo, perdo;* Mt. 6, 19 s. (ita saepe ap. Graecos et LXX); passiv. *pereo;* Act. 13, 41 (ubi nostr. *vor Schrecken vergehen*); *evanesco*, Jac. 4, 14 (Hdt. 7, 6 167. Plat. et ss.). — *c*) *nitore privo* (*unscheinbar machen*); *deformo, deturpo* (*entstellen*); *τὸ πρόσωπον*, Mt. 6, 16.*

*ἀφανισμός, οῦ, ὁ* (*ἀφανίζω*, q. v.), *abolitio, interitus;* Heb. 8, 13. (Theophr., Polyb., Diod., Plut., Lucian. al.; saepe ap. LXX, potissimum = שַׁמָּה et שְׁמָמָה.)*

*ἄφαντος, ον* (a *πέφανται*, 3 pers. perf. pass. verbi *φαίνομαι*), *e conspectu sublatus; ἄφαντος ἐγένετο ἀπ᾽ αὐτῶν*, subito nec adspectabili modo

discessit ab iis, Lc. 24, 31. (inde ab Hom. ap. poetas; sero demum etiam in pedestri oratione; Diod. 4, 65: ἐμπεσὼν εἰς τὸ χάσμα - - ἄφαντος ἐγένετο. Plut. orac. def. c. 1. Nonnumquam angeli subito ex hominum conspectu se subducentes dicuntur ἀφανεῖς γίνεσθαι, 2 Macc. 3, 34. Acta Thom. §. 27 et 43.)*

**ἀφεδρών**, ῶνος, ὁ, ut videtur macedonicae fabricae vox, quam Suidas *barbaram* dicit; *locus, in quem excrementa alvi egeruntur; latrina, cloaca*; legitur tantum Mt. 15, 17. Mc. 7, 19. Non ab ἀφ' ἑδρῶν, *a podicibus*, deducendum videtur, sed ab ἄφεδρος, eâdem macedonica voce, quae Lev. 12, 5. 15, 19 ss. respondet hebr. נִדָּה, *sordes menstruorum*. Cf. quae uberius de voce exponit *Fischer* de vitiis lexicc. N. T. p. 689 ss.

**ἀφειδία** (ἀφείδεια ap. *Lchm.*), ας, ἡ (indoles hominis, qui est ἀφειδής, non parcens), *severitas, quae non parcit*; add. genit. objecti τοῦ σώματος, Col. 2, 23 (τῶν σωμάτων ἀφειδεῖν, Lys. 2, 25. Diod. 13, 60 al.; ap. Plat defin. p. 412 d. ἀφειδία est *liberalitas*.)*

**ἀφεῖδον**, i. q. ἀπεῖδον, q. v. Cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 7. *Mullach* p. 22. coll. *Win.* p. 44.

**ἀφελότης**, τητος, ἡ (ab ἀφελής, non saxosus, planus, et hoc a φελλεύς, terra saxosa), *simplicitas*; καρδίας, Act. 2, 46, extra quem locum non reperitur. Graeci dixerunt ἀφέλεια.*

**ἀφελπίζω**, i. q. ἀπελπίζω, — v. in ἀφεῖδον.

**ἄφεσις**, εως, ἡ (ἀφίημι), 1) *dimissio*, velut e vinculis, e captivitate; Lc. 4, 19. (Jes. 61, 1 s. Pol. 1, 79, 12 al.) — 2) ἄφεσις ἁμαρτιῶν, *condonatio, venia* peccatorum (pr. *das Hingehenlassen*, quasi non sint commissa), *remissio poenae eorum*; Mt. 26, 28. Mc. 1, 4. Lc. 1, 77. 3, 3. 24, 47. Act. 2, 38. 5, 31. 10, 43. 13, 38. 26, 18. Col. 1, 14; τῶν παραπτωμάτων, Eph. 1, 7; et simpliciter ἄφεσις Mt. 3, 29. Heb. 9, 22. 10, 18. (φόνου, Plat. legg. 9, p. 869 d.; ἐγκλημάτων, Diod. 20, 44.)*

**ἀφή**, ῆς, ἡ (ἅπτω, necto, apto), *junctura* (Vulg.), *vinculum*; Eph. 4, 16. Col. 2, 19. (Plut. Anton. c. 27.)*

**ἀφθαρσία**, ας, ἡ (ἄφθαρτος, cf. ἀκαθαρσία), *incorruptibilitas* (Tertull. et sqq.), *incorruptio* (Vulg.), *perennitas*; τοῦ κόσμου, Philo q. mund. s. incorr. §. 11; tribuitur τῷ θείῳ, Plut. Arist. c. 6.; dic. de corpore hominis post resurrectionem interitui non obnoxio, 1 Co. 15, 42 (ἐν ἀφθ., sc. ὄν); 50. 53 s.; de beata immortalitate (Sap. 2, 23. 6, 18. 4 Macc. 17, 12) Ro. 2, 7. 2 Tim. 1, 10. — τινὰ ἀγαπᾶν ἐν ἀφθαρσίᾳ, amore aliquem amplecti numquam languescente, Eph. 6, 24.*

**ἄφθαρτος**, ον (φθείρω), *incorruptus, corruptioni et interitui non obnoxius, non interiturus*, dic. de rebus, 1 Co. 9, 25. 1 Pet. 1, 4. 23. 3, 4; *immortalis*, dic. de mortuis in vitam revocatis, 1 Co. 15, 52; de deo, Ro. 1, 23. 1 Tim. 1, 17. (Sap. 12, 1. 18, 4. — Plut., Lucian. al.)*

**ἀφθορία**, ας, ἡ (ἄφθορος, incorruptus, a φθείρω), *integritas*; Tit. 2, 7 *Lchm. Tdf. Trg.*; v. in ἀδιαφθορία.

**ἀφίημι**, 2 ps. praes. sing. ἀφεῖς (pro lect. vulg. ἐᾷς Ap. 2, 20, a forma ἀφέω), imp. 3 ps. sing. ἤφιε, augmento ante praepos. posito, Mc. 1, 34. 11, 16., a forma ἀφίω, a qua etiam 1 ps. plur. praes. ἀφίομεν Lc. 11, 4 *Lchm. Tdf. Trg.* pro l. vulg. ἀφίεμεν), 3 ps. pl. ἀφίουσιν Ap. 11, 9 ap. *Lchm. Tdf. Trg.*; fut. 1. ἀφήσω, aor. 1. ἀφῆκα, 2 ps. ἀφῆκες pro l. vulg. ἀφῆκας Ap. 2, 4 *Tdf. Trg.*; aor. 2. imperat. ἄφες, ἄφετε, conj. 3 ps. sing. ἀφῇ, 2 ps. plur. ἀφῆτε, ptcp. ἀφείς, ἀφέντες, pass. ἀφίεμαι, perf. 3 ps. plur. ἀφέωνται (forma dorica, Mt. 9, 2. 5. Mc. 2, 5 [quo utroque loco *Lchm. Tdf. Trg.* reposuerunt 3 ps. plur. praes. ἀφίενται]; Lc. 5, 20. 23. 7, 47. Jo. 20, 23 [*Lchm. Tdf. Trg.*]; 1 Jo. 2, 12); aor. 1. ἀφέθην, fut. ἀφεθήσομαι, cf. *Win.* p. 77. *Bttm.* ntl. Gr. p. 42. (ab ἀπό et ἵεμι), — *mitto a me* (ἀπό, *ich lasse von mir*); 1) *dimitto*; *a*) *abire* vel *discedere jubeo*; τοὺς ὄχλους, Mt. 13, 36; τὴν γυναῖκα, de marito uxorem repudiante, 1 Co. 7, 11—13. (Hdt. 5, 39; et subst. ἄφεσις, Plut. Pomp. c. 44.) — *b*) *emitto* (*von sich geben*), τὸ πνεῦμα, exspirare, Mt. 27, 50. (τὴν ψυχήν, Gen. 35, 18. Hdt. 4, 190 et saepe ap. alios Graecos.) φωνήν, *emittere vocem* (Liv. 1, 58), Mc. 15, 37 (Gen. 45, 2 et saepe ap. Graecos). — *c*) *mitto, missum facio* (*lassen*); *α*) *non curo*, Mt. 15, 14. — *β*) *nunc non tracto* aliquod argumentum, dic. de doctoribus, scriptoribus, oratoribus; Heb. 6, 1. (Eur. Andr. 392. Theophr. char. praef. §. 3; alia exempla e Graecis v. ap. *Bleek*, Hebr. Br. II, 2, p. 144 s.) — *γ*) *omitto, negligo*, Mt. 23, 23. Mc. 7, 8. Ro. 1, 27. — *d*) *dimitto debita, quae non postulo* (*hingehen lassen, fahren lassen*, opp. κρατεῖν, Jo. 20, 23); i. e. *remitto, condono*; τὸ δάνειον Mt. 18, 27; τὴν ὀφειλήν, vs. 32; τὰ ὀφειλήματα Mt. 6, 12; τὰ παραπτώματα, 6, 14 s. Mc. 11, 25 s.; τὰς ἁμαρτίας, τὰ ἁμαρτήματα, τὰς ἀνομίας Mt. 9, 2. 5 s. 12, 31. Mc. 2, 5. 7. 3, 28. Lc. 5, 20 s. 23. Ro. 4, 7 (e Ps. 32, 1); 1 Jo. 1, 9. Jac. 5, 15. (Jes. 22, 14. 33, 24 al.); τ. ἐπίνοιαν τῆς καρδίας, Act. 8, 22 (τὴν αἰτίαν Hdt. 6, 30; τὰ χρέα Ael. v. h. 14, 24); absolute: ἀφιέναι τινί, condonare, Mt. 12, 32. 18, 21. 35. Mc. 4, 12. Lc. 11, 4. 12, 10. 17, 3 s 23, 34. — *e*) *non retineo, non amplius teneo*, τὴν πρώτην ἀγάπην, Ap. 2, 4. — 2) *permitto, sino, non impedio*; *a*) seq. infin. Mc. 10, 14. Lc. 18, 16 ἄφετε ἔρχεσθαι καὶ μὴ κωλύετε αὐτά; Mt. 13, 30. Mc. 1, 34. Jo. 11, 44. 18, 8. — inf. aor., Mt. 8, 22. 23, 14. Mc. 5, 37. 7, 12. 27. Lc. 8, 51. 9, 60. 12, 39. Ap. 11, 9. — *b*) sine inf. Mt. 3, 15 (ἄφες ἄρτι, *lass für jetzt, lass es*); c. acc. personae vel rei, quae non impeditur; Mt. 3, 15 τότε ἀφίησιν αὐτόν; Mc. 5, 19. 11, 6. 14, 6. Lc. 13, 8. Jo. 12, 7 (e l. vulg. et *Grsb.*); 11, 48. Act. 5, 38 (*Lchm. Tdf. Trg.*; l. vulg. ἐάσατε), Ap. 2, 20 (l. vulg. ἐᾷς). — *c*) ἀφίεμι τινί τι, *concedo alicui aliquid*, Mt. 5, 40 (ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον). — *d*) seq. ἵνα, Mc. 11, 16 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Jo. 12, 7 e structura recentiorum; cf. *Win.* §. 44, 8. — *e*) seq. simplici conjunctivo adhortativo, Mt. 7, 4. Lc. 6, 42 (ἄφες ἐκβάλω); Mt. 27, 49. Mc. 15, 36 (ἄφετε ἴδωμεν); Epictet. diss. 1, 9: ἄφες δείξωμεν. 3, 12: ἄφες ἴδω. Cf *Bttm.* ntl. Gr. p. 181 s. *Win.* §. 41, 4. — 3) *linquo, relinquo*, aliquem, discedo ab aliquo, *a*) ut in alium locum me recipiam (*sich entfernen von jemand*); Mt. 22, 22. 26, 44. Mc. 8, 13 (Mt. 16, 4 καταλιπών); 12, 12. 13, 34. Jo. 4, 3. 16, 28. — *b*) discedo ab eo, quem manu missum volo; Mt. 4, 11; ita de morbis desistentibus; ἀφῆκεν τινὰ ὁ πυρετός, Mt. 8, 15. Mc. 1, 31. Lc. 4, 39. Jo. 4, 52. — *c*) discedo ab aliquo, eumque sibi relinquo, ita ut ei renuntiem atque ille me careat; τὸν πατέρα, Mt. 4, 22. Mc. 1, 20. Mt. 18, 12 (Lc. 15, 4 καταλείπει). Sic etiam ἀφιέναι τὰ ἑαυτοῦ, opes et facultates, domum al., Mt. 4, 20. 19, 27. 29. Mc. 1, 18. 10, 28 s. Lc. 5, 11. 18, 28 s. — *d*) desero aliquem (contra fas); Mt. 26, 56. Mc. 14, 50. Jo. 10, 12. — *e*) discedens non mecum deporto (*stehen, liegen lassen, zurücklassen*); Mt. 5, 24. Jo. 4, 28. — *f*) ita linquo aliquem, ut offendens eum non adjungam mihi comitem; opp. παραλαμβάνειν, Mt. 24, 40 s. Lc. 17, 34 s. — *g*) relinquo, de discedente e vita (*hinterlassen*), τέκνα, γυναῖκα, Mt. 22, 25, Mc. 12, 20. 22 (Lc. 20, 31 καταλείπω). — *h*) relinquo, ut qui relinquitur, restet (*übrig lassen*); οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, Mt. 24, 2. Mc. 13, 2. Lc. 21,

6. — ι) ἀφιέναι sequente accusativo nominis vel pronominis cum accusativo praedicati, Lc. 10, 30 (ἡμιθανῆ); Jo. 14, 28 (τινὰ ὀρφανόν); Mt. 23, 38. Lc. 13, 35 (sed ἔρημος a *Lchm.* utroque loco, a *Tdf.* et *Trg.* ap. Lucam omittitur; omisso eo ἀφιέναι est: divini auxilii expertem relinquere); Act. 14, 7 (ἀμάρτυρον ἑαυτόν).

ἀφ-ικνέομαι, οῦμαι, aor. 2. ἀφικόμην, persaepe ap. Graecos inde ab Hom., *ab aliquo loco* (ἀπό) *venio* (sed praeverbii vis saepe fere periit); *pervenio;* in N. T. semel, trop. Ro. 16, 19 (ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο, obsequii vestri fama perlata est ad omnes; Sir. 47, 16: εἰς νήσους ἀφίκετο τὸ ὄνομά σου. Jos. antt. 19, 1, 16: εἰς τὸ θέατρον - ἀφίκετο ὁ λόγος).

ἀφιλάγαθος, ον (α priv. et φιλάγαθος), *boni et hominum bonorum inimicus;* exstat solum 2 Tim. 3, 3.

ἀφιλάργυρος, ον (α priv. et φιλάργυρος), *non amans pecuniae, non avarus;* habetur solum in N. T. bis 1 Tim. 3, 3. Heb. 13, 5.

ἄφιξις, εως, ἡ (ἀφικνέομαι), ap. Graecos plerumque *adventus,* rarius *abitus, discessus* ut Hdt. 9, 17. Dem. 1436, 6. Jos. antt. 4, 8, 47. 3 Macc. 7, 18; atque ita Act. 20, 29.*

ἀφ-ίστημι, aor. 1. ἀπέστησα, aor. 2. ἀπέστην, med. ἀφίσταμαι, imperat. ἀφίστασο (1 Tim. 6, 5 in t. vulg.; cf. *Win.* 75), fut. ἀποστήσομαι. — 1) transitive in praes., impf., fut., aor. 1. activi: *absistere facio, amoveo;* trop. *ad defectionem sollicito;* Act. 5, 37 (ἀφίστησι λαὸν - - ὀπίσω αὐτοῦ, abduxit ad suas partes; τινὰ ἀπό τινος Deut. 7, 4 et ap. Graecos inde ab Hdt. 1, 76). — 2) intrans. in perf., plusq., aor. 2. activi: *desisto* (*abstehen*), ex adj. vario sensu: ἀπό c. genit. personae, *abeo, discedo, ab aliquo;* Lc. 13, 27 (e Ps. 6, 9; coll. Mt. 7, 23 ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ); Act. 12, 10. 19, 9; *desero aliquem,* 15, 38; *desino aliquem vexare,* Lc. 4, 13. Act. 5, 38. 22, 29. 2 Co. 12, 8; *deficio,* ἀπὸ θεοῦ, Heb. 3, 12; *evito, effugio,* ἀπὸ τῆς ἀδικίας, 2 Tim. 2, 19. — Medium: *me averto;* absol. *deficio,* Lc. 8, 13; ἀπό τινος 22, 29; *me abstineo* ab aliquo, *absum* ab eo, Lc. 2, 37 (οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, nullo die in templo non fuit); ab alicujus usu et consortio, 1 Tim. 6, 5 e l. vulg.*

ἄφνω, adv. (cognatum c. αἴφνης, v. supra in αἰφνίδιος), *repente;* Act. 2, 2. 16, 26. 28, 6. (LXX. — Thuc. et sqq.)*

ἀφόβως, adv. (φόβος), *sine metu, intrepide;* Lc. 1, 74. Phil. 1, 14. 1 Co. 16, 10. Jud. vs. 12.*

ἀφ-ομοιόω, ῶ, *efficio, ut exemplum aliquod abeat* (ἀπό) *in formam* vel *imaginem ei similem, in ea exprimatur* (cf. ἀπεικάζειν, ἀπεικονίζειν, ἀποπλάσσειν, ἀπομιμεῖσθαι); *ad similitudinem alicujus exempli exprimo; in simile efformo;* τὰ καλὰ εἴδη, dic. de pictoribus, Xen. mem. 3, 10, 2; saepe ap. Plat. — Passiv. *in simile efformor; similis reddor;* ita Heb. 7, 3. (Epist. Jer. vs. 5, 63. 71. et ap. Plat.)*

ἀφ-οράω, ῶ, *oculos ab aliis rebus aversos in aliquo defigo;* vide in ἀποβλέπω. — trop. animum adverto, εἴς τινα, Heb. 12, 2. (εἰς θεόν 4 Macc. 17, 10; exempla e Graecis v. ap. *Bleek* Hebr. II, 1, p. 862.) Ceterum cf. ἀπεῖδον.*

ἀφορίζω, impf. ἀφώριζον, fut. att. ἀφοριῶ Mt. 25, 32 (*Tdf.* ἀφορίσω); 13, 49; aor. 1. ἀφώρισα, ptcp. pf. pass. ἀφωρισμένος, imperat. aor. pass. ἀφορίσθητε (ὁρίζω = ὅρον facio), — *scribendis finibus secerno ab aliis* (ἀπό, *abgrenzen*), *determino, separo;* ἑαυτόν, ab aliis, Gal. 2, 12; τοὺς μαθητάς, discipulos ab iis, qui evangelio obsequi nolebant, Act. 19, 9; ἐκ μέσου τινῶν, Mt. 13, 49; ἀπό τινος, 25, 32; Passiv. signif. reflexiva, 2 Co. 6, 17; absolute et sensu malo: *secludo ut infamia notatum,* Lc. 6, 22; sensu bono: τινὰ εἴς τι, *destino, seligo aliquem ad aliquid* (ut aliquid agat), Act. 13, 2. Ro. 1, 1; τινά sq. infin. finali, Gal. 1, 15. (Eurip. Isocr. Plat. Demosth. Polyb. al.; — persaepe ap. LXX, respondens potissimum verbis הִבְדִּיל, הֵנִיף, הֵרִים, סָגַר al.)*

ἀφορμή, ῆς, ἡ (ὁρμή, q. v., et ἀπό), 1) pr. *locus, e quo fit motus vel incursio;* Thuc. 1, 90 (τὴν Πελοπόννησον πᾶσιν ἀναχώρησίν τε καὶ ἀφορμὴν ἱκανὴν εἶναι); Pol. 1, 41, 6. — 2) metaph. *id quo studium excitatur et unde digreditur; id quod conatui ansam praebet et materiam suppeditat, incitamentum; praesidium, quo utimur ad aliquid conandum vel perficiendum;* Xen. mem. 3, 12, 4 (τοῖς ἑαυτῶν παισὶ καλλίους ἀφορμὰς εἰς τὸν βίον καταλείπουσι), et saepe ap. Graecos; λαμβάνειν, sumere incitamentum, ansam, Ro. 7, 8. 11; διδόναι, 2 Co. 5, 12; 1 Tim. 5, 14 (3 Macc. 3, 2; utraque locutio saepe etiam ap. Graecos); — 2 Co. 11, 12. Gal. 5, 13. — Vide de hujus vocis significatt. *Viger.* ed. *Herm.* p. 81 s. *Phryn.* ed. Lob. p. 223 s.*

ἀφρίζω (ἀφρός), *spumo;* Mc. 9, 18. 20. (Soph. El. 709. Diod. 3, 10. Athen. XI, p. 472 a.)*

ἀφρός, οῦ, ὁ, *spuma;* Lc. 9, 39. (Hom. Il. 20, 168.)*

ἀφροσύνη, ης, ἡ (ἄφρων), *stultitia, insipientia, amentia;* 2 Co. 11, 1. 17. 21; — *temeritas,* Mc. 7, 22.*

ἄφρων, ονος, ὁ, ἡ, — ον, τό (a φρήν, ut εὔφρων, σώφρων), pr. *ratione carens* (de bestiis, Xen. mem. 1, 4, 14), *amens, insipiens, stolidus; nihil perpendens aut intelligens, temere agens;* Lc. 11, 40. 12, 20. Ro. 2, 20. 1 Co. 15, 36. 2 Co. 11, 16. 19 (opp. φρόνιμος ut Prov. 11, 29); 12, 6. 11. Eph. 5, 17 (opp. συνιέντες); 1 Pet. 2, 15.*

ἀφυπνόω, ῶ, aor. 1. ἀφύπνωσα (ὑπνόω, sopio, dormio), *a*) *expergefio* (Anthol. IX, 517); — *b*) *obdormio,* nostr. *entschlafen,* Lc. 8, 23; pro quo veteres dixerunt καθυπνόω, v. *Lobeck* ad Phryn. p. 224.*

ἀφ-υστερέω, 1) *posterior sum, serius venio* (ἀπό, ita ut procul sim ab aliquo s. desim alicui); dic. de iis, qui justo tempore non adsunt, Pol. 22, 5, 2. Posidon. ap. Athen. 4, 37; — ἀπὸ ἀγαθῆς ἡμέρας, desum suavi diei, suavis dies me praeterfluit, Sir. 14, 14. — 2) transitive *subtraho, defraudo, deesse jubeo;* τὸ μάννα σου οὐκ ἀφυστέρησας ἀπὸ στόματος αὐτῶν, Neh. 9, 20 (pro מָנַע, cohibeo); pass. μισθὸς ἀφυστερημένος, Jac. 5, 4 *Tdf. Trg.* e codd. sin. et vat.*

ἄφωνος, ον (φωνή), *vocis expers, mutus;* loquendi facultate destitutus, dic. de idolis 1 Co. 12, 2 (Ps. 115, 5. Hab. 2, 18); de bestiis, 2 Pet. 2, 16; — 1 Co. 14, 10: τοιαῦτα γένη φωνῶν καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον, i. e. nulla lingua est, quae linguae vim non habeat (*keine derselben ist eine Unsprache;* cf. phrases βίος ἀβίωτος, vita nomine vitae indigna; χάρις ἄχαρις). — dic. de eo, qui patienter tacet vel obmutescit, ἀμνός, Act. 8, 32 e Jes. 53, 7. (ap. Graecos inde a Pind. et Aeschylo.)*

Ἀχάζ, ὁ (ita LXX pro אָחָז, *possidens, possessor;* ap. Joseph. Ἀχάζης, ου, ὁ), *Ahasus,* rex Judae. (2 Regg. 16, 1 ss. 2 Chron. 28, 16 ss. Jes. 7, 1 ss.); Mt. 1, 9.

Ἀχαΐα, ας, ἡ, *Achaia;* 1) sensu angustiore terra maritima septentrionalis Peloponnesi. — 2) latiore sensu inde ab anno 146 ante Christum provincia romana totam Graeciam complectens. Ita in N. T. Act 18, 12. 27. 19, 21. Ro. 15, 26. 16, 5 (l. vulg.); 1 Co. 16, 15. 2 Co. 1, 1. 9, 2. 11, 10. 1 Th. 1, 7 s.*

Ἀχαϊκός, οῦ, ὁ, *Achaicus,* nomen incogniti viri Christiani corinthiaci; 1 Co. 16, 17.

*ἀχάριστος, ον* (*χαρίζομαι*), *ingratus; a*) *injucundus* (Hom. Od. 8, 236. 20, 392. Xen. oec. 7, 37 al.); *b*) *beneficii immemor* (ita ap. Graecos inde ab Hdt. 1, 90), Lc. 6, 35. 2 Tim. 3, 2. (Sir. 29, 17. Sap. 16, 29.)*

*Ἀχείμ, ὁ, Achim*, nomen proprium unius e majoribus Christi in V. T. non commemorati; Mt. 1, 14.

*ἀ-χειροποίητος, ον* (*χειροποίητος*, q. v.), *manibus non factus;* Mc. 14, 58. 2 Co. 5, 1. Col. 2, 11. (Exstat neque ap. profanos, neque ap. LXX.)*

*ἀχλύς, ύος, ἡ, nebula, caligo*, maxime oculis obducta (vox poetica, saepe ap. Hom.; tum ap. Hesiod., Aeschyl.; ap. prosae scriptores inde a Pol. 34, 11, 15); Act. 13, 11. (Jos. antt. 9, 4, 3: *τὰς τῶν πολεμίων ὄψεις ἀμαυρῶσαι τὸν θεὸν παρεκάλει ἀχλὺν αὐταῖς ἐπιβαλόντα*. metaph. de animo Clem. Rom. 1 Co. 1 *ἀχλύος γέμειν*.)*

*ἀ-χρεῖος, ον* (*χρεῖος*. utilis), *inutilis; qui nihil praestat;* Mt. 25, 30 (*δοῦλος*, cf. Plat. Alc. I, c. 37 *τῶν οἰκετῶν τὸν ἀχρειότατον*); ex hyperbole piae modestiae ap. Lc. 17, 10 *servus* se appellat *ἀχρεῖον*, quippe qui etsi omnia fecit, tamen nihil praestitit nisi quae *debuit, nihil igitur promeritus est* ac demum *utilis* dicendus esset, si posset plura praestare quam quae debet; cf. *Bengel* ad l. (Saepe ap. Graecos inde ab Hom.; Xen. mem. 1, 2, 54: *ἀχρεῖον καὶ ἀνωφελές*. – LXX 2 Sam. 6, 22 = שָׁפָל, *humilis, vilis*.)*

*ἀρχειόω, ῶ*, aor. 1. pass. *ἠχρειώθην* (*ἀχρεῖος*, q. v.), *inutilem reddo;* de moribus, Ro. 3, 12 (e Ps. 14, 3) ubi *Tdf.* et *Trg. ἠχρεώθησαν* a rariore *ἄχρεος* = *ἀχρεῖος*. (aliquoties proprie ap. Polyb.)*

*ἄ-χρηστος, ον* (*χρηστός*, et hoc a *χράομαι*), *inutilis, qui non frugi est;* Philem. vs. 11 (opp. h. l. *εὔχρηστος*). (ap. Graecos inde ab Hom.)*

*ἄχρι* et *ἄχρις* (quorum hoc in N. T. nusquam ante consonantem, illud autem nulla vocalis aut consonantis ratione habita ponitur, etsi euphoniae ita consulitur, ut fere constanter dicatur *ἄχρι ἧς ἡμέρας, ἄχρις οὗ* [cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 9 coll. *Win.* p. 42], nec nisi Act. 7, 18. Ap. 2, 25 a *Lchm. Tdf. Trg.* legatur *ἄχρι οὗ*, Lc. 21, 24 a *Tdf.* et *Trg.*, 1 Co. 11, 26. 15, 25 a solo *Tdf.*), particula *terminum ad quem* indicans (de cujus ap. Graecos usu cf. *Klotz* ad Dev. II, 1, p. 224 ss.), tum praepositionis tum conjunctionis potestatem habens, *usque ad; donec, usque dum* (de etymo v. in fine hujus expositionis). — 1) *praepositionis* vi adsciscit sibi genitivum ac dicitur *a*) de *loco:* Act. 11, 5. 13, 6. 20, 4. 28, 15. 2 Co. 10, 13 s. Heb. 4, 12 (v. in *μερισμός*); Ap. 14, 20. 18, 5. — *b*) de *tempore*: *ἄχρι καιροῦ*, usque ad tempus, quod opportunum ei videbatur, Lc. 4, 13; usque ad certum tempus, Act. 13, 11; *ἄχρι ἧς ἡμέρας*, usque ad diem, quo . . , Mt. 24, 38. Lc. 1, 20. 17, 27. Act. 1, 2; *ἄχρι ταύτης τῆς ἡμέρας* et *ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης*, Act. 2, 29. 23, 1. 26, 22; *ἄχρι ἡμερῶν πέντε*, usque ad spatium quinque dierum = post quinque dies, 20, 6; *ἄχρις αὐγῆς*, vs. 11; *ἄχρι τοῦ νῦν* Ro. 8, 22. Phil. 1, 5; *ἄχρι τέλους* Heb. 6, 11. Ap. 2, 26; praeterea Act. 3, 21. Ro. 1, 13. 5, 13. 1 Co. 4, 11. 2 Co. 3, 14. Gal. 4, 2. Phil. 1, 6. — *c*) de *modo* et *gradu; ἄχρι θανάτου*, Act. 22, 4 (ut adeo morti traderem); Ap. 2, 10 (ut ipsam mortem oppetas); 12, 11; ex multorum intpp. opinione etiam Heb. 4, 12. — *d*) cum relativo *οὗ* conj. (*ἄχρις οὗ* = *ἄχρι τούτου, ᾧ*) obtinet vim *conjunctionis: usque dum, donec;* sq. indicat. praeteriti de rebus vere factis, ad quarum usque initium aliquid durabat; Act. 7, 18 (*ἄχρις οὗ ἀνέστη βασιλεύς*); 27, 33. — sq. conjunctivo aoristi, vim futuri exacti habente; Lc. 21, 24 *Lchm. Tdf. Trg.;* Ro. 11, 25. 1 Co. 11, 26. Gal. 3, 19. 4, 19 (ubi *Lchm. Tdf. Trg. μέχρις*); Ap. 7, 3 (e l. vulg.); *ἄχρις οὗ ἄν*, usque dum, quocunque tempore fiat, 1 Co. 15, 25 (ubi *ἄν* a *Lchm. Tdf. Trg.* omittitur); Ap. 2, 25. — c. indicat. praes.: *quamdiu*, Heb. 3, 13; cf. *Bleek* ad l. et *Bttm.* ntl. Gr. p. 199. — 2) *ἄχρις* sine *οὗ simplicis conjunctionis* vim obtinet; *donec, usque dum;* sq. conj. aoristi; Lc. 21, 24 (e l. vulg. et *Grsb.*); Ap. 7, 3 (*Lchm. Tdf. Trg.*); 15, 8. 20, 3; c. indicat. fut. 17, 17. — Quum *ἄχρι* cognatum sit cum *ἄκη* et *ἀκρός*, et *μέχρι* cum *μῆκος, μακρός*: prioris particulae usu spatium illud, quoad aliquid pertinere dicitur, comparatur cum altitudine, vocis *μέχρι* usu cum longitudine; *ἄχρι*, adscensionem indicans, est i. q. *bis hinauf* (ut nos dicimus: *bis auf diesen Tag*); *μέχρι*, extensionem indicans, est i. q. *bis hin;* cf. *Klotz* l. c. p. 225 s. Sed neglecto hoc primitivo discrimine utraque particula haud raro de eadem re dicitur; cf. *ἄχρι τέλους* Heb. 6, 11; *μέχρι τέλους*, ibid. 3, 6. 14; Xen. symp. 4, 37: - -*περίεστί μοι καὶ ἐσθίοντι ἄχρι τοῦ μὴ πεινῆν ἀφικέσθαι καὶ πίνοντι μέχρι τοῦ μὴ διψῆν*. Cf. *Fritzsche* ad Ro. 5, 13. p. 308 ss.*

*ἄχυρον, ου, τό, culmus frumenti, cui grana sunt excussa; stramentum tribulo comminutum;* Mt. 3, 12. Lc. 3, 17. (ap. Graecos inde a Hdt. 4, 72. Xen. oec. 18, 1. 2. 6. plerumque in plur. *τὰ ἄχυρα*, — a LXX Job. 21, 18 dic. etiam de palea a vento abigi solita.)*

*ἀψευδής, ές* (*ψεῦδος*), *mendacii expers, verax;* Tit. 1, 2. (ap. Graecos inde ab Hes. theog. 223.)*

*ἄψινθος, ου, ἡ, absinthium* (*Wermuth*); Ap. 8, 11; *ὁ ἄψινθος* ibid. quasi nomen propr. stellae tributum in aquas delapsae easque amaras reddenti.*

*ἄψυχος, ον, animae expers, vita et sensu carens;* 1 Co. 14, 7. (ap. Graecos inde ab Aeschylo.)*

# B.

*Βαάλ, ὁ* et *ἡ*, nomen indeclin. hebr. בַּעַל, chald. בַּל (contr. ex בעל), *dominus;* Ro. 11, 4. Gessit hoc nomen supremum coeli numen a gentilibus Semitis (Phoeniciis, Canaanitis, Babyloniis, Assyriis) nec raro etiam ab ipsis Israelitis cultum, in *sole* repraesentatum; *τῇ Βαάλ*, Ro. 11, 4. Cf. *Win.* RWB. s. v. *J. G. Müller* in *Herzog* Enc. I, p. 637 ss. *Merx* in *Schenkel* BL. 1, p. 322 ss. *Schlottmann* in *Riehm* RWB. p. 126 s. In quo quum suprema naturae vis omnia *progignens*, igitur *virile* numen coleretur, cui *femininum* numen Astarte consociabatur, difficile explicatu est, cur *οἱ* LXX aliis locis *ὁ Βαάλ* (Num. 22, 41. Jud. 2, 13. 1 Reg. 16, 31. 19, 18 al.), aliis (Hos. 2, 8. 1 Sam. 7, 4 al.) *ἡ B.* dicant. Inter varias hac de re conjecturas ea facilitatis laude praestat, qua statuitur, LXX interpretes contemptim illud numen ut *invalidum et impotens τὴν B.* appellasse eodem modo, quo Arabes idola *deas* et Rabbini אֱלֹהוּת dicunt. Ita *Gesenius* in *Rosenmüller* Repertorium 1, p. 139. et *Tholuck* ad Ro. 11, 4.*

*Βαβυλών*, ῶνος, ἡ (hebr. בָּבֶל a בָּלַל, *confudit*, e Gen. 11, 9; cf. Aesch. Pers. 51. *Βαβυλὼν δ' ἡ πολύχρυσος πάμμικτον ὄχλον πέμπει σύρδην*, sed rectius, uti videtur, ex בָּב אֵל, porta i. e. aula s. civitas Beli), *Babylon*, urbs olim celeberrima et amplissima, sedes regum Babyloniorum, ad utramque Euphratis ripam sita. Expugnaverat eam jam olim Cyrus, sed diruit portas ejus et muros Darius Hystaspes, templum Beli destruxit Xerxes. Tandem urbs fere in solitudinem rediit exhausta vicinitate Seleuciae ad Tigridem conditae a Seleuco Nicanore. — Dicitur in N. T. 1) de ipsa urbe, Act. 7, 43. 1 Pet. 5, 13 (quo loco olim nonnulli intellexerunt Babylonem exiguum Aegypti oppidum, contra quos cf. *Mayerhoff* Einleitung in d. petrin. Schriften, p. 126 ss. — 2) de *terra* Babyloniorum, Mt. 1, 11 s. 17. — 3) allegorice de *Roma* tamquam flagitiosissima idololatriae sede et christianae causae adversaria, Ap. 14, 8. 16, 19. 17, 5. 18, 2. 10, 21. (e multorum opinione etiam 1 Pet. 5, 13.)*

*βαθέως*, adv., *profunde; ὄρθρου βαθέως* sc. *ὄντος* (cf. *Bnhdy* p. 338), primo diluculo, summo mane, Lc. 24, 1 *Lchm. Tdf. Trg.*; ita e *Meyeri* ad l. sententia; sed rectius ibi *βαθεως* habetur pro attica genitivi forma a *βαθύς*, q. v. Cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 23.*

*βαθμός*, οῦ, ο (ab obsol. *βάω*, i. q. *βαίνω*, cf. *σταθμός*), *limen, gradus;* de gradu auctoritatis et salubris in coetu christiano efficaciae dicitur 1 Tim. 3, 13. (Habent vocem Strabo, Lucian., Appian., Artemid.; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 324.)*

*βάθος*, εος (ους), τό (cohaeret cum verbo obsoleto *βάζω*, *βάω* — cf. *βαθύς*, *βάσσων* et *ὁ βυθός*, *ὁ βυσσός*, nostr. *Boden*), *profunditas, altitudo;* 1) pr. Mc. 4, 5. Mt. 13, 5. Ro. 8, 39 (opp. *ὕψωμα*); Eph. 3. 18 (opp. *ὕψος*); dic. de alto mari (die hohe See) Lc. 5, 4. — 2) translate: *ἡ κατὰ βάθος πτωχεία αὐτῶν*, infima, extrema paupertas, 2 Co. 8, 2; *τὰ βάθη τοῦ θεοῦ*, quae abscondita sunt et humana scrutatione superiora in deo, inpr. ejus consilia, 1 Co. 2, 10 (*τοῦ Σατανᾶ*, e l. vulg. Ap. 2, 24; *καρδίας ἀνθρώπου*, Judith. 8, 14); inexhausta copia, immensa amplitudo, *πλούτου*, Ro. 11, 33 (ita etiam Soph. Aj. 130); *βαθὺς πλοῦτος* Ael. v. h. 3, 18; *κακῶν* Eur. Hel. 303. LXX Prov. 18, 3.*

*βαθύνω* (*βαθύς*), *profundum facio;* Lc. 6, 48., ubi *ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε* non dicitur pro *βαθέως ἔσκαψε*, sed *ἐβάθυνε* operis continuationem dicit; cf. *Win.* p. 437 (Ap. Graecos inde ab Hom.)*

*βαθύς*, εῖα, ύ, *profundus;* pr. Jo. 4, 11. — translate: *ὕπνος*, sopor altus, Act. 20, 9 (Sir. 22, 7; etiam saepe ap. Graecos); *ὄρθρος* (v. in *βαθέως*) Lc. 24, 1 (Plat Crit. 43 a. Polyaen. 4, 9. 1; *ἔτι βαθέος ὄρθρου*, Plat. Prot. 310 a.); *τὰ βαθέα τοῦ Σατανᾶ*, Ap. 2, 24 (*Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*; v. in *βάθος*.)*

*βαΐον*, ου, τό, *ramus palmae;* add. *τῶν φοινίκων* (ex eodem usu quo dicitur *οἰκοδεσπότης τῆς οἰκίας*, *ὑποπόδιον τῶν ποδῶν*), Jo. 12, 13. (Vox solum biblica et eccles.; 1 Macc. 13, 51. Symmach. Cant. 7, 9; ignot. intp. Lev. 23, 40. In graeca ecclesia dominica palmarum dicitur *ἡ κυριακὴ τῶν βαΐων*. Cf. *Fischer* de vitiis lexicc. N. T. p. 18 ss.*

*Βαλαάμ* (ap. LXX = בִּלְעָם, sec. *Gesen.* ex בַּל et עָם, non-populus, i. e. peregrinus; sec. *Jo. Simon.* = בֶּלַע עָם, absorptio populi, — ap. Joseph. *ὁ Βάλαμος*), *Balaam, Bileamus*, e Petora, Mesopotamiae urbe, oriundus, a Jehova prophetica facultate praeditus, a Balaco (v. in *Βαλάκ*) mercede conductus, ut Israelitas devoveret, et mercedis amore ductus Balaci voluntati obtemperare volens Jehovae vi subactus iis benedixit (Num. 22—24. Deut. 23, 5 s. Jos. 13, 22. 24, 9. Mich 6, 5), unde in eo posteriores Judaei perditissimum viderunt fraudatorem; Ap. 2, 14. 2 Pet. 2, 15. Jud. vs. 11.*

*Βαλάκ* (בָּלָק, inanis, vacuus), *Balacus*, rex Moabitarum (Num. 22, 2 s. al.), Ap. 2, 14.*

*βαλάντιον*, et *βαλλάντιον* (*Lchm.* et *Tdf.*; cf. *Fritzsche* ad Mc. p. 620. *Win.* p. 43. *Passovii* Lex. s. v.), ίου, τό, *crumena, marsupium* (*Geldbeutel*), Lc. 10, 4. 12, 33. 22, 35 s. (LXX Job. 14, 7. Aristoph. ran. 772. Xen. symp. 4, 2. Plat. Gorg. p. 580 e. al. Hdian. 5, 4, 4 et ap. al.)*

*βάλλω*, f. *βαλῶ*, pf. *βέβληκα*, aor. 2. *ἔβαλον*, 3 ps. plur. *ἔβαλον* Lc. 23, 34. Act. 16, 23; *ἔβαλαν*, quae alexandrina forma est, Act. 16, 37 (*Lchm. Tdf. Trg.*; v. in *ἀπέρχομαι*), pf. pass. *βέβλημαι*, plsqpf. *ἐβεβλήμην*, aor. *ἐβλήθην*, fut. *βληθήσομαι*, — *jacio*, dic. de rebus, quae aut vi et impetu, aut sine vi at deditâ operâ, aut sic e manu mittuntur, ut non cures, quo cadant. — 1) *vi et impetu; βάλλειν τινὰ ῥαπίσμασι*, alapis aliquem ferire, Mc. 14, 65 (dic. e similitudine locutionum *τινὰ βάλλειν λίθοις*, *βέλεσι*, *τόξοις* al., *κακοῖς*, *ψόγῳ*, *σκώμμασι* al. ap. Graecos; cf. *Passov.* I, p. 487; pro vulg. *ἔβαλλον* legendum est c. *Fritzschio* et *Schotto ἔβαλον*, ex quo ortum *ἔλαβον* ap. *Lchm. Tdf. Trg.*; *βαλεῖν* et *λαβεῖν* in codd. saepe confunduntur; cf. *Grimm* ad 2 Macc. 5, 6); — *βάλλειν λίθους ἐπί τινι* s. *τινά*, Jo. 8, 7. 59; *χοῦν ἐπὶ τὰς κεφ.* Ap. 18, 19; *κονιορτὸν εἰς τὸν ἀέρα*, Act. 22, 23; *τὶ εἰς τὴν θάλασσαν*, Mc. 9, 42. Ap. 8, 8. 18, 21; *εἰς τὸ πῦρ*, Mt. 3, 10. 18, 8. Lc. 3, 9. Mc. 9, 22. Jo. 15, 6; *εἰς κλίβανον*, Mt. 6, 30. Lc. 12, 28; *εἰς γέενναν*, Mt. 5, 30. Mc. 9, 47; *εἰς τ. γῆν* Ap. 8, 5. 7. 12, 4. 9. 13. *εἰς τ. ληνὸν* 14, 19; *εἰς τ. λίμνην* 19, 20. 20, 10. 14 s.; *εἰς τ. ἄβυσσον* 20, 3; absol. et pass. violenter demoveor de loco, quem obtinui, Ap. 12, 10 *Lchm. Tdf. Trg.* — de morborum aliquem invadentium impetu dic. *βάλλειν τινὰ εἰς κλίνην*, Ap. 2, 22; pass. *aegrotus decumbo lecto affixus*, *βέβλημαι ἐπὶ κλίνης*, Mt. 9, 2. Mc. 7, 30; omisso *ἐπὶ κλίνης*, Mt. 8, 6. 14 coll. Lc. 16, 20; *τινὰ εἰς φυλακήν*, in vincula, carcerem conjicere, Mt. 5, 25. 18, 30. Lc. 12, 58. 23, 19. 25. Jo. 3, 24. Act. 16, 23 s. 37. Ap. 2, 10; *δρέπανον εἰς γῆν*, vi admovere falcem, Ap. 14, 19; *μάχαιραν βάλλειν* (immittere, injicere) *ἐπὶ τ. γῆν*, Mt. 10, 34., quae phrasis alteram peperit in eodem loco obviam: *εἰρήνην βάλλ. ἐπὶ τ. γῆν*, immittere pacem; *ἔξω*, *ejicio*, Mt. 5, 13. 13, 48. Lc. 14, 35. 1 Jo. 4, 18. Jo. 15, 6; *ἑαυτὸν κάτω*, deorsum se dejicere, Mt. 4, 6. Lc. 4, 9; *ἑαυτὸν εἰς τ. θάλασσαν* Jo. 21, 7; pass. sensu reflex. *βλήθητι*, Mt. 21, 21. Mc. 11, 23; *τινὰ ἀπό τινος*, depellere ab aliquo; daemones, Mc. 16, 10; *τὶ ἀφ' ἑαυτοῦ*, abjicere, Mt. 5, 29 s. 18, 8; *ὕδωρ ἐκ τοῦ στόματος*, Ap. 12, 15 s. (bene *Luth.*: *schoss aus ihrem Munde*); *ἐνώπιον* c. gen. loci: projicere (*hastig hinlegen*), Ap. 4, 10; dic. de arbore vento vehementius agitata fructus abjiciente, Ap. 6, 13. — intrans. *ruere* (*sich stürzen*), Act. 27, 14. (Hom. Il. 11, 722. 23, 462. et ap. alios.) — 2) *sine vi et impetu: rem ita manu mittere, ut non curetur, quo cadat;* — *κλῆρον*, conjicere in urnam sortem, Mt. 27, 35. Mc. 15, 24. Lc. 23, 34. Jo. 19, 24. e Ps. 22, 19. (*κύβους*, Plat. legg. 12, p. 968. et ap. al.); *spargo; κόπρια*, Lc. 13, 8; semen, *ἐπὶ τῆς γῆς*, Mc. 4, 26; *εἰς τὸν κῆπον*, Lc. 13, 19. — *injicio; ἀργύριον εἰς τὸν κορβανᾶν*, Mt. 27, 6; *χαλκόν*, *δῶρα*, al. *εἰς τὸ γαζοφυλάκιον*, Mc. 12, 41—44. Lc. 21, 1—4 coll. Jo. 12, 6. — *βάλλειν τί τινι*, *objicere; τὸν ἄρτον τοῖς κυναρίοις*, Mt. 15, 26. Mc. 7, 27; *ἔμπροσθέν τινος*, Mt. 7, 6; *ἐνώπιόν τινος*, Ap. 2, 14 (v. infra in *σκάνδαλον*); *incertus*

*de successu trado;* ἀργύριον τοῖς τραπεζίταις depono, colloco apud, Mt. 25, 27. — de rebus fluidis: *fundo, infundo;* sq. εἰς, Mt. 9, 17. Mc. 2, 22. Lc. 5, 37. Jo. 13, 5 (οἶνον εἰς τὸν πίθον, Epictet. 4, 13; de fluviis, ῥόον εἰς ἅλα, Ap. Rhod. 2, 401 et ap. al. LXX Judic. 6, 19); *effundo,* ἐπί τινος, Mt. 26, 12. — 3) *non impetu, at data opera procedere facio;* εἴς τι, *indo, ingero, insero;* Mc. 7, 33 (τοὺς δακτύλους εἰς τὰ ὦτα); Jo. 20, 25. 27. 18, 11; *injicio;* χαλινοὺς εἰς τὸ στόμα, Jac. 3, 3; *demitto* (*hinabsenken*) Jo. 5, 7; Mt. 4, 18. 17, 21. — metaph.: εἰς τὴν καρδίαν τινός, *suggero,* Jo. 13, 2. (τὶ ἐν θυμῷ τινος, Hom. Od. 1. 201. 14, 269; εἰς νοῦν Pind. Pyth. 4, 133 et ap. al.); ἐμβάλλειν εἰς νοῦν τινι, Plut. vit. Timol. c. 3.

*βαπτίζω,* f. *ίσω,* aor. 1. *ἐβάπτισα,* pass. impf. *ἐβαπτιζόμην,* ptcp. pf. pass. *βεβαπτισμένος,* aor. 1. pass. *ἐβαπτίσθην,* fut. 1. pass. *βαπτισθήσομαι,* aor. 1. med. *ἐβαπτισάμην* (frequentativum a *βάπτω* ut *βαλλίζω* a *βάλλω*), passim ap. Plat., Polyb., Diod., Strab., Joseph., Plut. al. — I) 1) pr. *repetitis vicibus immergo, immergo, submergo* (de submersis navibus, Pol. 1, 51, 6. 8, 8, 4; de animalibus Diod. 1, 36.) — 2) *immergendo* vel *submergendo abluo, lavo, aquâ purgo;* Med. et aor. 1. pass. *me lavo;* ita Mc. 7, 4. Lc. 11, 38. (2 Reg. 5, 14: ἐβαπτίσατο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, = טָבַל; Sir. 34, 27. Judith. 12, 8.) — 3) translate: *obruo,* velut ἰδιώτας ταῖς εἰςφοραῖς, Diod. 1, 73; ὀφλήμασι, Plut. Galba 21; τῇ συμφορᾷ βεβαπτισμένος, Heliod. Aeth. 2, 3; et simpliciter: alicui graves et amplas calamitates infligere; ἐβάπτισαν τὴν πόλιν, Jos. b. jud. 4, 3, 3; ἡ ἀνομία με βαπτίσει, LXX Jes. 21, 4; hinc βαπτίζεσθαι βάπτισμα (cf. *Win.* p. 211; cf. λούεσθαι τὸ λουτρόν, Ael. h. a. 3, 42), *calamitatibus submergi,* de iis, quibus sustinendae infliguntur, Mt. 20, 22 s. (in t. vulg.); Mc. 10, 38 s. Lc. 12, 50 (cf. germ. phrasin *etwas auszubaden haben,* et quae proprie dicuntur de iis, qui flumina aegre pervadunt: ἕως τῶν μαστῶν οἱ πεζοὶ βαπτιζόμενοι διέβαινον, Pol. 3, 72, 4). — II) In N. T. dicitur potissimum de sacrae lavationis ritu solenni a Joanne baptista primum instituto, posthac e Christi mandato a Christianis recepto et ad suae religionis argumentum et naturam accommodato (v. in βάπτισμα), h. e. immersione in aquam idcirco facta, ut signum esset abstersorum vitiorum ac scelerum, suscepta ab iis, qui salutis desiderio acti ad regni messiani beneficia admitti volebant. — *a*) Usurpatur verbum absolute: *sacrae lavationis ritum administro, baptizo* (Vulg.), *tingo, tinguo* (Tertull.); Mc. 1, 4. Jo. 1, 25. 28. 3, 22 s. 26. 4, 2. 10, 40. 1 Co. 1, 17; c. nomine conjugato τὸ βάπτισμα Act. 19, 4; ὁ βαπτίζων, substantive i. q. ὁ βαπτιστής, Mc. 6, 14. — τινά, Jo. 4, 1. Act. 8, 38. 1 Co. 1. 14, 16. — Pass. *baptizor;* Mt. 3, 13 s. 16. Mc. 16, 16. Lc. 3, 21. Act. 2, 41. 8, 12. 13. 10, 47. 16, 15. 1 Co. 1, 15 (*Lchm. Tdf. Trg.*); 10, 2 (*Lchm. Tdf.*). — Pass. reflexivo sensu: *baptismo initiandum me curo, baptismum suscipio;* Lc. 7, 30. Act. 2, 38. 9, 18. 16, 33. 18, 8. 22, 16; add. nomine conj. τὸ βάπτισμα, Lc. 7, 29; aor. 1. medii 1 Co. 10, 2 (*Lchm. Tdf.* ἐβαπτίσθησαν); Act. 22, 16. — sq. dativo rei, qua adhibita baptizatur, ὕδατι, v. infra. — *b*) cum praepositionibus; *aa*) εἰς, ad indicandam *materiem,* in quam immergitur; εἰς τὸν Ἰορδάνην, Mc. 1, 9. — ad indicandum *finem:* εἰς μετάνοιαν, ut obstringatur aliquis emendationi animi, Mt. 3, 11; εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα, ut obstringatur officiis, quae a Joannis baptismo imponuntur, Act. 19, 3; εἰς ὄνομά τινος, ad profitendum nomen (v. in ὄνομα) alicujus, quem sequamur ducem, Mt. 28, 19. Act. 8, 16. 19, 5. 1 Co 1, 13, 15; εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ad consequendam veniam peccatorum, Act. 2. 38; εἰς τὸν Μωϋσῆν, ut Mosem sequerentur ducem, 1 Co. 10. 2. — ad indicandum *effectum:* εἰς ἓν σῶμα, baptizando in unum corpus conjungere, 1 Co. 12, 13; εἰς Χριστόν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ, baptizando perducere ad consortium Christi, ad consortium mortis ab eo oppetitae, in quo consortio peccato demortui sumus, Gal. 3, 27. Ro. 6, 3. — *bb*) ἐν, c. dat. rei, in quam aliquis immergitur, ἐν τῷ Ἰορδάνῃ Mc. 1, 5; ἐν τῷ ὕδατι, Jo. 1, 31 (*Lchm. Tdf. Trg.* ἐν ὕδ., sed cf. *Meyer* ad l.); — rei, qua adhibita aliquis baptizat; ἐν ὕδατι, Mt. 3, 11. Mc. 1. 8. Jo. 1, 26. 33; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 158, 10; c. simplici dativo, ὕδατι, Lc. 3, 16. 11, 16. Act. 1, 5; — ἐν πνεύματι ἁγίῳ, largiter imbuere spiritu s. (ex eadem imagine, qua ejus largitio etiam *effusio* dicitur), Mt. 3, 11. Mc. 1, 8. Lc. 3, 16. Jo. 1, 33. Act. 1, 5. 11, 16; add. καὶ πυρί, (eos qui non resipiscant) igne obruere, h. e. gravissimis gehennae poenis afficere, Mt. 3, 11. — ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου, auctoritate domini, Act. 10, 48. — *cc*) pass. ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, fretum nomine Jesu Chr., h. e. ita, ut spem in eo reponat, Act. 2, 38 (ubi *Lchm.* et *Trg.* ἐν τῷ ὀν.). — *dd*) ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, pro mortuis, h. e. ad aeternam salutem iis conciliandam eo, quod nos eorum loco baptismum suscipiamus, 1 Co. 15, 29; cf. inprimis *Neander* ad h. l. *Rückert* Progr. de h. l. Jen. 1847. *Paret* in *Ewald* Jahrb. d. bibl. Wissenschaft IX, p. 247.*

*βάπτισμα, τος, τό* (*βαπτίζω*), vox N. T. et ecclesiae propria, *immersio, submersio,* dic. 1) trop. de calamitatibus et afflictationibus, quibus aliquis undique obruitur, Mt. 20, 22 s. (e l. vulg.); Mc. 10, 38 s. Lc. 12, 50 (v. in βαπτίζω I, 2). — 2) de *Joannis* baptismo, illo lustrationis ritu, quo homines peccata confessi ad animi emendationem obstringerentur, peccatorum antea cemmissorum veniam impetrarent atque messiani regni propediem futuri beneficiis digni evaderent; Mt. 3, 7. 21, 25. Mc. 11, 30. Lc. 7, 29. 20, 4. Act. 1, 22. 10, 37. 18, 25; βαπτ. μετανοίας, ad animi emendationem obstringens, Mc. 1, 4. Lc. 3, 3. Act. 13, 24. 19, 4. — 3) de *christiano* baptismo; hic autem ex apostolica notione est ritus sacrae submérsionis, a Christo mandatus, quo homines peccata sua confessi et fidem, quam in Christo ponunt, professi per spiritum s. ad novam vitam renascuntur, in Christi et ecclesiae (1 Co. 12, 13) consortium veniunt atque aeternae salutis participes redduntur; Eph. 4, 5. Col. 2, 12. 1 Pet. 3, 21; εἰς τὸν θάνατον, Ro. 6, 4 (v. in βαπτίζω II, b.)*

*βαπτισμός, οῦ, ὁ* (*βαπτίζω*), *lavatio, lustratio per aquam facta,* Mc. 7, 4. 8 (ξεστῶν καὶ ποτηρίων); dic. de lavationibus mosaica lege praeceptis, Heb. 9, 10; — διδαχῆς βαπτισμῶν = διδαχῆς περὶ βαπτισμῶν, Heb. 6, 2, quod videtur esse expositio discriminis inter lavationes lege mosaica praeceptas et christianum baptismum. (Inter profanos tantum Jos. antt. 18, 5, 2 voce utitur de Joannis baptismo.)*

*βαπτιστής, οῦ, ὁ* (*βαπτίζω*), *baptista; qui ritum baptismi administrat;* agnomen Joannis, praecursoris Christi, Mt. 3, 1. 11, 11 s. Mc. 6, 24 s. 25. 8, 28. Lc. 7, 20. 28. 33. 9, 19, quod ei etiam a Josepho antt. 18, 5, 2 tribuitur, praeter quem locum apud profanos non exstat.*

*βάπτω,* aor. 1. *ἔβαψα,* ptcp. pf. pass. *βεβαμμένος,* ap. Graecos inde ab Hom.; ap. LXX = טָבַל, *a*) *mergo, immergo, intingo;* τί, Jo. 13, 26 (ubi *Lchm.* ἐμβάψας); sq. genit. rei, in quam intingitur (quia tantum pars ejus intingendo tangitur), Lc.

16, 24 (cf. *ἅπτεσθαί τινος, λούεσθαι ποταμοῖο*, Hom. Il. 5, 5. 6, 508; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 148, 25. — *b*) *tingo* (*färben*), *ἱμάτιον αἵματι*, Ap. 19, 13. (Hdt. 7, 67. Anth. 11, 68. Jos. antt. 3, 6, 1.)*

*βάρ*, chald. בַּר; *βὰρ Ἰωνᾶ, fili Jonae*, Mt. 16, 17., ubi *Lchm.* et *Tdf.* *Βαριωνᾶ*, tamquam si cognomen sit e similitudine *Βαρνάβας* et aliorum.*

*Βαραββᾶς, ᾶ, ὁ* (ex בַּר, filius, et אַבָּא, pater, igitur *filius patris*, i. e. *magistri*), latro captivus, quem repudiato Jesu sibi condonari a Pilato efflagitabant Judaei; Mt. 27, 16 s. (ubi codd. ab Orig. commemorati et nonnulla alia testimonia *Ἰησοῦν* ponunt ante *Βαραββᾶν*, a *Fritzschio, de Wettio, Meyero, Bleekio* al. approbatum), vs. 20 s. 26. Mc. 15, 7. 11. 15. Lc. 23, 18. Jo. 18, 40.*

*Βαράκ, ὁ* (בָּרָק, fulgur), *Baracus*, dux Israëlitarum (Jud. 4, 6. 8), Heb. 11, 32.

*Βαραχίας, ου, ὁ, Barachias*, qui a Mt. 23, 35 pater Zachariae in templo olim trucidati fuisse dicitur; cf. in *Ζαχαρίας*.*

*βάρβαρος, ον*, 1) proprie *is, cujus loquela incompta, aspera, rauca* est, quasi repetens syllabas *βαρβάρ* (cf. Strab. 14, p. 662; *ὠνοματοπεποίηται ἡ λέξις*, Etymol. magn.); hinc 2) *is qui lingua loquitur peregrina s. exotica, quae ab altero non intelligitur* (Hdt. 2, 158: *βαρβάρους πάντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφίσι ὁμογλώσσους*. Ovid. trist. 5, 10. 37: „barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli"); ita 1 Co. 14, 11. — 3) a Graecis *βάρβαρος* dicebatur *quivis exterus, graecae linguae graecaeque ingeniorum morumque disciplinae ignarus*, injuncta inde a bellis cum Persis notione inhumanitatis et feritatis, unde vox in N. T., sed sine probro, dicitur Act. 28, 2. 4 de incolis Maltae, qui phoeniciae et punicae originis erant; et de iis nationibus, quibus quidem politior morum disciplina, sed non facultas amplectendae christianae salutis deerat, ut Scythis, Col. 3, 11. Sed phrasis *Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι* facit etiam periphrasin notionis *omnium populorum* vel varietatis eorum sine convicio exterorum (Plat. Theaet. p. 175 a. Isocr. Euag. c. 11. Jos. ant. 4, 2, 1 et ap. al.); ita Ro. 1, 14. (ap. Phil. de Abr. §. 45 extr. dic. de cunctis gentibus non judaeis. Jos. b. jud. prol. 1 Judaeos refert inter barbaros.) Cf. *Grimm* ad 2 Macc. p. 61.*

*βαρέω, ῶ, gravo, onero, premo;* in N. T. habetur solum passivum et quidem ptcp. praes. *βαρούμενοι*, imper. praes. *βαρείσθω*, aor. *ἐβαρήθην*, ptcp. pf. *βεβαρημένος*. Scriptoribus melioris aevi praesentis usus nullus est; utuntur solis partic. *βεβαρηώς* et *βεβαρημένος*, v. *Matth.* §. 227. *Win.* p. 80; dic. simpliciter: *gravor, premor*, externis malis et calamitatibus, 2 Co. 1, 8; de angore, quem animo injicit memoria necessitatis moriendi, 2 Co. 5, 4; *ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι*, sc. *ὕπνῳ*, gravati somno, Mc. 14, 40 (*Lchm. Tdf. Trg. καταβαρυνόμενοι*); Mt. 26, 43; add. *ὕπνῳ*, Lc. 9, 32; *ἐν* (בְּ) *κραιπάλῃ*, Lc. 21, 34, ubi l. vulg. *βαρυνθῶσιν*. (Hom. Od. 19, 122: *οἴνῳ βεβαρηότες*. Diod. Sic. 4, 38: *τῇ νόσῳ*.) *μὴ βαρείσθω*, ne molestiae ei fiant, sc. sumtibus faciendis, 1 Tim. 5, 16. (*εἰςφοραῖς*, Dio Cass. 46, 32.)*

*βαρέως*, adv. (*βαρύς*, q. v.), *difficulter;* Mt. 13, 15. Act. 28, 27. (Jes. 6, 10.)*

*Βαρθολομαῖος, ου, ὁ* (בַּר תַּלְמַי, filius Tolmai), *Bartholomaeus*, unus e duodecim apostolis Christi; Mt. 10, 3. Mc. 3, 18. Lc. 6, 14. Act. 1. 13.

*Βαριησοῦς, ὁ* (בַּר, filius, יֵשׁוּעַ, Jesus), *Bar-Jesus*, pseudopropheta quidam; Act. 13, 6.

*Βαριωνᾶς, ᾶ, ὁ* (ex בַּר, filius, et יוֹנָה, Jonas), *Bar-Jonas*, cognomen Petri apostoli, Mt. 16, 17. v. in *βάρ* et *Ἰωνᾶς*.

*Βαρνάβας, α, ὁ* (בַּר, filius, et נְבָא, ex Lucae interpretatione *υἱὸς παρακλήσεως*, h. e. excellens facultate *τῆς παρακλήσ.*, Act. 4, 36; v. in *παράκλησις*), *Barnabas*, cognomen Josae, genere Levitae, patria Cyprii, qui erat insignis christianae religionis doctor, comes et collega Pauli; Act. 9, 27. 11, 22. 30. 12, 25. c. 13—15. 1 Co. 9, 6. Gal. 2, 1. 9. 13. Col. 4, 10.*

*βάρος, εος, τό, gravitas, pondus, onus, molestia;* — onus (*Bürde*), *ἐπιτιθέναι τινί* (Xen. oec. 17, 9), praestanda imperare alicui, quae difficulter praestari possunt, Act. 15, 28; *βάλλειν ἐπί τινα*, Ap. 2, 24 (sens.: non aliud vobis injungo praeceptum, quod difficile observatu esset; cf. *Düsterdieck* ad l.); *βαστάζειν τὸ βάρος τινός*, i. e. vel onus, quod res aliqua habet; *τὸ βάρος τῆς ἡμέρας*, molestum laborem diei, Mt. 20, 12; vel quod aliquis fert, Gal. 6, 2 (ubi dic. de vitiis conscientiae molestis; sens.: tolerate alii aliorum vitia); — *αἰώνιον βάρος δόξης*, pondus gloriae numquam desiturum, h. e. ampla et eximia gloria (beatitas) 2 Co. 4, 17; cf. *Win.* §. 34, 3. (*πλούτου*, Plut. Alex. 48.) — *gravitas* i. q. *auctoritas; ἐν βάρει εἶναι*, auctoritate pollere et uti, 1 Th. 2, 6 (ita etiam ap. Graecos; cf. *Wesseling* ad Diod. 4, 61).*

*Βαρσαβᾶς* (*Βαρσαββᾶς Lchm. Tdf. Trg.*), *ᾶ, ὁ, Barsabas* (h. e. filius Sabae), 1) cognomen Josephi cujusdam, Act. 1, 23. — 2) Judae cujusdam, Act. 15, 22.

*Βαρτίμαιος, ου, ὁ* (filius Timaei), *Bartimaeus*, caecus quidam; Mc. 10, 46.

*βαρύνω, gravo;* Lc. 21, 34 e l. vulg.; v. in *βαρέω*.

*βαρύς, εῖα, ύ, gravis*, 1) pr. i. e. *onerosus; φορτίον*, Mt. 23, 4 (oppositum *ἐλαφρόν* habes Mt. 11, 30). — 2) translate: *a*) *molestiam creans; ἐντολή*, cujus observatio molesta est, 1 Jo. 5, 3. — *b*) *severus, durus; ἐπιστολή*, 2 Co. 10, 10. — *c*) *gravis* i. e. *magni momenti; τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου*, graviora legis praecepta, Mt. 23, 23; *αἰτιάματα*, Act 25, 7. — *d*) *violentus, crudelis, non parcens, λύκοι*, Act. 20, 29 (ita etiam Hom. Il. 1, 89. Xen. Ages. 11, 12.)*

*βαρύτιμος, ον* (*βαρύς* et *τιμή*) *gravis* h. e. *magni pretii, pretiosus;* Mt. 26, 7. (ita Strab. 17, p. 798; grandi pretio vendens, Heliod 2, 30; magno honore ornatus, Aesch. suppl. 25.)*

*βασανίζω*, aor. 1. *ἐβασάνισα*, aor. 1. pass. *ἐβασανίσθην*, fut. 1. pass. *βασανισθήσομαι* (*βάσανος*), 1) pr. *exploro* (metalla) *per lapidem lydium*. — 2) *inquiro tormentis adhibitis*. — 3) *tormentorum usu crucio* (2 Macc. 7, 13); hinc 4) univ. *doloribus gravibus vexo; τινά* Mt. 8, 29. Mc. 5, 7. Lc. 8, 28. 2 Pet. 2, 8. Ap. 11, 10; passiv. Mt. 8, 6. Ap. 9, 5. 20, 10; de partus doloribus, Ap. 12, 2 (Anthol. 2, p. 205. ed. Jac.); *ἐν* c. dat. materiae, in qua aliquis cruciatur, Ap. 14, 10. — 5) passiv. *vexor, laboro;* de iis, qui in mari cum adverso vento conflictant, Mc. 6, 48; de navi a fluctibus conflictata, Mt. 14, 24. (Ap. Graecos inde ab Hdt.; — saepe in apocrr. V. T.)*

*βασανισμός, οῦ, ὁ* (*βασανίζω*, q. v.), 1) *exploratio per lapidem lydium* aut *per tormenta*. — 2) *cruciatus; a*) actus cruciandi; Ap. 9, 5. — *b*) status et conditio eorum, qui cruciantur; Ap. 18, 7. 10. 15; *ὁ καπνὸς τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν*, fumus ignis illius, quo cruciantur, Ap. 14, 11. (4 Macc. 9, 6. 11, 2. — Ab Alexi ap. Athen. 1, p. 30 f. malum vinum dicitur *βασανισμός*.)*

*βασανιστής, οῦ, ὁ* (*βασανίζω*), *qui tormentorum usu veritatem eruit, tortor quaestionarius* (Dem. p. 978, 11. Philo in Flacc. §. 11. extr.), dic. Mt. 18,

34 de carceris custode (*δεσμοφύλαξ* Act. 16, 23), sine dubio, quia ei etiam torquendi negotium impositum erat.*

*βάσανος, ου, ἡ, a) lapis lydius*, quo aurum et metalla explorantur. — *b) tormentum, quo aliquis ad veritatem confitendam adigitur.* — *c) cruciatus, acres dolores;* dicitur de morborum doloribus Mt. 4, 24; de cruciatibus improborum post mortem futuris, *ἐν βασάνοις ὑπάρχειν*, Lc. 16, 23 (Sap. 3, 1. 4 Macc. 13, 14); hinc *ὁ τόπος τῆς βασάνου* dic. de gehenna, Lc. 16, 28. (ap. Graecos inde a Pind.)*

*βασιλεία, ας, ἡ* (a *βασιλεύω*, — distingue ab *ἡ βασίλεια*, regia uxor, regina; cf. *ἱερεία*, sacerdotium, ab *ἱερεύω*, et *ἱέρεια*, sacerdos femina, ab *ἱερεύς*), 1) *regia potestas, imperium, imperii administrati;* Lc. 1, 33. 19, 12. 15. 22, 29. Jo. 18, 36. Act. 1, 6. Heb. 1, 8. 1 Co. 15, 24. Ap. 17, 12; dic. de regia potestate Jesu triumphaturi Messiae in phrasi *ἔρχεσθαι ἐν τῇ βασ. αὐτοῦ*, h. e. hac potestate instructum venire, Mt. 16, 28. Lc. 23, 42; de regia potestate et dignitate Christianis in regno Messiae concessa, Ap. 1, 6 (e lect. *Lchm.: ἐποίησεν ἡμῖν* vel *ἡμῶν βασιλείαν*); *τοῦ θεοῦ*, regia potestas ac dignitas, quae dei est, Ap. 12, 10. — 2) *terra regis imperio subjecta;* Mt. 12, 25 s. 24, 7. Mc. 3, 24. 6, 23. 13, 8. Lc. 11, 17. 21, 10; plur. Mt. 4, 8. Lc. 4, 5. Heb. 11, 33. — 3) Celebrantur in N. T. de *regno messiano* phrases *ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ* (מַלְכוּתָא דֶאֱלָהָא Targ. Jes. 40, 9. Mich. 4, 7), pr. *regnum, cui praeest deus; ἡ βασιλεία τοῦ Χριστοῦ* (מַלְכוּת דִמְשִׁיחָא Targ. Jonath. ad Jes. 53, 10), *regnum Messiae*, quod a deo per Messiam condetur et cui Messias praeerit dei vicarius; *ἡ βασ. τῶν οὐρανῶν*, apud solum Matthaeum, sed frequentissime, *regnum coelorum*, h. e. idem quod *regn. dei*, ex rabbinico dicendi usu, quo *coelum* dicitur pro *deo*, habitatore coeli (ap. Rabbinos מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם est *regimen dei* vel *theocratia* universe spectata, non regnum messianum); aliquoties simpliciter *ἡ βασιλεία*, Mt. 4, 23 al. Jac. 2, 5; semel *ἡ βασ. τοῦ Δαυίδ*, quia Messias e gente Davidis oriturus esse atque rex Davidi simillimus fore putabatur, Mc. 11, 10; semel etiam *βασ. τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ*, Eph. 5, 5. Potissimum oraculis Danielis freti, qui esse in decretis dei docuerat, ut, postquam quatuor mundi regna vasta et ampla deinceps se excepissent atque eorum ultimum populo dei infestum fuisset, tandem fracta ejus tyrannide imperium orbis terrarum in aeternum ad populum deo sacrum abiturum esset (Dan. 2, 44. 7, 14. 18. 27), Judaei sperabant regnum felicissimum, *quod deus per Messiam*, facta mortuorum in vitam resusciatione terrâque et coelo ad meliorem formam redactis, inauguraturus esset, quo Judaei aeternum in omnes terrarum gentes imperium occupaturi essent, *regnum dei* vel *Messiae* appellatum, quo sensu haec nomina intelligenda sunt in effatis Judaeorum et Jesu discipulorum cum eo loquentium, ut Mt. 18, 1. 20, 21. Mc. 11, 10. Lc. 17, 20. 19, 11. Jesus autem nomine *regni dei* vel *coelorum* utens intellexit *perfectum illum, quem conditurus esset, rerum ordinem, quo ex omnibus populis qui sibi fidem habituri essent in unum coetum deo dicatum et intime conjunctum congregandi aeternae salutis participes redderentur.* Jam inchoatum et praesens hoc regnum dicitur, quatenus jam nunc fundamenta ejus a Christo jacta sunt ejusque commoda inter homines in Christo fidem ponentes promoventur, Mt. 11, 12. 12, 28. 13, 41 (quo loco dic. de terrestri ejus statu, quo bonos malosque cives complectitur); Lc. 17, 21. 1 Co. 4, 20. Ro. 14, 17 (sens.: natura et indoles regni divini non quaerenda est in eo quid edatur et bibatur); Col. 1, 13. Sed multo saepius de regno divino tanquam *futuro* bono sermo fit, siquidem consummatio ejus speranda est a Christo e coelis solenniter reverso, revocatis in vitam mortuis, sublatis miseriis et molestiis, quibus praesens rerum status laborat, devictis potestatibus deo hostilibus; Mt. 6, 10. 8, 11. 26, 29. Mc. 9, 1. 15, 43. Lc. 9, 27. 13, 28 s. 14, 15. 22, 18. 2 Pet. 1, 11; in dictionibus *εἰςέρχεσθαι εἰς τ. βασ. τ. θεοῦ*, Mt. 5, 20. 7, 21. 18, 3. 25. 19, 23 s. Mc. 9, 47. Jo. 3, 5. Act. 14, 22; *κληρονόμος τῆς βασιλείας* Jac. 2, 5; *κληρονομεῖν τ. β. τ. θ.*, v. infra. — Singulari usu *ἡ βασ. τοῦ κυρίου ἡ ἐπουράνιος* 2 Tim. 4, 18 dicitur sublimior et perfectus rerum ordo, qualis jam nunc in coelis exstat, in quem pii Christiani statim post mortem transferuntur; cf. Phil. 1, 23. Heb. 12, 22 s. — Manente significatione *regni coelestis* s. *divini βασ. τ. οὐρανῶν* s. *τοῦ θεοῦ*, prouti contextus orationis fert, intelligendum est *a*) de initiis, incrementis, viribus regni divini, Mt. 13, 31—33. Mc. 4. 30. Lc. 13, 18. — *b*) de ejus fatis, Mt. 13, 24. Mc. 4, 26. — *c*) de conditionibus, quibus satisfacere debeatur, ut aliquis inter cives ejus recipiatur, Mt. 18, 23. 20, 1. 22, 2. 25, 1. — *d*) de ejus bonis et beneficiis, sive jam nunc, sive futuro demum aevo obtingentibus, Mt. 13, 44 s. Lc. 6, 20; in dictionibus *ζητεῖν τὴν βασ. τ. θεοῦ* Mt. 6, 33. Lc. 12, 31; *δέχεσθαι τ. βασ. τ. θ. ὡς παιδίον*, Mc. 10, 15. Lc. 18, 17; *κληρονομεῖν τ. β. τ. θ.* Mt. 25, 34. 1 Co. 6, 9 s. 15, 50. Gal. 5, 21; v. in *κληρονομεῖν*. — *e*) de coetu eorum, qui constituunt regiam dei civitatem; *ποιεῖν τινὰς βασιλείαν*, Ap. 1, 6. 5, 10 (utroque loco pro vulg. lect. *βασιλεῖς*), coll. Exod. 19, 6. — Praeterea hae notandae sunt dictiones: de hominibus ad receptionem in div. regnum aptis dic. *αὐτῶν* vel *τοιούτων ἐστὶν ἡ βασ. τῶν οὐρ.* vel *τοῦ θεοῦ*, Mt. 5, 3. 10. 19, 14. Mc. 10, 14. Lc. 18, 16. — *διδόναι τινὶ τ. βασ.* dic. de deo homines divini regni consortes reddente, Lc. 12, 32; *παραλαμβάνειν* de iis, qui regni div. consortes redduntur, Heb. 12, 28. — *διὰ τὴν βασ. τ. οὐρ.* ob promovenda regni coelestis commoda, Mt. 19, 12; *ἕνεκεν τῆς βασ. τ. θ.*, ut consors reddatur regni div., Lc. 18, 29. — Qui inaugurationem regni div. proxime futuram nuntiant et ejus naturam describunt et conditiones civitatis in eo impetrandae exponunt, dicuntur *διαγγέλλειν τ. βασ. τ. θ.*, Lc. 9, 60; *εὐαγγελίζεσθαι τὴν β. τ. θ.*, Lc. 4, 43. 8, 1 16, 16; *περὶ τῆς βασ. τ. θ.* Act. 8, 12; *κηρύσσειν τὴν βασ. τ. θ.*, Lc. 9, 2. Act. 20, 25. 28, 31; *τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας*, Mt. 4, 23. 9, 35. 24, 14; add. *τοῦ θεοῦ*, Mc. 1, 14 (t. vulg.). — *ἤγγικεν ἡ βασ. τ. οὐρ.* vel *τοῦ θεοῦ*, de proxime instante divini regni inauguratione, Mt. 3, 2. 4, 17. Mc. 1, 15. Lc. 10, 9. 11. — *ἔρχεσθαι* i. e. *constitui* dicitur regnum dei Mt. 6, 10. Lc. 11, 12. 17, 20. Mc. 11, 10. — E comparatione div. regni cum palatio *κλεῖς τῆς β. τ. οὐρ.* dicitur potestas in regnum coeleste recipiendi ab eoque arcendi, Mt. 16, 19; *κλείειν τὴν β. τ. οὐρ.*, prohibere ingressu in regnum coeleste, Mt. 23, 7. — *υἱοὶ τῆς βασιλείας*, ii, ad quos prophetica promissio regni divini pertinet; dic. de Judaeis, Mt. 8, 12; de iis, qui ex omnibus gentibus collecti consortio hujus regni dignos se praestiterunt, 13, 38. (In apocrr. V. T. *βασ. τοῦ θεοῦ* est *regimen dei, gubernatio divina*, Sap. 6, 4. 10, 10. Tob. 13, 1; ita etiam Ps. 102 [hebr. 103], 19; 104 [105], 11—13. Dan. 3, 33. 6, 26; — *rerum universitas imperio dei subjecta* [*Reichsgebiet Gottes*] Cant. tr. pu. vs. 32; *βασιλεία* simpliciter dictum *theocratica vet. testamenti civitas*, 2 Macc. 1, 7.) — Cf. *Fleck* De regno divino. Lips. 1829.

*B.-Crusius* Bibl. Theol. p. 147 ss. *Tholuck* Ausleg. d. Bergpredigt p. 74 ss. Ed. 4. *Cölln* Bibl. Theol. I, p. 567 ss. II, p. 108 ss. *Schmid* Bibl. Theol. des N. T. p. 266 ss. ed. 2. *Baur* Ntl. Theologie p. 69 ss. *Weiss* Bibl. Theol. d. N. T. p. 46 ss. ed. 2. *Schürer* der Begriff des Himmelreichs aus jüd. Quellen erläutert, in Jahrbücher f. protest. Theologie, 1876, p. 166 ss.

*βασίλειος* (raro *εία*), *ειον regius, regalis;* 1 Pet. 2, 9. — substantive *τὸ βασίλειον* (Hdt. 1, 30. LXX Prov. 18, 19. Jos ant. 6, 12, 4) et multo saepius (inde a Xen.) plur. *τὰ βασίλεια* (LXX Esth. 1, 9 al.), *palatium regium*, Lc. 7, 25.*

*βασιλεύς, έως, ὁ, populi princeps, imperator, terrae dominus, rex;* univ. *οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς*, Mt. 17, 25. Ap. 16, 15 al.; *τῶν ἐθνῶν* Lc. 22, 25; de Aegyptiorum rege Act. 7, 10. 18. Heb. 11, 23. 27; de Davide, Mt 1, 6. Act. 13, 22; de Herode Magno et ejus successoribus, Mt. 2, 1 ss. Lc. 1, 5. Act. 12, 1. 25, 13; de tetrarcha, Mt. 14, 9. Mc. 6, 14. 22 (de regis filio, Xen. oec. 4, 16; „reges Syriae, regis Antiochi pueros, scitis Romae nuper fuisse," Cic. Verr. 4, 27 coll. de senect. 17, 59); de imperatore romano, 1 Tim. 2, 2. 1 Pet. 2, 17 coll. Ap. 17, 9 (ita ap. profanos monarchiae romanae aevo, velut ap. Jos. b. jud. 5, 13, 6. Hdian. 2, 4, 8; de imperatoris filio ibid. 1, 5, 15); de Messia *ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων*, Mt. 2, 2 al.; *τοῦ Ἰσραήλ* Mc. 15, 32. Jo. 1, 50. 12, 13; de Christianis utpote in regno milliario cum Messia orbi terrarum imperaturis, Ap. 1, 6. 5, 10 (utroque loco in t. vulg.; v. in *βασιλεία*); de deo, summo omnium gubernatore, Mt. 5, 35. 1 Tim. 1, 17 (v. in *αἰών*, 2.); Ap. 15, 3; *βασιλεὺς βασιλέων*, 17, 14; *ὁ βασ. τῶν βασιλευόντων*, 1 Tim. 6, 15 (cf. *Grimm* ad 2 Macc. 13, 4).

*βασιλεύω*, f. *σω*, aor. 1. *ἐβασίλευσα* (*βασιλεύς*), ap. Graecos c. genit. vel dat., ap. sacros scriptores ex hebr. (מָשַׁל עַל) sq. *ἐπί* c. gen. loci Mt. 2, 22 (ubi *Lchm.* et *Tdf.* *ἐπί* expunxerunt); Ap. 5, 10; sq. *ἐπί* c. acc. personae, Lc. 1, 33. 19, 14. 27. Ro. 5, 14; *rex sum, regiam potestatem exerceo, regno;* univ. 1 Tim. 6, 15. Lc. 19, 14. 27; de eo, qui alicui terrae praeest, etsi careat dignitate regia, Mt. 2, 22; de deo, Ap. 11, 15. 17. 19, 6; de imperio Jesu Messiae, Lc. 1, 33. 1 Co. 15, 25. Ap. 11, 15; Christianorum in regno milliario, Ap. 5, 10. 20, 4. 6. 22, 5; hinc a Paulo transfertur ad significandam summam ethicam dignitatem, libertatem, beatitatem, qua gaudebunt homines a Christo redemti, Ro. 5, 17 (cf. *de Wette* et *Tholuck* ad l.); 1 Co. 4, 8. — Translate: *summam vim exerceo*, Ro. 5, 14. 17. 21. 6, 12. — Aorist. *ἐβασίλευσα* denotat *regnum adeptus sum, rex factus sum*, 1 Co. 4, 8. Ap. 11, 17. 19, 6 (ut saepe ap. LXX et profanos; cf. *Grimm* ad 1 Macc. p. 11. *Breitenbach* et *Kühner* ad Xen. mem. 1, 1, 18; de aoristo primo ingressum in aliquem statum indicante v. *Bnhdy* p. 382 *Krüger* §. 53, 5, 1).*

*βασιλικός, ή, όν, ad regem spectans, regius, regalis;* de homine, *minister principis, aulicus*, Jo. 4, 46. 49 (Pol. 4, 76, 2. Plut. Sol. 27; saepe ap. Jos.). — *regi subjectus;* de regione, Act. 12, 20. — *regi conveniens, rege dignus; ἐσθής*, Act. 12, 21. Hinc metaph. *principalis, praecipuus; νόμος*, Jac. 2, 8 (Plat. Min. p. 317 c: *τὸ ὀρθὸν νόμος ἐστὶ βασιλικόν*. Xen. symp. 1, 8: *βασιλικὸν κάλλος*. 4 Macc. 14, 2).*

*βασίλισσα, ας, ἡ, regina;* Mt. 12, 42. Lc 11, 31. Act. 8, 21. Ap. 18, 7. (Xen. oec. 9, 15. Arist. oec. 9. Pol. 23, 18, 2 et saepius ap. recentiores; LXX. Joseph.; Atticistae praeferunt formas *βασιλίς* et *βασίλεια*. Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 225.)*

*βάσις, εως, ἡ* (*βάω, βαίνω*), 1) *gressus, incessus* (Aeschyl., Sophocl. al.). — 2) id quo gradimur, *pes;* Act. 3, 7. (Plat. Tim. p. 92 a. et ap. alios. Sap. 13, 18.)*

*βασκαίνω*, aor. 1. *ἐβάσκανα*, de qua aor. forma cf. *Win.* p. 80 (*βάζω, βάσκω*, loquor, garrio), *τινά*, 1) *mala loquor de aliquo, calumnior, obtrecto eum* (Dem. 8, 19. Ael. v. h. 2, 13 al.). — 2) *simulata laude vel malevolo adspectu alicui aliquid mali infero, excanto, fascino aliquem* (Arist. probl. 34, 20. Theocr. 6, 39. Ael. h. an. 1, 35); hinc de iis, qui alios malis artibus in errorem abducunt (Diod. 4, 6); Gal. 3, 1. Cf. *Schott* ad h. l. *Lob.* ad Phryn. p. 462.*

*βαστάζω*, fut. *άσω*, aor. 1. *ἐβάστασα*, 1) *de loco suo tollo manibus; λίθους*, Jo. 10, 31. (*λᾶαν*, Hom. Od. 11, 594; *τὴν μάχαιραν ἀπὸ τῆς γῆς*, Jos. ant. 7, 11, 7). — 2) *tollo, ut portem, feram; impono mihi portandum; fero* quae mihi oneri sunt, *τὸν σταυρόν*, Jo. 19, 17. Lc. 14, 27 (v. in *σταυρός*); transl. *βαστάζειν τί*, rei intelligendae et aequo animo excipiendae parem esse, Jo. 16, 12 (Epict. ench. 29, 4); *φορτίον* Gal. 6, 5; *βαστάσει τὸ κρίμα*, suscipienda in se ei erit damnatoria judicis sententia, Gal. 5, 10 (מִשְׁפָּט נָשָׂא, Mich. 7, 9). Hinc *perfero, sustineo;* Mt. 20, 12. Act. 15, 10 (*ζυγόν*); Ro. 15, 1. Gal. 6, 2. Ap. 2, 2 s. (Epict. diss. 1, 3, 2. Anthol. 5, 9, 3; quo sensu Graecis usitatius est *φέρειν*). — 2) simpliciter *fero, porto;* Mt. 3, 11. Mc. 14, 13. Lc. 7, 14. 22, 10. Ap. 17, 7; passiv. Act. 3, 2. 21, 35; — *τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν*, ita ferre, ut sit coram gentibus, h. e. praedicando notitiam nominis mei perferre ad gentes, Act. 9, 15. — *gesto*, Lc. 10, 4; Gal. 6, 17; de utero foetum gestante, Lc. 11, 27; *sustineo*, i. e. *fulcio*, Ro. 11, 18. — 3) ex usu Atticis alieno: *aufero, asporto; νόσους*, sanando tollere s. removere, Mt. 8, 17 (Galen. de compos. medicam. 2: *ψώρας τε θεραπεύει καὶ ὑπώπια βαστάζει*); — Jo. 12, 6 (*ἐβάσταζε*, furtim seponere solebat); 20, 15 (Pol. 1, 48, 2: *ὁ ἄνεμος τοὺς πύργους τῇ βίᾳ βαστάζει*. Apollod. bibl. 2, 6. 2. 3, 4, 3. Athen. 2, p. 46 s. 15, p. 693 a; permultos e Josepho locos affert *Krebs* Observ. e Jos. p. 152 ss.)*

*βάτος, ου, ἡ* et (Mc. 12, 26 ap. *Grsb.*, *Lchm.*, *Tdf.* *Trg.*) *ὁ* (hoc, ut *Moeris* docet, attice, illud hellenistice; cf. *Fritzsche* ad Mc. p. 532; *Win.* p. 62), *rubus, sentis;* Lc. 6, 44. Act. 7, 30. 35; *ἐπὶ τοῦ* (*τῆς*) *βάτου*, *beim Dornbusch*, h. e. ubi de rubo narratur, Mc. 12, 26. Lc. 20, 37; cf. *Fritzsche* ad Ro. 11, 2.*

*βάτος, ου, ὁ*, hebr. בַּת, *batus*, genus mensurae liquidorum apud Judaeos capientis LXXII sextarios (Jos. ant. 8, 2, 9). Lc. 16, 6.*

*βάτραχος, ου, ὁ, rana;* inde ab Hom., Ap. 16, 13.*

*βαττολογέω* (*Tdf.* *βατταλ.*), *ῶ*, aor. conj. *ήσω*, *a*) *balbutio*, et quum balbutientes eosdem sonos repetere soleant, est *b*) *eadem loquendo repeto, multa et inania verba facio, blatero, garrio;* ita Mt. 6, 7., ubi explicatur nomine *τῆς πολυλογίας*, Vulg.: *multum loqui;* cf. *Tholuck.* ad l. Quod verbum putant alii dictum esse a Batto, rege cyrenaico, qui balbutiisse fertur (Hdt. 4, 155), alii a Batto, quodam longorum et verbosorum carminum auctore; sed si verbum *βατταρίζειν*, quod idem significat, et *βάρβαρος* (q. v.) contuleris, longe probabilius putatur esse e genere *τῶν ὀνοματοπεποιημένων*. (Simplic. in Epict. p. 340 ed. Schweigh.)*

*βδέλυγμα, τος, τό* (*βδελύσσομαι*), vox solum biblica et ecclesiastica, ap. LXX plerumque = תּוֹעֵבָה, etiam = שִׁקּוּץ et שֶׁקֶץ, *res tetra* (id quod ob foetorem abominationi est), *res detestabilis; abominamentum* (Tertull.); *Luth.: Greuel; a*) universe,

Lc. 16, 15. — *b*) in V. T. dic. persaepe de idolis et rebus ad idololatriam pertinentibus Israelitarum populo abominandis, velut 3 Reg. 11, 5. 21, 26. 4 Reg. 16, 3. 21, 2. 3 Esr. 7, 13. Sap. 12, 23. 14, 11; hinc in N. T. Ap. 17, 4 s. de idololatria ejusque flagitiis; *ποιεῖν βδέλυγμα κ. ψεῦδος*, Ap. 21, 27. — *c*) locutione *τὸ βδ. τῆς ἐρημώσεως*, *detestabile illud, quo vastatio efficitur*, Mt. 24, 15. Mc. 13, 14 (1 Macc. 1, 54), tristissimum aliquod belli judaici eventum designari videtur, quo templum misere profanabatur, fortasse illud, quod a Jos. b. j. 4, 9, 11 s. narratur. (LXX Dan. 11, 31. 12, 1. *βδ. ἐρημώσεως* dic. pro שִׁקּוּץ שֹׁמֵם et שׁ׳ מְשֹׁמֵם Dan. 9, 27. *βδ. ἐρημώσεων* pro שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם, *detestabile* [*detestabilia*] *a vastatore peractum*, h. e. non statua Jovis Olympii, sed idoli arula altari holocaustorum imposita; cf. *Grimm* ad 1 Macc. p. 31. *Hengstenberg* Authentie des Daniel p. 85 s.)*

*βδελυκτός, ή, όν* (*βδελύσσομαι*), *abominandus, detestabilis*, Tit. 1, 16. (praeterea tantum Prov. 17, 15. Sir. 41, 5. 2 Macc. 1, 27.)

*βδελύσσω* (*βδέω*, tacite foedum flatum e ventre edo, foeteo), 1) *foedum reddo, abominandum facio; τὴν ὀσμήν*, Ex. 5, 21; inquino, contamino: *τὰς ψυχάς, τ. ψυχήν*, Lev. 11, 43. 20, 25. 1 Macc. 1, 48; ptcp. pf. pass. *ἐβδελυγμένος*, *abominatus*, Ap. 21, 8. (Lev. 18, 30. Prov. 8, 7. Job. 15, 16. 3 Macc. 6, 9; *βδελυσσόμενος* 2 Macc. 5, 8.) Apud Graecos neque activum neque passivum habetur. — 2) *βδελύσσομαι*, deponens medium (aor. 1 *ἐβδελυξάμην* saepe ap. LXX; —ap. Graecos depon. *passiv.* et quidem inde ab Aristoph.), pr. *ob foetorem aversor*; transl. *abominor, detestor; τί*, Ro. 2, 22.*

*βέβαιος, αία, ον* (*ΒΑΩ, βαίνω*), *stabilis, firmus*; pr. *ἄγκυρα*, Heb. 6, 19; transl. *certus; cui confidendum est; ἐπαγγελία*, Ro. 4, 16; *κλῆσις καὶ ἐκλογή* 2 Pet. 1, 10; *λόγος προφητικός*, 2 Pet. 1, 19; qui non labefactatur, sibi constans, Heb. 3, 14; *ἐλπίς* 2 Co. 1, 7 (4 Macc. 17, 4); *παῤῥησία*, Heb. 3, 6; ratus ideoque inviolabilis, *λόγος* Heb. 2, 2; *διαθήκη*, Heb. 9, 17. (Iisdem significatibus ap. Graecos inde ab Hdt)*

*βεβαιόω, ῶ*, f. *ώσω*, aor. 1. *ἐβεβαίωσα*, aor. 1. pass. *ἐβεβαιώθην* (*βέβαιος*), *firmum reddo, stabilio, firmo, confirmo, certum facio; τὸν λόγον*, ejus veritatem et divinitatem comprobo, Mc. 16, 15; *τὰς ἐπαγγελίας*, promissionum veracitatem eventu comprobo, h. e. promissa impleo, Ro. 15, 8 (ita etiam ap. Graecos, velut Diod. 1, 5); passiv., *τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ*, 1 Co. 1, 6; *ἡ σωτηρία - - εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη*, constr. praegnans ita resolvenda: *εἰς ἡμᾶς παρεδόθη καὶ ἐν ἡμῖν βέβαιος ἐγένετο*, Heb. 2, 3 coll. vs. 2; v. in *βέβαιος*. — dic. de hominibus, quorum animi firmi, constantes redduntur, Heb. 13, 9. 1 Co 1, 8 (*βεβαιώσει ὑμᾶς ἀνεγκλήτους*, ita vox firmabit, ut sitis irreprehensi); 2 Co. 1, 21 (*βεβαιῶν ἡμᾶς εἰς Χριστόν*, efficiens, ut stabiles simus in consortio Christi; cf. *Meyer* ad l.); *ἐν τῇ πίστει*, Col. 2, 7. (ap. Graecos inde a Thuc. et Plat.)*

*βεβαίωσις, εως, ἡ* (*βεβαιόω*), *confirmatio; τοῦ εὐαγγελίου*, Phil. 1, 7; *εἰς βεβαίωσιν*, ad fidem faciendam, Heb. 6, 16. (Sap. 6, 19. — Thuc. Plut. Dio Cass.)*

*βέβηλος, ον* (*ΒΑΩ, βαίνω, βηλός*, limen), 1) *ad quod adire, quod calcare cuilibet fas est*; pr. dic. de locis; hinc 2) *profanus* = חֹל, Lev. 10, 10. 1 Sam. 21. 4., opp. *ἅγιος* (ut ap. Phil. vit. Mos. III, §. 18 in fine); 1 Tim. 4, 7. 6, 20. 2 Tim. 2, 16; de hominibus: *impius*, 1 Tim. 1, 9. Heb. 12, 16. (saepe ap. Graecos inde ab Aeschylo.)*

*βεβηλόω, ῶ*, aor. 1. *ἐβεβήλωσα* (*βέβηλος*), *profano, violo; τὸ σάββατον*, Mt. 12, 5; *τὸ ἱερόν*, Act. 24, 6. (persaepe ap. LXX — חִלֵּל; Judith. 9, 8. 1 Macc. 2, 12 al. — Heliod. 2, 25.)*

*Βεελζεβούλ* et e nonnullorum testimoniorum scriptura *Βεελζεβούβ, ὁ*, indecl., *Beelzebul, Beelzebub*, nomen satanae, malorum geniorum principis; Mt. 10, 25. 12, 24. 27. Mc. 3, 22 Lc. 11, 15. 18. 19. Forma *Βεελζεβούλ* composita est e זְבוּל (rabbinice pro זֶבֶל, stercus) et בַּעַל, *dominus stercoris* s. *immunditiae* h. e. idololatriae; cf. *Lightfoot* ad Mt. 12, 24. Pauci illi, qui praeeunte Hieronymo formam *Βεελζεβούβ* praeferunt, repetunt nomen a בַּעַל זְבוּב, *domino muscarum*, Ecronitarum idolo (2 Reg. 1, 2), molestas muscas abigendi potestate praedito, quod nomen a Judaeis in satanam ignominiae causa translatum putant. Cf. quae uberius exponunt *Win.* RWB. s. v. *Beelzebub*; et *J. G. M*(*üller*) in *Herzog* Enc. 1, p. 768 ss. (Praeterea tantum in eccles. scriptis, velut Ev. Nicod. c. 1 s.)*

*Βελίαλ, ὁ* (בְּלִיַּעַל, malitia, nequitia), *Belial*, nomen satanae, 2 Co. 6, 15 in t. vulg. et *Lchm.* Sed praeferendum est *Βελίαρ*, q. v.

*Βελίαρ, ὁ*, indecl., *Beliar*, nomen satanae, 2 Co. 6, 15 *Grsb. Tdf. Trg.*, quod aut asperiori Syrorum pronuntiationi vocis *Βελίαλ* (q. v.) tribuendum (id quod plerique putant), aut ex בַּל יַעַר, *dominus silvae*, h. e. qui in silvis et desertis imperium exercet (cf. LXX Jes. 13, 21. Mt. 12, 43), ortum esse censendum est. (Saepe in eccles. scriptis.)*

*βελόνη, ης, ἡ* (*βέλος*), *a*) *cuspis hastae*; *b*) *acus*; Lc. 18, 25 *Lchm. Tdf. Trg.*; v. in *ῥαφίς*. (Aristoph., Aeschin. Aristot. al.; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 90.)

*βέλος, εος, τό* (*βάλλω*), *telum, jaculum, sagitta*; Eph. 6, 16.*

*βελτίων, ον*, genit. *ονος*, *melior*; neutrum adverbialiter 2 Tim. 1, 18.*

*Βενιαμίν, ὁ* (בִּנְיָמִין, h. e. בֶּן יָמִין, filius dexterae, h. e. felicitatis, Gen. 35, 18), *Benjamin*, filius Jacobi duodecimus; *φυλὴ Βενιαμίν*, tribus benjaminitica, Act. 13, 21. Ro. 11, 1. Phil. 3, 5. Ap. 7, 8.*

*Βερνίκη, ης, ἡ* (pro *Βερενίκη*, et hoc macedonice dic. pro *Φερενίκη*), *Bernice, Berenice*, filia Herodis Agrippae majoris, matrimonio juncta primum cum patruo suo Herode, Chalcidis rege, eo mortuo nupsit Polemoni, regi Ciliciae, eoque mox deserto ad fratrem Agrippam rediit, quocum prius vidua in incestu vixisse ferebatur, tandem aliquamdiu Titi imperatoris concubina (Jos. ant. 19, 5, 1. 20, 7, 1 et 3. Tacit. hist. 2, 2 et 81. Suet. Tit. 7); Act. 25, 13. 23. 26, 30. Cf. *Hausrath* in *Schenkel* BL. I, p. 396 ss.*

*Βέροια, ας, ἡ* (etiam *Βέῤῥοια*), *Beroea*, urbs macedonica prope Pellam ad montem Bermium sita; Act. 17, 10. 13.*

*Βεροιαῖος, α, ον*, *Beroënsis*, Act. 20, 4.

*Βηθαβαρά, ᾶς, ἡ* (בֵּית עֲבָרָה, locus trajectionis, i. e. ubi trajicitur, *Furthhausen*), *Bethabara*; Jo. 1, 28 in t. vulg.; v. in *Βηθανία*, n. 2.*

*Βηθανία, ας, ἡ* (בֵּית עֲנִיָּה, locus depressionis s. miseriae), *Bethania*; 1) oppidum vel vicus ultra montem oliveti situs, XV stadiis ab Hierosolymis distans, Jo. 11, 1. 18. 12, 1. Mt. 21, 17. 26, 6. Lc. 19, 29. 24, 50. Mc. 11, 1. 11 s. 14, 3; hodie viculus arabicus, *el-'Azirijeh* s. *el-'Azir* (quod arabicum nomen *Lasari* est) dictus, circiter XX—XXX familias complectens; cf. *Robinson* II, p. 309 ss. — 2) oppidum vel pagus ad orientalem Jordanis ripam situs, ubi Joannes baptizaverat; Jo. 1, 28 *Grsb. Lchm. Trg. Tdf.* Sed Origenes, etsi in sui aevi codd. fere omnibus *ἐν Βηθανίᾳ* legi profitens, tamen se, quum illas regiones peragraret, nullum locum ita dictum reperisse, sed locum, ubi Joannes

baptizasset, monstrari illic *Bethabaram* docet, id quod etiam Eusebius et Hieronymus, iidem regionis gnarissimi, tradunt. Unde Bethaniam post apostolorum tempus exstinctam nomine *Bethabarae* restitutam esse verisimillimum est; cf. *Lücke* ad l. p. 391 ss.

*Βηθεσδά, ἡ* (chald. בֵּית חֶסְדָּא, h. e. domus misericordiae s. locus excipiendis curandisque aegrotis inserviens), *Bethesda,* nomen piscinae prope portam oviariam Hierosolymae, cujus aquae vim medendi habebant, Jo. 5, 2. Qua in regione hodiernae urbis locus quaerendus sit, non satis constat; cf. *Win.* RWB. s. v. *Arnold* in *Herzog* Enc. 2, p. 117 s. *Robinson* II, p. 136 s. 158 s.*

*Βηθζαθά, ἡ* (fortasse chald. בֵּית זֵיתָא locus olearum, non autem, quod nonnulli conjiciunt, בֵּית חַדְתָּא, domus novitatis (*Neuhaus*), quum litteram ח in graecum ζ transire exemplis doceri nequeat), *Bethzatha,* Jo. 5, 2 *Tdf.* e lectione codd. ℵL al. testt. sine dubio vitiosa, sed a *Keimio* II, p. 177 approbata pro vulg. *Βηθεσθά,* q. v.

*Βηθλεέμ, ἡ* (ap. Joseph. non solum ita, sed etiam *Βηθλεέμη, ης,* ant. 6, 8, 1; 11, 7; *ἀπὸ Βηθλέμων,* 5, 2, 8; *ἐκ Βηθλεέμων,* 5, 9, 1), *Bethlehem* (בֵּית לֶחֶם, domus panis, *Brodhausen*), oppidulum a fertilitate soli ita dictum, sex milliariis romanis meridiem versus ab Hierosolymis distans, hodie *Beit lachm,* circiter 3—4000 incolarum; Mt. 2, 1. 5 s. 8. 16. Lc. 2, 4. 15. Jo. 7, 42. Cf. *Win.* RWB. s. v. *Robinson* II, p. 379 ss. *v. Raumer* p. 276 ss. *Tobler* Bethlehem in Palästina. Topograph. u. histor. geschildert. St. Gallen u. Bern. 1849.*

*Βηθσαϊδά,* et (Mt. 11, 21 t. vulg., *Grsb. Tdf. Βηθσαϊδάν*), *ἡ,* indecl., sed c. accusativo *Βηθσαϊδάν* (Syr.: ܒܝܬ ܨܝܕܐ, i. e. locus venationis vel piscationis, *Jagdhausen* vel *Fischhausen*), *Bethsaida;* 1) oppidulum (*πόλις* Jo. 1, 45) vel vicus (*κώμη* Mc. 8, 23) in ripa lacus Genesaret occidentali, Jo. 1, 45. Mt. 11, 21. Mc. 6, 45. Lc. 10, 13. Jo. 12, 21 (ubi add. *τῆς Γαλιλαίας*). — 2) vicus in Gaulanitide inferiore ad orientalem lacus Genesaret ripam non procul a loco, quo Jordanes in lacum se fundit, situs, a Philippo tetrarcha incolis ita auctus, ut in oppidis numeraretur, et in honorem Juliae, Augusti imperatoris filiae, *Julias* appellatus (Jos. antt. 18, 2, 1. Plin. h. n. 5, 15), quam urbem multi intpp. apud. Lc. 9, 10 intelligendam putant propter Mc. 6, 32. 45. Jo. 6, 1., aliis evangelistas inter se discrepare statuentibus. Cf. *Win.* RWB. s. v. *v. Raumer* p. 109 ss.*

*Βηθφαγή, ἡ,* indecl. (ex פַּג et בֵּית, domus grossorum), *Bethphage,* nomen villae vel vici (Euseb. eam *κώμην,* Hieron. *villullam* nominat), ad montem olivarum prope Bethaniam siti; Mt. 21, 1. Mc. 11, 1 t. vulg *Grsb. Trg.;* Lc. 19, 29.*

*βῆμα, τος, τό* (ab inus. *βάω, βίβημι = βαίνω*), 1) *gressus, passus; βῆμα ποδός,* spatium, quod planta pedis calcatur; latum pedem, Act. 7, 5 (= מִדְרַךְ כַּף־רָגֶל Deut. 2, 5 coll. Xen. an. 4, 7, 4. Xen. Cyr. 7, 5, 6). — 2) *editus locus, ad quem per gradus adscenditur; suggestus;* dic. de tribunali judicum Mt. 27, 19. Jo. 19, 13. Act. 18, 12. 16 s. 25, 6. 10; Christi judicis, Ro. 14, 10 (*Lchm. Tdf. Trg. τοῦ θεοῦ*); 2 Co. 5, 10; de suggestu, throni speciem referente, quem in theatro caesareensi Herodes exstruxerat, unde et spectabat ludos et verba faciebat in concione, Act. 12, 21. (de oratorum suggestu 2 Macc. 13, 26. Neh. 8, 4. Xen. mem. 3, 6, 1. Hdian. 2, 10, 2.)*

*βήρυλλος, ου, ὁ, ἡ, beryllus,* gemma coloris viridis languidioris (Plin. h. n. 37, 20), Ap. 21, 20. (Tob. 13, 17; neutr. *βηρύλλιον* = שֹׁהַם Ex. 28, 20. 39, 11.) Cf. *Win.* RWB. s. v. *Edelsteine.**

*βία, ας, ἡ,* 1) *robur,* tum corporis, tum animi, Hom. et sqq. 2) *vis violenter efficax; μετὰ βίας,* vi adhibita, Act. 5, 26. 24, 7; impetus, *τῶν κυμάτων,* 27, 41; *διὰ τ. βίαν τοῦ ὄχλου,* vehementer urgente populo, 21, 35.*

*βιάζω* (*βία*), *vi utor, vim adhibeo; τινά, cogo, vim infero alicui;* activum perraro obvenit et fere solum ap. poetas; pass. Mt. 11, 12 *ἡ βασιλεία οὐρ. βιάζεται, regnum coelorum* (*wird erstürmt*), *expugnatur,* h. e. fervidissimo studio et omni virium contentione appetitur regni coel. consortium; cf. Xen. Hell. 5, 2, 15: *πόλεις τὰς βεβιασμένας.* Quod alii explicant: *regnum dei vim patitur* sc. per adversarios, id neque tempori, quo Christus haec verba loquitur, neque contextui orationis convenit; cf. *Fritzsche, de Wette, Meyer* ad l. — Med. *βιάζομαι* sq. *εἴς τι, violenter ingredior in aliquid* (*εἰς τὴν Ποτίδαιαν,* Thuc. 1, 6; *ἐς τὰ ἔξω,* 7, 69; *εἰς τὴν παρεμβολήν,* Pol. 1, 74, 5; *εἰς τὰ ἐντός,* Philo vit. Mos. 1, §. 19; *εἰς τὸ στρατόπεδον,* Plut. Otho 12 al.), *εἰς τ. βασιλείαν τοῦ θεοῦ,* omni studii fervore et virium contentione consortium regni div. sibi acquirere, Lc. 16, 16.*

*βίαιος, α, ον* (*βία*), *violentus, vehemens;* Act. 2, 2. (apud Graecos inde ab Hom.)*

*βιαστής, οῦ, ὁ* (*βιάζω*), 1) *validus, fortis;* Pind. Ol. 9, 114. Pyth. 4, 420. — 2) *qui vim infert, violentus,* Philo agric. §. 19. — Mt. 11, 12 *βιασταί* dicuntur, a quibus regnum dei *βιάζεται,* h. i. qui omni studio et contentione ejus consortium appetunt.*

*βιβλαρίδιον, ου, τό* (deminutivum deminutivi *βιβλάριον* ab *ἡ βίβλος*), *libellus;* Ap. 10, 2. 8—10. Apud profanos non exstat. Cf. *Win.* p. 91.*

*βιβλιδάριον, ου, τό* (e *βιβλίδιον,* ut *ἱματιδάριον* ex *ἱματίδιον*), *libellus;* Ap. 10, 8 *Tdf.* ed. VII. (Arstph. Fragm.)*

*βιβλίον, ου, τό* (deminut. vocis *βίβλος*), *libellus, volumen;* Lc. 4, 17. 20. Jo. 20, 30. Gal. 3, 10. 2 Tim. 4, 13 al.; documentum scriptum; scheda, in qua aliquid scriptum est, *β. ἀποστασίου,* Mt. 19, 7. Mc. 10, 4; v. in *ἀποστάσιον.* — *βιβλίον ζωῆς,* index eorum, quibus deus salutem aeternam decrevit, Ap. 13, 8. 17, 8. 20, 12. 21, 17; v. in *ζωή.*

*βίβλος, ου, ἡ* (s. potius *ἡ βύβλος,* planta, cui nomen papyrus [Theophr. hist. plant. 4, 9], e cujus libro charta conficiebatur), *liber scriptus, volumen;* Mt. 1, 1. Lc. 3. 4. Mc. 12, 26. Act. 1, 20; *τῆς ζωῆς,* Phil. 4, 3. Ap. 3, 5 al.; v. in *βιβλίον.*

*βιβρώσκω,* pf. *βέβρωκα, comedo;* Jo. 6, 13. (ap. Graecos inde ab Hom.; saepius ap. LXX.)*

*Βιθυνία, ας, ἡ, Bithynia,* provincia Asiae minoris, adjacens Ponto Euxino, Propontidi, Mysiae, Phrygiae, Galatiae, Paphlagoniae, Act. 16, 7. 1 Pet. 1, 1.*

*βίος, ου, ὁ, a*) *vita, quam vivimus,* Lc. 8, 14. 1 Tim. 2, 2. 2 Tim. 2, 4. 1 Jo. 2, 16. 1 Pet. 4, 3. — *b*) (ut saepe apud Graecos inde ab Hes. op. 230. 575; Hdt. Xen.) id, quo vita sustentatur, *opes, facultates;* Mt. 12, 44. Lc. 8, 43. 15, 12. 30. 21, 4. 1 Jo. 3, 17. (= לֶחֶם Prov. 31, 14.)*

*βιόω, ῶ,* inf. aor. 1. *βιῶσαι,* pro quo Atticis usitatior est inf. aor. 2. *βιῶναι,* cf. *Win.* p. 80 (*βίος*), *vitam ago, vivo; τὸν χρόνον,* tempus transigere, 1 Pet. 4, 2. (Job. 29, 18; *ἡμέρας,* Xen. mem. 4, 8, 2.)*

*βίωσις, εως, ἡ, vivendi et agendi ratio;* Act. 26, 4. (Sir. prolog. 1: *διὰ τῆς ἐννόμου βιώσεως.* — ap. profanos non exstat.)*

*βιωτικός, ἡ, όν, ad vitam et res hujus vitae pertinens;* Lc. 21, 34. 1 Co. 6, 3 s. (Vox, Atticis non usitata, primum offenditur ap. Arist. h. a. 10, 16; saepe dicitur *χρεῖαι βιωτικαί,* ut Pol. 4, 73, 8. Philo

vit. Mos. III, §. 18 in fine; Diod. 2, 19. Artemid. oneir. 1, 31. p. 30. Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 355.)*

*βλαβερός, ά, όν* (*βλάπτω*), *noxius, perniciosus* (Xen. mem. 1, 5, 3 opp. *ὠφέλιμος*); 1 Tim. 6, 9 *ἐπιθυμίαι βλαβεραί* coll. *ἡδοναὶ βλ.* Xen. mem. 1, 3, 11. (persaepe ap. Graecos inde ab Hom.; semel ap. LXX, Prov. 10, 26.)*

*βλάπτω,* f. *ψω,* aor. 1. *ἔβλαψα, noceo, laedo, τινά,* Mc. 16, 18. Lc. 4, 35. (persaepe ap. Graecos inde ab Hom.; Tob. 12, 2. 2 Macc. 12, 22 al.)*

*βλαστάνω,* 3 ps. praes. conj. *βλαστᾷ* a forma *βλαστάω,* Mc. 4, 27 *Trg. Tdf.* (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 48), aor. 1. *ἐβλάστησα* (cf. *Win.* p. 80), 1) intrans., *progermino, frondesco;* Mc. 4, 27. Mt. 13, 26. Heb. 9, 4. (Num. 17, 8. Joel 2, 22 al.; ap. Graecos inde a Pind.) — 2) ap. Graecos inferioris aetatis transit., *produco; τὸν καρπόν,* Jac. 5, 18. (Gen. 1, 11 al.)*

*Βλάστος, ου, ὁ, Blastus,* praefectus cubiculo Herodis regis; Act. 12, 20.

*βλασφημέω, ῶ,* impf. *ἐβλασφήμουν,* aor. 1. *ἐβλασφήμησα,* fut. 1. pass. *βλασφημηθήσομαι* (*βλάσφημος* q. v.), *contumeliosa loquor, convicia facio, convicior, calumnior,* Vulg.: *blasphemo;* absol. Lc. 22, 65. Act. 13, 45. 18, 6. 26, 11. 1 Tim. 1, 20. 1 Pet. 4, 4; — c. accus. personae vel rei (ut ap. Graecos inferioris aetatis, Joseph. Plut. Appian. al.), Mt. 27, 39. Mc. 3, 28 (*Tdf.*); 15, 29. Lc. 23, 39. Tit. 3, 2. Jac. 2, 7. 2 Pet. 2, 10 (de quo l. v. in *ἀγνοέω,* p. 5); Jud. vs. 10; c. nomine conjugato *βλασφημίαν,* convicium proferre (Plat. legg. 7, p. 800 c.; v. in *ἀγαπάω*), Mc. 3, 28 t. vulg., *Grsb.* (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* *ὅσα* pro *ὅσας*). — Passiv. *βλασφημοῦμαι, calumniose de me dicitur, convicium in me ingeritur, conviciis incessor;* Ro. 3, 8. 14, 16. 1 Co. 4, 13 (*Tdf. δυσφημούμενοι*); 10, 30. Tit. 2, 5. 2 Pet. 2, 2; *τὸ ὄνομά τινος,* Ro. 2, 24. 1 Tim. 6, 1. — Speciatim de iis dic., qui contumeliosis verbis reverentiam deo vel rebus ad eum pertinentibus debitam consulto negligunt (= גִּדֵּף 2 Reg. 19, 6. 22 coll. vs. 4; cf. *Grimm* ad 2 Macc. 10, 34); absol.: Mt. 9, 3. 26, 65. (Mc. 2, 7. *Lchm. Tdf. Trg.*) *τὸν θεόν,* Ap. 16, 11. 21; *τὴν θεάν* Act. 19, 37 (*Grsb. Lchm. Tdf. Trg. τὴν θεόν*); *τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ,* Ap. 13, 6. 9; *τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ,* 1 Pet. 4, 14 t. vulg.; *δόξας,* Jud. vs. 8. 2 Pet. 2, 10 (v. in *δόξα*); *εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγ.,* Mc. 3, 29. Lc. 12, 10 (*εἰς θεούς,* Plat. rep. 2, p. 381). — Graeci antiquiores dicunt *βλασφ. εἴς τινα, περί* aut *κατά τινος.**

*βλασφημία, ας, ἡ, convicium;* Vulg. *blasphemia; a*) univ. *calumnia, obtrectatio, effatum, quo aliorum famae injuste nocetur;* Mt. 12, 31. 15, 19. Mc. 3, 28. 7, 22. Eph. 4, 31. Col. 3, 8. 1 Tim. 6, 4. Jud. vs. 9 (*κρίσις βλασφημίας,* i. q. *κρίσις βλάσφημος* 2 Pet. 2, 11, sententia contumeliosis verbis pronuntiata); Ap. 2, 9. — *b*) speciatim *impie et contumeliose dictum, quo summi numinis laeditur majestas;* Mt. 26, 65. Mc. 2, 7. 14, 64. Lc. 5, 21. Jo. 10, 33. Ap. 13, 5; *ὀνόματα βλασφημίας,* i. q. *βλάσφημα* (cf. *Win.* p. 222), Ap. 13, 1. 17, 1; *τοῦ πνεύματος,* genit. obj., Mt. 12, 31; *πρὸς τὸν θεόν,* Ap. 13, 6. (Eur. Plat. Demosth. al.; = נֶאָצָה Ez. 35, 12.)*

*βλάσφημος, ον* (*βλάξ,* piger, stolidus, et *φήμη,* fama), *maledicus, contumeliosus, convicia faciens;* Act. 6, 11 (*ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωϋσῆν καὶ τὸν θεόν*); 2 Pet. 2, 11 (de quo loco v. in *βλασφημία*); Ap. 13, 5; *βλάσφημος* substantive 1 Tim. 1, 13. 2 Tim. 3, 2. (Jes. 66, 3. Sap. 1, 6. Sir. 3, 16. 2 Macc. 9, 28; ap. Graecos inde a Demosth.)*

*βλέμμα, τος, τό* (*βλέπω,* pf. pass. *βέβλεμμαι*), *visus, adspectus; βλέμματι κ. ἀκοῇ,* videndo audiendoque, 2 Pet. 2, 8. (Eur. Aristoph. Dem. Plut. al.)*

*βλέπω,* f. *ψω,* aor. 1. *ἔβλεψα,* ap. LXX = רָאָה, פָּנָה, הִבִּיט, חָזָה, ap. Graecos inde ab Aeschylo, *video, cerno;* 1) *corporis oculis; a*) *visu praeditus sum, facultatem videndi habeo; cernere possum,* opp. *τυφλός,* Mt. 12, 22. 13, 16. 15, 31. Jo. 9, 7. 15. 19. 25. Act. 9, 9. Ro. 11, 8. 10. Ap. 3, 18 al. (Soph. Oed. Col. 73. Ar. Plut. 15. Xen. mem. 1, 3, 4. Ael. v. h. 6, 12 al. — Exod. 4, 11. 23, 8 al Tob. 1, 16). *τὸ βλέπειν,* visus. facultas videndi, Lc. 7, 21 (*Lchm. Tdf. Trg.* omittunt *τό*). — *b*) oculorum usu percipio, *conspicio, conspicor* (*erblicken*); *α*) absol., *βλεπόντων αὐτῶν,* conspicientibus iis, in eorum conspectu, Act. 1, 9; *ἔρχου καὶ βλέπε,* Ap. 6, 1. 3. 5. 7 t. vulg. — *β*) c. accus. personae vel rei, Mt. 7, 3. 11, 4. 24, 2. Mt. 5, 31. 8, 23 s. 13, 2. Lc. 6, 41. 24, 12. Jo. 1, 29. Act. 4, 14 al.; *τὴν φωνήν,* eum, qui vocem ederet, Ap. 1, 12; *ὅραμα* Act. 12, 9; *τὸ πρόσωπόν τινος,* dicitur is, cui aditus ad aliquem patet, ut proceribus regni, ministris et amicis ad regem (רֹאֵי פְנֵי הַמֶּלֶךְ 2 Reg. 25, 19. Jer. 52, 25. Esth. 1, 14), unde Mt. 18, 10 intelligendi sunt angeli intimae admissionis s. supremi ordinis (v. in *ἀρχάγγελος*). — pass. *τὰ βλεπόμενα,* quae oculis cernuntur, 2 Co. 4, 18. Heb. 11, 3 (ubi *Lchm. Tdf. Trg. τὸ βλεπόμενον,* complexus eorum, quae conspiciuntur); *ἐλπὶς βλεπομένη,* spes rerum quae conspiciuntur, h. e. adsunt, Ro. 8, 24. — *c*) converto oculos in aliquid, *adspicio, intueor, specto* (*anblicken, beschauen*); *γυναῖκα,* Mt. 5, 28; *εἴς τι, τινα,* Lc. 9, 62. Jo. 13, 22. Act. 3, 4; *εἰς τ. οὐρανόν,* Act. 1, 11 *Tdf. Trg.;* sensu *inspiciendi, βιβλίον,* Ap. 5, 3 s. — universe: *d*) *sensu percipio, sentio; τὸν ἄνεμον ἰσχυρόν,* Mt. 14, 30. (*κτύπον δέδορκα,* Aesch. sept. 100.) — *e*) *usu cognosco, experior; τί,* Ro. 7, 23; sq. *ὅτι,* 2 Co. 7, 8; per attract. *τὸ θηρίον, ὅτι κτλ.* Ap. 17, 8; *ὑπὲρ ὃ βλέπει με* = *ὑπὲρ τοῦτο, ὃ βλέπει με ὄντα,* ne majorem me censeat. quam me esse cognoscit, 2 Co. 12, 6. — 2) metaph. *animi oculis video;* — *a*) *facultatem intelligendi habeo; βλέποντες οὐ βλέπουσι,* intelligendi facultate instructi non intelligunt, Mt. 13, 13. Lc. 8, 10. — *b*) *mente cerno, animadverto, percipio, cognosco, intelligo;* absol. *δι' ἐσόπτρου,* 1 Co. 13, 12; de deo omniscio *βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, videns in occulto,* ubi homo nihil cernit, Mt. 6, 4. 6. 18; *ἐγγίζουσαν τὴν ἡμέραν,* Heb. 10, 25 (e quibusdam externis signis); *Ἰησοῦν -- ἐστεφανωμένον,* cernimus (ex ejus resurrectione atque e spiritus s. effectis et testimoniis) Jesum coronatum, Heb. 2, 9; sq. *ὅτι,* 3, 19. Jac. 2, 22. — *c*) *mentem adverto, attendo animum ad aliquid, considero, respicio, rationem habeo;* absol. *βλέπετε.* germ. *habt Acht,* Mc. 13, 23. 33; c. accus. rei vel personae, 1 Co. 1, 26. 10, 18. 2 Co. 10, 7. Phil. 3, 2. Col. 2, 15; sq. *πῶς* c. indicat. Lc. 8, 18. 1 Co. 3, 10. Eph. 5, 15; *perpendo,* sq. *τί* interrog. c. indicativo Mc. 4, 24; *εἰς πρόσωπόν τινος,* intueor, h. e. respicio alicujus externam conditionem, dic. de iis, qui partium studio ducuntur, Mt. 22, 16. Mc. 12, 14. Ex usu Graecis inusitato dic. *ἑαυτὸν βλέπειν, ad semet ipsum attendere* = *sibi cavere,* Mc. 13, 9; sq. *ἵνα μή,* 2 Jo. 8; *βλέπειν ἀπό τινος,* germ. *Acht haben von wegen* = *sibi cavere ab aliquo,* Mc. 8, 15. 12, 38; sensu *providendi, curandi* pr. (*Acht haben*), sq. *ἵνα,* 1 Co. 16, 10; sq. *μή* c. conj. aor. Mt. 24, 4. Mc. 13, 5. Lc. 21, 8. Act. 13, 40. 1 Co. 8, 9. 10, 12. Gal. 5, 15. Heb. 12, 25; sq. *μή* cum fut. indic., Col. 2, 8. Heb. 3, 12. Graeci: *ὁρᾶν, μή.* — 3) sensu geographico ut lat. *specto* de locis montibus, aedificiis al. regionem aliquam versus sitis, quasi vultum ad eam vertentibus, sq. *κατά* c. acc.; Act. 27, 12. (LXX Ez. 11, 1; *πρός* Xen. Hell. 7, 1, 6. mem. 3, 8, 9. Hdian. 6, 5, 2. Diog. Laert. 1, 2; LXX Ez. 9, 2. 40, 24; *εἰς* 8, 3 al.)

βλητέος, έα, έον (βάλλω), *conjiciendus, fundendus* (v. in βάλλω no. 2); obvenit solum neutr. Mc. 2, 22 (t. vulg. *Grsb. Lchm.*); Lc. 5, 39 βλητέον ἐστὶ sq. acc. τὸν οἶνον, cf. *Matth.* §. 447, 3, a. (Praeterea exstat tantum ap. Basil. I, p. 137 c.)

Βοανεργές (*Lchm. Tdf. Trg.* Βοανηργές), *Boanerges*, vox hebr. בְּנֵי רֶגֶשׁ, i. e. *filii tonitru* (ut ipse Marcus interpretatur), h. e. *tonantes*, Mc. 3, 17; ְ pronuntiatum *boa*, ut Noabhyim pro Nebhyim; v. *Lightfoot* hor. hebr. ad h. l.; רֶגֶשׁ, Ps. 55, 5 *fremens strepensque hominum turba*, ap. Syros significasse videtur *tonitru*, ut nomine Βοανεργές effervescens perdendi cupido procellosae tempestati comparanda significari et ad factum Lc. 9, 34 narratum respici videatur.*

βοάω, ῶ, aor. 1. ἐβόησα (βοή), inde ab Hom., ap. LXX plerumque = קָרָא, זָעַק, צָעַק, *boo, clamo, vociferor;* 1) *clamorem tollo*, de laetantibus, Gal. 4, 27 (e Jes. 54, 1); de dolentibus, Mt. 27, 46 *Trg.;* Act. 8, 7. — 2) *alta et intenta voce dico;* Mt. 3, 3. Mc. 1, 3. Lc. 3, 4. Jo. 1, 23 (e Jes. 40, 3); Mc. 15, 34. Lc. 9, 38. (*Lchm. Tdf. Trg.*); Act. 17, 6. 21, 34 (t. vulg. et *Grsb.*); 25, 24 (*Lchm. Tdf. Trg.*). — 3) πρός τινα, *alicujus auxilium imploro*, Lc. 18, 7 (1 Sam. 7, 8. 1 Chr. 5, 20. Hos. 7, 14 al. = זָעַק אֶל).*

Βοές, v. in Βοόζ.

βοή, ῆς, ἡ, *clamor;* Jac. 5, 4 (vindictam implorantium). Ap. Graecos inde ab Hom.*

βοήθεια, ας, ἡ (v. in βοηθέω), *auxilium*, Heb. 4, 16. (saepe ap. LXX potissimum = עֶזְרָה et עֵזֶר; ap. Graecos inde a Thuc. et Xen.); plur. *adminicula*, Act. 27, 17.*

βοηθέω, ῶ, aor. 1. ἐβοήθησα (ex βοή, clamor, et θέω, curro), ap. LXX potissimum = עָזַר; ap. Graecos inde ab Hdt., pr. *ad clamorem* (periclitantium) *accurro;* hinc univ. *auxilior, opem fero;* τινί, Mt. 15, 25. Mc. 9, 22. 24 (βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ, „quod fiduciae meae deest bonitate tua supple," *Grot.*); Act. 16, 9. 21, 28. 2 Co. 6, 2. Hes. 2, 18. Ap. 12, 16.*

βοηθός, όν, *auxilians* (νῆες, Hdt. 5, 97; στήριγμα Tob. 8, 6); plerumque substantive, *auxiliator*, Heb. 13, 6 (de deo e Ps. 118, 7 ut persaepe ap. LXX).*

βόθυνος, ου, ὁ, *fovea, scrobs;* Mt. 12, 11. 15, 14. Lc. 6, 39. (Solon in *Bekkeri* Anecd. 85. Xen. oec. 19, 3. Theophr. hist. pl. 4, 22. — LXX 2 Sam. 18, 17 al.)*

βολή, ῆς, ἡ (βάλλω), *jactus;* ὡσεὶ λίθου βολήν, *fere lapidis jactum*, tantum spatii, quantum lapis manu jacitur, Lc. 22, 41 (ὡσεὶ τόξου βολήν Gen. 21, 16; μέχρι λίθου κ. ἀκοντίου βολῆς, Thuc. 5, 65; ἐξ ἀκοντίου βολῆς, Xen. Hell. 4, 5, 15).*

βολίζω, aor. 1. ἐβόλισα (βολίς, jaculum; bolis, i. e. perpendiculum nauticum, quo explorant nautae maris altitudinem,' *Senkblei*), *bolidem* i. e. *perpendiculum nauticum demitto;* Act. 27, 28. (praeterea ap. solum Eustath.)*

βολίς, ίδος, ἡ (βάλλω), *telum, jaculum;* Heb. 12, 20 in t. vulg. ex Exod. 19, 13. (Neh. 4, 17. Num. 24, 8. Plut. Demetr. 3.)*

Βοόζ (*Tdf.* Βοές), ὁ (בֹּעַז, alacritas), *Boos, Boas*, Ruthae propinquus et postea maritus (Ruth. 2, 1 ss. 1 Chr. 2, 11); Mt. 1, 5. Lc. 3, 32.*

βόρβορος, ου, ὁ, *stercus, coenum;* 2 Pet. 2, 22. (LXX. — Aeschyl. Aristoph. Plat. sqq.; ἐν βορβόρῳ κυλίεσθαι, de improbis, Epict. diss. 4, 11.)*

βοῤῥᾶς, ᾶ, ὁ (= βορέας, έου), persaepe ap. LXX pro צָפוֹן, 1) *boreas; aquilo, Nord-Nord-Ost.* — 2) *plaga septentrionalis*, Lc. 13, 29. Ap. 21, 13.*

βόσκω, ut ap. Graecos inde ab Hom., *pasco;* χοίρους, Mc. 5, 14. Lc. 15, 15; ἀρνία, πρόβατα, Jo. 21, 15. 17 (in imagine, qua doctoris christiani officium saluti sociorum coetus christiani omni modo prospiciendi adumbratur); ὁ βόσκων, pastor, Mt. 8, 33. Lc. 8, 34. — Pass. et med. de gregibus, *pascor;* Mc. 5, 11. Mt. 8, 30. Lc. 8, 32. (ap. LXX = רָעָה.)*

Βοσόρ, ὁ (בְּעוֹר, fax, lampas, LXX Βεώρ, Num. 22, 5. 31, 8. Deut. 23, 4; e permutatione litterae ע in σ Βοσόρ), *Bosor*, pater Bileami; 2 Pet. 2, 15.

βοτάνη, ης, ἡ (βόσκω), pr. *herba ad pascendum idonea, herba in agro virens;* Heb. 6, 7. (Hom. Pind. Plat. Eur. Diod. Ael. al. — LXX pro דֶּשֶׁא, חָצִיר, עֵשֶׂב.)*

βότρυς, υος, ὁ, *uva;* Ap. 14, 18. (Gen. 40, 10. Num. 13, 23 s. — ap. Graecos inde ab Hom.)*

βουλευτής, οῦ, ὁ, *consiliarius, senator, buleuta* (Plin. epp.), primum ap. Hom. Il. 6, 114; dic. de assessore synedrii magni Mc. 15, 43. Lc. 23, 50. (Job. 3, 14. 12, 17.)*

βουλεύω, aor. 1. med. ἐβουλευσάμην, 1) *delibero, consilium capio, decerno, consilium do* (Jes. 23, 8). 2) *senator sum, senatoris munus administro*, Xen. mem. 1, 1, 18. Plat. Gorg. p. 473 e. — In N. T. med. 1) *mecum delibero;* seq. εἰ, Lc. 14, 31. (Xen. mem. 3, 6, 8.) — 2) *consilium capio, decerno;* seq. infin. Act. 5, 33. 15, 37. 27, 39; τί, 2 Co. 1, 17; sq. ἵνα, Jo. 11, 53 (*Lchm. Tdf. Trg.*); 12, 10.*

βουλή, ῆς, ἡ (βούλομαι), inde ab Hom.; saepe ap. LXX = עֵצָה, *consilium, quod capitur, decretum;* Lc. 23, 51 (ubi distinguitur ἡ πρᾶξις); Act. 5, 38. 27, 12 (v. in τίθημι); 42; plur. 1 Co. 5, 4; βουλὴ τοῦ θεοῦ, Act. 13, 36; dic. potissimum de consilio dei salutem hominibus per Christum parandam spectante, Lc. 7, 30. Act. 2, 23. 4, 28; πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ, omne decreti divini argumentum, 20, 27; ἡ βουλὴ τοῦ θελήματος αὐτοῦ, decretum voluntatis suae, Eph. 1, 11.*

βούλημα, τος, τό (βούλομαι, perf. βεβούλημαι), *consilium, propositum, decretum;* Act. 27, 43. Ro. 9, 19. (1 Pet. 4, 3 *Lchm. Tdf. Trg.*) (2 Macc. 15, 5; ap. Graecos inde a Plat.)*

βούλομαι, 2 pers. sing. βούλει, Lc. 22, 42 (attice pro βούλῃ, cf. *Win.* p. 73. *Bttm.* ntl. Gr. p. 37), impf. ἐβουλόμην (attice ἠβουλόμην), aor. 2. ἐβουλήθην (Mt. 1, 19) et ἠβουλήθην (2 Jo. vs. 12 t. vulg. *Lchm. Tdf. Trg.* ἐβουλήθ., cf. *Win.* p. 68. *Bttm.* ntl. Gr. p. 29), LXX pro אָבָה, חָפֵץ, — *volo*, et quidem 1) plerumque *deliberato consilio volo, propositum habeo* (*Willens sein*), sq. inf., Mc. 15, 15. Act. 5, 28. 33 (*Lchm. Trg.* pro vulg. ἐβουλεύοντο); 12, 4. 15, 37 (*Lchm. Tdf. Trg.* pro vulg. ἐβουλεύσατο); 18, 27. 19, 30. 22, 30. 23, 28. 27, 43. 28, 18. 2 Co. 1, 15. Heb. 6, 17. 2 Jo. vs. 12 (τοὺς βουλομένους sc. ἐνδέχεσθαι τοὺς ἀδελφούς); Jud. vs. 5. Jac. 1, 18 (βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς, e voluntatis suae decreto genuit nos, cui voluntati male convenit, quod nonnulli dicunt, a deo se sollicitari ad peccandum.) — c. accus. objecti, τοῦτο, 2 Co. 1. 17 (*Lchm. Tdf. Trg.* pro vulg. βουλευόμενος); sq. acc. c. inf. 2 Pet. 3, 9. — dic. de voluntate inter duo vel plura eligente, ut respondeat latino *placet mihi;* Mt. 1, 19 (coll. ἐνθυμεῖσθαι vs. 20); 11, 27. Lc. 10, 22. 22, 42. Act. 25, 20. Jac. 3, 4. 4, 4; sq. conj., βούλεσθε, ὑμῖν ἀπολύσω; *wollet ihr, soll ich euch losgeben?* (cf. *Win.* §. 41, 4. *Bttm.* ntl. Gr. p. 180), Jo. 18, 39. — dic. de voluntate *praecipiente*, sq. acc. c. inf., Phil. 1, 12 (γινώσκειν ὑμᾶς βούλομαι, scitote); 1 Tim. 2, 8. 5, 14. Tit. 3, 8. — 2) *ex affectu volo, cupio;* sq. inf., 1 Tim. 6, 9 (οἱ βουλόμενοι πλουτεῖν); Act. 17, 20. 18, 15; ἐβουλόμην (de cujus imperfecti usu cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 187 s.), Act. 25, 22. Philem. vs. 13. — De discrimine, quod

inter *βουλομαι* et *θέλω* intercedere statuitur, v. in *θέλω*.*

*βουνός, οῦ, ὁ*, vox, quam Hdt. 4, 199 Cyrenaicis tribuit, Eustath. ad Il. 11, 710 Philemoni, comico poetae (sec. 3 ante Chr.) usitatam dicit, ab Atticistis reprobata, inde a Polyb. a communis graecitatis scriptoribus passim recepta (Strab. Pausan. Plut. al.), ap. LXX frequentissime pro גִּבְעָה (forsitan ab inus. *βῶ*, ascendo), *collis, clivus, tumulus;* Lc. 3, 5 (Jes. 40, 4); 23, 30 (Hos. 10, 8). Cf. *Sturz* de dial. mac. p. 153. *Lobeck* ad Phryn. p. 355.*

*βοῦς, βοός*, acc. *βοῦν, ὁ, ἡ, bos, vacca;* Lc. 13, 15. 14, 5. 19. Jo. 2, 14 s. 1 Co. 9, 9. 1 Tim. 5, 18.*

*βραβεῖον, ου, τό* (*βραβεύς*, arbiter et moderator certaminis, qui dat praemium certaminis, dictus etiam *βραβευτής*, lat. *designator*), *praemium, quod certaminis victori decernitur, brabeum, brabium* (in eccles. latinitate), *bravium* (Vulg.); 1 Co. 9, 24; metaph. de coelesti christianae virtutis praemio, Phil. 3, 14. (Oppian. cyn. 4, 196. Lycophr. 1154; *ὑπομονῆς βρ.* Clem. Ro. 1. Co. 5, 5; *ἀφθαρσίας*, Mart. Polyc. 17.*

*βραβεύω*, ap. Graecos inde ab Isocr. et Demosth. 1) *sum βραβεύς* (v. in *βραβεῖον*). 2) *decerno*. 3) *dirigo, moderor, guberno;* ita Col. 3, 15.*

*βραδύνω* (*βραδύς*), *tardo*, 1) raro transit. *tarde facio, retardo; τὴν σωτηρίαν*, LXX Jes. 46, 13; pass. *ὁδός*, Soph. El. 1501. — plerumque 2) intrans. *cunctor* (ita inde ab Aeschylo), 1 Tim. 3, 15; insolenter c. gen. rei, quam aliquis efficere cunctatur, 2 Pet. 3, 9 *τῆς ἐπαγγελίας* h. e. cunctatur implere promissionem; cf. *Win*. p. 186. (Sir. 35, 22.)*

*βραδυπλοέω*, (*βραδύς* et *πλοῦς*), *tarde navigo;* Act. 27, 7. (Artem. 4, 30.)*

*βραδύς, εῖα, ύ, tardus; a*) propr. *εἴς τι*, Jac. 1, 19. — *b*) metaph. *qui hebetis, ignavi animi est; indocilis; qui aegre eo adducitur, ut aliquid percipiat vel sibi persuadeat* (ita jam Hom. Il. 10, 226; opp. *συνετός* Pol. 4, 8, 7; *τὸν νοῦν*, Dion. Hal. de att. orat. 7; *δυςμαθία βραδυτὴς ἐν μαθήσει*, Plat. defin. p. 415 e.); c. dat. rationem indicante, *τῇ καρδίᾳ*, Lc. 24, 25.*

*βραδυτής* (de accentu cf. *Bttm*. Gr. max. T. II, p. 417), *ῆτος, ἡ* (*βραδύς*), *tarditas, cunctatio;* 2 Pet. 3, 9. (ap. Graecos inde ab Hom.)*

*βραχίων, ονος, ὁ, brachium; — dei*, ex hebr. *vis, potentia dei*, Lc. 1, 51 (cf. Deut. 4, 34. 5, 15. 26, 8); Jo. 12, 38 (Jes. 53, 1); Act. 13, 17.*

*βραχύς, εῖα, ύ, brevis, exiguus, parvus* (inde a Pind. Hdt Thuc.); dic. *a*) de *loco;* neutr. *βραχύ* adverbialiter, *parum, paullulum*, Act. 27, 28. (2 Sam. 16, 1. Thuc. 1, 63.) — *b*) *de tempore; βραχύ τι, paullisper, ad breve* tempus, Heb. 2, 7. 9 (quo loco scriptor quae interpres LXX Ps. 8, 6 de *gradu* dicit. ad *tempus* transfert); Act. 5, 34; *μετὰ βραχύ*, paullo post, Lc. 22, 58. — *c*) *de copia et mensura; βραχύ τι*, exiguam partem, Jo. 6, 7 (*βραχύ τι τοῦ μέλιτος*, 1 Sam. 14, 29; *ἔλαιον βραχύ*, Jos antt. 9, 4, 2; *βραχύτατος λιβάνωτος*, Philo de sacrif. §. 4); *διὰ βραχέων*, paucis sc. verbis, breviter, Heb. 13, 22 (ita Jos. b. jud. 4, 5, 4; *ἐν βραχεῖ*, Ps. 104, 12; *ἐν βραχυτάτῳ δηλοῦν*, paucissimis ostendere, Xen. Cyr. 1, 2, 15.)*

*βρέφος, ους, τό, a*) *embryo, foetus;* Lc. 1, 41. 44. (Hom. Il. 23, 266. Plut. rep. Stoic. 41: *τὸ βρ. ἐν τῇ γαστρί*.) — *b*) *infans recens natus* (ita inde a Pind.), Lc. 2, 12. 16. 18, 15. Act. 7, 19. 1 Pet. 2, 2; *ἀπὸ βρέφους*, ab incunabilis, 2 Tim. 3, 15. (ita *ἐκ βρέφεος* Anth. 9, 567.)*

*βρέχω*, aor. 1. *ἔβρεξα*, ap. Graecos inde a Pind. et Hdt. 1) *madefacio, humecto;* Lc. 7, 38 (*τ. πόδας δάκρυσι*, cf. Ps. 6, 6); vs. 44. — 2) ap. inferioris aetatis scriptores (cf. *Lob*. ad Phryn. p. 291) *pluviâ irrigo* (Pol. 16, 12, 3), *pluere jubeo, pluviam fundo*, dic. de deo. — *ἐπί τινα*, Mt. 5, 45; *pluviae instar demitto; κύριος ἔβρεξε θεῖον κ. πῦρ*, Gen. 19. 24; *χάλαζαν*, Exod. 9, 23; impersonaliter *βρέχει, pluit* (cf. *Win*. p. 486), Jac. 5, 17; addito accus. *πῦρ κ. θεῖον*, Lc. 17, 29; addito subjecto *ὑετός*, Ap. 11, 6.*

*βροντή, ῆς, ἡ, tonitru*, Mc. 3, 17 (de quo loco v. in *Βοανεργές*), Jo. 12, 29. Ap. 4, 5. 6, 1. 8, 5. 10, 3 s. 11, 19. 14, 2. 16, 18. 19, 6.*

*βροχή, ῆς, ἡ* (*βρέχω*, q. v.), fatiscentis graecitatis vox (cf. *Lob*. ad Phryn. p. 291), *adspersio, irrigatio, pluvia;* dic. de imbre s. vehementiore pluvia Mt. 7, 25. 27; Ps. 68, 10. 105, 32 — גֶּשֶׁם.*

*βρόχος, ου, ὁ, laqueus*, quo aliquis vel aliquid capitur vel adstringitur vel suspenditur (inde ab Hom.); *βρόχον ἐπιβάλλειν τινί*, laqueum alicui injicere, tropica locutio ab usu bellico (ita *βρ. περιβάλλειν τινί* Philo vit. Mos. III. §. 34. Jos. b. jud. 7, 7, 4) petita, h. e. astute vel violenter aliquem alicui necessitati adstringere, praecepti alicujus observationi subjugare, 1 Co. 7, 35.*

*βρυγμός, οῦ, ὁ* (*βρύχω*, q. v.), *stridor dentium;* add. *τῶν ὀδόντων*, qua phrasi summus dolor summaque desperatio hominum aeternae damnationi adjudicatorum significatur, Mt. 8, 12. 13, 42. 50. 22, 13. 24, 51. 25, 30. Lc. 13, 28. (Sir. 51, 3 tribuitur *βρυγμός* bestiis, quae frendentes praedam invadunt; LXX Prov. 19, 12 pro נַהַם, fremitus, *Knurren, Brummen;* significatu *morsus*, Nic. th. 716., vox deducenda est a *βρύκω, mordeo;* cf. *Fritzsche* ad Sir. p. 308.)*

*βρύχω, strideo, frendeo dentibus; ὀδόντας ἐπί τινα*, Act. 7, 54 (Job. 16, 9. Ps. 35, 16. 37, 12 — חָרַק בְּשִׁנַּיִם et חָרַק שִׁנַּיִם; sine *ὀδόντας* intrans. Plut. Pericl. 33). Ejusdem originis est ac *βρύκω* (cf. *δέχω* et *δέκω*), *mordeo, mando;* v. *Hermann*. ad Soph. Philoct. v. 735.*

*βρύω*, 1) intrans. *scateo, ebullio, succis abundo* (cf. nostr. *Brust, Brühe*), ita persaepe inde ab Hom. (Il. 17, 56: *ἔρνος ἄνθεϊ βρύει*). 2) rarius transitive *largiter emitto;* absol. *pullulo, ἡ γῆ βρύει* Xen. venat. 5, 12; c. accus., flores, fructus; *Χάριτες ῥόδα βρύουσι*, Anacr. 44, 2; aquam, *scaturire*, Jac. 3, 11.*

*βρῶμα, τος, τό* (*βρόω* — *βιβρώσκω*, perf. pass.), *id quod comeditur, cibus, esca;* (inde a Thuc. et Xen.) 1 Co. 8, 8. 13. 10, 3. Ro. 44, 15. 20; plur. Mt. 14, 15. Mc. 7, 19. Lc. 3, 11. 9, 13. 1 Co. 6, 13. 1 Tim. 4, 3. Heb. 13, 9; *βρώματα κ. πόματα*, cibi et potiones, Heb. 9, 10 (ut Plat. legg. 11, p. 932 e. 6, p. 782 a. Crit. p. 115 b; in singulari Xen. Cyr. 5, 2, 8). — dic. de alimento animi, h. e. aut institutione, 1 Co. 3, 2 (ut solidior cibus opp. *τῷ γάλακτι*), aut eo, quo animus oblectatur et vere ei satisfit, Jo. 4, 34.*

*βρώσιμος, ον* (*βρῶσις*), *qui comedi potest, edulis, esculentus;* Lc. 24, 41. (Lev. 19, 23. Ez. 47, 12. — Aesch. Prom. 479.)*

*βρῶσις, εως, ἡ* (*βρόω, βιβρώσκω*), 1) *actus comedendi, esus* (Tertull.); *βρῶσις κ. πόσις* Ro. 14, 17 (de quo loco v. in voce *βασιλεία* n. 3); c. genit. obj. 1 Co. 8, 4 (Plat. rep. 10, p. 619 c. *παίδων αὐτοῦ*); latiore sensu *corrosio, erosio*, Mt. 6, 19 s. — 2) ut fere ubique ap. Graecos, *id quod comeditur, esca, cibus, victus;* Heb. 12, 16; *εἰς βρῶσιν*, ut sit cibus, 2 Col. 9, 10. Sap. 4, 5; *βρῶσις κ. πόσις* Col. 2, 16 (Hom. Od. 1, 191. Plat. legg. 6, 783 c. Xen. mem. 1, 3, 15). — dic. de alimento animi s. de eo, quo animus tum oblectatur, Jo. 4, 32., tum alitur et sustentatur ad consequendam vitam aeternam, Jo. 6, 27. 55.*

*βρώσκω*, praes. inusit., unde pf. *βέβρωκα*, v. *βιβρώσκω*.

***βυθίζω*** (*βυθός*, q. v.), *in profundum mergo, demergo; ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά*, de navibus (ut Pol. 2, 10, 5. 16, 3, 2), *ut demergi inciperent*, Lc. 5, 7; translate, *τινὰ εἰς ὄλεθρον*, 1 Tim. 6, 9.*

***βυθός, οῦ, ὁ***, *fundus* (fossae, Xen. oec. 19, 11); *fundus s. profundum maris*, saepe ap. Graecos inde ab Aesch. Prom. 432; *ipsum mare, mare altum*, 2 Co. 11, 25; ut Ps. 107, 24. Ita lat. *profundum* Luc. Phars. 2, 680: „profundi ora videns.“*

***βυρσεύς, έως, ὁ*** (*βύρσα*, cutis detracta, corium), *coriarius* (*Gerber*); Act. 9, 43. 10, 6. 32. (Artem. 4, 56.)*

***βύσσινος, η, ον*** (*ἡ βύσσος*, q. v.; cf. *ἀκάνθινος, ἀμαράντινος*), *byssinus, e bysso confectus;* neutr. *βύσσινον*, sc. *ἱμάτιον* (*Win.* p. 550), *vestis byssina*, Ap. 18, 12 (l. vulg. *βύσσου*); 16. 19, 8. 14. (Gen. 41, 42. 1 Chr. 15, 27. — Hdt. Aeschyl. Eur. Diod. 1, 85. Plut. al.)*

***βύσσος, ου, ἡ***, *byssus*, species lini aegyptiaci (etiam indici et achaici) pretiosissimi, tenuissimi, mollissimi, candidissimi, etiam flavi (de quo Pollux onomast. 7, c. 17. sect. 75); Lc. 16, 19. Ap. 18, 12 in t. vulg. (ap. LXX plerumque = שֵׁשׁ, etiam בּוּץ 1 Chr. 15, 27. 2 Chr. 5, 12; cf. *Win.* RWB. s. v. *Baumwolle;* — Jos. antt. 3, 6, 1 s. 3, 7, 2. Philostr. vit. Apoll. 2, 20; de achaico lino circa Elidem crescente cf. Pausan. 5, 5, 2. 7, 21, 7.)*

***βωμός, οῦ, ὁ*** (v. supra *βουνός*), *locus editus;* frequentissime ap. Graecos inde ab Hom., *ara, altare;* Act. 17, 23. (saepe ap. LXX pro מִזְבֵּחַ.)*

# Γ.

***Γαββαθᾶ, ἡ***, *Gabbatha*, nomen chaldaicum גַּבְּתָא, hebr. גַּב, dorsum, ergo *locus eminens* (cf. *Fritzsche* Verdienste Tholucks p. 102 f.; *Delitzsch* in Zeitschr. f. d. luth. Theologie 1876, p. 605; sed cf. quae aliter judicat *Keim* III, p. 365); Jo. 19, 13 addita parum accurata interpretatione *λιθόστρωτον*, i. e. *pavimentum lapidibus stratum*, quod nonnulli interpretes putant dici pavimentum portabile s. tesseras, quales romanos belli duces constat secum tulisse, cum sedibus omnino, tum sedibus, unde jus dicturi essent, substernendas (cf. Suet. Caes. 46 et *Casaub.* ad h. l.). Cui opinioni obstat, quod Joannes graecam interpretationem non nisi fixis Hierosolymorum locis hebraice dictis addere solet; cf. 5, 2. 9, 7. 19, 17; neque secus esse hoc loco, patet etiam inde, quod auctor dixerit *εἰς τόπον*, i. e. in certo loco cui illud nomen esset. Accedit quod illum imperatorum morem etiam provinciarum praefectos in urbibus secutos esse demonstrari nequit. Sine dubio *chaldaicum* nomen loco illi inditum est ab ejus *forma*, *graecum* a pavimenti *natura*. Cf. infra in v. *λιθόστρωτον* et *Win.* RWB. s. v. *Lithostroton.*

***Γαβριήλ, ὁ*** (גַּבְרִיאֵל, ex גֶּבֶר, vir fortis, et אֵל, deus), *Gabriel*, unus e principibus angelorum (Dan. 8, 16. 9, 21); Lc. 1, 19. 26; v. supra in *ἀρχάγγελος*.*

***γάγγραινα, ης, ἡ*** (*γράω* s. *γραίνω*), *gangraena*, nomen morbi, quo pars quaedam corporis laborans vi inflammationis ita corrupta est, ut nisi medela opportune afferatur, malum latius in dies serpens reliquas simul corporis partes invadat et ossa tandem carie arrodat (krebs- oder brandartiges Geschwür); 2 Tim. 2, 17. (Scripta medica; Plut. discr. am. et adulat. c. 36.)*

***Γάδ, ὁ*** (גָּד fortuna, cf. Gen. 30, 11), *Gad*, filius Jacobi patriarchae septimus, e Zilpa, ancilla Leae, susceptus; Ap. 7, 5.*

***Γαδαρηνός, ή, όν*** (a nomine pr. *Γαδαρά*, cf. *Ἀβιληνή, Μαγδαληνή*), *Gadarenus.* Erat Gadara metropolis Peraeae (Jos. b. jud. 4, 7, 3), extremae meridionali parti lacus Genesaret exadversus ab oriente brumali sita, sed praeterfluente Hieromace flumine (Plin. h. n. 5, 16) a lacu sejuncta, 60 stadiis a Tiberiade distans (Jos. vita 65), a gentilibus maxime habitata (Jos. ant. 17, 11, 4); cf. *Win.* RWB. s. v. *Gadara; Rüetschi* in *Herzog* Enc. 4, p. 636 s. *Kneucker* in *Schenkel* BL. 2, p. 313 ss. *Riehm* HWB. p. 454. — *χώρα τῶν Γαδαρηνῶν*, *Gadaris*, e l. vulg. et *Grsb.* Mc. 5, 1. Lc. 8, 26. 37 et ap. *Tdf.* *Trg.* Mt. 8, 28; sed codd. his in locis variant; v. infra in *Γερασηνοί* et *Γεργεσηνοί*.*

***γάζα, ης, ἡ***, vox persica Graecis et Latinis (Cic. off. 2, 22) recepta, *aerarium regium, thesaurus, divitiae* (Curt. 3, 13, 5: „pecuniam regiam, quam *gazam* Persae vocant“); Act. 8, 27. (Polyb. Diod. 17, 35. 64. Plut. al. — LXX Esr. 5, 17. 7, 20.)

***Γάζα, ης, ἡ*** (עַזָּה, i. e. valida, munita [cf. *Valentia*], τῷ ע per γ pronuntiato [cf. עֲמֹרָה, *Γομόῤῥα*], urbs quondam Philistaeorum celebris versus fines terrae Israeliticae australes Raphiam inter et Ascalonem in colle sita, viginti stadiis a mari et undecim milliariis geographicis ab Hierosolymis distans. Erat munita et muro ingentis operis cincta. Praesidium quum haberet persicum, Alexander M. post obsidionem duorum mensium eam expugnavit, neque tamen delevit. (Diod. 17, 48. Plut. Alex. 25. Curt. 4, 6 s.) Posthac autem anno 96 ante Chr. Alexander Jannaeus, rex Judaeorum, captam post anni unius obsidionem diruit (Jos. antt. l. c. 13, 13, 3), dirutam anno 58 ante Chr. instauravit Gabinius (Jos. l. c. 14, 5, 3). Denique Augustus imperator eandem donavit Herodi M. (Jos. l. c. 15, 7, 3), quo mortuo Syriae adjecta est (Jos. l. c. 17, 11, 4); hodie *Ghuzzeh*, oppidum non munitum, duorum milliariorum anglicorum spatium obtinens, a 15—16000 incolis habitatum. Commemoratur in N. T. Act. 8, 26., ubi verba *αὕτη ἐστὶν ἔρημος* pertinent ad *ἡ ὁδός*. Jubetur enim Philippus viam ingredi, quae sit *ἔρημος*, solitaria; cf. *Meyer* ad l. — Uberiorem urbis historiam praebet *Stark* Gaza u. d. philistäische Küste. Jen. 1852; succinctam *Win.* RWB. s. v. *Gaza; Arnold* in *Herzog* Realencl. IV, p. 671 ss.

***γαζοφυλάκιον, ου, τό*** (ex *γάζα*, q. v., et *φυλακή*, igitur i. q. *θησαυροφυλάκιον*, *Hesych.*), thesauri, inprimis publici conditorium, Esth. 3. 9. Esr. 8, 18. 45. 1 Macc. 3, 28; — ap. LXX dic. pro לִשְׁכָּה et נִשְׁכָּה de cellis in atriis templi exstructis, in quibus tum res templo sacratae et ad cultum administrandum necessariae condebantur, tum sacrorum ministri habitabant, Neh. 13, 7. 10, 37 ss.; de aerario sacro, in quo non solum thesaurus, sed etiam publica litterarum monumenta (1 Macc. 14, 49; cf. *Grimm* ad l.) asservabantur ac viduarum et orphanorum opes deponebantur (2 Macc. 3, 14; cf. *Grimm* ad l.), 1 Macc. 14, 49. 2 Macc. 3, 6. 28. 40. 4, 42. 5, 18. — Commemorantur a Josepho et *γαζοφυλάκια* (in plur.) in atrio mulierum templi he-

rodiani, b. jud. 5, 5, 2. 6, 5, 2; et *τὸ γαζοφ.* antt. 19, 6, 1. — In N. T. Mc. 12, 41. 43. Lc. 21, 1. Jo. 8, 20 (*ἐν τῷ γαζοφ., ad, apud* gazoph.) *τὸ γαζ.* dici videtur de receptaculo illo a Rabbinis commemorato, cui aptatae erant tredecim cistae, שׁוֹפָרוֹת, i. e. *tubae* appellatae ob formam tubis similem, in quas indebantur stipes in templi usum et pauperum sustentationem vel sponte oblatae vel quotannis a Judaeis pendendae. Cf. *Lightfoot* hor. hebr. et talm. p. 536 s. *Lücke* ad Jo. 8, 20. p. 291 s. (Strabo 2, p. 319.)*

*Γάϊος, ου, ὁ, Gajus* s. *Cajus*, nomen pr. viri christiani 1) Derbensis, Act. 20, 4. — 2) Macedonis, Act. 19, 20. — 3) Corinthii, qui Pauli, quum Corinthi versaretur, hospes erat, Ro. 16, 23. 1 Co. 1, 15. — 4) ignoti cujusdam, cui inscripta est tertia Joannis epistola, 3 Jo. vs. 1.*

*γάλα, λακτος, τό, lac;* 1 Co. 9, 7; — translate dic. de *faciliore* christianae religionis institutione 1 Co. 3, 2. Heb. 5, 12 s. (Quintil. 2, 4: „doctoribus hoc esse curae velim, ut teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant et satiari velut quodam jucundioris disciplinae *lacte* patiantur); de verbo dei, quo animi hominum modo regenitorum salubriter nutriuntur ad capienda christianae vitae incrementa, 1 Pet. 2, 2.*

*Γαλάτης, ου, ὁ, Galata*, incola Galatiae (v. vocem seq.); Gal. 3, 1 (1 Macc. 8, 2. 2 Macc. 8, 20.)*

*Γαλατία, ας, ἡ, Galatia*, Gallograecia, regio Asiae minoris, confinis Paphlagoniae, Ponto, Cappadociae, Phrygiae, Lycaoniae et Bithyniae. Nomen traxit a gallicis gentibus, quae anno 278 ante Chr. in Asiam minorem trajecerunt ibique diu circumvagatae tandem inter eos, quos ante diximus fines perpetuas sedes fixerunt et connubiis sese commiscuerunt cum Graecis. Inde ab a. 189 ante Chr. Romanis subjecti suis tamen ipsorum principibus parebant, sed a. 24 ante Chr. eorum terra in provinciae romanae formam redacta est (cf. Liv. 37, 8. 38, 16. 18. Jos. ant. 16, 6. Strab. 12, p. 394, 567. Flor. 2, 11); Gal. 1, 2. 1 Co. 16, 1. 2 Tim. 4, 10. 1 Pet. 1, 1. Cf. *Grimm* Ueb. d. (keltische) Nationalität der kleinasiat. Galater, in Studd. u. Kritiken, 1876, p. 199 ss. Contra quem scripsit *K. Wieseler* die deutsche Nationalität d. kleinas. Galater. Gütersl. 1877.*

*Γαλατικός, ή, όν, Galaticus*, ad Galatiam pertinens; Act. 16, 6. 18, 23.*

*γαλήνη, ης, ἡ* (adj. *ὁ, ἡ γαληνός*, serenus, hilaris), *serenitas, tranquillitas maris*, Mt. 8, 26. Mc. 4, 39. Lc. 8, 24. (ap. Graecos inde ab Hom.)*

*Γαλιλαία, ας, ἡ, Galilaea* (a הַגָּלִילָה 2 Reg. 15, 29; הַגָּלִיל Jos. 20, 7. 21, 32; אֶרֶץ הַגָּלִיל 1 Reg. 9, 11., i. e. *orbis, Kreis*, quo nomine jam ante exilium tractus quidam Palaestinae septentrionalis significabatur; LXX *Γαλιλαία*); nomen regionis Palaestinae septentrionalis, septentrionem versus a Syria, occidentem versus a Sidone, Tyro, Ptolemaide earumque agris et promontorio Carmelo, meridiem versus a Samaria, orientem versus a Jordane terminatae, divisae in *Galilaeam superiorem* (a finibus Tyriorum et Sidoniorum incipientis et usque ad Jordanis fontes procurrentis) et *inferiorem* (quae plana magis et depressa terras tribuum Isaschar et Sabulon et partem Naphtali ad mare Galilaeum sitam complectebatur), *ἡ ἄνω καὶ ἡ κάτω Γαλιλαία* (Jos. b. jud. 3, 3, 1., ubi fines ejus describuntur). Erat regio fertilissima, incolis abundans, oppida vicosque habens 204 (Jos. vit. 45), inter incolas suos, potissimum in superiore parte, quum multos gentiles haberet (Jud. 1, 30—33. Strab. 16, p. 760), Mt. 4, 15 *Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν* (Jes. 8, 23. 9, 1), et 1 Macc. 3, 15 *Γαλιλαία ἀλλοφύλων* vocatur. Commemoratur saepe in evangeliis atque ter in actis apost.; 9, 31. 10, 37. 13, 31.

*Γαλιλαῖος, αία, αῖον, Galilaeus*, Galilaea oriundus; Mt. 26, 69. Mc. 14, 70; Lc. 13, 1 s. 22, 59. 23, 6. Jo. 4, 45. Act. 1, 11. 2, 7. 5, 37.*

*Γαλλία, ας, ἡ, Gallia;* 2 Tim. 4, 10 *Tdf.*, e qua lectione intelligenda est Galatia in Asia minori s. *Γαλλία ἡ ἑῴα*, App. b. civ. 2, 49.

*Γαλλίων, ωνος, ὁ, Gallio*, proconsul Achajae, frater natu major L. Annaei Senecae philosophi, antea suo ipsius nomine *Marcus Annaeus Novatus*, sed ex quo in familiam Jul. Gallionis rhetoris per adoptionem transierat, *Gallion* appellatus; Act. 18, 12. 14. 17.*

*Γαμαλιήλ, ὁ* (גַּמְלִיאֵל, retributio dei; Num. 1, 10. 2, 20), *Gamaliel* (quem cognomine הַזָּקֵן Judaei ab ejusdem nominis nepote distinguunt), doctor pharisaeus, filius R. Simeonis, nepos Hillelis, praeceptor Pauli apostoli. Plurimum in synedrio magno valuisse et 18 annis ante Hierosolymorum excidium obiisse dicitur. Perpetuâ floruit inter Judaeos gloriâ; Act. 5, 34. 22, 2. Cf. *Grätz* Geschichte der Juden, III, p. 289 ss. *Schenkel* in BL. II, p. 328 ss.*

*γαμέω, ῶ*, impf. *ἐγάμουν* (Lc. 17, 27); aor. 1. *ἔγημα* (quae est elegantiorum Graecorum forma; Lc. 14, 20. 1 Co. 7, 28) et (quae inferioris aevi forma est) *ἐγάμησα* (Mt. 5, 32. Mc. 6, 17. 16, 11. 1 Co. 7, 9. 33); pf. *γεγάμηκα*, aor. 1. pass. *ἐγαμήθην* (cf. *Win.* p. 80. *Bttm.* Gr. max. II, 134. *Al. Bttm.* ntl. Gr. p. 48. *Lob.* ad Phryn. p. 742); 1) ut ap. Graecos inde ab Hom. dic. de viris, *in matrimonium duco, uxorem duco; a)* add. *γυναῖκα* vel alio accus., Mt. 5. 32. 19, 9. Mc. 6, 17. 10, 11. Lc. 14, 20. 16, 18. — *b)* sine casu, absolute, *matrimonium ineo*, Mt. 19, 10. 22, 25. 30. 24, 38. Mc. 12, 25. Lc. 17, 27. 20, 34 s. 1 Co. 7, 28. 33. (Ael. v. h. 4, 1; *οἱ γεγαμηκότες* Xen. Cyr. 1, 2, 4; opp. *ἄγαμοι* Xen. symp. 9, 7.) — passiv. et med. *γαμέομαί τινι*, de feminis, *in matrimonium me do, nubo alicui;* aor. 1. pass. Mc. 10, 12 (ubi *Lchm. Tdf. Trg. γαμήσῃ ἄλλον* pro vulg. *γαμηθῇ ἄλλῳ*); 1 Co. 7, 39. — Contra Graecorum usum activum *γαμεῖν* dic. 2) de feminis, *in matrimonium me do;* et quidem *a)* cum accus. Mc. 10, 12 *Lchm. Tdf. Trg.; b)* absol. 1 Co. 7, 28. 34 (*ἡ γαμήσασα*, opp. *ἡ ἄγαμος*); 1 Tim. 5, 11. 14. — 3) absolute de utriusque sexus hominibus 1 Tim. 4, 3. 1 Co. 7, 9 s. 36 (*γαμείτωσαν*, sc. virgo et qui eam uxorem quaerit). — In vet. testam. *γαμεῖν* offenditur solum 2 Macc. 14, 25.*

*γαμίζω* (*γάμος*), *nuptum do*, filiam, ap. *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* 1 Co. 7, 38; pass. ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Mt. 22, 30. Mc. 12, 25. Lc. 17, 27. 20, 35. (Commemorat vocem Apoll. de synt. p. 277.)*

*γαμίσκω*, i. q. *γαμίζω*, q. v.; passiv. Mc. 12, 25 (t. vulg.); Lc. 20, 34 *Lchm. Tdf. Trg.* (Arist. pol. 7, 14, 4 al.)*

*γάμος, ου, ὁ*, ut ap. Graecos inde ab Hom. 1) *nuptiae* s. *festum nuptiale;* Jo. 2, 1 s. Ap. 19, 7 (nuptiarum imagine h. l. adumbratur intima et in aeternum duratura Christi e coelo reducis conjunctio cum coetu fidelium); *τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου*, ibid. vs. 9 (imago futurorum messiani regni beneficiorum); inpr. *convivium nuptiale, epulae nuptiales*, Mt. 22. 8. 10—12; plur., quo respici videntur singuli actus convivii, Mt. 22, 2 ss. 9. 25, 10. Lc. 12, 36. 14, 8 (cf. *Win.* p. 166. *Bttm.* ntl. Gr. p. 21). 2) *conjugium, matrimonium*, Heb. 13, 4.*

*γάρ*, conjunctio, quae pro compositione ex *γέ* et *ἄρα* (= *ἄρ*) propria est particula *affirmantis* et *concludentis*, denotans *sane igitur; sane pro rebus*

*comparatis*, „ac primum affirmatur res pro potestate particulae γέ, deinde refertur eadem ad antecedentia per vim particulae ἄρα" (*Klotz* ad Dev. II, 1, p. 232 coll. *Kühner* II, p. 724). Quum autem eo, quod nova quaedam res affirmatur, non raro rei cujusdam ante memoratae ratio et indoles exponatur et finiatur: fit inde, ut particulae usu aut ratio et causa antegredientis enuntiati addatur, unde nascitur *causalis* s. *argumentativa* vis particulae, *nam*, *enim*, nostr. *denn;* aut ut aliquid antea dictum explicetur, unde γάρ *explicativam* vim accipit: *nam*, *enim*, *videlicet*, nostr. *nämlich*. Ita particula vim habet aut *conclusionis*, aut *comprobationis et demonstrationis*, aut *explicationis et declarationis;* cf. *Rost* in *Passovii* Lex. T. I, p. 535 ss. *Kühner* II, p. 724 ss. 852 ss. Nihil in N. T. offenditur, quod a particulae apud Graecos usu recedat.

I) Prima et nativa *conclusionis* vis cernitur in interrogationibus (ap. Graecos etiam in exclamationibus) et responsis cum affectu prolatis, ubi, prout orationis contextus fert, germanice reddi potest *ja*, *ei*, *doch*, *wohl*, *sonach*, *gar*, *denn;* — ἐν γὰρ τούτῳ . . . , nescire vos profitemini, unde hic sit; sane igitur mirum est in hac causa, *nun wahrlich*, Jo. 9, 39; οὐ γάρ, ἀλλὰ . . . . , minime vero (*nicht doch*) hac rerum conditione, Act. 16, 37; profecto, si ita res se habet, 1 Co. 8, 11 *Lchm. Tdf. Trg.* Adjungitur interrogationis particulis et pronominibus; μὴ γάρ, Jo. 7, 41 (num igitur putatis e Galilaea venire Messiam? *ei kömmt denn...? kömmt denn gar . . . ?*); μὴ γὰρ - - οὐκ, 1 Co. 11, 12 (quum tam avidi sitis cibi potusque, nonne habetis . . . ?); τίς γάρ, τί γάρ, Mt. 27, 23 (τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν, postulatis, ut afficiatur crucis supplicio, cui obnoxii sunt malefici, *quid igitur . . . ?*); 9, 5 (mala cogitatis; igitur utrum putatis facilius esse . . . ?); 16, 26. 23, 17. 19. Lc. 9, 25. Act. 19, 35; τί γάρ; = τί γάρ ἐστι, *quid igitur?* h. e. quid rebus ita comparatis statuendum est? Phil. 1, 18; πῶς γάρ Act. 8, 31. Cf. *Klotz* l. c. p. 245 ss. *Kühner* II, p. 726. *Win.* p. 416. Huc pertinet etiam vexatus locus Lc. 18, 14: ἢ γὰρ ἐκεῖνος; (*Lchm. Trg.* παρ' ἐκεῖνον) an putatis rebus ita comparatis illum descendisse deo probatum? *oder gar jener?* cf. *Win.* p. 226 s.

II) *causam affert* vel *rationem reddit* antecedentis sententiae vel notionis; 1) univ. Mt. 2, 5. 6, 24. Mc. 1, 22. 9, 6. Lc. 1, 15. 18. 21, 4. Jo. 2, 25. Act. 2, 25. Ro. 1, 9. 11. 1 Co. 11, 5. Heb. 2, 8. 1 Jo. 2, 19. Ap. 1, 3 et saepissime. — Jo. 4, 44 γάρ infert causam, cur nunc demum Jesus in Galilaeam se contulerit; auctoritatem enim, quae prophetae in sua ipsius patria (Galilaea) denegaretur, antea apud exteros quaerendam et perandam ei fuisse, cf. vs. 45. *Meyer* ad l. *Strauss* Leb. Jesu I, p. 725 ed. 3. *Neander* Leb. Jesu p. 385 s. ed. 1. *Ewald* Jahrbücher d. bibl. Wissenschaft, X, p. 108 ss. — 2) Saepe haec est ratio sententiarum nectendarum, ut aut dictum aliquod comprobetur per notionem aliquam universam (das Besondere durch ein Allgemeines), ut Mt. 7, 8. 13, 12. 22, 14. Mc. 4, 22. 25. Jo. 3, 20. 1 Co. 12, 12. Heb. 5, 13 al; aut ut id, quod universe dictum est, quam recte dictum sit, exemplo aliquo demonstretur (das Allgemeine durch das Besondere), Mc. 7, 10. Lc. 12, 52. 58. Ro. 7, 2. 1 Co. 1, 26. 12, 8. — 3) Sententiis, quibus aliquid jubetur aut prohibetur, adnectit γάρ causam, cur res aut facienda aut fugienda sit; Mt. 1, 20 s. 2, 20. 3, 9. 7, 2. Ro. 13, 11. Col. 3, 3. 1 Th. 4, 3. Heb. 2, 2 et saepissime. — Phil 2, 13 γάρ ita nectit cum vs. 12: intentissimo studio pergite salutem vestram, quia nisi tali studio non obtemperatis salutari dei in animis vestris efficaciae, cui debetis et bonam voluntatem et exsequendae hujus voluntatis efficacitatem. — 4) Quaestionibus adnectit causam, cur quaeratur; Mt. 2, 2 (jure hoc quaerimus, quia vidimus stellam, quae natum eum esse indicat); 22, 28. Ro. 14, 10. 1 Co. 14, 9. Gal. 1, 10. — 5) Non raro enuntiatio, quae causam continet, interrogatio est; τίς, τί γάρ. Lc. 22, 27. Ro. 4, 3, 11, 34. 1 Co. 2, 16. 7, 16. Heb. 1. 5. 12, 7; τί γάρ pro τί γάρ ἐστι, Ro. 2, 3 (cf. *Fritzsche* ad l.); ἵνα τί γάρ 1 Co. 10, 29; ποία γάρ Jac. 4, 14. — 6) Nonnumquam in responsis ita usurpatur ad comprobandum antegressae quaestionis argumentum, ut reddi possit *profecto* (*ja*); 1 Co. 9, 10. 1 Th. 2, 20; cf. *Kühner* II, p. 724. — 7) Interdum non singularis sententiae, sed totius disputationis summa confirmatur; Ro. 2, 25 (flagitioso Judaeo nihil prodest, nam . . . ). At vero etiam *unam* tantum notionem ita firmat, ut asseverationis vim involvat et reddi possit *profecto* (*ja*); Ro. 15, 17 (εὐδόκησαν γάρ); sic etiam καὶ γάρ Phil. 2, 27. — 8) Vulgo docetur, sententiam, cujus causam γάρ inferat vel rationem reddat, saepe non verbis expressam ideoque e contexto sermone cognoscendam et cogitando supplendam esse. Sed commenticiam esse hanc ellipsin eximie probat *Klotz* ad Devar. II, p. 236 s. coll. *Win.* p. 416. Ubique enim usu particulae ad quaedem expresse dicta respicitur. Sufficit paucissima exempla apponere; multorum aliorum qualis sit indoles et natura, in reliquis hujus expositionis partibus indicatur. Mt. 5, 12 ante γάρ supplent: „neque vobis solis hoc accidit"; sed causa additur, cur iis, qui persecutiones sustineant, magnum in coelis praemium reservetur, quae causa in eo ponitur, quod etiam prophetae persecutiones sustinuerint, quorum magnum praemium esse nemo dubitet. — Ro. 8, 18 suppleverunt: „nolite vos subtrahere τῷ συμπάσχειν τῷ Χριστῷ", at qualis sit h. l. particulae usus, v. infra in n. III a. — De loco Mc. 7, 28., quo ante καὶ γάρ supplent: „at succurre mihi", aut „neque tamen canes fame perire sinimus", sed v. infra in n. 10. b. — Act. 9, 11 ante γάρ a multis suppletur: „audiet te"; sed potius antecedentis jussi ratio redditur. — 9) Ubi in enuntiatis se excipientibus γάρ bis vel ter vel adeo quater et quinquies repetitur: aut *a*) una eademque sententia tot argumentis, quorum sua cuique vis est, firmatur, quot sunt particulae repetitiones; Mt. 6, 32. Ro. 16, 18; aut *b*) quovis posteriore enuntiato ratio proxime antecedentis continetur, ita ut enuntiata sibi subjiciantur; Mc. 6, 52. 16, 25—27. Jo. 3, 19 s. 5, 21 s. Act. 2, 15. Ro. 4, 13—15. 8, 2 s. 5 s. 1 Co. 3, 3 s. 9, 15—17 (ubi quinquies repetitur ap. *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*); 16, 7. Jac. 2, 10 al.; aut *c*) diverso sensu repetitur; Mc. 9, 39—41. Ro. 5, 6 s. (de quo l. cf. *Win.* p. 422); 10, 2—5 (ibi quater); Jac. 4, 14. — 10) καὶ γάρ (de quo cf. *Kühner* II, p 854 s. *Win.* p. 417) est *a*) *etenim*, *namque;* Mc. 14, 70. Lc. 22, 37. 1 Co. 5, 7. 11, 9. 12, 13. — *b*) *nam etiam;* Mt. 8, 9. Mc. 10, 45. Lc. 6, 32. Jo. 4, 45. 1 Co. 12, 14 al. — Mc. 7, 28 verbis καὶ γὰρ κυνάρια . . . loquens mulier afferendo exemplo firmat ea, quae dixerat Christus, sed exemplum ejusmodi est, quo etiam precibus suis satisfaciendam esse probetur. — τὲ γάρ, nostr. *denn ja*, Ro. 7, 7; cf. *Fritzsche* ad l. *Win.* p. 417. — ἰδοὺ γάρ, v. in ἰδού.

III) Antecedenti sententiae vel notioni *explicandae*, *declarandae*, *illustrandae* inservit; *nam*, *enim* = *videlicet* (*nämlich*); *a*) ita, ut rei modo annuntiatae expositionem exordiatur; Mt. 1, 18. 19, 12. Lc. 11, 30. 18, 32. — Ro. 8, 18 γάρ infert enun-

tiatum, quo explicatur, qualis sit ratio et natura *τοῦ συνδοξασθῆναι* modo memorati. — *b*) ita, ut explicatio sermoni interseratur vel etiam appendicis loco addatur; Mt. 4, 18. Mc. 1, 16. 2, 15. 5, 42. Ro. 7, 1. 1 Co. 16, 5. — Mc. 16, 4 notitia *ἦν γὰρ μέγας σφόδρα* additur ad illustranda omnia, quae vs. 3 s. de lapide narrata praecedunt.

IV) *Locum* quod attinet, *γάρ* numqnam ab initio enuntiati locatur, sed secundum aut tertium aut adeo quartum (*ὁ τοῦ θεοῦ γὰρ υἱός* 2 Co. 1, 19 e vera lectione) locum occupat. Neque tamen, „post *quotum*, sed post *quale* verbum ponatur, videndum est"; *Hermann* ad Soph. Phil. 1437.

*γαστήρ, ρός* (poet. *έρος*), *ἡ*, ap. Graec. inde ab Hom.; ap. LXX = בֶּטֶן, 1) *venter;* per meton. totius pro parte 2) *uterus; ἐν γαστρὶ ἔχειν, gravidam esse,* Mt. 1, 18. 23. 24, 19. Mc. 13, 17. Lc. 21, 23. 1 Th. 5, 3. Ap. 12, 3. (ap. LXX = הָרָה Gen. 16, 4 s. 38, 25. Jer. 7, 14 al. Hdt. 3, 32. vit. Hom. 2. Artemid. 2, 18. 3, 32; Pausan. Hdian. al.); *συλλαμβάνεσθαι ἐν γαστρί*, concipere, gravidam fieri, Lc. 1, 31. — 3) *ventriculus, stomachus;* synecdochice *heluo, lurco,* homo, qui quasi totus ventriculus est, Hes. theog. 26 (sic etiam *γαστρίς*, Aristoph. av. 1604. Ael. v. h. 1, 28; et lat. *venter* ap. Lucil. sat. 2, 24 ed. Gerl.: „vivite ventres"); *γαστέρες ἀργαί*, Tit. 1, 12; v. in *ἀργός*, b.*

*γέ*, particula enclitica, nulli apud Latinos et Germanos voci omni ex parte respondens, a biblicis scriptoribus multo rarius usurpata quam a Graecis, qui quo modo eâ utantur, inter alios docent *Hermann* ad Vig. p. 822 ss. *Klotz* ad Devar. II, p. 272 ss. *Rost* in *Passovii* Lex. I, p. 538 ss. Indicatur eâ, notionem vocis, ad quam pertinet, ante alia eminere ideoque a reliquis enuntiationis partibus distinguendam et majore soni contentione efferendam esse. Quae distinctio „duobus modis fieri potest, aut ut *minimum*, aut ut *maximum* commemoretur; quo fit, ut *γέ* videri possit contrarias habere significationes, cujusmodi sunt *quidem* et *vel* s. *etiam*" (*Hermann* l. c. p. 822). — 1) ubi *minimum* indicatur, *quidem, certe, saltem; διά γε τὴν ἀναίδειαν*, Lc. 11, 8 (ubi, quum enuntiationis vis sit in substantivo, non in praepositione, graece dicendum erat *διὰ τήν γε ἀναίδ.*, cf. *Klotz* l. c. p. 327. *Rost* l. c. p. 542); *διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπους*, saltem propterea, quod facessit mihi molestias, Lc. 18, 5 (melius graece *διὰ τό γε* . . .). — 2) ubi *maximum* indicatur, *vel, etiam* (*ja*); *ὅς γε*, qui quidem is est, qui . . ., *der ja, der es ja ist, welcher* . . . Ro. 8, 32; cf. *Klotz* l. c. p. 305. *Matthiae* Lex. euripid. I, p. 613 s. — 3) conj. c. particulis vim earum intendit; *a*) *ἀλλά γε* s. *ἀλλάγε* (cf. *Win.* §. 5, 2), Lc. 24, 21. 1 Co. 9, 2; v. in *ἀλλά*, p. 18. — *b*) *ἄραγε* s. *ἄρα γε*, v. in *ἄρα* n. 4. p. 48; — *ἆρα γε*, v. in *ἆρα* p. 48. — *c*) *εἴγε*, sq. indicat., *si quidem, quandoquidem*, dic. „de re, quae jure sumta creditur" (*Herm.* ad Vig. p. 831; cf. *Fritzsche* Praeliminarien p. 67 ss. *Anger* Laodicenerbrief p. 46), *wenn denn; unter der sicheren Voraussetzung, dass* (v. in *εἴπερ*), Eph. 3, 2. 4, 21. Col. 1, 23; add. *καί wenn denn auch; εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθ.*, si quidem etiam (novo corpore) induti nec nudi apparebimus, 2 Co. 5, 3 (cf. *Meyer* ad l.); *εἴγε καὶ εἰκῇ* sc. *τοσαῦτα ἐπάθετε*, si quidem, ut credo, *sine fructu* tanta beneficia vobis obtigerunt neque jam *noxam* cepistis ex inclinatione ad judaismus, Gal. 3, 4. — *d*) *εἰ δὲ μήγε* (etiam ap. Plat. Aristoph. Plut. al.; cf. *Bornemann* Scholia ad Luc. p. 95. *Klotz* ad Dev. II, p. 527) fortius quam *εἰ δὲ μή*, *α*) post affirmantes enuntiationes, *sed nisi forte, sin minus;* Mt. 6, 1. Lc. 10, 6. 13, 9. *β*) post negativas sententias, *ceteroquin* (*widrigenfalls*); Mt. 9, 17. Lc. 5, 36 s. 14, 32. 2 Co. 11, 16. — *e*) *καίγε* (cf. *Klotz* ad Dev. II, p. 319), *α*) *et saltem*, Lc. 19, 42. *β*) *et sane, quin etiam* (*ja sogar*), Act. 2, 18 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* 17, 37. — *f*) *καίτοιγε, quamquam quidem* (*und doch*); Jo. 4, 2. Act. 14, 17. 17, 27 ibi e l. vulg. et *Grsb.*). — *g*) *μενοῦνγε*, v. suo loco in M. — *h*) *μήτιγε*, v. in *μήτι*.*

*Γεδεών, ὁ*, indecl.; ap. Joseph. antt. 5, 6, 4. *Γεδεών, ῶνος* (גִּדְעוֹן, exscindens, a גָּדַע), *Gideon*, dux Israelitarum, qui Israelitas e potestate Midianitarum liberavit (Judd. 6—8); Heb. 11, 32.*

*γέεννα, ης, ἡ* (ex גֵּי הִנֹּם Neh. 11, 30; plenius גֵּי, גֵּיא בֶן הִנֹּם, Jos. 15, 8. 18, 6. 2 Chr. 28, 3. Jer. 7, 32; גֵּי בְנֵי הִנֹּם 2 Reg. 23, 10 Chethibh; chald. גֵּיהִנָּם, *vallis filii lamentationis, filiorum lamentationis, vallis lamentationis*, vocabulo הִנֹּם pro נֹהַם, *lamentatio*, dicto [v. *Hilleri* Onomastic. coll. *Hitzig* ad Jer. 7, 31; e vulgari opinione הִנֹּם est nomen proprium viri]), nomen vallis ab austro et oriente Hierosolymorum sitae, quae a lamentatione puerulorum brachiis ignitis Molochi i. e. idoli, imaginem tauri referentis, traditorum sic appellata est. Hunc locum, postquam horrenda sacra a Josia rege abrogata erant (2 Reg. 23, 10), ita abominati sunt Israelitae, ut in eum non solum omnes sordes ejicerent, sed etiam cadavera animalium et ultimo supplicio affectos insepultos eo projicerent. Et cum ad cadavera consumenda, ne ex putredine inficeretur aër, semper ignibus opus esset, factum est, ut ille locus diceretur *γέεννα τοῦ πυρός* et deinde hoc nomen ad illum in infernis locum transferretur, in quo impii homines post fata poenas perpessuri essent; Mt. 5, 22. 29 s. 10, 28. Lc. 12, 5. Mc. 9, 43. 45. Jac. 3, 6; *γέεννα τοῦ πυρός*, Mt. 5, 22. 18, 9. Mc. 9, 47; *κρίσις τῆς γεέννης*, Mt. 23, 15; *υἱὸς τῆς γεέννης*, infernalibus poenis dignus, 23, 33. Ceterum cf. *Dillmann* ad Henoch. p. 131 s.*

*Γεθσημανῆ* vel *Γεθσημανεί* (*Tdf.*) vel *Γεθσημανεῖ* (*Lchm. Trg.*) (a גַּת, torcular, et שְׁמָנָא, oleum). *Gethsemane*, nomen agri (*χωρίου*) ad radicem montis oliveti ultra torrentem Kidron siti, hodie *Dscheemanije*, Mt. 26, 36. Mc. 14, 32.*

*γείτων, ονος, ὁ, ἡ*, inde ab Hom., *vicinus;* Lc. 14, 12. 15, 6. 9. Jo. 9, 8.*

*γελάω, ῶ*, f. *άσω* (pro quo apud Graecos frequentius est *άσομαι*), *rideo;* Lc. 6, 21 (opp. *κλαίω*); vs. 25.*

*γέλως, ωτος, ὁ, risus;* Jac. 4, 9.*

*γεμίζω*, aor. 1. *ἐγέμισα*, aor. 1. pass. *ἐγεμίσθην* (*γέμω*, q. v.), *repleo; a*) absol., pass. Mc. 4, 37. Lc. 14, 23. — *b*) *τί τινος*, impleo aliquid aliqua re, Mc. 15, 36. Jo. 2, 7. 6, 13. Ap. 15, 8 (Aesch. Ag. 443 et ap. al.); *τὶ ἀπό τινος*, aliquo ad implendum alterum adhibito, Lc. 15, 16; idem denotat *τὶ ἔκ τινος*, Ap. 8, 5. (מִן מָלֵא. Ex. 16, 32. Jes. 51, 34 al.)*

*γέμω*, verb. defect. solum in praes. et impf. usitatum, *plenus, refertus sum; a*) *τινός* (ut plerumque ap. Graecos) Mt. 23, 25 (*Lchm.*); vs. 27. Lc. 11, 39. Ro. 3, 14 (e Ps. 10, 7); Ap. 4, 6. 8. 5, 8. 15, 7. 17, 3 s. 21. 9. — *b*) *ἔκ τινος*, Mt. 23, 25 (*γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς*, id, quo implentur, petitum est e rebus raptis; v. in *γεμίζω*). — *c*) ex hebraismo (v. in *πληρόω*) c. accus. materiae, *γέμον τὰ ὀνόματα βλασφημίας* Ap. 17, 3.*

*γενεά, ᾶς, ἡ* (*γένω* = *γίνομαι*), ap. LXX persaepe = דּוֹר; ap. Graecos inde ab Hom.; — 1) *procreatio, natales, nativitas;* Hdt. 3, 30. Xen. Cyr. 1. 2, 8 al. — 2) passive: *id quod procreatum est, homines ejusdem stirpis, familia; a*) pr. jam ap. Hom.; = מִשְׁפָּחָה Gen. 31, 3 al.; *σώζειν Ῥαχάβην κ. τὴν γενεὰν αὐτῆς*, Jos. antt. 5, 1, 5; — *singuli posteri sibi*

*succedentes* s. *membra stemmatis*, Mt. 1, 17. (ἑβδόμη γενεὰ οὗτός ἐστιν ἀπὸ τοῦ πρώτου, Philo vit. Mos. I, §. 2.) — *b*) translate: *genus hominum ingeniis, studiis, moribus sibi simillimorum*, et quidem malo sensu *perversum genus*; Mt. 17, 17. Mc. 9, 19. Lc. 9, 41. 16, 8. — 3) *omnis copia hominum eodem tempore viventium*; Mt. 24, 34. Mc. 13, 30. Lc. 1, 48 (πᾶσαι αἱ γενεαί); 21, 32. Phil. 2, 15; dic. potissimum de gente israelitica unum idemque aetatis tempus degente, Mt. 11, 15. 12, 39. 41 s. 45. 16, 4. 23, 36. Mc. 8, 12. 38. Lc. 11, 29 s. 32. 50 s. 17, 25. Act. 13, 36. Heb. 3, 10; ἄνθρωποι τῆς γενεᾶς ταύτης Lc. 7, 31; ἄνδρες τῆς γεν. 11, 31; τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται, quis poterit describere gentis hac aetate viventis nequitiam, Act. 8, 33 (e Jes. 53, 7 LXX). — 4) *hominum aetas* (*ein Menschenalter*), tempus circiter XXX—XXXIII annorum spatio circumscriptum (Hdt. 2. 142 et ap. al.; Heraclit. ap. Plut. def. orac. c. 11), s. ὁ χρόνος, ἐν ᾧ γεννῶντα παρέχει τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον ὁ γεννήσας (Plut. l. c.); in N. T. plerumque in plurali, Eph. 3, 5; παρῳχημέναις γενεαῖς, praeteritis aetatibus, Act. 14, 16; ἀπὸ τῶν γενεῶν, ex quo fuerunt aetates, Col. 1, 26; ἐκ γενεῶν ἀρχαίων, ab antiquis inde aetatibus, Act. 15, 21; εἰς γενεὰς γενεῶν, per omnes aetates, in perpetuum (qua locutione brevioribus aetatibus longiores aetates effici ponitur; v. in αἰών p. 12), Lc. 1, 50 e l. vulg. (לְדוֹר דּוֹרִים Jes. 51, 8); εἰς γενεὰς κ. γενεάς, ibid. *Tdf. Trg.*, = לְדוֹר וָדוֹר Ps. 89, 2 s. Jes. 34, 17; frequentissime ap. LXX. (de seculi spatio γενεά dic. Gen. 15, 16; cf. *Knobel* ad h. l. et quae *Keim* III, p. 206 uberius de hoc argumento docet).*

γενεαλογέω, ῶ, *genealogum ago* (a γενεά et λέγω), *familiarum genus et origines recenseo* vel *investigo* (saepe ap. Hdt.; Xen. Plat. Theophr. Lucian. Ael. al.); pass. *originem duco, genus meum deducitur*, ἔκ τινος, Heb. 7, 6.*

γενεαλογία, ας, ἡ, *genealogia, generis* s. *stemmatum recensio* (Plat. Crat. p. 396 e. Pol. 9, 2, 1. Dion. Hal. antt. 1, 11. — LXX 1 Chr. 7, 5. 7. 9, 22); in plur. dic. de *aeonum*, quales Gnostici statuebant, ordinibus, 1 Tim. 1, 4. Tit. 3, 9; cf. *de Wette* ad Tit. 1, 14.*

γενέσια, ων, τά (ab adj. γενέσιος a γένεσις), *natalitia, festum diei natalis*, Mt. 6, 21. Mt. 14, 6. (Alciphr. epist. 3, 18 et 35. Dio Cass. 47, 18 al. ἡ γενέσιος ἡμέρα Jos. antt. 14, 4, 7. Antiquiores Graeci dixerunt γενέσια de feriis denicalibus, *Todtenfeier*; v. *Lob.* ad Phryn. p. 104. Cf. *Keim* II, p. 516.*

γένεσις, εως, ἡ (*ΓΕΝΩ*), ap. Graecos primum Hom. Il. 14, 201. — 1) *ortus, origo*; βίβλος γενέσεώς τινος, liber originum alicujus, i. e. liber, in quo stirpes s. majores ejus recensentur, = סֵפֶר תּוֹלְדוֹת Gen. 5, 1 al. — 2) dic. de *nativitate, natalibus*, Mt. 1, 18 et Lc. 1, 14 pro l. vulg. γέννησις (ἡμέραι τῆς γενέσεώς μου = ἀφ' οὗ ἐγεννήθην Judith. 12, 18 coll. vs. 20); πρόςωπον τῆς γενέσεως, forma nativa, Jac. 1, 23 ss. — 3) dic. de eo, quod sequitur originem, i. e. de *exsistentia*, de *vita*, ὁ τροχὸς τῆς γενέσεως, rota vitae, Jac. 3, 6 (cf. *Grimm* Exgt. Hdb. ad Sap. 7, 4); sed alii explicant *rota originis hominum*, quae simulatque nati sunt, cursum auspicatur, h. e. vitae decursus.*

γενετή, ῆς, ἡ (*ΓΕΝΩ*), quasi *die Gewordenheit, ortus*; hinc persaepe ἐκ γενετῆς, a natalibus inde (Hom. Il. 24, 535. Arist. eth. 6, 13 al. Pol. 3, 20, 4. Diod. 5, 32 et ap. al. — LXX Lev. 25, 47), Jo. 9, 1.*

γένημα, ατος, τό (a γεγένημαι, pf. verbi γίνομαι), e forma Mt. 26, 29. Mc. 14, 25. Lc. 12, 18. 22, 18. 2 Co. 9, 10 optimis codd. stabilita ideoque a *Tdf.* et *Trg.* recepta, a *Grsb.* tantum Lc. 12, 18. 2 Co. 9, 10 expressa, sed a nullo grammatico allata ideoque a *Fritzschio* ad Mc. p. 619 s. librariorum incuriae tributa, pro vulg. γέννημα, q. v. — *Lchm.* Mc. 14, 25 servavit vulg. lectionem.*

γεννάω, ῶ, f. ήσω, aor. 1. ἐγέννησα, pf. γεγέννηκα, pf. pass. γεγέννημαι, aor. 1. pass. ἐγεννήθην (a γέννα, poet. = γένος), ap. Graecos inde a Pind., ap. LXX = יָלַד, *gigno*, dic. de viris liberos procreantibus, Mt. 1, 1—16. Act, 7, 8. 29; sq. ἐκ c. gen. matris, Mt. 1, 3. 5. 6; rarius de mulieribus infantes parientibus, Lc. 1, 13. 57. 23, 29. 16, 21; εἰς δουλείαν, edere partum, qui serviat, Gal. 4, 24. (Luc. sacrif. 6. Plut. educ. lib. 5. et ap. al. LXX Jes. 46, 9. 4 Macc. 10, 2 al.) — Pass. *gignor*; τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθέν, in utero ejus genitum, Mt. 1, 20; *nascor*, Mt. 2, 1. 4. 19, 12. 26, 24. Mc. 14, 21. Lc. 1, 35. Jo. 3, 4. Ro. 9, 11. Heb. 11, 23; add. εἰς τὸν κόσμον Jo. 16, 21; sq. ἐν c. dat. loci Act. 22, 3; ἀπό τινος, ab aliquo patre ortum habeo, Heb. 11, 12; ἔκ τινος, nasci matre, Mt. 1, 16; ἐκ πορνείας Jo. 8, 41; ἐξ αἱμάτων, ἐκ θελήματος ἀνδρός, Jo. 1, 13; ἐκ τῆς σαρκός, Jo. 3, 6; ἐν ἁμαρτίαις ὅλος, Jo. 9, 34 (v. in ἁμαρτία, p. 20); εἴς τι, ad aliquid nascor, Jo. 18, 37. 2 Pet. 2, 12; cum adjectivo, τυφλὸς γεγέννημαι, Jo. 9, 2. 19 s. 32; supplendo Ῥωμαῖος, Act. 22, 28; τῇ διαλέκτῳ, ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν, Act. 2, 8; γεννηθεὶς κατὰ σάρκα, genitus vel natus secundum (per) naturalem libidinem et vim; κατὰ πνεῦμα, secundum (per) vim promissionis divinae, Gal. 4, 29 coll. vs. 23. — 2) translate, *a*) univ. *efficio, oriri facio, excito*; μάχας, 2 Tim. 2, 23. (βλάβην, λύπην al. ap. Graecos.) — *b*) judaico sensu dic. de iis, qui ad suam disciplinam aliquem perducunt; ὑμᾶς ἐγέννησα, vitae vestrae Christo dicatae auctor sum, 1 Co. 4, 15. Philem. vs. 10. (Sanhedr. fol. 19, 2: „Si quis filium proximi sui legem docet, hoc idem putat scriptura, ac si eum genuisset.") — *c*) e Ps. 2, 7 dic. de deo Christum faciente filium suum; *α*) Messiam (υἱὸν τοῦ θεοῦ) solenniter declaro, videlicet per resurrectionem, Act. 13, 33. *β*) auctor sum divinae naturae, qua Christus gaudet, Heb. 1, 5. 5, 5. — *d*) singulari sensu in Joannis evang. et prima epistola dic. de deo naturam et indolem filiorum suorum s. vitam spiritualem hominibus tribuente, h. e. sancta sua vi eorum animos ad fidem in Christo ponendam ac novam sibique dicatam vitam agendam movente et perducente; absol. 1 Jo. 5, 1; plerumque passive ἐκ θεοῦ vel ἐκ τοῦ θεοῦ ἐγεννήθησαν, γεγέννηται, γεγεννημένος al., Jo. 1, 13. 1 Jo. 2, 29. 3, 9. 4, 7. 5, 1. 4. 18; etiam ἐκ τοῦ πνεύματος γεννᾶσθαι, Jo. 3, 6. 8; ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος (quia illa ethica generatio in suscipiendo baptismo efficitur), 3, 5; ἄνωθεν γεννᾶσθαι, 3, 3. 7 (v. in ἄνωθεν, p. 35) = τέκνον θεοῦ γίνεσθαι, 1, 12.*

γέννημα, τος, τό (γεννάω, γεγέννημαι), *quod genitum, natum, procreatum est*; *a*) ut ap. antiquiores Graecos inde a Sophocle hominum vel animalium *suboles, progenies*; ἐχιδνῶν, Mt. 3, 7. 12, 34. 23, 33. Lc. 3, 7. (γυναικῶν Sir. 10, 18.) — *b*) inde a Polyb. *terrae et agrorum proventus* (ap. LXX persaepe γεννήματα τῆς γῆς), Lc. 12, 18 (ubi *Trg.* τὸν σῖτον); τῆς ἀμπέλου, Mt. 26, 29. Mc. 14, 25. Lc. 22, 18; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 286. — metaph., *fructus, praemium, commodum*; τῆς δικαιοσύνης, 2 Co. 9, 10. (Hos. 10, 13; τῆς σοφίας Sir. 1, 17. 6, 18). Ceterum v. in γένημα.*

Γεννησαρέτ, Γεννησαρέθ, (targum. גִּנֵּיסַר s. גנוסר, γεννησάρ 1 Macc. 11, 67. Jos. b. jud. 3, 10, 7. *Gene-*

*sara*, Plin. 5, 15), *Genesaret*, regio ad mare galilaeum sita amoenissima et fertilissima (Jos. l. c).; ἡ γῆ Γεννησ. Mt. 14, 34. Mc. 6, 53; ἡ λίμνη Γεννησ. Lc. 5, 1, nomine prisco יָם כִּנֶּרֶת, Num. 34, 11. s. יָם כִּנְּרוֹת, Jos. 12, 3., ab urbe כִּנֶּרֶת, Deut. 3, 17., quae prope sita fuit, dicta, in evangg. ἡ θάλασσα τῆς Γαλιλαίας, Mc. 1, 16. Mt. 4, 18; ἡ θάλασσα τῆς Τιβεριάδος, Jo. 6, 1. 21, 1. Lacui Joseph. l. c. tribuit CXL stadiorum longitudinem et XL stadiorum latitudinem. Cf. *Rüetschi* in *Herzog* Enc. V, p. 6 s. *Furrer* in *Schenkel* BL. 2. p. 322 ff.*

*γέννησις, εως, ἡ (γεννάω), generatio, procreatio* (ita saepe ap. Plat.); *nativitas, natales;* Mt. 1, 18 et Lc. 1, 14 in t. vulg.; v. in *γένεσις*.*

*γεννητός, ή, όν* (*γεννάω, γεγέννημαι*), *genitus, natus* (saepe ap. Plat.; Diod. 1, 6 et ap. al. posteriores); ex hebr. (יְלוּד אִשָּׁה Job. 14, 1 al.) *γεννητοὶ γυναικῶν* facit periphrasin *hominum* inclusa notione imbecillitatis et fragilitatis, Mt. 11, 11. Lc. 7, 28.*

*γένος, ους, τό* (*ΓΕΝΩ, γίνομαι*), *genus; a*) *progenies, τινός*, Act. 17, 28 s. (e dicto Arati poetae); Ap. 22, 16. — *b*) *familia;* Act. 7, 13. 13, 26. — *c*) *gens;* Act. 7, 19. 2 Co. 11, 26. Phil. 3, 5. Gal. 1, 14. 1 Pet. 2, 9 (Gen. 11, 6. 17, 14 al. = עַם); *natio* (*Abstammung von einem bestimmten Volke*), Mc. 7, 26. Act. 4, 36. 18, 2. 24. — *d*) concr. *complexus plurium, quae ejusdem naturae sunt, species* (*Gattung, Art, Sorte*); Mt. 13, 47. 17, 21. Mc. 9, 29. 1 Co. 12, 10. 28. 14, 10. (Iisdem significatibus ap. Graecos inde ab Hom.)*

*Γερασηνός, οῦ, ὁ, Gerasenus*, i. e. ad Gerasam (*τὰ Γέρασα*, Jos. b. j. 3, 3, 3) urbem pertinens; Mt. 8, 28. Mc. 5, 1. Luc. 8, 26. 37 ap. *Lchm.* e codd. permultis, quos vidit Origenes. Sed quum Gerasa esset urbs in finibus meridionalibus Peraeae (Jos. l. c. coll. 4, 9, 1) vel in Arabia sita (Orig. opp. tom. 4, 140), de ea h. l. cogitari non potest; v. in *Γαδαρηνός* et in voce seq.

*Γεργεσηνός, ή, όν, Gergesenus*, pertinens ad urbem Gergesam, quae ad orientalem lacus Genesaret ripam sita ponitur; Mt. 8, 28 e lectione vulg. Sed nititur haec lectio auctoritate et ingenio Origenis, qui quam in suis codicibus repererat variam scripturam *Γαδαρηνῶν* et *Γερασηνῶν* (v. in his nominibus) ita immutandam censuit ad eorum fidem, qui olim urbem quandam Gergesam ad lacum Galilaeae sitam fuisse dicerent. Sed Josephus eam ignorat, veterum autem Gergesaeorum Gen. 15, 21. Jos. 24, 11 commemoratorum nihil nisi nomina in V. T. tradita superesse diserte docet antt. 1, 6, 2. Unde Mt. 8, 28 *Γαδαρηνῶν* legendum atque Gadarae urbis ditionem usque ad lacum Genesaret pertinuisse, Matthaeum autem 8, 34 ex errore hanc urbem ad ipsum lacum sitam putasse statuendum videtur. Nam apud Mc. 5, 14 s. Lc. 8, 34 nihil obstat, quo minus homines e solis ruribus ad Jesum confluxisse censeamus.

*γερουσία, ας, ἡ* (adj. *γερούσιος*, ad senes spectans, a *γέρων*), *senatus, seniorum concilium;* dic. ap. profanos de populorum et urbium summo senatu (*ἐν ταῖς πόλεσι αἱ γερουσίαι*, Xen. mem. 4, 4, 16; in V. T. de summo senatu tum totius populi Israelitarum Ex. 3, 16 al. 1 Macc. 12, 6 al., tum urbium, Deut. 19, 12 al.); de magno Judaeorum synedrio Act. 5, 21., ubi voci *τὸ συνέδριον* additur *καὶ πᾶσαν γερουσίαν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, et quidem* (*καί* explicativum) *totum senatum*, ut significetur synedrium non infrequens.*

*γέρων, οντος, ὁ, senex*, Jo. 3, 4.*

*γεύω, gustare facio, gustandum praebeo, τινά* (Gen. 25, 30); in N. T. solum med. *γεύομαι*, f. *-σομαι*, aor. 1. *ἐγευσάμην;* 1) *degusto, saporem exploro* (*kosten*); Mt. 27, 34; contra elegantioris graecitatis usum (cf. *Win.* p. 187) c. accus. objecti Jo. 2, 9. — 2) *sapore afficior, saporem percipio, fruor, τινός*, Lc. 14, 24 (*γεύσεταί μου τοῦ δείπνου*, i. e. convivii mei particeps erit); hinc, ut ap. Graecos inde ab Hom. i. q. *sentio, usu cognosco, experior; τινός* Heb. 6, 4; *ῥῆμα θεοῦ*, vs. 6. (*τῆς γνώσεως*, Clem. Ro. 36.) — ut ap. Chaldaeos, Syros, Rabbinos dic. *γεύεσθαι τοῦ θανάτου* Mt. 16, 28. Mc. 9, 1. Lc. 9, 27. Jo. 8, 52. Heb. 2, 9. — seq. *ὅτι*, 1 Pet. 2, 3. (Ps. 34, 9.) — 3) *cibum capio*, absol. Act. 10, 10. 20, 11; cf. *Kypke* Observv. II, p. 47; *comedo*, c. gen., *μηδενός*, Act. 23, 14; mente supplendo genit. ciborum vetitorum, Col. 2, 21.*

*γεωργέω, ῶ* (*γεωργός*, q. v.), *agriculturam exerceo, agrum colo; τὴν γῆν* (Plat. Theag. p. 121 b. Eryx. p. 392 b. 3 Esr. 4, 6. 1 Macc. 14, 8); pass. Heb. 6, 7.*

*γεώργιον, ου, τό, arvum;* 1 Co. 3, 9. (Prov. 24, 30. 31, 16. Theag. ap. schol. Pind. Nom. 5, 21. Strab. 14. p. 671.)*

*γεωργός, οῦ, ὁ* (ex *γῆ* et *ΕΡΓΩ*), inde a Xen. et Plat., *agricola;* qui *agrum colit;* 2 Tim. 2, 6. Jac. 5, 7; aliquoties ap. LXX; dic. de *vinitore* (Ael. nat. anim. 7, 28), Mt. 21, 33 ss. Mc. 12, 1 s. 7, 9. Lc. 20, 9 s. 14. 16. Jo. 15, 1.*

*γῆ*, gen. *γῆς, ἡ* (contr. ex *γέα*, poët. *γαῖα*), LXX frequentissime pro אֶרֶץ et אֲדָמָה, *terra;* 1) *terra arabilis, tellus;* Mt. 13, 5. 8, 23. Mc. 4, 8. 20. 26. 28. 31. Lc. 13, 7. 14, 35. Jo. 12, 24. Heb. 6, 7. Jac. 5, 7. Ap. 9, 4; dic. de materie terrena, ex qua aliquid formatur, injuncta notione fragilitatis et imbecillitatis; *ἐκ γῆς χοϊκός*, 1 Co. 15, 47. — 2) *humus, solum, cui insistitur* (*Boden*); Mat. 10, 29. 15, 35. 23, 35. 27, 51. Mc. 8, 6. 9, 20. 14, 35. Lc. 22, 44. 24, 5. Jo. 8, 6. 8. Act. 9, 4. 8. — 3) *terra continens*, mari vel aquis opposita; Mc. 4, 1. 6, 47. Lc. 5, 3. 8, 27. Jo. 6, 21. 21, 8 s. 11. Ap. 12, 12. — 4) *terrarum orbis; a*) *terra coelo opposita;* Mt. 5, 18. 35. 6, 10. 16, 19. 18, 18. 24, 35. Mc. 13, 31. Lc. 2, 14. Jo. 12, 32. Act. 2, 19. 4, 24. 2 Pet. 3, 5. 7. 10. 13. Ap. 21, 1; *τὰ ἐπὶ τῆς γῆς*, res et naturae, quae sunt in terra, Eph. 1, 10. Col. 1, 16; dic. ita, ut involvatur notio mutabilitatis, fragilitatis, imbecillitatis, et in rebus intelligendis et in rebus agendis; Mt. 6, 19; *τὰ ἐπὶ τῆς γῆς* (= *τὰ ἐπίγεια* Phil. 3. 19), bona, gaudia, voluptates, honores terrae, Col. 3, 2 (opp. *τὰ ἄνω*); *τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς*, membra corporis vestri terreni tanquam sedes et instrumenta pravarum cupiditatum, Col. 3, 5; *ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς - - λαλεῖ* (opp. Christus e coelis profectus), qui terrestris (humanae) originis est, refert terrestrem indolem et loquitur ut fert terrestris ejus origo et indoles, Jo. 3, 31. — *b*) *terra habitata*, sedes hominum et animalium; Lc. 21, 35. Act. 1, 8. 10, 12. 11, 6. 17, 26. Heb. 11, 13. Ap. 3, 10; *αἴρειν ζωήν τινος* vel *τινα ἀπὸ τῆς γῆς*, Act. 8, 33. 22, 22; *κληρονομεῖν τὴν γῆν* (v. in *κληρονομῶ*) Mt. 5, 5; *πῦρ βάλλειν ἐπὶ τὴν γῆν*, i. e. inter homines, Lc. 12, 49 coll. vs. 51 et Mt. 10, 34: *ἐπὶ τῆς γῆς*, inter homines, Lc. 18, 8. Jo. 17, 4. — 5) *terra certis finibus circumscripta, tractus terrae, regio* (*Land, Gebiet*); simpliciter ubi e contextu orationis patet, quaenam terra sit intelligenda, velut judaica, Lc. 4, 25. 21, 23. Ro. 9, 28. Jac. 5, 17; addito nomine gentis: *γῆ Ἰσραήλ*, Mt. 2, 20 s. *Ἰούδα*, 2, 6; *Γεννησαρέτ*, 14, 34. Mc. 6, 53; *Σοδόμων κ. Γομόῤῥων*, Mt. 10, 15. 11, 24; *Χαλδαίων*, Act. 7, 4; *Αἴγυπτος*, v. supra in *Αἴγυπτος* p. 10; *ἡ Ἰουδαία γῆ*, Jo. 3, 22; addito adj.: *ἀλλοτρία*, Act. 7, 6; *ἐκείνη*, Mt. 9, 26. 31; cum genit. pers., *patria alicujus*, Act. 7, 3.

**γῆρας**, αος (ως), ion. γήρεος, dat. γήρεϊ, γήρει, τό, *senectus;* Lc. 1, 36 ἐν γήρει ap. *Grsb. Lchm. Tdf.* pro l. vulg. ἐν γήρᾳ, id quod sine l. var. exstat Sir. 25, 2; cf. *Fritzsche* ad Sir. 3, 12. *Sturz* de dialecto macedon. p. 153. *Win.* §. 9, 1.*

**γηράσκω** s. γηράω, aor. 1. ἐγήρασα, inde ab Hom., *senesco;* Jo. 21, 18; de rebus, institutis al. *obsolesco,* Heb. 8, 13 (vi et auctoritate privor.)*

**γίνομαι** (ap. ionicos prosae scriptores et in communi graecitate inde ab Aristot. pro attico γίγνομαι), fut. γενήσομαι, aor. 2. ἐγενόμην (saepe 3 ps. sing. optat. γένοιτο) et eadem significatione aor. 1. pass. ἐγενήθην, ab Atticistis reprobatus (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 108 s.), in communi graecitate non raro, ap. LXX saepe obvius (Act. 4, 4. 1 Th. 2, 14. 1 Co. 15. 10 al.), imperat. γενηθήτω (Mt. 6, 10. 15, 28 al.); pf. γεγένημαι et γέγονα, 3 ps. plur. γέγοναν Ro. 16, 7. Ap. 21, 6 *Lchm. Tdf. Trg.;* cf. *Win.* p. 36 et 73. *Mullach* p. 16. *Bttm.* ntl. Gr. p. 37 s.); 3 ps. sing. plusqpf. ἐγεγόνει (Jo. 6, 17. Act. 4, 22); — *fio,* et quidem

1) *fio,* i. e. *exsisto, esse incipio* (*das Dasein erhalten*)*;* absol., Jo. 1, 15, 30 (ἔμπροσθέν μου γέγονεν); 8, 58 (πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι); 1 Co. 15, 37 (τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον); ἔκ τινος, *nascor,* Ro. 1, 3 (ἐκ σπέρματος Δαυίδ); Gal. 4, 4 (ἐκ γυναικός); Mt. 21, 19 (μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται); de omnium rerum origine, Heb. 11, 3; διά τινος, Jo. 1, 3. 10. — *orior, exorior* (*entstehen, eintreten*), de eventis in rerum natura aut inter homines, velut γίνεται βροντή, Jo. 12, 29; ἀστραπή Ap. 8, 5; σεισμός 16, 18; γαλήνη, Mt. 8, 26. Mc. 4, 39. Lc. 8, 24; λαῖλαψ, Mc. 4, 37; γογγυσμός Act. 6, 1; ζήτησις, Jo. 3, 25. Act. 15, 2; πόλεμος, Ap. 12, 7; ἡ βασιλεία κτλ. 11, 15. 12, 10; χαρά Lc. 8, 8 et mult. al. exemplis. Huc pertinent etiam phrases γίνεται ἡμέρα, *dies illucescit* (*es wird Tag*), Lc. 4, 42. 6, 13. 22, 66. Act. 12, 18. 16, 35. 23, 12. 27, 29. 33. 39; ὀψέ, ingruit vespera, Mc. 11, 19., i. q. ὀψία, Mt. 8, 16. 14, 15. 23. 16, 2. 26, 20. Mc. 14, 17. Jo. 6, 16 al.; πρωΐα, Mt. 27, 1. Jo. 21, 4; νύξ Act. 27, 27; σκοτία, Jo. 16, 17. Hinc

2) *fieri* i. q. *evenire, accidere* (*geschehen*), de eventis; *a*) universe; Mt. 5, 18. 24, 6. 20. 34. Lc. 1, 20. 12, 54. 21, 28. Jo. 1, 28. 13, 19 al.; τοῦτο γέγονεν, ἵνα, hoc eum in finem factum est, ut …; Mt. 1, 22. 21, 4. 26, 56; τὰ γενόμενα, Mt. 18, 31. 27, 54. 28, 11. Lc. 23, 48; τὸ γενόμενον Lc. 23, 47; τὸ γεγονός, Mc. 5, 14. Lc. 24, 12. Act. 4, 21; τὸ ῥῆμα τὸ γεγονός Lc. 2, 15; τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, Lc. 21, 36. Act. 26, 22; τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι, 2 Tim. 2, 18; θανάτου γενομένου, *nach erfolgtem Tode,* Heb. 9, 15. — μὴ γένοιτο, formula potissimum Paulo (atque Epicteto, cf. *Schweighaeuser* Index graec. in Epictet. p. 392) frequentata, *absit! deus avertat!* Lc. 20, 16. Ro. 3, 4. 6. 31. 6, 2. 15. 7, 7. 13. 9, 14. 11, 1. 11. 1 Co. 6, 15. Gal. 2, 17. 3, 21 (= חָלִילָה Jos. 22, 29 al.); cf. *Sturz* de dial. maced. p. 204 s.; — τί γέγονεν, ὅτι …, quid factum est, quod … = quam ob causam, cur? Jo. 14, 22. (τί ἐγένετο, ὅτι … Eccles. 7, 10; τί ἐστιν, ὡς … Eur. Troad. 889.) — *b*) Tritissime in tribus prioribus evangg., potissimum Lucae, et in actis apost. καὶ ἐγένετο (וַיְהִי seq. ו); cf. *Win.* p. 565 et potissimum *Bttm.* ntl. Gr. p. 237 s. *α*) καὶ ἐγένετο καί cum verbo finito, Mc. 2, 15 (*Tdf. Trg.* καὶ γίνεται); Lc. 2, 15. 5, 1. 8, 1. 9, 28. 51. 10, 38. 14, 1. 17, 11. 19, 15. 24, 15. Act. 5, 7; seq. καὶ ἰδού, Mt. 9, 10. Lc. 24, 4. — *β*) multo saepius non iteratur καί, Mt. 7, 28. Mc. 4, 4. Lc. 1, 23. 2, 46. 6, 12. 7, 11. 9, 18. 33. 37. 11, 1. 19, 29. 24, 30. *γ*) καὶ ἐγέν. seq. acc. c. inf., Mc. 2, 23. Lc. 6, 1. 6. Act. 19, 1. — *c*) Item ἐγένετο δέ *α*) seq. καί c. verbo finito, Lc. 5, 1. 9, 28. Act. 5, 7. — *β*) ἐγένετο δέ sq. verbo finito sine καί, Lc. 1, 8. 2, 1. 6. 8, 40. 9, 37. 11, 14. 27. — *γ*) ἐγένετο δέ seq. acc. c. infin. Lc. 3, 21. 16, 22. Act. 3, 37. 4, 5. 9, 3. 32. 37. (11, 26 t. vulg., *Grsb.*) 14, 1. 28, 8. — *δ*) ἐγέν. δέ sq. τοῦ c. infin. Act. 10, 25. *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* cf. *Meyer* ad l. et *Win.* p. 307 s. — *d*) c. dativo personae: *evenit, accidit, contingit, obtingit alicui;* sq. infin. Act. 20, 16; ἐὰν γένηται (sc. αὐτῷ) εὑρεῖν αὐτό, si obtigerit ei, Mt. 18, 13; ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, absit a me, ut glorier, Gal. 6, 14. (Gen. 44, 7. 17. 1 Reg. 20, 3. Alciphr. epp. 1, 26.); sq. accus. c. inf., *accidit mihi, ut* .., Act. 11, 26 (*Lchm. Tdf. Trg.*); 22, 6. 17; c. adverbiis (*ergehen*)*:* εὖ, Eph. 6, 3. (μὴ γένοιτό σοι οὕτω κακῶς, Ael. v. h. 9, 36.) — cum notatione rei alicui contingentis; τί γέγονεν αὐτῷ, Act. 7, 40 (ex Ex. 32, 1); ἐγένετο πάσῃ ψυχῇ φόβος, obortus est metus, Act. 2, 43. — Mc. 4, 11. 9, 21. Lc. 19, 9. Jo. 5, 14. 15, 7. Ro. 11, 25. 1 Co. 4, 5. 2 Co. 1, 8. 2 Tim. 3, 11. 1 Pet. 4, 12; supplendo ἡμῖν, Jo. 1, 17. — ἐγένετο αὐτῷ γνώμη, subiit ejus animum consilium, cepit consilium, Act. 20, 3. — sqq. praepositionibus; ἐπ' αὐτῇ, *in se, bei* s. *an ihr,* Mc. 5, 33; εἴς τινα, Act. 28, 6.

3) *exsisto* (*auftreten, hervortreten unter den Menschen, in der Geschichte*), de hominibus in publicam lucem prodeuntibus; Mc. 1, 4. Jo. 1, 6. 2 Pet. 2, 1; γεγόνασι, exstiterunt et adsunt, 1 Jo. 2, 18.

4) *efficior, peragor;* τὰ ἔργα, Heb. 4, 3; διὰ χειρῶν de rebus arte fabricatis, Act. 19, 26; de miraculis, *patror, edor,* διὰ τῶν χειρῶν τινος, Mc. 6, 2; διά τινος, Act. 2, 43. 4, 16. 30. 12, 9; ὑπό τινος, Lc. 9, 7 (t. vulg. *Grsb. Lchm.*); 13, 17. 23, 8; γενόμενα εἰς Καφαρν., gethan an Kapernaum, h. e in ejus commodum (*Win.* p. 388), Lc. 4, 23. — de mandatis, decretis, consiliis, petitis al. *peragor;* Mt. 6, 10. 21, 21. 26, 42. Mc. 11, 23. Lc. 14, 22. 23, 24. Act. 21, 14; γενήσεται ὁ λόγος, perficietur quod dicitur, 1 Co. 15, 54. — junct. c. nominibus certam actionem significantibus, ἡ ἀπώλεια γέγονε, Mc. 14, 4; ἀπογραφή Lc. 2, 2; ἐπαγγελία γενομένη ὑπὸ θεοῦ, data a deo, Act. 26, 6; ἀνάκρισις, 25, 26; νόμου μετάθεσις, Heb. 7, 12; ἄφεσις, 9, 22. — de institutis, legibus al., *instituor, feror;* τὸ σάββατον ἐγένετο, institutum sabbati, Mc. 2, 27; ὁ νόμος, Gal. 3, 17; οὐ γέγονεν οὕτως, non ita institutum est, Mt. 19, 8. — de festis, nuptiis, epulis, *agor, celebror;* τὸ πάσχα, Mt. 26, 2 (= פֶּסַח 2 Regg. 23, 22); τὸ σάββατον, Mc. 6, 2; τὰ ἐγκαίνια, Jo. 10, 22 (τὰ Ὀλύμπια, Xen. Hell. 7, 4, 28; Ἴσθμια, ibid. 4, 5, 1); γάμος Jo. 2, 1. — γίνεται ἐν ἐμοί, mecum agitur, 1 Co. 9, 15.

5) *fio,* i. q. *reddor, evado,* „in locis, ubi definitur, quis aut quid fiat vel factus sit aliquid qualitate, conditione, loco, dignitate, moribus“ (*Wahl* Clav. apocr. V. T. p. 101). *a*) ita ut addatur praedicatum substantivo aut adjectivo expressum; οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται, Mt. 4, 3. Lc. 4, 3; ὕδωρ οἶνον γεγενημένον Jo. 2, 9; ἀρχιερεὺς γενόμενος, Heb. 6, 20; διάκονος, Col. 1, 25; ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, Jo. 1, 14; ἀνήρ, 1 Co. 13, 11 et multa alia exempla; χάρις οὐκέτι γίνεται χάρις, gratia non amplius habebit naturam gratiae, non amplius gratia dicenda est, Ro. 11, 6; ἄκαρπος γίνεται Mc. 4, 19. Mt. 13, 22; — Mt. 17, 2 Lc. 8, 17. Jo. 5, 6 et al. multis locis; — ex adj. *me exhibeo, me praesto, me gero,* Lc. 10, 36. 19, 17. 24, 19. Ro. 11, 34. 16, 2. 2 Co. 1, 18 (in t. vulg.); 1 Th. 1, 6. 2, 7. Heb. 11, 6 al.; maxime in adhortationibus; γίνεσθε, Mt. 10, 16. 24, 44. Lc. 6, 36. Eph. 4, 32. Col. 3, 15; μὴ γίνου, Jo. 20, 27; μὴ γίνεσθε, Mt. 6, 16. Eph. 5, 7. 17. 1 Co. 10, 7; μὴ γινώμεθα, Gal. 5, 26; — hinc. dic. decla-

rative i. q. *cognosci, manifestari,* Lc. 13, 2 (tristi eorum sorte manifestatum est, fuisse eos peccatores); Ro. 3, 4. 2 Co. 7, 14. — *γίνομαι τινί τις*, me exhibeo aliquem erga aliquem, 1 Co. 9, 20. 22. — *b*) praedicato pronomine interrogativo; *τί ὁ Πέτρος ἐγένετο*, quid Petro accidisset, Act. 12, 18. — *c*) *γίνεσθαι ὡς* vel *ὡσεί τίνα*, *similem* vel *parem fieri alicui;* Mt. 10, 25. 18, 3. 28, 4. Mc. 9, 26. Lc. 22, 44. Ro. 9, 20 (e Jes. 1, 9); 1 Co. 4, 13. Gal. 4, 12. — *d*) *γίνεσθαι εἴς τι*, *mutari in aliquid, abire in aliquid, cedo in al.* (*zu etwas werden*); *ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας* Mt. 21, 42. Mc. 12, 10. Lc. 10, 17. Act. 4, 11. 1 Pet. 2, 7 ex Ps. 118, 22. — Lc. 13, 19 (*εἰς δένδρον μέγα*); Jo. 16, 20. Act. 5, 36. Ro. 11, 9 (e Ps. 69, 23); 1 Th. 3, 5. Ap. 8, 11. 16, 19 al. (= הָיָה לְ; sed etiam Graeci locutione utuntur; cf. *Win.* p. 173. *Bttm.* ntl. Gr. p. 131.). — *e*) *γίνεσθαι* c. casibus copulatum; *α*) c. genitivo; *fio* s. *reddor alicujus peculium, venio in ejus potestatem;* Lc. 20, 14. 33. Ap. 11, 15; *προφητεία ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται*, fieri nequit, ut suae mentis vi aliquis vaticinium explicet (*wird nicht Sache subjectiver Erklärung*), sed ad explicandum opus est eadem per spiritum s. illuminatione, cui debetur vaticinium, nam .. 2 Pet. 1, 20. — *γενέσθαι*, c. gen. numerum annorum aetatis indicante: tot quot indicantur annos natum, Lc. 2, 42. 1 Tim. 5, 9. — *β*) c. dativo; *γίνεσθαι ἀνδρί*, alicujus viri uxorem fieri, Ro. 7, 3 s. (הָיָה לְאִישׁ Lev. 22, 12. Ruth 1, 12 al.) — *f*) adjunctis praepositionibus c. substantivis; *ἔν τινι, in aliquem statum incido* aut *me converto;* *ἐν ἀγωνίᾳ*, Lc. 22, 44; *ἐν ἐκστάσει*, Ap. 22, 17; *ἐν πνεύματι*, 1, 10. 4, 2; *ἐν δόξῃ* 2 Co. 3, 7; *ἐν παραβάσει*, 1 Tim. 2, 14; *ἐν ἑαυτῷ*, ad se redire, sui compotem fieri, Act. 12, 11 (etiam ap. Graecos; cf. *Hermann* ad Vig. p. 749); *ἐν Χριστῷ*, ad Christi consortium adduci, Christianum fieri, Ro. 16, 7; *ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων*, hominibus similem fieri, Phil. 2, 7; *ἐν λόγῳ κολακείας*, versari in sermone adulatorio, h. e. uti eo, 1 Th. 2, 5. — *ἐπάνω τινός*, *praefici alicui*, Lc. 19, 19. — *μετά τινος* vel *σύν τινι*, *fieri alicujus socium, cum eo versari;* Mc. 16, 10. Lc. 2, 13. Act. 7, 38. 20, 18. — *ὑπό τινα*, *alicui subjici*, Gal. 4, 4. — *g*) notato *termino motus* aut *loco mansionis;* *εἰς* c. acc. loci venire aliquo, ad aliquid (*wohin gelangen*), Act. 20, 16. 21, 17. 25, 15. *ὧδε* Jo. 6, 25; *ὡς ἐγένετο - - εἰς τὰ ὦτά μου*, cum vox aures meas pertingeret, Lc. 1, 44; *εἰς* c. acc. personae de malis aliquem invadentibus Ap. 16, 2 (e. l. vulg. *Grsb.*); de beneficiis alicui contingentibus, Gal. 3, 14. 1 Th. 1, 5; *γενέσθαι ἐπὶ τοῦ τόπου*, Lc. 22, 40; *ἐπὶ τῆς γῆς*, Jo. 6, 21; *ὧδε* vs. 25 (*ἐκεῖ*, Xen. anab. 6, 3, 20); *ἐπί* c. acc. loci, Lc. 24, 22. Act. 21, 35; *ἐγένετο διωγμὸς ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν*, 8, 1; *ἐγένετο φόβος* vel *θάμβος ἐπὶ πάντας*, Lc. 1, 65. 4, 36. Act. 5, 5. 11; *ἕλκος κακὸν ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους* Ap. 16, 2 *Lchm. Tdf. Trg.;* *ἐγένετο ῥῆμα ἐπί τινα*, *λόγος* vel *φωνὴ πρός τινα* (*erging an*), Lc. 3, 2. Jo. 10, 35. Act. 7, 31. 10, 13. 32. (Gen. 15, 1. 4. Jer. 1, 2. 11. 13, 8. Ez. 6, 1. Hos. 1, 1.) *κατά* c. acc. loci Lc. 10, 32. Act. 27, 7. (Xen. Cyr. 7, 1, 15.) *κατά* c. gen., *τὸ γενόμενον ῥῆμα καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας*, res, cujus fama omnem Judaeam peragravit, Act. 10, 37; *πρός τινα* 2 Jo. 12 *Lchm. Tdf. Trg.;* 1 Co. 2, 3; *σύν τινι*, alicui socium adjungi, Lc. 2, 13 (Xen. Cyr. 5, 3, 8); *ἐγγύς γίνεσθαι*, Eph. 2, 13 (Xen. anab. 1, 8, 8); *τινός*, Jo. 6, 19. — *h*) *γίνεσθαι ἐκ μέσου*, e medio tolli, 2 Th. 2, 7; *γενέσθαι ὁμοθυμαδόν* de pluribus in unum congregatis, Act. 15, 25 coll. 2, 1.

*γινώσκω* (attice *γιγνώσκω*, v. in *γίνομαι*, a *ΓΝΟΩ*, ut *βιβρώσκω* a *ΒΡΟΩ*), f. *γνώσομαι*, aor. 2. *ἔγνων* (a *ΓΝΩΜΙ*), imper. *γνῶθι*, *γνώτω*, conj. *γνῶ* (3 ps. sing. *γνοῖ* Mc. 5, 43. 9, 30. Lc. 19, 15 *Lchm. Tdf. Trg.* pro l. vulg. *γνῷ;* cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 40); ptcp. *γνούς*, pf. *ἔγνωκα* (Jo. 17, 7; 3 ps. plur. *ἔγνωκαν* pro *ἐγνώκασι*, v. in *γίνομαι*), plqpf. *ἐγνώκειν*, pf. pass. *ἔγνωσμαι*, aor. 1. *ἐγνώσθην*, fut. *γνωσθήσομαι*, ap. Graecos inde ab Hom.; LXX pro יָדַע, lat. *nosco, novi;* I) univ. 1) *nosco, comperio, certior fio* (*kennen lernen, erfahren*); pass. *innotesco;* c. accus. Mt. 22, 18. Mc. 5, 43. Act. 21, 34. 1 Co. 4, 19. 2 Co. 2, 4. Col. 4, 8. 1 Th. 3, 5 al.; pass. Mt. 10, 26. Act. 9, 44. Phil. 4, 5 al.; *τί ἔκ τινος* Mt. 12, 33. Lc. 6, 44. 1 Jo. 4, 6; *τινά* vel *τί ἔν τινι*, in aliqua re notam habeo, qua cognosco, *an etwas erkennen*, Lc. 24, 35. Jo. 13, 35. 1 Jo. 4, 2; *κατά τί γνώσομαι τοῦτο*, hujus promissionis veritatem, Lc. 1, 18 (Gen. 15, 8); *περὶ τῆς διδαχῆς*, Jo. 7, 17; — saepe non additur objectum, sed ex antea dictis facile intelligitur, Mt. 9, 30. 12, 15 (consilium a Pharisaeis captum); Mc. 7, 24 (nolebat cognosci a quoquam se adesse); 9, 30. Ro. 10, 19 al.; sq. *ὅτι*, Mt. 21, 45. Jo. 4, 1. 5, 6. 12, 9 al.; sq. *τί* interrog. Mt. 6, 3. Lc. 16 4; *ἀπό τινος*, per aliquem certior fio, Mc. 15, 45. — c. acc. personae: cognosco aliquem consortio meo et amore dignum, *als den Meinen erkennen;* ita *ὑπὸ τοῦ θεοῦ γινώσκεσθαι* dicuntur, quos deus evangelii beneficiis dignos judicavit, 1 Co. 8, 3. Gal. 4, 9; negative in effato Christi: *οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς*, *ihr seid mir stets unbekannte Leute geblieben*, Mt. 7, 23. — *sentio* (*wahrnehmen*), *ἔγνω τῷ σώματι, ὅτι* .. Mc. 5, 29; *ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ*, Lc. 8, 46. — 2) *novi, intelligo, perspicio, scio;* *a*) *intelligo;* c. acc., *τὰ λεγόμενα*, Lc. 18, 34; *ἃ ἀναγινώσκεις*, Act. 8, 30; sq. *ὅτι*, Mt. 21, 46. Jo. 8, 27 s. 2 Co. 13, 6. Gal. 3, 7. Jac. 2, 20; sq. *τί* interrog. Jo. 10, 16. 13, 12. 28; *ὃ κατεργάζομαι οὐ γινώσκω*, *mein Handeln ist mir unerklärlich*, Ro. 7, 15. — *b*) *novi;* *τὸ θέλημα*, Luc. 12, 47; *τὰς καρδίας*, 16, 15; *τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν*, peccati nescium = ejus sibi non conscium, 2 Co. 5, 21; *ἐπιστολὴ γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη*. 2 Co. 3, 2; *τινά*, nosse aliquem, ejus personam, ingenium, mentem, consilia, Jo. 1, 49. 2, 24. Act. 19, 15. 2 Tim. 2, 19 (e Num. 16, 5); sq. *ὅτι*, Jo. 21, 17. Phil. 1, 12. Jac. 1, 3. 2 Pet. 1, 20; sq. acc. c. inf. Heb. 10, 34; sq. interrog. indirecta, Ap. 3, 3; *ἑλληνιστὶ γινώσκ.*, *graece scire* (Cic. fin. 2, 5), Act. 21, 37 (*ἐπίστασθαι συριστί*, Xen. Cyr. 7, 5, 31; *graece nescire* Cic. p. Flacco 4); *ἴστε* (l. vulg. *ἐστε*) *γινώσκοντες*, scitis intelligentes, Eph. 5, 5; cf. *Win.* p. 333. — imperat. *γινώσκετε*, *scitote*, Mt. 24, 32 s. 43. Mc. 13, 29. Lc. 10, 11. Jo. 15, 18. Act. 2, 36. Heb. 13, 22. 1 Jo. 2, 29. — 3) per euphemismum ex hebraeo et inde ab alexandrina aetate etiam graeco usu *γινώσκ.* dic. de maris et feminae congressu, *rem cum aliquo* aut *aliqua habere* (*mit jemandem Bekanntschaft haben*); de marito, Mt. 1, 25; de femina, Lc. 1, 34. (Gen. 4, 1. 17. 19, 8. 1 Sam. 1, 19 al. Judith. 16, 22. Callim. ep. 58, 3; saepe ap. Plutarch.; cf. *Vögelin* Plut. Brut. p. 10 ss.; sic etiam latin. *cognosco* Ovid. met. 4, 596; *novi*, Justin. 37, 3, 11). — II) Speciatim frequentatur in N. T. *γινώσκειν*, *noscere, novisse*, de dei et Christi rerumque ad eos spectantium vel ab iis profectarum cognitione et intelligentia; *a*) *τὸν θεόν*, unum et verum deum, opp. gentilium polytheismo, Ro. 1, 21. Gal. 4, 9; item *τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν*. Jo. 17, 3 coll. 1 Jo. 5, 20; *τὸν θεόν*, naturam et voluntatem dei, opp. falsae et Judaeorum et gentilium sapientiae, 1 Co. 1, 21; *τὸν πατέρα*, naturam dei patris, potissimum sanctam ejus voluntatem et caritatem, qua homines sanctos

et salvos esse vult per Christum, Jo. 8, 55. 16, 3. 1 Jo. 2, 3 s. 13. 3, 1. 6. 4, 8; singularem dei patris cognitionem sibi tribuit Christus, Jo. 10, 15. 17, 26; γνῶθι τὸν κύριον, domini praecepta, Heb. 8, 11; τὸ θέλημα (dei), Ro. 2, 28; νοῦν κυρίου, 11, 34. 1 Co. 2, 16; τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ, 1 Co. 2, 8; τὰς ὁδοὺς τοῦ θεοῦ Heb. 3, 10 (e Ps. 95, 10). — *b*) Χριστόν, ejus beneficia, Phil. 3, 10; Χριστὸν ἐγνωκέναι κατὰ σάρκα Paulus 2 Co. 5, 16. dicit eam Christi cognitionem, quae sibi fuerat ante conversionem suam, qua solam servilem illius formam noverat ideoque in eo filium dei nondum viderat. — E *joanneo* dicendi usu γινώσκειν, ἐγνωκέναι Χριστόν est *cognoscere*, *novisse* messianam ejus dignitatem (17, 3. 6, 69); divinitatem ejus (τὸν ἀπ' ἀρχῆς 1 Jo. 2, 13 s. coll. Ev. 1, 10), summam ejus erga nos caritatem et beneficia ex ejus consortio in nos redundantia (in dicto Christi γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν Jo. 10, 14); amorem ejus in deum (14, 31); sanctitatem ejus et a peccatis immunitatem (1 Jo. 3, 6). Junguntur a Joanne πιστεύειν et γινώσκειν et ita quidem, ut alias priorem locum obtineat τὸ πιστεύειν, 6, 69; alias vero τὸ γινώσκειν, 10, 38 (e l. vulg., pro qua *Lchm. Tdf. Trg.* exhibent ἵνα γνῶτε καὶ γινώσκητε); 17, 8. 1 Jo. 4, 16 (amorem dei). — *c*) τὰ τοῦ πνεύματος, quae proficiscuntur a spiritu, 1 Co. 2, 14; τὸ πνεῦμα τ. ἀληθείας καὶ τὸ πν. τῆς πλάνης, 1 Jo. 4, 6; τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, Mt. 13, 11; τὴν ἀλήθειαν, Jo. 8, 32. 2 Jo. 1; absolute dic. de divinarum rerum cognitione, 1 Co. 13, 12; de cognitione rerum christiano homini licitarum, 8, 2.

γλεῦκος, ους, τό, *mustum*, succus dulcis ex uvis expressus; Nic. alex. 184. 299. Plut. al. Job. 32, 19; *vinum dulce*, Act. 2, 13.*

γλυκύς, εῖα, ύ, *dulcis*, Jac. 3, 11 (opp. πικρόν); vs. 12 (opp. ἁλυκόν); Ap. 10, 9.*

γλῶσσα, ης, ἡ, *lingua;* 1) *lingua, corporis membrum, loquelae instrumentum;* Mc. 7, 33. 35. Lc. 1, 64. 16, 24. 1 Co. 14, 9. Jac. 1, 26. 3, 5. 6. 8. 1 Pet. 3, 10. 1 Jo. 3, 18. E poetico et rhetorico, potissimum hebraeo dicendi usu membro corporis in aliquo actu praecipue efficaci tribuitur id quod est hominis; ita etiam linguae Act. 2, 26 (ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου); Ro. 3, 13. 14, 11. Phil. 2, 11 (cujusvis hominis lingua); dic. de flammulis formas linguarum referentibus, doni peregrinarum linguarum signis, Act. 2, 3. — 2) *lingua* h. e. *sermo, quo populus aliquis utitur et ab aliis populis dignoscitur;* Act. 2, 11; unde e posteriorum Israelitarum usu (Jes. 66, 18. Dan. 3, 4. 5, 19. 6, 26. 7, 14. Judith. 3, 8) junct. c. vocibus φυλή, λαός, ἔθνος significandis variarum linguarum populis inservit, Ap. 5, 9. 7, 9. 10, 11. 11, 9. 13, 7. 14, 6. 17, 15. — λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, *aliis*, quam quae alicui natae sunt, s. peregrinis *linguis loqui*, Act. 2, 4 coll. vs. 6—11; γλώσσαις λαλεῖν καιναῖς, *novis linguis loqui*, quas antea non didicit qui iis utitur, Mc. 16, 17; cf. *de Wette* ad acta apost. p. 27 ss. ed. 1. A qua utraque dictione probe distingue simplex λαλεῖν γλώσσαις, γλώσσαις λαλεῖν, λαλεῖν γλώσσῃ, γλώσσῃ λαλεῖν (et προσεύχεσθαι γλώσσῃ 1 Co. 14, 14), *linguâ* (loquelae instrumento), *linguis loqui* (*mit Zunge sich vernehmen lassen, mit Zungen reden*), quod, ut ex 1 Co. 14, 7 ss. patet, hominibus tribuitur, qui ad summum ecstaseos gradum abrepti neque mentis et sui ipsorum conscientiae satis compotes fervidissima animi sensa sermonibus insolitis, incomptis, abstrusis, parum inter se cohaerentibus, ad aliorum animos edocendos et commovendos nihil valentibus exprimerent, Act. 10, 46. 19, 6. 1 Co. 12, 30. 13, 1. 14, 2. 4—6. 13. 18. 23. 27. 39. Origo dictionis inde repetenda videtur, quod hebraeo dicendi usu lingua celebratur instrumentum, quo dei laudes praedicantur (ἡ τῶν θείων ὕμνων μελῳδός 4 Macc. 10, 21 coll. Ps. 34, 8. 66, 17. 71, 24. 126, 2. Act. 2, 26. Phil. 2, 11; λαλεῖν ἐν γλώσσῃ Ps. 39, 4), atque e severiore inspirationis notione in inspirato homine nihil humani efficax putabatur nisi lingua a spiritu s. motitata (καταχρῆται ἕτερος αὐτοῦ τοῖς φωνητηρίοις ὀργάνοις, στόματι καὶ γλώττῃ πρὸς μήνυσιν ὧς ἂν θέλῃ, Philo rer. div. haer. §. 53), unde opponitur διὰ τοῦ νοὸς λαλεῖν 1 Co. 14, 19 coll. vs. 9. Plurali in phrasi γλώσσαις λαλεῖν etiam de *uno* dicta (1 Co. 14, 5 s.) respicitur ad varios motus linguae. Per meton. causae pro effectu γλῶσσαι sunt i. q. λόγοι ἐν γλώσσῃ 1 Co. 14, 19., *orationes linguâ prolatae* (*Zungenvorträge*), 13, 8. 14, 22; γένη γλωσσῶν, 1 Co. 12, 10. 28., e quorum exemplis duo commemorantur προςευχή et ψαλμός 1 Co. 14, 15; γλῶσσαν ἔχω, suppetit mihi quod linguâ proferam, vs. 26.*

γλωσσόκομον, ου, τό (pro antiquiore γλωσσοκομεῖον s. γλωσσοκόμιον, a γλῶσσα et κομέω), *a*) *cistella, in qua tibicines tibiarum lingulas reponebant. b*) *arcula etiam aliis usibus destinata;* speciatim *loculus, marsupium, in quo argentum reconditur,* Jo. 12, 6. 13, 29; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 98 s. (= אֲרוֹן, cista, 2 Chr. 24, 8. 10 s.; Jos. antt. 6, 1. 2. Plut. Longin. al.)*

γναφεύς, έως, ὁ (etiam κναφεύς a γνάπτω s. κνάπτω), *fullo*, (*Walker*); Mc. 9, 3. (Hdt. Xen. et sqq. LXX Jes. 7, 3. 36, 2. 2 Reg. 18, 17.)*

γνήσιος, α, ον (per syncopen pro γενήσιος a γενήσομαι), *legitime natus, genuinus; verus, sincerus;* Phil. 4, 3. 1 Tim. 1, 2. Tit. 1, 4; τὸ τῆς ἀγάπης γνήσιον, i. q. τὴν γνησιότητα 2 Co. 8, 8. (inde ab Hom.)*

γνησίως, adv., *genuine, germane, sincere;* Phil. 2, 20.*

γνόφος, ου, ὁ (pro antiquiore δνόφος, cogn. c. νέφος), *tenebrae, caligo;* Heb. 12, 18. (Arist. de mundo c. 2. Luc. de m. peregr. 42. Dio Chrys. — LXX., etiam pro עָנָן nubes, Deut. 4, 11 al. et עֲרָפֶל, idem, Exod. 20, 21 al.)*

γνώμη, ης, ἡ (ab infin. γνῶναι, epice γνώμεναι), 1) *facultas cognoscendi, mens, ratio.* — 2) id quod putatur vel cognoscitur, *sententia; a*) *sententia, judicium, opinio*, 1 Co. 1, 10. Ap. 17, 13. — *b*) sententia de eo, quid sit faciendum, *aa*) de eo quid mihi sit faciendum, *consilium* (*Absicht*), *propositum;* ἐγένετο γνώμη τοῦ ὑποστρέφειν, Act. 20, 3. *bb*) de eo, quod aliis sit faciendum, *consilium* (*Rath*); διδόναι γνώμην, 1 Co. 7, 25. 2 Co. 8, 10. *cc*) *decretum*, Ap. 17, 17; χωρὶς τῆς σῆς γνώμης, te invito, Philem. vs. 14. (iisdem significatibus ap Graecos.)*

γνωρίζω, f. ίσω (Jo. 17, 26. Eph. 6. 21. Col. 4, 7); attice ιῶ (Col. 4, 9), aor. 1. ἐγνώρισα, aor. 1. pass. ἐγνωρίσθην, ap. Graecos inde ab Aeschylo, LXX pro הוֹדִיעַ et chald. הוֹדַע; 1) trans. *notum facio;* τί, Ro. 9, 22 s. τί τινι, Lc. 2, 15. Jo. 15, 15. 17, 26. Act. 2, 28. 2 Co. 8, 1. Eph. 3, 5. 10. 6, 21. Col. 4, 7. 9; 2 Pet. 1, 16; τινὶ τὸ μυστήριον, Eph. 1, 9. 3, 3. 6, 19; τινί, ὅτι 1 Co. 12, 3; τινί τι, ὅτι = τινί, ὅτι τι, Gal. 1, 11; sq. τί interrog. Col. 1, 27; περί τινος, Lc. 2, 17 (*Lchm. Tdf. Trg.*); γνωριζέσθω πρὸς τὸν θεόν, notitia perferatur ad deum, Phil. 4, 6; γνωρίζεσθαι εἰς πάντα τὰ ἔθνη, divulgari inter omnes gentes, Ro. 16, 26; ex adj. et emphatice i. q. in memoriam alicui revoco, quasi eum lateat, quod notum facio, 1 Co. 15, 1; c. accus. personae, pass. notus *fio, cognoscor*, Act. 7, 13 *Trg.* — 2) intrans., *scio, novi;* τί αἱρήσομαι, οὐ γνωρίζω, Phil. 1, 22.*

*γνῶσις, εως, ἡ* (a *ΓΝΟΩ*), *cognitio;* c. gen. objecti: *σωτηρίας*, Lc. 1, 77; *τοῦ θεοῦ*, cognitio dei, qualis offertur in evangelio, 2 Co. 2, 14., maxime in paulina ejus expositione, 2 Co. 10, 5; *τῆς δόξης τοῦ θεοῦ ἐν προςώπῳ Χριστοῦ*, 2 Co. 4, 6; *Ἰησοῦ Χριστοῦ*, Christi tanquam servatoris, Phil. 3, 8. 2 Pet. 3, 18; c. gen. subj. *τοῦ θεοῦ*, scientia rerum, quae dei est, Ro. 11, 33. — *γνῶσις* nude dict. est univ. *intelligentia*, Eph. 3, 19; univ. cognitio christianae religionis, Ro. 15, 14. 1 Co. 1, 5; interior perfectior amplior hujus religionis cognitio, qualis est provectiorum, 1 Co. 12, 8. 13, 2. 8. 14, 6. 2 Co. 6, 6. 8, 7. 11, 6; inpr. rerum Christianis licitarum et illicitarum, 1 Co. 8, 1. 7. 10 s.; sublimior divinarum et christianarum rerum cognitio, quam jactant falsi doctores, *ψευδώνυμος γνῶσις*, 1 Tim. 6, 20; ethica sapientia, qualis cernitur in recte vivendo, 2 Pet. 1, 5 s.; in usu et consortio aliorum, *κατὰ γνῶσιν*, sapienter, 1 Pet. 3, 7. — objective: ea quae cognoscuntur de rebus divinis et officiis humanis, Ro. 2, 20. Col. 2, 3; de salute per Christum obtinenda, Lc. 11, 52. Ubi junguntur *γνῶσις* et *σοφία*, illa videtur esse *cognitio per se spectata*, haec *intelligentia in agendo conspicua*, Ro. 11, 33. 1 Co. 12, 8. Col. 2, 3.*

*γνώστης, ου, ὁ, gnarus, der Kenner;* Act. 26, 3. (Plut. Flam. c. 4; *θεὸς ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης* Hist. Sus. vs. 42; de futurarum rerum divinatoribus 1 Sam. 28, 3. 9 al.)*

*γνωστός, ή, όν, cognitus, notus;* Act. 9, 42; *τινὶ* Jo. 18, 15 s. Act. 1, 19. 15, 18 (e l. vulg.); 19, 17. 28, 22; *γνωστὸν ἔστω ὑμῖν*, *scitote*, Act. 2, 14. 4, 10. 13, 38. 28, 28; ex adj. *insignis*, Act. 4, 16; *γνωστὸν ποιεῖν*, notum facere, patefacere, Act. 15, 17 s. *Grsb. Tdf. Trg.; τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ* vel *id, quod de deo cognosci potest*, vel i. q. *γνῶσις τοῦ θεοῦ*, utrumque enim ad idem redit, Ro. 1, 19; cf. *Fritzsche* ad l. et *Win.* p. 220. — plur. *οἱ γνωστοί, familiares* (Ps. 31, 11. 88. Neh. 5, 10), Lc. 2, 44. 23, 49. (Ap. Graecos inde ab Aeschylo.)*

*γογγύζω*, impf. *ἐγόγγυζον*, aor. 1. *ἐγόγγυσα*, *murmuro, musso, mussito* (Polluce et Phavorino testibus dic. de nativa columbarum voce, ut *τονθρύζω* et *τονθορύζω*, quo elegantiores Graeci utuntur; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 358); hinc dic. de iis, qui clandestinos sermones conferunt, *τὶ περί τινος*, Jo. 7, 32; de iis, qui indignabundi conqueruntur, 1 Co. 10, 10; *πρός τινα*, Lc. 5, 30; *μετ᾽ ἀλλήλων* Jo. 6, 43; *κατά τινος*, Mt. 20, 11; *περί τινος*, Jo. 6, 41. 61. (LXX Antonin. 2, 3. Epict. diss. 3, 26.)*

*γογγυσμός, οῦ, ὁ* (*γογγύζω* q. v.), *murmur, murmuratio;* appellatur ita *a*) disputatio clandestina, *περί τινος*, Jo. 7, 12. — *b*) indignatio clandestina, quae non palam profertur; *πρός τινα* Act. 6, 1; *χωρὶς* vel *ἄνευ γογγυσμῶν*, sine indignabundis querelis, h. e. hilari et lubenti animo, Phil 2, 14. 1 Pet. 4, 9 (ubi *Lchm. Tdf. Trg. γογγυσμοῦ*). (Exod. 16, 7 ss. Sap. 1, 10 s. Antonin. 9, 37.)*

*γογγυστής, οῦ, ὁ, murmurator* (Vulg., Augustin.); qui indignabundus effundit questus (adversus deum; additur enim *μεμψίμοιροι*), Jud. vs. 16.*

*γόης, ητος, ὁ* (*γοάω*, lamentor, ululo), 1) lamentans, ululans; Aesch. choeph. 809. 2) *praestigiator, incantator* (quia incantationes ululatu quodam proferri solebant). 3) *fraudator, impostor;* 2 Tim. 3, 13. (Hdt. Eur. Plat. et sqq.)*

*Γολγοθά*, s. (*Tdf.*) *Γολγοθᾶ*, accus. *ᾶν* (Mt. 15, 22 *Tdf.*), *Golgotha*, chald. גָּלְגָּלְתָּא, heb. גֻּלְגֹּלֶת (a גָּלַל, volvit), i. e. *κρανίον, calva* s. *calvaria*, nomen loci extra Hierosolyma siti, ubi Jesus supplicio afficiebatur, ut videtur, ita dicti, quod calvae similitudinem referebat; Mt. 27, 33. Mc. 15, 22. Jo. 19, 17. Cf. *Tobler* Golgatha. St. Gallen. 1851. *Furrer* in *Schenkel* BL. 2, p. 506 ss. *Keim* III, p. 404 s.*

*Γόμοῤῥα, ας, ἡ*, et *ων, τά*, *Gomorrha* (עֲמֹרָה cf. עַזָּה, Gaza), nomen urbis ad plagam orientalem terrae Judaeae sitae, cum Sodomis et aliis vicinis oppidis eodem eversae motu terrae, Gen. 19, 24. Quarum urbium loca nunc occupata tenet asphaltites lacus s. mare mortuum. Mt. 10, 15. (Mc. 6, 11 t. vulg.) Ro. 9, 29. 2 Pet. 2, 6. Jud. vs. 7.*

*γόμος, ου, ὁ* (*γέμω*), *a*) *onus navis, merces, quae navi vehuntur;* Act. 21, 3. (Hdt. 1, 194. Dem. et al.) *b*) *merces quaevis*, Ap. 18, 11 s.*

*γονεύς, έως, ὁ* (*ΓΕΝΩ, γέγονα*), *parens;* plur. *οἱ γονεῖς, parentes*, Lc. 2, 41. 43 (*Lchm. Tdf. Trg.*); 21, 16. Jo. 9, 2 s. 22 s. 2 Co. 12, 14. Ro. 1, 30. Eph. 6, 1. Col. 3, 20. 2 Tim. 3, 2; de accus. plur. *τοὺς γονεῖς* Mt. 10, 21. Lc. 2, 27. Mc. 13, 12., cf. *Win.* §. 9, 2.*

*γόνυ, γόνατος, τό, genu;* Heb. 12, 2; *τιθέναι τὰ γόνατα, flectere genua*, dic. de precantibus, Lc. 22, 41. Act. 7, 60. 9, 40. 20, 36. 21, 5; de adorantibus, Mc. 15, 19., ut etiam *προςπίπτειν τοῖς γόνασί τινος*, Lc. 5, 8 (idem de supplice Eur. Or. 1332); *κάμπτειν τὰ γόνατα, flectere genua*, de iis, qui deum aut Christum adorant; *τινὶ* Ro. 11, 4; *πρός τινα*, Eph. 3, 14; reflexive, *γόνυ κάμπτει τινί*, in alicujus honorem, Ro. 14, 11 (1 Reg. 9, 18); *ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ*, Phil. 2, 10 (Jes. 45, 23).*

*γονυπετέω, ῶ*, prtcp. aor. 1. *γονυπετήσας* (*γονυπετής* et hoc ex *γόνυ* et *ΠΕΤΩ*, i. q. *πίπτω*), *in genua procido*, quod est et opem implorantium et reverentiam honoremque significantium; *τινὶ*, Mt 17, 14 e t. vulg.; *τινά* ibid, *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* Mc. 1, 40 t. vulg. *Grsb.;* 10, 17; cf. *Win.* p. 197; *ἔμπροσθέν τινος*, Mt. 27, 29. (Polyb. Heliod.; script. eccles.)*

*γράμμα, τος, τό* (*γράφω*), *id quod scriptum est;* 1) *littera*, h. e. *figura litterae;* Lc. 23, 38. Gal. 6, 11. — 2) *quodvis scriptum, litterarum monumentum* (*Urkunde*); *a*) *chirographum, syngrapha, Schuldverschreibung* (ut *scriptio* ap. Varr. Sat. Men. 8, 1); Lc. 16, 6 s. (ap. *Lchm. Tdf. Trg.* plur. *τὰ γράμματα*, ea quae scripta sunt; ita de uno scripto etiam ap. Antiph. p. 114. Dem. p. 1034, 16. Vulg.: *cautio*). — *b*) *litterae, epistola*, Act. 28, 21. (Hdt. 5, 14. Thuc. 8, 50. Xen. Cyr. 4, 5, 12 al.). — *c*) *τὰ ἱερὰ γράμματα, litterae sacrae* (Vet. Test.), 2 Tim. 3, 15; *γράμμα* i. q. scripta lex mosaica, Ro. 2, 27; *Μωϋσέως γράμματα*, Jo. 5, 47. Quum Judaei ita subsisterent in *scripta* lege, ut non solum mera scriptura iis maneret, sed etiam veram pietatem impediret: Paulus eam in malam partem appellat *γράμμα* atque *τῷ πνεύματι*, h. e. divinae *menti* opponit, tum in mosaica lege, Ro. 2, 29., tum in evangelio efficaci, qua Christiani reguntur, Ro. 7, 6. 2 Co. 3, 6 s., opponit. — 3) *τὰ γράμματα*, ut lat. *litterae, Wissenschaften*, quae litterarum monumentis continentur, Act. 26, 24; *εἰδέναι, μεμαθηκέναι γρ.* (nostr. *studirt haben*), dic. de eruditione sacrarum litterarum perita, Jo. 7, 15. (*μανθάνειν, ἐπίστασθαι* al. *γράμματα* a Graecis dicitur de litterarum elementis; cf. *Passov.* I, p. 571.)*

*γραμματεύς, έως* (acc. plur. *εῖς*, *Win.* §. 9, 2), *ὁ* (*γράμμα*), LXX pro סֹפֵר et שֹׁטֵר, 1) ap. profanos et passim in V. T. *scriba*, potissimum *scriba publicus* (*Staatssecretär;* Luth. *Kanzler*), cujus alia erat in aliis civitatibus dignitas et auctoritas; Act. 19, 35 (Sir. 10, 5). — 2) in sacro cod. *legis mosaicae et scripturae s. peritus, interpres, doctor;* Mt. 23, 34. 1 Co. 1, 20 (dictus quoque *νομικός*, Lc. 10, 25., et

νομοδιδάσκαλος, Lc. 5, 17); Jer. 8, 8 (coll. 2, 8); Neh. 8, 1 s. 12, 26. 36. Esr. 7, 6. 11 et prae ceteris Sir. 38, 24. 31 ss. 39, 1—11. Interpretabantur *οἱ γραμματεῖς* sensum oraculorum divinorum, Mt. 2, 4. 17, 10. Mc. 9, 11. 12, 35; quaestiones de lege excutiebant difficiliores ac subtiliores, Mt. 9, 3. Mc. 2, 6 s. 12, 28; addebant legi mosaicae varii generis placita, quibus ejus sensum et argumentum explicari opinarentur, eoque officio fungebantur in detrimentum religionis, Mt. 5, 20. 15, 1 ss. 23, 2 ss. Mc. 7, 1 ss. Lc. 11, 46. Quum legis peritorum consilio utendum esset in causis cognoscendis et in solvendis difficilioribus quaestionibus, adscripti erant synedrio magno, unde in N. T. passim commemorantur simul cum sacerdotibus et presbyteris populi. Mt. 21, 15. 26, 3 (t. vulg.); Mc. 11, 18. 27. 14, 1. 15, 1. Lc. 19, 47. 20, 1. 22, 2. Cf. *Schürer* Ntl. Zeitgeschichte p. 441 ss. *Klöpper* in *Schenkel* BL. 5, p. 247 ss. — 3) univ. *religionis doctor; γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλ. τῶν οὐρ.*, doctor sic institutus, ut ex ejus doctrina et docendi facultate utilitas redundet ad regnum coelorum; Mt. 13, 52.

*γραπτός, ή, όν, scriptus*, Ro. 2, 15.*

*γραφή, ῆς, ἡ* (*γράφω*, cf. *γλυφή* a *γλύφω*) *a) scriptura, scriptum; πᾶσα γραφή*, quaelibet scriptura sc. V. Ti., 2 Tim. 3, 16; plur. *γραφαὶ ἅγιαι*, scripta sacra, libri sacri (Vet. Test.), Ro. 1, 2; *προφητικαί*, Ro. 16, 26; *αἱ γραφαὶ τῶν προφητῶν*, Mt. 26, 56. — *b) ἡ γραφή, κατ᾽ ἐξοχὴν scriptura sacra* (Vet. Test.), et ita quidem, ut intelligatur aut ipse codex aut argumentum ejus; Jo. 7, 38. 10, 35. Act. 8, 32. Ro. 4, 3. Gal. 3, 22. 4, 30. Jac. 2, 8. 1 Pet. 2, 6. 2 Pet. 1, 20; item plur. *αἱ γραφαί*, Mt. 21, 42. 26, 54. Mc. 14, 49. Lc. 24, 27. Jo. 5, 39. Act. 17, 2. 11. 18, 24. 28. 1 Co. 15, 3 s.; semel nomine *τῶν γραφῶν* comprehenduntur etiam novi test. libri tum in canonem colligi coepti, 2 Pet. 3, 16; meton. *ἡ γραφή* i. q. deus in ea loquens, Ro. 9, 17. Gal. 4, 30; ut persona inducitur et a deo distinguitur *ἡ γραφή* Gal. 3, 8. — *εἰδέναι τὰς γραφάς* Mt. 22, 29. Mc. 12, 24; *συνιέναι* Lc. 24, 45. — *c) pars s. pericopa quaedam scripturae s.;* Mc. 12, 10. Lc. 4, 21. Jo. 19, 37. Act. 1, 16.

*γράφω*, f. *ψω*, aor. 1. *ἔγραψα*, pf. *γέγραφα*, pf. pass. *γέγραμμαι*, aor. 2. pass. *ἐγράφην* (pr. *sculpo, insculpo, scalpo;* cf. nostr. *graben, eingraben; γράψεν δὲ οἱ ὀστέον ἄχρις αἰχμή*, Hom. Il. 17, 599; *σήματα γράψας ἐν πίνακι*, ib. 6, 169; hinc *litteras exaro*), *scribo;* 1) ita, ut spectetur *forma* litterarum; *litteras pingo* (*exaro*) in tabula, membrana, charta aliave materia; *τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν*, figuras insculpsit humo, Jo. 8, 6; *οὕτω γράφω*, ita ego litteras pingere consuevi, 2 Th. 3, 17; *πηλίκοις γράμμασι ἔγραψα*, quam grandibus (atque adeo informibus) litteris scripserim, Gal. 6, 11; cf. *Winer, Rückert, Hilgenfeld* ad h. l. — 2) ut spectetur scriptionis *argumentum; a) litteris exprimo*, seqq. verbis, quae litteris exprimuntur; *ἔγραψε λέγων· Ἰωάννης ἐστὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ*, Lc. 1, 63; *μὴ γράφε· ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, κτλ.* Jo. 19, 21; *γράψον· μακάριοι κτλ.* Ap. 14, 13. — *γράφω τι*, Jo. 19, 22. pass. Ap. 1, 3; *τὶ ἐπί τι*, Ap. 2, 17. 19, 16; *τὶ ἐπί τινα* 3, 12; *ἐπί τινος*, 14, 1. — *b) litteris mando* (res, ne oblivioni dentur), *aufzeichnen;* Ap. 1, 19 (*γράψον ἃ εἶδες*); 10, 4; *γράφειν εἰς βιβλίον*, 1, 11; *ἐπὶ τὸ βιβλίον τῆς ζωῆς*, Ap. 17, 8; *γεγραμμ. ἐν τ. βιβλίῳ, ἐν τοῖς βιβλίοις*, 13, 8. 20, 12. 15. 21, 27. 22, 18. 19; *τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, sens., accensiti estis iis, quibus aeterna beatitas parata est, Lc. 10, 20; *γράφειν τί τινι*, in usum alicujus litteris aliquid mandare, Lc. 1, 3. — *c) ἐγράφη* et *γέγραπται* (ap. Synopt. et Paulum), *γεγραμμένον ἐστί* (ap. Joannem), de iis, quae scripta exstant in libris sacris (Vet. Test.); absol. *γέγραπται*, seqq. verbis e sacro codice allatis, Mt. 4, 4. 6 s. 10. 21, 13. Mc. 7, 6. 11, 17. 14, 27. Lc. 4, 8. 19, 46. Act. 15, 15; *καθὼς γέγραπται*, persaepe ap. Paulum, velut Ro. 1, 17. 2, 24. 3, 4. 1 Co. 1, 31. 2. 9. 2 Co. 8, 15. 9, 9; *καθάπερ γέγρ.* Ro. 11, 8 *Tdf. Trg.; γέγραπται γάρ*, Mt. 26, 31. Lc. 4, 10. Act. 23, 5. Ro. 12, 19. 14, 11. 1 Co. 3, 19. Gal. 3, 10. 13, 4, 22. 27; *ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος*, 1 Co. 15, 54; *κατὰ τὸ γεγραμμένον*, 2 Co. 4, 13; *γεγραμμένον ἐστί*, Jo. 2, 17. 6, 31. 12. 14; *ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν*, 1 Co. 10, 11; *ἐγράφη δι᾽ ἡμᾶς*, propter nos, Ro. 4, 23. 1 Co. 9, 10; nominatis auctoribus verborum scriptorum aut libris, in quibus verba exstant; *γέγραπται ἐν βίβλῳ ψαλμῶν* Act. 1, 20; *ἐν βίβλῳ τῶν προφητῶν* 7, 42; *ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ*, 13, 33; *ἐν Ἡσαΐᾳ* Mc. 1, 2 al. — *τινά* vel *τί*, *scribentem commemorare* vel *indicare aliquem* vel *aliquid; ὃν ἔγραψε Μωϋσῆς*, qui Mosi de Messia scribenti obversatus est, s. cujus imaginem expressit Moses, Jo. 1, 46; *Μωϋσῆς γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ νόμου*, Moses, scribens verba *ὅτι ὁ ποιήσας αὐτά κτλ.*, indicat justitiam, quae est ex lege, Ro. 10, 5. — *γέγραπται, γράφειν* al. *περί τινος*, *de aliquo*, Mt. 26, 24. Mc. 14, 21. Jo. 5, 45. Act. 13, 29; *ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου*, ut in eo eventum habeat, Mc. 9, 12 s.; *ἐπ᾽ αὐτῷ*, super eo = de eo (cf. *Win.* p. 368), Jo. 12, 16; *τὰ γεγραμμένα τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρ.*, quae in scriptura ei sunt destinata, h. e. ut eventum habeant in ejus fatis, Lc. 18, 31; cf. *Win.* p. 199; *Μωϋσῆς ἔγραψεν ἡμῖν· ἵνα . .*, M. in sacris litteris praecepit nobis, ut . . Mc. 12, 19. Lc. 20, 28. — *d) γράφειν τινί, per litteras* (in epistola scripta) *alicui* aliquid *significare, indicare, praecipere* al.; Ro. 15. 15. 2 Co. 2, 4. 9. 7, 12. Philem. vs. 21. 2 Pet. 3, 15. 1 Jo. 2, 12 ss.; *δι᾽ ὀλίγων*, 1 Pet. 5, 12; *διὰ μέλανος καὶ καλάμου*, 3 Jo. vs. 13; seqq. verbis in epistola scriptis aut scribendis, Act. 15, 23. Ap. 2, 1. 8. 12. 18. 3, 1. 7. 14; *γράφειν τινί τι*, 1 Co. 14, 37. 2 Co. 1, 13. 2, 3. Gal. 1, 20. 1 Tim. 3, 14. 1 Jo. 1, 4. 2, 1; *περί τινος*, 1 Jo. 2, 26. Act. 25, 26. 2 Co. 9, 1. 1 Th. 4, 9. 5, 1. Jud. vs. 3; *διὰ χειρός τινος*, per aliquem litteras mittere, Act. 25, 23; *γράφειν τινί*, sq. infinit., per litteras aliquem jubere aliquid facere, Act. 18, 27; sq. *μή* cum infinit. (interdicere), 1 Co. 5, 9. 11. — 3) *litteris impleo* (*beschreiben*); *βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν, volumen intus et a tergo*, igitur utrinque *inscriptum*, Ap. 5, 1 (Ez. 2, 10); cf. *Düsterdieck* ad l. — 4) *litteris exaro, scribendo compono, conscribo; βιβλίον*, Mc. 10, 4. Jo. 21. 25; *τίτλον*, Jo. 19, 19; *ἐπιστολήν*, Act. 23, 25. 2 Pet. 3, 1; *ἐντολήν τινι*, praeceptum scribo alicui, Mc. 10, 5. 1 Jo. 2, 7 s. 2 Jo. vs. 5.

*γραώδης, ες* (a *γραῦς*, anus, et *εἶδος*), *anilis;* 1 Tim. 4, 7. (Strabo 1. p. 32. Galen. al.)*

*γρηγορέω, ῶ*, aor. 1. *ἐγρηγόρησα* (ductum ab *ἐγρήγορα*, expergefactus sum, vigilo, pfct. verbi *ἐγείρω*, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 118 s. *Bttm.* Gr. max. p. 158), *vigilo;* 1) pr. Mt. 24, 43. 26, 38. 40. Mc. 13, 34. 14, 34. 37. Lc. 12, 37. 39. Ut *dormire* saepe est i. q. *mortuum esse*, ita semel, 1 Th. 5, 10., *γρηγ.* dicitur pro *vivere, in vita* (terrestri) *esse.* — 2) transl. *diligenter attendo, providus, strenuus sum,* — caveo ne socors et ignavus ingruente tempestate exitiali improviso opprimar, Mt. 24, 42. 25, 13. Mc. 13, 35. Ap. 16, 15., aut ad defectionem a Christo inducar, Mt. 26, 41. Mc. 14, 38; aut ne in peccata incidam, 1 Th. 5, 6. 1 Co. 16, 13. 1 Pet. 5, 8. Ap. 3. 2 s.; aut

ne corrumpar erroribus, Act. 20, 31; ἔν τινι, in aliqua re curam exactissimam adhibeo, Col. 4, 2. (LXX. Jos. antt. 11, 3, 4. Achill. Tat. al.)*

γυμνάζω (γυμνός), vb. Graecis ab Aeschylo inde frequentatum, 1) pr. *nudo corpore exerceo* (in palaestra). — 2) qualicunque modo enixe *exerceo*, s. corpus, s. animum; ἑαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν dic. qui enixe laborat in eo, ut evadat pius, 1 Tim. 4, 7; γεγυμνασμένος, *exercitatus*, Heb. 5, 14. 12, 11; καρδίαν γεγυμν. πλεονεξίας (l. vulg. πλεονεξίαις), animum, quem in artibus suis exercuit avaritia s. lucri studium, 2 Pet. 2, 14; cf. *Win.* §. 30, 4.*

γυμνασία, ας, ἡ (γυμνάζω), *a*) pr. *corporis exercitatio* in palaestra. *b*) quaevis *exercitatio; σωματικὴ γυμνασία*, pietatis exercitatio ad corpus spectans, qualis ascetarum est atque per abstinentiam a matrimonio et quibusdam cibis fit, 1 Tim. 4, 8. (4 Macc. 11, 19. Apud Graecos inde a Plat. de legg. 1, p. 648.)*

γυμνητεύω (γυμνιτεύω ap. *Lchm. Tdf. Trg.*), (γυμνήτης), *leviter* aut *male vestitus sum;* 1 Co. 4. 11. (Ita etiam ap. Dio Chr. 25 et al. posteriores; — *miles sum levis armaturae*, Plut. Aem. 16. Dio Cass. 47, 34.)*

γυμνός, ή, όν, ap. LXX pro עָרֹם et עֵירֹם, *nudus, non tectus;* 1) pr. *a*) *nullis vestibus indutus, vestibus carens;* Mc. 14, 52. Ap. 3, 17. 16, 15. 17, 6; τὸ γυμνόν, substantive *nudum corpus;* ἐπὶ γυμνοῦ, Mc. 14, 51; cf. *Fritzsche* ad l. (τὰ γυμνά Luc. nav. 33). — *b*) *male vestitus;* Mt. 25, 36. 38. 43 s. Act. 19, 16 (laceris vestibus); Jac. 2, 15. (Job. 22, 6. 24, 10. 26, 6.) — *c*) *veste interiore tantum* (*subucula*) *indutus* (toga aut pallio depositis), Jo. 21, 7. (1 Sam. 19, 24. Jes. 20, 2. Hesiod. opp. v. 389; saepe ap. Atticos; ita *nudus* ap. Virg. Georg. 1, 299.) — *d*) de humano animo, cujus vestimentum corpus est: *corporis expers, sine corpore*, 2 Co. 5, 3. (Plat. Crat. c. 20: ἡ ψυχὴ γυμνὴ τοῦ σώματος.) — 2) transl. *a*) *denudatus* i. e *apertus;* Heb. 4, 13. (γυμνὸς ὁ ᾅδης ἐνώπιον αὐτοῦ, Job. 26, 6; exempla e Graecis affert *Bleek* ad Heb. 2, a, p. 585.) — *b*) *solus, merus*, i. q. ψιλός (ut lat. *nudus*); γυμνὸς κόκκος, nudum granum, non ipsa planta, 1 Co. 15, 37. (Clem. 1 Co. 24, 5: σπέρματα πέπτωκεν εἰς τὴν γῆν ξηρὰ καὶ γυμνά.)*

γυμνότης, τητος, ἡ (γυμνός), *nuditas;* corporis, Ap. 3, 18 (v. in αἰσχύνη); dic. de vestium penuria Ro. 8, 35. 2 Co. 11, 27. (Deut. 28, 48. Antonin. 11, 27.)*

γυναικάριον, ου, τό (deminutiv. a γυνή), *muliercula;* contemptim dic. 2 Tim. 3, 6. (Diocles com. Bekk. anecd. p. 87, 4. Antonin. 5, 11; passim ap. Epictet.) De deminutivis terminationis άριον v. *Lob.* ad Phryn. p. 180. *Fritzsche* ad Mc. p. 638.*

γυναικεῖος, εία, εῖον, *muliebris;* 1 Pet. 3, 7. (LXX; ap. Graecos inde ab Hom.)*

γυνή, αικός, ἡ, 1) univ. *femina* cujusvis aetatis, s. virgo, s. nupta, s. vidua; Mt. 9, 20. 13, 33. 27, 55. Lc. 13, 11. Act. 5, 14 al.; ἡ ἐμνηστευμένη τινὶ γυνή, Lc. 2, 5 (t. vulg. *Grsb.*); ἡ ὕπανδρος γυνή, Ro. 7, 2; γυνὴ χήρα, Lc. 4, 26 (3 Reg. 7, 14. 17, 9; *femina vidua*, Nep. praef. 4.) — 2) *uxor;* 1 Co. 7, 3 s. 10. 13 s. Eph. 5, 22 al.; γυνή τινος, Mt. 5, 31 s. 19, 3. 5. Act. 5, 1. 7. 1 Co. 7, 2. Eph. 5, 28. Ap. 2, 20 al. — de *sponsa* dic. Mt. 1, 20. 24. — ἡ γυνὴ τοῦ πατρός, *noverca*, 1 Co. 5, 1 (אֵשֶׁת אָב Levit. 18, 8). — ἔχειν γυναῖκα, Mt. 14, 4. 22, 28. Mc. 6, 18. 12, 23. Lc. 20, 33; v. in ἔχω. — Compellatio γύναι est vel indignantis, Lc. 22, 57; vel admirantis, Mt. 15, 28; vel blandientis et faventis, Lc. 13, 12. Jo. 4, 21; vel reverentiam testificantis, Jo. 2, 4. 19, 26 (ut Hom. Il. 3, 204. Od. 19, 221. Jos. antt. 1, 16, 3).

Γώγ, ὁ (גּוֹג), nom. propr. *Gog*, rex terrae *Magog*, qui Ez. 38 s. e remotissimis septentrionibus cum innumerabilibus et suis ipsius et sociorum populorum copiis civitatem Israelitarum post exilium instauratam invasurus, sed per dei interventum internecione delendus dicitur. Hinc Ap. 20, 8 ὁ Γὼγ et ὁ Μαγὼγ collective dicuntur populi post finem regni milliarii a satana instigati ab extremis quatuor terrae finibus ad impetum in messianum regnum prorupturi, sed igne coelitus demittendo prorsus exstinguendi.*

γωνία, ας, ἡ, *angulus;* i. e. *a*) quod nos dicimus *Ecke;* τῶν πλατειῶν, Mt. 6, 5; κεφαλὴ γωνίας, Mt. 21, 42. Mc. 12, 10. Lc. 20, 17. Act. 4, 11. 1 Pet. 2, 7 (רֹאשׁ פִּנָּה, Ps. 118, 22); caput anguli, i. e. lapis angularis (ἀκρογωνιαῖος, q. v.); αἱ τέσσαρες γωνίαι τῆς γῆς, quatuor extremi fines terrae, Ap. 7, 1. 20, 8. — *b*) ut nostr. *Winkel* et lat. *angulus* i. q. *locus abditus;* Act. 26, 26. (ita Plato Gorg. p. 485 d.: βίον βιῶσαι ἐκ γωνίᾳ. Epict. diss. 2, 12, 17.).

# Δ.

Δαβίδ (forma textus vulg. e recentioribus codd. petita), Δαυΐδ (*Schott., Knapp. Theile* al.) et Δαυείδ (*Lchm. Tdf. Trg.;* cf. *Win.* p. 44 s. *Bleek* Hebr.-Br. 2, a, p. 588; ap. Joseph. Δαυΐδης, ου), ὁ (דָּוִד et potissimum post exilium דָּוִיד), *Davides*, nomen indecl. regis Israelitarum longe celeberrimi; Mt. 1, 1. 6. 17 al. — ἡ σκηνὴ Δ., Act. 15, 16; ἡ κλεὶς τοῦ Δ., Ap. 3, 7; ὁ θρόνος Δ., Lc. 1, 32; ὁ υἱὸς Δ., nomen Messiae: is, qui est e posteris Davidis et cui regnum Dav. destinatum est (v. in υἱός); ἡ ῥίζα Δ., proles Dav., Ap. 5, 5. 22, 16; ἡ βασιλεία τοῦ Δ., Mc. 11, 10 (v. in βασιλεία p. 66); ἐν Δαυΐδ, in libro psalmorum Davidis, Heb. 4, 7.

δαιμονίζομαι, ptcp. aor. 1. pass. δαιμονισθείς (δαίμων), *daemonis vi agitor;* ἄλλος κατ' ἄλλην δαιμονίζεται τύχην, Philemo ap. Stob. eccl. p. 196; dic. de insanis, Plut. symp. 7, 5, 4 et ap. alios recentiores. In N. T. δαιμονιζόμενοι sunt homines gravioribus vel corporis vel animi morbis (ut paralysi, caecitate, surditate, inopia facultatis loquendi, morbo comitiali, melancholia, insania al.) afflicti, quorum corpora e Judaeorum opinione daemones (v. in δαιμόνιον) ingressi erant et ita obsessa tenebant, ut non solum malis ea vexarent, sed etiam animum sede sua emoverent ejusque locum ipsi occuparent, unde obsessi homines e daemonum sibi inhabitantium mente et conscientia loqui solebant; ad quorum sanationem requiri putabatur daemonis ex eorum corpore ejectio; Mt. 4, 24, 8, 16. 28. 33. 9, 32. 12, 22. 15, 22. Mc. 1, 32. 5, 15 s. Jo. 10, 21; δαιμονισθείς, qui obsessus fuerat a daemone, Mc. 5, 18. Lc. 8, 36. Dicuntur etiam ὀχλούμενοι ὑπὸ vel ἀπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, Lc. 6, 18. Act. 5, 16; καταδυναστευόμενοι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, h. e. per ministros ejus, daemones, Act. 10, 38.*

**δαιμόνιον, ου, τό** (neutr. adj. *δαιμόνιος, ία, ον*, divinus, a *δαίμων,=τὸ θεῖον*), 1) *numen, deus;* ita nonnumquam ap. profanos, velut Jos. b. j. 1, 2, 8. Ael. v. h. 12, 27; in plur. *καινὰ δαιμόνια*, Xen. mem. 1, 1, 1 s. et semel in N. T. *ξένα δαιμόνια*, Act. 17, 17. — 2) *spiritus* (*ein Geist*), *numen deo inferius, hominibus superius*, dic. in utramque partem; ita Jesum redivivum discipulis dixisse: *οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον*, refert Ignat. ad Smyrn. 3; *πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου* (genit. appositionis), Lc. 4, 33. (*πονηρόν*, Tob. 3, 8. 17. 6, 7.) Sed in reliquo codice sacro nude dic. de *malis spiritibus* s. *diaboli angelis et ministris;* Lc. 4, 35. 9, 1. 42. 10, 17. Jo. 10, 21. Jac. 2, 19. (Ps. 90, 6. Jes. 13, 21. 34, 14. Tob. 6, 17. 8, 2. Bar. 4, 25); *πνεύματα δαιμονίων* (l. vulg. *δαιμόνων*), h. e.: ex eo spirituum ordine, qui sunt daemones (gen. appos.), Ap. 16, 14; *ἄρχων τῶν δαιμονίων*, princeps daemonum s. diabolus, Mt. 9, 34. 12, 24. Mc. 3, 22. Lc. 11, 15; dicuntur *εἰςέρχεσθαι εἴς τινα*, alicujus corpus ingredi morbis eum vexaturi (v. in *δαιμονίζομαι*), Lc. 8, 30. 32 s.; *ἐκβληθῆναι* et *ἐξέρχεσθαι ἔκ τινος* vel *ἀπό τινος*, quando coguntur egredi ex aliquo ad restituendam ei sanitatem, Mt. 9, 33. 17, 18. Mc. 7, 29. 30. Lc. 4, 35. 41. 8, 2. 33. 35.—*ἐκβάλλειν δαιμόνια* dic. ii, qui daemones cogunt egredi e corporibus, Mt. 7, 22. 12, 27 s. Mc. 1, 34. 39. Lc. 9, 49 al. — *ἔχειν δαιμόνιον*, daemonem insidentem sibi habere, a daemone obsideri, dic. qui aut graviore morbo laborant, Lc. 4, 33. 8, 27 (*ἔχ. δαιμόνια*); aut qui ita agunt vel loquuntur, ut videantur insanire, Mt. 11, 18. Lc. 7, 33. Jo. 8, 20. 48 s. 52. 10, 21. — E Judaeorum opinione ad Christianos profecta daemones dii gentilium sunt et idololatriae auctores; hinc *δαιμόνια* pro אֱלִילִים Ps. 95, 5., et שֵׁדִים Deut. 32, 17. Ps. 105, 35 coll. Bar. 4, 5; *προςκυνεῖν τὰ δαιμόνια καὶ τὰ εἴδωλα*, Ap. 9, 20. Paulus apost. deos gentilium commenticios esse quidem docet (1 Co. 8, 4. 10, 19), sed eorum opinionem a daemonibus hominum animis injectam esse putat, qui sacrificia idolis oblata in suum honorem et usum recipiant, inde ἃ *θύουσι* gentiles, *δαιμονίοις θύουσιν καὶ οὐ θεῷ*, 1 Co. 10, 20 (e LXX Deut. 32, 17 coll. Bar. 4, 5), et ii, qui sacrificalibus gentilium epulis intersunt, in daemonum consortium veniunt, 1 Co. 10, 20 s. — Sparguntur a daemonibus in ipso christiano coetu perniciosi errores a vera doctrina abducentes, 1 Tim. 4, 1. Commemorat etiam Josephus *δαιμόνια* homines obsidentia, antt. 6, 11, 2, s. 6, 8, 2. 8, 2, 5., in quibus non ut N. Ti. scriptores pravos angelos, sed animos improborum hominum mortuorum cernit, bell. jud. 7, 6, 3.

**δαιμονιώδης, ες** (*δαιμόνιον*, q. v. et *εἶδος*), *malo spiritui similis* vel *ab eo proficiscens;* Jac. 3, 15.*

**δαίμων, ονος, ὁ, ἡ**, 1) apud Graecos *deus, dea; numen summis diis inferius*, s. bonum, s. malum, unde *ἀγαθοδαίμονες* et *κακοδαίμονες* distinguuntur. 2) in N. T. *spiritus malus* (v. in *δαιμόνιον*), Mt. 8, 31. Mc. 5, 12. Lc. 8, 29. Ap. (16, 14 t. vulg.) 18, 2 (ubi *Lchm. Tdf. Trg. δαιμονίων*).*

**δάκνω**, *mordeo; a*) pr. dentibus. *b*) metaph. *animum laedo, aegritudinem paro, conviciis proscindo;* Gal. 5, 15. Ita jam Hom. Il. 5, 493: *μῦθος δάκε φρένας*. Menand. ap. Athen. 12, p. 552 e: *ἐδήχθην τοῖς παρὰ σοῦ λόγοις ὡς ὑπὸ κυνὸς λυττῶντος*, et sexcenties ap. alios.

**δάκρυ, υος, τό** et **τὸ δάκρυον, ύου**, *lacrima;* Mc. 9, 24 (l. vulg. et *Grsb.*); Act. 20, 19. 31. 2 Co. 2, 4. 2 Tim. 1, 4. Heb. 5, 7. 12, 17. Forma nominat. *τὸ δάκρυον* Ap. 7, 17. 21, 4. (Jes. 25, 8.) — dat. plur. *δάκρυσι* Lc. 7, 38. 44. (Ps. 125, 6. Thren. 2, 11.)*

**δακρύω**, aor. 1. *ἐδάκρυσα*, *lacrimo;* Jo. 11, 35.*

**δακτύλιος, ου, ὁ** (a *δάκτυλος*, quia digiti eo ornantur), *annulus;* Lc. 15, 22. (inde ab Hdt.)*

**δάκτυλος, ου, ὁ**, *digitus;* Mt. 23, 4. Lc. 11, 46. 16, 24. Mc. 7, 33. Jo. 8, 6. 20, 25. 27; *ἐν δακτύλῳ θεοῦ*, per dei potentiam, vi divina, qua hominibus aliquid monstretur, Lc. 11, 20 (Mt. 12, 28 *ἐν πνεύματι θεοῦ*); Exod. 8, 15.*

**Δαλμανουθά, ἡ**, *Dalmanutha*, nomen oppiduli vel vici non procul a Magdala vel in ejus agro siti, Mc. 8, 10 (coll. Mt. 15, 39), cf. *Fritzsche* ad l. Etymon nominis incertum est; cf. *Keim* II, p. 528.

**Δαλματία, ας, ἡ**, *Dalmatia*, Illyrici pars, ad mare adriaticum sita, ad orientem contermina Pannoniae et Moesiae superiori, septentrionem versus a Liburnia Titio amne separata, meridiem versus usque ad Drinum amnem et Lissum oppidum se protendens; 2 Tim. 4, 10.*

**δαμάζω**, aor. 1. *ἐδάμασα*, pf. pass. *δεδάμασμαι*, inde ab Hom. usitatum, *domo;* Mc. 5, 4. Jac. 3, 7; *coërceo; τὴν γλῶσσαν*, Jac. 4, 8.*

**δάμαλις, εως, ἡ** (femininum vocis masc. *ὁ δαμάλης*, vitulus), *vitula, bucula, juvenca;* (Aeschyl., Dion. Hal., Luc. al.) dic. Num. 19, 2. 6. 9 s. pro פָּרָה et Heb. 9, 13 de vacca rufa, cujus combustae cinere e lege mosaica conspergendi erant qui se polluerant. (Praeterea ap. LXX plerumque pro עֶגְלָה.)*

**Δάμαρις, ιδος, ἡ**, *Damaris*, mulier atheniensis a Paulo ad Christum conversa, Act. 17, 34.*

**Δαμασκηνός, ἡ, όν**, *damascenus;* substantive *οἱ Δαμασκηνοί* 2 Co. 11, 33.

**Δαμασκός, οῦ, ἡ**, *Damascus* (hebr. דַּמֶּשֶׂק), antiquissima (Gen. 14, 15), celeberrima, florentissima Syriae urbs, ad orientales Antilibani radices in planitie amoenissima ac fertilissima sita, inter cujus incolas eximius erat Judaeorum numerus (Jos. b. jud. 1, 2. 25. 2, 20, 2), etiamnunc ex opulentissimis anterioris Asiae urbibus c. 109,000 incolas complectens; Act. 9, 2 ss. 22, 5 ss. 1 Co. 11, 32. Gal. 1, 17.*

**δανείζω** (*Tdf.* *-ίζω*), aor. 1. *ἐδάνεισα* (Lc. 6, 34, *Lchm. Tdf.*), aor. 1. med. *ἐδανεισάμην* (*δάνειον* q. v.), *mutuam do pecuniam;* Lc. 6, 34 s.; in med. *mutuam sumo* s. *mutor pecuniam*, Mt. 5, 42. (Deut. 5, 6. 8. Prov. 19, 17; ap. Graecos inde a Xen. et Plat.)*

**δάνειον, είου, τό** (*δάνος*, donum), *id quod mutuum datur* vel *datum est;* Mt. 18, 27. (Deut. 15, 8. 24, 11. Arist. eth. 9, 2. Diod. 1, 79. Plut. et al.)*

**δανειστής** (*Tdf.* *-ιστής*), *οῦ, ὁ* (*δανείζω*, q. v.), qui mutuam pecuniam dedit, *creditor;* Lc. 7, 41. (4 Reg. 4, 1. Ps. 109, 11. Prov. 29, 13. Sir. 29, 28. — Dem. p. 885, 18. Plut. Sol. 12; de aere al. c. 7.)*

**δανίζω**, v. in *δανείζω*.

**Δανιήλ, ὁ**, *Daniel* (דָּנִיֵּאל, et דָּנִאֵל i. e. judex dei), nomen pr. israelitici prophetae, insigni sapientiâ conspicui, cujus nomini supposita sunt notissima oracula intra annos 167—164 scripta; Mt. 24, 15 et e l. vulg. Mc. 13, 14.*

**δανιστής**, v. in *δανειστής*.

**δαπανάω, ῶ**, fut. *ήσω*. aor. 1. *ἐδαπάνησα* (*δαπάνη*), inde a Thuc., *sumtus facio, insumo, impendo; τί*, Mc. 5, 26 (1 Macc. 14, 33); *ἐπί* c. dat. pers. propter aliquem, in ejus gratiam, Act. 21, 24; *ὑπέρ τινος*, 2 Co. 12, 15. — sensu malo: *perdo, dilapido, abligurio; πάντα*, Lc. 15, 14; *ἵνα ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὑμῶν δαπανήσητε*, ut voluptatibus vestris indulgentes s. luxuriose bona accepta consumatis, profundatis, Jac. 4, 3.*

**δαπάνη, ης, ἡ** (a *δάπτω* dilacero, absumo), *impensa, sumtus;* Lc. 14, 28. (Esdr. 6, 4. 1 Macc. 3, 30 al. — ap. Graecos Hes. opp. 721. Pind. Eur. Thuc. et sqq.)*

**Δαυείδ** et **Δαυΐδ**, v. in *Δαβίδ*.

**δέ** (cognat. c. *δή*, ut *μέν* cum *μήν*, cf. *Klotz* ad Dev. II, p. 355), particula adversativa, distinctiva, discretiva, *autem*, *vero* (*Win.* p. 411 ss. 421 s.), quae in historicis N. T. scriptis multo frequentius quam in reliquis ejus libris, rarissime in joanneis epistolis et in apocalypsi legitur. Est autem 1) univ, *opponentis et distinguentis;* additur enuntiatis, quae antegresso enuntiato opponuntur; *ἐὰν δὲ ἀφῆτε — ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε*, Mt. 6, 14 s.; *ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμὸς κτλ.* 6, 23; *ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι*, Mc. 2, 20; personas personis vel rebus ante appellatis vel cogitatis aut cum vi opponit; *ἐγὼ δέ*, Mt. 5, 22. 28. 32. 34. 39. 44; *ἡμεῖς δέ*, 1 Co. 1, 23. 2 Co. 10, 12; *σὺ δέ*, Mt. 6, 6; *ὑμεῖς δὲ* Mc. 8, 29; *οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας*, vs. 11; *αἱ ἀλώπεκες - - ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρ.* 8, 20. Lc. 9, 58; *πᾶς ὁ λαὸς - - οἱ δὲ Φαρισαῖοι*, 7, 29 s.; *ὁ δὲ πνευματικός*, 1 Co. 2, 15 et saepe, — aut ab iis leviter distinguit *ὁ δέ*, *αὐτὸς δέ*, Mc. 1, 45. 5, 34. 6, 37. 7, 6. Mt. 13, 29. 37. 52. 15, 23 ss. Lc. 4, 40. 43. 5, 16. 6, 8. 8, 10. 54. 15, 29; *οἱ δέ*, Mt. 2, 5. Mc. 3, 4. 8, 28 et sexcenties, addito etiam nomine proprio, velut *ὁ δὲ Ἰησοῦς*, Mt. 8, 22. 9, 12. 22. 13, 57. Mc. 1, 40. Lc. 7, 43 (in t. vulg.); 2, 19 al. — 2) *μὲν - - δέ*, v. in *μέν*. — 3) post negativas sententias: *sed*, *potius*, nostr. *wohl aber;* Mt. 16, 19 (*μὴ θησαυρίζετε - - θησαυρίζετε δέ*); 10, 5 s. Act. 12, 9. 14. Ro. 3, 4. 4, 5. 1 Co. 1, 10. 7, 37. 1 Th. 5, 21. Eph. 4, 14 s. Heb. 2, 5 s. 4, 13. 15. 9, 12. 10, 26 s. 12, 13. 1 Pet. 1, 12 (*οὐχ ἑαυτοῖς, ἡμῖν δέ*); Jac. 1, 13 s. 2, 11. — 4) consociatur notionibus, quae modo enuntiatae cum vi quadam repetuntur, additis iis, quae ad accuratius eas constituendas pertinent, quo usu particulae statuere licet suppressam negativam sententiam; Ro. 3, 21 s. (non vulgaris illa *δικαιοσύνη*, quam jactant et sectantur Judaei, sed *δικαιοσ. διὰ πίστεως*); 9, 30. 1 Co. 2, 6 (*σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου*); Gal. 2, 2 (adscendi non meo arbitrio, sed ...); Phil. 2, 8; cf. *Klotz* ad Dev. II, p. 361 s. *Lud. Dindorf* in *Stephani* Thes. II, p. 928. — 5) inservit *δέ* transitioni ad aliquid novum (*δέ* metabaticum), quo usu particulae id, quod novi additur, ab antegressis distinguitur iisque quasi opponitur; Mt. 1, 18. 2, 19. 10, 21. Lc. 12, 13. 13, 1. Jo. 7, 14. 37. Act. 6, 1. Ro. 8, 28. 1 Co. 7, 1. 8, 1 et sexcenties; ita etiam in phrasi *ἐγένετο δέ*, v. in *γίνομαι*, 2, c, *γ*. — 6) infert explicationes easque ab iis, quae explicanda sunt, secernit; Jo. 3, 19. 6, 39. 1 Co. 1, 12. 7, 6. 29. Eph. 5, 32 al.; maxime notationes et explicationes expositioni interpositas, aut quasi appendicis loco additas, Mc. 5, 13 (*ἦσαν δέ* ... e l. vulg.); 15, 25. 16, 8. Jo. 6, 10. 9, 14. 12, 3; *τοῦτο δὲ γέγονε*, Mt. 1, 22. 21, 4. Quo usu particulae factum est, ut haud raro in codd. (etiam profanorum scriptorum) confunderetur cum *γάρ*, cf. *Win.* ad Gal. 1, 11. *Fritzsche* ad Mc. 14, 2; ejusd. Epist. ad Rom. T. I, p. 234. 265. T. II, p. 476. T. III, p. 196. — 7) post parenthesin vel expositionem, quae a re, de qua agitur, abduxerat, recipiendae orationi inservit; Mt. 3, 4. Lc. 4, 1. Ro. 5, 8. 2 Co. 2, 12. 5, 8. 10, 2. Eph. 2, 4; cf. *Klotz* II, p. 376. — 8) infert apodosin eamque protasi quasi opponit; Act. 11, 17 t. vulg. *Grsb.* (1 Macc. 14, 29. 2 Macc. 1, 34); post participialem structuram, quae vim protasis obtinet, Col. 1, 21; cf. *Matthiae* II, p. 1470. *Kühner* II, p. 818. *Klotz* p. 370 s. — 9) *καὶ - δέ*, *etiam - vero*, *et vero etiam*, *praeterea vero;* Mt. 10, 18. Lc. 2, 35. 16, 18. Jo. 6, 51. 15, 27. Act. 3, 24. 22, 29. Ro. 11, 23. 2 Tim. 3, 12. 1 Jo. 1, 3. 2 Pet. 1, 5; cf. *Klotz* l. c. p. 645 s. *Bttm.* ntl. Gr. p. 312; — *καὶ ἐὰν δέ*, *etiamsi vero*, Jo. 8, 16. — 10) *δέ* numquam primum enuntiati locum tenet, sed plerumque secundum atque quando voces, quibus adjicitur, separari a se nequeunt, tertium (velut Mt. 10, 11. 18, 25. Mc. 4, 34. Lc. 10, 31. Act. 17, 6. 28, 8. Gal. 3, 23. 2 Tim. 3, 8 al.; in *οὐ μόνον δὲ*, Ro. 5, 3. 11 al.), vel adeo quartum, Mt. 10, 18. Jo. 6, 51. 8, 16 s. 1 Jo. 1, 3. 1 Co. 4, 18.

**δέησις**, *εως*, *ἡ* (*δέομαι*), 1) *indigentia* (Ps. 22, 25. Aeschin. dial. 2, 39 s. Arist. rhet. 2, 7). — 2) *petitio*, *rogatio*, *precatio*, *preces rogantium* (ap. Graecos inde a Plat.), in N. T. preces, quibus *deum* adeunt homines (*Bittgebet*); univ. Jac. 5, 16. 1 Pet. 3, 12; ut saepe ap. LXX junct. c. *προςευχή* (h. e. qualiscunque pius sermo ad deum conversus), Act. 1, 14 t. vulg.; Eph. 6, 18. Phil. 4, 6; plur. 2 Tim. 1, 3; junct. c. *προςευχαί* 1 Tim. 5, 5; c. *νηστεῖαι* Lc. 2. 37; *ποιεῖσθαι δέησιν* Phil. 1, 4; *δεήσεις*, Lc. 5, 33. 1 Tim. 2, 1. — ex adjunctis dic. de precibus, quibus in certa quadam causa dei auxilium imploratur, Lc. 1, 13. Phil. 1, 19; plur. Heb. 5, 7; precatio pro aliis, *περί τινος*, Eph. 6, 18; *ὑπέρ τινος* 2 Co. 9, 14. Phil. 1, 4; add. *πρὸς τὸν θεόν*, Ro. 10, 1.*

**δεῖ**, conj. praes. *δέῃ*, impf. *ἔδει*, impersonale (*δέω*, scil. *τινός*, opus habeo, indigeo, igitur pr. nostrum *es bedarf*), *necesse est*, *opus est*, *oportet*, *decet*, sq. vel simplici infinitivo (*man muss*), vel accus. c. inf., denotat quamlibet necessitatem; *a*) necess. in causae, de qua agitur, natura positam, Jo. 3, 30. 2 Tim. 2, 6. — *b*) necess. conditione rerum vel aliorum erga nos agendi ratione allatam, Mt. 26, 35 et Mc. 14, 31 (*κἂν δέῃ με ἀποθανεῖν*); Jo. 4, 4. Act. 27, 21. 2 Co. 11, 30., vel animi affectione impositam, Lc. 2, 49. 19, 5. — *c*) necess. ejus, quod requiritur ad assequendum aliquem finem, Lc. 12, 12. Jo. 3, 7. Act. 9, 6. 16, 30. 1 Col. 11, 19. Heb. 9, 26 (de quo loco cf. *Win.* p. 266); 11, 6. — *d*) necess. legis et praecepti, officii, aequitatis, Mt. 18, 33. 23, 33. Lc. 11, 42. 13, 14. 15. 32. 18, 1. 22, 7. Jo. 4, 20. Act. 5, 29. 15, 5. Ro. 1, 27 (*ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει*, sc. *ἀπολαμβάνεσθαι*, compensationem lege dei debitam); 8, 26. 12, 3. 1 Col 8, 2 al.; — vel muneris Lc. 4, 43. 13, 33. Jo. 9, 4. 10, 16. Eph. 6, 20. Col. 4, 3. 2 Tim. 2, 24. — *e*) necess. consilio et decreto dei constitutam, maxime illo ejus decreto, quod ad salutem hominibus intercessore Christo parandam spectat et ex V. T. vaticiniis elucet; Mt. 17, 10. 24, 6. Mc. 9, 11. Act. 4, 12. 1 Co. 15, 53; dic. ita potissimum de fatis extremis Christo subeundis, passione, morte, resurrectione, adscensu in coelum, Lc. 24, 46. Mt. 26, 54. Jo. 3, 14. Act. 3, 21 al. (de necessitate *fati* Hdt. 5, 33; add. *κατὰ τὸ θεοπρόπιον* 8, 53; Thuc. 5, 26.)

**δεῖγμα**, *τος*, *τό* (*δείκνυμι*), *a*) pr. *quod ostensum est.* — *b*) *cujusvis rei specimen*, *exemplum;* *πυρὸς αἰωνίου*, admonendi et dehortandi causa propositum, Jud. vs. 7. (inde ab Isocr. Xen. Plat.)*

**δειγματίζω**, aor. 1. *ἐδειγμάτισα* (*δεῖγμα*), *exemplum facio*, *ostendo in exemplum;* *τινά*, aliquem ignominiae expono (cf. *παραδειγματίζω*, *θεατρίζω*). Mt. 1, 19 *Lchm. Tdf. Trg.;* Col. 2, 15. Vox Graecis incognita.*

**δεικνύω** (*δεικνύειν*, Mt. 16, 21; *δεικνύεις*, Jo. 2, 18; *τοῦ δεικνύοντος*, Ap. 22, 8) et *δείκνυμι* (Mt. 4, 8. 1 Co. 12, 31. Jo. 5, 20; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 39), f. *δείξω*, aor. 1. *ἔδειξα*, ptcp. aor. 1. pass. *δειχθείς* (Heb. 8, 5), LXX plerumque pro הֶרְאָה, *monstro*, *ostendo;* 1) pr. *oculis conspiciendum praebeo;* *τινί τι*, Mt. 4, 8. Lc. 4, 5. 20, 24 (pro l. vulg. *ἐπιδείξ.*); 22, 12. (24, 40 *Lchm.*) Mc. 14, 15. Jo. 20, 20. Act. 7, 3; *ὁδόν τινι*, metaph. qua via incedendum, i. e. quid agendum sit, aliquem docere, 1 Co. 12, 31; *κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι*, Heb. 8, 5; *ἑαυτὸν δεικνύναι τινί*, sistere se alicui spectandum,

Mt. 8, 4. Mc. 1, 44. Lc. 5, 14; δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, adspectabilem nobis redde patrem, Jo. 14, 8 s.; de iis, quae alicui in visione repraesentantur, τινί τι, Ap. 17, 1. 21, 9 s. 22, 1. 8; δεῖξαί τινι, ἃ δεῖ γενέσθαι, ib. 1, 1. 4, 1. 22, 6. — conspiciendum dare, i. q. *efficere* ea, quae aliquis conspicere possit (*sehen lassen*), de miraculis, quae aliquis coram aliis edit iis conspicienda; σημεῖον Jo. 2, 18 (Bar. 6, 67; σῆμα, Hom. Od 3, 174. Il. 5, 244); ἔργα ἔκ τινος, facta aliquo adjutore edita, Jo. 10, 32; τὴν ἐπιφάνειαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, dic. de deo adspectabilis reditionis Christi auctore, 1 Tim. 6, 15; aliter dic. ἔργα δεικνύειν Jo. 5, 20., facta monstrare alicui ea edituro. — 2) metaph. *a*) c. acc. rei, *alicujus rei documentum do;* πίστιν, Jac. 2, 18; τί ἔκ τινος, ut τὴν πίστιν ἐκ τῶν ἔργων, ibid.; τὰ ἔργα ἐκ τῆς καλῆς ἀναστροφῆς. 3, 13. — *b*) *verbis demonstro, doceo;* sq. ὅτι, Mt. 16, 21 (pro δεικνύειν Mc. 8, 31 διδάσκειν); seq. inf. Act. 10, 28.*

**δειλία**, ας, ἡ (δειλός), *timiditas;* 2 Tim. 1, 7. (Soph. Eur. Thuc. et sqq.)*

**δειλιάω**, ῶ, (δειλία), *timidus sum;* Jo. 14, 27. (Deut. 31, 6. 1, 31 et passim ap. LXX. Sir. 22, 14. 31, 14. 4 Macc. 14, 4. — Diod. 20, 78. Graeci praeferunt compositum ἀποδειλιῶ.)*

**δειλός**, ή, όν (δείδω), *timidus, meticulosus;* Mt. 8, 26. Mc. 4, 40; dic. Ap. 21, 8 de Christianis, qui timidi persecutionibus cedentes a fide christiana deficiunt. (ap. Graecos inde ab Hom.)*

**δεῖνα**, ὁ, ἡ, τό, gen. δεῖνος, dat. δεῖνι, acc. τόν, τήν, τὸ δεῖνα (cf. *Matthiae* §. 151), *quidam*, german. *der und der*, h. e. quem illico nominare nequeo aut cujus dici nomen nihil attinet; semel in sacro cod., Mt. 26, 18. (Aristoph. Demosth. al.)*

**δεινῶς**, adv. (δεινός), *vehementer, graviter;* Mt. 8, 6. Lc. 11, 53.*

**δειπνέω**, ῶ, aor. 1. ἐδείπνησα (δεῖπνον), *coeno;* Lc. 17, 8. 22, 20. 1 Co. 11, 25; in allegoria: δειπνήσω μετ' αὐτοῦ, intimae et beatissimae familiaritatis meae consortem eum faciam, Ap. 3, 20.*

**δεῖπνον**, ου, τό, atque e rariore eademque inferioris aetatis forma ὁ δεῖπνος Lc. 14, 16 *Lchm.* (ap. Hom. epulum matutinum s. jentaculum [cf. *Passow* s. v.], quod posthac Graeci τὸ ἄριστον vocant [v. supra ἄριστον], τὸ δεῖπνον contra dicentes epulum vespertinum, coenam), 1) *coena*, potissimum *epulum solenne vespere institui solitum*, Lc. 14, 17. 24. Jo. 13, 2. 4. 21, 20; plur. Mt. 23, 6. Mc. 12, 39. Lc. (11, 43 *Lchm.*) 20, 46; dic. de epulo messiano, cujus imagine salus regni divini adumbratur, Ap. 19, 9. 17; κυριακὸν δεῖπνον (v. in κυριακός) 1 Co. 11, 20; ποιεῖν δεῖπνον, Lc. 14, 12 (ἄριστον ἢ δεῖπνον); 16 (Dan. 5, 1); add. τινί, Mc. 6, 21. Jo. 12, 2. — 2) univ. *cibus, qui vespere capitur*, 1 Co. 11, 21.*

**δεισιδαιμονία**, ας, ἡ (δεισιδαίμων), *metus deorum;* 1) sensu bono: *reverentia deorum, pietas, religio;* Pol. 6, 56, 7. Jos. antt. 10, 3, 2; καὶ θεοφιλὴς βίος, Diod. 1, 70. — 2) i. q. ἡ δειλία πρὸς τὸ δαιμόνιον (Theophr. char. 16 [22]), *superstitio;* Plut. Alex. c. 75; de adulat. c. 12 et in ejus scripto περὶ τῆς δεισιδαιμονίας. Antonin. 6, 30: θεοσεβὴς χωρὶς δεισιδαιμονίας. — 3) *religio* sensu objectivo, quo s. Claudium Judaeos jussisse μὴ τὰς τῶν ἄλλων ἐθνῶν δεισιδαιμονίας ἐξουθενίζειν narrat Jos. antt. 19, 5, 3. — Ambigue et caute coram Agrippa judaeo rege voce utitur Festus Act. 25, 19 de judaica religione, scilicet ita suum de ejus veritate judicium in suspenso relinquens. Cf. *Zezschwitz*, Profangräcität u. bibl. Sprachgeist. p. 59.*

**δεισιδαίμων**, ον, gen. ονος (δείδω et δαίμων, numen), *numen* vel *numina metuens* ut lat. *religiosus*, dic. in utramque partem, 1) sensu bono: *deum* vel *deos reverens, pius;* Xen. Cyr. 3, 3, 58. Ages. 11, 8. Arist. pol. 5, 11. — 2) malo sensu: *superstitiosus*, Theophr. char. 16 (22); Diod. 1, 62. 4, 51. Plut. de adul. c. 16. de superstit. c. 10 s. — Clemente ambiguitate utens Paulus Athenienses in exordio orationis ad eos habitae Act. 17, 22 appellat κατὰ πάντα δεισιδαιμονεστέρους (sc. reliquis Graecis, cf. *Meyer* ad l.), ut qui citra veri dei notitiam pii essent; cf. *Bengel* ad l.*

**δέκα**, οἱ, αἱ, τά, *decem*, Mt. 20, 24 al. — θλῖψις ἡμερῶν δέκα, i. e. per breve tempus futura, Ap. 2, 10; cf. Dan. 1, 12. 14. Num. 11, 19. Ter. Heaut. 5, 1, 36: „decem dierum vix mi est familia.“

**δεκαδύω**, raro ap. antiquiores, saepius ap. recentiores (v. *Passow* s. v. δέκα) et LXX, i. q. δώδεκα, *duodecim;* Act. 19, 7. 24, 11; quo utroque loco *Lchm. Tdf. Trg.* δώδεκα.*

**δεκαπέντε**, pro antiquiore πεντεκαίδεκα, *quindecim;* Jo. 11, 18. Act. 27, 28. Gal. 1, 18.*

**Δεκάπολις**, εως, ἡ, *Decapolis, regio decapolitana* (Plin. h. n. 5, 16. 17), i. e. regio, decem urbes comprehendens. Appellatur hoc nomine regio tribus Manassiticae trans Jordanem sita et fines Syriae attingens, decem urbes primarias, quibus quidem et alia oppidula interjecta erant, complexa. Sed in enumeratione harum decem urbium scriptores geographici variant. Plinius l. c. iis annumerat Damascum, quam exclusisse videtur Josephus, Scythopolin μεγίστην τῆς δεκαπόλεως dicens, b. j. 3, 9, 7. In eo consentire videntur omnes, quod ex earum urbium numero fuerint Gadara, Hippo, Pella, Scythopolis. Cf. *Win.* RWB. s. v. Decapolis. *Vaihinger* in *Herzog* Enc. 3, 325 s. *Riehm* HWB. p. 266 s. — Mt. 4, 25. Mc. 5, 20. 7, 31.*

**δεκατέσσαρες**, ων, οἱ, αἱ, -σαρα, τά, *quatuordecim;* Mt. 1, 17. 2 Co. 12, 2. Gal. 2, 1.*

**δεκάτη**, ης, ἡ (δέκατος), decima pars cujuscunque rei, *decimae* (*der Zehend*); speciatim decima pars praedae ab hoste captae, Heb. 7, 2. 4; decimae, quae lege mosaica e frugibus terrae et pecoribus in ecclesia israëlitica Levitis offerebantur, Heb. 7, 8 s. (ap. Graecos inde ab Hdt. 4, 152; LXX pro מַעֲשֵׂר.)*

**δέκατος**, η, ον (δέκα), *decimus;* Joh. 1, 40. Ap. 21, 20; τὸ δέκατον, substantive, decima pars, Ap. 11, 13.*

**δεκατόω**, ῶ, pf. act. δεδεκάτωκα, pf. pass. δεδεκάτωμαι (δέκατος), *decimam partem exigo* vel *accipio* (pro quo Graeci δεκατεύω); c. accus. personae, a qua accipitur, Heb. 7, 6; pass. *decimas persolvo;* Vulg.: *decimor*, Heb. 7, 9. (Neh. 10, 37.)*

**δεκτός**, ή, όν (δέχομαι), *acceptus, gratus;* Lc. 4, 24. Phil. 4, 18; τινί, Act. 10, 35; καιρὸς δεκτός 2 Co. 6, 2 (e Jes. 49, 8 pro עֵת רָצוֹן) et ἐνιαυτὸς δεκτός Lc. 4, 19 (e Jes. 61, 2 pro שְׁנַת רָצוֹן) dic. de tempore laetissimo, quo salus et larga dei beneficia obtingunt. (Exod. 28, 38. Jes 56, 7. Inter profanos utitur voce Jambl. protr. §. 20. p. 350.)*

**δελεάζω** (δέλεαρ, esca), 1) pr. *inesco, escâ capio*, Xen. mem. 2, 1, 4 et ap. al. — 2) ut saepe ap. profanos metaph. *blandimentis circumvenio, illecebris pellicio, decipio;* τινά, 2 Pet. 2, 14. 18. Jac. 1, 14., ad quem locum cf. Philo q. omn. lib. prob. §. 22: πρὸς ἐπιθυμίας ἐλαύνεται ἢ ὑφ' ἡδονῆς δελεάζεται.*

**δένδρον**, ου, τό, *arbor;* Mt. 7, 17 al.; γίνεσθαι δένδρον s. εἰς δένδρον in arboris formam et magnitudinem excrescere, Mt. 13, 32. Lc. 13, 19.

**δεξιοβόλος**, ου, ὁ (e δεξιός et βάλλω), *dexterâ jaciens, funditor, sagittarius;* Act. 23, 23 in *Lchm.* ed. min.; cf. vocem seq.*

**δεξιολάβος**, ου, ὁ (δεξιός et λαμβάνω), vox antiquioribus scriptoribus ignota, ap. Constantinum

Porphyrogennetam (sec. X) them. 1, 1 δεξιολάβους ut militum genus cum arciferis (τοξοφόροις) et peltastis commemorantem, obvia. Quorum quum Act. 23, 23 praesto esse jubeantur ducenti, videntur intelligendi esse *lancearii* (dextrâ lanceam gestantes), quos intellexit etiam interpres Vulgatus. Iis enim interpp., qui cogitant de militibus, quorum fuerit custodire captivos, a manu dextra catenae alligatos, obstare videtur horum hominum h. l. commemorata multitudo. *Meyerus* ad l. intelligit *jaculatores*.*

δεξιός, ά, όν (a δέχομαι, f. ξομαι vel δέκω, quod affine est verbo δείκνυμι, pr. de manu ea, qua capi pariter solet atque monstrari; eodem modo ἄξιος ab ἄξω, fut. verbi ἄγω), *dexter;* Mt. 5, 29. 39. Lc. 22, 50. Jo. 18, 10. Ap. 10, 2; ἡ δεξιὰ χείρ, Mt. 5, 30. Lc. 6, 6. Act. 3, 7. Ap. 1, 16. 13, 16; et (omisso nomine χείρ) ἡ δεξιά (ut ἡ ἀριστερά) Mt. 6, 3. 27, 29. Ap. 1, 20. 2, 1. 5, 7; ἐπὶ τὴν δεξιάν, ad dextrum latus, Ap. 5, 1; διδόναι τὴν δεξιὰν vel τὰς δεξιάς, jungendis dextris mutuam vel gratiam et amicitiam vel initi pacti fidem firmare, Gal. 2, 9 (1 Macc. 6, 58. 11, 50. 62. 66. 13, 50. 2 Macc. 11, 26. 12, 11. 13, 22; cf. *Gesenii* Thes. II, p. 566 et 599; et ap. profanos, ut Xen. an. 1, 6, 6. 2, 5, 3. Jos. antt. 18, 10, 3: δεξιάν τε καὶ πίστιν διδόναι τινί); deus aliquid effecisse dicitur τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, i. e. e consuetudine loquendi hebr. *potentiâ suâ,* Act. 2, 33. 5, 31; τὰ ὅπλα τὰ δεξιά, arma, quae feruntur dextrâ ad faciendum impetum, ut gladius, hasta, καὶ ἀριστερά, quae sinistrâ feruntur, quibus se defendit aliquis, scutum, 2 Co. 6, 7; τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου, Jo. 21, 6. — τὰ δεξιά, latus dextrum, Mc. 16, 5; ἐκ δεξιῶν τινος, lat. *ad alicujus dextram,* Mt. 25, 33 s. 27, 38. Mc. 15, 27, Lc. 1, 11. 23, 33; εἶναι, Act. 2, 25 (e Ps. 16, 8: mihi a dextris est, scil. tamquam dux, qui me sustentet). Ut in hac dictione Graeci praepositione ἐκ, ita Hebraei interdum מִן (מִימִין a dextra, ״פ מֵאֵצֶל, a latere alicujus) et Latini *ab* utuntur (*sedere a dextra alicujus,* proximum esse ab aliquo), quia situm assidentis vel adstantis definiunt *ab* eo proficiscentes, cui aliquis adstare vel assidere dicitur. — καθίσαι ἐκ δεξιῶν κ. ἐξ εὐωνύμων τινὸς βασιλέως, proximos a rege locos et honores occupare, tenere, Mc. 10, 37. 40. Mt. 20, 21. 23 (״פ לִימִין יָשַׁב, 1 Reg. 2, 19. Ps. 45, 10). Hinc e Ps. 110, 1 ad Messiam relato (Mt. 22, 44. Mc. 12, 36. Lc. 20, 42) Christus in coelum sublatus dicitur καθῆσθαι vel καθίσαι ἐκ δεξιῶν dei: Mt. 26, 64. Mc. 14, 62. 16, 19. Lc. 22, 69. Act. 2, 35. Heb. 1, 13; εἶναι vel καθίσαι ἐν δεξιᾷ dei, Ro. 8, 34. Eph. 1, 20. Col. 3, 1. Heb. 1, 3. 8, 1. 10, 12. 12, 2., ut significetur *divini rerum imperii consors factus* (cf. *Knapp* de J. Chr. ad dextram dei sedente, in ej. Scriptis varii arg. p. 41 ss.). Hoc tropico enim sensu neque de certo quodam et circumscripto in supremis coelis loco (id quod praeeuntibus orthodoxis reformatae ecclesiae theologis probare studet *Chr. Fr. Fritzsche* in Nov. Opuscc. acad. p. 239 ss.) illas dictiones intelligendas esse, a nullo dubitabitur, qui locum Ap. 3, 21 diligenter perpenderit. — Dicitur semel Chr. ἑστὼς ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ quasi is, qui indignabundus in adversarios e coelesti solio surrexerit, Act. 7, 55 s.

δέομαι, 3 pf. impf. ἐδέετο (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 220) Lc. 8, 38 (ubi *Lchm.* ἐδέετο, *Trg.* ἐδεῖτο, cf. *Meyer* ad l. et *Bttm.* ntl. Gr. p. 48); aor. 1. ἐδεήθην (a δέω, indigeo, opus habeo, unde med. δέομαι, *mihi* opus habeo, *mihi* deest), 1) *careo, indigeo,* τινός. 2) *cupio, desidero,* τινός. 3) *rogo, peto* (*bitten*); *a*) univ. et ita quidem ut res quae petitur, pateat e circumjectis; c. genit. personae, a qua aliquid petitur, Gal. 4, 12; ita, ut petitum oratione directa enuntietur, Luc. 5, 12. 8, 28. 9, 38 (e l. ἐπίβλεψον); Act. 8, 34 (δέομαί σου, περὶ τίνος ὁ προφήτης λέγει τοῦτο; de quonam, quaeso, vates haec dicit?); 21, 39. 2 Co. 5, 20; sq. infin. Lc. 8, 38. 9, 38 (e l. ἐπιβλέψαι); Act. 26, 3 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* σου post δέομαι omittunt); sq. ἵνα, Lc. 9, 40 (cf. *Win.* p. 315); sq. τό c. infin. 2 Co. 10, 2; c. accus. personae et rei, 2 Co. 8, 4 (*Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* nam in t. vulg. perperam additur δέξασθαι ἡμᾶς). — *b*) speciatim dic. de *precibus, quae ad deum funduntur;* absol. *preces facio,* Act. 4, 31; τοῦ θεοῦ; 10, 2; sq. εἰ ἄρα 8, 22; τοῦ κυρίου, ὅπως, Mt. 9, 38. Lc. 10, 2; sine genit. θεοῦ, sq. εἴ πως, Ro. 1, 10; sq. ἵνα, Lc. 21, 36. 22, 32; sq. εἰς τό finali, 1 Th. 3, 10; ὑπέρ τινος πρὸς τὸν κύριον, ὅπως, Act. 8, 24.*

δέον, οντος, τό (ptcp. verbi δεῖ, q. v.), inde ab Hdt., *id quod opus est, quod requiritur, quod debetur, quod decet;* δέον ἐστί, opus est, 1 Pet. 1, 6; sq. acc. c. inf. Act. 19, 36; τὰ μὴ δέοντα, quae non decent, 1 Tim. 5, 13.*

δέος, ους, τό (δείδω), *metus;* Heb. 12, 28 *Lchm. Tdf. Trg.**

Δερβαῖος, ου, ὁ, *Derbensis, Derbe oriundus;* Act. 20, 4.*

Δέρβη, ης, ἡ, *Derbe,* urbs Lycaoniae in confinio Isauriae; Act. 14, 6. 20. 16, 1.*

δέρμα, τος, τό (a δέρω s. δείρω, ut κέρμα a κείρω), *cutis, pellis, corium;* Heb. 11, 37. (Hom. et sqq.)*

δερμάτινος, η, ον (δέρμα), *e pelle factus, pelliceus* (Vulg.), germ. *ledern;* M. 3, 4. Mc. 1, 6. cf. 2 Reg. 1, 8. (Hom. Hdt. Plat. Strab.)

δέρω, aor. 1. ἔδειρα, fut. 2. pass. δαρήσομαι, 1) *corium detraho;* Hom. Il. 1, 459. 23, 167 al. — 2) *percutio, verbero* (*durchgerben*); ita nonnumquam ap. profanos inde ab Arist. ran. 618; τινά, Mt. 21, 35. Mc. 12, 3. 5. Lc. 20, 10 s. 22, 63. Jo. 18, 23. Act. 5, 40. 16, 37. 22, 19; εἰς πρόσωπον δέρειν τινά, 2 Co. 11, 20; ἀέρα δέρειν (v. in ἀήρ), 1 Co. 9, 26; pass., Mc. 13, 9. Lc. 12, 47 (δαρήσεται πολλάς, scil. πληγάς, multis verberibus afficietur); vs. 48 (ὀλίγας, cf. Xen. anab. 5, 8, 12; παίειν ὀλίγας. Soph. Ant. 1412: παίειν διπλῆν. Arist. nub. 968: τύπτεσθαι πολλάς. Plat. legg. 8, p. 845 b.: μαστιγοῦσθαι πληγάς, cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 164.)*

δεσμεύω (δεσμός), *a*) *vinculis constringo;* L. 8, 29 *Tdf. Trg.;* Act. 22, 4. (LXX Judd. 16, 11. Eur. Bacch. 616. Xen. Hier. 6, 14. Plat. legg. 7, p. 808 d.) — *b*) *colligo* (*zusammenbinden*); φορτία, Mt. 23, 4. (δράγματα, Gen. 37, 6. Judith. 8, 3.)*

δεσμέω, ῶ, *vincio, ligo;* Lc. 8, 29; v. in δεσμεύω. (Heliod. 8, 9.)*

δέσμη, ης, vel, ut alii scribunt, δεσμή, ῆς, ἡ (δέω), *fasciculus, manipulus* (*Bündel*), Mt. 13, 30. (Exod. 12, 22. — Dem. Dion. Hal. et al.)*

δέσμιος, ίου, ὁ, *vinctus, in vincula conjectus, captivus;* Mt. 27, 15 s. Mc. 15, 6. Act. 16, 25. 27. 23, 18. 25, 14. 27. 28, 16 s. Heb. (10, 34 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*); 13, 3; ὁ δέσμιος τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ, quem Christus, h. e. causa ejus a me praedicata in vincula conjecit (*Win.* p. 178), Eph. 3, 1. 2 Tim. 1, 8. Philem. vs. 1. 9; idem denotat ὁ δέσμιος ἐν κυρίῳ, Eph. 4, 1.*

δεσμός, οῦ, ὁ (δέω), *vinculum;* Mc. 7, 35 (ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ, i. e. sublatum est impedimentum loquelae); Lc. 13, 16 (λυθῆναι ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ, de muliere incurvata et quasi vinculis constricta). Pluralis forma Graecis usitatior (*Win.* p. 62) τὰ δεσμά exstat Lc. 8, 29. Act. 16, 26. 20, 23; altera οἱ δεσμοί Phil. 1, 13 (ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς ἐν Χριστῷ γενέσθαι, ut captivitas

mea tamquam ob causam Christi facta manifesta fieret); genitivus et dativus habetur Act. 22, 30 (l. vulg.); 23, 29. 26, 29. 31. Phil. 1, 7. 14. 17. Col. 4, 18. 2 Tim. 2, 9. Philem. vs. 10. Heb. 10, 34 (l. vulg.); 11, 36. Jud. vs. 6; *ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ εὐαγγελίου*, in captivitate, in quam evangelii praedicatio me conjecit, Philem. vs. 13.*

***δεσμοφύλαξ**, κος, ὁ* (*δεσμός* et *φύλαξ*, cf. *θησαυροφύλαξ*), *carceris et vinctorum custos;* Act. 16, 23. 27. 36. (Jos. antt. 3, 5, 1. Lucian. Tox. 30; *ἀρχιδεσμοφύλαξ* Gen. 39, 21—23.)*

***δεσμωτήριον**, ίου, τό, carcer;* Mt. 11, 2. Act. 5, 21. 23. 16, 26. (Gen. 40, 3. Thuc. Plat. Dem. et al.)*

***δεσμώτης**, ου, ὁ, vinctus, captivus:* Act. 27, 1. 42. (Gen. 39, 20. Bar. 1, 9. Hdt. Aeschyl. Soph. Thuc. et sqq.)*

***δεσπότης**, ου, ὁ, herus* (cui subsunt *δοῦλοι, οἰκέται*), 1 Tim. 6, 1. 2 Tim. 2, 21. Tit. 2, 9. 1 Pet. 2, 18; deus hoc nomine salutatur ab eo, qui se ejus *δοῦλον* appellat, Lc. 2, 29 coll. Act. 4, 24. 29 (*δεσπότης τῶν πάντων* Job. 5, 8. Sap. 6, 7); dic. ita Christus, qui servos sibi emerit, 2 Pet. 2, 1., ecclesiae imperet, Jud. vs. 4., cujus sit, in suorum persecutores severe et vehementer vindicare, Ap. 6, 10.*

***δεῦρο***, adv., inde ab Hom. 1) de loco, *a*) *huc; hunc in locum.* — *b*) est hortantis et provocantis, *veni, accede* (LXX potissimum pro לְךָ et לְכָה), Mt. 19, 21. Mc. 10, 21. Lc. 18, 22. Jo. 11, 43 (*δεῦρο ἔξω, egredere*); — Act. 7, 34. Ap. 17, 1. 21, 9; *δεῦρο εἰς γῆν, ἣν κτλ.* Act. 7, 3 (*δεῦρο εἰς τὸν οἶκόν σου* 3 Reg. 1, 53; *εἰς Πτολεμαΐδα* 1 Macc. 12, 45). — 2) de tempore, *adhuc, nunc; ἄχρι τοῦ δεῦρο*, ad hoc usque tempus, Ro. 1, 13. (*μέχρι δεῦρο*, Athen. 1, p. 34 c. Plut. vit. Num. 4. Pomp. 24.)*

***δεῦτε*** adv., quo semper plures compellantur vel admonentur, fortasse ortum ex *δεῦρ ἴτε*, v. in *δεῦρο*, n. 1.), 1) inde ab Hom. *huc venite, accedite;* sq. imperat. *δεῦτε, κληρονομήσατε*, Mt. 25, 34; *δεῦτε, ἴδετε*, 28, 6. Jo. 4, 29; *δεῦτε, ἀριστήσατε*, Jo. 21, 12; *δεῦτε, συνάγεσθε* (e l. vulg. *δ. καὶ συνάγ.*). Ap. 19, 17. — *δεῦτε ὀπίσω μου*, sequimini me, discipuli mei estote, Mt. 4, 19. Mc. 1, 17 (= לְכוּ אַחֲרֵי 2 Reg. 6, 19); *δεῦτε εἰς τ. γάμους*, Mt. 22, 4; *εἰς ἔρημον τόπον*, Mc. 6, 31; *δεῦτε πρός με*, Mt. 11, 28. — Interjectionis vim obtinet, *age, agedum* (auf!), sq. conj. adhortativo, *δεῦτε, ἀποκτείνωμεν*, Mt. 21, 38. Mc. 12, 7 et in t. vulg. Lc. 20, 14 (LXX plerumque pro לְכוּ, aliquoties pro בֹּאוּ.)*

***δευτεραῖος**, αία, αῖον* (*δεύτερος*), *secundarius*, dic. de eo qui secundo die venit vel aliquid facit (cf. *τριταῖος, τεταρταῖος* etc.); *δευτεραῖοι ἤλθομεν*, Act. 28, 23. Cf. *Win.* §. 54, 2.*

***δευτερόπρωτος**, ον, secundo primus, secundus e primis* (*der Zweiterste;* cf. *δευτερέσχατος*); *ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ*, Lc. 6, 1 videtur esse *secundo e primis post paschatis festum sabbatis;* cf. *Redslob* in Intelligenzblatt zur Hall. Lit. Zeit. 1847. N. 70. *Ewald* Jahrbb. d. bibl. Wissensch. I, p. 72. Alias aliorum sententias recensent *Meyer* ad l. et *Lübkert* in Theolog. Studien und Kritiken, 1835, p. 664 ss. (Eust. in vita Eutych. n. 95 diem dominicam a Christianorum festo paschali proximam appellat *δευτεροπρώτην κυριακήν.*)*

***δεύτερος**, έρα, ον, secundus;* Mt. 22, 26. Mc. 12, 21. Lc. 12, 38. Jo. 4, 54. Ap. 4, 7 al.; *alter e duobus*, Mt. 22, 39. Mc. 12, 31. 1 Co. 15, 47. Tit. 3, 10. 2 Pet. 3, 1. Heb. 8, 7. 10, 9; *δεύτερος θάνατος* (v. in *θάνατος*) Ap. 2, 11. 20, 14. 21, 8; *δευτέρα χάρις* 2 Co. 1, 15 non est *geminum* beneficium, sed *secundum*, priori oppositum, quod Corinthiis obtigisset, si Paulus per Achajam in Macedoniam proficiscens *πρότερον* illos adiisset. — Neutrum *δεύτερον* adverbialiter: *secundo, secunda vice;* Jo. 3, 4. Ap. 19, 3; ut saepe ap. Graecos (v. in *ἄνωθεν*) addito *πάλιν*, Jo. 21, 16; item *τὸ δεύτερον*, 2 Co. 13, 2. Jud. vs. 5; *ἐκ δευτέρου* (1 Macc. 9, 1), Mc. 14, 72. Jo. 9, 24. Act. 11, 9. Heb. 9, 28; cf. *Win.* p. 395; addito *πάλιν*, Mt. 26, 42. Act. 10, 15 (Hom. Od. 3, 161: *ἐπὶ δεύτερον αὖτις*); *ἐν τῷ δευτέρῳ, beim zweiten Male*, Act. 7, 13 (cum altera vice venissent); *δεύτερον, deinde, secundo loco*, in partitione, 1 Co. 12, 28.

***δέχομαι***, aor. 1. *ἐδεξάμην*, pf. *δέδεγμαι* (Act. 8, 14), depon. med.; LXX plerumque pro לָקַח; — 1) *capio; manu sumo; τὸ γράμμα* Lc. 16, 6 s.; *τὸ ποτήριον*, Lc. 22, 17; *apprehendo. suscipio, τ. περικεφαλαίαν, τ. μάχαιραν*, Eph. 6, 17; *τὸ παιδίον εἰς τὰς ἀγκάλας*, Lc. 2, 28. — 2) *excipio, recipio* (*aufnehmen, annehmen*); *a*) dic. de loco aliquem excipiente; *ὃν δεῖ οὐρανὸν δέξασθαι* (*οὐρ.* est subjectum), Act. 3, 21 (Plat. Theaet. p. 177. a: *τελευτήσαντας αὐτοὺς - - ὁ τῶν κακῶν καθαρὸς τόπος οὐ δέξεται*). — *b*) c. acc. personae: *excipio, advenienti aditum ad me concedo, non respuo ejus usum et familiaritatem;* Lc. 9, 5. 11 (l. vulg.); Jo. 4, 45. 2 Co. 7, 15. Gal. 4, 14. Col. 4, 10; *hospitio excipio*, Mt. 10, 14. 40 s. Mc. 6, 11. Lc. 9, 5. 53. 10, 8. 10. Act. 21, 17 (l. vulg.); Heb. 11, 31 (saepe ap. Graecos inde ab Hom.); *παιδίον*, recipio in domum alendum et educandum, Mt. 18, 5. Mc. 9, 37. Lc. 9, 48; *recipio, εἰς τ. οἴκους, τὰς σκηνάς*, Lc. 16, 4. 9; *δέξαι τὸ πνεῦμά μου*, ad te in coelum, Act. 7, 59. — *c*) c. acc. rei, quae dicendo, docendo vel praecipiendo offertur: *pronis auribus excipio, amplector, meum facio, approbo, non respuo; τὸν λόγον*, Lc. 8, 13. Act. 8, 14. 11, 1. 17, 11. 1 Th. 1, 6. 2, 13. Jac. 1, 21; *τὰ τοῦ πνεύματος*, 1 Co. 2, 14; *τὴν παράκλησιν*, 2 Co. 8, 17; *τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας*, sc. iis commendatam. 2 Th. 2, 10 (saepe ap. Graecos); — oblatum beneficium excipio, non respuo, 2 Co. 8, 4 t. vulg. — *d*) *excipio* i. q. *suscipio, sustineo, fero, tolero; τινά*, modum, quo aliquis se gerit, 2 Co. 11, 16. (*τὴν ἀδικίαν*, hebr. נָשָׂא, Gen. 50, 7; *πᾶν, ὃ ἐὰν ἐπαχθῇ*, Sir. 2, 4; *μῦθον χαλεπόν*, Hom. Od. 20, 271 et saepius ap. Graecos.) — 3) *accipio* (*empfangen*); *ἐπιστολάς*, Act. 22, 5; *γράμματα*, 28, 21; *τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ*, particeps fio beneficiorum regni divini, Mc. 10, 15. Lc. 18, 17; *λόγια ζῶντα*, Act. 7, 38; *εὐαγγέλιον*, 2 Co. 11, 4; *τὴν χάριν τοῦ θεοῦ* 2 Co. 6, 1; — i. q. *disco*, Phil. 4. 18.*

***δέω***, aor. *ἔδησα*, ptcp. pf. *δεδεκώς* (Act. 22, 29), pf. pass. *δέδεμαι*, inf. aor. pass. *δεθῆναι* (Act. 21, 33); LXX plerumque pro אָסַר; — *ligo, vincio;* 1) pr.; *τί, εἰς δεσμάς* Mt. 13, 30; *ὀθόνη τέσσαρσι ἀρχαῖς δεδεμ.*, linteum quatuor extremitatibus (coelo) alligatum, Act. 10, 11 (ubi *Lchm. Tdf. Trg. δεδεμέν. καὶ* omittunt); animal, quod impediatur, ne circumvagetur, ubi nos *anbinden, ὄνος δεδεμένη, πῶλος δεδεμένος*, Mt. 21, 2. Mc. 11, 2. Lc. 19, 30; add. *πρὸς τ. θύραν*, Mc. 11, 4; c. acc. personae, *vincio, vinculis constringo, in vincula conjicio; ἀγγέλους*, Ap. 9, 14; furibundum hominem, *πέδαις καὶ ἁλύσεσι*, Mc. 5, 3 s.; captivos, Mt. 14, 3. 22, 13. 27, 2. Mc. 6, 17. 15, 1. Jo. 18, 12. Act. 9, 14. 21, 11. 22, 29. Ap. 20, 2; passiv. Mc. 15, 7. Jo. 18, 24. Act. 9, 2. 21 (utroque l. *δεδεμένον ἄγειν τινά*); 21, 13. 22, 5. 24, 27. Col. 4, 3; *ἁλύσεσι* Act. 12, 6. 21, 33; *ὁ λόγος τοῦ θεοῦ οὐ δέδεται*, trop.: haec vincula mea nullo modo impediunt cursum h. e. praedicationem, propagationem, efficaciam evangelii, 2 Tim. 2, 9; mortuorum corpora, quae fasciis et linteis vinciri solebant; *ὁ τεθνηκὼς δεδεμένος τοὺς πόδας κ. τὰς χεῖρας κειρίαις*, fasciis ligatus pedibus manibusque, Jo. 11, 44; *τὸ σῶμα ὀθονίοις* (*Grsb. ἐν ὀθον.*). circumligare linteis, Jo. 19, 40. — 2) translate, *a*) dic. sa-

tanas mulierem incurvatam *δῆσαι*, h. e. per daemonem, ministrum suum, mulieri insidentem, impedivisse eam, quo minus se erigeret, Lc. 13, 16 coll. vs. 11. — *b*) *obstringo* sc. lege, officio cet.; *δεδεμένος τῷ πνεύματι* vinctus animo s. obstrictus, h. e. dum animus me cogit, Act. 20, 22 (ita non raro ap. Graecos, velut Plat. rep. 8., p. 567 e: *ἀνάγκῃ δέδεται, ἣ προςτάττει αὐτῷ*); c. dat. pers. *δεδέσθαι τινί*, obstrictum esse alicui, *an jemand gebunden sein; ἀνδρί*, de muliere; *γυναικί*, de marito, Ro. 7, 2. 1 Co. 7, 27; *δέδεται*, absolute, opp. *ἐλευθέρα ἐστί*, vs. 39. (Achill. Tat. p. 41: *ἄλλῃ δέδεμαι παρθένῳ*. Jambl. vit. Pyth. 11, 56: *τὴν μὲν ἄγαμον, - τὴν δὲ πρὸς ἄνδρα δεδεμένην*.) — *c*) e chaldaismo et rabbinismo (= אֲסַר) *prohibeo, prohibitum* s. *illicitum declaro;* Mt. 16, 19. 18, 18.*

*δή* (ortum ex *ἤδη*), particula, quae, si epicas dictiones *δὴ τότε, δὴ γάρ* exceperis, numquam ab initio enuntiationis locatur, sed ad praecedentem vocem applicatur significatque, „de eo, quod inducatur per eam particulam, quasi de re in facto et veritate posita constare" (*Klotz* ad Dev. p. 392), *jam, igitur, sane, profecto*, etsi Latinis et Germanis deest vocula, qua *δή* accurate reddatur. — 1) relativis pronom. addita: *ὅς δή, qui talis, qualis est, qui prae ceteris, qui igitur*, Mt. 13, 23. — 2) imperativis et hortativis conjunctivis adjuncta significat rem praeceptam *illico, sine haesitatione* agendam esse, quasi ut pateat, eam agi (cf. *Passov.* I, p. 612), ubi Latini *agedum, jam*, nos *doch, nur;* Lc. 2, 15. Act. 13, 2. 15, 36. 1 Co. 6, 20 (Sir. 44, 1). — 3) *sane, profecto*, 2 Cor. 12, 1 t. vulg. *Grsb.**

*δηλαυγῶς* (e *δῆλος* et *αὐγή*), *perlucide, clare;* Mc. 8, 25 *Tdf.* e codd. ℵCLΔ pro l. vulg. *τηλαυγῶς*. Hesych.: *δηλαυγῶς· ἄγαν φανερῶς*. adde: *δηλαυγέσι τεκμηρίοις*, Democr. in *Fabricii* Bibl. gr. IV, p. 333. Praeterea si rarissimum *δηλοφανής* exceperis, *δῆλος* in compositis non habetur.

*δῆλος, η, ον, conspicuus, manifestus;* Mt. 26, 73; *δῆλον*, sc. *ἐστίν*, manifestum est, patet, sq. *ὅτι* (4 Macc. 2, 7. Xen. an. 1, 3. 9 et ap. al.), 1 Co. 15, 27. Gal. 3, 11. 1 Tim. 6, 7 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* *δῆλον* omittunt).*

*δηλόω, ῶ*, aor. *ἐδήλωσα*, pass. *ἐδηλώθην* (*δῆλος*), LXX pro הוֹדִיעַ et aliquoties pro הוֹרָה; ap. Graecos inde ab Hdt.; *manifestum facio; τί*, 1 Co. 3, 13; *notum facio narrando, τί*, Col. 1, 8: *τινὶ περί τινος, ὅτι*, 1 Co. 1, 11; *cognoscendum do, indico; τί*. Heb. 12, 27. 2 Pet. 1, 14; sq. acc. c. inf. Heb. 9, 8; *εἴς τι, hindeuten auf etwas*, 1 Pet. 1, 11.*

*Δημᾶς, ὁ, Demas* (nom. propr., quod videtur contractum esse ex *Δημήτριος* cf. *Win.* p. 97), socius Pauli, qui apostolum cum Romae captivus teneretur, deseruit et Thessalonicen rediit, Col. 4, 14. Philem. vs. 24. 2 Tim. 4, 10.*

*δημηγορέω, ῶ* (sum *δημηγόρος*, a *δῆμος* et *ἀγορεύω*), *concionor, verba ad populum facio; ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς*, Act. 12, 21. (Aristph. Xen. Plat. Dem. al. — Prov. 30, 31. 4 Macc. 5, 15.)*

*Δημήτριος, ου, ὁ, Demetrius;* 1) argentarius quidam ephesinus, gentilis, Act. 19, 24. 38. — 2) Christianus quidam, 3 Jo. vs. 12.*

*δημιουργός, οῦ, ὁ* (*δήμιος*, publicus, ad populum pertinens, et *ΕΡΓΩ*, cf. *ἱερουργός, ἀμπελουργός*, al.), saepe ap. Graecos inde ab Hom. *a*) pr. *opifex publicus*. *b*) univ. *cujuslibet operis auctor, opifex, architectus; τεχνίτης κ. δημιουργός*, Heb. 11, 10 (Xen. mem. 1, 4, 7: *σοφοῦ τινος δημιουργοῦ τέχνημα*. Deus dicitur *ὁ τοῦ οὐρανοῦ δημιουργός* Plat. rep. 7, p. 530 a.; *ὁ δημ. τῶν ὅλων* Jos. antt. 1, 7, 1 et saepe in eccles. scriptis inde a Clem. 1 Co. 20. 26. 33. Praeterea in sacro cod. tantum 2 Macc. 4, 1: *κακῶν δημ.*).

*δῆμος, ου, ὁ, populus, multitudo populi in publico loco conveniens;* Act. 12, 22. 19. 33; *ἄγειν, εἰςελθεῖν εἰς τὸν δῆμον*, Act. 17, 5. 19, 30.*

*δημόσιος, ία, ιον*, potissimum Atticis frequentatum, *populo proprius, publicus* (opp. *ἴδιος*); Act. 5, 18; dat. fem. *δημοσίᾳ* adverbiascit (opp. *ἰδίᾳ*), *publice, in locis publicis, in omnium conspectu*, Act. 16, 37. 18, 28; *δημ. καὶ κατ' οἴκους*, Act. 20, 20. (2 Macc. 6, 10. 3 Macc. 2, 27; ap. Graecos etiam *publica auctoritate, publicis sumtibus*.)*

*δηνάριον, ίου, τό*, vox lat., *denarius*, nummus argenteus, decem, posthac XVI assibus constans. aequans XXIV ejusmodi nummos, qui apud nos a *crucis* signo nomen habebant; Mt. 18, 28. 20, 2. 9. 13. 22, 19. Mc. 6, 37. 12, 15. 14, 5 Lc. 7, 41. 10, 35. 20, 24. Jo. 6, 7. 12, 5. Ap. 6, 6; *τὸ ἀνὰ δηνάριον* sc. *ὄν*, merces diurna singulorum denariorum singulis operariis promissa, Mt. 20, 10 *Tdf. Trg.**

*δήποτε* (ex *δή* et *ποτέ*), adv., *jam aliquando; unquam; tandem; demum; ᾧ δήποτε νοσήματι*, quocunque demum morbo, Jo. 5, 4.*

*δήπου*, adv. (ex *δή* et *πού*), pr. *jam aliquo modo, quicunque is modus est*, ponitur ubi aliquid per levem ironiam quasi cum dubitationis specie affirmatur, *sane, profecto*, nostr. *eben etwa, sollt' ich meinen; οὐ δήπου, doch nicht etwa* (cf. *Rost* in *Passovii* Lex. I, p. 613. *Klotz* ad Dev. p. 427), semel in sacro cod. Heb. 2, 16.

*διά* cognat. c. *δίς* et lat. *dis* in compositis vocibus, propr. divisionem in duas pluresve partes denotans, praepositio, genitivum et accusativum sibi jungens; in cujus usu biblici scriptores nihil discrepant a Graecis; cf. *Win.* p. 353 ss. 372 s.

*A*) cum *genitivo: per;* dic. I) de *loco;* 1) pr. post verba vel extentionem, vel motum, vel actum significantia, qui per aliquem locum fit; *δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀναχωρεῖν*, Mt. 2, 12; *δι' ἀνύδρων τόπων*, 12, 43; *διὰ τῆς Σαμαρείας*, Jo. 4, 4; *διὰ τῆς θύρας*, 10, 1 s.; adde Mt. 19, 24. Mc. 2, 23. 10, 25. 11, 16. Lc. 4. 30. 5, 19. 18, 25. 2 Co. 11, 33. Heb. 9, 11 s. 11, 29 al.; *δι' ὑμῶν*, per vestram urbem, Ro. 15, 28; *ὁ διὰ πάντων*, diffundens salutarem suam efficaciam per omnes, Eph. 4, 6; *σώζεσθαι διὰ πυρός*, 1 Co. 3, 15; *διασώζ. δι' ὕδατος*, 1 Pet. 3, 21 (Ev. Nicod. p. 568 s. ed. *Thilo: διὰ θαλάσσης ὡς διὰ ξηρᾶς*); *βλέπειν δι' ἐσόπτρου*, 1 Co. 13, 12. Adde adverbialem locutionem *δι' ὅλου*, a summo ad imum, ex toto, Jo. 19, 23 (translate: *omni modo*, 1 Macc. 6, 18). — Ex quo usu praeverbii prodiit 2) ille tropicus usus, quo dic. de *statu*, in quo constitutus (pr. per quem velut spatium transiens) aliquis facit vel patitur aliquid, ubi nos aliter rem animo concipientes dicimus *bei, unter, mit, in; ὁ διὰ γράμματος κ. περιτομῆς παραβάτης νόμου*, Ro. 2, 27; *οἱ πιστεύοντες δι' ἀκροβυστίας*, qui credunt praeputiati (v. supra p. . . .), 4, 11; *διὰ προςκόμματος ἐσθίειν*, cum offendiculo s. ita, ut offensioni sit, 14, 20; *διὰ πίστεως περιπατεῖν, οὐ διὰ εἴδους* (v. in *εἶδος*), 2 Co. 5, 7; *τὰ διὰ τοῦ σώματος*, in statu corporis (h. e. dum terrenno corpore induti eramus) peracta, ib. vs. 10; *διὰ πολλῶν δακρύων*, 2, 4; *διὰ δόξης*, splendore indutum; 3. 11; *ἔρχεσθαι, εἰςέρχ. διά τινος, mit etwas*, Heb. 9, 12. 1 Jo. 5, 6; *δι' ὑπομονῆς*, Ro. 8, 25 (*διὰ πένθους τὸ γῆρας διάγειν*, Xen. Cyr. 4, 6, 6; cf. *Matthiae* II, p. 1353).

II) de *tempore;* 1) de *continuitate* temporis, unde *a*) de tempore, *per* quod aliquid fit; Mt. 26. 61. Mc. 14, 58; *δι' ὅλης τῆς νυκτός*, Lc. 5, 5; *διὰ παντὸς τοῦ ζῆν*. Heb. 2, 15; *διὰ παντός* vel junctim *διαπαντός, per omne tempus, semper*, Mt. 18, 10.

Mc. 5, 5. Lc. 24, 53. Act. 2, 25 (e Ps. 16, 8); 10, 2. 24, 16. Ro. 11, 10 (e Ps. 69, 24); 2 Th. 3, 16. Heb. 9, 6. 13, 15 (saepe ap. Graecos). — *b*) de tempore, *intra* quod aliquid fit; *διὰ τῆς νυκτός* (*Lchm. Tdf. Trg. διὰ νυκτός*), noctu, Act. 5, 19. 16, 9. 17, 10. 23, 31 (Palaeph. 1, 10); *δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα*, intra XL dierum spatium repetitis vicibus, Act. 1, 3. (Quem praeverbii usum *C. F. A. Fritzschius* in *Fritzschiorum* Opuscc. p. 164 s. negans ad eum, quem sub *a* notavimus, revocare studet.) — 2) de tempore, quod *transiit* ideoque, ut ita dicere liceat, *percursum est;* Gal. 2, 1; *δι' ἡμερῶν*, interjectis (aliquot) diebus, post (aliquot) dies, Mc. 2, 1; *δι' ἐτῶν πλειόνων*, Act. 24, 17; exempla e Graecis affert *Fritzsche* ad Mc. p. 50.

III) de *adminiculo* s. *instrumento*, quo aliquid efficitur, quia id, quod per aliquam personam vel rem fit, quasi per eam transire videtur; — 1) de eo, qui pariter auctor et instrumentum actionis est, s. de *causa efficiente; δι' αὐτοῦ* (i. e. *τοῦ θεοῦ*) *τὰ πάντα* sc. *ἐστὶν* s. *ἐγένετο*, Ro. 11, 36; item *δι' οὗ* Heb. 2, 10; *δι' οὗ ἐκλήθητε*, 1 Co. 1, 9; adde Heb. 7, 21 (*ἡ ἰατρικὴ πᾶσα διὰ τοῦ θεοῦ τούτου*, h. e. Aesculapio, *διακυβερνᾶται*, Plat. symp. p. 186 e.; cf. *Fritzsche* in ep. ad Roman. T. I, p. 15); dic. de eo, cui id, quod aliquis habet aut perfecit, debetur; hinc i. q. *culpâ* vel *vitio alicujus; δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται*, Mt. 18, 7; *δι' ἑνὸς ἀνθρ. ἡ ἁμαρτία - - εἰςῆλθε*, Ro. 5, 12 coll. vss. 16—19; *ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός*, 8, 3; *merito, virtute, auxilio, beneficio alicujus, ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διά - -*, Ro. 5, 17 coll. vs. 18 s. 1 Co. 15, 21; *διὰ τοῦ Χριστοῦ* et similia, Ro. 5, 1 s. 11. Act. 10, 43. Gal. 4, 7; *δοξάζειν τ. θεὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ* 1 Pet. 4, 11 et *εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ διὰ Ἰησ. Χρ.* Ro. 1, 8. 7, 25 (quo l. *Lchm. Tdf. Trg. χάρις τῷ θεῷ*); Col. 3, 17., quia Christi beneficio debetur facultas et deum illustrandi et gratias ei agendi; *καυχᾶσθαι ἐν τῷ θεῷ διὰ Ἰησ. Χρ.* Ro. 5, 11; *ἀναπαύεσθαι διά τινος*, Philem. vs. 7; *οἱ πεπιστευκότες διὰ τῆς χάριτος*, Act. 18, 27; *πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ - - διὰ τῆς σῆς προνοίας*, 24, 3; *ὑπερνικᾶν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς*, Ro. 8, 37; *περισσεύειν διά τινος*, augmentis, quae ab aliquo accedunt, Phil. 1, 26. 2 Co. 1, 5. 9, 12; *διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως*, Phil. 1, 19; adde Philem. vs. 22. Ro. 1, 12. 2 Co. 1, 4. Gal. 4, 23. 1 Pet. 1, 5. — 2) de instrumento, quo aliquis ad aliquid peragendum utitur, s. de *causa instrumentali* strictiore sensu; et quidem c. genit. personae: *ministerio, interventu alicujus;* c. genit. rei: *adminiculo, ope alicujus; a*) in locis, ubi a subjecto aliquo diserte memorato per aliquem hominem s. per aliquam rem aliquid effici vel effectum esse dicitur, Mc. 16, 20 (*τοῦ κυρίου τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τ. σημείων*); Lc. 1, 70. Act. 1, 16. 2, 22 (*τέρασι κ. σημείοις, οἷς ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ θεός*); 8, 20. 10, 36. 15, 23 (*γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν*); 20, 28. 21, 19. 28, 25. Ro. 2, 16. 3, 31. 7, 13. 15, 18. 16, 18. 1 Co. 1, 21. 2, 10. 4, 15. 6, 14. 14, 9. 19. 15, 57. 2 Co. 1, 4. 4, 14 (t. vulg.); 5, 18. 20. 9, 13. 10, 9. 12, 17. Eph. 1, 5. 2, 16. Col. 1, 20. 22. 2, 8. 1 Th. 4, 14. 2 Th. 2, 14. Tit. 3, 5. Heb. 1, 2 s. 2, 14. 6, 12. 7, 19. 9, 26. 13, 2. 12. 15. 21. Ap. 1, 1; *γῆ ἐξ ὕδατος* (causa materialis) *κ. δι' ὕδατος συνεστῶσα τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ*, 2 Pet. 1, 5. — *b*) in locis, in quibus auctor s. causa principalis non memoratur, at ex rei memoratae natura aut e junctura sententiarum facile intelligitur; Ro. 1, 12. 1 Co. 11, 12. Phil. 1, 20. 1 Th. 3, 7. 2 Th. 2, 2. 15. Heb. 11, 39. 12, 11. 12, 15. 1 Pet. 1, 7; *διὰ πολλῶν μαρτύρων*, intervenientibus s. adscitis ad eam rem multis testibus, 2 Tim. 2, 2; — ubi e biblicae religionis argumento patet, *deum* esse auctorem s. causam principalem, Jo. 11, 4. Act. 5, 12. Eph. 3, 10. 4, 16. Col. 2, 19. 2 Tim. 1, 6. Heb. 10, 10. 2 Pet. 3, 6; *σώζεσθαι διὰ τ. πίστεως*, Eph. 2, 8; *συνεγείρεσθαι διὰ τ. πίστ.*, Col. 2, 12; *δικαιοῦσθαι διὰ τ. πίστ.* Gal. 2. 16 coll. Ro. 3, 30; in dictionibus *διὰ τοῦ Ἰησ. Χριστοῦ* et simil. Jo. 1, 17. 3, 17. Act. 13, 38. Ro. 1, 5. 5, 9. 1 Co. 15, 17. 1 Jo. 4, 9. Phil. 1, 11; *διὰ τοῦ εὐαγγελίου*, 1 Co. 15, 2. Eph. 3, 6; *διὰ λόγου θεοῦ*, 1 Pet. 1, 23 coll. vs. 3; *διὰ νόμου* Ro. 3, 27. 4, 13; *δι' ἀποκαλύψεως Ἰησ. Χρ.*, Gal. 1, 12 coll. vs. 15 s.; *διὰ τοῦ* (*ἁγίου*) *πνεύματος*, Ro. 5, 5. 1 Co. 12, 8. Eph. 3, 16; *πιστεύειν διά τινος* (v. in *πιστεύω*), Jo. 1, 7. 1 Co. 3, 5; *σημεῖον γέγονε δι' αὐτῶν*, Act. 4, 17; *ὁ λόγος δι' ἀγγέλων λαληθείς*, Heb. 2, 2 coll. Gal. 3, 19; *ὁ νόμος διὰ Μωϋσέως ἐδόθη*, Jo. 1, 17; in locis, in quibus aliquid memoratur per prophetas V. T. aut per aliquem eorum esse dictum, Mt. 2, 5. 17 (*Lchm. Trg. Tdf.*); 23. 4, 14. 8, 17. 12, 17. 21, 4. 24, 15. 27, 9. Act. 2, 16., aut scriptum, Lc. 18, 31; addita mentione causae principalis: *ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ τοῦ προφ.*, Mt. 1, 22. 2, 15 coll. Lc. 1, 70. Act. 1, 16. 28, 25. Ro. 1, 2; -- in locis logologicis: *πάντα δι' αὐτοῦ* (i. e. per divinum logon) *ἐγένετο* vel *ἐκτίσθη* Jo. 1, 3. 1 Co. 8, 6 (ubi diserte distinguitur a causa principali: *ἐξ αὐτοῦ*); Col. 1, 16 coll. Heb. 1, 2 (Philo de cherub. §. 35). – Distinguuntur causa instrumentalis et principalis 1 Co. 11, 12 (*διὰ τῆς γυναικός - - ἐκ τοῦ θεοῦ*); Gal. 1, 1 (*ἀπ' ἀνθρώπων - - δι' ἀνθρώπου*). — 3) c. genit. rei dic. *διά* de modo, quo aliquid fit, s. de *causa formali; εἶπε διὰ παραβολῆς*, Lc. 8, 4; *εἶπε δι' ὁράματος*, Act. 18. 9; *ἀπαγγέλλειν διὰ λόγου*, *verbo* (*mündlich*), 15, 27; *τῷ λόγῳ δι' ἐπιστολῶν*, 2 Co. 10, 11 coll. 2 Th. 2, 15; *πίστις ἐνεργουμένη δι' ἀγάπης*, Gal. 5, 6; *κεχάρισται δι' ἐπαγγελίας*, 3, 18; *δουλεύειν διὰ τῆς ἀγάπης*, 5, 13; *ἐπιστέλλειν διὰ βραχέων*, Heb. 13, 22; *γράφειν δι' ὀλίγων*, 1 Pet. 5, 12 (Plat. Gorg. p. 449 b: *διὰ πολλῶν λόγους ποιεῖσθαι*); *διὰ χάρτου καὶ μέλανος*, 2 Jo. 12; *διὰ μέλανος κ. καλάμου*, 3 Jo. vs. 13 (Plut. Sol. c. 17). — Retulerim huc etiam illud *διά τινος* in adhortationibus et obtestationibus, ubi aliquis hortationem firmare studet mentione rei vel personae iis quos admonet sanctae (*διά = durch Hinweisung auf . . ., durch Erinnerung an . . .*), Ro. 12, 1. 15, 30. 1 Co. 1, 10. 2 Co. 10, 1. 1 Th. 4, 2. 2 Th. 3, 12 (t. vulg. *Grsb.*).

*B*) cum *accusativo*. I) de *loco; per;* ita saepe ap. Graecorum poetas, semel in N. T. ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Lc. 17, 11: *διὰ μέσον Σαμαρείας* pro l. vulg. *διὰ μέσου Σαμ.*

II) de *ratione, qua* vel *ob quam* aliquid fit vel non fit; *propter*, germ. *aus Grund.* — 1) de *ratione, qua* aliquid fit s. de *ratione efficiente* quando dicitur, majoris perspicuitatis causa reddendum est *per; a*) c. acc. *rei; δι' ἥν*, sc. *τὴν τοῦ θεοῦ ἡμέραν* (pr. propter diem = quia ingruet), 2 Pet. 2, 12; *διὰ τ. λόγον* (pr. propter verbum = quia verbum facultatem purgandi habet), Jo. 15, 3; *διὰ τὸ θέλημά σου* (Vulg.: *propter voluntatem tuam* = quia tu voluisti), Ap. 4, 11; adde Ap. 12, 11. 13, 14 (*ἀναβιώσκεται διὰ τὴν τοῦ πατρὸς φύσιν*, Plat. conviv. p. 203 e). Cf. *Grimm* ad 2 Macc. 3, 1. — *b*) c. acc. *personae*, cujus voluntate, efficacia, beneficio, culpa aliquid est vel fit; *διὰ τὸν πατέρα - - δι' ἐμέ* (pr. quia pater vivit, - - quia vivo), Jo. 6, 57; *διὰ τὸν ὑποτάξαντα*, voluntate subjicientis, opp. *οὐχ ἑκοῦσα*, Ro. 8, 20; *μὴ εἴπῃς, ὅτι διὰ κύριον ἀπέστην*, Sir. 15, 11. Ita etiam ap. Graecos cujusvis aetatis; cf. *Krüger* §. 68, 23. *Grimm* ad 2 Macc. 6, 25. — Multo saepius dicitur 2) de *ratione* vel

*causa*, *ob* quam aliquid fit vel est, vel faciendum est; *ob*, *propter*. — *a*) in dictionibus *διὰ τοῦτο*, *eam ob rem; hanc ob causam; propterea; quae cum ita sint;* Mt. 6, 25. 12, 27. 31. 13, 13 al. Mc. 6, 14. 11, 24. Lc. 11, 49. 14, 20. Jo. 6, 65. 9, 23. Act. 2, 16. Ro. 1, 26. 4, 16. 5, 12. 13, 6. 15, 9. 1 Co. 4, 17. 11, 10. 30. 2 Co. 4, 1. Eph. 1, 15. 5, 17. 6, 13. Col. 1, 9. 1 Th. 2, 13. 3, 5. 7. 2 Th. 2, 11. 2 Tim. 2, 10. Heb. 1, 9. 2, 1. 1 Jo. 4, 5. 2 Jo. vs. 10. Ap. 7, 15. 12, 12. 18, 8. — seq. *ὅτι*, *propterea quod;* Jo. 5, 16. 18. 8, 47. 10, 17. 12, 18. 39. 1 Jo. 3, 1; cf. *Tholuck* ad Jo. 10, 17 ed. 7; — ordine inverso (ubi verba cum *ὅτι* praecedentia cum vi pronuncianda sunt), Jo. 15, 19. Indicat finem et consilium sequente vel *ἵνα*, 2 Co. 13, 10. 1 Tim. 1, 16. Philem. vs. 15 (ordine inverso, Jo. 1, 31); vel *ὅπως*, Heb. 9, 15. — *διὰ τί* et junctim scriptum *διατί*, *cur? quam ob rem?* Mt. 9, 11. 14. 13, 10. 17, 19. Mc. 2, 18. Lc. 5, 30. Jo. 7, 45. Act. 5, 3. Ro. 9, 32. 1 Co. 6, 7. Ap. 17, 7. — *δι' ἣν αἰτίαν*, v. supra in *αἰτία*. — *τίς ἡ αἰτία, δι' ἥν*, Act. 10, 21. 23, 28; *διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν*, Act. 28, 20; *διὰ ταῦτα*, Eph. 5, 6 al. — *b*) cum alicujus nominis accusativo dic. de animi affectionibus, quibus aliquis ad aliquid faciendum agatur; *διὰ φθόνον*, quia invidia agebantur, nos *aus Neid*, Mt. 27, 18, Mc. 15, 10; *διὰ τὸν φόβον τινός*, Jo. 7, 13. 19, 38. 20, 19. Ap. 18, 10. 15; *διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην*, Eph. 2, 4; — de quibuslibet aliis causis, ob quas aliquis aliquid facere vel fecisse dicitur, ut Mt. 14, 3. 9. 15, 3 s. Jo. 4, 39. 41 s. 12, 11. 14, 11. Act. 28, 2. Ro. 3, 25 (*διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγ. ἁμαρτημ.*, quod praetermiserat h. e. impunita reliquerat peccata . . .); 6, 19. 15, 15. 2 Co. 9, 14. Gal. 4, 13 (*δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκός*, propter carnis imbecillitatem, h. e. morbo apud vos retentus; cf. *Wieseler* ad l.); vel aliquid pati vel passus esse, Mt. 24, 9. 27, 19. Lc. 23, 19. 25. Act. 21, 35. 2 Co. 4, 11. Col. 3, 6. 1 Pet. 3, 14. Ap. 1, 9. 6, 9; vel aliquid adeptus esse, Heb. 2, 9. 5, 14. 1 Jo. 2, 12; vel aliquid esse aut fieri Ro. 8, 10. 11, 28. Eph. 4, 18. Heb. 5, 12. 7, 18; — dic. de causa impediente, ubi aliquid propter aliquam rem vel personam effici *non* potuisse dicitur, Mc. 2, 4. Mt. 13, 58. 17. 20. Lc. 5, 19. 8, 19. Act. 21, 34. Heb. 3, 19. 4, 6. — *διά* c. acc. personae saepe est, i. q. *in alicujus commodum;* Mc. 2, 27. Jo. 11, 42. 12, 30. 1 Co. 11, 9. Heb. 1, 14. 6. 7; *διὰ τοὺς ἐκλεκτούς*, Mt. 24, 22. Mc. 13, 20. 2 Tim. 2, 10; *διὰ Χριστόν*, ad promovendam Christi causam, 1 Co. 4, 10; *δι' ὑμᾶς*, Jo. 12, 30. 2 Co. 4, 15. 8, 9. Phil. 1, 24. 1 Th. 1, 5. — *διά τινα*, propter exemplum ab aliquo editum, 2 Co. 2, 10. Ro. 2, 24. 2 Pet. 2, 2; *διὰ τὸν Χριστόν*, ut Christi consors reddar, Phil. 3, 7 (= *ἵνα Χριστὸν κερδήσω* vs. 8). — *c*) Ponitur *διὰ τό*, *propterea quod*, cum infinitivo vel solo, ut Lc. 9, 7. Heb. 7, 23, vel accusativum subjecti secum habente, ut Mt. 24, 12. Mc. 5, 4. Lc. 2, 4. 19, 11. Act. 4, 2. 12, 20. 18, 2. 27, 4. 9. 28, 18. Phil. 1, 7. Heb. 7, 24. 10, 2. Jac. 4, 2; vel accusativo subjecti e contextu sermonis patente, ut Mt. 13, 6. Mc. 4, 6. Lc. 11, 8. 18, 5. 23, 8. Act. 8, 11. 18, 3.

*C*) In *compositis διά* indicat 1) transitum per spatium aut tempus, *per*, *durch* (*διαβαίνω*, *διέρχομαι*, *διϋλίζω* al.), unde 2) continuitatem temporis (*διαμένω*, *διατελῶ*, *διατηρέω* et actionis absolutionem (*διακαθαρίζω*, *διαζώννυμι*). — 3) distributionem (*διαδίδωμι*, *διαγγέλλω*, *διαφημίζω*). — 4) sejunctionem (*διαλύω*, *διαιρέω*). — 5) contentionem et studium (*διαπίνω*, *διακατελέγχομαι*), cf. *Herm.* ad Vig. p. 854). — 6) transitum ex alia in aliam conditionem (*διαλάσσω*, *διορθόω*). — Verbis, quibus *διά* praefixum est, nemo inter N. T. scriptores Lucâ frequentius utitur.

*δια-βαίνω*, aor. 2. *διέβην*, ptcp. *διαβάς*, ut ap. Graecos inde ab Hom. *pertranseo* (Plin.), *trajicio;* *a*) transit., *τὴν θάλασσαν ὡς διὰ ξηρᾶς*, Heb. 11, 29. — *b*) intransit., *πρός τινα*, Lc. 16, 26; *εἰς* c. accus. loci, Act. 16, 9. (= עָבַר 1 Sam. 13, 7.)*

*δια-βάλλω*, aor. 1. pass. *διεβλήθην*, 1) pr. *trajicio*, *transmitto* (*τὶ διά τινος*). 2) inde ab Hdt. persaepe *verbis traduco, perstringo* (*durchziehen*), *criminor*, *accuso*, *insimulo*, *defero*, nec solum dic. de iis, qui falso aliquem crimine insimulant (*διέβλητο πρὸς αὐτὸν ἀδίκως*, Jos. antt. 6, 20, 2), verum etiam de iis, qui vera quidem, sed malitiose, insidiose, invidiose de aliquo ad aliquem deferunt (LXX Dan. 3, 8. Theodot. ad Dan. 6, 24); ita *διεβλήθη αὐτῷ ὡς διασκορπίζων* Lc. 16, 1 (c. dativo ejus, apud quem defertur, etiam Hdt. 5, 35 et ap. al.; *τινὰ πρός τινα* Hdt. 5, 96 et ap. al.; sq. *ὡς* c. ptcp. Xen. Hell. 2, 3, 23. Plat. epp. 7, p. 334 a).*

*δια-βεβαιόομαι* (*οῦμαι*), med. *firmiter assevero;* *περί τινος* (Pol. 12, 12, 6), 1 Tim. 1, 7. Tit. 3, 8. (Dem. p. 220, 4. Diod., Dion. Hal., Plut., Ael.)*

*διαβλέπω*, f. *ψω*, aor. 1. *διέβλεψα*, *perspicio*, *videndo penetro;* *a*) *fixis oculis specto, starr vor sich hin sehen* (Plat. Phaed. p. 86 d.); *διέβλεψε*, de caeco visum recuperante, Mc. 8, 25 *Tdf. Trg.* — *b*) *dispicio, considero;* sq. infin. consilium indicante, Mt. 7, 5. Lc. 6, 42. (Arist. Plut.)*

*διάβολος, ον* (*διαβάλλω*, q. v.), ad *conviciandum proclivis*, *calumnians* (Antoc. Aristph. Plutarch. al.); 1 Tim. 3, 11. 2 Tim. 3, 3. Tit. 2, 3: substantive *ὁ διάβολος*, *calumniator*, *obtrectator*, *delator* (Xen. Ages. 11, 5), LXX Esth. 7, 4. 8, 1; in sacris et eccles. scriptis *κατ' ἐξοχὴν* appellatur *ὁ διάβολος* is, qui Hebraeis dicitur הַשָּׂטָן, *ὁ σατανᾶς* (q. v.), *Satanas*, daemonum princeps, mali auctor, bonum quemque invidia persequens (Job. 1. Zach. 3, 1 ss. coll. Ap. 12, 10), homines a deo avertens atque ad peccandum sollicitans et per daemones, quos corporibus eorum insidere jubet, morbis affligens, infestissimus dei et Messiae adversarius, Mt. 4, 1. 5. 13, 39. 25, 41. Lc. 4, 2. 8, 12. Jo. 13, 2. Act. 10. 38. Eph. 4, 27. 6, 11. 1 Tim. 3, 6 s. 2 Tim. 2, 26. Heb. 2, 14. Jac. 4, 7. 1 Pet. 5, 8. Jud. vs. 9. Ap. 2, 10. 12, 9. 10. 12. 20, 2. 10. (Sap. 2, 24.) — *εἶναι ἐκ τοῦ διαβόλου*, pr. *originem a diabolo ducere*, trop. *sentiendo agendoque pendere ex diabolo*, *ab eo agi*, *moveri*, *regi*, dicuntur homines, qui mentis et voluntatis similitudinem cum diabolo prae se ferunt, Jo. 8, 44. 1 Jo. 3, 8. 10; qui iidem dicuntur *τέκνα τοῦ διαβ.* 1 Jo. 3, 10; *υἱοὶ τοῦ δ.* Act. 13, 10 coll. Mt. 13, 38. Jo. 8, 38. 1 Jo. 3, 10. Transfertur nomen *τοῦ διαβόλου* in hominem, qui, quum divinae causae adversetur, diaboli partes agere sive ab ejus partibus stare dicendus sit, Jo. 6, 70 coll. Mt. 16, 23. Mc. 8, 33.

*δι-αγγέλλω*, aor. 2. pass. *διηγγέλην*, inde a Pind., *nuntium perfero*, *nuntio circumquaque*, *per loca*, *per hominum coetus; divulgo; τί*, Lc. 9, 60. Act. 21, 26 (*διαγγέλλων* sc. omnibus, qui aderant in templo causaeque, de qua agebatur, gnari erant); add. *ἐν πάσῃ τῇ γῇ*. Ro. 9, 17 ex Ex. 9. 17. (Lev. 25, 9. Jos. 6, 10. Ps. 2, 6. Sir. 43, 2. 2 Macc. 3, 34.)*

*διάγε* v. in *γέ*.

*δια-γίνομαι*, aor. 2. *διεγενόμην*, 1) *permaneo*. 2) *interjicior*, unde ap. Graecos inde ab Isaeo (p. 84, 14: *χρόνων διαγενομένων*) de tempore *διαγενέσθαι*, *interea fuisse*, *interea elapsum esse; ἡμερῶν διαγενομένων τινῶν*, Act. 25, 13; *ἱκανοῦ χρόνου*

διαγενομένου, 27, 9; διαγενομένου τοῦ σαββάτου, Mc. 16, 1.*

δια-γινώσκω, f. γνώσομαι, 1) *dignosco*, i. e. *accurate cognosco; τί*, Act. 23, 15 (ap. Graecos ita inde ab Hom.). — 2) sensu forensi: *cognosco* (Cic.), *decerno; τὰ καθ' ὑμᾶς*, vestram causam, Act. 24, 22. (2 Macc. 9, 15. Dem. p. 629, 25. p. 545, 8 et ap. al.)*

δια-γνωρίζω, aor. 1. διεγνώρισα, *narrando divulgo; περί τινος*, Lc. 2, 17 t. vulg. *Grsb.* Praeterea tantum ap. Schol. in Bekk. Anecd. p. 787: *accurate discerno*.

διά-γνωσις, εως, ἡ (v. in διαγινώσκω), 1) *distinctio*. 2) sensu forensi *cognitio, sententia, judicium* (Sap. 3, 18. Plat. legg. p. 865 c); Act. 25, 21.*

δια-γογγύζω, impf. διεγόγγυζον, *commurmuro*, h. e. vel per totam quandam turbam vel inter se (*durch einander*) murmurare, unde semper de pluribus indignabunde conquerentibus (v. in γογγύζω, p. 82) dicitur; Lc. 15, 2. 19, 7. (Exod. 16, 2. 8. Jos. 9, 18 al. Sir. 34, 24. Clem. Alex. I, p. 528. Heliod. 7, 27 et ap. nonnullos Byzant.) Cf. *Win.* v. comp. V, p. 16 s.*

δια-γρηγορέω, ῶ, aor. 1. διεγρηγόρησα, *pervigilo* (Hdian. 3, 4, 8: πάσης τῆς νυκτὸς - - διαγρηγορήσαντες. Niceph. Greg. Hist. byz. p. 205 et 571); *vigil maneo*, Lc. 9, 32 (superaverant enim vim somni, qua premebantur, βεβαρημ. ὕπνῳ).*

δι-άγω, 1) *perduco, traduco, transmitto*. 2) additis aut supplendis τὸν βίον, τὸν χρόνον al. *transigo; βίον*, 1 Tim. 2, 2 (persaepe ap. Graecos); διάγειν ἔν τινι, sc. τὸν βίον, Tit. 3, 3 (ἐν φιλοσοφίᾳ, Plat. Phaedr. p. 259 d.; ἐν εἰρήνῃ καὶ σχολῇ, Plut. Tim. 3).*

δια-δέχομαι, aor. 1. διεδεξάμην, pr. *accipio per alium* aliquid ab eo relictum vel traditum, *successione accipio, excipio; τὴν σκηνήν*, tentorium sacrum, Act. 7, 45. (τὴν ἀρχήν, τὴν βασιλείαν al. ap. Pol. Diod. Joseph. al.)*

διάδημα, τος, τό (διαδέω, revincio), *diadema*, i. e. fascia caerulea albo distincta, qua reges Persarum tiaram praeligabant; ornamentum capitis regium; Ap. 12, 3. 13, 1. 19, 12. (Xen. Cyr. 8, 3, 13. Est. 1, 11. 2, 17 pro כֶּתֶר; 1 Macc. 1, 9.*

δια-δίδωμι, f. δώσω (Ap. 17, 13 e l. vulg.), aor. 1. διέδωκα, imperat. aor. 2. διάδος, 3 ps. sing. impf. pass. διεδίδοτο (Act. 4, 35), pro quo *Lchm. Trg. Tdf.* διεδίδετο (v. in ἀποδίδωμι, cf. *Delitzsch* Comm. z. Br. an d. Hebr. p. 632), 1) *distribuo; τί*, Lc. 11, 21; τί τινι, 18, 22 (ubi *Lchm.* δός); Jo. 6, 11 (ubi *Tdf.* ἔδωκεν); passiv. Act. 4, 35. Significatum illustrando praecipue inservit Xen. Cyr. 1, 3, 7: τὸν Κῦρον λαβόντα τῶν κρεῶν διαδιδόναι τοῖς - - θεραπευταῖς - -. τοιαῦτα ἐποίει, ἕως διεδίδου πάντα, ἃ ἔλαβε κρέα. — 2) *trado; τί τινι*, Ap. 17, 13; sed restituerunt ibi διδόασι *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.**

διάδοχος, ου, ὁ, ἡ (διαδέχομαι), *successor;* Act. 24, 27. (Sir. 46, 1. 2 Macc. 14, 26; saepe ap. Graecos inde ab Hdt. 5, 26.)*

δια-ζωννύω s. διαζώννυμι, aor. 1. διέζωσα, aor. 1. med. διεζωσάμην, ptcp. pf. pass. διεζωσμένος, *circumquaque* (διά) *succingo* (quae praeverbii vis patet e translato verbi usu ap. Plut. Brut. 31: ὡς δ' ἡ φλὸξ ῥυεῖσα καὶ διαζώσασα πανταχόθεν τὴν πόλιν διέλαμψε πολλή); ἑαυτόν, Jo. 13, 4; pass. διαζώννυμαί τι, *succingor;* ᾧ (ex attractione pro ὅ) ἦν διεζωσμένος, Jo. 13, 5; med. διαζώννυμαί τι, *succingo me aliquo*, Jo. 21, 7. (Ez. 23, 15. — ap. Graecos passim inde a Thuc.) Cf. *Win.* v. comp. V, p. 13.*

διαθήκη, ης, ἡ (διατίθημι), 1) *dispositio*, quaecunque est, quam aliquis ratam fieri vult (*Verordnung, Willensverfügung*), Gal. 3, 15., ubi intelligitur quidem *humanae dispositionis* nomine speciatim *testamentum*, sed in quantum illius dispositionis aliquod specimen et exemplum est; speciatim *statutum ultimum*, quo aliquis de rebus suis terrenis post mortem futuris decernit, *testamentum* (ita ap. Graecos inde a Plat. legg. 11, p. 922 c. ss.), Heb. 9, 16 s. — 2) *pactum, foedus* (Aristph. Av. 440), sexcenties in ss. ll. pro hebr. בְּרִית (Vulg.: *testamentum*). *Foederis* enim nomine necessitudo significatur, quam deus primum cum Noacho (Gen. 6, 18. 9, 9 ss.), deinde cum Abrahamo, Isaaco et Jacobo eorumque posteris (Lc. 26, 42), potissimum vero cum Abrahamo (Gen. 15 et 17) et posthac Mose ministro cum Israelitarum populo (Exod. 24. Deut. 5, 2. 28, 69 al.) iniit, quo postremo foedere Israelitae ad obedientiam divinae voluntati mosaica lege expositae et solenniter declaratae habendam obstringuntur, ille autem potentissimam tutelam et cujuslibet generis his in terris salutem ei promittit, transgressoribus autem legis gravissimas poenas minitatur. Unde in N. T. commemorantur αἱ πλάκες τῆς διαθήκης (לֻחֹת הַבְּרִית Deut 9, 9. 15), *tabulae legis*, quibus *officia foederis* inscripta erant (Ex. 20); ἡ κιβωτὸς τῆς διαθ. (אֲרוֹן הַבְּרִית, Deut. 10, 8. 31, 9. Jos. 3, 6 al.), *arca foederis* s. *legis*, in qua illae tabulae erant repositae, Heb. 9, 4. Ap. 11, 19; ἡ διαθήκη τῆς περιτομῆς, *foedus circumcisionis*, cum Abrahamo factum, cujus signum atque testimonium esset circumcisio (Gen. 17, 10 ss.), Act. 7, 8; τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, sanguis victimarum, quo effuso et sparso mosaicum foedus sancitum est, Heb. 9, 20 ex Exod. 24, 8; αἱ διαθῆκαι, *foedera*, unum cum Abrahamo, alterum per Mosen cum Israelitis ictum, Ro. 9, 4 (Sap. 18, 22. Sir. 44, 11. 2 Macc. 8, 15. Barn. ep. 9); αἱ διαθῆκαι τῆς ἐπαγγελίας, foedera, quibus adjuncta erat promissio salutis messianae, Eph. 2, 12 (συνθῆκαι ἀγαθῶν ὑποσχέσεως, Sap. 12, 21); christianae enim salutis beneficio divina promissa illis foederibus, potissimum ei, quod cum Abrahamo factum est, adjuncta persolvuntur: Lc. 1, 72 s. Act. 3, 25. Ro. 11, 27. Gal. 3, 17 (q. l. διαθήκη est divina *dispositio*, h. e. *promissio* Abrahamo facta). — Quum nova illa et longe praestantior necessitudo, quam messiano tempore deus cum Israelitarum populo initurus esset, בְּרִית חֲדָשָׁה, καινὴ διαθήκη (Jer. 31, 31) appelletur, cui divinae promissioni Christus satisfecit, (Heb. 8, 8—10. 10, 16): in N. T. distinguuntur δύο διαθῆκαι (Gal. 4, 24), *mosaica* et *christiana*, quorum haec illi (τῇ πρώτῃ διαθήκῃ Heb. 9, 15. 18 coll. 8, 9) opponitur tamquam καινὴ διαθήκη Mt. 26, 28. Mc. 14, 24 (utroque loco in t. vulg., *Grsb. Lchm.*); Lc. 22, 20. 1 Co. 11, 25. 2 Co. 3, 6. Heb. 8, 8; κρείττων διαθήκη Heb. 7, 22; αἰώνιος διαθήκη Heb. 13, 20; Christus autem appellatur κρείττονος et καινῆς et νέας διαθήκης μεσίτης Heb. 8, 6. 9, 15. 12, 24. Quo novo foedere homines fidei Christo habendae obligantur, deus vero gratiam iis et aeternam salutem promittit. Quod foedus Christus *morte* subeunda inauguravit et sanxit; hinc τὸ αἷμα τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, v. in αἷμα n. 2, c.; τὸ αἷμά μου τῆς διαθήκης, sanguis meus, quo effundendo foedus sancitur, Mt. 26, 28 *Tdf.* et Mc. 14, 24 *Tdf. Trg.* (de duobus genitivi uni nomini conjunctis cf. *Matthiae* §. 380. *Kühner* II, p. 288 s.). — Ex metonymia contenti pro continente ἡ παλαιὰ διαθήκη 2 Co. 3, 14 dic. de *sacris V. T. libris*, quippe in quibus leges et rationes antiquioris foederis perscriptae essent. — Denique notanda est amphibolia, qua scriptor ad Heb. 9, 16 s. voci τῆς διαθήκης, in reliquis epistolae partibus *foedus* deno-

tanti, supponit notionem *testamenti* (v. supra in n. 1.) Christumque comparat cum testatore, tum quia felicitatem aeternam tamquam haereditatem a Christo aliis relictam spectat, tum quia docere studet, et aeternae salutis consequendae potestatem iis, qui Christo addicti sint, factam esse morte Christi (9, 15), et jam mosaicum foedus sanguine victimarum sanciendum fuisse (vs. 18 ss.), unde factum videtur esse, ut vetus interpres latinus *διαθήκης* vocem, ubicunque in s. codice obvenit, latino *testamenti* vocabulo exprimeret.*

**διαίρεσις, εως, ἡ** (*διαιρέω*, q. v.), 1) *divisio, distributio* (Hdt. Xen. Plat. al.). 2) *distinctio, discrimen* (Plat. Soph. p. 267 b.: *τίνα διαίρεσιν ἀγνωσίας τε καὶ γνώσεως θήσομεν;* — al.); speciatim *discrimen e distributione aliis aliâ factâ ortum*, 1 Co. 12, 4—6 coll. vs. 11: *διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται.**

**δι-αιρέω, ῶ**, aor. 2. *διεῖλον*, 1) *divido in partes, diffindo, discindo, disseco* (Hom. et sqq. Gen. 15, 10. 3 Reg. 3, 25). — 2) *distribuo; τί τινι* (Xen. Cyr. 4, 5, 16. Hell. 3, 2, 8), Lc. 15, 12. 1 Co. 12, 11 (Jos. 18, 15. 1 Chron. 23, 6 al.).*

**δια-καθαρίζω**, f. *ιῶ*, *perpurgo, penitus purgo; permundo* (Vulg.); *τὴν ἅλωνα*, Mt. 3, 12. Lc. 3, 17. (Apud profanos non exstat, qui dicunt *διακαθαίρειν*, velut *τὴν ἅλω*, Alciphr. epist. 3, 26.)*

**δια-κατ-ελέγχομαι**, impf. *διακατηλεγχόμην*. *contentione* et *studio* vel *certatim* (de quo praeverbii *διά* in compositis usu cf. *Herm.* ad Vig. p. 856) *confuto*, c. dat. pers.; non exstat nisi Act. 18, 28.*

**διακονέω, ῶ**, f. *ήσω*, impf. *διηκόνουν* (quasi compositum sit verbum e *διά* et *ἀκονέω*, pro rariore eademque antiquiore forma *ἐδιακόνουν*, cf. *Bttm.* §. 86. not. 4. Gramm. max. §. 86. not. 6. *Krüger* §. 28, 14, 13); aor. 1. *διηκόνησα* (pro antiquiore *ἐδιακόνησα*); pass. ptcp. praes. *διακονούμενος*, aor. 1. inf. *διακονηθῆναι*, ptcp. *διακονηθείς* (*διάκονος* q. v.), ap. Graecos inde ab Hdt., *minister, famulus sum, ministro, famulor;* 1) univ. c. dat. personae, alicui *ministro; ministeria et officia praesto;* Jo. 12, 26. Act. 19, 22. Philem. vs. 13; passiv. *mihi ministratur* (*Win.* §. 39, 1), Mt. 20, 28. Mc. 10, 45. — 2) Ut lat. *ministrare, ad mensam appareo et accumbentibus cibum potumque affero;* c. dat. person. Mt. 4, 11. 8, 15. Mc. 1, 13. 31. Lc. 4, 39. 12, 37. 17, 8; absolute *ὁ διακονῶν*, Lc. 22, 27; et ita etiam de feminis cibos apparantibus Lc. 10, 40. Jo. 12, 2. (Menand. ap. Athen. 6, c. 46. Anacr. 4, 5 et ap. al.; pass. *διακονεῖσθαι ὑπό τινος*, Diod. 5, 28. Philo vit. contempl. §. 9.) — 3) *victum et quae ad vitam necessaria sunt, ministro, suppedito;* c. dat. pers. Mt. 25, 44. 27, 55. Mc. 15, 41; *διηκόνουν αὐτοῖς ἐκ* (l. vulg. *ἀπό*) *τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς*, Lc. 8, 3; *necessitatibus alicujus subvenio* (ut eleemosynis colligendis), Ro. 15, 25. Heb. 6, 10; *τραπέζαις*, ea, quae ad sustentandam vitam requiruntur, parare, curare, distribuere, Act. 6, 2. — absolute *διακονεῖν*, i. e. curam pauperum, aegrotorum agere, dicuntur, qui munus *diaconi* (v. in *διάκονος*) in coetibus Christianorum administrant, 1 Tim. 3, 10. 13. 1 Pet. 4, 11. — 4) c. accus. rei, *ministro, procuro aliquid*, quo commodis alicujus inserviam; *χάρις διακονουμένη ὑφ᾽ ἡμῶν*, 2 Co. 8, 19; *ὅσα διηκόνησε*, quam multa sint, quae ejus ministerio debeam, 2 Tim. 1, 18; *ἐπιστολὴ διακονηθεῖσα ὑφ᾽ ἡμῶν*, epistola nostra quasi amanuensis ministerio scripta, 2 Co. 3, 3. — c. acc. rei et dat. personae: *suppeditando aliquid alicui ministro* (*mit etwas einem dienen*), 1 Pet. 1, 12; *τὶ εἰς ἑαυτούς*, i. e. *εἰς ἀλλήλους*, in mutuos usus, 1 Pet. 4, 10.*

**διακονία, ας, ἡ** (*διάκονος*), *ministerium* (*Dienst, Dienstleistung*), potissimum eorum, qui aliorum mandata peragunt; 1) univ. 2 Tim. 4, 11. Heb. 1, 14. — 2) eorum, qui ex mandato dei religionem inter homines nuntiant et promovent; dic. *a*) de munere *Mosis; ἡ διακ. τοῦ θανάτου*, concise: ministerium, quo lex mortem minitans et afferens promulgatur, 2 Co. 3, 7; *τῆς κατακρίσεως*, ministerium, quo condemnatio nuntiatur, vs. 9. — *b*) de munere *apostolorum* et ejus administratione, Act. 1, 17. 25. 20, 24. 21, 19. Ro. 11, 13. 2 Co. 4, 1. 6, 3; 1 Tim. 1, 12; *τοῦ λόγου*, Act. 6, 4; *τοῦ πνεύματος*, ministerium, cujus est efficere, ut divinus spiritus hominibus obtingat eosque regat, 2 Co. 3, 8; *τῆς δικαιοσύνης*, quo homines docentur, quo modo deo probati reddantur, vs. 9; *τῆς καταλλαγῆς*, ministerium, cujus est efficere, ut homines reconciliationem cum deo sibi oblatam amplectantur, 2 Co. 5, 18; *πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν*, ut evangelio docendo vobis ministrarem, 2 Co. 11, 8. — *c*) de ministerio omnium, qui singularibus ingenii animique facultatibus in hunc finem a deo instructi studio et operâ christianae causae inter homines promovendae consulunt, ut apostoli, prophetae, evangelistae, presbyteri al., 1 Co. 12, 5. Eph. 4, 12. 2 Tim. 4, 5. De quonam ministerio vox Col. 4, 17 dicatur, non constat. — 3) *ministerium eorum, qui christianae caritatis officia aliis praestant*, 1 Co. 16, 15. Ap. 2, 19., imprimis eorum egestati subveniunt beneficiis vel colligendis vel tribuendis; pauperum cura; beneficiorum subministratio vel distributio; *Lutherus* passim *Handreichung;* Act. 6, 1. 2 Co. 9, 13; *ἡ διακονία ἡ εἰς τοὺς ἁγίους*, 2 Co. 8, 4. 9, 1; *ἡ διακονία τῆς λειτουργείας*, ministerium, quod fit per *τὴν λειτουργ.*, 9, 12; *πέμπειν εἰς διακονίαν τινί*, mittere alicui aliquid, quo egestati ejus subveniatur, Act. 11, 29 (*κομίζειν χρήματα πολλὰ εἰς διακονίαν τῶν χηρῶν*, Acta Thomae §. 56); *ἡ διακονία μου ἡ εἰς Ἱερουσαλ.*, „meum pecunias meo studio collectas deportantis ministerium Hierosolymis destinatum" (*Fritzsche*), Ro. 15, 31. — 4) munus *diaconi* in primaeva ecclesia (v. in *διάκονος* n. 2), Ro. 12, 7. — 5) ministerium eorum, qui cibos apparant et offerunt; Lc. 10, 40 (ut ap. Xen. oec. 7, 41).*

**διάκονος, ου, ὁ, ἡ** (vox incertae originis, minime autem, ut olim putabatur, e *διά* et *κόνις* composita, ut sit proprie *properando pulverem excitans;* cf. *ἐγκονεῖν*. Nam *α* in praepos. *διά* corripitur, in *διάκονος* producitur. *Buttmannus* Lexil. I, p. 218 ss. vocem ab obsol. *διάκω* = *διήκω* deducendam putat), *qui alicujus, potissimum domini, mandata exsequitur; minister, famulus;* 1) universe; dic. de famulis regis, Mt. 22, 13; c. genit. personae, cui ministratur, Mt. 20, 26. 23, 11. Mc. 9, 35. 10, 43 (quibus locis per imaginem vox dic. de iis, qui vel cum suo ipsorum incommodo commoda aliorum promovent); *τῆς ἐκκλησίας*, de eo, qui praestat, quae ecclesiae commodis et saluti inserviunt, Col. 1, 25; *διάκονοι τοῦ θεοῦ*, ii, per quos deus causam suam in terris agit, ut magistratus, Ro. 13, 4; christianae religionis doctores, 1 Th. 3, 2 t. vulg. *Tdf. Trg.;* 1 Co. 3, 5. 2 Co. 6, 4; qui iidem appellantur *διάκονοι τοῦ Χριστοῦ*, 2 Co. 11, 23. Col. 1, 7. 1 Tim. 4, 6; *ἐν κυρίῳ*, in causa domini, Col. 4, 7; *ὁ διάκ. μου*, is, qui me sectatur, Jo. 12, 26; *τοῦ σατανᾶ*, is quo satanas ministro utitur, 2 Co. 11, 15; *διάκ. περιτομῆς* (abstr. pro concr.), de Christo, qui saluti circumcisorum hominum s. Judaeorum consuleret, Ro. 15, 8; c. genit. rei, cui ministratur, h. e. cui alicujus studiis consulitur: *καινῆς διαθήκης*, 2 Co. 3, 6; *τοῦ εὐαγγελίου*, Eph. 3, 7. Col. 1, 23; *δικαιοσύνης*, 2 Co. 11, 15. — 2) *diaconus*, qui ex muneris

a coetu sibi impositi officio curam pauperum agit pecuniamque in eorum usus collectam administrat et distribuit (*Armenpfleger*), Phil. 1, 1. 1 Tim. 3, 8. 12 coll. Act. 6, 3 ss.; ἡ διάκονος, *ministra* (Plin. epp. 10, 97), cui cura mulierum vel pauperum vel aegrotarum commissa erat, Ro. 16, 1. — 3) *ministrator cibi ac potus;* Jo. 2, 5. 9 ut ap. Xen. mem. 1, 5, 2. Hier. 3, 11. Polyb. 31, 4, 5. Lucian. de merced. cond. §. 26. Athen. 7, p. 291. 10, 420; v. in διακονέω n. 5.*

*διακόσιοι, αι, α, ducenti, ae, a;* Mc. 5, 37. Jo. 6, 7 al.

*δι-ακούω*, f. *σομαι*, pr. *ad finem usque audio, accurate audio, peraudio* (Xen. Plat. sqq.); de judice causam cognoscente Act. 23, 35; ita etiam Deut. 1, 16. Dio Cass. 36, 36.*

*δια-κρίνω*, impf. *διέκρινον*, aor. 1. *διέκρινα*, med. impf. *διεκρινόμην*, aor. 1. *διεκρίθην* (ap. profanos sensu passivo *secretus sum;* cf. *Win.* §. 39, 2), ap. Graecos inde ab Hom., ap. LXX potissimum pro שָׁפַט, etiam pro דִּין et al. — 1) *discerno, discrimino, distinguo; οὐδὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν*, Act. 15, 9; *μηδὲν διακρίναντα*, discrimen non facientem sc. inter Judaeos et gentiles, Act. 11, 12 *Lchm. Tdf. Trg.;* ut lat. *distinguo* emphatice: aliquem vel aliquid a ceteris distinguo, sensu i. q. *praefero*, praerogativam vel honorem ei concedo; *τινά*, 1 Co. 4, 7; *τὸ σῶμα τοῦ κυρίου*, 11, 29. — 2) *discernendo cognosco, judico, dijudico;* Mt. 16, 3. 1 Co. 14, 29; *ἑαυτόν*, 1 Co. 11, 31; *decerno, sententiam fero, litem dirimo*, 1 Co. 6, 5. — Passiv. et med. *divellor, me secerno;* 1) *secedo ab aliquo, deficio ab eo* (Thuc. 1, 105. 3, 9); dic. de haereticis a coetu verorum Christianorum secedentibus (Sozom. 7, 2: *ἐκ τούτου οἱ μὲν διακριθέντες ἰδίᾳ ἐκκλησίαζον*), Jud. vs. 22 e lectione *Lchm. Tdf. Trg.* utique probanda: *ἐλέγχετε διακρινομένους, eos, qui secernunt se* a vobis, h. e. *qui deficiunt*, pro vulg. *ἐλεεῖτε διακρινόμενοι*, qua reddendum est: *vobis secernentes* s. *delectum facientes;* cf. *Huther* ad l. — 2) me secerno hostili in aliquem animo, *pugno, litigo, discepto, altercor;* c. dat. pers. Jud. vs. 9 (Pol. 2, 22, 11); *πρός τινα*, Act. 10, 2 (Hdt. 9, 58). — 3) significatu a profanis alieno: *mecum dissentio, haesito, dubito* (*sich mit sich entzweien*); Mt. 21, 21; Ro. 14, 23. Jac. 1, 6; *ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ* Mc. 11, 23; *ἐν ἑαυτῷ*, Jac. 2, 4; *μηδὲν διακρινόμενος*, nihil, i. e. plane non dubitans, Jac. 1, 6; sine ulla dubitatione, utrum liceat, necne, Act. 10, 20 et in t. vulg. 11, 12; *οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ*, non dubitavit fidei inopia inductus, Ro. 4, 20.*

*διάκρισις, εως, ἡ (διακρίνω), distinctio, aestimatio* (*Beurtheilung*); *πνευμάτων* 1 Co. 12, 10; *καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ*, Heb. 5, 4; *μὴ εἰς διάκρισιν διαλογισμῶν*, non eo consilio, ut judicetis opiniones, utra utri sit verior praeferenda, Ro. 14, 1. (Xen. Plat. al.)*

*δια-κωλύω*, impf. *διεκώλυον* (*διά* hoc in composito non denotat *obnixe*, ut vulgo dicunt, sed amotionem, *dis*, nostr. *verhindern;* cf. *διακλείω*, intercludo; cf. *Win.* v. comp. 5, p. 17 s.), *prohibeo; τινά* Mt. 3, 14. (ap. Graecos inde a Soph. et Thuc.)*

*δια-λαλέω*, impf. *διελάλουν*, pass. impf. *διελαλούμην, colloquor, confabulor* (ex usu praeverbii *διά* id quod alternatim vel utrinque fit, indicantis; v. in *διακατελέγχομαι*), *τί*, pass. Lc. 1, 65; *πρὸς ἀλλήλους* (ut Pol. 23, 6, 9), *τί ἂν ποιήσειαν*, de colloquio deliberantium, Lc. 6, 11. (Eur. Cycl. 174.)*

*δια-λέγομαι*, impf. *διελεγόμην*, aor. 1. *διελέχθην* (med. verbi *διαλέγω*, seligo, secerno), 1) *mecum diverse cogito, cogitata cogitatis interjicio* (cf. *διαλογίζομαι*), *reputo;* sic ap. Hom. — 2) ut frequentissime ap. Atticos, *colloquor, verbis cum aliquo ago, disputo, dissero;* absol. Act. 19, 8 s.; *περί τινος*, Act. 24, 25; *τινί*, cum aliquo, Act. 17, 17. 18, 19. 20, 7. Heb. 12, 6; addito *ἀπὸ τῶν γραφῶν*, e scriptis s. rationes ducens, Act. 17, 2; *πρός τινα*, 17, 17. 24, 12; praevalente notione *disceptandi*, *πρὸς ἀλλήλους*, sq. *τίς* interrogat., Mc. 9, 34; *περί τινος*, Jud. vs. 9.*

*διαλείπω, moram interpono, coeptum aliquid ad tempus intermitto; οὐ διέλιπε καταφιλοῦσα* (de quo participio cf. *Win.* §. 45, 4), continuo deosculata est, Lc. 7. 45. (Jes. 5, 14. Jer. 17, 8; saepe ap. Graecos inde ab Hdt.)*

*διάλεκτος, ου, ἡ (διαλέγω)*, 1) *colloquium, sermo, oratio, dictio* (Plat., Dem. al.). — 2) inde a Pol. *lingua genti alicui propria;* Act. 1, 19. 2, 6. 8. 21, 40. 22, 2. 26, 14. (Pol. 1, 80, 6. 3, 22, 3. 40, 6, 3 s.; *μεθερμηνεύειν εἰς τὴν Ἑλλήνων διάλεκτον*, Diod. 1, 37; *πᾶσα μὲν διάλεκτος, ἡ δὲ ἑλληνικὴ διαφερόντως ὀνομάτων πλουτεῖ*, Philo vit. Mos. II, §. 7.*

*δι-αλλάσσω*, aor. 1. pass. *διηλλάγην* (v. in *διά*, C, 5), 1) *permuto, τὶ ἀντί τινος.* — 2) *permuto mentem alicujus, reconcilio* (ita inde a Thuc.), *τινά τινι.* Passiv. *reconcilior, τινί, in gratiam redeo cum aliquo*, Mt. 5, 24. (1 Sam. 29, 4. 3 Esr. 4, 31.) Cf. quae doctissime de hoc verbo disputat *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. 1, p. 276 ff. coll. *Win.* v. comp. V, p. 7.*

*διαλογίζομαι*, dep. med., impf. *διελογιζόμην* (*διά*, ut in *διαλέγομαι*), *diversas rationes confero, rationes computo, ratiocinor, mecum reputo, delibero;* simpliciter, Lc. 1, 29. 5, 21; *ἐν τῇ καρδίᾳ*, Mc. 2, 6. 8. Lc. 5, 25; add. *περί τινος*, Lc. 3, 15; *ἐν ἑαυτῷ*, secum, Mc. 2, 8. Lc. 12, 17; *ἐν ἑαυτοῖς = ἐν ἀλλήλοις*, Mt. 16, 7 s.; *πρὸς ἑαυτούς* i. q. *πρὸς ἀλλήλους*, alter ad alterum conversus, alter cum altero, Mc. 9, 33. (11, 31 *Lchm. Tdf. Trg.*); Lc. 20, 14; *πρὸς ἀλλήλους*, Mc. 8, 16; *παρ' ἑαυτοῖς*, Mt. 21, 25; *ὅτι*, Jo. 11, 50 e l. vulg.; *ὅτι = περὶ τούτου ὅτι*, Mc. 8, 17. (= חָשַׁב aliquoties in psalmis; 2 Macc. 12, 43; ap. Graecos inde a Plat. et Xen.)*

*δικαιοσύνη, ης, ἡ* (*δίκαιος*), frequentissime LXX pro צֶדֶק et צְדָקָה, raro pro חֶסֶד, *virtus* vel *habitus* vel *conditio ejus, qui est δίκαιος;* 1) sensu latiore *conditio ejus, qui talis est, qualis esse debet* (*Rechtbeschaffenheit*); *conditio deo probata* (*Gottwohlgefälligkeit*); *a*) univ.; *λόγος τῆς δικαιοσύνης* (ut *λόγος τῆς καταλλαγῆς, λ. τοῦ σταυροῦ*), doctrina de modo, quo homo conditionem deo probatam consequatur, Heb. 5, 13; *βασιλεὺς δικαιοσύνης*, rex, qui ipse deo probatur et cives suos deo probatos reddit, 7, 2; cf. *Bleek* ad l. — *b*) *probitas, pietas, vitae sanctitas, honestas, recta cogitandi, sentiendi, agendique ratio;* Mt. 3, 15. 5, 6. 10. 20 et *Grsb. Lchm. Trg. Tdf.* 6, 1; Act. 13, 10. 24, 25. Ro. 6, 13. 16. 18—20 (opp. *ἁμαρτία, ἀνομία* et *ἀκαθαρσία*); 8, 10 (opp. *ἁμαρτία*); Ro. 14, 17 (?); 2 Co. 6, 7. 14 (opp. *ἀνομία*, ut Xen. mem. 1, 2, 24); 2 Co. 11, 15. Eph. 5, 9. 6, 14. Phil. 1, 11. 1 Tim. 6, 11. 2 Tim. 2, 22. 3, 16. 4, 8. Tit. 3, 5. Heb. 1, 9. 12, 11. Jac. 3, 18. 1 Pet. 3, 14. 2 Pet. 2, 5. 21. 3, 13 et frequentissime in V. T.; *ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης*, viam probitatis ingressus = vir integer et probus, Mt. 21, 32; *τοῦ θεοῦ*, probitas, quam postulat deus, Mt. 6, 33. Jac. 1, 20; de probitate *benefaciendo* conspicua dic. 2 Co. 9, 9 s. (coll. Tob. 14, 11. *Gesenii* Thes. III, p. 1151; ita chald צִדְקָה Dan. 4, 24 atque ap. Talmud. et Rabbinos); ubi junguntur *δικ. καὶ ὁσιότης* Lc. 1, 75. Eph. 4, 24 (Sap. 9, 3. Clem. Rom. 1 Co. 48 et passim ap. profanos), illud rectam erga homines se gerendi rationem, hoc pietatem in deum indicat (cf. Plat. Gorg. p. 507 b. *Grimm* Exgt. Hdb. ad Sap. p. 181 s.; *εὐσέβεια κ. δικαιοσύνη* Diod. 1, 2); *ποιεῖν τὴν δικαιοσ.*, probitatis virtutem colere, honeste vivere, 1 Jo. 2, 29. 3, 7. 3, 10 atque e lectione omnibus nunc probata Ap. 22, 11; item *ἐργάζεσθαι δικαιοσύνην*, Act. 10, 35. Heb. 11, 33; *ζῆν τῇ δικαιοσύνῃ*, vitam dicare probitati, 1 Pet. 2, 24; *πληροῦν πᾶσαν δικαιοσύνην*, quidquid fas est, perfecte praestare, Mt. 3, 15. — de *Christo* praedicata *δικαιοσύνη* est perfecta ejus sanctimonia, integritas, innocentia, Jo. 16, 8. 10; de *deo* ejus *sanctitas*, Ro. 3, 5. 25 s. — *c*) singularis est in *Pauli* scriptis notio *τῆς δικαιοσύνης*, Judaeis et judaicis Christianis opposita. Ad quam intelligendam potissimum haec tenenda sunt: Judaei et permulti, qui ex eorum coetu ad Christum se converterant, *factis* ad mosaicae legis normam compositis tamquam suis meritis *deo se probari* indeque aeternam salutem consecuturi esse sibi videbantur. At vero haec lex exactissimam *omnibus* suis praeceptis praestandam obedientiam postulat et iis, qui eam non praestant, damnationem minitatur (Gal. 3, 10. 12). Cujusmodi obedientiam nemo praestitit (Ro. 3, 10), neque Judaei, neque gentiles (Ro. 1, 24 — 2, 1), apud quos naturalis morum lex animis inscripta locum mosaicae legis obtinet (Ro. 2, 14 s.). Quam ob causam Paulus beneficium dei praedicat, quod Christo filio suo tamquam piaculari victima pro hominibus morti

tradito gratiam suam et bonam voluntatem humano generi testificatus sit, ut salutem sperare possit, quasi non peccaverit. Sed ad hanc spem concipiendam non patere viam nisi per fiduciam (v. in πίστις), qua homo illam dei gratiam in Christo patefactam et oppigneratam amplectatur; hanc fiduciam homini a deo imputari ut δικαιοσύνην, h. e. *conditionem deo probatam, quae peccatori obtingit per illam fiduciam, qua gratiam dei in expiatoria morte J. Christi sibi oblatam amplectitur* (v. in δικαιόω). Quo sensu dic. simpliciter ἡ δικαιοσύνη Ro. 4, 5 s. 11. 5, 17. 21. 9, 30 s. Ro. 14, 17 (?); 1 Co. 1, 30. Gal. 5, 5; δικαιοσύνη θεοῦ, ἡ τοῦ θεοῦ δικαιοσύνη, probitas, quam deus attribuit, s. quam deus probitatem declarat, Ro. 1, 17. 3, 21. 10, 3; praegnanter = institutum dei, quo homines ad conditionem sibi probatam perducit, 10, 4; abstr. pro concr. = ii, quibus adjudicatur a deo probitas, 2 Co. 5, 21; δικαιοσ. θεοῦ διὰ πίστεως Ro. 3, 22; ἡ δικ. τῆς πίστεως, quae fidei obtingit vel in fide cernitur, Ro. 4, 11. 13; ἡ ἐκ θεοῦ δικαιοσ., quae a deo proficiscitur, h. e. adjudicatur, Phil. 3, 9 (ubi quod additur ἐπὶ τῇ πίστει, pendet ab ἔχων, habens - - superstructam fidei); ἡ ἐκ πίστεως δικαιοσ., quae e fide proficiscitur, Ro. 9, 30. 10, 6; ἡ διὰ πίστεως Χριστοῦ, Phil. 3, 9; ἡ κατὰ πίστιν δικαιοσ., fidei accommodata, Heb. 11, 7 (sed tenendum est, fidei notionem in epist. ad Heb. latius patere, quam apud Paulum); Christus appellatur δικαιοσύνη = is, sine quo non est probitas, auctor probitatis, 1 Co. 1, 30; εἰς δικαιοσύνην, ut probitas obtingat, ad consequendam probitatem, Ro. 10, 4. 10; ἡ πίστις λογίζεταί τινι εἰς δικαιοσύνην, fides alicui imputatur pro probitate s. integritate, h. e. ita in rationes refertur, ut ei adjudicetur probitas s. ut cernatur in ea probitas, Ro. 4, 3. 6. 9. 22. Gal. 3, 6. Jac. 2, 23; ἡ διακονία τῆς δικαιοσ. (v. in διακονία), 2 Co. 3 9. Cui δικαιοσύνῃ e fide oriundae opponitur ἡ ἐκ νόμου δικαιοσ., conditio deo probata, quae ex legis obsequio nasci putatur, Ro. 10, 5 s.; ἡ δικ. ἐν νόμῳ, legi, i. e. opinato ejus obsequio innitens, Phil. 3, 6; ἡ ἰδία δικαιοσ. et ἡ ἐμὴ δικ., ea quam aliquis ipse suis factis acquisivisse opinatur, Ro. 10, 3. Phil. 3, 9 coll. Gal. 2, 21. 3, 21. — 2) sensu strictiore *justitia* s. *ea virtus, qua aliquis suum cuique tribuit;* dicitur ea dei esse et Christi sine partium studio omnibus Christianis ἰσότιμον πίστιν largientium, 2 Pet. 1, 1; de forensi justitia, Ro. 9, 28; κρίνειν ἐν δικαιοσύνῃ, Act. 17, 31. Ap. 19, 11.*

**δικαιόω**, ῶ, fut. ώσω, aor. 1. ἐδικαίωσα, pass. pf. δεδικαίωμαι, aor. 1. ἐδικαιώθην, fut. δικαιωθήσομαι (δίκαιος), LXX pro צָדַק et הִצְדִּיק; 1) pr. (ex analogia aliorum verborum in όω exeuntium, ut τυφλόω, δουλόω) δίκαιον *facio; justum, probum* s. *talem, qualis aliquis esse debet, reddo;* Vulg.: *justifico;* sed haec significatio admodum rara, nisi prorsus dubia est; ἐδικαίωσα τὴν καρδίαν μου = זִכִּיתִי לְבָבִי, Ps. 73, 13 (nisi ibi graeca reddere mavis: *probam exhibui*). — 2) τινά, *exhibeo, comprobo* (*darstellen, erweisen*) *aliquem justum, probum, talem qualis est et qualem se haberi vult* (Ezch. 16, 51 s.; τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, Jer. 3, 11, atque, uti videtur, δικαιοῦν δίκαιον Jes. 53, 11); ἡ σοφία ἐδικαιώθη ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς, sapientiae a Joanne baptista et Jesu traditae et commendatae ex ejus alumnis (h. e. ex eorum vita, moribus, factis) id accidit commodi, ut proba h. e. vera et divina exhiberetur, Mt. 11, 19. Lc. 7, 35; pass. de Christo: ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, comprobatus est secundum spiritualem (divinam suam) naturam, 1 Tim. 3, 16; de deo: ὅπως δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, Ro. 3, 4 e Ps. 51, 6 (κύριος μόνος δικαιωθήσεται, Sir. 18, 2); pass. reflexive: *me exhibeo probum,* de hominibus, Ap. 22, 11 in t. vulg. (τί δικαιωθῶμεν; Gen. 44, 16.) — 3) τινά, *declaro, pronuntio aliquem probum, integrum* s. *talem, qualis esse debet* (cf. ὁμοιόω, similem declaro, comparo; ὁσιόω, Sap. 6, 10; ἀξιόω, quod numquam est *dignum facere,* sed *dignum judicare, declarare, ut dignum tractare;* v. etiam infra κοινόω); *a*) praevalente negativa notione: *insontem declaro* eum qui erat accusatus vel accusari potest, *absolvo crimine, opprobrio* (Deut. 25, 1. Sir. 13, 21 al.; improbus judex dicitur δικαιοῦν τὸν ἀσεβῆ Exod. 23, 7. Jes. 5, 23); ἑαυτόν, Lc. 10, 29; pass. οὐ δεδικαίωμαι, sc. deo judice, 1 Co. 4, 4; praegnanter add. ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν, insontem declarari indeque absolvi peccatorum opprobrio, Act. 13, 39 (ita ἀπὸ ἁμαρτίας Sir. 26, 20; simpliciter: *absolvi,* sc. a debito solvendi voti, Sir. 18, 22; hinc ex usu praeterea non obvio translate: *liberari,* ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, *a dominio peccati,* Ro. 6, 7., ubi cf. *Fritzsche.* — *b*) praevalente positiva notione: *probum ideoque mihi acceptum judico, declaro, pronuntio* (δικαιοῦν δίκαιον dicitur deus 3 Reg. 8, 32); ἑαυτόν, Lc. 16, 15; ἐδικαίωσαν τὸν θεόν, deum declararunt justum, h. e. suscipiendo baptismo declararunt, jure hunc baptismum a deo esse mandatum, Lc. 7, 29; pass., a deo, Ro. 2, 13; ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, e factis laudem probitatis nactus est, sc. a popularibus, Ro. 4, 2; ἐκ τῶν λόγων, e sermonibus, opp. καταδικάζεσθαι, sc. a deo, Mt. 12, 37. Ita maxime e technico Pauli dicendi usu de deo homines, qui fiduciam in Christo ponunt, probos sibique acceptos ideoque ad veniam peccatorum et aeternam salutem impetrandam idoneos judicante et declarante (v. in δικαιοσύνη); ita simpliciter δικαιοῦν τινα, Ro. 3, 26. 4, 5. 8, 30. 33 (sc. ἡμᾶς, opp. ἐγκαλεῖν); add. ἐκ (*in Folge von*) πίστεως, 3, 30. Gal. 3, 8; διὰ τῆς πίστεως, Ro. 3, 30; homines dicuntur δικαιοῦσθαι, δικαιωθῆναι, τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ, Tit. 3, 7; δωρεὰν τῇ χάρ. τ. θεοῦ, Ro. 3, 24; πίστει, Ro. 3, 28; ἐκ πίστεως, per fidem, Ro. 5, 1. Gal. 2, 16. 3, 24; ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ (tanquam causa *meritoria,* ut theologi veteres dicunt, probationis, dum *fides* est causa *apprehendens* s. *subjectiva*), Ro. 5, 9; ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ θεοῦ ἡμῶν, profitendo nomine domini (quod profiteri nequit nisi qui fidem in eo ponit, Ro. 10, 10 coll. 2 Co. 4, 13) et spiritu dei (qui fidem in animis excitavit), 1 Co 6, 11; ἐν Χριστῷ, per Christum, Gal. 2, 17. Act. 13, 39; acriter negatur a Paulo, hominem δικαιοῦσθαι ἐξ ἔργων νόμου, Gal. 2, 16; add. ἐνώπιον αὐτοῦ, h. e. dei, Ro. 3, 20 coll. vs. 28. 4, 2 (v. in δικαιοσύνη), id quod asseveratur a Jacobo 2, 21, 24 s. (eo quidem simpliciter dicente ἐξ ἔργων δικαιοῦσθαι, non temere omittente νόμου); — vel, quod ad eandem notionem recurrit, ἐν νόμῳ, in obsequio legis s. per legis observationem, Gal. 5, 4; add. παρὰ τῷ θεῷ, deo judice, 3, 11; — intimo peccatorum dolore, quo depressus salutem a sola gratia dei speret, hominem δικαιοῦσθαι docetur Lc. 18, 14. Paulinas τοῦ δικαίου, τῆς δικαιοσύνης, τοῦ δικαιοῦν notiones praeter alios illustrant *Winzer* de vocabulis δίκαιος, δικαιοσύνη, δικαιοῦν in epist. ad Roman. Lips. 1831. *Usteri* Paulin. Lehrbegriff, p. 86 ss. ed. 4. *Neander,* Gesch. der Pflanzung - - der christl. Kirche durch die Apost. II, p. 567 ss. et passim, ed. 3. *Baur,* Paulus p. 572 ss. *Rauwenhoff* Disquisitio de loco paulino, qui est de δικαιώσει. Lugd. Bat. 1852. *Lipsius* die paulin. Rechtfertigungslehre, Lpz. 1853. *Schmid* Bibl. Theologie des N. T. p. 562 ss. ed. 2. *Ernesti* vom

Ursprung der Sünde nach paulin. Lehrgehalte, T. I, p. 152 ss. *Messner* Lehre der Apostel p. 256 ss. *Jul. Köstlin* in Jahrbücher f. deutsche Theologie 1856. p. 89 ss. *Wieseler* Commentar z. Br. an d. Galater p. 177 ss. *Kahnis* Luther. Dogmatik I. Bd. p. 592 ss. ed. 1. *Philippi* Dogmat. V, p. 208 ss. *Weiss* Bibl. Theologie des N. T. p. 224 ss. *Ritschl* die christl. L. v. d. Versöhnung u. Rechtfertigung II, p. 318 ss. *Pfleiderer* Paulinismus, p. 172 ss. Apud profanos *δικαιόω* (ion. *δικαιέω*, Hdt.) est 1) = *δίκαιον νομίζω, justum et aequum censeo, τί*, saepe sq. infin.; *justum et aequum volo*, hinc univ. *volo, desidero, opinor*, Hdt. Soph. Thuc. al. — 2) c. acc. pers. *τὸ δίκαιον ποιῶ τινα*, in malam partem: *condemno, punio aliquem;* Hdt. Thuc. Plat. al.; hinc *δικαιοῦσθαι, justa pati*, opp. *ἀδικεῖσθαι*, Arist. eth. nicom. 5, 9. Ita nostr. *rechtfertigen* ex antiquiore forensi dicendi usu in malam quoque partem ita dicebatur, ut esset *ins Verhör nehmen* (ita pro *ἀνακρίνειν* ap. *Luth.* Act. 12, 19), tum *verurtheilen; den Urtheilsspruch vollziehen*, inprimis *hinrichten*.*

*δικαίωμα, τος, τό* (a *δικαιόω*, ὃ *δεδικαίωται* s. *τὸ δεδικαιωμένον*), LXX persaepe pro חֹק, חֻקָּה et מִשְׁפָּט; pro מִצְוָה Deut. 30, 15. 3 Reg. 2, 3; plur. passim pro פִּקּוּדִים, 1) *id quod decretum est, ut vim juris habeat; a) quod lege constitutum et sancitum est*, s. *statutum*, univ. de decreto dei legis vim habente, Ro. 1, 32; plur. dic. de divinis mosaicae legis praeceptis, *τοῦ κυρίου*, Lc. 1, 6; *τοῦ νόμου*, Ro. 2, 26; *τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου*, collective de (ethicis) ejusdem legis praeceptis, Ro. 8, 4; *δικαιώματα λατρείας*, praecepta de cultu dei publico, Heb. 9, 1; *δικαιώματα σαρκός*, leges de corporis puritate, vs. 10. — *b) sententia judicis; dei*, in bonam partem, decretum, quo absolvit et sibi probatos declarat homines, Ro. 5, 16; in malam partem: *decretum damnatorium*, Ap. 15, 4 (*poena*, Plat. legg. 9, 864 e). — 2) *recte factum; τὰ δικαιώματα τῶν ἁγίων*, Ap. 19, 8 (*τῶν πατέρων*, Bar. 2, 19); *ἑνὸς δικαίωμα*, unius (Christi) recte factum, quo morti se tradidit, opp. primo Adami sceleri, Ro. 5, 18. (Arist. eth. nic. 5, 7, 7: *καλεῖται τὸ κοινὸν μᾶλλον δικαιοπράγμα, δικαίωμα δὲ τὸ ἐπανόρθωμα τοῦ αδικήματος.*)*

*δικαίως*, adv., 1) *juste; juri convenienter; κρίνειν* (v. in *δίκαιος* n. 2), 1 Pet. 2, 23; pati, Lc. 23, 41. — 2) *rite atque ita, ut par est*, 1 Co. 15, 34. — 3) *honeste, honestatis legi convenienter*, 1 Th. 2, 10 (*ὁσίως καὶ δικαίως*, ut Plat. rep. 1, p. 331 a); Tit. 2, 12.*

*δικαίωσις, εως, ἡ* (a *δικαιόω* = *τὸ δικαιοῦν*, actus *τοῦ δικαιοῦντος*, ap. exteros inde a Thuc. causae defensio; sententia damnatoria; opinio de eo, quod justum sit), *actus, quo deus homines insontes sibique probatos declarat, integritatis adjudicatio; διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν*, quod integros nos deus declarare voluit, Ro. 4, 25; *εἰς δικαίωσιν ζωῆς* in absolutionem, quae vitae largitionem secum fert, 5, 18.*

*δικαστής, οῦ, ὁ* (*δικάζω*), *judex, arbiter;* Lc. 12. 14. Act. 7, 27 (ex Exod. 2, 14); 35. (LXX pro שֹׁפֵט, ap. Graecos inde ab Hdt.)*

*δίκη, ης, ἡ*, inde ab Hom. 1) *mos.* 2) *jus; justitia.* 3) *actio coram judice.* 4) *judicis cognitio, judicis sententia, ea praesertim, qua aliquis condemnatur;* ita Act. 25, 15. 5) *sententiae exsecutio, poena* (Sap. 18, 11. 2 Macc. 8, 11); *δίκην ὑπέχειν*, Jud. vs. 7; *δίκην τίνειν* (Soph. El. 290. Aj. 113. Eur. Or. 7), *poenam dare*, 2 Th. 1, 9. 6) *Dea justitia, justitia vindex;* Act. 28, 4., ut saepe ap. Graecos inde ab Hes. theog. 902. (de dei justitia vindice quasi personae formam induta Sap. 1, 8 al.; cf. *Grimm* Exgt. Hdb. ad h. l. et ad 4 Macc. p. 318.)*

*δίκτυον, ου, τό, rete;* Mt. 4, 20 s. Mc. 1, 18 s. Lc. 5, 2. 4—6. Jo. 21, 6. 8. 11. (Hom. et sqq.)*

*δίλογος, ον* (*δίς* et *λέγω*), 1) *bis eadem dicens;* Poll. 2, 118; unde *διλογεῖν* et *διλογία* Xen. de re equ. 8, 2. — 2) *bilinguis; duplex sermone;* (fraudulento animo) *apud alios alia dicens;* 1 Tim. 3, 8.*

*διό*, conjunctio, i. q. *δι' ὅ, quare, quapropter;* Mt. 27, 8. Lc. 1, 35. 7, 7. Act. 10, 29. Ro. 1, 24. 2, 1. 1 Co. 12, 3. 2 Co. 6, 17. Heb 3, 7. Jac. 1, 21. 1 Pet. 1, 13 et saepius.

*δι-οδεύω*, impf. *διώδευον*, 1) *peragro; τόπον τινά*, Act. 17, 1 (LXX. Pol. Plut. al.). — 2) *huc illuc iter dirigo;* add. *κατὰ πόλιν καὶ κώμην*, oppidatim et vicatim, Lc. 8, 1.*

*Διονύσιος, ου, ὁ, Dionysius*, Atheniensis, areopagita, Pauli operâ ad Christianorum sacra adductus, Act. 17, 34.*

*διόπερ*, conjunctio (ex *διό* et particulâ encliticâ *πέρ*), *hanc ipsam ob causam;* 1 Co. 8, 13. 10, 14. 14, 13., q. l. *Lchm. Tdf. Trg. διο.**

*διοπετής, ές* (a *Διός*, Iovis, et *πέτω* = *πίπτω*, ap. profanos etiam *διϊπετής*), *a Jove* i. e. *de coelo delapsus; τὸ διοπετές*, sc. *ἄγαλμα* (quod additur Eur. Iph. T. 977. Hdian. 1, 11, 2), simulacrum Artemidos ephesiae, quod de coelo delapsum putabatur Act. 19, 35.*

*διόρθωμα, τος, τό* (*διορθόω*), *correctio, emendatio;* Act. 24, 3 *Lchm. Tdf. Trg.* pro vulg. *κατορθωμάτων.* (Hippocr. Arist. Pol. 3, 13. Plut. Num. 17. Diog. Laert. 10, 121.)*

*διόρθωσις, εως, ἡ* (a *διορθόω*), 1) pr. sensu physico *directio eorum, quae aliquo modo excedunt et a recto declinant*, velut membrorum fractorum vel distortorum (Hippocr.), *in naturalem et moderatum statum.* — 2) de actis et institutis: *emendatio; καιρὸς διορθώσεως*, emendationis s. perfectionis rerum, de tempore Messiae, Heb. 9, 10. (Arist. Pol. 3, 13; *νόμων*, 12, 17; Pol. 3, 118, 12: *τῶν πολιτευμάτων.* Diod. 1, 75: *τῶν ἁμαρτημάτων*, Jos. antt. 2, 4, 4; b. j. 1, 20, 1 et ap. al.)*

*δι-ορύσσω*, inf. aor. 1. pass. *διορυχθῆναι* (Mt. 24, 43 *Tdf. Trg.;* Lc. 12, 39 *Tdf.*); aor. 2. *διορυγῆναι*, — *perfodio;* domum (Xen. conv. 4, 30. LXX Job. 24, 19), Mt. 24, 43. Lc. 12, 39; absol. Mt. 6, 19 s.*

*Διόσκουροι* (cui formae Phrynichus praefert *Διόσκοροι;* antiquioribus Atticis usitatior erat dualis *τὼ Διοσκόρω*, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 235), *ων, οἱ* (a *Διός*, Jovis, et *κοῦρος* s. *κόρος*, puer, ut *κόρη*, puella), *Dioscuri;* ita appellabantur Castor et Pollux, Jovis et Ledae filii, nautarum numina, Act. 28, 11.*

*διότι*, conjunctio = *διὰ τοῦτο, ὅτι*, 1) *propterea quod;* Lc. 2, 7. 21, 23. Act. 17, 31 (l. vulg.); 22, 18; 1 Co. 15, 9. Gal. 2, 16 (*Lchm. Tdf. Trg. ὅτι*); Phil. 2, 26. 1 Th. 2, 8. 4, 6. Heb. 11, 5. 23. Jac. 4, 3. 1 Pet. 1, 16. 24. 2, 6. — 2) *nam* (cf. *Fritzsche* ad Rom. 1, 19, p. 57 s.); Lc. 1, 13. Act. 10, 28. 18, 10. Ro. 1, 19. 21. 3, 20. 8, 7. (1 Th. 2, 18 *Lchm. Tdf. Trg.* pro vulg. *διό.*)*

*Διοτρεφής, ὁ* (e *Διός* et *τρέφω*, nutritus a Jove, s. Jovis alumnus); *Diotrephes*, homo quidem christianus, sed fastosus et insolens; 3 Jo. vs. 9 s.*

*διπλόος* (*οῦς*), *όη* (*ῆ*), *όον* (*οῦν*), *duplex, duplus;* 1 Tim. 5, 17. Ap. 18, 6; *διπλότερος* (qui comparativus etiam ap. Appian. hist. praef. §. 10; a forma positivi *διπλός*) *ὑμῶν, duplo magis, quam vos*, Mt. 23, 15.*

*διπλόω, ῶ*, (*διπλόος*), *duplico; διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ*, i. e. reddite ei duplicia, duplicatam mensu-

ram malorum, quae vobis intulit, Ap. 18, 6. (Xen. Hell. 6, 5, 19. Plut. Cam. 41. Diog. L. 6, 22.)*

*δίς*, adv., *bis;* Mc. 14, 30. 72; *δὶς τοῦ σαββάτου*, bis hebdomade, Lc. 18, 12; *καὶ ἅπαξ καὶ δίς* (v. in *ἅπαξ*), Phil. 4, 16. 1 Th. 2, 18. In *δὶς ἀποθανόντα* Jud. vs. 12 *δίς* non est i. q. *plane, prorsus*, sed ita conformatur imago ad rem eâ adumbrandam, ut respiciantur homines bis ethico sensu mortui, primum quum nondum essent regeniti, tum quum statu gratiae excidissent; v. in *ἀποθνήσκω*.*

*Δίς*, inus. nominat. pro *Ζεύς*, gen. *Διός*, accus. *Δία* (*Δίαν* Act. 14, 12 *Tdf.* ed. VII; v. in *ἄῤῥην* et *Bttm.* ntl. Gr. p. 373), *Zeus, Jupiter*, e Graecorum et Romanorum opinione supremum numen, pater deorum hominumque; Act. 14, 12 s. (2 Macc. 6, 2.)*

*δισμυριάς*, άδος, ἡ, *numerus duorum millium;* Ap. 9, 16 *Lchm. Tdf.* pro l. vulg. *δύο μυριάδες*.*

*διστάζω*, aor. 1. *ἐδίστασα* (*δίς*), *dubito, ambigo;* Mt. 14, 31. 28, 17. (Plat. Arist. Plutarch. al.)*

*δίστομος*, ον (*δίς* et *στόμα*), *geminum os habens*, velut fluvius, Pol. 34, 10, 5; ut *στόμα* dic. de acie gladii aliorumque armorum, ita *δίστομος* est *duplicem aciem habens;* dic. de gladio Heb. 4, 12. Ap. 1, 16. 2, 12 et ap. *Grsb. Schott* 19, 15; etiam Judic. 2, 16. Prov. 5, 4. Ps. 149, 6. Sir. 21, 4; *ξίφος* Eur. Hel. 989.*

*δισχίλιοι*, αι, α, *bis mille, duo millia;* Mc. 5, 13.*

*δι-υλίζω* (*ὑλίζω*, defaeco, de faecibus vel sordibus purgo), *percolo, per colum transfundo; τὸν κώνωπα*, percolando vinum purgare a culice, Mt. 23, 24. (Amos. 6, 6: *διυλισμένος οἶνος*. Artemidor. 4, 50: *διυλίζων πρότερον τὸν οἶνον*. Dioscor. 2, 86: *διὰ ῥάκους λινοῦ διυλισθέν*. Archyt. ap. Stob. floril. p. 13, 40 metaph.: *θεὸς εἰλικρινῆ καὶ διυλισμέναν ἔχει τὴν ἀρετάν*.)*

*διχάζω*, inf. aor. 1. *διχάσαι* (*δίχα*), *in duas partes disseco, discindo;* Plat. polit. p. 264 d; metaph. *διχάζω τινὰ κατά τινος*, *discordem aliquem facio cum aliquo;* Mt. 10, 35.*

*διχοστασία*, ας, ἡ (*διχοστατέω*), *dissidium; factio;* plur. Ro. 16, 17. 1 Co. 3, 3. Gal. 5, 20. (passim ap. Graecos inde a Solon. ap. Dem. p. 423, 4. et Hdt. 5, 75.)*

*διχοτομέω*, ῶ, f. *ήσω* (*διχοτόμος*, in duas partes secans), *in duas partes disseco* (Exod. 29, 17); Mt. 24, 51. Lc. 12, 46., quibus locis multi putant designari crudelissimum illud supplicii genus Hebraeis (1 Sam. 15, 33) aliisque veteribus populis (v. *Winer* RWB. Art. *Lebensstrafen*) receptum, quo reorum et captivorum corpora media dissecabantur. Sed huic explicationi verba in textu adjecta obstant, quibus *ὁ διχοτομηθείς* superstes ponitur; quare h. l. aptius vox explicatur *flagellis discindere*. (passim ap. Graecos inde a Plat.)*

*διψάω*, ῶ, 3 ps. sing. conj. praes. *διψᾷ* (Jo. 7, 37. Ro. 12, 20; ita saepius inde a macedonico tempore pro attico *διψῇ*, cf. *Win.* §. 13, 3. *Lob.* ad Phryn. p. 61). fut. *διψήσω*, aor. 1. *ἐδίψησα* (*δίψα*, sitis), *sitio;* 1) absol. *sitim patior; siti laboro;* pr. Mt. 25, 35. 37. 42. 44. 19, 28. Jo. 4, 15. 19, 28. Ro. 12, 20. 1 Co. 4, 11; in oratione symbolica *sitire* dicuntur, qui penuriam eorum, quibus animus recreatur, sustentatur, firmatur, aegerrime sentiunt et avidissime ea cupiunt, Jo 4, 13 s. 6, 35. 7, 37. Ap. 7, 16. 21, 6. 22, 17 (Sir. 24, 20. 51, 24); c. acc. rei, quae desideratur, *τὴν δικαιοσύνην*, Mt. 5, 6. (Ps. 63, 2; ap. meliores Graecos c. genit.; cf. *Win.* p. 192; *ἐλευθερίας* Plat. rep. 8 p. 562 c.; *τιμῆς* Plut. Cat. maj. 11 et al.; cf. *Win.* p. 17.)*

*δίψος*, εος (ους), τό, *sitis;* 2 Co. 11, 27.*

*δίψυχος*, ον (*δίς* et *ψυχή*), *qui duplex est animo;* a) *incertus, dubitans;* Jac. 1, 8. (*οἱ δίψυχοι καὶ οἱ διστάζοντες περὶ τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως*, Clem. Rom. 1 Co. 11; *ταλαίπωροί εἰσιν οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τὴν ψυχήν*, ibid. 23; *μὴ γίνου δίψυχος ἐν προσευχῇ σου, εἰ ἔσται ἢ οὐ*, Const. apostol. 7, 11; *μὴ γίνου δίψυχος ἐν προσευχῇ σου, μακάριος γὰρ ὁ μὴ διστάσας*, Ignat. ad Heron. 7.) — b) *studio distractus* sc. inter deum et terrestria, Jac. 4, 8. Non habetur ap. profanos.*

*διωγμός*, οῦ, ὁ (*διώκω*), *persecutio; vexatio;* Mt. 13, 21. Mc. 4, 17. 10, 30. Act. 8, 1. 13, 50. Ro. 8, 35; plur. 2 Co. 12, 10. 2 Th. 1, 4. 2 Tim. 3, 11.*

*διώκτης*, ου, ὁ (*διώκω*), *persecutor;* 1 Tim. 1, 13. Non habetur ap. profanos.

*διώκω*, impf. *ἐδίωκον*, fut. *διώξω* (Mt. 23, 34. Lc. 21, 12. Jo. 15, 20. 2 Sam. 22, 38. Sap. 19, 2; rarior forma pro usitatiore Atticorum *διώξομαι*, cf. *Bttm.* Gr. max. II, 154. *Win.* p. 80 s.), aor. 1. *ἐδίωξα*, ptcp. pf. pass. *δεδιωγμένος*, fut. 1. pass. *διωχθήσομαι* (a *δίω*, fugio), LXX plerumque pro רָדַף. — 1) *currere* vel *fugere facio, fugo, pello;* (*τινὰ*) *ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν*, Mt. 23, 34 coll. 10, 23 ap. *Grsb.* — 2) *celeriter curro, ut aliquem* vel *aliquid prehendam;* absol. (Hom. Il. 23, 344. Soph. El. 738 et al.; *διώκειν δρόμῳ* Xen. an. 7, 2, 20), nostr. *dahinjagen, nachjagen*, in symbolico sermone de eo, qui in stadio celeriter currit, ut metam attingat, Phil. 3, 12 (q. l. distinguitur a *καταλαμβάνειν*); vs. 14. — *persequor* (hostiliter), *τινά*, Act. 26, 11. Ap. 12, 13. Hinc dic. 3) de qualicunque modo, quo aliquem *vexo, hostiliter tracto, molestias ei creo;* ut lat. *persequor*, nostr. *verfolgen;* Mt. 5, 10—14. 44. 10, 23. Lc. 21, 12. Jo. 5, 16. 15, 20. Act. 7, 52. 9, 4 s. 22, 4. 7 s. 26, 14 s. Ro. 12, 14. 1 Co. 4, 12. 15, 9. 2 Co. 4, 9. Gal. 1, 13. 23. 4, 29. 5, 11. Phil. 3, 6. 2 Tim. 3, 12; pass. c. dativo causam indicante, *propter aliquid vexari. persecutiones subire*, Gal. 6, 12. — 4) sine inimicitiae notione, *sequor, sector* (*nachgehen, nachlaufen*), aliquem, Lc. 17, 23. — 5) metaph. c. acc. rei, *studiose appeto, acquirendae rei alicui studeo;* *δικαιοσύνην*, Ro. 9, 30 (disting. h. l. a *καταλαμβάνειν*); 1 Tim. 6, 11. 2 Tim. 2, 22 (quo utroque loco opp. *φεύγειν*); *νόμον δικαιοσύνης*, Ro. 9, 31 (Prov. 15, 10; *τὸ δίκαιον*, Deut. 16, 20. Sir. 27, 8., q. l. disting. a *καταλαμβάνειν*); *τ. φιλοξενίαν*, Ro. 12, 13; *τὰ τῆς εἰρήνης* 14, 19; *τ. ἀγάπην*, 1 Co. 14, 1; *τὸ ἀγαθόν*, 1 Th. 5, 15; *εἰρήνην*, Heb. 12, 14. 1 Pet. 3, 11 (h. l. conj. c. *ζητεῖν τι*); sexcenties ap. Graecos (inde ab Hom. Il. 17, 175: *διώκειν ἀκίχητα*, velut *τιμάς, ἀρετήν, τὰ καλά*.)*

*δόγμα*, τος, τό (a *δοκέω* = *τὸ δεδογμένον*), *opinio, sententia* (Plat. al.), *placitum, decretum, praeceptum;* dic. 1) de decretis publicis (velut *τῆς πόλεως*, Plat. legg. 1, p. 644 d; senatus romani, Hdian. 7, 10, 8); principum, Lc. 2, 1. Act. 17, 7 et ap. *Lchm.* Heb. 11, 23. (Theodot. ad Dan. 2, 13. 3, 10. 4, 3. 6, 13 al., quibus ll. LXX aliis verbis utuntur.) — 2) de praeceptis et mandatis legis mosaicae, 3 Macc. 1, 3; *διατήρησις τῶν ἁγίων δογμάτων*, Philo legg. alleg. §. 16; injuncta notione severitatis et poenarum comminationis, *τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι*, legem praecepta formam decretorum referentia continentem, Eph. 2, 15; *τὸ καθ᾽ ἡμῶν χειρόγραφον δόγμασι*, = *τὸ δόγμασι* (dat. instrum.) *ὃν καθ᾽ ἡμῶν*, chirographum, quod decretis adversabatur nobis; cf. *Win.* p. 206. — 3) de quibusdam apostolorum decretis ad recte vivendum spectantibus, Act. 16, 4. (de omnibus christianae religionis praeceptis: *βεβαιωθῆναι ἐν τοῖς δόγμασιν τοῦ κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων*, Ignat. ad Magnes. 13; de philosophorum praeceptis ap. profanos recentioris aetatis; Cic. acad. 4, 9: „de suis decretis, quae philosophi vocant *dogmata*".)*

*δογματίζω*, *decerno*, *mando*, *praecipio;* Diod. 4, 83 al. Esth. 3, 9. 2 Macc. 10, 8. LXX (non Theodot.) Dan. 2, 13; pass. *decreta mihi imponuntur*, *decreta mihi imponi patior*, Col. 2, 20.*

*δοκέω*, *ῶ*, impf. *ἐδόκουν*, aor. 1. *ἔδοξα* (cognat. c. *δέχομαι* s. *δέκομαι*, unde *δόκος*, sumtio, opinio), 1) *opinor*, *puto*, *existimo;* sq. acc. c. inf. Mc. 6, 49. (ap. *Tdf.* sq. *ὅτι*); 2 Co. 11, 16. 12, 23; c. infinit. ad idem subjectum pertinente, quod verbo *δοκέω* ipsi subest, Lc. 8, 18 (*ὃ δοκεῖ ἔχειν*); 24, 37 (*ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν*); Jo. 5, 39. 16, 2. Act. 12, 9. 27, 13. 1 Co. 3, 18. 7, 40. 8, 2. 10, 12. 14, 37. Gal. 6, 3. Phil. 3, 4. Jac. 1, 26; *μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς*, nolite putare, licere vobis cogitare, Mt. 3, 9; cf. *Fritzsche* ad l. — sq. *ὅτι*, Mt. 6, 7. 26, 53. Lc. 12, 51. 13, 2. 4. 19, 11. Jo. 5, 45. 11, 13. 13, 29 20, 15. 1 Co. 4, 9. 2 Co. 12, 19. Jac. 4, 5; — ita, ut objectum e contextu sermonis facile intelligatur, Mt. 24, 44 (*ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται*); Lc. 12, 40. 17, 9; ut in interrogationibus parenthesin faciat; *πόσῳ*, *δοκεῖτε*, *χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας;* Heb. 10, 29. (Arist. Acharn. 12: *πῶς τοῦτ' ἔσεισέ μου, δοκεῖς, τὴν καρδίαν;* Anacr. 40, 15: *πόσον, δοκεῖς, πονοῦσιν, ἔρως, ὅσους σὺ βάλλεις.*) — 2) intrans. *videor*, *existimor* (*habe das Ansehen*); Lc. 10, 36. 22, 24. Act. 17, 18. 25, 27. 1 Co. 12, 22. 2 Co. 10, 9. Heb. 12, 11; *ἔδοξα ἐμαυτῷ δεῖν πρᾶξαι*, mihi ipsi videbar, h. e. putabam, Act. 26, 9; *οἱ δοκοῦντες ἄρχειν*, qui censentur imperare, qui agnoscuntur imperatores, Mc. 10, 42; *οἱ δοκοῦντες εἶναί τι*, qui aliquid (magni) esse censentur indeque auctoritate valent, Gal. 2, 6 (Plat. Euthyd. p. 303 c.); simpliciter *οἱ δοκοῦντες* (*die Geltenden*) aestimati, auctoritate pollentes, Gal. 2, 2. 6 (saepe ap. Graecos, velut Eur. Hec. 298., ubi cf. *Schäfer.*). Ex attica urbanitate etiam quae certa sunt, non raro dicuntur *δοκεῖν*, ita Heb. 4, 1 (cum q. l. cf. Cic. offic. 3, 2, 6: „ut tute tibi defuisse videare"); 1 Co. 11, 16; cf. *Win.* p. 570. — 3) impersonal. *δοκεῖ μοι*, *videtur mihi;* h. e. *a*) *puto*, *existimo;* ita in interrog. *τί σοι* (*ὑμῖν*) *δοκεῖ;* Mt. 17, 25. 18, 12. 21, 28. 22, 17. 42. 26, 66. Jo. 11, 56; *κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς*, prout iis videtur, Heb. 12, 10. (Lucian. Tim. §. 25. et *παρὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν*, Thuc. 1, 84.) — *b*) *ἔδοξέ μοι*, *placuit mihi*, *decrevi*, sq. infin. Lc. 1, 3. Act. 15, 22. 25. 28 et in t. vulg. vs. 34; etiam saepe ap. Graecos.*

*δοκιμάζω*, aor. 1. *ἐδοκίμασα*, pf. pass. *δεδοκίμασμαι* (*δόκιμος*), LXX potissimum pro בָּחַן; ut ap. Graecos inde a Xen. et Plat. *probo;* h. e. 1) *examino*, *exploro* (sitne aliquid probum), ut metalla; *χρυσίον διὰ πυρός* (Isocr. p. 240 d; ad Dem. p. 7 b. LXX Prov. 8, 10. Sir. 2, 5. Sap. 3, 6; *ἄργυρον*, Prov. 17. 3), 1 Pet. 1, 7; alias res, Lc. 12, 56. 14, 19. 2 Co. 8, 8. Gal. 6, 4. 1 Th. 2, 4. 5, 21; *τὰ διαφέροντα*, Ro. 2, 18. Phil. 1, 10; homines, 1 Tim. 3, 10 (in pass.); *ἑαυτόν*, 1 Co. 11, 28. 2 Co. 13, 5 (cf. *ἐξετάζειν ἑαυτόν*, Xen. mem. 2, 5, 1 et 4); *θεόν*, Heb. 3, 9 (in t. vulg. e Ps. 95, 8; de sensu dictionis v. in *πειράζω*); *τὰ πνεύματα*, sq. *εἰ*, an …, 1 Jo. 4, 1; sq. sermone indirecto, Ro. 12, 2. 1 Co. 3, 13. Eph. 5, 10. — 2) exploratione facta *probum cognosco*, *approbo*, *comprobo*, *dignum judico;* 1 Co. 16, 3; *τινὰ σπουδαῖον ὄντα*, 2 Co. 8, 22; *ἐν ᾧ δοκιμάζει* = *ἐν τούτῳ*, *ὃ δοκιμάζει*, quod probatum s. rectum censet, Ro. 14, 22; *δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ θεοῦ πιστευθῆναι τὸ εὐαγγέλιον*, probati sumus deo, quibus concrederetur munus hominibus indicandi viam ad salutem, 1 Th. 2, 4; *οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει*, dignum non habuerunt deum, quem tenerent in cognitione, Ro. 1, 28.*

*δοκιμασία*, *ας*, *ἡ*, *probatio*, *exploratio;* *πειράζειν ἐν δοκιμασίᾳ*, explorando tentare, Heb. 3, 9 *Lchm. Trg. Tdf.* (Xen. Plat. Dem. Pol. Plut. al.; *λίθος δοκιμασίας*, Sir. 6, 21.)*

*δοκιμή*, *ῆς*, *ἡ* (*δόκιμος*), 1) active *exploratio;* *θλίψεως*, quae fit per calamitates. 2 Co. 8, 2. — 2) *indoles probata* s. *spectata* (*Bewährung*); Ro. 5, 4. 2 Co. 2, 9. Phil. 2, 22; *τῆς διακονίας*, collatis beneficiis conspicua, 2 Co. 9, 13. — 3) *experimentum*, *specimen indolis probatae*, 2 Co. 13, 3. (Diosc. 4, 186; passim in eccles. scriptis.)*

*δοκίμιον*, *ίου*, *τό* (*δοκιμή*), 1) = *τὸ δοκιμάζειν*, *exploratio;* *τῆς πίστεως*, Jac. 1, 3. — 2) *id quo exploratur vel probatur aliquid;* Dion. ars rhet. 11; *γλῶσσα γεύσεως δοκίμιον*, Longin. 32, 5; *δοκίμιον δὲ στρατιωτῶν κάματος*, Hdian. 2, 10, 12; ap. LXX dic. de catillo (*Schmelztiegel*), Prov. 27, 21. Ps. 12, 7. — 3) i. q. *δοκιμή* n. 2; *ὑμῶν τῆς πίστεως*, spectata fides vestra, 1 Pet. 1, 7. Copiose de voce agit *Fritzsche* Präliminarien p. 40 ss.*

*δόκιμος*, *ον* (*δέχομαι*), inde ab Hdt., 1) pr. *acceptus*, in primis de nummis et metallis, Gen. 23, 16. 2 Chr. 9, 17. Lucian. Herm. 68 et al., hinc univ. *probatus*, *spectatus;* in N. T. qui est spectatae fidei et probitatis, Ro. 16, 10 (*τὸν δόκιμον ἐν Χριστῷ*, probum Christi cultorem); 1 Co. 11, 19. 2 Co. 10, 18. 13, 7. 2 Tim. 2, 15 (*παριστάναι ἑαυτὸν δόκιμον τῷ θεῷ*); Jac. 1, 12. — 2) *acceptus*, i. q. *gratus;* *εὐάρεστος τῷ θεῷ κ. δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις*, Ro. 14, 18.*

*δοκός*, *οῦ*, *ἡ* (a *δέκομαι* = *δέχομαι*, quoad ei tribui vis sustinendi potest), inde ab Hom., *trabs*, *tignum*, *ligneum;* Mt. 7, 3—5. Lc. 6, 41 s.*

*δόλιος*, *ία*, *ιον* (*δόλος*), inde ab Hom., *fraudulentus;* 2 Co. 11, 13.*

*δολιόω* (*δόλιος*), *decipio;* Ro. 3, 13 e Ps. 5, 10 impf. *ἐδολιοῦσαν* pro *ἐδολίουν* e dialecto alexandrina, v. *Lob.* ad Phryn. p. 349. *Win.* p. 74. *Mullach* p. 16. *Bttm.* ntl. Gr. p. 37. (ap. profanos non habetur.)*

*δόλος*, *ου*, *ὁ* (a *δέλω*, inesco, v. supra *δελεάζω*), pr. *esca* (*Köder*), Hom. Od. 12, 252; *decipula;* hinc *dolus*, *fraus;* Mt. 26, 4. Mc. 14, 1. 7, 22. Jo. 1, 48. Act. 13, 10. 2 Co. 12, 16. Ro. 1, 29. 1 Th. 2, 3 (*οὐκ ἔστιν ἐν δόλῳ*, non ita fit, ut dolus ei subsit); 1 Pet. 1, 22 et in t. vulg. Ap. 14, 5 e Jes. 53, 9; *λαλεῖν δόλον*, fraudulenta loqui (Ps. 33, 13), 1 Pet. 3, 10.*

*δολόω*, *ῶ* (*δόλος*), 1) *fallo;* Hes. Hdt. et sqq. — 2) *corrumpo* (*τὸν οἶνον*, Lcian. Hermot. 59), *τὸν λόγον τοῦ θεοῦ*, doctrinam dei admiscendis perversis opinionibus, 2 Co. 4, 2.*

*δόμα*, *τος*, *τό* (*δίδωμι*), *donum;* Mt. 7, 4. Lc. 11, 13. Eph. 4, 8. Phil. 4, 17. (Plat. def. p. 415 b. Plut.; saepe LXX, maxime pro מַתָּנָה.) Cf. *Fritzsche* ad Mt. p. 291 s.*

*δόξα*, *ης*, *ἡ* (*δοκέω*), LXX frequentissime pro כָּבוֹד, aliquoties pro הוֹד, הָדָר et al.; I) *opinio*, *sententia;* quo significatu vox saepissime ap. profanos, in sacro cod. solum 4 Macc. 5, 17 habetur. II) *existimatio* de aliquo s. bona s. mala, sed (ut latin. *existimatio*) ap. profanos plerumque, in sacro cod. semper *bona existimatio* de aliquo ex eaque proficiscens *laus*, *honor*, *gloria;* Lc. 14, 10. Heb. 3, 3. 1 Pet. 5, 4; opp. *ἀτιμία*, 2 Co. 6, 8; opp. *αἰσχύνη*. Phil. 3, 19; junct. c. *τιμή*, Ro. 2, 7. 10. 1 Pet. 1, 7. 2 Pet. 1, 17; *δόξα τινός*, laus s. honor alicui obtingens, Lc. 2, 32. Eph. 3, 13; *ab aliquo* obtingens, Jo. 8, 54. 12, 43; *τῶν ἀνθρώπων*, *τοῦ θεοῦ*, Jo. 12, 43. Ro. 3, 23; personae, quarum virtus aliis laudi et gloriae vertenda est, appellantur horum *δόξα*, ita *ὑμεῖς ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν*, 1 Th. 2, 20; *ἀδελφοὶ ἡμῶν δόξα Χριστοῦ*, 2 Co. 8, 23. — *ζητεῖν τὴν*

*ἰδίαν δόξαν* s. *τ. δόξ. αὐτοῦ*, Jo. 7, 18. 8, 50; *dei*, promovendo dei honori operam dare, 7, 18; *ζητεῖν δόξαν ἐξ ἀνθρώπων*, 1 Th. 2, 6; *τὴν δόξαν τ. παρὰ τοῦ θεοῦ*, Jo. 5, 44; *λαμβάνειν δόξαν*, *captare* honorem, Jo. 5, 41. 44; *accipere* honorem, 2 Pet. 1, 17. Ap. 5, 12; *τὴν δόξαν*, debitum honorem, Ap. 4. 11; *διδόναι δόξαν τῷ θεῷ*, שׂוּם כָּבוֹד לַיהוָה vel (Jer. 13, 16) נָתַן, habere s. tribuere honorem deo; quam ob rem aut quonam modo hic honos tribuatur, e suo cujusque loci contextu apparet; ita ob acceptum beneficium deo grati animi sensum declarando, Lc. 17, 18; iis, quae deus promisit, non diffidendo, Ro. 4, 20; laudibus ejus celebrandis, Ap. 4, 9. 11, 13. 14, 7. 19, 7 (ubi *τὴν δόξαν*, debitum honorem); majestati dei suum tribuendo, Act. 12, 23; *δὸς δόξαν τῷ θεῷ*, agnosce, deum omnia scire idque te credere per eam professionem, quae danda tibi est, ostende, Jo. 9, 24 coll. 1 Sam. 6, 5. Jos. 7, 19. Ev. Nicod. c. 14; cf. *Grimm* ad 4 Macc. 1, 12. — *εἰς δόξαν θεοῦ*, ad illustrandum deum, ad gloriam ejus (inter homines) promovendam, Ro. 15, 7. 1 Co. 10, 31. Phil. 1, 11. 2, 11; *εἰς τὴν δόξ. τ. θεοῦ*, Ro. 3, 7. 2 Co. 4, 15; *τῷ θεῷ πρὸς δόξαν*, 2 Co. 1, 20; *πρὸς τὴν τοῦ κυρίου δόξαν*, 2 Co. 8, 19; *ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ*, Jo. 11, 4; in doxologiis: *δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ*, Lc. 2, 14 coll. 19, 38; *αὐτῷ ἡ δόξα*, Ro. 11, 36. Eph. 3, 20. 2 Pet. 3, 18; *ᾧ ἡ δόξα*, Ro. 16, 27. Gal. 1, 5. 2 Tim. 4, 18. Heb. 13, 21; *τῷ θεῷ ἡ δόξα*, Phil. 4, 20; *τιμὴ καὶ δόξα*, 1 Tim. 1, 17.

III) E translatione hebraei כָּבוֹד, usu a Graecis alieno: *splendor, fulgor;* 1) pr. *τοῦ φωτός*, Act. 22, 11; solis, lunae, stellarum, 1 Co. 15, 40 s.; dic. de splendore coelesti, quo deus circumfusus cogitabatur, Lc. 2, 9. Act. 7, 55., et quo coelites in terram egressi circumfundebantur, Lc. 9, 31. Ap. 18, 1; quo Mosis facies olim illustrabatur, 2 Co. 3, 7., atque etiam Christus transfiguratus, Lc. 9. 32; *δόξα τοῦ κυρίου*, ap. LXX = כְּבוֹד יְהוָה, ap. targumistas et talmudistas שְׁכִינָה, *nimbus dei* (Luth.: *die Herrlichkeit des Herrn*), et simpliciter *ἡ δόξα*, lucida nubes, qua deus praesentiam suam et efficaciam in terra hominibus declarabat (Exod. 24, 17. 40, 34 ss. al.), Ro. 9, 4. Ap. 15, 8. 21, 11. 23; hinc *ὁ θεὸς δόξης* (deus, cui est *δόξα*) *ὤφθη*, Act. 7, 2; *Χερουβὶμ δόξης*, quibus insidet nimbus dei (ita *δόξα* sine articulo Exod. 40, 34. 1 Sam. 4, 22. Sir. 49, 8), Heb. 9, 5, — 2) *magnificentia, excellentia, praestantia, ornamentum, decus; βασιλεῖαι τοῦ κόσμου κ. ἡ δόξα αὐτῶν*, h. e. eorum opes, copiae, urbium magnificentia et amplitudo, agrorum fertilitas, populorum frequentia, Mt. 4, 8. Lc. 4, 6; *ἡ δόξα τῶν βασιλείων τῆς γῆς*, Ap. 21, 26; dic. de apparatu regio, splendido vestimento al., Mt. 6, 29. Lc. 12, 27 (Esth. 5, 1. Jos. antt. 8, 5, 6); excellens forma et species; humanorum corporum in vitam revocatorum, opp. *τῇ ἀτιμίᾳ*, quae eorum erat quum sepelirentur, 1 Co. 15, 43; *ἡ δόξα τῆς σαρκός*, „omne id, quod in rebus humanis magnificum dicitur" (*Calvin.*), 1 Pet. 1, 24; *εἶναι τινί δόξα*, decori esse alicui, 1 Co. 11, 15; univ. *praestantia, excellentia*, 2 Co. 3, 8—11. — 3) *majestas; a*) quae *dei* est; et quidem *α*) majestas *regia*, quae ei est tamquam summo regi; ita in locis, quibus jungitur c. *βασιλεία, δύναμις, κράτος, ἐξουσία* al.; Mt. 6, 13 (e l. vulg.); potissimum in doxologiis: 1 Pet. 4, 11. 5, 11 (l. vulg.); Jud. vs. 25. Ap. 1, 6; quos locos distingui volumus ab iis, qui supra in n. II. afferuntur; nec tamen in iis, quos sibi similes habent, omnibus satis patet, utrum *δόξα* dicatur de laude et honore, an de regia majestate, velut Ap. 7, 12: *ἡ εὐλογία κ. ἡ δόξα κ. ἡ σοφία κ. ἡ εὐχαριστία κ. ἡ τιμὴ κ. ἡ ἰσχύς*. 19, 1: *ἡ σωτηρία κ. ἡ δόξα κ. ἡ τιμὴ κ. ἡ δύναμις*. item 7, 12. — de majestate dei judicis die extremo conspicua dic. Jud. vs. 24. — *ἀνὴρ εἰκὼν κ. δόξα θεοῦ ὑπάρχων*, is, in cujus imperandi facultate refulget dei imperatoris majestas, 1 Co. 11, 7; *γυνὴ δόξα ἀνδρός*, ea, in qua refulget praestantia et auctoritas mariti sui, ibid. — *β*) *majestas* tamquam *absoluta supremi numinis perfectio;* Ro. 1, 23. 2 Co. 4, 6. Heb. 1, 3. 2 Pet. 1, 17. 1 Pet. 4, 14; *ἐν δόξῃ* = *ἐνδόξως*, h. e. ut congruit divinae majestati, Phil. 4, 19; dic. de majestate gratiae salutaris, Ro. 9, 23. Eph. 1, 12. 14. 18. 3, 16. 1 Tim. 1, 11. 2 Pet. 1, 3; plenius *δόξα τῆς χάριτος* Eph. 1, 6; *πατὴρ τῆς δόξης*, pater, cui est majestas, 1, 17; majestas dei *potenter* factis conspicua, Jo. 11, 40. Ro. 6, 4 (unde *δόξα* pro עֹז LXX. Jes. 12, 2. 45, 24); hinc *τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ*, potentia, qua praestat ejus majestas, Col. 1, 11. — *b*) *majestas*, quae *Christi* est, et quidem *α*) *regia* Messiae, ad quam pertinet apparatus regius, externus quo fulgebit splendor, pompa angelorum al. (v. in n. III, 1); Mc. 10, 37; hoc sensu Christus ad regnum messianum instaurandum dicitur olim venturus esse *ἐν δόξῃ τοῦ πατρός*, a patre ornatu regio amictus, Mt. 16, 27. Mc. 8, 38. Lc. 9, 26; *μετὰ δυνάμεως κ. δόξης πολλῆς*, Mt. 24, 30. Mc. 13, 26. Lc. 21, 27 coll. Mt. 25, 31. Tit. 2, 13. 1 Pet. 4, 13; atque *καθίσαι ἐπὶ θρόνου τῆς δόξης αὐτοῦ*, Mt. 19, 28. 25, 31 coll. 1 Sam. 2, 8; *ἡ δόξα τῆς ἰσχύος αὐτοῦ*, majestas potentiae suae messianae, qua instructus adversarios puniturus est, 2 Th. 1, 9. — *β*) *interna Christi excellentia omnibus numeris absoluta*, 2 Co. 3, 18. 4, 4; qua praestat per suam *τοῦ θείου λόγου* naturam, Jo. 1, 14. 12, 41; cujus majestatis specimina edidit patrandis miraculis, Jo. 2, 11 coll. 11, 40; *ὁ κύριος τῆς δόξης*, 1 Co. 2, 8. Jac. 2, 1. — *γ*) *majestas angelorum*, et quidem externo fulgore conspicua, Lc. 9, 26; latiore sensu, quo angeli utpote numina majestate eminentia dicuntur *δόξαι*, Jud. vs. 8. 2 Pet. 2, 10. — 4) *splendidissima conditio, excellentissimus status; a*) dic. de illa conditione apud deum patrem in coelis, ad quam Christus administrato in terris munere sublatus est; Lc. 24, 26. Jo. 17, 5 (ubi dicitur in eodem statu jam fuisse ante incarnationem adeoque jam ante mundi initia); vs. 22, 24. Heb. 2, 7. 9. 1 Pet. 1, 11. 21; *τὸ σῶμα τῆς δόξης αὐτοῦ*, corpus, quo manifestatur splendida ejus conditio, Phil. 3, 21; *ἀνελήφθη ἐν δόξῃ*, sublatus est (in coelum) ita ut nunc sit *ἐν δόξῃ*, 1 Tim. 3, 16. — *b*) *splendida beatae vitae conditio piis Christianis post servatoris e coelo reditum destinata et promissa;* Ro. 8, 18. 21. 9, 23. 2 Co. 4, 17. Col. 1, 27 (bis; cf. *Meyer* ad l.); 3, 4. 1 Tim. 2, 10. Heb. 2, 10. 1 Pet. 5, 1; cujus conditionis initia jam nunc capiuntur e divina Christi majestate pie intuenda per vim, quam haec majestas in contemplantes exercet, 2 Co. 3, 18; neque solum animorum beatitatem, verum etiam praestantioris corporis excellentiam complectetur (1 Co, 15, 43. Phil. 3, 21); cf. *Lipsius* Paulin. Rechtfertigungslehre, p. 203 ss.; *δόξα τοῦ θεοῦ*, quam deus largitur, Ro. 5, 2. 1 Th. 2, 12; *δόξα τοῦ κυρ. ἡμ. Ἰησ. Χρ.*, quia eadem est, qua Christus gaudet, 2 Th. 2, 14 (cf. Ro. 8, 17 al); *εἰς δόξαν ἡμῶν*, ut participes redderemur *δόξης*, 1 Co. 2, 7. Cf. *Weiss* Bibl. Theol. des n. T. p. 282.*

*δοξάζω*, f. *άσω*, aor. 1. *ἐδόξασα*, pf. pass. *δεδόξασμαι*, aor. 1. pass. *ἐδοξάσθην* (*δόξα*); Vulg.: *honorifico, glorifico, clarifico;* LXX potissimum pro כָּבֵד, aliquoties pro פֵּאֵר (Exod. 34, 29 s. 35. *δοξάζεσθαι* pro קָרַן, splendeo); 1) *opinor, existimo, censeo* (Aesch. Soph. Xen. Plat. Thuc. et sqq.; nusquam

ita in sacro cod.). — 2) inde a Polyb. (6, 53, 10: *δεδοξασμένοι ἐπ' ἀρετῇ*) *laudo, praedico, celebro; τινά*, pass. Mt. 6, 2. Lc. 4, 15; *ἑαυτόν*, se jactare, Jo. 8, 54. Ap. 18, 7; *τὸν λόγον τοῦ κυρίου*, Act. 13, 48; *τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου*, Ap. 15. 4; *τὸν θεόν*, Mt. 5. 16. 9. 8. 15, 31. Mc. 2, 12. Lc. 5, 25 s. 7, 16. 13, 13. 17, 15. 18, 43. 23, 47. Act. 11, 18. 21, 20. Ro. 15, 6. 9. 1 Pet. 2, 12 atque in t. vulg. 4, 14; add. *ἐπί τινι*, propter aliquid, Lc. 2, 20. Act. 4, 21. 2 Co. 9, 13; *ἐν ἐμοί*, propter me (proprie: in me materiem laudationis invenientes), Gal. 1, 24; *ἐν τῷ ὀνόματι τούτῳ* (*Lchm. Tdf. Trg.*), 1 Pet. 4, 16. — 2) *honoro, honore afficio, in honore habeo; τὴν διακονίαν μου*, religiosissima ejus administratione quam plurimos gentiles ad Christum convertere studens, Ro. 11, 13; membrum corporis, 1 Co. 12, 26; *θεόν, colo*, Ro. 1, 21; add. *ἐν τῷ σώματι*, corpus purum et integrum servando, 1 Co. 6, 20; *τῷ θανάτῳ*, in dei honorem mortem subire, Jo. 21. 19. — 3) ex usu a profanis alieno: *splendidum facio, splendore orno; a*) *gloriam paro* alicui, *facio praestans* aliquid; pf. pass. *δεδόξασμαι*, emineo, excello; *δεδοξασμένος*, excellens, eminens, 2 Co. 3, 10; *δεδοξασμένη χαρά*, excellens = coeleste gaudium, 1 Pet. 1, 8. — *b*) *nobilito, conspicuum reddo*, h. e. efficio, ut *alicujus rei aut personae dignitas et excellentia patefiat et agnoscatur; τὸν λόγον τοῦ θεοῦ* 2 Th. 3, 1; Christum, filium dei, Jo. 8, 54. 11, 4. 16, 14. 17, 10; deum patrem, Jo. 13, 31 s. 14, 13. 15. 8. 17, 1. 4. 1 Pet. 4, 11; *τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ*, Jo. 12, 28. — *c*) *ad excellentem vel dignitatem vel conditionem eveho* (Jes. 44, 23. 55, 5 al.; junct. c. *ὑψοῦν*, Jes. 4, 3. Esth. 3, 1); *οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε*, non ipse dignitatem sibi tribuit (= *τὴν τιμὴν ἔλαβε*, vs. 4), addita epexegesi *γενηθῆναι ἀρχιερέα* (*Win.* §. 44, 1), Heb. 5, 5; dic. de deo Christum filium suum ad splendidum in coelis statum evehente vel potius reducente, Jo. 7, 39. 12, 16. 13, 31 s. 17, 1. 5. Act. 3, 13 (v. in *δόξα* III, 4, a); de deo Christianos ad coelestem dignitatem et conditionem ducente (v. in *δόξα* III, 4, b), Ro. 8, 30.*

*Δορκάς, άδος, ἡ* (pr. caprea, capra silvestris, „*παρὰ τὸ δέρκω, τὸ βλέπω· ὀξυδερκὲς γὰρ τὸ ζῶον κ. εὐόμματον*", Etym. M.), *Dorcas*, mulier quaedam christiana, Act. 9, 36. 39; v. in *Ταβιθά*.

*δόσις, εως, ἡ* (*δίδωμι*), 1) *datio* (*das Geben*); *λόγος δόσεως κ. λήψεως*, rationes dati et accepti, Phil. 4. 15., ubi P. per facetam euphemiam indicat pecuniarum beneficium, quod largita ecclesia in expensi tabulis referat, ipse autem in tabulis accepti; cf. *van Hengel* ad. l.; ita *δόσις καὶ λῆψις* de pecunia, quae datur et accipitur, Sir. 41, 19. 42, 7; et plur. Epict. diss. 2, 9. — 2) *donum;* Jac. 1, 17.*

*δότης, ου, ὁ* (*δίδωμι*), pro usitatiore *δοτήρ, dator, largitor;* 2 Co. 9, 7 e Prov. 22, 9. Praeterea non exstat.

*δουλαγωγέω, ῶ* (*δουλάγωγος*, cf. *παιδάγωγος*), *in servitutem abduco, servum mihi vindico* (Diod. Sic. 12, 24, et passim ap. al. recentiores), *servum facio* et *ut servum* i. e. *duriter tracto, severae et rigidae disciplinae subjicio*, 1 Co. 9, 27. Cf. *Fischer* de vitiis lexicorum N. T. p. 472 s.*

*δουλεία* (*Tdf.* — *ία*), *ας, ἡ* (*δουλεύω*), *servitus, servitium, conditio servilis; τῆς φθορᾶς*, servitus quae cernitur in interitu = interitionis lex et necessitas, Ro. 8, 21; dic. de servili timoris sensu et animi alacritate et dei fiduciâ destituto, quem injiciat tum mortis cogitatio, Heb. 2, 15., tum cultoribus suis mosaica disciplina, Ro. 8, 15 (*πνεῦμα δουλείας*); efficere dicitur haec disciplina *δουλείαν* ob molestissima praeceptorum onera, quae cultoribus suis imponit, Gal. 4, 21. 5, 1.*

*δουλεύω*, f. *σω*, aor. 1. *ἐδούλευσα*, pf. *δεδούλευκα*. (*δοῦλος*), LXX pro עָבַד; 1) pr. *servus sum, servio, servitium praesto;* absol. Eph. 6, 7. 1 Tim. 6, 2; *τινί*, Mt. 6, 24. Lc. 16, 13. Ro. 9, 12; dic. de populis aliorum imperio subjectis, Jo. 8, 33. Act. 7, 7; *δουλεύειν* dicuntur homines jugo legis mosaicae constricti, Gal. 4, 25 (v. in *δουλεία*). — 2) metaph. *pareo, obsequor; a*) in bonam partem: absol. *obedientiam praesto*, Ro. 7, 6; *τινί, alicujus praecepta observo eique debita officia praesto;* Lc. 15, 29; *deo*, Mt. 6, 24. Lc. 16, 13. 1 Th. 1, 9; *κυρίῳ* et *τῷ κυρίῳ*, Act. 20, 19. Ro. 12, 11 (t. vulg. *Lchm. Tdf. Trg.*); Eph. 6. 7; *Christo*, Ro. 14, 18. Col. 3, 24; *νόμῳ θεοῦ*, ex adj. *obstrictum me sentio*, Ro. 7, 25; *τοῖς θεοῖς*, colo deos, Gal. 4, 8; *τῷ καιρῷ* (Anth. 9, 44), sapienter me accommodo, Ro. 12, 11 *Grsb.*, cf. *Fritzsche* ad l.; humanitatis et christianae caritatis officia praesto; *ἀλλήλοις*, Gal. 5, 13; dic. de iis, qui alicujus rei commoda studiose promovent; *ὡς πατρὶ τέκνον σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ εὐαγγέλιον* = *ὡς πατρὶ τέκνον δουλεύει, ἐμοὶ ἐδούλευσεν καὶ οὕτω σὺν ἐμοὶ ἐδούλ. . . .* Phil. 2, 22. — *b*) in malam partem de iis dic., qui abjecta libertate turpi imperio reguntur, *indulgeo, totum me trado; τῇ ἁμαρτίᾳ* Ro. 6, 6; *νόμῳ ἁμαρτίας*, 7, 25; *ἐπιθυμίαις κ. ἡδοναῖς*, Tit. 3, 3 (Xen. mem. 1, 5. 5. Apol. Socr. 16. Plat. Phaedr. p. 238 e. Pol. 17, 15, 16. Hdian. 1, 17, 22); *τῇ κοιλίᾳ*, Ro. 16, 18 (*γαστρί*, Anthol. 11, 410. Xen. mem. 1, 6, 8; *abdomini servire*, Sen. de benef. 7, 26; *ventri obedire*. Sall.); *μαμωνᾷ*. divitiis acquirendis et augendis dedo me, Mt. 6, 24. Lc. 16, 13. — *τοῖς στοιχείοις τοῦ κόσμου*, Gal. 4, 9.*

*δοῦλος, η, ον* (deducunt plerique a *δέω*, vincio, ligo; nonnulli a *ΔΕΛΩ*, inesco, capio), *servus, a, um; παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ*, Ro. 6, 19. — Inde substantiv. *ἡ δούλη, serva, ancilla; τοῦ θεοῦ, τοῦ κυρίου*, quae deum colit eique se submittit, Act. 2, 18 (e Joel. 3, 2); Lc. 1, 38. 48. — *ὁ δοῦλος*, LXX pro עֶבֶד, 1) *servus, homo servilis conditionis; a*) pr. opp. *ἐλεύθερος*, 1 Co. 7, 21. 12, 13. Gal. 3, 28. Eph. 6. 8. Col. 3, 11. Ap. 6, 15. 13, 16. 19, 18; opp. *κύριος, δεσπότης, οἰκοδεσπότης*, Mt. 10, 24. 13, 27 s. Lc. 12, 46. Jo. 15, 15. Eph. 6, 5. Col. 3, 22. 4, 1. 1 Tim. 6, 1. Tit. 2, 9 et saepissime. — *b*) metaph. *α*) *qui se totum subjicit aliorum arbitrio;* 1 Co. 7, 23; aut imperio, *τῆς ἁμαρτίας*, Jo. 8, 34. Ro. 6, 17. 20; *τῆς φθορᾶς*, 2 Pet. 2, 19. (*τῶν ἡδονῶν*, Athen. 12. p. 531 c.; *τῶν χρημάτων*, Plut. Pelop. c. 3; *τοῦ πίνειν*, Ael. v. h. 11, 41.) — *β*) *δοῦλοι Χριστοῦ, τοῦ Χριστοῦ, Ἰησοῦ Χριστοῦ*, ii, quorum operâ Christus utitur in causa sua inter homines propaganda et promovenda; dic. ita apostoli, Ro. 1, 1. Gal. 1, 10. Phil. 1, 1. 2 Tim. 2, 24. Tit. 1, 1. Jac. 1, 1. 2 Pet. 1, 1; alii evangelii praecones et doctores, Col. 4, 12. 2 Tim. 2, 24. Jud. vs. 1; veri Christi (qui est *κύριος πάντων*, Act. 10, 36) cultores, Eph. 6, 6. — *δοῦλοι τοῦ θεοῦ*, עַבְדֵי יְהוָֹה, ii, quorum ministerio deus utitur in consiliis suis exsequendis; dicuntur ita apostoli Act. 4, 29. 16, 17; Moses (Jos. 1, 1), Ap. 15, 3; prophetae (Jer. 7, 25. 29, 19). Ap. 1, 1. 10, 7. 11, 18; omnes, qui praeceptis dei parent, pii ejus cultores, Lc. 2, 29. Ap. 2, 20. 7, 3. 19, 2. 5. 22, 3. 6. (Ps. 34, 22. 69, 26. 89, 4. 21.) — *γ*) *δοῦλός τινος*, servum se et spretis suis ipsius commodis officiosum gerens erga aliquem, Mt. 20, 27. Mc. 10, 44; in procuranda alicujus christiana salute laboriosus, 2 Co. 4, 5. 2) *minister* (regis), Mt. 18, 23. 26 ss.

*δουλόω, ῶ*, f. *ώσω*. aor. 1. *ἐδούλωσα*, pf. pass. *δε-*

**δουλόω**, fut. δουλώσω; pf. pass. δεδούλωμαι, aor. 1. pass. ἐδουλώθην (δοῦλος), servum facio, in servitutem redigo; a) pr. τινά Act. 7, 6; τούτῳ καὶ δεδούλωται, huic etiam manceps factus est. 2 Pet. 2, 19. — b) metaph. ἐμαυτόν τινι, totum me alicujus usibus et necessitatibus accommodo, 1 Co. 9, 19; δουλοῦσθαί τινι, alicujus imperio subjici, τῇ δικαιοσύνῃ, τῷ θεῷ, Ro. 6, 18. 22; item ὑπό τι, Gal. 4, 3; δεδουλωμένος οἴνῳ, prorsus deditus, Tit. 2, 3 (δουλεύειν οἴνῳ Liban. epist. 319); δεδούλωμαι ἔν τινι, legi aut necessitati adstrictus teneor (bin gebunden) in aliqua causa, 1 Co. 7, 15.*

**δοχή**, ῆς, ἡ (δέχομαι, excipio hospitio), convivium, epulum; δοχὴν ποιῶ, Lc. 5, 29. 14, 13. (=מִשְׁתֶּה Gen. 26, 30. Esth. 1, 3. 5, 4 ss. Athen. 8, p. 348. Plut. moral. p. 1102 b.)*

**δράκων**, οντος, ὁ (ut videtur a δέρκομαι, aor. 1. ἔδρακον, unde δράκων pr. = ὀξὺ βλέπων), LXX maxime pro תַּנִּין, draco, serpens ingens, mythicum animal (ita jam Hom. Il. 2, 509 al.), cujus imagine e Gen. 3, 1 ss. petita diabolus describitur Ap. 12, 3—17. 13, 2. 4. 11. 16, 13. 20, 2.*

**δράσσομαι**, manu comprehendo; capio; τινά, 1 Co. 3, 19. (ap. Graecos inde ab Hom.; LXX.)*

**δραχμή**, ῆς, ἡ (δράσσομαι), drachma, nummus argenteus, ejusdem cum Romanorum denario ponderis (v. in δηνάριον), Lc. 15, 8 s.*

**δρέμω**, curro, v. τρέχω.

**δρέπανον**, ου, τό (i. q. δρεπάνη, a δρέπω, carpo, decerpo), falx, culter falcatus, quo utuntur messores et vinitores; Mc. 4, 29. Ap. 14, 14—19. (Hom. et sqq.; LXX.)*

**δρόμος**, ου, ὁ (a ΔΡΕΜΩ, cf. νόμος, τρόμος, al.), cursus (Hom. et sqq.), in N. T. metaph. vitae vel muneris cursus; πληροῦσθαι τὸν δρόμον, Act. 13, 25; τελειοῦν, Act. 20, 24; τελεῖν, 2 Tim. 4, 7.*

**Δρουσίλλα**, ης, ἡ, Drusilla, Agrippae majoris filia, Felicis, praesidis Judaeae, uxor, libidinosissima femina (Jos. antt. 20, 7, 1 s.); Act. 24, 24; cf. Win. RWB. s. v. Schürer Ntl. Zeitgesch. p. 304*

I) *εἰ conditionale* (de cujus discrimine, quo differat ab *ἐάν*, v. in *ἐάν*, I, 1, b) pro varietate conditionum componitur cum variis temporibus et modis. — 1) c. *indicativo* omnium temporum, ubi aliquid esse vel fieri vel factum esse vel futurum esse simpliciter et universe ponitur (*Win.* p. 285 ss.); *a*) c. *indic. praesentis*, *α*) ita ut in apodosi sequatur indicat. praes.; Mt. 19, 10 (*εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία - - οὐ συμφέρει γαμῆσαι*); 11, 14. Ro. 7, 16. 20. 8, 25. 14, 15. 1 Co. 9, 17. Gal. 2, 18. 5, 18. Heb. 12, 8. Jac. 2, 8 s. al. — *β*) sq. imperativo in apodosi, vel praesentis, ut Mc. 4, 23. Jo. 15, 18. Act. 13, 15. 25, 5. 1 Co. 7, 12. 15. Jac. 3, 14 al.; vel aoristi, Mt. 5, 29 s. 8, 31. 19, 17. Mc. 9, 22. Lc. 22, 66. 1 Co. 7, 9. — *γ*) sq. futuro in apodosi; Lc. 16, 31. Act. (5, 39 *Lchm. Tdf. Trg.*); 19, 39. Ro. 8, 11. 13. 2 Co. 11, 30 al. — *δ*) sq. perfecto vel aoristo in apodosi, ubi enuntiatur, si hoc illudve sit, aliquid aliud factum aut non factum esse; Mt. 12, 26. 28. Lc. 11, 20. 1 Co. 15, 16. Gal. 2, 21. Ro. 4, 14. 2 Pet. 2, 20. — *ε*) sq. imperfecto s. cum *ἄν* s. absque eo, ubi in protasi aliquid esse simpliciter ponitur, in apodosi autem id, quod positum est, locum habere non posse indicatur. Tres loci huc pertinentes dubiae et vexatae lectionis sunt: *εἰ ἔχετε* (*Tdf. Trg.* pro vulg. *εἴχετε*) ... *ἐλέγετε ἄν* .. Lc. 17, 6; *εἰ* ... *μνημονεύουσιν* (*Tdf. Trg.* pro vulg. *ἐμνημόνευον*) *εἶχον ἄν*, Heb. 11, 15 (ubi praesenti tempore scriptor dicta patrum respicit in sacris litteris praesentia, cf. *τοιαῦτα λέγοντες* vs. 14); *εἰ τέκνα τοῦ Ἀβρ. ἐστε* (ita *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* pro vulg. *ἦτε*) ... *ἐποιεῖτε* (t. vulg. *Lchm.* add. *ἄν*), Jo. 8, 39. Cf. *Buttmann* in Theol. Studd. u. Kritt. 1858, p. 474 ss. Noli huc referre *εἰ* .. *κηρύσσει* — *ἀνείχεσθε* (*ἀνέχεσθε Lchm.*) 2 Co. 11, 4, ubi P. in protasi rem *vere* factam ponit, in apodosi rem vere factam perstringit, voluntatem, qua lectores falsis doctoribus perpetuo (id indicatur imperfecto) aures praebuerant. De loci difficultate cf. *Holsten* in Zeitschr. f. wissensch. Theol. 1874, p. 1 ss. — *ζ*) apodosis est quaestio; Mt. 6, 23. Jo. 5, 47. 7, 23. 8, 46. 1 Pet. 2, 20. — *b*) c. *indicat. futuri;* Mt. 26, 33. Jac. 2, 11 t. vulg.; 1 Pet. 2, 20. — *c*) c. *indicat. perfecti;* Jo. 11, 12. Act. 16, 15. Ro. 6, 5. 11, 6 (ubi post *εἰ* supple ex antecedentibus: *λεῖμμα γέγονεν*); 2 Co. 2, 5. 5, 16. 7, 14. — *d*) c. *indicat. aoristi;* in apodosi praesens: Lc. 19, 8. Ro. 4, 2. 15, 27; in apodosi quaestio: Lc. 16, 11 s. Jo. 18, 23. 1 Co. 4, 7. 9, 11; in apodosi aorist.: Ap. 20, 15; in apodosi imperativus: Jo. 18, 23. 20, 15. Ro. 11, 17 s. 1 Tim. 5, 9 s. Philem. vs. 18; in apodosi futurum: Jo. 13, 32. 15, 20. Heb. 12, 25 (quo loco in apodosi supple: *οὐκ ἐκφευξόμεθα*). — 2) Non raro, ubi ex re quadam certissima aliquid concluditur, *εἰ* c. indicat., ut nostr. *wenn*, syllogistice ita ponitur, ut *sensu* exaequet vim particulae *ἐπεί*, velut Mt. 12, 28. Lc. 23, 31. Jo. 7, 4. 13, 17. Ro. 5, 17. 6, 5. 8, 31. 11, 6. 12. Col. 2, 20. 3, 1 al. — 3) ubi dicitur, quid esset aut futurum esset aut factum esset, si quid alind aut esset aut factum esset, locatur *εἰ* cum impf., plusqpf. et indicativo aoristi; in apodosi sequitur in oratione directa *ἄν* c. impf. aut c. plusqpf. aut c. aoristis; interdum *ἄν* omittitur (de causis, cur omittatur, v. *Bttm.* ntl. Gr. p. 194 s.); nonnumquam apodosis in quaestionem vertitur. — *a*) *εἰ* c. impf., adj. in apodosi *ἄν* c. impf.; Mt. 23, 30. Lc. 7, 39 (*εἰ οὗτος ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἄν*, si hic propheta esset, sciret); Jo. 5, 46. 8, 42. 9, 41. 15, 19. 1 Co. 11, 31. Gal. 1, 10. Heb. 8, 4. 7 (si - - esset, non quaereretur, scil. in V. T. loco vs. 8 allato); in apodosi quaestio: 1 Co. 12, 19. Heb 7, 11; sq. in apod. *ἄν* cum aor. ubi Latini utuntur conjunctivo plusqpfcti; Jo. 11, 32 (*εἰ ἦς ὧδε*, si hic fuisses, *οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός*, frater non mortuus esset); 4, 10. 18, 30 (*εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιός, οὐκ ἄν σοι παρεδώκαμεν αὐτόν*, non tibi eum tradidissemus); Act. 18, 14; sq. in apod. *ἄν* cum plsqpf.; Jo. 11, 21 (*εἰ ἦς ὧδε - - οὐκ ἂν ἐτεθνήκει*, morti non succubuisset); 1 Jo. 2, 19. — *b*) *εἰ* c. plsqpf. et in apodosi *ἄν* c. plsqpf. aut aoristo sensu latini plusquampf. conjunctivi; Mt. 12, 7 (*εἰ ἐγνώκειτε*, si intellexissetis i. q. si sciretis, *οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους*, innocentes non damnassetis); 24, 43 et Lc. 12, 39 (*εἰ ᾔδει*, si intellexisset s. vidisset, i. e. si sciret, *ἐγρηγόρησεν ἄν*, vigilasset, sc. priusquam fur appropinquasset); Jo. 4, 10. 8, 19. 14, 7. — *c*) c. aoristis eodem sensu, quo apud Latinos plsqpf. conj.; *εἰ ἐδόθη νόμος - - ὄντως ἂν ἐκ νόμου ἦν ἡ δικαιοσύνη*, si lex data esset, sane a lege proficisceretur probitas, Gal. 3, 21; *εἰ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν*, si Josua eis quietem tribuisset, *οὐκ ἂν περὶ ἄλλης ἐλάλει*, non loqueretur, sc. in loco V. T. citato, Heb. 4, 8; apodosis absque *ἄν*, Jo. 15, 22; v. supra in *ἄν*, p. 22. — 4) Ut apud Graecos *εἰ* c. indicat. saepe adjicitur verbis, quibus aliquid mirum, credibile, pulcrum, praeclarum aut turpe, optabile, magnum etc. esse dicitur (ubi exspectaveris *ὅτι*), ubi res, de qua agitur, aut nondum satis certa est, aut certissima quidem est, sed e notissima Graecorum urbanitate quasi nondum omni dubio superior significatur (*Matthiae* II, p. 1474 s. *Kühner* II, p. 887 s. *Win.* §. 60, 6). Ita verbo *θαυμάζω* annectitur; *ἐθαύμαζεν, εἰ ἤδη τέθνηκε*, nam res nondum erat satis explorata; unde additur: *ἐπηρώτησεν αὐτόν, εἰ ἤδη τέθνηκεν*, Mc. 15, 44; *μὴ θαυμάζετε, εἰ μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος* (res est certa), 1 Jo. 3, 13; phrasi *ἄπιστον κρίνεται*, Act. 26, 8 (praecedenti *παράδοξον*, Lucian. dial. mort. 13, 1); *καλόν ἐστιν* et *λυσιτελεῖ*, Mc. 9, 42 et Lc. 17, 2 (Mt.

18, 6 habet *συμφέρει, ἵνα*); Mt. 26, 24 et Mc. 14, 21; *μέγα ἐστί*, 1 Co. 9, 11 (de quo loco v. infra sub n. 8); 2 Co. 11, 15; *τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη* (*τὸ πῦρ*), quam exoptatum mihi est, si jam accensus sit (sed nondum accensus est), Lc. 12, 49 (alii aliter, sed cf. *Meyer* ad l.; Sir. 23, 14: *θελήσεις, εἰ μὴ ἐγεννήθης*). — 5) Contra Graecorum usum, ex imitatione hebr. אִם, *εἰ* c. indicat. in jurandi formulis et asseverationibus ita ponitur, ut per aposiopesin supprimatur imprecationis formula (*Win.* p 466. *Bttm.* ntl. Gr. p. 308); *ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ δοθήσεται - - σημεῖον* (quod plene dicendum erat: poenas dependam deo, si dabitur, h. e. nequaquam dabitur), Mc. 8, 12; *ὤμοσα, εἰ εἰςελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου* (plene: non dicar Jehova, si pervenient - -), Heb. 3, 11. 4, 3 e LXX Ps 94, 11. (hebr. אִם, Gen. 14, 23. Num. 14, 30. 1 Sam. 14, 45 al.; plenam orationem habes 1 Sam. 3, 17. Cantic. 2, 7 al.) — 6) Nonnumquam ut ap. Graecos post protases c. *εἰ* et indicativo prae animi commotione per aposiopesin apodosis supprimitur et auditoribus vel lectoribus e sententiarum nexu supplenda relinquitur (cf. *Win.* p. 557); *εἰ βούλει παρενεγκεῖν τὸ ποτήριον τοῦτο* (sc. *παρένεγκε*), Lc. 22, 42; *εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ ἢ ἄγγελος*, supple apodoseos loco quaestionem: *quid tum?* Act. 23, 9 (quae in t. vulg. apodosis additur, *μὴ θεομαχῶμεν*, spuria est); *εἰ ἔγνως - - τὰ πρὸς εἰρήνην σου*, sc. *ἐπίστευες ἂν ἐμοί*, Lc. 19, 42. — 7) Jungitur conditionale *εἰ* cum *optativo*, ut indicetur conditionem solum *cogitando* poni, s. *posse* id fieri, quod conditionali dicto enuntiatur (cf. *Klotz* ad Dev. II, p. 491 ss. *Win.* p. 275 s. *Bttm.* ntl. Gr. p. 193). Cujus structurae exempla in evangeliis exstant nulla, in reliquo N. T. paucissima. *a*) univ. in brevioribus dictis orationi insertis; *εἰ τύχοι*, si acciderit (v. in *τυγχάνω*), 1 Co. 14, 10. 15, 37; *εἰ θέλοι τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ*, 1 Pet. 3, 17 (l. vulg. *θέλει*). — *b*) ubi indicatur, *repetitis vicibus* aliquid fieri posse (cf. *Klotz* l. c. p. 492 s.); *εἰ καὶ πάσχοιτε*, 1 Pet. 3, 14. — *c*) ubi ex aliorum mente ac sententiâ conditio ponitur; *εἰς ὃν ἐβουλεύοντο, εἰ δύναιντο, ἐξῶσαι τὸ πλοῖον*, in quem sinum decreverunt appellere navem, si possent; quasi navigantes secum dixissent: *ἐξώσομεν, εἰ δυνάμεθα*, Act. 27, 39; ita quoque *εἴ τι ἔχοιεν πρός με*, si quid contra me habere putent, Act. 24, 19. — 8) cum *conjunctivo*, ubi ponitur, aliquid fieri posse, quod, an vere eventurum sit, ante ipsum eventum nescitur, ita tamen, ut eventus videatur certior esse, quam si dicitur *ἐάν* (*Klotz* l. c. p. 500 ss. *Win.* p. 276 s. *Bttm.* ntl. Gr. p. 191); *εἰ-θερίσωμεν* 1 Co. 9, 11 *Tdf.* ed. VII. (LXX Gen. 43. 3 s. Sir. 22, 24. 4 Macc. 6, 20.) Ceterum vide infra n. III, sub *εἰ μή, εἰ μήτι, εἴ πως, εἴτε - - εἴτε, εἴ τις*.

II) *εἰ* interrogativum, *an, num, ne*. „Hanc vim accipit conditionalis particula, si quaeritur de aliqua re, utrum sit an non sit, et illud de quo quaeritur, quasi per conditionem effertur“ (*Klotz* l. c. p. 508). — 1) ut ap. Graecos in *obliqua* quaestione post verba videndi, quaerendi, deliberandi, sciendi, dicendi al. — *a*) c. *indicat. praesentis;* velut *οὐδέ, εἰ πνεῦμα ἅγιον ἔστιν, ἠκούσατεν* (proprie ex conditionali particulae vi: *si* exstat spiritus s., id ne audivimus quidem), Act. 19, 2; *ἴδωμεν, εἰ ἔρχεται*, Mt. 27, 49. Mc. 15, 36; *βουλεύεται, εἰ δυνατός ἐστιν*, Lc. 14, 31; *ἵνα εἴπῃς, εἰ σὺ εἶ*, Mt. 26, 63; post *οὐκ οἶδα*, Jo. 9, 25; post *κρίνατε*, Act. 4, 19; *δοκιμάζετε*, 2 Co. 13, 5. — *b*) c. *indicat. futuri; δεήθητι, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι*, Act. 8. 22; *τί οἶδας, εἰ - - σώσεις*, 1 Co. 7, 16; *παρετήρουν, εἰ θεραπεύσει*, Mc. 3, 2 et in t. vulg. Lc. 6, 7; *ἦλθεν* (sc. visurus), *εἰ ἄρα τι εὑρήσει*, Mc. 11, 13. — *c*) c. *indicat. aoristi; οὐκ οἶδα, εἴ τινα ἄλλον ἐβάπτισα*, an baptismo initiaverim, 1 Co. 1, 16; *ἐπηρώτησεν, εἰ πάλαι ἀπέθανε*, num dudum mortuus esset, Mc. 15, 45; *εἰπέ, εἰ - - ἀπέδοσθε*, Act. 5, 8. — *d*) c. *conjunctivo aoristi; διώκω, εἰ καὶ καταλάβω*, persequor (sc. *πειρώμενος* vel *σκοπῶν*, tentans s. experiens), an quoque apprehendam, Phil. 3, 12. Eodem mode *si* ap. Latinos, velut Nep. vit. Hann. 8: „Hannibal - - Africam accessit in finibus Cyrenaeorum (sc. experturus), si forte Carthaginienses ad bellum possent induci“. Caes. b. gall. 1, 8, 4: „si perrumpere possent, conati.“ Adde Caes. b. gall. 2, 9, 1. Cf. *Kühner* II, p. 1032 s. — 2) Contra Graecorum usum, ut hebr. אִם et interrogativ. ה, ap. LXX et in N. T. (potissimum a Luca) ponitur etiam in *directa interrogatione* (ut nonnumquam german. *ob*, maxime in vulgari sermone, velut *ob ich's wohl thun soll?*); cf. *Win.* §. 57, 2. *Bttm.* ntl. Gr. p. 214, et contra eos, qui in hoc abusu particulae scriptis sacris abjudicando enitebantur, potissimum *Fritzschium, Meyerum*, cf. *Lipsius* Paulin. Rechtfertigungslehre, p. 30 ss. — *εἰπέ τις αὐτῷ, κύριε, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι;* Lc. 13, 23; *κύριε, εἰ πατάξομεν ἐν μαχαίρᾳ;* 22, 49; *κύριε, εἰ - - ἀποκαθιστάνεις τ. βασιλείαν*, Act. 1, 6; cf. praeterea Mt. 10, 12. 19, 3. Mc. 8, 23 (e l. *Trglii. εἴ τι βλέπεις* pro vulg. *βλέπει*); Act. 19, 2 al. (Gen. 17, 17. 43, 6. 1 Sam. 10, 24 al.; in apocryphis V. T. 2 Macc. 7, 7. 15, 3. 4 Macc. 18, 17 e LXX Ezech. 37, 3; Tob. 5, 5.)

III) *εἰ* cum aliis particulis et cum pron. indef. *τίς, τί*. — 1) *εἰ ἄρα*, v. in *ἄρα*, n. 1. — 2) *εἴγε*, v. in *γέ* n. 3. c. — 3) *εἰ δὲ καί*, *a*) *si vero etiam*, ita ut *καί* ad aliquod e sequentibus vocabulis referatur, Lc. 11, 18 (sin autem Satanas quoque). — *b*) *etsi vero, etiamsi vero*, ita ut *καί* ad partic. *εἰ* referatur; 1 Co. 4, 3. 2 Co. 4, 7. 5, 16. 11, 16; v. infra in *εἰ καί*. — 4) *εἰ δὲ μή*, *a*) *sin autem minus; si contra est* vel *esset;* Jo. 14, 2 (*εἰ δὲ μή*, sc. *οὕτως ἦν*); vs. 11 (*εἰ δὲ μή*, scil. *ἐμοὶ πιστεύετε*, h. e. verbis meis). Ut in his locis. sic plerumque ita locatur, ut e proxime antecedentibus cogitando repetenda sit vox aut enuntiatio, atque exaequat notionem latini *alioquin*, german. *widrigenfalls*, Ap. 2, 5, 16; etiam post negativas enuntiationes, Mc. 2, 21 s. Cf. *Matthiae* §. 617. b. — 5) *εἰ δὲ μήγε*, de quo v. in *γέ*, n. 3. d. — 6) *εἰ καί*, *a*) *si etiam, si quoque* (cf. *εἰ δὲ καί* sub a), 1 Co. 7, 21. 2 Co. 11, 15. — *b*) *etsi, licet* (nostr. *wenn auch, obschon*); Lc. 11, 8. 2 Co. 4, 16. 7, 8. 12. Phil. 2, 17. Col. 2, 5. Heb. 6, 9; c. optat. 1 Pet. 3, 14; v. supra I, 7. a. — 7) *καὶ εἰ*, *etiamsi, vel si* (*auch wenn; selbst wenn*); Mc. 14, 29. 1 Pet. 3, 1; cf. *Klotz* l. c. p. 519. — 8) *εἰ μή*, *a*) in protasi conditionali cum eadem temporum et modorum consecutione, quae est simplicis *εἰ*, v. supra sub n. I; *si non. nisi;* Mt. 24, 22. Jo. 9, 33. 15, 22. 24. Ro. 7, 7 al. — *b*) c. seq. integra enuntiatione inservit limitandis vel corrigendis modo dictis, ubi nos *nur dass;* lat. *nisi quod;* Mc. 6, 5. 1 Co. 7, 17 (quo loco P. addito enuntiato *εἰ μὴ ἑκάστῳ κτλ.* cavere studet, ne quis in iis, quae paulo ante verbis *οὐ δεδούλωται - - ἐν τοιούτοις* dicta erant, ad se transferendis justos fines excedat); — in ironicis responsis, *nisi forte*, ubi nos: *es müsste sein, dass* (*Kühner* p. 987 s.); *εἰ μὴ χρῄζομεν κτλ.*, 2 Co. 3, 1 e l. vulg. — *c*) *εἰ μή* frequentissime coalescunt in unam quasi particulam, quae idem cum praecedente negatione sibi vindicat verbum; *nisi*, i. q. *praeter* (*Kühner* II, p. 988); *α*) univ. Mt. 11, 27. 12, 39. Mc. 2, 26. 8, 14. Jo. 3, 13. Ro. 13, 1. 8. 1 Co. 8, 4. 12, 3 al.; — ut ap. Graecos abundanter additur *μόνος, μόνον*, Mt. 17, 8.

21, 19. 24, 36. Act. 11, 19. Phil. 4, 15. Ap. 13, 17 al. — *β*) post negationes nominibus conjunctas ita usurpatur, ut ad solam negationem referatur (unde multis visum est dici pro *ἀλλά*), et latine reddi potest: *sed tantum;* Mt. 12, 4 (*οὐκ ἐξὸν ἦν αὐτῷ φαγεῖν οὐδὲ τοῖς μετ' αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις,* quasi praecessit solum *οὐκ ἐξὸν ἦν φαγεῖν*); Lc. 4, 26 s. Ro. 14, 14. Ap. 9, 4. 21, 27 (eodem modo *ἐὰν μή* Gal. 2, 16; de loco Gal. 1, 19 v. in *Ἰάκωβος*); cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. III, p. 195. — *γ*) praecedente interrogativo *τίς* in interrogationibus negationis vim habentibus; Mc. 2, 7. Lc. 5, 21. Ro. 11, 15. 1 Co. 2, 11. 2 Co. 2, 2 12, 13. Heb. 3, 18. Jo. 2, 22. 5, 5. (Xen. oec. 9, 1. Aristph. eq. 615.) — *δ*) c. aliis conjunctionibus: *εἰ μὴ ἵνα,* Jo. 10, 10; *εἰ μὴ ὅταν,* Mc. 9, 9; *τί ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι . . .* 2 Co. 12, 13. Eph. 4, 9. — *ε*) habet verbum sibi proprium atque *ῥῆσιν* peculiarem constituit; *ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο, εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς,* quod nihil aliud sibi vult, nisi quod sunt quidam qui vos turbent, Gal. 1, 7. — *d*) *ἐκτὸς εἰ μή,* e confusione duarum dictionum, *εἰ μή* et *ἐκτὸς εἰ,* ortum, ut lat. *nisi si = praeterquam si* (*den Fall ausgenommen wenn; ausser wenn*); 1 Tim. 5, 19; c. indic. aor. 1 Co. 15, 2; c. conjunctivo praes. 14, 5. (Lucian. de luctu c. 19. dial. meret. 1 al.) Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 459. *Win.* §. 65, 3. — 9) *εἰ μήν, profecto,* in jurejurando, Heb. 6, 14 *Lchm. Tdf. Trg.* (pro vulg. *ἦ μήν*) et aliquoties ap. LXX, ut Ez. 33, 27. 34, 8 al., quibus locis si *εἰ* non per itacismum ex *ἦ* ortum est, *εἰ μήν* explicandum erit e confusione hebraeae *εἰ μή* (v. supra sub I. 5) et graecae asseverationis formula *ἦ μήν,* cf. *Bleek* Hebr. Br. T. II, 1, p. 248 ss. et quae in contrariam partem docet *Fritzsche* ad Baruch. 2, 29. Judith. 1, 12. — 10) *εἰ μή τι* s. *μήτι, nisi forte* (*wenn nicht etwa*), in ironico sermone, cum indicat. praes. 2 Co. 13, 5; in oratione dubie haesitantis, c. conj. aor. Lc. 9, 13; cf. *Meyer* ad l.; *εἰ μή τι ἄν,* 1 Co. 7, 5; v. in *ἄν,* n. IV. — 11) *εἰ οὐ* (de quo uberius agunt *Win.* §. 35, 2. *Bttm* ntl. Gr. p. 297 ss), *si non;* in N. T. multo frequentius usurpatur, quam ap. elegantiores Graecos; ab *εἰ μή* ita differt, ut in hoc *μή* pertineat ad particulam *εἰ,* in *εἰ οὐ* autem *οὐ* ad aliquam e sequentibus vocibus referatur eamque cum vi neget, non raro etiam cum ea in unam notionem coalescat. — *a*) ubi notio, ad quam *οὐ* pertinet, opponitur *α*) *positivae* notioni in antecedentibus aut sequentibus; *εἰ δὲ οὐ μοιχεύεις, φονεύσεις δέ,* Jac. 2, 11; *εἰ δὲ ὁ θεὸς - - οὐκ ἐφείσατο, - - ἀλλὰ - - παρέδωκεν εἰς κρίσιν,* 2 Pet. 2, 4 s.; *εἰ καὶ οὐ δώσει - -, διά γε - - δώσει,* Lc. 11, 8; *εἰ οὐ ποιῶ - - εἰ δὲ ποιῶ,* Jo. 10, 37; *εἰ γὰρ ἐπιστεύετε . . ., εἰ δὲ - - οὐ πιστεύετε.* Jo 5, 47; adde Mc. 11, 26 t. vulg. *Grsb. Lchm.;* Ro. 8, 9. 1 Co. 9, 2. 11, 6. Jac. 3, 2. — *β*) opponitur alii *negatae* aut *negandae* notioni; *εἰ - - οὐκ ἀκούουσι, οὐδὲ - - πεισθήσονται,* Lc. 16, 31; *εἰ - - οὐκ ἐφείσατο, οὐδὲ σοῦ φείσεται,* Ro. 11, 21; adde 1 Co. 15, 13. 15—17. 2 Th. 3, 10; sq. interrogatione vim negationis habente in apodosi; Lc. 16, 11 s. Jo. 3, 12. 1 Tim. 3, 5. — *γ*) *οὐ* cum vi negat notionem, ad quam pertinet; *καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη,* non *natum esse* ei conduceret, Mt. 26, 24. Mc. 14, 21. — *δ*) in ipsa negatione omnis vis ponitur; *εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστός,* Jo. 1, 25. — *b*) *οὐ* cum voce, ad quam pertinet, in unam quasi coalescit notionem; *εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται,* si *intemperantes* sunt, 1 Co. 7, 9; *εἴ τις τῶν ἰδίων οὐ προνοεῖ, negligit,* 1 Tim. 5, 8; adde Lc. 14, 26. 1 Co. 16, 22. Ap. 20, 15 al. — 12) *εἰ οὖν, si igitur;* Mt. 6, 23. 7, 11. Lc. 11, 13. 36. Jo. 13, 14. 18, 8. Act. 11, 17. Col. 3, 1. Philem. vs. 17. — 13) *εἴπερ* (*εἰ* et *πέρ,* et hoc ex *περί* natum videtur esse), pr. *si omnino* (*wenn überhaupt*); *si modo* (*wenn anders*), dic. „de re, quae esse sumitur, sed in incerto relinquitur, utrum jure an injuriâ sumatur" (*Herm.* ad Vig. p. 834); Ro. 8, 9. 17. 1 Co. 8, 5. 15, 15. 1 Pet. 2, 3 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* *εἰ*); e rhetorica quadam urbanitate dic. de re certissima, Ro. 3, 30 *Lchm. Tdf. Trg.;* 2 Co. 5, 3 *Lchm. Trg.;* 2 Th. 1, 6. — 14) *εἴπως* s. *εἴπως, si aliquo modo, si forte* (*wenn etwa, ob etwa*); c. optat. praes. (v. supra I, 7), Act. 27, 12; interrogative c. indicat. fut., Ro. 1, 10; c. conj. aor. ita, ut ante *εἰ* cogitando addendum sit *σκοπῶν* vel *πειρώμενος* (v. supra II, 1, d), Ro. 11, 14. Phil. 3, 11. — 15) *εἴτε - - εἴτε,* *a*) *sive - - sive;* nullo verbo sequente, Ro. 12, 6—8. 1 Co. 3, 22. 8, 5. 2 Co. 5, 9 s. Phil. 1, 18. 20. 27. 2 Th. 2, 15. Col. 1, 16. 20. 1 Pet. 2, 13 s.; *εἴτε οὖν - - εἴτε,* 1 Co. 15, 11; seq. indicat. praes. 1 Co. 12, 26. 13, 8. 2 Co. 1, 6; sq. conjunct. praes 1 Th. 5, 10., quo loco ponendi conjunctivi ansam dedit conjunctivus *ζήσωμεν* in primario enuntiato; cf. *Win.* p. 276. *Bttm.* ntl. Gr. p. 191. — *b*) *utrum - - an* (exempla e Graecis v. ap. *Matthiae* p. 1476 s.); post *οὐκ οἶδα,* 2 Co. 12, 2 s. — 16) *εἴτις, εἴ τι,* cujus vocularum compositionis exempla in superioribus attulimus; h. l. adde *εἴ τις ἕτερος, εἴ τι ἕτερον, et si quis alius, si quid aliud,* qua locutione, commemoratis et recensitis pluribus ad idem genus pertinentibus rebus, finiatur oratio (ap. Graecos *εἴ τις ἄλλος, εἰ καί τις ἄλλος, καὶ εἴ τι ἄλλο* al. ap. Hdt. Xen. Plat. al.); Ro. 13, 9. 1 Tim. 1, 10; *εἴ τις* c conjunct. praes. Ap. 11, 5 in t. vulg.; c. conj. aor. *Tdf. Trg.* ibid.

*εἰδέα, ας, ἡ,* Mt. 28, 3 *Tdf. Trg.,* poetica forma pro *ἰδέα,* q. v. (Baruch. 6, 63. Aristoph. Thesm. 438.) Cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 5.*

*εἶδος, ους, τό* (*ΕΙΔΩ*), ap. LXX potissimum pro מַרְאֶה et תֹּאַר, pr. quod in oculos incurrit, quod patet adspectui; 1) *species externa, facies, forma* (ita inde ab Hom.), Jo. 5, 37; *σωματικῷ εἴδει,* Lc. 3, 22; *τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ,* 9. 29; *διὰ εἴδους,* ita ut facie (aeternarum rerum) circumfundamur (v. in *διά,* A, I, 2), 2 Co. 5, 7; vulgo explicatur: *per adspectum = adspicientes; Luth.: im Schauen;* sed e nullo graeco scriptore adhuc enotatum est exemplum, quo *εἶδος* ut latin. *species* activo dicatur de *adspectu.* (*στόμα κατὰ στόμα, ἐν εἴδει, καὶ οὐ δι' . . ὁραμάτων καὶ ἐνυπνίων,* Clem. homil. 17, 18 coll. LXX 4 Mos. 12, 8.) — 2) *species, genus; ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε,* i. e. ab omni genere mali s. vitiorum, 1 Th. 5, 22 (Jos. antt 10, 3, 1: *πᾶν εἶδος πονηρίας.* Graeci, potissimum Plato, *τὸ εἶδος* opponunt *τὸ γένει,* ut Latini *speciem generi.*)*

*εἴδω, ἴδω, video,* obsoleta forma praesentis temp., cujus vicem explet verbum *ὁράω.* Quae ab *εἴδω* deducta sermo retinuit tempora, ea duas constituunt familias, quarum una sibi vindicavit significatum *videndi,* altera exprimit notionem *sciendi.*

I) aor. 2. forma vulgari *εἶδον,* c. terminatione aor. 1. (v. in *ἀπέρχομαι*) *εἶδα* Ap. 17, 3. *Lchm.;* vs. 6 *Lchm. Tdf. Trg.;* 1 ps. plur. *εἴδαμεν,* Act. 4, 20 *Lchm. Tdf. Trg.;* Mc. 2, 12 *Tdf. Trg.;* 3 ps. *εἶδαν.,* Lc. 9, 32 *Tdf.;* Act. 6, 15 *Trg.;* Jo. 1, 40. Act. 9, 35. 12, 16 *Lchm. Tdf. Trg.;* *ἴδον* (forma epica, cf. *Matthiae* I. p. 564; ap. LXX et in 1 Macc. frequentissima, cf. *Grimm* ad 1 Macc. p. 54; de frequenti ejus in codd. cum *εἶδον* permutatione cf. *Jacobs* ad Achill. Tat. 2, 24), Ap. 4, 1. 6, 1 s. 5. 8 s. 12. 7. 1 al. *Tdf.;* 3 ps. sing. *ἴδεν,* ap. *Tdf.* Lc. 5, 2. Ap. 1, 2; 2 ps. plur. *ἴδετε,* Phil. 1, 30 e l.

vulg.; 3 ps. plur. ἴδον, Jo. 19, 6 *Tdf.*; imperat. ἴδε (attice ἰδέ, cf. *Win.* §. 6, 1); conj. ἴδω, infin. ἰδεῖν, partic. ἰδών (LXX plerumque pro רָאָה, nonnumquam pro חָזָה et יָדַע); *videbam, vidi*, i. e.

1) (oculis) *conspiciebam, conspexi* (*sehen, erblicken*); *a*) univ. τινά vel τί; Mt. 2, 2. 4, 16. 14, 14. 28, 6. Mc. 1. 10. 16. 2, 14. Lc. 5, 26. 7, 22. Jo. 1, 48 s. 6, 26. 19, 6. Act. 9, 35. 12, 16. Gal. 1, 19. 1 Tim. 6, 16 et saepissime; — οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν, numquam tali modo vidimus, h. e. numquam talis nobis obtigit conspectus, Mc. 2, 12; nostrates olim: *also hat man nicht gesehen, seit...*; cf. *Kuinoel* ad Mt. p. 280 ed. 4; — componuntur ἰδεῖν τι et ἀκοῦσαί τι, Lc. 7, 22. Act. 22, 14. 1 Co. 2, 9. Jac. 5, 11; ἰδεῖν et ἰδεῖν τι etiam dicuntur, quibus aliquid repraesentatum in visione est, quemadmodum se hoc illudve vidisse auctor apocalypseos narrat, Ap. 1, 12. 17. 4, 1. 5, 1 s. 6. 11. 6, 9. 7, 1. 9 al.; Jo. 12, 41; ἰδεῖν ὅραμα, Act. 10, 17. 16, 10; ἰδεῖν ἐν ὁράματι, Act. 9, 12. 10, 3; ἐν τῇ ὁράσει, Ap. 9, 17; elliptice ἰδεῖν τι ἔκ τινος, sc. ἐκπορευθέν, Ap. 16, 13. cf. 1, 16; ex hebraismo (de quo v. *Win.* §. 45, 8. *Bttm.* ntl. Gr. p. 269) dic. ἰδὼν εἶδον, *probe vidi*, Act. 7, 34 ex Exod. 3, 7. — Frequentatur in historicis N. T. scriptis participium ἰδών, ἰδόντες, quo narratio continuatur, ante verbum finitum positum, cui participio aut additur accusativus, ut Mt. 2, 10. 3, 7. 5, 1. 8, 34. Mc. 5, 22. 9, 20. Lc. 2, 48. 7, 13. Jo. 5, 6. 6, 14. Act. 13, 12. 14, 11 al.; aut omittitur accus. quippe e contexta oratione elucens; Mt. 9, 8. 11. 21, 20. Mc. 10, 14. Lc. 1, 12. 2, 17. Act. 3, 12. 7, 31 al. — *b*) c. accus. rei vel personae et participio Mt. 3, 7. 16, 8. 14. Mc. 1, 16. 6, 33. Lc. 9, 49. 21, 2. Jo. 1, 33. 48 s. Act. 3, 9. 11. 13. 1 Co. 8, 10. 1 Jo. 5, 16. Ap. 9, 1 et saepe. — *c*) sq. ὅτι, Mc. 2, 16 *Lchm. Tdf. Trg.*; 9, 25. Jo. 6, 22. 24 al. — *d*) sq. interrogatione indirecta cum indicat.; ut sequatur τίς, Lc. 19, 3; τί, Mc. 5, 14; πηλίκος, Gal. 6, 11. — *e*) ἔρχου καὶ ἴδε, invitationis formula, qua qui utuntur objectum videndi ex iis, de quibus agitur, intelligendum auditoribus relinquunt; Jo. 11, 34. 1, 47 (quo loco ἴδε = videndo cognosce, sc. Jesum Messiam esse) et ap. *Grsb.* Ap. 6, 1. 5; plur. Jo. 1, 40 (ubi *Tdf.* et *Trg.* ἔρχ. κ. ὄψεσθε). Rabbini dictionibus תא וחזי et בא וראה utuntur, si quem attentum ad aliquid esse jubent. — *f*) Opponuntur sibi ἰδεῖν absol. dictum et πιστεύειν, Jo. 20, 29. — 2) ut lat. *video, sensibus quibuscunque percipio*; Mt. 27, 54. Mc. 15, 39. Lc. 17, 15. — 3) univ. *animadverti, cognovi* (*wahrnehmen, erkennen*); τὴν πίστιν αὐτῶν, Mt. 9, 2; τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, vs. 4 (ubi *Lchm.* et *Trg.* εἰδὼς pro ἰδών); τ. διαλογισμὸν τῆς καρδίας αὐτῶν Lc. 9, 47; ἴδε c. acc. rei Ro. 11, 22; sq. ὅτι, Mt. 27, 3. 24. Act. 12, 3. 14, 9. 16, 19. Gal. 2, 7. 14; ἴδε, ὅτι, Jo. 7, 52; ἰδεῖν τινα, ὅτι, Mc. 12, 34. — 4) *video*, h. e. oculos, mentem, attentionem in aliquid converto; *a*) *attendo*, sq. εἰ interrogat. Mt. 27, 49; sq. ποταπός, 1 Jo. 3, 1. — *b*) περί τινος, lat. *videre de aliqua re*, i. e. cognoscere, quid statuendum sit, Act. 15, 6. — *c*) *lustro, considero*; τί, Lc. 14, 18. — *d*) τινά, hominem *adspicio, intueor*; Jo. 21, 21. Mc. 8, 33. — 5) *experior*, τί, statum aliquem, ut τὸν θάνατον, Lc. 2, 26. Heb. 11, 5 (Jos. antt. 9, 2, 2) coll. Jo. 8, 51 (Ps. 89, 49); τὴν διαφθοράν, in putredinem abire, putredine solvi, Act. 2, 27. 31. 13, 35—37 (ita Ps. 16, 10); τὴν βασιλ. τ. θεοῦ, participem fieri salutis in regno divino, Jo. 3, 3; πένθος, Ap. 18, 7; τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ, miro aliquo eventu vim dei insigniter beneficam experiri, Jo. 11, 40; στενοχωρίας, 1 Macc. 13, 3 (ἀλόχον χάριν, Hom. Il. 11, 243); de eodem usu verbi ראה et lat. *videre* cf. *Gesenii*, Thes. III, p. 1246); — ἡμέραν, diem (tempus) vivendo attingere faustisque quae fert perfrui; ἡμέρας ἀγαθάς, 1 Pet. 3, 10 e Ps. 34, 13; τὴν ἡμέραν ἐμήν (in effato Christi), tempus, quo salubrem meam in terris efficaciam exerciturus essem, Jo. 8, 56; εἶδε sc. τ. ἡμ. ἐμήν, e beatorum sedibus in paradiso mente spectavit diem meum, ibid. (v. in ἀγαλλιάομαι); ἐπιθυμήσετε μίαν τῶν ἡμερῶν - - ἰδεῖν, optabitis, ut vel una tantum dies felicissimi futuri aevi messiani incidat in calamitosissimam aetatem vestram, Lc. 17, 22; ita ap. Graecos, maxime poetas ἦμαρ, ἡμέραν ἰδεῖν, ap. Latinos *videre diem*; cf. *Kuinoel* ad Jo. 8, 56. — 6) c. accus. personae, *aliquem visere, convenire*; L. 8, 20. Jo. 12, 21. Act. 16, 40. 28, 20. Ro. 1, 11. 1 Co. 16, 7. Phil. 1, 27. 1 Th. 3, 6. 2 Tim. 1, 4. 3 Jo. vs. 14; τὸ πρόςωπόν τινος, 1 Th. 2, 17. 3, 10 (Lucian. dial. deor. 24, 3); c. acc. loci, *visere, adire*, Act. 19, 21.

II) pfct. 2 οἶδα, οἶδας (1 Co. 7, 16. Jo. 21, 15 pro usitatiore οἶσθα), οἴδαμεν (pro ἴσμεν, Graecis usitatiore), οἴδατε (ἴστε, forma Graecis usitatior, habetur solum Eph. 5, 5 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* et Heb. 12, 17); οἴδασι (semel atticum ἴσασι, Act. 26, 4); imperat. ἴστε, semel, Jac. 1, 19 *Lchm. Tdf. Trg.*; conj. εἰδῶ, infin. εἰδέναι, ptcp. εἰδώς, εἰδυῖα (Mc. 5, 33. Act. 5, 7); plsqmpf. ᾔδειν, 2 ps. ubique ᾔδεις, 3 ps. ᾔδει, 2 ps. plur. ᾔδειτε, 3 ps. ᾔδεισαν (pro usitatiore ᾔδεσαν); fut. εἰδήσω (Heb. 8, 11); cf. *Win.* p. 81. *Bttm.* ntl. Gr. p. 44; LXX maxime pro יָדַע; ut lat. *novi* c. notione praesentis: *scio, intelligo*; plsqpf. c. notione impfcti.

1) *novi, scio*; c. accus. rei. Mt. 25, 13. Mc. 10, 19. Jo. 10, 4. 13, 17. 14, 4. Act. 5, 7. Ro. 7, 7. 1 Co. 2, 2. Ap. 2, 2. 9 al.; τοῦτο sq. ὅτι ... Jud. vs. 5; c. accus. personae, Mt. 26, 72. 74. Jo. 1, 31. 6, 42. Act. 3, 16. 2 Co. 5, 16 al.; τὸν θεόν, Tit. 1, 8 coll. Jo. 8, 19. 15, 21; οἱ μὴ εἰδότες τ. θεόν dicuntur gentiles 1 Th. 4, 5. 2 Th. 1, 8 coll. Gal. 4, 8; add. personae praedicatum (ut saepe ap. Atticos), εἰδὼς αὐτὸν ἄνδρα δίκαιον, sc. ὄντα, Mc. 6, 20; add. praedicatum in participio, 2 Co. 12, 2; — accusativo objecti per attractionem (*Win.* §. 66, 5. *Bttm.* ntl. Gr. p. 323) vel potius per epexegesin additur enuntiatio; ὅτι, 1 Co. 16, 15; 2 Co. 12, 3 s., aut interrog. indirecta, Mc. 1, 24. Lc. 4, 34. 13, 25. 27. Jo. 7, 27. 9, 29. Act. 16, 3; — εἰδέναι c. acc. c. infin. Lc. 4, 41. 1 Pet. 5, 9; sq. ὅτι, Mt. 9, 6. Jo. 19, 35. Act. 2, 30. Ro. 5, 3 et saepissime; οἴδαμεν sq. ὅτι, non raro, si sensum spectas, i. q. *notum* vel *certum est*, Mt. 22, 16. Lc. 20, 21. Jo. 3, 2. 9, 31. Ro. 2, 2. 3, 19. 7, 14. 8, 22. 28. 2 Co. 5, 1. 1 Tim. 1, 8. 1 Jo. 3, 2. 5, 20; cf. *Lightfoot* et *Baumg.-Crusius* ad Jo. 3, 2; — frequentatur, maxime Paulo, rogandi formula οὐκ οἴδατε et ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι, qua aliquid notissimum alicui perpendendum et aestimandum commendatur, Ro. 11, 2. 1 Co. 3, 16. 5, 6. 6, 2 s. 9. 15 s. 19. 9, 13. 24; οὐκ οἴδατε sq. interrog. indir. Lc. 9, 55; οὐκ οἶδας, ὅτι. Jo. 19, 10; οὐκ ᾔδειτε, Lc. 2, 49. — εἰδέναι sq. interrogatione indirecta, Mt. 26, 70. Jo. 9, 21. 25, 30. 14, 5. 20, 13. 1 Co. 1, 16. 7, 16. 2 Co. 12, 2 s. Ro. 8, 26. Eph. 6, 21. 1 Tim. 3, 15 et saepissime. — 2) *cognosco, intelligo, perspicio*; *a*) rem aliquam in facto positam, ut τὰς ἐνθυμήσεις, Mt. 12, 25; τὴν ὑπόκρισιν, Mt. 12, 15; τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν, Lc. 6, 8. 11, 17; add. ἐν ἑαυτῷ sq. ὅτι, Jo. 6, 61. — *b*) vim et sensum rei, cui certus sensus inest; 1 Co. 2, 11 s.; τὴν παραβολήν. Mc. 4, 13; μυστήρια, 1 Co. 13, 2; sq. interrog. indir., Eph. 1, 18. — *c*) ut ap. Graecos sq. infinit *scio*, i. e. *calleo* (*sich auf etwas verstehen*); Mt. 7, 11. Lc. 11, 13. 12, 56. Phil. 4, 12. 1 Th. 4, 4. 1 Tim. 3, 5. Jac. 4, 17. 2 Pet. 2, 9;

ὡς οἴδατε, sc. ἀσφαλίσασθαι, Mt. 27, 65. — 3) ex hebraismo *εἰδέναι τινά*, *rationem alicujus habere, curam alicujus gerere*, 1 Th. 5, 12. (LXX Gen. 39, 6 = יָדַע.)

**εἰδωλεῖον** (*εἰδώλιον*, *Tdf.*), ου, τό (εἴδωλον, q. v.; cf. Ἀσκληπεῖον, Ἀπολλωνεῖον, Ἡρακλεῖον al.), *templum idolorum* s. *idolis sacrum;* 1 Co. 8, 10. (1 Macc. 1, 47. 10, 83. 3 Esdr. 2, 10; ap. profanos non exstat; nam in fragm. Soph. ap. Plut. de amico et adul. c. 36 dudum restitutum est ἑδώλια.)*

**εἰδωλόθυτος**, ον (εἴδωλον et θύω), vocab. biblicum et eccles., *idolis immolatus;* τὸ εἰδωλόθυτον et τὰ εἰδωλόθυτα dic. carnes, e victimis gentilium residuae, quae aut in epulis comedebantur, aut (a pauperibus et avaris) in foro vendebantur; Act. 15, 29. 21, 25. 1 Co. 8, 1. 4. 7. 10. 10, 19. 28 (ubi *Lchm. Tdf.* et *Trg.* ἱερόθυτον); Ap. 2, 14. 20.*

**εἰδωλολατρεία**, ας, ἡ (εἴδωλον, q. v. et λατρεία), *idololatria* (Tertull. al.), *fictitiorum deorum cultus;* Gal. 5, 20; dic. de solennibus epulis sacrificalibus in fictitiorum deorum honorem institutis, 1 Co. 10, 14; de avaritia tamquam Mammonae cultu, Col. 3, 5; plur. flagitia e falsorum deorum cultu oriunda eique propria, 1 Pet. 4, 3 (scriptt. eccles.)*

**εἰδωλολάτρης**, ου, ὁ (εἴδωλον et λάτρις, i. e. mercenarius, famulus, servus), *fictitiorum deorum cultor, idololatres* (Tertull.), 1 Co. 5, 10. Ap. 21, 8. 22, 15; quivis, etiam e Christianis, qualicunque modo gentilium sacrorum consors, 1 Co. 5, 11. 6, 9; inprimis qui coenis sacrificalibus interest et carnes comedit ex victimis idolorum residuas, 1 Co. 10, 7; avarus ut cultor Mammonae, Eph. 5, 5; v. *Meyer* ad l. (scriptt. eccles.)*

**εἴδωλον**, ου, τό (εἶδος), ap. Graecos inde ab Hom., *species, simulacrum*, h. e. quidquid, quo repraesentatur nobis forma rei vel verae vel fictae; dic. de umbris defunctorum (Hom.), larvis, spectris, imaginibus rerum animo conceptis al.; — ap. biblicos scriptores 1) *gentilium deorum simulacrum;* Act. 7, 41. 1 Co. 12, 2. Ap. 9, 20. (Jes. 30, 22. 2. Chr. 23, 17 al.; θεῶν ἢ δαιμόνων εἴδωλα Pol. 31, 3, 13.) — 2) *deus fictitius;* Act. 15, 20 (de quo loco v. in ἀλίσγημα); Ro. 2, 22. 1 Co. 8, 4. 7. 10, 19. 2 Co. 6, 16. 1 Th. 1, 9 (saepe ap. LXX); φυλάσσειν ἑαυτὸν ἀπὸ τ. εἰδώλων, sibi cavere a quolibet gentilium sacrorum consortio, 1 Jo. 5, 21.*

**εἰκῆ** (*Lchm.* εἰκῇ, cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 343. *Bttm.* ntl. Gr. p. 61), adverb. ap. Graecos inde ab Aeschylo; 1) *temere, sine justa causa;* Mt. 5, 22 in t. vulg.; Ro. 13, 4 (sens.: „non ut in vagina condant, sed ut stringant;“ *Fritzsche*); Co, 2, 18. — 2) *frustra; sine successu* vel *effectu;* 1 Co. 15, 2. Gal. 3, 4. 4, 11.*

**εἴκοσι**, οἱ, αἱ, τά, *viginti;* Lc. 14, 31. Act. 1, 15 al.

**εἴκω**, aor. 1. εἶξα, *cedo;* τινί, Gal. 2, 5. (inde ab Hom.)*

**ΕΙΚΩ**, unde perf. 2. ἔοικα, c. significatu praesentis: *similis sum;* τινί, Jac. 1, 6. 23.*

**εἰκών**, όνος (acc. εἰκόναν Ap. 13, 14 *Lchm.;* v. in ἄῤῥην), ἡ (ΕΙΚΩ, q. v.), LXX maxime pro צֶלֶם; *imago, effigies, simulacrum; a*) Mt. 22, 20. Mc. 12, 16. Lc. 20, 24. Ro. 1, 23. 1 Co. 15, 49. Ap. 13, 14 s. 14, 9. 11. 15, 2. 16, 2. 19, 20. 20, 4; ἡ εἰκὼν τῶν πραγμάτων, imago rerum, sc. coelestium, Heb. 10, 1., opponitur τῇ σκιᾷ eodem sensu, quo a Cic. de off. 3, 17 *solida et expressa effigies* opponitur *umbrae;* εἰκὼν τ. θεοῦ dic. de ethica regenitorum hominum cum deo similitudine, Col. 3, 10; εἰκὼν τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ad quam pii Christiani transformantur, est similitudo tum cum coelesti corpore (cf. 1 Co. 15, 49. Phil. 3, 21), tum cum sanctissimo et beatissimo animi statu, qui Christi est, Ro. 8, 29. 2 Co. 3, 18. — *b*) meton. εἰκών τινος, *alicujus imaginem referens; is in quo alicujus imago cernitur;* εἰκὼν θεοῦ dic. vir propter imperandi facultatem (v. in δόξα, III, 3. *a*. *α*), 1 Co. 11, 7; Christus propter naturae suae divinitatem et absolutam virtutis praestantiam, Col. 1, 15. 2 Co. 4, 4.*

**εἰλικρίνεια** (-ία, *Tdf.*) ας, ἡ (εἰλικρινής, q. v.), *puritas, sinceritas, ingenuitas;* 1 Co. 5, 8. 2 Co. 2, 17; τοῦ θεοῦ, quam deus efficit per spiritum sanctum, ibid. 1, 12. (Theophr., Sext. Empir., Stob.)*

**εἰλικρινής**, ές (e vulgari opinione ab εἵλη s. ἕλη, splendor solis, et κρίνω, pr., qui ad solis lucem explicatus et examinatus purus deprehenditur; unde nonnulli scribunt εἱλ. — ex aliorum conjectura ab εἶλος, εἱλεῖν, pr. volubili agitatione secretus et purgatus), *purus, candidus, sincerus;* dic. de animo, homo εἰλικρινής, Phil. 1, 10; διάνοια, 2 Pet. 3, 1. (Sap. 7, 25., ubi cf. *Grimm* Exgt. Hdb.; — Xen. Plat. Polyb. Philo.)*

**εἱλίσσω**, ion. et poetice et inferiore aetate passim ap. prosae scriptores, pro ἑλίσσω (εἴλω, urgeo, volvo), *volvo;* Ap. 6, 14 t. vulg. *Grsb.;* sed *Lchm. Tdf. Trg.* restituerunt ἑλισσ. (inde ab Hom.)*

**εἰμί** (ex ἔω, unde ἐμί in inscriptt.; aeol. ἐμμί); inf. εἶναι, fut. ἔσομαι, impf. e forma antiquiore et elegantiore ἦν, 2 ps. ἦσθα (Mt. 26, 69. Mc. 14, 67), e forma rariore ἦς (Mt. 25, 21. 23. Jo. 11, 21. 32. 21, 18. Ap. 3, 15); 3 ps. ἦν, 1 ps. plur. ἦμεν, — forma medii e fatiscente graecitate ἤμην (Mt. 25. 35 s. Gal. 1, 10 al.); plur. ἤμεθα (Mt. 23, 30 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* Act. 27, 37 *Lchm. Tdf. Trg.* Clem. Rom. 1 Co. 48); cf. *Lob.* ad Phryn. p. 149. 152; imperat. ἴσθι, ἔστω, e forma inusitatiore ἤτω, 1 Co. 16, 22. Jac. 5, 12. Plat. rep. 2. p. 361 c.; cf. *Win.* §. 14, 2. *Bttm.* ntl. Gr. p. 43; — *sum;*

I) *εἰμί praedicati vim habet: sum*, i. e. 1) *exsto* (*existiren*); *a*) loci, in quibus notio verbi praeponderat, atque *exstare* aliquis vel aliquid dicitur, quo a rebus *non exstantibus* distinguatur: ἔστιν ὁ θεός, Heb. 11, 6; ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, Ap. 1, 4. 11, 17. 16, 5; ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, Jo. 1, 1; πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμί, 8, 58; πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, 17, 5; ἦν, καὶ οὐκ ἔστι καίπερ ἔστιν, t. vulg.; e rectiore lectione καὶ πάρεσται, Ap. 17, 8; ἐσμέν, Act. 17, 28; τὰ μὴ ὄντα et τὰ ὄντα, quae non sunt, quae sunt, Ro. 4, 17; quae aliquid valent, vel non, quae alicujus vel nullius numeri sunt, 1 Co. 1, 28 (ἐκάλεσεν ἡμᾶς οὐκ ὄντας καὶ ἠθέλησεν ἐκ μὴ ὄντος εἶναι ἡμᾶς, Clem. Rom. 2 Co. 1, 8). — Hinc *b*) i. q. *vivo;* εἰ ἤμεθα ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, si patrum aetate viveremus, Mt. 23, 30; οὐκ εἶναι dic. (ut ap. Graecos; cf. *Passow* II, p. 792) de mortuis, Mt. 2, 18. — *c*) i. q. *commoror, versor, dego* in aliquo loco; Mt. 2. 13, 15. Mc. 1, 45. 5, 21. Lc. 1, 80; v. infra n. V, 4. — *d*) i. q. *reperior*, ubi subjectum caret articulo et nos dicimus: *es giebt, es gab;* velut ἦν ἄνθρωπος al.; Lc. 16, 1. 19. 18, 23. Jo. 3, 1. 4, 6. 5, 2. 6, 10. 1 Co. 8, 5. 12, 4-6. 14, 10. 15, 44. 1 Jo. 5, 16 et saepe; ἔσονται ἐμπαῖκται, Jud. vs. 18; ἔστιν, ἦν, ἔσται cum negatione: οὐκ ἔστι δίκαιος, non reperitur. *es giebt keinen Gerechten*, Ro. 3, 10; adde vs. 12. 18; χρόνος οὐκ ἔσται ἔτι, nullum amplius tempus erit, Ap. 10, 6; adde 22, 3. 5. 21, 25; ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, 1 Co. 15, 12; μὴ εἶναι ἀνάστασιν, Mt. 22, 23 et loc. parall. Act. 23, 8. Pertinent huc etiam dictiones εἰσίν, οἵ..., οἵτινες..., *sunt qui*..., Mt. 16, 28. 19, 12. Mc. 9, 1. Lc. 9, 27. Jo. 6, 64. Act. 11, 20; οὐδείς ἐστιν, ὅς, Mc. 9. 39 s. 10, 29. Lc. 1, 61. 18, 29; addito nomine, ἓξ ἡμέραι εἰσίν, ἐν αἷς ... Lc. 13, 14; τίς ἐστιν, ὅς, Mt. 7, 9. 12, 11; ἔστιν ὁ c. ptcpio, *est*

*qui*... h. e. *non deest is, qui*... Jo. 5, 32. 45. 8, 50. — *e*) *εἶναι* ubi de *rebus, eventis, factis* dic., est i. q. *evenire; locum habere; νῦν κρίσις ἐστίν*, Jo. 12, 31; *γογγυσμὸς ἦν*, Jo. 7, 12; *θόρυβος τοῦ λαοῦ*, Mc. 14, 2; *σχίσμα, σχίσματα*, Jo. 9, 16. 1 Co. 1, 10. 12, 20; *ἔριδες*, 1 Co. 1, 11; *αἱρέσεις*, 11, 19; *πένθος, πόνος, κραυγή*, Ap. 21, 4; *ἔσονται λιμοὶ κ. λοιμοὶ κ. σεισμοί*, Mt. 24, 7; *ἀνάγκη μεγάλη*, Lc. 21, 23; *ἀνάστασιν μέλλειν ἔσεσθαι*, Act. 24, 15; — de tempore ac temperie: *χειμὼν ἐστιν*, Jo. 10, 22; *νύξ*, 13, 30; *ψῦχος*, 18, 18; *καύσων*, Lc. 12, 55; *ἑσπέρα*, Act. 4, 3; *πρωΐα*, Jo. 18, 28; *σκοτία*, 20, 1; *ἔστιν, ἦν ὥρα*, velut *ἕκτη*, Lc. 23, 44. Jo. 4, 6. 19, 4. 1, 40 al.; item de diebus festis, Jo. 5, 1. 10. 9, 14. Act. 12, 3. Lc 23, 54. Mc. 15, 42; — univ. *τὸ ἐσόμενον*, id quod futurum, eventurum est. Lc. 22, 49; *πότε ταῦτα ἔσται;* Mt. 24, 3; *πῶς ἔσται τοῦτο;* Lc. 1, 34; ex hebr.: *καὶ ἔσται* (= וְהָיָה), sq. futuro alius verbi: Act. 2, 17 (e Joel. 3, 6); vs. 21 (e Joele 3, 5); 3, 23. Ro. 9, 26 (ex Hos. 1, 10 et 2, 1). — *τί οὖν ἐστιν;* quid ergo est? i. e. quo modo res se habet? quid inde sequitur? Act. 21, 22. 1 Co. 14, 15. 26. — 2) i. q. *πάρειμι, adsum; praesto sum; suppeto; οἶνος οὐκ ἔστιν*, Jo. 2, 3 *Tdf.; παμπόλλου ὄχλου ὄντος*, cum adesset, Mc. 8, 1; adde 2, 15. Mt. 12, 10 e l. vulg.; Heb. 8, 4; *οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον*, nondum aderat, h. e. nondum erat effusus, Jo. 7, 39; ita etiam in verbis *εἰ πνεῦμα ἅγιον ἔστιν*, Act. 19, 3; *ἀκούσας -- ὄντα σῖτα*, copiam frumentorum suppetere, Act. 7, 12; *δύναμις κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς*, praesto erat ad eos sanandos, Lc. 5, 17. — 3) *ἔστιν* c. infinit. ut ap. Graecos inde ab Hom. (v. *Passow* I, 2, p. 792 s.; exempla ex apocrr. V. T. v. in *Wahl* Clav. apocryph. V. T. p. 153), *fieri potest, ut;* c. negatione (ut plerumque etiam ap. Graecos); *es ist unmöglich;* Heb. 9, 5. 1 Co. 11, 20.

II) *εἰμί copulat subjectum cum praedicato*, ubi indicatur, quis vel quid aliquis vel aliquid sit personâ, naturâ, ingenio, natione, efficaciâ, dignitate, munere, quantitate, aetate al.; — 1) univ.; *ἐγώ εἰμι πρεσβύτης*, Lc. 1, 18; *ἐγώ εἰμι Γαβριήλ*, v. 19; *ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος*, Mt. 14, 15; *προφήτης εἶ σύ*, Jo. 4, 19; *σὺ εἶ ὁ Χριστός*, Mt. 26, 63; *καθαροί ἐστε*, Jo. 13, 10; *ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς*, Mt. 5, 13; *Ἰουδαίους εἶναι ἑαυτοὺς*, Ap. 3, 9 coll. 2, 9 et innumera alia exempla. — 2) *εἰμί* copulante indicatur subjectum comparari vel comparandum esse rei, quae praedicato enuntiatur; *ἡ σφραγίς μου τῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστέ*, estis instar sigilli, quo muneri meo apostolico additur confirmatio, h. e. vestra fides argumento est, apostoli nomen mihi jure tribui, 1 Co. 9, 2; *ἡ ἐπιστολή* sc. *συστατική* (cf. vs. 1) *ὑμεῖς ἐστε*, i. e. vos ipsi estis mihi instar litterarum commendatitiarum, s. vos idem mihi praestatis, quod litterae commendatitiae, 2 Co. 3, 2; *τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου*, hoc, quod vobis iam porrigo, est instar corporis mei, Mt. 26, 26. Mc. 14, 22. Lc. 22, 19; *ὑμεῖς ναὸς θεοῦ ἐστέ*, vos spectandi estis tamquam templum dei, 2 Co. 6, 16 coll. 1 Co. 6, 19; *ὁ θεὸς ναὸς αὐτῆς ἐστιν κ. τὸ ἀρνίον*, habendi sunt pro templo ejus s. obtinent locum templi in urbe, propterea quod a nemine in ea absunt, Ap. 21, 22. — Hinc 3) *εἶναι* vim *explicationis* impetrans saepe est i. q. *denotare, significare*, velut *ὁ ἀγρός ἐστιν ὁ κόσμος*, Mt. 13, 37—39. 19 s. 22 s. Lc. 8, 11 s. 14 s. Gal. 4, 24 s. Ap. 17, 15. 19, 8 (LXX Gen. 41, 26 s. Ez. 37, 11); *τοῦτ' ἔστιν* ap. *Lchm. τουτέστιν*, formula in interpretando usurpari solita i. q. *τοῦτο σημαίνει*, quae vel inseritur orationi ut parenthesis, vel adnectitur verbis ut appositio; Mt. 27, 46. Mc. 7, 2. Act. 1, 19. Ro. 7, 18. 10, 6—8. Philem. vs. 12. Heb. 2, 14. 7, 5 al.; item *ὅ ἐστι*, Mc. 3, 17. 7, 11. 34. Heb. 7, 12; *ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, hoc significat, si interpretaris*, Mc. 15, 34. Act. 4, 36; v. etiam infra in n. 6, c. — 4) multo frequentius quam ap. profanos in sacro cod., atque in N. T. longe frequentius in historicis libris quam in reliquis ejus scriptis, praedicati locum obtinet *participium articuli expers*, vinculo verbi *εἶναι* cum subjecto conjunctum (cf. *Win.* §. 45, 5 et potissimum *Bttm.* ntl. Gr. p. 265 ss.), et quidem *a*) ita ut meram periphrasin verbi finiti efficiat; *α*) c. ptcp. *praes.* efficitur periphrasis praesentis; *ἐστὶ προςαναπληροῦσα -- καὶ περισσεύουσα*, 2 Co. 9, 12; periphrasis imperfecti vel aoristi maxime ap. Marcum et Lucam; *ἦν καθεύδων*, Mc. 4, 38; *ἦν προάγων*, 10, 32; *ἦν συγκαθήμενος*, 14, 54; *ἦν διανεύων*, Lc. 1, 22; *ἦσαν καθήμενοι*, 5, 17; *ἦν ἐκβάλλων*, 11, 14; *ἦσαν καθεζόμενοι*, Act. 2, 2 et aliis exemplis; semel ap. Paulum Phil. 2, 26: *ἐπιποθῶν ἦν.* — periphrasis futuri: *ἔσονται πίπτοντες*, Mc. 13, 25. — *β*) c. ptcp *perfecti* efficitur periphrasis aoristi: *ἦν ἑστώς*, Lc. 5, 1; periphr. plusqpfcti: *ἦσαν ἐληλυθότες, συνεληλυθυῖαι*, Lc. 5, 17. 23, 55; maxime c. ptcp. pfcti passivi: *ἦν ἡ ἐπιγραφὴ ἐπιγεγραμμένη*, Mc. 15, 26; *ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον*, Lc. 2, 26; *ἦν τεθραμμένος*, Lc. 4, 16; adde 8, 2. 23, 51. Act. 1, 17 al. — *γ*) semel c. ptcp. *aoristi* periphrasis plusqpfcti; *ἦν -- βληθεὶς* (t. vulg. *βεβλημένος*) *ἐν τῇ φυλακῇ*, Lc. 23, 19 *Tdf. Trg.;* de eodem aoristi usu nonnumquam ap. Graecos obvio cf. *Passow* I, 2, p. 792. — *b*) ita ut indicetur *perseverantia in aliquo actu aut statu; ἦν διδάσκων* docere solebat, Mc. 1, 22. Lc. 4, 31. 19, 47; *ἦν κηρύσσων*, Mc. 1, 39. Lc. 4, 44; *ἦσαν νηστεύοντες*, nos: *sie hatten ihr Fasten*, Mc. 2, 18; *ἦσαν συλλαλοῦντες*, nos: *sie hatten ein Gespräch*, Mc. 9, 4; *ἦν συγκύπτουσα*, Lc. 13, 11; *ἦν θέλων*, Lc. 23, 8; *ἦν προςδεχόμενος*, Mc. 15, 43 (Lc. 23, 51: *προςεδέχετο*); semel ap. Paulum, Gal. 1, 23; *ἦσαν ἀκούοντες*. — cum *futuro: ἔσται δεδεμένον, ἔσται λελυμένον*, i. q. ligatum manebit, solutum manebit, Mt. 16, 19; *ἔσται πατουμένη*, calcata manebit, Lc. 21, 24 aliisque exemplis. — *c*) significatur, aliquem in eo esse, ut aliquid faciat; *ἦν ἐρχόμενον, war im Kommen begriffen*, Jo. 1, 9; *ἦν ὑποστρέφων*, Act. 8, 28. — *d*) copulatione verbi *εἶναι* c. ptcpio etiam id spectari videtur, ut *verbalis* notio *nominalem* formam induta majorem vim habeat et magis emineat; *ἦν ἔχων κτήματα πόλλα* (nos: *wohlhabend*), Mt. 19, 22. Mc. 10, 22; *ἔσῃ σιωπῶν*, Lc. 1, 20; *ἦν ὑποτασσόμενος* (*gehorsam*) 2, 51; *ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων*, esto praefectus, Lc. 19, 17; *ἦν συνευδοκῶν*, Act. 8, 1; *ζῶν εἰμι*, Ap. 1, 18 et aliis exemplis; — ter ap. Paulum: *εἰ -- ἠλπικότες ἐσμὲν μόνον*, si ii sumus, qui solum speraverint, s. quibus praeter spem nihil relictum est, 1 Co. 15, 19; *ἦν -- καταλάσσων*, reconciliator, 1 Co. 5, 19; *ἅτινά ἐστι λόγον ἔχοντα σοφίας*, sunt res famam habentes sapientiae, Col. 2, 23 (exempla, quibus verbo *εἶναι* et participio nonnullae voces interponuntur e profanis affert *Matthiae*, §. 560). — *e*) Prorsus alius generis sunt exempla, in quibus vim habet verbum *εἶναι* atque idem est ac *reperiri, adesse, versari, commorari* (v. supra in n. I), participium autem additur, ut significetur actus vel conditio subjecti (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 267, 27); *ἐν τοῖς μνήμασι -- ἦν* (versabatur) *κράζων*, Mc. 5, 5; *ἦν δὲ ἐκεῖ* (versabatur ibi) -- *βοσκομένη*, Mc. 5, 11. Mt. 8, 30; *ἦσαν ἐν τῇ ὁδῷ ἀναβαίνοντες*, recte *Luth.: sie befanden sich auf dem Wege, hinaufreisend*, Mc. 10, 32; *εἰσὶν ἄνδρες — εὐχὴν ἔχοντες*, Act. 21, 23; adde Mt. 12, 10. 22, 55. Mc. 2,

6 (utroque loco ἦσαν, aderant); Lc. 4, 33. Jo. 1, 28. 3, 23. Act. 25, 14. Ro. 3, 12 al.; ἄνωθέν ἐστιν, καταβαῖνον - - (incidendum est virgula post ἐστίν), *superne est*, cui explicationis causa additur καταβαῖνον, Jac. 1, 17. — 5) Formulae ἐγώ εἰμι (nostr. *ich bin es*) in evangeliis, maxime joanneo, frequentatae mente addendum est praedicatum, quippe e sermonis contextu facile patens (cf. *Krüger*, I, p. 461, 7); ita ἐγώ εἰμι, sc. Ἰησοῦς ὁ Ναζ., Jo. 18, 5 s. 8; is, quem videtis, ego sum, non alius, Mt. 14, 27. Mc. 6, 50. Lc. 24, 36 (*Lchm.*); Jo. 6, 20; sc. ὁ καθήμενος κ. προσαιτῶν, Jo. 9, 9; simplex εἰμί, sum praeceptor atque dominus, Jo. 13, 13; οὐκ εἰμί sc. ἐξ αὐτῶν, Lc. 22, 58. Jo. 18, 25; non sum Elias, Jo. 1, 21; speciatim: ego sum Messias, Mc. 13, 6. 14, 62. Lc. 21, 8. Jo. 4, 26. 8. 24. 28. 13, 19; sum filius dei, Lc. 22, 17. (= אֲנִי הוּא Deut. 32, 39. Jes. 43, 10); cf. *Keim* III, p. 320. Idem usus est tertiae personae; ἐκεῖνός ἐστιν, sc. ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, Jo. 9, 37; sc. ὁ παραδώσων ἐμέ, 13, 26. — 6) Ex enuntiationibus *pronomen* in praedicati loco habentibus notanda sunt *a*) τίς εἰμι, εἶς, ἐστίν, formula sciscitantium et alicujus notitiam habere cupientium, ut vel sciant, qualis sit quove nomine appellandus is, quem videant, Jo. 1, 19. 8, 25. 21, 12. Act. 26, 15; vel ut ejus, de quo sermo est, videant faciem isque ipsis monstretur, Lc. 19, 3. Jo. 9, 36; σὺ τίς εἶ ὁ c. ptcpio, *tu quis* (quantulus) *es, qui …?* est objurgantium et contemptim alteri jus aliquid faciendi abjudicantium, Ro. 9, 20. 14, 4 (Strab. 6, p. 271: σὺ τίς εἶ ὁ τὸν Ὅμηρον ψέγων ὡς μυθόγραφον;); ἐγώ τίς εἰμι …; *ego quis* (quantulus) *sum …?* dictio modeste de se judicantis et impotentiam suam cognoscentis, Act. 11, 17 coll. Exod. 3, 11. — *b*) εἰμί τις, ut ap. Latinos, *sum aliquis*, i. e. eximius quidam, Act. 5, 36; εἶναί τι, ut latin. *aliquid esse* = eximium quiddam, Gal. 2, 6. 6, 3; quibus in dictionibus τίς et τί vim habent; cf. *Kühner* II, p. 571. εἶναί τι post negationes *nihil esse*, 1 Co. 3, 7; cf. *Meyer* ad l.; item in interrogationibus vim negationis habentibus 1 Co. 10, 19. — οὐδέν εἰμι, 1 Co. 13, 2. 2 Co. 12, 11; οὐδέν ἐστιν, nihili est, nullius momenti est, Mt. 23, 16. 18. Jo. 8, 54. Act. 21, 24. 1 Co. 7, 19. — *c*) τίς ἐστιν, velut ἡ παραβολή, quid sibi vult, quae est ejus rei explicatio? Lc. 8, 9: τίς εἴη ἡ παραβολὴ αὕτη. Act. 10, 17: τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα. Mc. 1, 27: τί ἐστι τοῦτο; quid hoc rei est? formula admirantium. Lc. 15, 26: τί εἴη ταῦτα; quae causa sit strepitus, quem auribus percipiat. 18, 36. Jo. 10, 6: τίνα ἦν, ἃ ἐλάλει αὐτοῖς. — τί ἐστιν, quid sibi vult vel velit, Mt. 9, 13. 12, 7. Lc. 20, 17. Jo. 16, 17. 18; τί ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι, Eph. 4, 9; v. supra in II. 3. — *d*) οὗτος, αὕτη, τοῦτό ἐστιν sq. nomine: in eo cernitur, eo continetur; *α*) ita ponitur, ut pronomen respiciat ad ea, quae in proxime antecedentibus dicta sunt; οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος, iis, quae modo commemoravi, continetur, s. huc redit lex, Mt. 7, 12. — *β*) ex joanneo dicendi usu ita, ut pronomen quasi se habeat ut subjectum, quod sequente nomine definiatur et hoc nomen ipsum vices quasi gerat praedicati; αὕτη ἐστὶν ἡ νίκη - - ἡ πίστις ἡμῶν, 1 Jo. 5, 4; αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ, ἣν …, vs. 9 in t. vulg. — οὗτος, αὕτη, τοῦτό ἐστιν sequente ὅτι, Jo. 3, 19. 1 Jo. 1, 5. 5, 11. 14; seq. ἵνα (ubi dicitur aliquid fieri debere vel aliquid desiderari, postulari), Jo. 6, 29. 39 s. 15, 12. 1 Jo. 3, 11. 23. 5, 3; seq. ὅτε …, Jo. 1, 19. — 7) Participium ὤν, οὖσα, ὄν, ὄντες, ὄντα, substantivis vel adjectivis conjunctum vim enuntiationis interjectae habet, ut vertendum sit *cum sim, sis, sit* etc., atque idem sit quod nostrum *als*; velut εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, οἴδατε, Mt. 7, 11; adde 12, 34. Lc. 20, 36. Jo. 3, 4. 4, 9. Act. 16, 21. Ro. 5, 10. 1 Co. 8, 7. Gal. 2, 3. Jac. 3, 4 et saepius; bis c. aliis participiis, quae adjectivorum vim obtinent: ὄντες ἀπηλλοτριωμένοι, Eph. 4, 18; ἐσκοτισμένοι, Col. 1, 21. — 8) Nonnumquam copula ἔστιν (accentu instructa) initio enuntiati locatur, quo magis urgeatur veritas eorum, quae s. affirmando s. negando enuntiantur; Lc. 8, 11. 1 Tim. 6, 6; ἔστι δὲ πίστις …, Heb. 11, 1 (etsi sunt, qui h. l. explicent: *exstat* vero s. *deprehenditur* fides, videlicet in exemplis statim posthac allatis); aliquoties ap. Philonem in enuntiatis a *Delitzschio* ad Heb. 11, 1. p. 513 allatis, definitionis formam referentibus. — οὐκ ἔστιν, Mt. 13, 57. Mc. 12, 27. Act. 10, 34. 1 Co. 14, 33. Jac. 3, 15.

III) εἰμί junctum c. adverbiis; 1) c. adverbiis *loci; a) ubi? sum, versor alicubi*; ἐκεῖ, Mt. 2, 15. 27, 55. Mc. 3, 1 al.; ἐνθάδε, Act. 16, 28; ἔσω, Jo. 20, 26; οὗ, Mt. 2, 9. 18, 20. Act. 16, 13; ὅπου, Mc. 2, 4. 5, 40. Jo. 6, 62. Act. 17, 1 al.; ποῦ, Mt. 2, 2. Jo. 7, 11 al.; ὧδε, Mt. 28, 6. Mc. 9, 5 al. — *b*) c. adverbiis *distantiae*: ἀπέναντί τινος, Ro. 3, 18 (Ps. 36, 2); ἐκτός τινος, 2 Co. 12, 2 s.; ἔμπροσθέν τινος, Lc. 14, 2; ἐντός τινος, Lc. 17, 21; ἐνώπιόν τινος, Ap. 1, 5. 7, 15; μακρὰν ἀπό τινος, Jo. 21, 8. Mc. 12, 34; πόῤῥω, Lc. 14, 32; ἐπάνω, Jo. 3, 31; de situ regionum et locorum: ἀντιπέρα τινός, Lc. 8, 26; ἐγγύς, nunc absolute, Jo. 19, 42; nunc c. genit., 11, 18. 19, 20 al.; c. dat., Act. 9, 38. 27, 8. — *c*) *unde? sum alicunde*, i. e. *oriundus sum, originem duco*; πόθεν, Mt. 21, 25. Lc. 13. 25. 27. Jo. 7, 27. 9, 29. 19, 9. 2, 9 (πόθεν ἐστίν, sc. ὁ οἶνος, unde apparatum sit vinum); ἐντεῦθεν, Jo. 18, 36. — 2) c. adverbiis *qualitatis*; οὕτως εἰμί, *ita me habeo, talis sum*; absol. Mt. 13, 49; add. ἐν ὑμῖν, 20, 26; οὕτως ἔσται, ita eveniet, Mt. 13, 40. 49; οὕτως ἐστίν vel ἔσται, de rebus, eventis al.: *eadem* vel *talis ratio est* (*diese Bewandtniss hat es mit*) vel *erit rei*; Mt. 19. 10. 24, 27. 37. 99. Mc. 4, 26. Ro. 4, 18 (Gen. 15, 5); idem de personis, Jo. 3, 8. — καθώς ἐστιν, ut, quemadmodum est, 1 Jo. 3, 2. 7. 4, 17; εἰμὶ ὥσπερ τις, sum, ago, ut quidam, eum imitor, similis ei sum, Mt. 6, 5. Lc. 18, 11; ἔστω σοι ὥσπερ …, parem eum habeas pagano et portitori, i. e. nulla tibi sit cum eo communio, Mt. 18, 17; εἰμὶ ὡς vel ὡσεί τις, similis vel par sum alicui, Mt. 22, 30. 28. 3. Lc. 11, 44. 22, 27. 1 Co. 7, 29 s.; τὰ σπλάγχνα περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς ἐστιν, majore in vos movetur amore, 2 Co. 7, 15. Ceterum v. suo quodque adverbium loco.

nibus modo adjectivi; Mt. 25, 15 (opp. πέντε, δύο); Ro. 5, 12 (opp. πάντες); Mt. 20, 12. 27, 15. Lc. 17, 34. Act. 28, 13. 1 Co. 10, 8. Jac. 4, 13 et saepe; **παρὰ μίαν** sc. πληγήν, unâ minus, 2 Co. 11, 24; c. articulo, ὁ εἷς ἄνθρωπος, is unus homo, quem dixi, Ro. 5, 15. — β) substantive, c. genit. partitionis, ut significetur *unus, quicunque demum sit;* **μίαν τῶν ἐντολῶν**, unum praeceptum, quodcunque ex omni eorum numero sit, Mt. 5, 19; adde 6, 29. 18, 6. Mc. 9, 42. Lc. 12, 27. 17, 2. 22; aut ut ex quodam numero unum eximi jubeatur, Lc. 23, 39. Jo. 19. 34 al.; — sq. ἐκ c. genit. nominis totum aliquod significantis, ut significetur, e coetu quodam unum exstitisse, qui hoc illudve faceret; Mt. 22, 35. 26, 21. 27, 48. Mc. 14, 18. Lc. 17, 15. Jo. 1, 41. 6, 8. 70. 12, 2. 4. 13, 21. 23. 18, 26. Ap. 5, 5. 7, 13. 9, 13. 13, 3. — γ) dic. absolute, Mt. 23, 8—10. Heb. 2, 11. 11, 12., et ubi locum obtinet praedicati, Gal. 3, 20. 28 (Christo adhaerentes unam efficitis personam pariter atque dominus ipse); συνάγειν εἰς ἕν, in unum cogere, Jo. 11, 52; ποιεῖν τὰ ἀμφότερα ἕν, Eph. 2, 14; c. articulo ὁ εἷς, is unus, quem dixi, Ro. 5, 15. 19. — b) ita, ut *divisioni in partes* atque in ethicis rebus *animorum dissensioni* opponatur; ἓν σῶμα, πολλὰ μέλη, Ro. 12, 4 s. 1 Co. 12, 12. 20; ἓν εἶναι, arctissime (voluntate, animo) conjunctum esse, Jo. 10, 30. 17, 11. 21—23; ἐν ἑνὶ πνεύματι, μιᾷ ψυχῇ, Phil. 1, 27 coll. Act. 4, 32 (cf. Cic. Lael. 25: amicitiae vis est in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus); ἀπὸ μιᾶς (v. in ἀπό, n. III, p. 40), Lc. 14, 18. — c) postpositâ negatione cum verbo copulatâ, εἷς - - οὐ aut μή, *nullus* (expressius et fortius quam οὐδείς); ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται, Mt. 10, 29; praeterea 5, 18. Lc. 11, 46. 12, 6; qui usus non solum Hebraeorum (quippe peculiari voce, qua notionem *nullius* significarent, carentium), sed etiam Graecorum est (Aristoph. eccl. 153. thesm. 549. Xen. an. 5, 6, 12. Dion. Hal. verb. comp. 18 al.), cf. *Win.* p. 163. — 2) dic. cum emphasi, ut excludantur *alii*, atque εἷς idem sit quod a) *unicus* (ut lat. *unus*); conj. c. nominibus, Mt. 21, 24. Mc. 8, 14 (οὐκ - - εἰ μὴ ἕνα ἄρτον); 12, 6. Lc. 12, 52. Jo. 11, 50. 7, 21. 1 Co. 12, 19. Eph. 4, 5 al.; absol., 1 Co. 9, 24. 2 Co. 5, 14. 2 Tim. 2, 5. Jac. 4, 12 al.; **οὐδὲ εἷς**, *ne unus quidem*, Mt. 27, 14. Jo. 1, 3. Act. 4, 32. Ro. 3, 10. 1 Co. 6, 5; οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός, Ro. 3, 12 e Ps. 14, 3; cf. latinum *omnes ad unum*. — Neutr. **ἕν**, *unum, reliquis exclusis, unum prae ceteris*, Mc. 10, 21. Lc. 18, 22. 10, 42. Jo. 9, 25. Phil. 3, 13. Jac. 2, 10. — b) *solus;* οὐδεὶς - - εἰ μὴ εἷς ὁ θεός, Mc. 2, 7 (pro quo Luc. 5, 21, μόνος ὁ θεός); 10, 18. Lc. 18, 19. — c) *unus idemque* (qui non diversus est a se ipso); Ro. 3, 30. Ap. 17, 13. 17. 18, 8; τὸ ἓν φρονεῖν, Phil. 2, 2; ἓν εἶναι, *non differre*, i. q. *idem valere, eodem loco habendum esse*, 1 Co. 3, 8; εἰς τὸ ἓν εἶναι (v. in εἶναι, n. V, 2, d), 1 Jo. 5, 8; explicatius τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτό, 1 Co. 12. 11; ἓν καὶ τὸ αὐτό τινι, 1 Co. 11, 15. — 3) saepe ita extenuatur numeralis vis vocis, ut vix quidquam differat a pronomine indefinito τὶς vel ab articulo indefinito nostrae linguae (*Win.* §. 18, 9); Mt. 8, 19 (εἷς γραμματεύς); 19, 16. 26, 69. Jo. 6, 9 (παιδάριον ἕν, ubi *Lchm. Tdf. Trg.* ἕν ejecerunt); Ap. 8, 13. 9, 13 (Aristoph. av. 1292. Xen. Cyr. 5, 13, 12. mem. 3, 3, 12. Plat. de rep. 6, p. 494 d. legg. 9, p. 855 d. al., potissimum ap. posterioris aetatis scriptores; eodem modo hebr. אֶחָד, Dan. 8, 3. Gen. 22, 13. 1 Sam. 1, 1. 1 Reg. 20, 13; v. *Gesen.* Lehrgeb. p. 655); **εἷς τις**, Latinorum *unus aliquis*, pr. *unus, nescio quis*, vel *quem appellare nihil attinet;* c. nomine subst., Mc. 14, 51 (quo loco *Lchm.* et *Trg.* εἷς ommittunt); vel seq. genit. Mc. 14, 47 (ubi *Lchm.* et *Trg.* τὶς omittunt); sq. ἐκ, ἐξ c. genit., Lc. 22, 50. Jo. 11, 49 (ἕν τι τῶν ῥημάτων, Judith. 2, 13 et saepe ap. Graecos; cf. *Wetstein.* ad Mc. 14, 51. *Matthiae* §. 487 initio). — 4) ponitur in distributione; a) εἷς - - καὶ εἷς, *unus-alter*, Mt. 17, 4. 20, 21. 24, 40 (*Lchm. Tdf. Trg.*); 41. 27, 38. Mc. 4, 8. 20. 9, 5. 10, 37. 15, 27. Lc. 9, 33. Jo. 20, 12. Gal. 4, 22 (ap. Graecos εἷς μὲν - - εἷς δέ, velut Arist. eth. 6, 1, 5. Xen. Cyr. 1, 2, 4); praefixo articulo, ὁ εἷς, *alter*, Lc. 24, 18 t. vulg. *Grsb.;* sq. ὁ εἷς, *alter, alter*, in t. vulg. et *Grsb.* Mt. 24, 40 et Lc. 17, 34 (*Lchm.* et *Tdf.* sine ὁ); sq. ὁ ἕτερος, Mt. 6, 24. Lc. 7, 41. 16, 13 b. 17, 34 in t. vulg; 18, 10 t. vulg.; Act. 23, 6; εἷς (sine articulo) - - ὁ ἕτερος, Lc. 16, 13 c. d. 17, 34 *Grsb, Lchm. Tdf. Trg.;* 18, 10 *Lchm. Trg.;* πέντε - - ὁ εἷς - - ὁ ἄλλος, Ap. 17, 10. — b) **εἷς ἕκαστος**, *unusquisque*, Act. 2, 6. 20, 31. Eph. 4, 16. Col. 4, 6; sq. gen. partit. Lc. 4, 40. 16, 5. Act. 2, 3. 17, 27. 21, 26. 1 Co. 12, 18. Eph. 4, 7. 1 Th. 2, 11; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 89 s.; ἀνὰ εἷς ἕκαστος (v. in ἀνά n. 2., p. 23), Ap. 21, 21. — c) e soloecismo in fatiscente graecitate non raro (cf. Lucian. soloec. §. 9. *Win.* p. 234. *Bttm.* l. c. p. 26 s. *Fritzsche* ad Mc. p. 613 s.) **καθ' εἷς** et junctim **καθεἷς** (ut aut κατά adverbialiter dicatur, aut εἷς ut indeclinabile usurpetur); ὁ καθ' εἷς, i. q. εἷς ἕκαστος, Ro. 12, 5 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* τὸ καθ' εἷς, *quod unumquemque attinet;* cf. quae in utramque partem de hac lectione disputant *Fritzsche* ad l. T. III, p. 44 et *Meyer*); c. genit. partit. 3 Macc. 5, 34; εἷς καθ' εἷς, *unusquisque, singuli*, Mc. 14, 19. Jo. 8, 9; ut ap. Graecos καθ' ἕνα, καθ' ἕν, de serie, *singuli, deinceps;* καθ' ἕν, *deinceps omnia*, Jo. 21, 25; καθ' ἕνα πάντες, 1 Co. 14, 31 (Xen. venat. 6, 14); καθ' ἓν ἕκαστον, Act. 21, 19 (Xen. Cyr. 1, 6, 27. Ages. 7, 1); ὑμεῖς οἱ καθ' ἕνα ἕκαστος, *vos singuli, quivis*, Eph. 5, 33. — 5) ut hebr. אֶחָד, ponitur pro ordinali πρῶτος, *primus;* μία σαββάτων, primus dies hebdomatis, Mt. 28, 1. Mc. 16, 2. Luc. 24, 1. Jo. 20, 1. 19. Act. 20, 7. 1 Co. 16, 2; ap. Graecos ita tantum c. aliis ordinalibus numeris conjunctum, ut εἷς καὶ τριηκοστός, Hdt. 5, 89. Diod. 16, 71; — Cic. de senect. 5: *uno et octogesimo anno.*)

**εἰς-άγω**, aor. 2. εἰςήγαγον, LXX plerumque pro הֵבִיא, 1) *introduco;* τινά sq. εἰς c. acc. loci, Lc. 22, 54. Act. 9, 8. 21, 28. 29. 37. 22, 24 (ibi pro vulg. ἄγεσθαι); ὧδε, Lc. 14, 21; loco, in quem introducitur, non expresse notato, Jo. 18, 16 (scil. εἰς τὴν αὐλήν); Heb. 1, 6: ὅταν - - εἰςαγάγῃ, λέγει, deus, tempus spectans, *quando primogenitum denuo in orbem terrarum introduxerit* (h. e. tempore τῆς παρουσίας ejus), *dicit* ... — 2) *infero* (*hinein-, hereinbringen*), loco, in quem, non expresse notato, Act. 7, 45 (sc. εἰς τὴν γῆν); Lc. 2, 27 (sc. εἰς τὸ ἱερόν).*

**εἰς-ακούω**, f. σομαι, aor. 1. pass. εἰςηκούσθην, fut. 1. pass. εἰςακουσθήσομαι, LXX persaepe pro שָׁמַע, sed vero etiam pro עָנָה, respondeo; ap. Graecos inde ab Hom. Il. 8, 97; — *aures praebeo* (nostr. *anhören, auf einen, auf etwas hören*), i. e. 1) *monenti obtempero; obedio* (= *ob-audio*); τινός, 1 Co. 14, 21 (Deut. 1, 43. 9, 23. Sir. 3, 6 al.). — 2) *roganti annuo, exaudio;* pass. *exaudior;* dic. a) de iis, qui preces ad deum faciunt, ipsis, Heb. 5, 7 (de quo loco v. in ἀπό I, 3, d. p. 38); Mt. 6, 7. — b) de precibus, quae fiunt, Lc. 1, 13. Act. 10, 31. (Ps. 4, 2. Sir. 31, 26 al.)*

**εἰς-δέχομαι**, f. ξομαι, *benigne excipio*, i. e. ex adj. *favore orno, benevole tracto;* τινά, 2 Co. 6, 17.*

**εἴς-ειμι**, inf. εἰςιέναι, impf. εἰςῄειν (εἶμι), *ingredior, intro;* sq. εἰς c. nomine loci (cf. *Win.* v. comp. 2, p. 11), Act. 3, 3. 21, 26. Heb. 9, 6; πρός τινα, Act. 21, 18.*

**εἰς-έρχομαι**, f. -ελεύσομαι, aor. 2. εἰςῆλθον,

2 ps. plur. εἰςήλθατε (Lc. 11, 52 *Lchm. Tdf. Trg.*); imperat. εἰςέλθατε (Mt. 7, 13 *Lchm. Tdf. Trg.*; v. in ἀπέρχομαι); pf. εἰςελήλυθα, 3 ps. plur. εἰςελήλυθαν (Jac. 5, 4 *Lchm. Tdf. Trg.* pro l. vulg. εἰςεληλύθασι, v. in γίνομαι); LXX maxime pro בּוֹא; — *ingredior, ineo, intro, introeo;* 1) proprie, de personis et animalibus, sq. εἰς c. notatione loci (cf. *Win.* v. comp. 2, p. 12 s.), velut in domum, in urbem aliquam, Mt. 8, 5. 10, 12. Mc. 2, 1. 11, 11. Act. 23, 16. 33 et saepe; — absque loci notatione, ubi loci mentio jam in antecedentibus facta est, ut Mt. 9, 25 Lc. 7, 45. 14, 23. 15, 28 coll. vs. 25; 24, 3. Act. 1, 13. 5, 7. 10. 10, 25. 1 Co. 14, 23 s.; aut e verbis adjunctis facile addi potest, ut Lc. 13, 24. 17, 7; etiam ita adjungitur εἰς, ut significet *inter*, Act. 19, 30. 20, 29; εἰςέρχ. διά τινος, per aliquem locum ingredi aliquo; διὰ τῆς πύλης, per portam ingredi in regnum dei, quod cum palatio comparatur, Mt. 7, 13. Lc. 13, 24; διὰ τῆς θύρας εἰς τ. αὐλήν, Jo. 10, 1 s.; adde Mt. 19, 24 *Grsb. Tdf.*; Lc. 18, 25 t. vulg. *Grsb. Tdf. Trg.*; εἰςέρχ. ὑπὸ τὴν στέγην, ingrediendo sub tectum venire, h. e. ingredi domum, Mt. 8, 8; c. adverbiis; ὅπου, Mc. 14, 14. Heb. 6, 20; ὧδε, Mt. 22, 12; ἔσω εἰς, Mt. 26, 58; εἰς c. acc. personae, in alicujus domum, Act. 16, 40; sed vide de hoc loco supra in εἰς, A. I, 1, a. — εἰςέρχ. πρός τινα, *ad aliquem*, i. e. in ejus domum, adire aliquem, Mc. 15, 43. Lc. 1, 28. Act. 10, 3. 11, 3. 16, 40 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*; 28, 8. Ap. 3, 20; ad plures congregatos, Act. 18, 2. — Praeterea notanda sunt: *a*) phrasis εἰςέρχεσθαι καὶ ἐξέρχεσθαι *ingredi et egredi* (hebr. בּוֹא וְצֵאת, vel inverso ordine צֵאת וּבוֹא plerumque universum vivendi agendique modum denotat, Deut. 28, 6. 1 Sam. 29, 6 al.; cf. *Gesenii* Thes. I, p. 184 s.) dic. de familiari cum aliquo conversatione: ἐν παντὶ χρόνῳ ᾧ εἰςῆλθε κ. ἐξῆλθεν ἐφ᾽ ἡμᾶς ὁ κύριος, = εἰςῆλθε ἐφ᾽ ἡμᾶς κ. ἐξῆλθε ἀφ᾽ ἡμ., Act. 1, 21 (Eur. Phoen. 536: ἐς οἴκους εἰςῆλθε κ. ἐξῆλθ᾽); in imagine de ethicis studiis nulla difficultate impeditis, Jo. 10, 9. — *b*) εἰςέρχ. εἰς jungitur c. nominibus non locum, sed id designantibus, quod in loco agitur; εἰς τοὺς γάμους, Mt. 25, 10; εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου, vs. 21, 23. — *c*) εἰςελθεῖν εἴς τινα dic. de daemonibus vel satana corpus alicujus hominis occupantibus, Mc. 9, 25. Lc 8, 30. 23, 3. Jo. 13, 17. — *d*) dic. de rebus, velut de cibis, qui ab edentibus ingeruntur in os, Mt. 15, 11. Act. 11, 8; in imagine spes dic. ἄγκυρα εἰςερχομένη εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, h. e. spe firmiter confidimus, receptum iri nos in coelum, Heb. 6, 19; querentium voces dicuntur εἰςέρχ. εἰς τὰ ὦτά τινος, h. e. audiri, Jac. 5, 4; de viribus: πνεῦμα ζωῆς εἰςῆλθεν ἐν αὐτοῖς (l. vulg. ἐπ᾽ αὐτούς), e structura praegnante: spiritus vitalis ingressus est eos et mansit in iis, Ap. 11, 11. — 2) Metaphorice dic. *a*) de ingressu in aliquam conditionem, rerum statum, coetum, negotium; εἰς τ. ζωήν, Mt. 18, 8 s. 19, 17. Mc. 9, 43. 45; εἰς τ. βασιλ. τῶν οὐρανῶν s. τοῦ θεοῦ, v. in βασιλεία, n. 3. p. 66; τοὺς εἰςερχομένους, qui intrare conantur, seu potius qui in viam se dederunt, ut ingrediantur, Mt. 23, 13. Lc. 11, 52; absolute dic. εἰςέρχ. de iis, qui coetui Christianorum socios se adjungunt, Ro. 11, 25 (unde 1 Co. 5, 13 distinguuntur οἱ ἔσω et οἱ ἔξω); εἰς τ. κατάπαυσιν, Heb. 3, 11. 18. 4, 1. 3. 5 s. 10 s. 11; εἰς τὴν δόξαν, Lc. 24, 26; εἰς πειρασμόν, incidere in tentationem, Mt. 26, 41. Mc. 14, 38. Lc. 22, 40. 46; εἰς τὸν κόπον τινός (v. in εἰς, B. I, 3), Jo. 4, 38. — εἰςερχεσθ. εἰς τ. κόσμον, *mundum intrare*, est *α*) i. q. *oriri, exsistere, esse incipere;* dic. ita de peccato et morte, Ro. 5, 12; de morte, Sap. 2, 24. Clem. Rom. 1 Co. §. 3 extr.; de idolis, Sap. 2, 24. — *β*) de hominibus, *in vitam venire*, et quidem nascendo, Antonin. 6, 56; per dei creationem, Philo opif. m. §. 25. — *γ*) *in publicum prodire;* 2 Jo. vs. 7; *ad homines ire*, de Christo, Jo, 18, 37; εἰςερχόμ. εἰς τ. κόσμον, *intraturus mundum*, i. e. quum jam in eo esset, ut mundum intraret, videlicet tempore incarnationis suae, Heb. 10, 5. — *b*) de cogitationibus *animum subeuntibus;* εἰςῆλθε διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, e praegnante structura: ingrediendo sedem in iis fixit, Lc. 9, 46. Graeci inde ab Hom. de animi sensis et affectionibus dicunt εἰςέρχεσθαί τινα, velut φόβος, μένος, πόθος al.

εἰς-καλέομαι, οῦμαι (med. verbi εἰςκαλέω), ptcp. aor. 1. εἰςκαλεσάμενος, *ad me in domum meam voco, invito;* τινά, Act. 10, 23.*

εἴςοδος, ου, ἡ (ὁδός), *introitus*, h. e. et *locus* s. *via in aliquem locum ducens* (porta), et *actus ingrediendi;* de hoc solo in N. T.; c. genit. loci τῶν ἁγίων, introitus in sanctuarium, h. e. receptio in coelum, Heb. 10, 19; εἰς τ. βασιλείαν τοῦ κυρίου, 2 Pet. 1, 11; dic. de actu inter aliquos prodeundi ad munus aliquod administrandum, Act. 13, 24; add. πρός τινα, 1 Th. 1, 9. 2, 1.*

εἰς-πηδάω, ῶ, aor. 1. εἰςεπήδησα, *insilio;* εἰς τὸν ὄχλον, Act. 14, 14 t. vulg. (v. in ἐκπηδάω); summo cum impetu irruo, 16, 29. (Xen. Dem. al. — LXX Am. 5, 19.)*

εἰς-πορεύομαι (passiv. verbi εἰςπορεύω, *introduco*, Soph. El. 1285), impf. εἰςεπορευόμην (Mc. 6, 56), *intro, ingredior;* 1) pr. *a*) de personis, sq. εἰς c. acc. loci, Mc. 1, 21. 6, 56. 11, 2. Act. 3, 2; ὅπου, Mc. 5, 40; οὗ, Lc. 22, 10; sine notatione loci, ubi e contextis intelligitur, Luc. 8, 16. 11, 33. 19, 30; κατὰ τοὺς οἴκους, ingredi *singulas* domus, Act. 8, 3; πρός τινα, aliquem adire in ejus domicilio, Act. 28, 30; εἰςπορεύεσθαι κ. ἐκπορεύεσθαι μετά τινος, *versari cum aliquo*, Act. 9, 28 (ἐνώπιόν τινος, Tob. 5, 17; v. in εἰςέρχομαι, n. 1, a). — *b*) de *rebus* ubi dic., est i. q. *inferri, ingeri;* ita de cibis, qui in os ingeruntur, Mc. 7, 15. 18. Mt. 15, 17 (v. εἰςέρχομαι n. 1, d). — 2) metaph. de affectionibus animum subeuntibus, Mc. 4, 19; v. in εἰςέρχομαι, n. 2, b. (Inter antiquiores Graecos hoc verbo utitur solus Xen. Cyr. 2, 3, 21; LXX saepe pro בּוֹא.)*

εἰς-τρέχω, aor. 2. εἰςέδραμον, *intro curro;* Act. 12, 14.

εἰς-φέρω, aor. 1. εἰςήνεγκα, aor. 2. εἰςήνεγκον, *infero;* *a*) τί, sq. εἰς c. acc. loci, 1 Tim. 6, 7; pass. Heb. 13, 11; τινά sc. εἰς τ. οἰκίαν, Lc. 5, 18 s.; τι εἰς τὰς ἀκοάς τινος, *nuntiare alicui aliquid*, Act. 17, 21. (φέρειν τι εἰς τὰ ὦτά τινος, Soph. Aj. v. 149.) — *b*) *induco;* τινὰ εἰς πειρασμόν, Mt. 6, 13. Lc. 11, 4.*

εἶτα, adv. temporis, *tum; deinde; postea;* Mc. 8, 25. Lc. 8, 12. Jo. 13, 5. 19, 27. 20, 27. Jac. 1, 15; addita accuratiore definitione per genit. absol. Mc. 4, 17; ut ap. Graecos ponitur in enumerationibus, ubi ordo pendet aut e successione temporis, ut Mc. 4, 28 (de q. l. v. in εἶτεν); 1 Co. 15, 5—7 (εἶτα - - ἔπειτα - - εἶτα); 15, 24 (ἔπειτα - - εἶτα); 1 Tim. 2, 13; aut e rerum, quae enumerantur, indole et natura, 1 Co. 12, 28 (πρῶτον - - δεύτερον - - τρίτον - - ἔπειτα - - εἶτα [pro quo *Lchm. Tdf. Trg.* ἔπειτα]); in argumentationibus inservit addendo novo argumento, nostr. *sodann;* Heb. 12, 9.*

εἶτε, v. in εἰ n. III, 15.

εἶτεν, rarissima forma pro εἶτα (q. v.), Mc. 3, 28 *Tdf.*

εἴωθα, v. ἔθω.

ἐκ, sequente vocali ἐξ, praepositio regens genitivum, tum exitum vel emissionem ex aliquo, tum separationem ab aliquo, quocum aliquid conjunctum erat, indicans, opposita praeverbiis εἰς,

in, intro, et ἐν, in, intra, *e*, *ex*, nostr. *aus*, *von*, *von - - aus*, *von - - her;* dicitur

I) *de loco*, et quidem 1) univ. *de loco, ex quo; e loco circumcludente, ex interioribus loci partibus;* ἄρτος, ἄγγελος, φῶς ἐξ οὐρανοῦ, Jo. 6, 31 s. Act. 9, 3. Gal. 1, 8; ἀνατολή, δύναμις ἐξ ὑψίστου, Lc. 1, 78. 24, 49; inprimis post verba *eundi*, *fugiendi*, *ducendi*, *vocandi*, *eximendi*, *removendi*, *liberandi* al.; ἥκειν ἐκ Ἰουδαίας εἰς τ. Γαλιλαίαν, Jo. 4, 47; ἐξέρχεσθαι ἔκ τινος, ex alicujus corpore, dic. de daemonibus, Mc. 1, 25. 5, 8. 7, 29; de vi e corpore emanante, 5, 30; ἐκ τῶν μνημείων, 8, 28. Mt. 27, 53; ἐκπορεύεσθαι, Mt. 15, 11. 18 s.; καταβαίνειν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Mt. 28, 2. Jo. 1, 32. 3, 13. 6, 33; ἐξάγειν, Act. 12, 17; φεύγειν, Act. 27, 30; καλεῖν, Mt. 2, 15; translate, ἐκ τοῦ σκότους εἰς τὸ φῶς, 1 Pet. 2, 9; ἐκβάλλειν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ, Mt. 7, 5. Lc. 6, 42 (opp. ἐν τῷ ὀφθαλμῷ); τὶ ἐκ τοῦ θησαυροῦ, Mt. 12, 35. 13, 52; τὸ δαιμόνιον ἔκ τινος, ex alicujus corpore, Mc. 7, 26; ἀποκυλίειν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας, Mc. 16. 3; αἴρειν, Jo. 20, 1 s.; κιγέω, Ap. 6, 14; σώζειν ἐκ γῆς Αἰγύπτου, Jud. vs. 5; διασώζειν ἐκ τῆς θαλάσσης, Act. 28, 4. — translate: ἐκ τῆς χειρός τινος, e potestate alicujus, post ἐξέρχεσθαι, Jo. 10, 39; post ἀπάγειν, Act. 24, 7; post ἁρπάζειν, Jo. 10, 28 s.; post ἐξαιρεῖσθαι, Act. 12, 11; post ῥύεσθαι, Lc. 1, 73; post σωτηρία, Lc. 1, 71. — post πίνειν dic. de re, e qua bibitur; ἐκ τοῦ ποτηρίου, Mc. 26, 27. Mc. 14, 23. 1 Co. 11. 28; ἐκ πέτρας, 1 Co. 10, 4; ἐκ τοῦ φρέατος, Jo. 4, 12; post ἐσθίειν dic. de loco, unde victus accipitur, ἐκ τοῦ ἱεροῦ, 1 Co. 9, 13. — de loco, ex quo aliquid agit is, qui in eo loco est: διδάσκειν ἐκ τοῦ πλοίου, Lc. 5, 3. — Jungitur etiam c. nominibus non locum designantibus, sed id, quod in loco agitur; ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ δείπνου, Jo. 13, 4; ἀναλύειν ἐκ τῶν γάμων, Lc. 12, 36. — 2) *e medio* (*complexu*, *numero*, *coetu*, *societate*) *plurium; a*) post verba *eundi*, *ducendi*, *eligendi*, *removendi* al. *α*) ante nomina collectiva, ut ἐξολοθρεύω ἐκ τοῦ λαοῦ, Act. 3, 23; προβιβάζω s. συμβιβάζω ἐκ τοῦ ὄχλου, Act. 19, 33; ἐκλέγειν ἐκ τοῦ κόσμου, Jo. 15, 19; — ἐκ μέσου τινῶν ἀφορίζειν, Mt. 13, 49; ἐξέρχεσθαι, Act. 17, 33; ἁρπάζειν, 23, 10; ἐξαίρειν, 1 Co. 5, 13; ἐκ πάσης φυλῆς κ. γλώσσης ἀγοράζειν, Ap. 5, 9; ἐκ παντὸς γένους συνάγειν, Mt. 13, 47. — *β*) ante pluralia: ἀνιστάναι τινὰ ἔκ τινων, Act. 3, 22; ἐκ νεκρῶν, Act. 17, 31; ἀνίσταταί τις ἐκ νεκρῶν, Act. 10, 41. 17, 3; ἐγείρειν τινὰ ἐκ νεκρῶν, Jo. 12, 1. 9. 17. Act. 3, 15. 4, 10. 13, 30. Heb. 11, 19 al.; ἡ ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν, Lc. 20, 35. 1 Pet. 1, 3; ἀνάγειν τινὰ ἐκ νεκρῶν, Ro. 10, 7; ἐκλέγειν, Act. 1, 24. 15, 22; καλεῖν, Ro. 9, 24; ἐγένετο ζήτησις ἐκ τῶν . . ., Jo. 3, 25. — *b*) ante voces quantitatem significantes; εἷς, ut Mt. 10, 29. 26, 21. Lc. 14, 18 et saepe; πολλοί, Jo. 11, 19. 45 al.; οἱ πλείους, 1 Co. 15, 6; οὐδείς, Jo. 7, 19. 16, 5 al.; χιλιάδες ἐκ πάσης φύλης, Ap. 7, 4; post indefin. τίς Lc. 11, 15. 12, 13. Jo. 6, 64. 7, 48; τὶς γυνὴ ἐκ τοῦ ὄχλου, Lc. 11, 27; ita ut mente addendum sit τινές, Jo. 9, 40. 16, 17. Ap. 11, 9 (3 Esr. 5, 44); τινάς, Mt. 23, 34. Lc. 11, 49. 21, 16. 2 Jo. vs. 4. Ap. 2, 10; cf. *Fritzsche* Conjectan. p. 36; post interrogat. τίς, *quis;* Mt. 6, 27. Lc. 11, 5 al.; τίς πατήρ, 11, 11; praemisso nomine generis: ἄνθρωπος ἐκ τῶν . . ., Jo. 3, 1. — *c*) εἶναι ἔκ τινων, esse ex aliquorum numero, coetu, societate al.; v. in εἰμί, n. V, 3; p. 123, col. 1. — 3) *de superficie alicujus loci*, ut nonnumquam lat. *ex* pro *de;* nos *vonherab;* καταβαίνειν ἐκ τοῦ ὄρους (Hom. Il. 13, 17. Xen. anab. 7, 4, 12. LXX Ex. 19, 14. 32, 1. Deut. 9, 15. 10, 5. Jos. 2, 23); Mt. 17, 9 (pro usitatiore ἀπὸ τοῦ ὄρ. in t. vulg. et locis parall. Mc. 9, 9. Lc. 9, 37); θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἀπόλλυται (nisi statuere malueris, subesse notionem de capillo *cuti infixo*), Lc. 21, 18. Act. 27, 34; ἐκπίπτειν ἐκ τῶν χειρῶν, de vinculis, quibus manus erant constrictae, Act. 12, 7; κρέμασθαι ἔκ τινος, Act. 28, 4 (1 Macc. 1, 61. 2 Macc. 6, 10; Graeci ita inde ab Hom.); φαγεῖν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου, ea, quae altari erant imposita, Heb. 13, 10. Cognatum est ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ θεοῦ, e loco vel sede apud deum (pro usitatiore ἀπὸ τ. θεοῦ), Jo. 8, 42. — 4) dic. *de directione unde;* ἐκ δεξιῶν, lat. *a dextra*, *von der Rechten aus* = *zur Rechten* v. in δεξιός p. 88 col. 1; ita ἐκ δεξιᾶς, ἐξ ἀριστερᾶς sc. χώρας (etiam ap. Graecos, velut Xen. Cyr 8, 5, 15); ἐξ ἐναντίας, ex adverso, Mc. 15, 39 (Hdt. 8, 6. Sir. 37, 9. 1 Macc. 4, 34. Sap. 4, 20); metaph. ὁ ἐξ ἐναντίας, qui ex adverso est, *adversarius*, Tit. 2, 8; ἐκ ῥιζῶν, inde a radicibus, i. e. radicitus, Mc. 11, 20 (Job. 28, 9. 31, 12). — 5) *de conditione et statu, e quo aliquis excedit vel educitur;* σώζειν ἐκ θανάτου, Heb. 5, 7. Jac. 5, 20; ἔρχεσθαι ἐκ τῆς θλίψεως, Ap. 7, 14; μεταβαίνειν ἐκ τοῦ θανάτου, Jo. 5, 24; add. εἰς τ. ζωήν, 1 Jo. 3, 14; ἐγερθῆναι ἐξ ὕπνου, Ro. 13, 11; ζῶντες ἐκ νεκρῶν, e mortuis (h. e. qui erant mortui) vivi, Ro. 6, 13; ζωὴ ἐκ νεκρῶν, eorum qui erant νεκροί, Ro. 11, 15. (ἐλεύθερος ἐκ δούλου καὶ πλούσιος ἐκ πτωχοῦ γεγονώς, Dem. p. 270 extr.; ἐκ πλουσίου πένητα γενέσθαι καὶ ἐκ βασιλέως ἰδιώτην φανῆναι, Xen. an. 7, 7, 28; γίγνομαι τυφλὸς ἐκ δεδορκότος, Soph. Oed. T. 454; ἔλαφον ἐξ ἀνδρὸς γενέσθαι, Palaeph. 3, 2; adde Lys. adv. Ergocl. init. Tac. 1, 74: „ex pauperibus divites, ex contemtis metuendi.") — Dic. etiam de statu, e quo aliquid facit is, qui in eo versatur; ἐκ πολλῆς θλίψεως γράφειν, 2 Co. 2, 4. — 6) *de qualibet separatione vel alicujus cum aliquo conjunctionis solutione;* ἀναπαύεσθαι ἐκ (exemtum) τῶν κόπων, Ap. 14, 13; ἀνανήφειν ἐκ (expeditum ex) τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, 2 Tim. 2, 26; μετανοῶν ἐκ . . ., Ap. 2, 21 s. 9, 20 s. 16, 11; ἐπιστρέφειν ἐκ (soluto nexu cum) τῆς ἐντολῆς, 2 Pet. 2, 21; τηρεῖν τινα ἐκ . . . . servare remotum a . . ., Jo. 17, 15. Ap. 3, 10; item διατηρεῖν, Act. 15, 29; νικᾶν ἔκ τινος, vincendo se liberare ex alicujus potestate, Ap. 15, 2; ὑψοῦσθαι ἐκ τῆς γῆς, tolli, ita ut ratio solvatur, quae intercedat cum terra, Jo. 12, 32; ἐλεύθερος ἐκ πάντων (praeterea semper ἀπό τινος), 1 Co. 9, 19. — 7) ex hebraismo: ἐκδικεῖν τὸ αἷμά τινος ἐκ χειρός τινος (נָקַם דָּם מִיַּד 2 Reg. 9, 7), caedem alicujus ulcisci in interfectore, Ap. 19, 2; κρίνειν τὸ κρίμα τινὸς ἔκ τινος, vindicare aliquem ab aliquo, Ap. 18, 20 (cf. LXX Ps. 119, 84).

II) *de origine, fonte, causa;* 1) *de generatione et natalibus et stirpe et ortu; a*) post verba *gignendi*, *nascendi* al.; ἐν γαστρὶ ἔχειν ἔκ τινος, Mt. 1, 18 coll. vs. 20; κοίτην ἔχειν ἔκ τ., Ro. 9, 10; γεννᾶν τινα ἐκ c. genit. feminae, Mt. 1, 3. 5 s. 16; γίνεσθαι ἐκ γυναικός, nasci a femina. Gal. 4, 4 coll. vs. 22 s.; γεννᾶσθαι ἐξ αἱμάτων, ἐκ θελήματος σαρκός, Jo. 1, 13; ἐκ τῆς σαρκός, Jo. 3, 6; ἐκ πορνείας, 8, 41; ἐγείρειν τινὶ τέκνα ἐκ, Mt. 3, 9. Lc. 3, 8; (τὶς) ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ, Act. 2, 30 (Ps. 132, 11); ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία, Ro. 2, 27. — Sensu hyperphysico: τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ θεοῦ sc. ὄν, e natura dei, 1 Co. 2, 12 coll. Ap. 2, 11; homines dicuntur γεννᾶσθαι ἐκ πνεύματος, Jo. 3, 5 s. 8; γεγεννημένοι εἶναι ἐκ θεοῦ (v. in γεννάω, n. 2, d; p. 77), id quod etiam dicitur εἶναι ἐκ θεοῦ, 1 Jo. 4, 4. 6. 5, 19 (v. in εἰμί n. V, 3, d). — *b*) εἶναι, γενέσθαι, ἔρχεσθαι al. ἐκ c. nomine urbis, stirpis, populi, generis, familiae al.; *oriundum esse ex*, *proficisci* (*gebürtig sein*, *abstammen*); ἐκ Ναζαρὲτ εἶναι, Jo.

1, 47; ἐκ πόλεως, 1, 45; ἐξ ὧν, scil. πατέρων, Ro. 9, 4; ἐξ οἴκου τινός, Lc. 1, 27. 2, 4; ἐκ γένους, Phil. 3, 5. Act. 4, 6; Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, Phil. 3, 5; ἐκ φυλῆς, Lc. 2, 36. Act. 13, 21. Ro. 11, 1; ἐξ Ἰούδα, Heb. 7, 14; ἐκ σπέρματός τινος, Jo. 7, 42. Ro. 1, 3. 11, 1; nullo verbo adjecto: ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί, e paganis nati peccatores, Gal. 2, 15; de patria, quam aliquis habet, dic. εἶναι ἐκ τῆς ἐξουσίας Ἡρώδου, Lc. 23, 7; ἐξ ἐπαρχίας, Act. 23, 34; ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, Jo. 3, 31. — 2) *de quavis alia origine;* καπνὸς ἐκ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, Ap. 15, 8; ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν, prodit e Judaeis, Jo. 4, 22; εἶναι ἔκ τινος, ab aliquo proficisci auctore, Mt. 5, 37. Jo. 7, 17. 22. Ro. 2, 29. 2 Co. 4, 7. 1 Jo. 2, 16. 21 al.; ita ut ἐστίν cogitatione sit addendum: Ro. 11, 36. 1 Co. 8, 6 (v. in εἰς II, 3, c, α); 11, 12. 2 Co. 3, 5. 5, 18. Gal. 5, 8; ἔργα ἐκ τοῦ πατρός μου, facta, quorum auctor est pater, h. e. quae patris vi instructus edidi, Jo. 10, 32; οἰκοδομὴ ἐκ θεοῦ, cujus auctor est deus, 2 Co. 5, 1; χάρισμα, 1 Co. 7, 7; δεδομένον ἐκ τοῦ πατρός, Jo. 6, 65; adde 18, 3. 1 Co. 7, 7; — ἡ ἐκ θεοῦ δικαιοσύνη, quae a deo proficiscitur, h. e. adjudicatur, Phil. 3, 9; ἡ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπη, amor a vobis proficiscens in nobis sedem figens, h. e. amor vester, cujus efficaciam experimur, 2 Co. 8, 7; ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος, vestrum studium, 9, 2; βλασφημία ἔκ τινος, convicia ab aliquo sparsa, Ap. 2, 9; εἶναι ἐξ οὐρανοῦ, ἐξ ἀνθρώπων, v. in εἰμί, n. V. 3, c; injuncta notione naturae et indolis ex origine natae: οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, non est terrestris originis nec terrestris naturae, Jo. 18, 36; ἐκ τῆς γῆς ἐστιν, terrestris naturae est, 3, 31; ἐκ τῆς γῆς λαλεῖν, loqui ut fert terrestris origo, ibid.; *e deo esse* dicuntur humanae virtutes, quippe quae πρωτότυπον suum habeant in deo et per vim ejus in animis efficiantur, ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν, Jo. 4, 7. — 3) *de materie, ex qua aliquid conficitur, conformatur, componitur;* ἡ γυνὴ ἐκ τοῦ ἀνδρός, e costa viri, 1 Co. 11, 12; στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, Mt. 27, 29. Jo. 19, 2; adde Jo. 2, 15. 9, 6. Ro. 9, 21. 1 Co. 15, 47. Ap. 18, 12. 21, 21. — Affinis est 4) usus *de pretio,* quia pecunia quasi mutatur in id, quod emitur (usitatior est nudus genitivus de pretio, cf. *Win.* p. 194); ἀγοράζειν τι ἔκ τινος, Mt. 27, 7 (Bar. 6, 25); κτᾶσθαι ἐκ, Act. 1, 18 (ὠνεῖσθαι ἐκ, Palaeph. 46, 3 s.); συμφωνεῖν ἐκ δηναρίου (quia pactum nascitur e promisso denario), Mt. 20, 2. Cognata est phrasis ποιεῖν ἑαυτῷ φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ, Lc. 16, 9. — 5) inprimis post verba neutra et passiva dic. de *causa* (*sive re, s. persona*), *qua adjuvatur, sustentatur, efficitur id, quod verbo adjuncto exprimitur;* ὠφελεῖσθαι ἔκ τινος, Mt. 15, 5. Mc. 7, 11; ζημιοῦσθαι, 2 Co. 7, 9; λυπεῖσθαι, 2, 2; potissimum in apocalypsi: ἀδικεῖσθαι, Ap. 2, 11; ἀποθανεῖν, 8, 11. 9, 18; φωτίζεσθαι, 18, 1; σκοτίζεσθαι, 9, 2; πυροῦσθαι, 3. 18; γεμίζεσθαι, 15, 8 (cf. Jes. 6, 4). Jo. 6, 13; γέμειν, Mt. 23, 25 (ubi *Lchm.* ἐξ omittit); πληροῦσθαι, Jo. 12, 3; χορτάζεσθαι, Ap. 19, 21; πλουτεῖν, 18, 3 19; μεθύσκεσθαι, μεθύειν, 17, 2. 6; ζῆν ἐκ, Ro. 1, 17. 1 Co. 9, 14. Gal. 3, 11; αὔξησιν ποιεῖσθαι, Eph. 4, 16. Col. 2, 19; τελειοῦσθαι, Jac. 2, 22; κεκοπιακώς, Jo. 4, 6. (Ael. v. h. 3, 23: ἐκ τοῦ πότου ἐκάθευδεν). Etiam post activa; γεμίζειν, Jo. 6, 13. Ap. 8, 5; ποτίζειν, Ap. 14, 8. — 6) *de eo, unde aliquid pendet* aut *ex quo aliquid consequitur;* οὐκ ἔστιν ἡ ζωὴ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, non pendet ex opibus = opes tutari nequeunt vitam, Lc. 12, 15; εὐπορία ἡμῶν ἐστιν ἐκ τῆς ἐργασίας ταύτης, Act. 19, 25; τὸ ἐξ ὑμῶν, quantum e vobis pendet, Ro. 12, 18; in paulinis dictionibus δίκαιος, δικαιοσύνη, δικαιοῦν ἐκ πίστεως, ἐξ ἔργων, vide supra p. 103; ἐξ (*in Folge von*) ἔργων λαβεῖν τὸ πνεῦμα, Gal. 3, 2. 5; ἐξ ἀναστάσεως λαβεῖν τοὺς νεκρούς, Heb. 11, 35; ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, 2 Co. 13, 4; adde Ro. 11, 6. Gal. 3, 18. 21 s. Eph. 2, 8 s. — 7) *de potestate, e qua aliquis pendet, qua agitur et regitur, cujus indolem refert;* ἐκ θεοῦ (= θεόπνευστον) λαλεῖν, 2 Co. 2, 17; in joanneis dictionibus, εἶναι ἐκ θεοῦ, Jo. 8, 47 (alio sensu supra II, 1, a); ἐκ τοῦ διαβόλου, ἐκ τοῦ πονηροῦ, ἐκ τοῦ κόσμου, v. in εἰμί n. V, 3, d; ἐκ τῆς ἀληθείας εἶναι, veri cognoscendi studio duci, veri amantem esse, Jo. 18, 37. 1 Jo. 3, 19; οἱ ἐκ νόμου, legi subditi, Ro. 4, 14; οἱ ἐξ ἐριθείας = οἱ ἐριθευόμενοι, Ro. 2, 8; ὁ ἐκ πίστεως = ὁ πιστεύων, 3, 26. 4, 16. — εἶναι ἔκ τινος etiam est *ex aliquo nexum esse* i. q. *cum eo connexum esse; rem habere cum eo;* v. in εἰμί n. V, 3, d; unde periphrasis οἱ ἐκ περιτομῆς, *circumcisi,* Act. 11, 2. Ro. 4, 12. Gal. 2, 12; οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς, Col. 4, 11; οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοί, Christiani e Judaeis, Act. 10, 45. — 8) *de causa, ob quam;* ἐκ τοῦ πόνου, *prae dolore,* Ap. 16, 10; *de ratione, ob quam;* Ap. 8, 13. 16, 11; ἐκ τούτου, Jo. 6, 66. 19, 12; cf. *Meyer* ad ll. — 9) *de copia, de qua aliquid sumitur, datur, accipitur, editur, bibitur;* λαμβάνειν ἐκ, Jo. 1, 16. 16, 14 s.; διδόναι, διαδιδόναι, Mt. 25, 8. Jo. 6, 11. 1 Jo. 4, 13; ἐσθίειν, 1 Co 9, 7. 11, 28; φαγεῖν, Jo. 6, 26. 50 s. Ap. 2, 7; μετέχειν, 1 Co. 10, 17 (sed v. in μετέχω); πίνειν, Mt. 26, 29. Mc. 14, 25. Jo. 4, 13 s. Ap. 14, 10. 18, 3 (aliter supra sub n. I, 1); λαλεῖν ἐκ τῶν ἰδίων, Jo. 8, 44; ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας, Mt. 12, 34; ἐκβάλλειν, ib. vs. 35; βάλλειν ἐκ (partem), Mc. 12, 44. Lc. 21, 4. — 10) *de eo, ex quo aliquid acquiritur;* συλλέγειν ἐξ ἀκανθῶν, τρυγᾶν ἐκ βάτου, Lc. 6, 44; θερίζειν ἐκ, Gal. 6, 8. — 11) *de toto, cujus pars est aliquid;* 1 Co. 12, 15 s. — 12) *de fonte; a*) univ. ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα, Jo. 12, 49. (οὐδὲν ἐκ σαυτῆς λέγεις, Soph. El. 344.) — *b*) *de fonte actionum in statu animi, ejus sensis, virtutibus, vitiis, quaerendo;* ἐκ καρδίας, Ro. 6, 17; ἐκ ψυχῆς, Eph. 6, 6. Col. 3, 23 (1 Macc. 8, 27; ἐκ τῆς ψυχῆς ἀσπάζεσθαι Xen. Oec. 10, 4); ἐκ καθαρᾶς καρδίας, 1 Tim. 1, 5. 2 Tim. 2, 22. 1 Pet. 1, 22; ἐξ ὅλης τῆς καρδίας - - ψυχῆς - - διανοίας κτλ., Mc. 12, 31 s. (Sap. 8, 21. 4 Macc. 7, 18); ἐκ πίστεως, Ro. 14, 3; ἐξ εἰλικρινείας, 2 Co. 2, 17; ἐξ ἐριθείας, Phil. 2, 16. — *c*) *de principio cognitionis;* κατηχεῖσθαι ἐκ, Ro. 2, 18; ἀκούειν ἐκ, Jo. 12, 34; γινώσκειν, Mt. 12, 33. Lc. 6, 44. 1 Jo. 4, 6; ἐποπτεύειν, 1 Pet. 2, 12; — δεικνύναι, Jac. 1, 18; ὁρίζειν, declarare, comprobare, Ro. 1, 4. — 13) *de eo, ex quo norma judicandi vel agendi petitur;* german. *nach;* κρίνειν ἐκ, Lc. 19, 22. Ap. 20, 12 (Xen. Cyr. 2, 2, 21: ἐκ τῶν ἔργων κρίνεσθαι); δικαιοῦν, καταδικάζειν, Mt. 12, 37; ὀνομάζειν ἐκ, Eph. 3, 15 (Hom. Il. 10, 68. Soph. Oed. R. 1036 al.); ἐκ τοῦ ἔχειν, pro facultatibus, 2 Co. 8, 11.

III) Ex *attractione* Graecis frequentata (cf. *Win.* §. 66, 6) duae praepositiones quasi in unam coalescunt, ut ἐκ dici videatur pro ἐν, ita ἆραι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ concise dicitur pro τὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ ἐξ αὐτῆς, Mt. 24, 17; ὁ πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ δώσει pro ὁ πατὴρ ὁ ἐν οὐρανῷ δώσει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Lc. 11, 13; τὴν ἐκ Λαοδικείας ἐπιστολήν pro τὴν εἰς Λαοδικ. γεγραμμένην καὶ ἐκ Λαοδικείας κομιστέαν, Col. 4, 16. (2 Macc. 3, 18.)

IV) *de tempore;* 1) *de termino a quo;* lat. *ex, inde a,* nos: *von, von - - an, seit;* ἐκ χρόνων ἱκανῶν, Lc. 8, 27; ἐκ γενετῆς, Jo. 9, 1 (Hom. Il. 24, 535. Od. 18, 6); ἐκ κοιλίας μητρός (v. in κοιλία); ἐκ νεότητος. Mt. 19, 20. Mc. 10, 21. Lc. 18, 21. Act. 26, 4 (Hom. Il. 14, 86); ἐκ τοῦ αἰῶνος (v. in αἰών, p. 13), Jo. 9, 32 (Ael. v. h. 6, 13. 12, 64: ἐξ αἰῶνος);

ἐξ αρχῆς, Jo. 6, 64. 16, 4; *ἐκ γενεῶν ἀρχαίων*, Act. 15, 21; *ἐξ ἐτῶν ὀκτώ*, 9, 33; *ἐκ πολλῶν ἐτῶν*, 24, 10; *ἐξ αὐτῆς* (sc. ὥρας), *illico*, *protinus* (v. in ἐξαυτῆς); *ἐξ ἱκανοῦ*, a multo inde tempore, Lc. 23, 8 (*ἐκ πολλοῦ*, Thuc. 1, 68. 2, 88); c. adv. *ἐκ παιδιόθεν*, Mc. 9, 21 *Lchm. Tdf. Trg.* (*ἐκ πρωΐθεν*, 1 Macc. 10, 80); cf. *Win.* §. 65, 2. Plurimi intpp. *ἐκ τούτου*, Jo. 6, 66. 19, 12 reddunt *ex hoc tempore*, sed cf. supra in n. II, 8. — 2) de *ordine et serie temporis; ἐκ δευτέρου* (quasi: *ausgehend, anhebend vom Zweiten*), *secunda vice* (v. in *δεύτερος*); *ἐκ τρίτου*, Mt. 26, 44; *ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, diem ex die* (Cic. ad Att. 7, 26. Caes. b. g. 1, 16, 4), *diem de die* (Liv. 5, 48; *einen Tag nach dem anderen*), 2 Pet. 2, 8 Gen. 39, 10. Num. 39, 50. Sir. 5, 7. Eur. Rhes. 437 al.; *ἔτος ἐξ ἔτους*, Lev. 25, 50; *ἐνιαυτὸν ἐξ ἐνιαυτοῦ*, Deut. 50, 20).

V) *Adverbiales locutiones*, quibus subest notio 1) *directionis unde; ἐξ ἐναντίας*, cf. supra in I, 4. — 2) *fontis; ἐκ συμφώνου, e consensu. ex composito*, 1 Co. 7, 5; *ἐξ ἀνάγκης*, coacte, 2 Co. 9. 7; necessario, Heb. 7. 12. — 3) *normae; ἐκ μέρους*, ita ut quisque pars sit totius (*antheilmässig*), 1 Co. 12, 27; cf. *Meyer* ad l.; *ex parte* (*stückweise*), 1 Co. 13, 9; *ἐκ μέτρου = μετρίως, modice, parce*, Jo. 3, 34; *ἐκ ἰσότητος*, aequali ratione, 2 Co. 8, 13 (*ἐξ ἴσου*, Hdt. 8, 35 al.); *ἐκ περισσοῦ*, supra modum, Mc. 6, 51.

VI) In *compositionibus* denotat *ἐκ* 1) egressum; *ἐκβαίνω, ἐξέρχομαι*. — 2) emissionem, remotionem, separationem; *ἐκβάλλω. ἐκπέμπω, ἐξαιρέω*. — 3) ortum; *ἔκγονος*. — 4) id quod foras vel palam fit; *ἐξαγγέλλω*. — 5) oppositam sibi habet notionem rei colligatae et convolutae; *ἐκτείνω, ἐκπετάννυμι*. — 6) est i. q. *funditus, ex omni parte, παντελῶς*, denotans absolutionem et perfectionem; *ἐκπληρόω, ἐκτελέω*. Cf. *Fritzsche* ad Matth. p. 120 s.

**ἕκαστος**, *η, ον*, LXX pro אִישׁ; *quisque, singuli; a*) copulat. c. subst. *ἕκαστον δένδρον*, Lc. 6, 44; *ἑκάστῳ στρατιώτῃ*, Jo. 19, 23; *κατὰ μῆνα ἕκαστον*, quovis mense, Ap. 22, 2; *καθ' ἑκάστην ἡμέραν*, Heb. 3, 13; cf. *Win.* p. 106; *Bttm.* ntl. Gr. p. 105, 30; praeposito *εἷς*, lat. *unusquisque;* c. substant. Eph. 4, 16. Ap. 22, 2 t. vulg. — *b*) substantive; Jo. 7, 53. Act. 4, 35. Ro. 2, 6. Gal. 6, 4 al.; semel plur. *ἕκαστοι*, Ap. 6, 11 t. vulg. — addito genit. partit. *ἡμῶν*, Ro. 14, 12; *ὑμῶν*, Lc. 13, 15. 1 Co. 1, 12. Heb. 6, 11; *αὐτῶν*, Jo. 6, 7; *τῶν σπερμάτων*, 1 Co. 15, 38. — *εἷς ἕκαστος, unusquisque* (v. in *εἷς*, n. 4, b); absque genit. partit. Act. 29, 31. Col. 4, 6; c. genit. partit. Lc. 4, 40. Act. 2, 3. 17, 27. 1 Co. 12, 18 al. — *ἕκαστος*, quum *singulos* et *unumquemque e pluribus* denotet, saepe appositionis loco applicatur nominibus et pronominibus et verbis in plurali positis (*Matthiae* II. p. 764 s.); *ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος*, Act. 2, 8; *σκορπισθῆτε ἕκαστος*, Jo. 16, 32; *ἐπορεύοντο πάντες - -, ἕκαστος . . .*, Lc. 2, 3; adde Act. 3, 26. 1 Pet. 4, 10. Ap. 5, 8. 20, 13; item *εἷς ἕκαστος*, Act. 2, 6. 11, 29; *ὑμεῖς οἱ καθ' ἕνα ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἀγαπάτω*, vos singuli, unusquisque, Eph. 5, 33. — ex imitatione hebr. *ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ* (אִישׁ לְאָחִיו, Gen. 26, 31), Mt. 18, 35; *μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ* (אִישׁ אֶל רֵעֵהוּ, Jud. 6, 29 al.), Eph. 4, 25 coll. Heb. 8, 11 t. vulg.

**ἑκάστοτε**, adv., *quovis tempore, semper;* 2 Pet. 1, 15. (Hdt. Thuc. Xen. Plat. al.)*

**ἑκατόν**, *οἱ, αἱ, τά, centum;* Mt. 13, 8 (sc. *καρπούς*); 18, 12. Jo. 19, 39 al.

**ἑκατονταέτης**, *ες* et **ἑκατονταετής**, *ές* (ex *ἑκατόν* et *ἔτος*. De scriptorum, librariorum et grammaticorum in accentu notando inconstantia v. *Lob.* ad Phryn. p. 406. *Win.* §. 6, 1. *Bttm.* ntl. Gr. p. 26), *centenarius, centum annos natus;* Ro. 4, 19. (Pind. Pyth. 402.)*

**ἑκατονταπλασίων**, *ον, centuplus, centuplex, centuplicatus;* Mt. 19, 29 t. vulg. *Grsb.;* Mc. 10, 30. Lc. 8, 8. (2 Sam. 24, 3. Xen. oec. 2, 1.)*

**ἑκατοντάρχης**, *ου, ὁ*, (*ἄρχω* — de terminationibus *αρχης* et *αρχος* v. quae uberius docet *Win.* p. 60. coll. *Bttm.* ntl. Gr. p. 64. *Bornemann*, Schol. ad Luc. p. 151 s.), *centurio;* Mt. 8, 13 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* Lc 7, 6 *Tdf.;* Act. 10, 1. 22. 21, 32 *Lchm. Tdf. Trg.;* 24, 23. 27, 1. 6 *Lchm. Tdf. Trg.;* vs. 11 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* vs. 31. 43 *Lchm. Tdf. Trg.;* genit. plur. ap. *Tdf.* Act. 23, 17. 23. (Aeschyl. ap. Athen. 1, 11 e. Hdt. 7, 81. Dion. Hal., Plut. al.) v. vocem seq.

**ἑκατόνταρχος**, *ου, ὁ*, i. q. *ἑκατοντάρχης*, q. v.; Mt. 8, 5. 8. 13 t. vul.; 27, 54. Lc. 7, 2. 6 23, 47. Act. 21, 32 t. vulg. *Grsb.;* 22, 25 s. 27, 6 et 43 et 28, 16 t. vulg. *Grsb.;* genit. plur. Act. 23, 17 et 23 t. vulg. *Grsb. Lchm. Trg.* (Xen. Cyr. 5, 3, 41; Plut. al.)*

**ἐκ-βαίνω**, aor. 2. *ἐξέβην, egredior;* Heb. 11, 15 *Lchm. Tdf. Trg.**

**ἐκ-βάλλω**, impf. 3 ps. plur. *ἐξέβαλλον* (Mc. 6, 13), fut. *ἐκβαλῶ*, plusqpf. *ἐκβεβλήκειν* (sine augmento, Mc. 16, 9; cf. *Win.* p. 73. *Bttm.* ntl. Gr. p. 31); aor. 2. *ἐξέβαλον*, aor. 1. pass. *ἐξεβλήθην*, fut. *ἐκβληθήσομαι*, — LXX plerumque pro גֵּרַשׁ, passim pro הוֹצִיא, הוֹרִישׁ, הִשְׁלִיךְ; — *ejicio; expello; emitto;* — 1) *inclusa majoris minorisve violentiae notione: a*) *expello;* aliquem, Mt. 21, 12. Mc. 11, 15. Jo. 2, 15 (*ἐκ*); Lc. 20, 12 al.; pass. Mt. 8, 12; *δαιμόνια*, Mt. 7, 22. 8, 16. 31 9, 33. Mc. 1, 34. 39. Lc. 11, 20. 32 al.; *ἔκ τινος*, Mc. 7, 26; *ἀπό*, 16, 9; *ἔν τινι, per*, Mt. 9, 34. 12, 24. 27 s. Mc. 3, 22. Lc 11, 15. 19 s.; *τῷ ὀνόματί τινος*, Mt. 7, 22; *λόγῳ*, 8, 16; *ἐπὶ τῷ ὀν. τινος*, Lc. 9, 49. Mc. 9, 38; *τινὰ ἔξω τῆς πόλεως*, Lc. 4, 29. Act. 7, 58. — *b*) *ejicio; τινά* sq. *ἔξω*, Jo. 6, 37. 9, 34 s. 12, 31 (sc. e mundo, h. e. vi, efficacia, quam in mundo exercet, privabitur); Lc. 13, 28; *ἔξω* c. genit. Mt. 21, 39. Mc. 12, 8. Lc. 20, 15. — *aliquid;* excrementa e ventre in latrinam, Mt. 15, 17; med. *ἐκβαλλόμενοι* (h. e. *sibi*, quo facilius navem et cum ea vitam sibi servarent) *τὸν σῖτον εἰς τ. θάλασσαν*, Act. 27, 38. — *c*) *exturbo* aliquem e societate; exturbando dimitto e familia, Gal. 4, 30 (Gen 21, 10); *ἐκ τῆς ἐκκλησίας*, 3 Jo. vs. 10. — *d*) *discedere aliquem cogo; ἀπὸ τῶν ὁρίων*, Act. 13, 50; *discedere aliquem jubeo* etsi non asperis, tamen severis verbis utens, Mt. 9, 25. Mc. 5, 40. Act. 9, 40, 16, 37 (quo loco distinguitur ab *ἐξάγειν*); ad negotium aliquod gerendum aliquem abire jubeo, Mt. 9, 38. Lc 10, 2. — *e*) ita dic., ut impetus egredientis transferatur ad emittentem; *impero* aut *efficio*, ut *aliquis festinanter discedat;* Mt. 1, 43. Jac. 2, 25; *τὰ πρόβατα*, emitto e caula, quae exinde erumpunt, Jo. 10, 4. — *f*) *extraho cum vi* (*herausreissen*), *τί*, Mc. 9. 47. — *g*) injuncta notione de vi adversam vim superante: *efficio, ut aliquid recto cursu spectatum finem obtineat; τὴν κρίσιν εἰς νῖκος*, Mt. 12, 20. — *h*) *cum contemtu rejicio; aspernor* (*verwerfen*); *τὸ ὄνομά τινος ὡς πονηρόν*, Lc. 6, 22. (Plat. Crit. p. 46 b. de rep. 2, p. 377 c. Soph. OC. 637. 642; de explosis histrionibus, Dem. p. 449, 19.). — 2) *sine violentiae notione: a*) *extraho* (*herausziehen*); rem alii insertam; *τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ*, Lc. 6, 42; *ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ*, ibid. et Mt. 7, 5; *ἀπὸ τοῦ ὀφθ.* vs. 4 (ubi *Lchm. Tdf. Trg. ἐκ*). — *b*) *expromo, depromo, promo, profero; τὶ ἐκ τοῦ θησαυροῦ*, Mt. 12, 35. 13, 52; nummum e marsupio, Lc. 10, 35. — *c*) *excipio, eximo*, i. e. *non recipio* (*ausnehmen*); *τί*, sq. *ἔξω*, Ap. 11, 2 (exime

de mensurandis = *μὴ αὐτὴν μετρήσῃς*). — *d*) sq. *εἰς* c. acc. loci, *vi cui resisti nequit, aliquem abduco aliquo;* Mc. 1, 12.

**ἔκβασις**, *εως, ἡ* (*ἐκβαίνω*), 1) *egressus* (Hom. et al.), translate dic. de egressu e tentatione, quippe in quam homo *εἰςέρχεται* s. *εἰςφέρεται* (v. haec verba suis in locis), 1 Co. 10, 13. — 2) significatu a profanis alieno: *exitus* i. q. *finis;* dic. de fine vitae, Sap. 2, 17; *τῆς ἀναστροφῆς τινων*, Heb. 13, 7 non est simpliciter finis vitae physicae, sed modus, quo vitam bene actam absolverunt mente, quam prodiderunt moriendo; cf. *Delitzsch* ad l.*

**ἐκβολή**, *ῆς, ἡ* (*ἐκβάλλω*), *a*) *ejectio.* — *b*) speciatim *jactura*, h. e. mercium et onerum ejectio, qua nautae tempore procellae navem levant, ne submergatur: Aesch. sept. 769. Arist. eth. nic. 3, 1, 5. Lucian. de merc. cond. 1; *ποιεῖσθαι ἐκβολήν*, Latinorum *jacturam facere*, Act 27, 18; add. *τῶν σκευῶν*, LXX Jon. 1, 5; *τῶν φορτίων*, Pollux 1, 99.*

**ἐκ-γαμίζω**, impf. pass. *ἐξεγαμιζόμην* (*ἐκ*, e domo), *in matrimonium* s. *nuptum do, colloco;* filiam, 1 Co. 7, 38 t. vulg. *Grsb.;* Mt. 24, 38 t. vulg. *Grsb. Trg.* — pass. *nubo*, Mt. 22, 30 (Lc. 17, 27 t. vulg. *Grsb.*); v. in *γαμίζω*. Praeter hos locos non exstat.

**ἐκ-γαμίσκω**, i. q. *ἐκγαμίζω*, q. v. — pass. Lc. 20, 34 s. t. vulg. *Grsb.* Cf. in *γαμίσκω* et *Fritzsche* ad Mc. p. 529 ss. Praeterea non habetur.

**ἔκγονος**, *ον* (*ἐκγίνομαι*), *ortus ex aliquo, progenitus, procreatus* (Hom. et sqq.); dic. plerumque substantive *ὁ, ἡ ἔκγονος, οἱ ἔκγονοι, filius, filia, suboles, posteri, liberi, filii, nepotes;* ap. LXX plerumque neutr. plur. *ἔκγονα* et *τὰ ἔκγονα* pro פְּרִי, Deut. 7, 13. 28, 4 al.; צֶאֱצָאִים, Jes. 48, 19. 61, 9; בֵּן, Jes. 49, 15; adde Sir. 40, 15. 44, 11 al.; — in N. T. semel 1 Tim. 5, 4 *τέκνα ἢ ἔκγονα, nepotes.**

**ἐκ-δαπανάω**, fut. 1. pass. *ἐκδαπανηθήσομαι, impendendo exhaurio, absumo; τὰς προσόδους*, Pol. 25, 8, 4. — passivum reflexive, *me ipse absumo*, sq. *ὑπέρ τινος*, dic. de eo, qui vires et vitam in procuranda aliorum salute absumit, 2 Co. 12, 15; cf. *Kypke* ad l.*

**ἐκ-δέχομαι**, impf. *ἐξεδεχόμην* (*ἐκ*, alicunde, ex aliquo), 1) *excipio, suscipio, accipio* (Aeschyl. Hdt. sqq.). — 2) *exspecto; τί*, Jo. 5, 3. Heb. 11, 10. Jac. 5, 7; *τινά*, Act. 17, 16. 1 Co. 16, 11; *ἀλλήλους ἐκδέχεσθε*, exspectate vos invicem, sc. donec suum quisque cibum acceperit, 1 Co. 11, 33 coll. vs. 21; sq. *ἕως . . .*, Heb. 10, 13. Rarius hoc significatu ap. profanos, ut Soph. Phil. 123; Apollod. 1, 9, 27; *ἕως ἂν γένηταί τι*, Dion. H. antt. 6, 67.*

**ἔκδηλος**, *ον* (*δῆλος*), *evidens, conspicuus;* 2 Tim. 3, 9. (Hom. Il. 5, 2. Dem. p. 24, 10. Polyb.)*

**ἐκδημέω**, *ῶ*, inf. aor. 1. *ἐκδημῆσαι* (*ἔκδημος*), 1) *peregre proficiscor* (Hdt. Soph. Plat. Joseph. al.); hinc univ. *emigro, discedo; ἐκ τοῦ σώματος*, e corpore tanquam terrestri animi domicilio, 2 Co. 5, 8. — 2) *peregrinor, peregre absum;* 2 Co. 5, 9; *ἀπὸ τοῦ κυρίου*, apud quem mansio nobis promissa est, 2 Co. 5, 6; quibus locis oppon. *ἐνδημῶ.**

**ἐκ-δίδωμι**, med. fut. *ἐκδώσομαι*, 3 ps. sing. aor. 2. *ἐξέδοτο*, *Tdf.:* *ἐξέδετο* (v. in *ἀποδίδωμι* p. 41) verbum Graecis inde ab Hom. Il. 3, 459 frequentatum; — *e domo, e potestate mea, e manu, e penu do; edo, dedo, trado;* hinc etiam *eloco* (*verpachten, verdingen*), Hdt. 1, 68; *γεωργίαι . . . ἐκδεδομέναι δούλοις*, Plat. legg. 7, 806 et ap. al. In N. T. med. *in meum commodum eloco*, Mt. 21, 33. 41. Mc. 12, 1. Lc. 20, 9.*

**ἐκ-δι-ηγέομαι**, *οῦμαι*, dep. med. pr. *totum enarro;* univ. *enarro, expono; τί*, Act. 13, 41 (Hab. 1, 5); 15, 3. (Joseph. Galen. LXX.)

**ἐκδικέω**, *ῶ*, f. *ήσω*, aor. 1. *ἐξεδίκησα* (*ἔκδικος*, q. v.), LXX pro נִקַּם, פָּקַד, שָׁפַט; — *a*) *τινά, jus vindico alicui*, Lc. 18, 5 (1 Macc. 6, 22); *τινὰ ἀπό τινος, tueor, defendo aliquem ab aliquo*, ibid. vs. 3; *ἑαυτόν, ulcisci se*, Ro. 12, 19. — *b*) *τί, ulciscor aliquid* (i. e. punio aliquem propter aliquid); *τὴν παρακοήν*, 2 Co. 10, 16; *τὸ αἷμα τινὸς ἀπό* vel *ἔκ τινος*, ulciscendo reposco alicujus sanguinem ab aliquo, h. e. caedis in aliquo patratae poenam repeto ab interfectore, Ap. 6, 10. 19, 2; v. in *ἐκ*, n. I, 7. (ap. Graecos inde a Diod.)*

**ἐκδίκησις**, *εως, ἡ* (*ἐκδικέω*, q. v.) LXX pro נְקָמָה et נָקָם, פְּקֻדָּה, מִשְׁפָּט (Ez. 16, 37. 23, 45) et שְׁפָטִים; *vindicta; ultio; poena;* Ro. 12, 19 et Heb. 10, 30 e Deut. 32, 35; 2 Co. 7, 11. Lc. 21, 22; *ποιεῖν τὴν ἐκδίκησίν τινος*, aliquem vindicare ab injuriis, Lc. 18, 7 s.; *τινί*, aliquem (injuria affectum) ulcisci, Act. 7, 24 (Jud. 11, 36); *ἐκδίκησίς τινος*, gen. obj., *punitio alicujus*, 1 Pet. 2, 14; *διδόναι ἐκδίκησίν τινι*, poenas infligere alicui, 2 Th. 1, 8; cf. Ez. 25, 14. (Pol. 3, 8, 10.)*

**ἔκδικος**, *ον* (*δίκη*, jus, justitia, poena), 1) *expers juris et justitiae* (cf. lat. *exlex*), *injustus;* Aesch. Soph. Eur. Ael. n. an. 16, 5. — 2) *poenam repetens ab* (*ἐκ*) *aliquo; ultor, vindex;* Ro. 13, 4; *περί τινος*, 1 Th. 4, 6. (Sap. 12, 12. Sir. 30, 6. 4 Macc. 15, 26. Hdian. 7, 4, 10.)*

**ἐκ-διώκω**, f. *-διώξω*, aor. 1. *ἐξεδίωξα*, 1) *expello; τινά*, Lc. 11, 49. (Thuc. 1, 24. Luc. Tim. 10. LXX 1 Chr. 8, 13. Joel 8, 20 al.) — 2) *persequor;* i. q. *infesto; calamitatibus premo; τινά*, 1 Th. 2, 15 (Ps. 119, 157. Sir. 30, 19. Dem. 838, 27).*

**ἔκδοτος**, *ον* (*ἐκδίδωμι*), *traditus* (hostibus vel alicujus potestati, arbitrio); *λαμβάνειν τινὰ ἔκδοτον*, Act. 2, 23 (sed *λαβόντες* ibi expunxerunt *Lchm. Tdf. Trg.*); *διδόναι* vel *ποιεῖν, τινὰ ἐκδ.* Hdt. 3, 1. Dem. 618, 25. Jos. antt. 6, 13, 9; Palaeph. 41, 2 et ap. al.; Bel et drac. vs. 22; *ἑαυτὸν διδόναι ἔκδ. τῷ θανάτῳ*, Ignat. ad Smyrn. 4.*

**ἐκδοχή**, *ῆς, ἡ* (*ἐκδέχομαι*); *actus vel modus excipiendi;* hinc ap. profanos 1) *susceptio.* 2) *successio.* 3) *interpretatio.* — 4) semel in sacro cod.: *exspectatio*, Heb. 10, 27.

**ἐκδύω**, aor. 1. *ἐξέδυσα*, aor. 1. med. *ἐξεδυσάμην* (*δύω*), *exuo; τινά*, exuere aliquem vestibus, Mt. 27, 28. Lc. 10, 30; *τινά τι* (ut ap. Graecos inde ab Hom.), Mt. 27, 31. Mc. 15, 20; med. *exuo me, exuo vestem meam* (Xen. Ag. 1, 27. Hell. 3, 4, 19); transl. *corpus animi vestimentum depono*, 2 Co. 5, 4; quod ibid. vs. 3. a quibusdam legitur *ἐκδυσάμενοι*, id librariorum correctioni debetur; v. in *γυμνός*.*

**ἐκεῖ**, adv. loci, *illic*, nostr. *dort; a*) pr. Mt. 2, 13. 15. 5, 24 et saepe; — Lc. 13, 28 *ἐκεῖ* non dic. pro *ἐν ἐκείνῳ καιρῷ*, sq. *ὅταν*, sed est *eo loco, in quem ablegati eritis;* cf. *Meyer* ad l.; — *οἱ ἐκεῖ*, sc. *ὄντες*, ibi versantes, Mt. 26, 71; — respondet adverbio relativo: *οὗ τὸ πνεῦμα, ἐκεῖ ἐλευθερία*, 2 Co. 3, 17 t. vulg.; Mt. 6, 21. 18, 20. 24, 28. Mc. 6, 10. Lc. 12, 34; ex hebraismo ubi praecedens adverbium vel pronomen relativum sibi iam verbum attraxit, huic verbo per abundantiam additur *ἐκεῖ*, Ap. 12, 6 *Grsb. Tdf.* (*ὅπου ἔχει ἐκεῖ τόπον*); vs. 14 (*ὅπου τρέφει ἐκεῖ*); cf. Deut. 4, 5. 14. 26. 1 Macc. 14, 34., et quae de pronomine *αὐτός* post pronom. relat. posito p. 58. col. 2 notavimus. — *b*) e negligentia etiam Graecis usitata post verba *motum* indicantia dic. pro *ἐκεῖσε, illuc;* ita post *ἀπέρχομαι*, Mt. 2, 22; *μεταβαίνω*, 17. 20; *ὑπάγω*, Jo. 11, 8; *ἔρχομαι*, 18, 3; *προπέμπομαι*, Ro. 15, 24; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 43 s. 128. *Hermann* ad Soph. Antig. 515. Trachin. 1006. *Bttm.* ad Philoct. 481. *Win.* §. 54, 7. *Bttm.* ntl. Gr. p. 62 et 324.

*ἐκεῖθεν*, adv. loci, *inde, illinc;* Mt. 4, 21. Mc. 6, 1. Lc. 9, 4. Jo. 4, 23. Act. 13, 4 et passim in historicis N. T. scriptis. — *οἱ ἐκεῖθεν* elliptice pro *οἱ ἐκεῖθεν διαβῆναι θέλοντες*, Lc. 16, 25 (ubi *Lchm. οἱ* omittit).

*ἐκεῖνος, η, ο* (ab *ἐκεῖ* pr. nostr. *dortig, der dort*), pronom. demonstrat., *ille, illa, illud;* dic. propr. de personis, rebus, temporibus, locis dicenti remotioribus. — 1) absolute dic. *a*) in oppositionibus ita ut spectet ad subjectum remotius; opp. *οὗτος*, Lc 18, 14. Jac. 4, 15; *ὑμῖν - - ἐκείνοις*, Mt. 13, 11. Mc. 4, 11; *ἐκεῖνοι - ἡμεῖς*, Heb. 12, 25; *ἄλλοι - ἄλλοι - ἐκεῖνος*, Jo. 9, 9; *ἐκεῖνον - - ἐμέ*, Jo. 3, 30; *οἱ Ἰουδαῖοι - ἐκεῖνος δέ*, 2, 20 s.; *ὁ μὲν κύριος, ὁ Ἰησοῦς -- ἐκεῖνοι δέ*, Mc. 16, 19 s. al. — *b*) de personis insignibus (ut ap. Graecos); in malam partem: *famosus ille*, Jo. 7, 11. 9, 28; in bonam partem de Jesu domino, 1 Jo. 2, 6. 3, 3. 5. 7. 16. 4, 17; de spiritu sancto, add. appositione, *ἐκεῖνος, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας*, 16, 13. — *c*) ad nomen proxime antecedens relatum: *is, ea, id*, nostr. *selbiger;* Jo. 7, 45. 5, 46. Mc. 16, 11. Act. 3, 13 al.; cf. *Win.* §. 23, 1; i. q. nostr. *er*, sono elatum, Mt. 17, 27. Jo. 1, 8. 5, 43. Tit. 3, 7; i. q. nostr. *der*, sono pronuntiatum, quo sensu nominibus modo nominatis cum vi excipiendis et urgendis inservit: Jo. 1, 18. 5, 39. 12, 48. 14, 26. 15, 26; excipit ita potissimum subjecta in participio posita: Mc. 7, 15. 20. Jo. 1, 33. 9, 37 (*ἐκεῖνός ἐστιν*, sc. *ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ*, v. in *εἰμί*, p. 122, col. 1); 10, 1. 14, 21. Ro. 14, 14. 2 Co. 10, 18. (Xen. Cyr. 6, 2, 33: *ὁ τὴν λόγχην ἀκονῶν, ἐκεῖνος καὶ τὴν ψυχήν τι παρακονᾷ*) — *d*) sq. *ὅτι*, Mt. 24, 43; sq. *ὅς*, Jo. 13, 26. Ro. 14, 15. — 2) Conjungitur cum nominibus ita, ut nomen articulo instructum aut praecedat aut (quod paulo rarius fit) sequatur (*Win.* p. 153); *a*) in oppositionibus; *ἡ πρώτη ἐκείνη*, Heb. 8, 7. — *b*) ita dic., ut res vel personas, de quibus agitur, accuratius ab aliis distinguat; nostr. *selbig;* Mt. 7, 25. 27. 10, 15. 18, 32. Mc. 3, 24 s. Lc. 6, 48 s. Jo. 18, 15 et saepe; potissimum de *tempore*, et quidem de *praeterito* tempore; *ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις*, בַּיָּמִים הָהֵם, *illo de quo expositum est tempore*, dic. de tempore, quod scriptores accuratius definire aut nesciunt aut nolunt ac tamen conjungi volunt cum rerum modo narratarum tempore, Mt. 3, 1. Mc. 1, 9. 8, 1. Lc. 2, 1 (Ex. 2, 11. Judd. 18, 1. 1 Sam. 28, 1); cf. *Fritzsche* ad Mt. p. 106 s.; *eo de quo agitur tempore*, Lc. 4, 2. 9, 36; eadem phrasis de *futuro tempore*, Act. 2, 18 (e Joel. 3, 2); Mt. 24, 19. Ap. 9, 6; item singularis *ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ*, Lc. 17, 31. Jo. 16, 23. 26. Sed simpliciter opponitur futurum tempus praesenti tempori sollemni dictione *ἐκείνη ἡ ἡμέρα* et *ἡ ἡμέρα ἐκείνη*, dies ille fatalis, dies, quo Messias ad judicium habendum venturus est, Mt. 7, 22. Lc. 6, 23. 10, 12. 2 Th. 1, 10. 2 Tim. 1, 12. 18. Ap. 16, 14 (quo l. *Lchm. Tdf. Trg. ἐκείνης* omittunt); item in *αἰὼν ἐκεῖνος*, Lc. 20, 35. — 3) *ἐκείνης* (e l. vulg. *δι' ἐκείνης*), scil. *ὁδοῦ*, adverbialiter, *illâ viâ*, Lc. 19, 4; *Win.* §. 64, 5. — De joanneo pronominis *ἐκεῖνος* usu *Steitz* in Theol. Studien u. Kritiken, 1859, p. 497 ss. 1861, p. 267 ss. atque *Al. Buttmann* ibid. 1860, p. 505 ss. et in Wissenschaftl. Zeitschrift f. Theol. 1862, p. 204 ss. ita agunt, ut *Buttmannus* contra *Steitzium* optime probet, joanneum usum nihil recedere a graeco, *Steitzius* vero locum Jo. 19, 35 psychologicis rationibus expediat.

*ἐκεῖσε*, adv. loci, *illuc, in illum locum;* Act. 21, 3; de quo loco v. *Win.* p. 328; pro *ἐκεῖ* in structura praegnante, *τοὺς ἐκεῖσε ὄντας*, eo congregatos, Act. 22, 5 (Acta Thomae §. 8); cf. *Win.* p. 440.*

*ἐκζητέω, ῶ*, aor. 1. *ἐξεζήτησα*, aor. 1. pass. *ἐξεζητήθην*, fut. 1. pass. *ἐκζητηθήσομαι* (*ἐκ*, ex, occulto, ex omnibus partibus); LXX persaepe pro דָּרַשׁ, etiam pro בִּקֵּשׁ et al.; *a*) *exquiro* (nostr. *aussuchen, aufsuchen*); propr. *τινά*, 1 Macc. 9, 26; transl. *τὸν κύριον, τὸν θεόν*, favorem dei quaero, colo eum, Act. 15, 17. Ro. 3, 11. Hebr. 11, 6 (Ps. 14, 2. 34, 5. 69, 33. Amos. 5, 4 al). — *b*) *perquiro, perscrutor; τί*, Sir. 39, 1. 3; *περί τινος*, scrutor de aliqua re, 1 Pet. 1, 10., q. l. conjungitur c. *ἐξερευνᾶν*, ut 1 Macc. 9, 26. — *c*) *mihi expeto, exposco;* Heb. 12, 17. — *d*) *reposco; τὸ αἷμα τῶν προφητῶν ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης*, vindictam caedis prophetarum ab hac aetate sumo (ex hebr., cf. 2 Sam. 4, 11. Ez. 3, 18; v. in *ἐκ* n. I, 7), Lc. 11, 50. (E profanis adhuc tantum unus locus enotatus est, quo hoc verbum exstat, Aristid. or. 8. T. I, p. 488.)*

*ἐκζήτησις* (*ἐκζητέω*, q. v.), *εως, ἡ*, 1) *disquisitio.* 2) *id de quo argute disceptatur;* 1 Tim. 1, 4 *Tdf. Trg.* (Basil. Caes., Didym. Al.).*

*ἐκθαμβέω, ῶ*, aor. 1. pass. *ἐξεθαμβήθην* (*ἔκθαμβος*, q. v.), 1) transit. *stuporem* vel *terrorem injicio; territo, perterrefacio*, Sir. 30, 9. — 2) intrans. *stupore percellor, obstupefio;* ap. Graecos semel Orph. Arg. 1217. — In N. T. solum passiv. ap. Marcum: *obstupefio*, prae gaudio de Christo praeter spem adveniente, 9, 15; *terrore percellor*, 16, 5 s.; conj. c. *ἀδημονεῖν*, 14, 33.

*ἔκθαμβος, ον*, (*θάμβος*, cf. *ἔκφοβος*), *obstupefactus;* Act. 3, 11. (Pol 20, 10, 9. Scriptt. eccles. et byzant.; *horrorem injiciens, horrendus*, Dan. 7, 7.)*

*ἐκθαυμάζω*, *vehementer* (v. in *ἐκ*, VI, 6) *admiror; ἐπί τινι*, de aliquo, Mc. 14, 17 *Tdf.* (Sir. 24 23. 43, 18. Dion. Hal., Longin. al.)*

*ἔκθετος, ον* (*ἐκτίθημι*), *expositus; ποιεῖν ἔκθετα* (= *ἐκτιθέναι*) *τὰ βρέφη*, Act. 7, 19. (Eur. Andr. 70.)*

**ἐλπίζω**, impf. *ἤλπιζον*, fut. att. *ἐλπιῶ* (Mt. 12, 21 et saepius ap. LXX; forma vulgaris *ἐλπίσω* non exstat in biblica graecitate); aor. 1. *ἤλπισα*, pf. *ἤλπικα* (*ἐλπίς*, q. v.); LXX pro בָּטַח, confido; חָסָה, confugio in tutelam; יִחֵל, exspecto, spero; — *spero* (religioso sensu: *laeto et firmae fiduciae pleno animo salutem exspecto*); *τί*, Ro. 8. 24 s. 1 Co. 13, 7; *τὰ ἐλπιζόμενα*, quae sperantur, Heb. 11, 1; semel c. dat. objecti, in quo spes reponitur, *sperando confidere alicui; τῷ ὀνόματι αὐτοῦ* (ut ap. profanos semel *τῇ τύχῃ*, Thuc. 3, 97), Mt. 12, 21 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.; καθώς* 2 Co. 8, 5. — sq. infinit. ad subjectum verbi *ἐλπίζω* pertinente, Lc. 6, 34. 23, 8. Act. 26, 7. Ro. 15, 24. 1 Co. 16, 7. Phil. 2, 23. 1 Tim. 3, 14. 2 Jo. vs. 12. 3 Jo. vs. 14; sq. infin. pfcti 2 Co. 5, 11; sq. *ὅτι* c. praes. Lc. 24, 21; *ὅτι* c. fut. Act. 24, 26. 2 Co. 1, 13. 13, 6. Philem. vs. 22. — Biblicae graecitati peculiaris est structura verbi cum praeposs. et casu nominum aut pronominum (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 152 s.); *εἴς τινα, spem dirigo in aliquem;* Jo. 6, 45 (pf. *ἠλπίκατε*, in quo spem vestram positam habetis s. posuistis, ut eam teneatis); 1 Pet. 3, 5 *Lchm. Tdf. Trg.;* addito *ὅτι* c. fut. 2 Co. 1, 10; *ἐπί τινι*, alicui quasi fundamento spem superstruo (saepe ap. LXX), Ro. 15, 12 (e Jes. 11, 10); 1 Tim. 4, 10. 6, 17; *ἔν τινι*, spem in aliquo reponere, 1 Co. 15. 19; sq. *ὅτι*, Phil. 2, 19; *ἐπί* c. accus. dirigo spem ad aliquid; *ἐπί τι*, aliquid me accepturum esse spero, 1 Pet. 1, 13; *ἐπὶ τὸν θεόν*, de iis, qui a deo aliquid sperant, 1 Pet. 3, 5 t. vulg. *Grsb.;* 1 Tim. 5, 5 (et saepe ap. LXX).*

**ἐλπίς**, *ίδος*, *ἡ* (*ἔλπω*, sperare facio), LXX pro בֶּטַח et מִבְטָח, fiducia; מַחְסֶה, *id in quo confiditur* aut *ad quod confugitur;* תִּקְוָה, exspectatio, spes; — ap. Graecos vox media: *exspectatio;* 1) rarius in malam partem: *exspectatio mali*, *metus;* ut *ἡ τῶν κακῶν ἐλπίς*, Thuc. 7, 61; *κακὴ ἐλπ.*, Plut. rep. 1, p. 330, e; *πονηρὰ ἐλπ.* LXX Jes. 28. 19. — 2) multo saepius ap. Graecos atque semper in N. T. in bonam partem: *exspectatio boni*, *spes;* et christiano sensu: *laeta et firmae fiduciae plena aeternae salutis exspectatio;* Act. 23, 6. 26, 7. Ro. 5, 4 s. 12, 12. 15, 13. 1 Co. 13, 13. 1 Pet. 1, 3. 3, 15; *ἀγαθὴ ἐλπίς* (saepe ap. profanos, ut Plat. Phaed. 67 c.; plur. *ἐλπίδες ἀγαθαί*, de legg. 1, p. 649 b; Xen. Ages. 27), 2 Th. 2, 16; *ἐλπὶς βλεπομένη*. spes, cujus res cernitur, Ro. 8, 24; *ὁ θεὸς τῆς ἐλπίδος*, deus, spei auctor, Ro. 15, 13; *ἡ πληροφορία τῆς ἐλπίδος*, plenitudo h. e. certitudo et firmitas spei, Heb. 6, 11; *ἡ ὁμολογία τῆς ἐλπ.*, professio eorum, quae speramus, 10, 23; *τὸ καύχημα τῆς ἐλπ.*, spes, de qua gloriamur, 3, 6; *ἐπεισαγωγὴ κρείττονος ἐλπίδος*, introductio spei melioris, 7, 19; *ἐλπίς* cum genit. subj. Act. 28, 20. 2 Co. 1, 7. Phil. 1, 20; cum genit. obj. Act. 27, 20. Ro. 5, 2. 1 Co, 9, 10. 1 Th. 5, 8. Tit. 3, 7; c. genit. rei, cui spes innititur, *ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν*, Act 16, 19; *τῆς κλήσεως*, Eph. 1, 18. 4, 4; *τοῦ εὐαγγελίου*, Col. 1, 23; c. gen. personae, in qua spes reponitur, 1 Th. 1, 3. — *ἐπ' ἐλπίδι*, *spe fretus*, *spem habens* (Eur. Herc. f. 802. Diod. Sic. 13, 21; *ἐπ' ἐλπίδι ἀγαθῇ*, Xen, mem. 2, 1, 18), Act. 2, 26 (reditionis in vitam); Ro. 4, 18; add. genit. rei speratae: *τοῦ μετέχειν*, 1 Co. 9, 10; *spe factâ*, sq. *ὅτι*, Ro. 8, 20; c. gen. rei speratae,

Tit. 1, 2; *propter spem*, c. gen. rei, cui spes innititur, Act. 26, 6. — παρ' ἐλπίδα, *praeter spem*, Ro. 4, 18 (h. e. ubi naturae leges nullum sperando locum relinquebant). — ἔχειν ἐλπίδα (saepe ap. Graecos), Ro. 15, 4. 2 Co. 3, 12; c. infin. ad personam sperantis pertinente, 2 Co. 10, 15; ἐλπίδα ἔχειν εἰς θεόν, sq. acc. c. infin., Act. 24, 15; εἰς Χριστὸν ἔχειν τὰς ἐλπίδας, Acta Thomae §. 28; ἐπί c. dat. personae, 1 Jo. 3, 3; ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, spem (aeternae salutis) non habentes (de paganis), Eph. 2, 12. 1 Th. 4, 13; ἡ ἐλπίς ἐστιν εἰς θεόν, directa est in deum, 1 Pet. 1, 21. — Metonymice: *a*) auctor spei, s. is, in quo spes nititur (ut saepe ap. Graecos, velut Aesch. choeph. 776. Thuc. 3, 57), 1 Tim 1, 1. 1 Th. 2, 19; add. gen. obj. τῆς δόξης, Col. 1, 27. — *b*) id quod speratur; res sperata; προςδέχεσθαι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, Tit. 2, 13; ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδέχεσθαι, rem speratam, quae est probitas, Gal. 5, 5 (προςδοκῶν τὰς ὑπὸ θεοῦ ἐλπίδας, 2 Macc. 7, 14); διὰ ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ἐν τοῖς οὐρανοῖς, Col. 1, 5; κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος, Heb. 6, 18 (cf. *Bleek* ad h. l.). — *Zöckler* de vi ac notione voc. ἐλπίς in N. T. Gissae 1856.

Ἐλύμας, ὁ, *Elymas*, nomen appellativum, quod Lucas μάγον explicat, aut quod vulgo censetur, ab arab. عَلِيم (elymon), i. e. *sapiens*, aut e probabiliore *Delitzschii* (Zeitschrift f. d. luth. Theol. 1877, p. 7) opinione ab aram. אַלִּימָא, *potens*, deducendum; Act. 13, 8.*

Ἐλωΐ (*Tdf.* Ἐλωί), *Eloi*, forma syr. (ܐܠܗܝ, אֱלָהִי), pro hebr. אֵלִי (Ps. 22, 1), Mc. 15, 34.*

ἐμαυτοῦ, ῆς, οῦ (ex ἐμοῦ et αὐτοῦ), pronom. reflex., *mei ipsius*, tantummodo in genit., dat., accus. singularis usitatum; ἀπ' ἐμαυτοῦ. v. in ἀπό, p. 39. col. 2.; ὑπ' ἐμαυτόν, sub mea ipsius potestate, Mt. 8, 9. Lc. 7, 8; ἐμαυτόν, *me ipsum*, opp. Christo, opinato peccati ministro, Gal. 2, 18; tacite opp. hostiae ex animalibus, Jo. 17, 19; parum accurate pro αὐτὸς ἐμέ, 1 Co. 4, 3. Ut ap. Graecos (*Matthiae* I, p. 354. *Passow* I, 2, p. 882), nonnumquam ejus vis ita debilitatur, ut vix quidquam a simplici pronom. personali primae personae differat, ut Jo. 12, 31. 14, 21. Philem. vs. 13.

Ἐμ-βαίνω, aor. 2. ἐνέβην, ptcp. ἐμβάς, *inscendo, ingredior*; Jo. 5, 4; εἰς τὸ πλοῖον, navem conscendo, Mt. 8, 23 et saepius.

ἐμ-βάλλω, inf. aor. 2. ἐμβαλεῖν, *injicio, conjicio in ...*; εἰς, Lc. 12, 5.*

ἐμ-βάπτω, ptcp. aor. 1. ἐμβάψας, *intingo, immergo*; τί, Jo. 13, 26 *Lchm.*; τὴν χεῖρα ἐν τῷ τρυβλίῳ, Mt. 26, 23; med. ὁ ἐμβαπτόμενος μετ' ἐμοῦ εἰς τὸ τρυβλίον, Mc. 14, 20. (Arstph. Xen. al.)*

ἐμβατεύω (ἐμβάτης, inscendens, ingrediens), *ingredior*; 1) pr. πόλιν, Eur. El. 595; πατρίδος, Soph. OT. 852; εἰς τὸ ὄρος, Jos. antt. 2, 12, 1; *obeo*, saepe de diis loca sibi grata obeuntibus, ut νῆσον, Aesch. Pers. 449; τῷ χωρίῳ, Dion. H. antt. 1, 77; saepe *in possessionem alicujus eo*; ita εἰς ναῦν, Dem. p. 894, 7; τὴν γῆν, LXX Jos. 19, 51; *invado, irrumpo*, de hostibus, εἰς c. acc. loci, 1 Macc. 12, 25 al. — 2) trop. ut nostr. *eingehen*; *a*) *uberius enarrando persequor*, absol. 2 Macc. 2, 30. — *b*) *investigo, indago, subtilius perscrutor*; ταῖς ἐπιστήμαις, Philo plant. Noe, §. 19; ἃ μὴ ἑώρακε ἐμβατεύων, quae non vidit, h. e. res adspectui denegatas (cf. 1 Jo. 4, 20), Col. 2. 18., quo loco si cum *Lchm.*, *Huthero*, *Meyero*, *Tdf. Trg.* μή expungitur, interpretandum erit: „ea quae in visis sibi oblatis spectavit, subtili et curiosa meditatione persequens“; sed cf. *B.-Crusius* ad l. coll. *Win.* p. 448. Phavor.: ἐμβατεῦσαι· ἐπιβῆναι τὰ ἔνδον ἐξερευνῆσαι ἢ σκοπῆσαι.*

ἐμ-βιβάζω, aor. 1. ἐνεβίβασα, *impono, induco, ingredi facio*; ut saepe ap. Graecos τινὰ εἰς τὸ πλοῖον, Act. 27, 6.*

ἐμ-βλέπω, impf. ἐνέβλεπον, aor. 1. ἐνέβλεψα, ptcp. ἐμβλέψας, — *oculos converto aliquo; intueor*; 1) pr. c. acc. Mc. 8, 25 (Anth. 11, 3. LXX Judd. 16, 28); τινί (Plat. rep. 10, p. 609 d. Polyb. 15, 28, 3 et ap. al.), Mt. 19, 26. Mc. 10, 21. 27. 14, 67. Lc. 20. 17. 22, 61. Jo. 1, 36. 43 (in his locis omnibus: ἐμβλέψας αὐτῷ vel αὐτοῖς λέγει s. εἶπε, coll. Xen. Cyr. 1, 3, 2: ἐμβλέπων αὐτῷ ἔλεγε); — εἰς τ. οὐρανόν, Act. 1, 11 t. vulg. *Grsb. Lchm.* (Jes. 5, 30; εἰς τ. γῆν, 8, 22; εἰς ὀφθαλμόν, Plat. Alc. 1, p. 132 b.) — absol. οὐκ ἐνέβλεπον, non intuebar, h. e. sublata mihi erat facultas intuendi sc. res circumjectas, Act. 22, 11 (2 Chr. 20, 24. Xen. mem. 3, 11, 10). — 2) transl. *mente contemplor, considero*; Mt. 6, 26 (Jes. 51, 1 s. Sir. 2, 10. 36, 15; c. nudo accus. Jes. 5, 12; c. dativo, 2 Macc. 12, 45).*

ἐμβριμάομαι, ῶμαι, vb. deponens, ptcp. praes. ἐμβριμώμενος (Jo. 11, 38, ubi *Tdf.* ἐμβριμούμενος, cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 38), 3 ps. plur. impf. ἐνεβριμῶντο (Mc. 14, 5, ubi *Tdf.* ἐνεβριμοῦντο), aor. 1. ἐνεβριμησάμην et (Mt. 9, 30 *Lchm. Tdf. Trg.*) ἐνεβριμήθην (βριμάομαι, a βρίμη, ira commoveor), *infremo*, nostr. *darein schnauben*; Aesch. sept. 461; *vehementer irascor* vel *indignor*, τινί. Liban.; Mc. 14, 5; absol. add. ἐν ἑαυτῷ, Jo. 11, 38; c. dat. relationis, ibid. vs. 33. — Significatu a profanis alieno: *graviter admonens praecipio*; Mc. 1, 43. Mt. 9, 30.*

ἐμέω, ῶ, inf. aor. 1. ἐμέσαι, *vomo, evomo*, inde ab Hom.; τινὰ ἐκ τοῦ στόματος, h. e. summo cum fastidio repudiare, Ap. 3, 16.*

ἐμ-μαίνομαι, τινί, *furo in aliquem*; Act. 26, 11; praeterea ap. solum Jos. antt. 17, 6, 5.

Ἐμμανουήλ, ὁ, *Immanuel* (ex עִמָּנוּ et אֵל, nobiscum deus), i. q. *servator*, nomen Christo impositum a Mt. 1, 23 ex Jes. 7, 14. Ex orthodoxa interpretatione nomen idem denotat ac θεάνθρωπος, ut respiciatur personalis inter humanam et divinam naturam unio in Christo.

Ἐμμαούς (ap. Joseph. etiam Ἀμμαούς), ἡ, *Emmaus*, genit. *untis*, vicus ab Hierosolymis 30 (e vera ap. Jos. b. jud. 7, 6, 6 lectione; non, ut auctore Luca evang. vulgo docetur, 60) stadiis distans, hodie, uti videtur, *Kulonieh* (cf. *Ewald* Geschichte des apostol. Zeitalters p. 675 s.), Lc. 24, 13. Oppidum exstitit ejusdem nominis in Judaeae regione campestri 175 stadiis ab Hierosolymis dissitum, nobile thermis et clade Syrorum a Juda Maccabaeo profligatorum, 1 Macc. 3, 40. 57., posthac a Bacchide, Syrorum duce, munitum, 1 Macc. 9, 50., et inde a seculo III *Nicopolis* appellatum. Tertius ejusdem nominis locus situs erat prope Tiberiadem, aquis nobilitatus medicatis. Cf. *Keim* III, p. 555 s. *Wolff* in *Riehm* HWB. p. 376 s.*

ἐμ-μένω, aor. 1. ἐνέμεινα, inde ab Aeschl. et Hdt., *immaneo* (Augustin), *maneo in ..., permaneo*; *a*) pr. in aliquo loco, ἔν τινι, Act. 28, 30 *Tdf. Trg.* — *b*) *persevero in* aliqua re, animi statu al., *constanter teneo* s. *servo*; τῇ πίστει, Act. 14, 22 (νόμῳ, ὅρκοις al. ap. Graecos); ἔν τινι (rarius ita ap. Graecos, ut ἐν ταῖς σπονδαῖς, Thuc. 4, 118; ἐν τῇ πίστει, Pol. 3, 70, 4), ἐν τοῖς γεγραμμένοις, Gal. 3, 10 e Deut. 27, 26; ἐν τῇ διαθήκῃ, Heb. 8, 9 e Jer. 31. 32.*

ἐμμέσῳ, i. q. ἐν μέσῳ, Ap. 1, 13. 2, 1. 4, 6. 5, 6. 22, 2 *Tdf.* ed. VII.*

**Ἐμμόρ** (Ἐμμώρ *Lchm. Tdf. Trg.*), ὁ, (חֲמוֹר) *Emmor*, n. pr. viri, Act. 7, 10; cf. de eo Gen. 38, 19. 34, 1.

**ἐμός, ή, όν** (ab ἐμοῦ), pronom. possessivum primae personae, *meus, a, um; a) id quod mihi est; quod possideo;* Jo. 4, 34. 13, 35. 18, 36. Ro. 10, 1. Philem. vs. 12 et saepe; τῇ ἐμῇ χειρί, mea ipsius manu, 1 Co. 16, 21. Gal. 6, 11. Col. 4, 18; praedicati locum obtinet, Jo. 7, 16. 14, 24. 16, 15; substantive τὸ ἐμόν, quod possideo, speciat. mea pecunia, Mt. 25, 27; divina veritas, cujus cognitione praesto, Jo. 16, 15; univ. in plur. τὰ ἐμά, bona mea, Mt. 20, 15. Lc. 15, 31. — *b) a me proficiscens;* οἱ ἐμοὶ λόγοι, Mc. 8, 38. Lc. 9, 26; ὁ λόγος ὁ ἐμός, Jo. 8, 37; ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμή, 15, 12; ἡ ἐμὴ διδαχή, 7, 16 et aliis exemplis. — *c) ad me pertinens; α) mihi constitutus;* ὁ καιρὸς ὁ ἐμός, Jo. 7, 6. — β) exaequat genitivum objecti; ἡ ἐμὴ ἀνάμνησις, Lc. 22, 19. 1 Co. 11, 24; exempla e Graecis profert *Win.* §. 22, 7. — γ) ἔστιν ἐμόν, *meum est* = a me pendet, Mt. 20, 23. Mc. 10, 40. — In conjungendo articulo c. hoc pronomine scriptores N. T. nihil recedunt ab Atticis; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 76, 6.

**ἐμπαιγμονή, ῆς, ἡ** (ἐμπαίζω), *irrisio, ludibrium;* 2 Petr. 3, 3 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* — Praeterea nusquam exstat.

**ἐμπαιγμός, οῦ, ὁ** (ἐμπαίζω), vox profanis incognita, *ludibrium;* Heb. 11, 36. Ez. 22, 4. Sir. 27, 28. Sap. 12, 25; cruciatus ludibrii causa sustinendus, 2 Macc. 7, 7.*

**ἐμ-παίζω**, impf. ἐνέπαιζον, f. ἐμπαίξω (Mc. 10, 34 pro usitatiore -ξοῦμαι et -ξομαι), aor. 1. ἐνέπαιξα (pro forma antiquiore ἐνέπαισα), aor. 1. pass. ἐνεπαίχθην (Mt. 12, 16 pro antiquiore ἐνεπαίσθην), fut. 1. pass. ἐμπαιχθήσομαι (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 240 s. *Krüger* I, p. 184. *Bttm.* ntl. Gr. p. 56 s.); — *ludo in*, τινί, Ps. 104, 26. Eur. Bacch. 867. — *illudo*, i. e. *a) derideo;* absol., Mt. 20, 19. 27, 41. Mc. 10, 34. 15, 31. Lc. 23, 11; τινί (Hdt. 4, 134), Mt. 27, 29. Mc. 15, 20. Lc. 14, 29. 20, 63. 23, 36; passiv. Lc. 18, 32. — *b) deludo*, decipio (Soph. Ant. 799); passiv. Mt. 2, 16 (Jer. 10, 15).*

**ἐμπαίκτης, ου, ὁ** (ἐμπαίζω), *irrisor, derisor;* 2 Pet. 3, 3. Jud. vs. 18; ad parvulorum modum ludens, Jes. 3, 4. A profanis non usurpatur.*

**ἐμ-περι-πατέω, ῶ**, f. ήσω, *circumeo in …, inambulo;* ἔν τισι, inter aliquos, 2 Co. 6, 16 ex Lev. 26, 12. (Job. 1, 7. Sap. 19, 21. Lucian. Achill. T. al.)*

**ἐμ-πίμπλημι** et **ἐμπιπλάω** (e qua forma ptcp. praes. ἐμπιπλῶν, Act. 14, 17), aor. 1. ἐνέπλησα, aor. 1. pass. ἐνεπλήσθην, ptcp. pf. pass. ἐμπεπλησμένος, LXX pro מָלֵא et in passivo saepe pro שָׂבַע saturor; ap. Graecos inde ab Hom.; — *impleo, compleo;* τινά τινος, abunde largior alicui aliquid, Lc. 1, 53. Act. 14, 17 (Jer. 31, 14. Ps. 107, 9. Jes. 29, 19. Sir. 4, 12); impleo cibo, i. e. *satio, saturo;* pass. Lc. 6. 25. Jo. 6, 12 (Deut. 6, 11. 8, 10 Ruth. 2, 14. Neh. 9, 25 al.); — *exsatio* s. *expleo desiderium;* pass. c. gen. personae: alicujus usu et consuetudine, Ro. 15, 24; cf. *Kypke* ad l.; τοῦ κάλλους αὐτῆς, contemplanda ejus pulchritudine, Susann. vs. 32.*

**ἐμπιπράω** (pro frequentiore ἐπίπρημι), inde ab Hdt., *incendo, conburo;* de humano corpore, *intumesco;* ita Act. 28, 6 *Tdf.;* v. in πιμπράω.*

**ἐμ-πίπτω**, f. -πεσοῦμαι, aor. 2. ἐνέπεσον, *incido;* εἰς βόθυνον, Mt. 12, 11 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Lc. 6, 39; εἰς φρέαρ, Lc. 14, 5; nostr. *gerathen in, unter,* εἰς τοὺς λῃστάς, Lc. 10, 36 et phrasibus metaphoricis, 1 Tim. 3, 6 s. 6, 9; εἰς χεῖρας τινος, in alicujus potestatem; τοῦ θεοῦ, dei poenas et supplicia incurrere, Heb. 10, 31., ut 2 Sam. 24, 14. 1 Chron. 21, 13. Sir. 2, 18.*

**ἐμπλέκω**, ptcp. aor. 2. pass. ἐμπλακείς, *implico;* trop. pass. c. dat. rei; 2 Tim. 2, 4. 2 Pet. 2, 20. (inde ab Aeschylo.)*

**ἐμπλοκή, ῆς, ἡ** (ἐμπλέκω), *implicatio, nodus;* τριχῶν, artificiosa crinium in nodos collectio, Vulg. *capillatura*, 1 Pet. 3, 3 (κομῆς, Strab. 17, p. 828).*

**ἐμ-πνέω** (*Tdf.* ἐνπνέω), 1) *inspiro.* 2) *spirando in me traho;* nostr. *einathmen* (Aeschyl. Plat. al.); c. gen. partitivo, ἀπειλῆς κ. φόνου, minae et caedes erant quasi elementum, ex quo duxit spiritum, Act. 9, 1; cf. *Meyer* ad l. coll. *Win.* §. 30, 9; ἐμπνέον ζωῆς, LXX Jos. 10, 40.*

**ἐμπορεύομαι**, depon. pass. c. fut. med. σομαι (ab ἔμπορος, q. v.), *mercatum eo, iter facio negotiandi causa, mercor, negotior* (Thuc. et sqq. LXX); Jac. 4, 13; c. acc. rei: *importo aliquid vendendum* (velut ἔλαιον εἰς Αἴγυπτον, LXX Hos. 12, 1; πορφύραν ἀπὸ Φοινίκης, Diog. L. 7, 2; γλαῦκας, Lucian. Nigrin. init.); *lucrum ex aliquo facio; ad quaestum aliqua re vel persona utor* (ὥραν τοῦ σώματος, Jos. antt. 4, 6, 8; Ἀσπασία ἐνεπορεύετο πλήθη γυναικῶν, Athen. 13, p. 569), 2 Pet. 2, 3; cf. *Win.* p. 209.*

**ἐμπορία, ας, ἡ** (ἔμπορος), *mercatura;* Mt. 22, 5. (Hesiod. et sqq. LXX.)

**ἐμπόριον, ου, τό** (ἔμπορος), *locus, quo mercatura exercetur, potissimum ad portum situs, emporium; forum nundinarium* (Plin.); οἶκος ἐμπορίου, aedificium, quod est forum nundinarium, genit. epexeg., Jo. 2, 16. (inde ab Hdt.; LXX.)*

**ἔμπορος, ου, ὁ** (πόρος), 1) i. q. ὁ ἐπ' ἀλλοτρίας νεὼς πλέων μισθοῦ, ὁ ἐπιβάτης, ita Hesych., quocum consentiunt Phavorinus et schol. ad Aristph. Plut. 521., atque sic usurpatur vox ab Homero. — 2) post Hom. *qui in itinere est sive maritimo sive terrestri, potissimum mercatus causa;* hinc 3) *mercator* (opp. κάπηλος, caupo); Ap. 18, 3. 11. 15. 23; ἔμπορος ἄνθρωπος (v. in ἄνθρωπος, n. 4.), Mt. 13, 45. (LXX pro סֹחֵר et רֹכֵל.)*

**ἐμ-πρήθω**, aor. 1. ἐνέπρησα, inde ab Hom., LXX pro שָׂרַף et הִצִּית; *incendo; igne deleo;* τὴν πόλιν, Mt. 22, 7.*

**ἔμπροσθεν** (semel ἔνπροσθεν, Ap. 4, 6 *Tdf.*), adv. loci ac temporis (ex ἐν et πρόσθεν, pr. in parte anteriore), LXX maxime pro לִפְנֵי; *ante.* In N. T. dic. duntaxat de *loco;* 1) adverb. *a fronte, a parte anteriore*, Ap. 4, 6 (opp. ὄπισθεν, ut Palaeph. f. 29). — *ante;* πορεύεσθαι, antecedere, anteire, Lc. 19, 28; προδραμὼν ἔμπροσθεν, ibid. vs. 4, ut προπορεύεσθαι ἔμπροσθεν, Xen. Cyr. 4, 2, 23; τὰ ἔμπροσθεν, quae procedenti projacent, finis propositus, Phil. 3, 14 (opp. τὰ ὀπίσω). — 2) praepositionis locum tenet c. genitivo; *a) ante*, i. e. ea in locorum parte, quae ante aliquam personam vel rem est; Mt. 5, 24. 7, 6. Lc. 5, 19. 14, 2; se prosternere ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν τινος, Ap. 19, 10. 22, 8; γονυπετεῖν ἔμπρ. τινος, Mt. 27, 29; πορεύεσθαι ἔμπ. τινος, antegredi aliquem, Jo. 10, 4; ἀποστέλλεσθαι ἔμπ. τινος, praemitti alicui, Jo. 3, 28; σαλπίζειν ἔμπ. τινος, Mt. 6, 2; τὴν ὁδὸν κατασκευάσαι, ubi ἔμπρ. τινος fere exaequat vim dativi, 11, 10. Mc. 1, 2 t. vulg.; Lc. 7, 27. — *b) coram aliquo*, i. q. *ex adverso alicui;* στῆναι, Mt. 27, 11; ὁμολογεῖν et ἀρνεῖσθαι, Mt. 10, 32 s. 26, 70. Lc. 12, 8 (et ap. *Lchm.* v. 9); adde Gal. 2, 14. 1 Th. 1, 3. 2, 19. 3, 9. 13; *ad tribunal alicujus*, Mt. 25, 32. 27, 11. Lc. 21, 36. Act. 18, 17. 2 Co. 5, 10. 1 Th. 2, 19. Spectant huc dictiones εὐδοκία, θέλημά ἐστι ἔμπροσθεν θεοῦ, *deo placet, deus vult*, Mt. 11, 26. 18, 14. Lc. 10, 21., ad chaldaicum dicendi usum conformatae; nam 1 Sam. 12, 22 verba הוֹאִיל יְהוָֹה, *deus vult*, Jonathan targumista reddit רַעֲוָא קֳדָם יי,

cf. *Fischer* de vitiis lexx. N. T. p. 329 s. — c) *coram*, i. q. *in conspectu alicujus;* Mt. 5, 16. 6, 1. 17, 2. 23, 14. Mc. (2, 12 *Tdf.*) 9, 7. Lc. 19, 27. Jo. 12, 37 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Act. 10, 4. — d) dic. de *ordine;* γεγονέναι ἔμπρ. τινος, majorem aliquo dignitatem consecutum esse, Jo. 1, 15. 30 et in t. vulg. vs. 27. (Gen. 48, 20: ἔθηκε τὸν Ἐφραῖμ ἔμπροσθεν τοῦ Μανασσῆ.)*

**ἐμ-πτύω**, impf. ἐνέπτυον, fut. ἐμπτύσω, aor. 1. ἐνέπτυσα, fut. ἐμπτυσθήσομαι, — *inspuo, conspuo;* τινί, Mc. 10, 34. 14, 65. 15, 19; εἰς τὸ πρόςωπόν τινος, Mt. 26, 67 (Num. 12, 14; Plut. mor. p. 188 e; κατὰ τὸ πρόςωπ. τινι, Deut. 25, 9); εἴς τινα, Mt. 27, 31; pass. *conspui*, Lc. 18, 32. Muson ap. Stob. floril. 19, 16. Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 17.*

**ἐμφανής**, ές (ἐμφαίνω), *conspicuus;* γίνομαι τινί, sensu proprio, Act. 10, 40; metaph. de deo gratiae suae salutaris documenta alicui edente eoque modo se manifestante, Ro 10, 20 ex Jes. 65, 1.*

**ἐμφανίζω**, f. ίσω, aor. 1. ἐνεφάνισα, aor. 1. pass. ἐνεφανίσθην, inde a Xen. et Plat. (ἐμφανής), 1) *conspiciendum praebeo;* ἑαυτόν τινι, pr. oculis alicujus conspiciendum me praebeo (Exod. 33, 13), Jo. 14, 22; metaph. de Christo coelestis suae vitae specimina per spiritus s. efficaciam in discipulorum animis edente, ibid. vs. 21. — passiv. *conspiciendum me praebeo, in conspectum prodeo, compareo, appareo;* τινί (de spectris, Sap. 17, 4; αὐτοῖς θεους ἐμφανίζεσθαι λέγοντες, Diog. L. 1, 7; ita de deo Jos. antt. 1, 13, 1), Mt. 27, 53; τῷ προςώπῳ τοῦ θεοῦ, de Christo coram deo in coelis se sistente, Heb. 9, 24. (de deo cognitione sui animos imbuente, Sap. 1, 2. Theoph. Ant. 1, 2, 4.) — 2) *indico, significo, declaro, denuntio;* sq. ὅτι, Heb. 11, 14; c. dat. personae, Act. 23, 15; τὶ πρός τινα, vs. 22; τὶ κατά τινος, defero s. denuntio aliquid contra aliquem, 24, 1. 25, 2; περί τινος, de aliquo, 25, 15.*

**ἔμφοβος**, ον (φόβος), *in metum conjectus;* Lc. 24, 5. Act. 10, 4. (22, 9 t. vulg. *Grsb.*) 24, 25. Ap. 11, 13. Theophr. char. 25 (24), 1. (active: *metum injiciens, timendus*, Soph. OC. 39.)*

**ἐμ-φυσάω**, ῶ, aor. 1. ἐνεφύσησα, *inflo, afflo;* τινά, Jo. 20, 22; ubi Jesus ad modum habraeorum prophetarum symbolico afflandi actu spiritus s. cum apostolis communicationem significat primam vocum רוּחַ et πνεῦμα significationem respiciens. (LXX. Diosc. Aret. Geop. al.)*

**ἔμφυτος**, ον (ἐμφύω), ap. profanos *innatus, a natura insitus;* cf. *Grimm* Exgt. Hdb. ad Sap. p. 224; *aliorum institutione insertus;* ita Jac. 1, 21: τὸν ἔμφυτον λόγον, doctrinam a doctoribus vobis insertam, δέξασθε ἐν πραότητι, excipite veluti ager mollis.*

**ἐν**, praepositio secum habens dativum, hebr. בְּ, latin. *in* cum ablativo, nostr. *in, an, bei, auf.* — Dicitur autem

I) *Locali notione* 1) pr. de *loco;* a) in interioribus alicujus totius partibus; inter alicujus spatii fines; ἐν γαστρί, Mc. 1, 18; ἐν Βηθλεέμ, Mt. 2, 1; ἐν τῇ πόλει, Lc. 7, 37; ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν τῷ πλοίῳ, ἐν τῷ οὐρανῷ et innumeris aliis exemplis. — b) *in superficie* alicujus loci, nostr. *auf;* ἐν τῷ ὄρει, Joh. 4, 20 s. Heb. 8, 5; ἐν πλαξί, 2 Co. 3, 3; ἐν τῇ ἀγορᾷ, Mt. 20, 3; ἐν τῇ ὁδῷ, Mt. 5, 25 al. — c) dic. de vicinia, *ad, prope, apud, juxta;* ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν, Mt. 6, 5; ἐν τῷ Σιλωάμ, ad fontem Siloam, Lc. 13, 4; ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ, Jo. 8, 20; καθίζειν ἐν τῇ δεξιᾷ θεοῦ, ad dextram, Heb. 1, 3. 8, 1. Eph. 1, 20. — d) de iis, quae scriptis continentur, traduntur, praecipiuntur, leguntur; ἐν τῇ ἐπιστολῇ, 1 Co. 5, 9; ἐν κεφαλίδι βιβλίου, Heb. 10, 7; ἐν τῇ βίβλῳ, τῷ βιβλίῳ, Ap. 13, 8. Gal. 3, 10; ἐν τῷ νόμῳ, Lc. 24, 44. Jo. 1, 46; ἐν τοῖς προφήταις, in volumine prophetarum, Act. 13, 40; ἐν Ἠλίᾳ, in ea scripturae s. sectione, qua agitur de Elia, Ro. 11, 2; cf. *Fritzsche* ad l.; ἐν Δαυίδ, in Davidis psalmis, Heb. 4, 7; ἐν τῷ Ὡσηέ, in Hoseae vaticiniis, Ro. 9, 25. — e) transl. ad res, quae externis sensibus non percipiuntur, ut ἐν τῇ καρδίᾳ, ἐν ταῖς καρδίαις, Mt. 5, 28. 13, 19. 2 Co. 4, 6 et saepe; ἐν ταῖς συνειδήσεσι, 2 Co. 5, 11. — 2) c. dat. personae: *in alicujus persona, natura, animo, mente;* ita ἐν τῷ θεῷ κέκρυπται ἡ ζωὴ ὑμῶν, in dei quasi gremio latet s. recondita est, usque dum in conspectum proditura est, Col. 3, 3 coll. Eph. 3, 9; ἐν αὐτῷ, i. e. in persona Christi, κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα etc., Col. 1, 19. 2, 3; phrases, quibus dicitur in hominibus habitare ἡ ἁμαρτία, Ro. 7, 17 s.; aut ὁ Χριστὸς (mens, vis, vita Christi) εἶναι, Ro. 8, 10. 2 Co. 13, 5; μένειν, Jo. 6, 56; ζῆν, Gal. 2, 20; μορφοῦσθαι, 4, 19; λαλεῖν, 2 Co. 13, 3; ὁ λόγος τοῦ θεοῦ εἶναι, 1 Jo. 1, 10; μένειν, Jo. 5, 38; ἐνοικεῖν vel οἰκεῖν ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ, Col. 3, 16; τὸ πνεῦμα (dei, Christi), Ro. 8, 9. 11. 1 Co. 3, 16. 2 Tim. 1. 14; τὸ ἔν τινι χάρισμα, 1 Tim. 4, 14. 2 Tim. 1, 6; ἐνεργεῖν ἔν τινι, Mt. 14, 2. Eph. 2, 2. 1 Co. 12, 6 al: ἐνεργεῖσθαι, Col. 1, 29; κατεργάζεσθαι, Ro. 7, 8; post verba *revelandi, manifestandi;* ἀποκαλύψαι ἐν ἐμοί, in animo meo, Gal. 1, 16; φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, Ro. 1, 19; ἐν ἑαυτῷ, ἐν ἑαυτοῖς, *apud animum, in animo, in corde*, post verba εἰδέναι, Jo. 6, 61; εἰπεῖν, Lc. 7, 39. 18, 4; ἐμβριμᾶσθαι, Jo. 11, 38; στενάζειν, Ro. 8, 23; διαλογίζεσθαι, Mc. 2, 8 (alternans ibi cum ἐν ταῖς καρδίαις, coll. vs. 6); Lc. 12, 17; διαπορεῖν, Act. 10, 17; λέγειν, Mt. 3, 8. 9, 21. Lc. 7, 49; adde 2 Co. 1, 9; alia alius generis exempla v. in εἰμί, n. V, 4, e. — 3) respondet germanico *an*, ubi sermo est a) *de eo, in quem vel in quod* efficacia quaedam exerceatur; ἵνα οὕτω γένηται ἐν ἐμοί, 1 Co. 9, 15; ποιεῖν τι ἔν τινι, Mt. 17, 12. Lc. 23, 31; cf. *Matthiae* II, p. 1341. — b) *de eo, in quo est aliquid conspicuum;* μανθάνειν ἔν τινι, 1 Co. 4, 6; γινώσκειν, Lc. 24, 35. Jo. 13, 35. 1 Jo. 3, 19 (exempla e Graecis praebet *Passow*, I, 2, p. 908 col. 2); item *de eo, in quo aliquid requiritur;* ζητεῖν ἔν τινι, 1 Co. 4, 2. — c) post verba *offendendi, impingendi;* προςκόπτειν, Ro. 14, 21; πταίειν, Jac. 2, 10; σκανδαλίζεσθαι, q. v. infra suo in loco. — 4) *apud, coram*, c. dat. personae (etiam saepe ap. Graecos; cf. *Matthiae* II, p. 1340. *Win.* p. 360 et 204), 1 Co. 2, 6; ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, Mt. 21, 42; ἐν ἐμοί, meo judicio, 1 Co. 14, 11. — Referunt huc nonnulli ἐν ὑμῖν, 1 Co. 6, 2., quod explicant *in vestro consessu*, cf. *Meyer* ad l.; sed v. infra 5, d. γ. — 5) dic. *de eo, quo aliquis circumdatus, stipatus, imbutus, instructus, adjutus est vel agit;* — a) *inter*, c. nominibus collectivis; ἐν τῷ ὄχλῳ, Mc. 5, 30; ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ, inter homines hujus aevi, Mc. 8, 38; ἐν τῷ γένει μου, inter populares meos, Gal. 1, 14; maxime c. dat. plur. personarum, ut ἐν ἡμῖν, ἐν ὑμῖν, inter nos, inter vos, ἐν ἀλλήλοις, inter vos invicem, Mt. 2, 6. 11, 11. Mc. 9, 50. Lc. 1, 1. Jo. 1, 14. 13, 35. Act. 2, 29. 1 Co. 3, 18. 5, 1 et saepe. — b) *de vestimentis, quibus aliquis est indutus;* ἐν ἐνδύμασι et similia, Mt. 7, 15. Lc. 24, 4. Mc. 12, 38. Jo. 20, 12. Act. 10, 30. Heb. 11, 37. Jac. 2, 2. Ap. 3, 4; ἠμφιεσμένον ἐν ἱματίοις, Mt. 11, 8. Lc. 7, 25; περιβάλλεσθαι ἐν ἱματίοις, Ap. 3, 5. 4, 4. — c) *de eo, quod aliquis secum aut ducit aut fert aut quo instructus vel imbutus est*, impr. post verba *veniendi* (ἐν comitatus), ubi nos dicimus *mit;* ἐν δέκα χιλιάσιν ἀπαντᾶν, Lc. 14, 31; ἦλθεν ἐν μυριάσι, Jud. vs.

14; cf. *Grimm* ad 1 Macc. 1, 17; *εἰςέρχεσθαι ἐν αἵματι*, Heb. 9, 5; *ἐν τῷ ὕδατι κ. ἐν τῷ αἵματι*, 1 Jo. 5, 6 (sens.: cum aqua baptismi et sanguine piaculari, quo utroque praesidio veniam peccatorum nobis comparavit, cujus nobis factae certiores reddimur per spiritum s.); *ἐν ῥάβδῳ*, 1 Co. 4, 20; *ἐν πληρώματι εὐλογίας*, Ro. 15, 29; *φθάνειν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ*, 2 Co. 10, 14; *ἐν πνεύματι κ. δυνάμει Ἡλίου*, imbutus s. instructus mente et vi Eliae, Lc. 1, 17; *ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ*, regia Messiae potestate instructus (*im Besitze seiner Königsherrschaft*), Mt. 16, 28. Lc. 23, 42. — Cognatus est usus *d*) *de instrumento* s. *praesidio*, *quo aliquid peragitur*, ex imitatione hebraei praeverbii ב ap. sacros scriptores multo frequentior quam ap. profanos (cf. *Win*. p. 363. *Bttm*. ntl. Gr. p. 157 et 283 s.), ubi nos *mit*, *mittels*, *durch*; et quidem *α*) in dictionibus, in quibus primitiva praeverbii vis conspicitur, ut *ἐν πυρὶ κατακαίειν*, Ap. 17, 16; *ἐν ἅλατι ἁλίζειν* vel *ἀρτύειν*, Mt. 5, 13. Mc. 9, 50. Lc. 14, 34; *ἐν τῷ αἵματι λευκαίνειν*, Ap. 7, 14; *ἐν αἵματι καθαρίζειν*, Heb. 9, 22; *ἐν ὕδατι βαπτίζειν*, Mt. 3, 11 al. (v. p. 63, col. 1). — *β*) c. dat., ubi simplex dativus instrumentalis poni poterat, maxime in apocalypsi; *ἐν μαχαίρᾳ, ἐν ῥομφαίᾳ ἀποκτείνειν*, Ap. 6. 8. 13, 10; *πατάσσειν*, Lc. 22, 49; *ἀπόλλυσθαι*, Mt. 26, 52; *καταπατεῖν ἐν τοῖς ποσίν*, Mt. 7, 6; *ἐν βραχίονι αὐτοῦ*, Lc. 1, 51; *ἐν δακτύλῳ θεοῦ*, 11, 20 et al. exemplis; de rebus ad animum spectantibus, velut *ἐν ἁγιασμῷ*, 2 Th. 2, 13. 1 Pet. 1, 2; *ἐν τῇ παρακλήσει*, 2 Co. 7, 7; *ἐν προσευχῇ*, Mt. 17, 21; *εὐλογεῖν ἐν εὐλογίᾳ*, Eph. 1, 3; *δικαιοῦσθαι ἐν τῷ αἵματι*, Ro. 5, 9. — *γ*) rarius c. dat. personae, i. q. *adjutus ab aliquo*, *interventu*, *operâ alicujus*, *per aliquem*; *ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων*, Mt. 9, 34; *ἐν ἑτερογλώσσοις*, 1 Co. 14, 21; *κρίνειν τ. οἰκουμένην ἐν ἀνδρί*, Act. 17, 31; *ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος* (praecedente *οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι*), 1 Co. 6, 2; *ἐργάζεσθαι ἔν τινι*, Sir. 13, 4. 30, 13. 34. — *δ*) sq. infinit. c. articulo: *eo quod* (*dadurch dass*), vel pro Latinorum gerundio; Act. 3, 26. 4, 30. Heb. 2, 8. 8, 13. — *e*) *de statu* vel *conditione*, *in qua aliquid fit* aut *aliquis est vel agit vel patitur*; ex eximia exemplorum copia (v. etiam in *γίνομαι*, p. 80. col. 1. et in *εἰμί*, n. V, 4, b), sufficiat afferre: *ἐν βασάνοις*, Lc. 16, 23; *ἐν τῷ θανάτῳ*, 1 Jo. 3, 14; *ἐν ζωῇ*, Ro. 5, 12; *ἐν τοῖς δεσμοῖς*, Philem. vs. 13; *ἐν πειρασμοῖς*, 1 Pet. 1, 6; *ἐν ὁμοιώματι σαρκός*, Ro. 8, 3; *ἐν πολλῷ ἀγῶνι*, 1 Th. 2, 2; *ἐν δόξῃ*, Phil. 4, 19. 2 Co. 3, 7 s; *σπείρεται ἐν φθορᾷ κτλ.*, seritur (sc. id quod seritur) in statu corruptionis, sc. *ὄν*, 1 Co. 15, 42 s.; *ἐν ἑτοίμῳ ἔχειν*, paratum esse, 2 Co. 10, 6; *ἐν ἐκστάσει*, Act. 11, 5. 22, 17; dic. ita saepenumero de virtutibus et vitiis, velut *ἐν εὐσεβείᾳ κ. σεμνότητι*, 1 Tim. 2, 2; *ἐν ἁγιασμῷ*, 2, 15; *ἐν καινότητι ζωῆς*, Ro. 6, 4; *ἐν τῇ ἀνοχῇ αὐτοῦ*, 3, 26; *ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ*, Tit. 3, 3; *ἐν πανουργίᾳ*, 2 Co. 4, 2; ita ut exaequet etiam vim adverbiorum, ut *ἐν δυνάμει*, potenter, efficaciter, Mc. 9, 1. Ro. 1, 4. Col. 1, 29. 2 Th. 1, 11; *κρίνειν ἐν δικαιοσύνῃ*, Act. 17, 31. Ap. 19, 11; *ἐν χαρᾷ*, laetabundus, Ro. 15, 32; *ἐν ἐκτενείᾳ*, Act. 26, 7; *ἐν σπουδῇ*, Ro. 12, 8; *ἐν χάριτι*, Gal. 1, 6. 2 Th. 2, 16; *ἐν τάχει*, Lc. 18, 8. Ro. 16, 20. Ap. 1, 1. — Affinis est usus, quo dicitur *f*) *de forma, qua aliquid comparet vel exhibetur*, ubi germanice dici potest *als*; ita his in N. T.: *σοφίαν λαλεῖν ἐν μυστηρίῳ* (*als Geheimniss*), 1 Co. 2, 7; *ἐν τῷ αὐτῷ ὑποδείγματι πίπτειν*, Heb. 4, 11. (*διδόναι τι ἐν δωρεᾷ*, 2 Macc. 4, 30. Pol. 23, 3, 4. 26, 7, 3; *ἐν μερίδι*, Sir. 26, 3; *λαμβάνειν τι ἐν φερνῇ*, Pol. 28, 17, 9; exempla e Platone profert *Ast* Lex. Plat. I, p. 702; lat. *in mandatis dare* — ut pro mandatis haberentur, Caes. b. g. 1, 44, 9.). — *g*) *de rebus, in quibus tractandis aliquis versatur*; 1 Tim. 4, 15. Col. 4, 2; *ἐν οἷς*, Act. 26, 12; *ἐν αὐτῷ*, in praedicando evangelio, Eph. 6, 20; *ἐν τῇ ἑορτῇ*, in celebrando festo, Jo. 2, 23; *ἐν τῇ διδαχῇ*, doctrinam tradens, inter docendum, Mc. 4, 2. 12, 38; v. in *εἰμί*, n. V, 4, d. *Passow* I, p. 902, col. 2. — *h*) *de eo, quo aliquid completur vel comprehenditur*; *ἐν αὐτῷ ζωη ἦν*, h. e. illa vita, cujus creatae naturae reddebantur participes, in eo erat comprehensa, Jo. 1, 4; *ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται*, Ro. 13, 9 (de loco Eph. 1, 10 v. in *ἀνακεφαλαιόω*); *πᾶσαν τ. συγγένειαν ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε*, septuaginta quinque animis comprehensam s. constantem, Act. 7, 14. — 6) *de eo, cui aliquid vel aliquis inhaeret infixus, insertus, vel intime est conjunctus*; *a*) *de toto, cui infixa est pars*; pr. *μένειν ἐν τῇ ἀμπέλῳ*, Jo. 15, 5; *ἐν ἑνὶ σώματι μέλη πολλά*, Ro. 12, 4; translate: *κρεμᾶσθαι ἔν τινι*, Mt. 22, 40. — *b*) *de eo, cui aliquis totus conjunctus et cujus potestati atque efficaciae subjectus est*, ita ut ille videatur instar *loci* esse, *in quo* hic versetur. Dic. ita in paulinis et joanneis scriptis potissimum de intima cum deo vel Christo necessitudine, plerumque per orationis contextum injunctâ notione virium et beneficiorum ex ea necessitudine redundantium; ita *εἶναι* vel *μένειν ἐν τῷ πατρί* vel *ἐν τῷ θεῷ*, de Christo, Jo. 10, 38. 14, 10 s.; de Christianis, 1 Jo. 3, 24. 4, 13. 15 s.; *εἶναι* vel *μένειν in Christo*, de ejus discipulis et cultoribus, Jo. 14, 20. 15, 4 s.; *μένειν ἐν τῷ υἱῷ κ. ἐν τῷ πατρί*, 1 Jo. 2, 24; *ἐν θεῷ*, in consortio dei ejusque consortii conscientia auctum et firmatum, *ἐργάζεσθαι τί*, Jo. 3, 21; *παῤῥησιάζεσθαι*, 1 Th. 2, 2; frequentantur a Paulo dictiones *ἐν Χριστῷ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἐν κυρίῳ* (cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 82 ss. *Win*. p. 364. *Weiss* b. Th. p. 328 s. 641 s.), *Christo quasi insertus*, *in conjunctione et necessitudine cum Christo, cum domino*; Ro. 3, 24. 6, 11. 23. 8, 39. 1 Co. 1, 4. 2 Co. 3, 14. Gal. 2, 4. 3, 14. 26. 28. 5, 6. Eph. 1, 3. 2, 6 s. 10. 13. 1 Tim. 1, 14. 2 Tim. 1, 1. 13. 2, 1. 1 Pet. 3, 16. 5, 10; *στήκειν ἐν κυρίῳ*, Phil. 4, 1; *ἵνα εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ*, ut deprehendar (a deo et Christo) ei conjunctissimus, Phil. 3, 9; *εἶναι ἐν Χριστῷ Ἰησ.*, 1 Co. 1, 30; *οἱ ἐν Χρ. Ἰησ.*, Ro. 8, 1. 1 Pet. 5, 14; *κοιμᾶσθαι ἐν Χριστῷ, θνήσκειν ἐν κυρίῳ*, obdormire, mori necessitudinis c. Christo memorem eâque confisum, 1 Co. 15, 18. Ap. 14, 13. Quum talis cum Christo conjunctio fundamentum sit, cui actiones vel virtutes innitantur, phrasis, si *notionem* spectas, idem est ac: *quemadmodum fert conjunctio cum Christo* (*in Kraft der Geistesgemeinschaft mit Christus*); hoc sensu conj. c. hisce vocibus et locutionibus: *πέπεισμαι*, Ro. 14, 14; *πεποιθέναι*, Gal. 5, 10. Phil. 1, 14. 2 Th. 3, 4; *παῤῥησίαν ἔχειν*, Philem. vs. 8; *ἐλπίζειν*, Phil. 2, 19; *καύχησιν ἔχειν*, Ro. 15, 17. 1 Co. 15, 31; *ἀνῆκεν*, Col. 3, 18; *τὸ αὐτὸ φρονεῖν*, Phil. 4, 2; *ὑπακούειν*, Eph. 6, 1; *φῶς*, 5, 8; *αὔξει*, 2, 21; *ζωοποιεῖσθαι*, 1 Co. 15, 22; *ὁ κόπος οὐκ ἔστι κενός*, ib. vs. 58; *ἅγιος*, Phil. 1, 1; *ἡγιασμένος*, 1 Co. 1, 2; *λαλεῖν*, 2 Co. 2, 17. 12, 19; *ἀλήθειαν λέγειν*, Ro. 9, 1; *λέγειν κ. μαρτύρεσθαι*, Eph. 4, 17; — hinc denotat etiam *christianam* alicujus actionis vel virtutis *rationem* (*Richtung*), *indolem*, *naturam*; ita *εὐάρεστον ἐν κυρίῳ*, Col. 3, 20 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*; *προςδέχεσθαί τινα*, Ro. 16, 2. Phil. 2, 29; *ἀσπάζεσθαί τινα*, Ro. 16, 8. 22. 1 Co. 16, 19; *κοπιᾶν*, Ro. 16, 12; *γαμηθῆναι*, 1 Co. 7, 39; *χαίρειν*, Phil. 3, 1. 4, 4. 10; *παρακαλεῖν*, 1 Th. 4, 1; *προΐστασθαί τινος*, 1 Th. 5, 12; — i. q. *in rebus ad Christum pertinentibus, in causa Christi*: *νήπιος*,

1 Co. 3, 1; φρόνιμος, 4, 10; παιδαγωγοί, v. 15; ὁδοί μου, vs. 17; θύρας μοι ἀνεῳγμένης ἐν κυρίῳ, in regno domini, 2 Co. 4, 12; — δικαιοῦσθαι ἐν Χριστῷ, fide Christo habenda, Gal. 2, 17. Inservit denique *faciendae periphrasi notioni de christiana vel persona vel re:* τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου τοὺς ὄντας ἐν κυρίῳ (opp. iis e familia Narcissi, qui non erant Christiani), Ro. 16, 11; ἄνθρωπος ἐν Χρ., Christianus, 2 Co. 12, 2; αἱ ἐκκλησίαι αἱ ἐν Χρ., Gal. 1, 22. 1 Th. 2, 14; οἱ νεκροὶ ἐν Χρ., ii mortui, qui sunt Christiani, 1 Th. 4, 16; ἐκλεκτὸς ἐν κ., insignis Christianus, Ro. 16, 13; δόκιμος ἐν Χρ., probatus Christianus, vs. 10; δέσμιος ἐν κυρ., christianus captivus (tacite opp. alius generis captivis), Eph. 4, 1; πιστὸς διάκονος ἐν κ., Eph. 6, 21. Col. 4, 7; διακονία, vs. 17; ἐν Χρ. γεννᾶν τινα, alicui genitorem esse vitae Christo addictae, 1 Co. 4, 15; δεσμοὶ ἐν Χρ., vincula, quorum causa posita est in consortio Christi, Phil. 1, 13; reddere licet germanice *als Christen, als Christ:* 1 Co. 9, 1 s. Philem. vs. 16. — ἐν πνεύματι (ἁγίῳ) εἶναι, *in potestate spiritus s. esse, ab eo agi, inspirari,* Ro. 8, 9 (opp. ibi ἐν σαρκί); γίνεσθαι, Ap. 1, 10. 4, 2; ἐν πνευματι θεοῦ λαλεῖν, 1 Co. 12, 3; ἐν πνεύματι vel ἐν πν. τῷ ἁγίῳ vel ἐν πν. θεοῦ sc. ὤν, in potestate spir. collocatus, ab eo actus, Mt. 22, 43. Mc. 12, 36. Lc. 2, 27. 1 Co. 12, 3. Ap. 17, 3. 21, 10. — ἄνθρωπος ἐν πνευματι ἀκαθάρτῳ sc. ὤν, in potestate spiritus impuri collocatus, ab eo obsessus. Mc. 1, 25; ἐν τῷ πονηρῷ κεῖσθαι, in satanae potestate teneri, 1 Jo. 5, 19. — οἱ ἐν νόμῳ, imperio legis subjecti, Ro. 3, 19. — ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀποθνήσκειν, per nexum cum Adamo, 1 Co. 15, 22. — *c) de eo, in quo tamquam in causa et principio alia continentur et sustentantur;* ἐν αὐτῷ (i. e. in deo) ζῶμεν κτλ., in deo posita est causa, cur vivamus, Act. 17, 28; ἐν αὐτῷ (in Christo tamquam divino λόγῳ hypostatico) ἐκτίσθη τὰ πάντα, in eo sita est causa, cur omnia olim creabantur, Col. 1, 16 (intelligitur autem causa et *instrumentalis* et *finalis*, quia ἐν αὐτῷ statim post resolvitur in δι' αὐτοῦ κ. εἰς αὐτόν); τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε, ibid.; ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα, Ro. 9, 7. Heb. 11, 18 e Gen. 21, 12; ἁγιάζεσθαι ἐν c. dat. rei, Heb. 10, 10 coll. 1 Co. 6, 11; ἐν τούτῳ πιστεύομεν, hac in re sita est causa, cur credimus, Jo. 16, 30 coll. 1 Co. 4. 4; ἐν ᾧ = ἐν τούτῳ, ὅτι, *quoniam*, Ro. 8, 3. Heb. 2, 18. 6, 17. — Finitimus est *d*) usus *de re ansam praebente;* ἔφυγεν ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ (pr. *bei diesem Wort*, h. e. *auf dieses Wort;* cf. *Win.* p. 362), Act. 7, 29. — *e*) post nonnulla verba *affectum* designantia, quia affectus inhaeret quasi ei vel immoratur in eo, ad quod pertinet; v. in εὐδοκέω, εὐδοκία, εὐφραίνομαι, καυχάομαι, χαίρω al.; item aliquoties post ἐλπίζω, πιστεύω, πίστις (quas voces v. suis in locis), quia fides et spes reponuntur in iis quae creduntur aut sperantur. — 7) post verba *motum* indicantia ἐν c. dat. ita ponitur, ut ex Germanorum rationibus judicatum pro εἰς c. acc. dictum videri possit; sed significatur ita notio mansionis et commorationis motum secutae; cf. *Win.* §. 50, 4. *Bttm.* ntl. Gr. p. 282 s.; ita post ἀποστέλλω, Mt. 10, 16. Lc. 10, 3; εἰςέρχεσθαι, Lc. 9, 46. Ap. 11, 11; ἐξέρχεσθαι, Lc. 7, 17. 1 Th. 1, 8 (minime vero ἔρχεσθαι ap. Lc. 23, 42., de quo loco v. supra in n. 5, c); καταβαίνειν, Jo. 5, 4; ἐπιστρέψαι ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων, *ut sint in ...*, Lc. 1, 17; καλεῖν ἐν εἰρήνῃ, ἐν ἁγιασμῷ, ἐν μιᾷ ἐλπίδι, = εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς (ὑμᾶς) ἐν ..., 1 Co. 7, 15. 1 Th. 4, 7. Eph. 4, 4; inprimis post τιθέναι et ἱστάναι, quae verba vide suis in locis. De eodem praeverbii usu ap. Homerum trito, ap. meliores Graecos rariore, ap. inferioris aetatis scriptores saepius recurrente, v. *Win.* l. c. *Passow* I, 2, p. 109, coll. 1. — 8) Structurae, in quibus aliquid singulare est: *a*) ἐν Αἰγύπτου sc. γῇ (ex ellipsi ap. Graecos frequente, cf. *Passow* I, 2, p. 908, col. 2. *Win.* p. 359 in fine), Heb. 11, 26; sed v. in Αἴγυπτος. — *b*) dictiones ad Hebraeorum modum formatae: ἀγοράζειν ἐν c. dat. pretii (pretium enim est praesidium, quo emitur aliquid); Ap. 5, 9. (ἐν ἀργυρίῳ, 1 Chr. 21, 24). — ἀλλάσσειν τι ἔν τινι (v. in ἀλλάσσω), *permutare aliquid cum aliquo* (propr.: mutare aliquid mutatumque habere in ...), Ro. 1, 23. 25. — ὄμνυμι ἔν τινι (נִשְׁבַּע בְּ, cf. *Gesenii* Thes. II, p. 1355), *juro per* (h. e. interposito alicujus nomine), aut quasi *innitens alicui*, Mt. 5, 34—36. 23, 16. 18—22. Ap. 10, 6. — *c*) e syriasmo ὁμολογῶ ἔν τινι (ܐܘܕܝ ܒ), pr. *in alicujus causa* (s. *quum agitur de alicujus causa*) *professionem edo*, quae professio qualis sit e contexta oratione patet, velut *profiteor aliquem esse magistrum meum et dominum*, aut *aliquem esse cultorem meum*, Mt. 10, 32. Lc. 12, 8. — *d*) de frequentissima phrasi ἐν ὀνόματί τινος v. in ὄνομα.

II) *Temporali notione* denotat *a*) spatia partesque temporis, in quas factum aliquod incidit (ubi nostrates *in, während, an, zu*); ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ἐν τῇ νυκτί, Jo. 11, 9 s. al.; ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, Mt. 3, 1 al.; ἐν σαββάτῳ, Mt. 12, 2 et multis aliis exemplis; ἐν τῷ δευτέρῳ, altera vice, secundo, Act. 7, 13; ἐν τῷ καθεξῆς, Lc. 8, 1; ἐν τῷ μεταξύ, *interea*, Jo. 4, 31. — *b*) ante nomina subst. eventum significantia nonnumquam idem est ac *tempore hujus illiusve eventus*, ubi nos *bei;* ita ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, Mt. 19, 28; ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, μου, 1 Co. 15, 23. 1 Th. 2, 19. 3, 13. Phil. 2, 12. 1 Jo. 2, 28; ἐν τῇ ἀναστάσει, Mt. 22, 28. Mc. 12, 23. Lc. 20, 33. 14, 14; ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι, ubi ultima tuba sonuerit, 1 Co. 15, 52; ἐν τῇ ἀποκαλύψει Christi, 2 Th. 1, 7. 1 Pet. 1, 7. 13. 4, 13. — *c*) ante infinitivos articulo notatos, et ante infinit. quidem praesentis significat *dum* (*während, bei*), Mc. 6, 48. Mt. 13, 4 (ἐν τῷ σπείρειν); vs 25 (ἐν τ. καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους); 27, 12. Lc. 1, 21. 24, 51. 1 Co. 11, 21. Gal. 4, 18 al. — ante infin. aor. *cum, postquam;* Lc. 9, 36. 19, 15 al. — *d*) *intra* (*innerhalb, binnen*); ἐν τρισὶν ἡμέραις, Mt. 27, 40. Mc. 15, 29. Jo. 2, 19 s. cf. *Win.* p. 361.

III) In *compositis*. *Adjectivis* praefixum denotat ἐν positum vel versantem in aliquo loco vel statu, praeditum, insignem, affectum aliquo, ut in ἐνάλιος, ἔνδοξος, ἔμφοβος. *Verbis* praefixum significat 1) mansionem, commorationem, perseverationem in aliquo loco, aliqua re, aliquo statu, ut ἔνειμι, ἐμμένω, ἐνοικέω. — 2) motum in aliquid, ingressum, immixtionem; ἐμβαίνω, ἐμβατεύω, ἐγκαλέω (in jus voco), ἐγγράφω, ἐγκρύπτω. — 3) respondet germanico *an* in ἐμφυσάω, ἐμπρήθω, ἐμπτύω. — Ceterum ante β, μ, π, φ, ψ transit ἐν in ἐμ-, ante γ, κ, ξ, χ in ἐγ-, ante λ in ἐλ etsi haec assimilatio in antiquioribus codd., quos passim secutus est *Tdf.* (cf. ejus ed. VII cr. min. p. XXXVI), etiam negligitur, ut in ἐνγράψω, 2 Co. 3, 2; ἐνκακέω, q. v.; ἐνκάθετος (Lc. 20, 20 *Tdf.*); ἔνπροσθεν (Ap. 4, 6); ἐνπνέω (Act. 9, 1). Cf. *Win.* p. 48 s.

**ἐν-αγκαλίζομαι**, ptcp. aor. 1. ἐναγκαλισάμενος, med., i. q. εἰς τὰς ἀγκάλας δέχομαι, Lc. 2, 28; *in ulnas recipio, amplector, amplexor;* τινά, Mc. 9, 36. 10, 16. (Prov. 6, 10. 24, 33. Meleag. in Anth. 7, 476. Plut. Alciphr. 2, 9. 4 al.)*

**ἐνάλιος**, ον, vel ἐνάλιος, ία, ιον (ἅλς, mare), *qui in mari est, marinus;* plur. τὰ ἐνάλια, animalia

marina, Jac. 3, 7. (saepe ap. Graecos; epicâ formâ εἰνάλιος jam ap. Hom.)*

**ἔναντι**, adv. (ἐν et ἀντί, propr. in ea parte loci, quae ex adverso est), *coram;* ut praepos. jung. c. genit.; ἔναντι τοῦ θεοῦ, לִפְנֵי יְהוָֹה, *coram deo*, i. e. in templo, Lc. 1, 8; ex judicio dei, Act. 8, 21 *Lchm. Tdf. Trg.* (saepissime ap. LXX et in palaestinensibus apoccr. V. T., nusquam vero ap. profanos.)*

**ἐναντίος**, α, ον (ἀντίος), pr. *qui ex adverso est; oppositus;* dic. 1) pr. de loco: *contrarius;* de vento (Xen. an. 4, 5, 3), Mt. 14, 24. Mc. 6, 48. Act. 27, 4; ἐξ ἐναντίας, *e regione* (v. in ἐκ I, 4), c. genit., Mc. 15. 39. — 2) metaph. *adversarius, hostiliter sentiens vel agens;* 1 Th. 2, 15 (ad h. l. cf. *Grimm* ad 3 Macc. 7, 4); — ὁ ἐξ ἐναντίας, *adversarius*, Tit. 2, 8; ἐναντίον ποιεῖν τί τινι, committere aliquid contra aliquem, Act. 28, 17; ἐναντία πράττειν πρὸς τὸ ὄνομά τινος, Act. 26, 9. — Neutr. ἐναντίον, adv., ut praepos. constr. c. genit., *coram, in conspectu, praesente aliquo* (ap. Graecos ita jam inde ab Hom.; LXX saepe pro לִפְנֵי et בְּעֵינֵי, etiam pro לְעֵינֵי), Mc. 2, 12 (ubi *Tdf.* ἔμπροσθεν); Lc. 20, 26. Act. 7, 10 (ἐναντ. Φαραώ, quum staret coram Pharaone); 8, 32; ex hebr. *judice aliquo*, Lc. 24, 19 (Gen. 10, 9 al.).*

**ἐν-άρχομαι**, aor. 1. ἐνηρξάμην, *incipio, inchoo;* c. dat. rei, a qua incipitur, Gal. 3, 3; τί, Phil. 1, 6 et ap. *Lchm.* in ed. min. 2 Co. 8, 6. (Polyb. Dion. H. Plut. Lucian., plerumque c. genit. rei, quae incipitur, ut Sir. 36, 29. 38, 16. 1 Macc. 9, 54; — ap. Eurip. c. acc. de incipiendis actibus sacrificalibus; denique *imperio, dominor*, c. genit. LXX Jos. 10, 24.)*

**ἔνατος**, v. ἔννατος.

**ἐνγράφω**, v. in ἐν, n. III.

**ἐνδεής**, ές (ab ἐνδέω, deficio, med. indigeo), *indignus, egenus;* Act. 4, 34. (inde ab Hdt.; LXX.)*

**ἔνδειγμα**, τος, τό (ἐνδείκνυμι), *indicium, argumentum;* 2 Th. 1, 5. (Plat. Criti. p. 110 b. Dem. 423, 13.)*

**ἐν-δείκνυμι**, *indico*, nostr. *anzeigen*, inde a Pind.; in med. primum ap. Hom.; — in N. T. exstat solum medium, aor. 1. ἐνεδειξάμην, propr. nostr. *sich womit, etwas an sich sehen lassen*, 1) *ostendo, demonstro, comprobo*, s. argumentis s. factis; τί, Ro. 9, 22 (conj. c. γνωρίσαι); Eph. 2, 7. Tit. 2, 10. 3, 2. Heb. 6, 11; c. dupl. acc., altero objecti, altero praedicati, Ro. 2, 15; τὶ ἔν τινι, dat. pers. Ro. 9, 17 (ex Exod. 9, 16); 1 Tim. 1, 16; τὶ εἰς τὸ ὄνομά τινος, Heb. 6, 10; τὴν ἔνδειξιν ἐνδείκνυσθαι (ut Plat. legg. 12, p. 966 b; cf. *Win.* p. 211) εἴς τινα, 2 Co. 8, 24. — 2) *exhibeo, edo;* τινί (dat. pers.) κακά, 2 Tim. 4, 14. Gen. 50, 15. 17.*

**ἔνδειξις**, εως, ἡ (ἐνδείκνυμι), *demonstratio;* h. e. *declaratio*, quae factis fit, τῆς δικαιοσύνης, Ro. 3, 25 s.; τῆς ἀγάπης, 2 Co. 8, 24; i. q. *indicium, argumentum*, ἀπωλείας, Phil. 1, 28.*

**ἕνδεκα**, οἱ. αἱ, τά, *undecim;* οἱ ἕνδεκα, undecim Jesu apostoli post Judae proditoris mortem superstites, Mt. 28, 16. Mc. 16, 14. Lc. 24, 9. 33. Act. 1, 26. 2, 14.*

**ἑνδέκατος**, άτη, ον, *undecimus;* Mt. 20, 6. 9. Ap. 21, 20.*

**ἐν-δέχομαι**, *recipio, approbo, admitto* (velut τὸν λόγον, Hdt. 1, 60). — Imperson. ἐνδέχεται, *admitti, fieri potest* (saepe ita ap. graecos prosae scriptores inde a Thuc.), sq. acc. c. inf. Lc. 13, 33 coll. 17, 1.*

**ἐνδημέω**, ῶ, inf. aor. 1. ἐνδημῆσαι (ἔνδημος, qui in populo s. intra sui populi fines est, qui peregre non it; oppon. ἔκδημος), pr. *in populo meo sum, in patria versor, domi maneo* (opp. ἐκδημέω, ἀποδημέω, quas voces v. suis in locis); i. q. *fixam sedem habeo.* ἐν τῷ σώματι, de terrestri vita, 2 Co. 5, 6. 9; πρὸς τὸν κύριον, de vita in coelis, vs. 8. (raro ap. Graecos, ut Lys. p. 114, 136.)*

**ἐνδιδύσκω**, i. q. ἐνδύω, impf. med. ἐνεδιδυσκόμην, *induo;* τινὰ πορφύραν, Mc. 15, 17 *Lchm. Tdf. Trg.;* med. *me induo;* ἱμάτιον, Lc. 8, 27; πορφύραν, βύσσον, Lc. 16, 19. (2 Sam. 1, 24. 13, 18. Prov. 31, 22. Judith. 9, 1. Sir. 50, 12. Jos. b. jud. 7, 2.)*

**ἔνδικος**, ον (δίκη), *juri conveniens, justus;* Ro. 3, 8. Heb. 2, 3. (Pind. Trag. Plat.)*

**ἐνδόμησις** (ἐνδομέω) et (*Tdf. Trg.*) ἐνδώμησις (δωμάω), εως, ἡ, *id quod inaedificatum est* (*Einbau*); τοῦ τείχους, materies in murum inaedificata, h. e. ex quo murus exstructus erat, Ap. 21, 18; praeterea solum ap. Jos. antt. 15, 9, 6 de mole in mare exstructâ et fluctibus oppositâ, qua navale portuosum reddatur.*

**ἐνδοξάζω**, aor. 1. pass. ἐνεδοξάσθην, ἔνδοξον *facio, glorifico* (Vulg.), *clarifico* (Vulg.), *gloriâ condecoro;* passiv. 2 Th. 1, 12; ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις, ut gloria ejus cernatur in sanctis, h. e. in beatissima sorte iis tributa, ibid. vs. 10. (Exod. 14, 4. Ez. 28, 22 al. Sir. 38, 6. Apud profanos non exstat.)*

**ἔνδοξος**, ον (δόξα), 1) *qui in bona* vel *in magna existimatione est; a) clarus, nobilis* (Xen. Plat. ss.), 1 Co. 4, 10 (ita LXX pro נִכְבָּד. 1 Sam. 9, 6. 22, 14. Jes. 23, 8 al. Sir. 11, 6. 44, 1 al.). — *b) magnificus, gloriosus;* τὰ ἔνδοξα, facta admiranda, Lc. 13, 17. (pro נִפְלָאוֹת, Exod. 34, 10.) — *c) splendidus;* de veste, Lc. 7, 25; in imagine i. q. *sceleris purus*, Eph. 5, 27.*

**ἔνδυμα**, τος, τό (ἐνδύω), *indumentum* (Gell. Lact.), *vestimentum;* Mt. 6, 25. 28. Lc. 12, 23; speciatim *pallium, vestis superior*, Mt. 3, 4. 22, 11 s. (ἔνδ. γάμου, vestis nuptialis), 28, 3; ἔνδ. προβάτων, vestimenta ovium, i. e. pelles ovinae, Mt. 7, 15. (Jos. b. jud. 5, 5, 7. Plut. sol. 8. LXX pro לְבוּשׁ.)*

**ἐνδυναμόω**, ῶ, 3 ps. impf. ἐνεδυναμοῦτο, aor. 1. ἐνεδυνάμωσα, aor. 1. pass. ἐνεδυναμώθην (ab ἐνδύναμος = ὁ ἐν δυνάμει ὤν), *validum reddo, viribus instruo;* τινά, Phil. 4, 13. 1 Tim. 1, 12. 2 Tim. 4, 17; passiv. *vires recipio, roboror, confirmor*, Act. 9, 22; ἔν τινι, in aliqua re, 2 Tim. 2, 1; ἐν κυρίῳ, in conjunctione cum domino, Eph. 6, 10; c. dat. rationem indicante, τῇ πίστει, Ro. 4, 20; ἀπὸ ἀσθενείας, ex infirmitate aut morbo convalescere, Heb. 11, 34 t. vulg. *Grsb.* (sensu malo *ferox sum*, Ps. 52, 9; praeterea tantum in eccles. scriptis.)*

**ἐν-δύνω** et **ἐν-δύω**, aor. 1. ἐνέδυσα, aor. 1. med. ἐνεδυσάμην, ptcp. pf. med. vel pass. ἐνδεδυμένος, LXX pro לָבַשׁ; ut ap. Graecos: 1) transit. (pr. *involvo in ..., abscondo in ...*), *induo;* τινά τι, *a*) sensu proprio, *vestem*, Mt. 27, 31. Mc. 15, 17 (t. vulg.); 20. Lc. 15, 22. — Med. *induo me, induor*, τί, Mt. 6, 25. Lc. 12, 22. Mc. 6, 9. Act. 12, 21; ἐνδεδυμένος c. acc. rei, Mc. 1, 6. Mt. 22, 11. Ap. 1, 13. 15, 6. 19, 14; ἐνδυσάμενος, opp. γυμνῷ, *corpore indutus*, 2 Co. 5, 3; de quo loco v. in γέ, p. 76 col. 1. (Aristot. de anima 1, 4 extr.: - - ψυχὴν - - ἐνδύεσθαι σῶμα.) — *b*) in phrasibus metaphor.: de armatura metaph. dicta, ἐνδύεσθαι τὰ ὅπλα τοῦ φωτός, Ro. 13, 12; τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ, τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, Eph. 6, 11. 14; θώρακα πίστεως, 1 Th. 5, 8 (c. dupl. acc., objecti et praedicati, θώρακα δικαιοσύνην, Sap. 5, 18; pr. ὅπλα, Xen. Cyr. 1, 4, 18; τὸν θώρακα, an. 1, 8, 2). — instruor aliqua re, ornor aliqua virtute, quasi induor veste, ἐνδύεσθαι ἀφθαρσίαν, ἀθανασίαν, 1 Co. 15, 53 s.; δύναμιν, Lc. 24, 49 (ἰσχύν, Jes. 51, 9; δύειν ἀλκήν, Hom. Il. 9, 36; ἕννυσθαι et ἐπιέννυσθαι ἀλκήν, Il. 20, 381. Od. 9, 214 al.; multa similia

ap. Hebraeos et Arabes, cf *Gesenii* Thes. II, p. 742; lat. *induere novum ingenium*, Liv. 3, 33); τὸν καινὸν ἄνθρωπον, i. e. novam mentem et vitam, Eph. 4, 24. Col. 3, 10; Ἰησοῦν Χριστόν, mentem Christi ita in se recipere, ut sentiendo agendoque Christum referamus vitamque ab eo actam quasi repetamus, Ro. 13, 14. Gal. 3, 27. (similiter Graeci et Romani: τὸν Ταρκύνιον ἐνδύεσθαι, Dion. H. antt. 11, 5, 5; ῥίψας τὸν στρατιώτην ἐνέδυ τὸν σοφιστήν, Liban. Ep. 956; *proditorem et hostem induere*, Tac. ann. 16, 28; cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. III, p. 143 s. *Wieseler* ad Gal. 3, 27. p. 317 ss.) — 2) intrans. *irrepo; ingredior;* ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας, 2 Tim. 3, 6.*

ἔνδυσις, εως, ἡ (ἐνδύω), *indutus* (*das Anziehen, der Anzug*); τῶν ἱματίων, 1 Pet. 3, 3. (*vestitus*, Job. 41, 5. Athen. 12, p. 550. Dio Cass. 78, 3; *ingressus*, Plat. Crat. p. 419 c.)*

ἐνδύω, v. ἐνδύνω.

ἐνδώμησις, v. ἐνδόμησις.

ἐνέγκω, v. φέρω.

ἐνέδρα, ας, ἡ (ex ἐν et ἕδρα, sedes), *insidiae, quae alicui struuntur;* Act. 23, 16; ἐνέδραν ποιεῖν, Act. 25, 3. (LXX. Thuc. et sqq.)*

ἐνεδρεύω (ἐνέδρα), *insidior, insidias struo;* τινά, alicui, Lc. 11, 54. Act. 23, 21. (Thuc. Xen. et sqq.; LXX.)*

ἔνεδρον, ου, τό, i. q. ἐνέδρα, *insidiae*, Act. 23, 16 *Tdf.* ed. VII, (LXX. — Sap. 14, 21. Sir. 11, 27. 1 Macc. 9, 40 al.; ap. profanos non exstat.)*

ἐν-ειλέω, ῶ, aor. 1. ἐνείλησα, *involvo;* τινά τινι, aliquem aliqua re, Mc. 15, 46. (1 Sam. 21, 9. Artemid. Plut. Philostr. al.)*

ἔνειμι (εἰμί) *insum;* τὰ ἐνόντα, *quae intus sunt*, i. e. animus, Lc. 11, 41 (= τὸ ἔσωθεν ὑμῶν vs. 39); statuenda autem est ironica hortatio (simillima illi ap. Amos. 4, 4) ad ipsorum Pharisaeorum mentem accommodata: „ad animum quod attinet (τὰ ἐνόντα accus. absol.), date (egenis) stipem, et ecce omnia vobis (e vestro judicio) sunt pura"; cf. *Bornemann* ad l. Plerique intpp. τὰ ἐνόντα putant esse *ea quae insunt in poculis et patinis* dicique de opibus injuste partis ad erogandam stipem adhibendis. — Ceterum e plerorumque sententia ἔνι, Gal. 3, 28. Col. 3, 11 al. contractum est ex ἔνεστι, sed vide infra suo loco in ἔνι.

ἕνεκα (tantummodo ante consonantes) et ἕνεκεν vel formâ primum ab Ionibus usurpatâ εἵνεκεν (Lc. 4, 18. 2 Co. 3, 10. 7, 12; utraque forma et ante consonantes et ante vocales), praepos. sibi copulans genitivum, *propter, ob;* Mt. 5, 10 s. 16, 25. 19, 29. Mc. 8, 35. Lc. 6, 22. Act. 28, 20. Ro. 8, 36. 2 Co. 3, 10; ἕνεκεν τούτου, *propterea*, Mt. 19, 5; τούτων, Act. 26, 21; τίνος ἕνεκεν, cujus rei causa, Act. 19, 32; ante τοῦ c. infin. consilium indicante, 2 Co. 7, 12. — οὗ εἵνεκεν, *propterea quod*, Lc. 4, 18; cf. *Meyer* ad l.

ἐνενήκοντα, v. ἐννενήκοντα.

ἐνεός, v. ἐννεός.

ἐνέργεια, ας, ἡ (ἐνεργής, q. v.), *efficientia, efficacia;* in N. T. non dicitur nisi de supranaturali s. dei s. diaboli efficacia; dei: Eph. 3, 7. Col. 2, 12; ἡ ἐνέργεια ἡ ἐνεργουμένη, Col. 1, 29; interveniente relativa structura dic. ἐνεργεῖν ἐνέργειαν, Eph. 1, 19 s.; κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους, pro efficacia, quae modo uniuscujusque partis convenit, Eph. 4, 16; κατὰ τ. ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτόν κτλ., pro efficacia, qua omnia sibi subjicere potest, Phil. 3, 21. — ἐνέργ. τοῦ σατανᾶ, 2 Th. 2, 9; πλάνης, vis, qua efficax est fraus, vs. 11. (Sap. 7, 17 al. 2 Macc. 3, 29; τῆς προνοίας, 3 Macc. 4, 21; ap. LXX non exstat; inter Graecos primum ap. Aristot.)*

44; — *congredi*, de usu veneris, 1 Co. 7, 5 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*; συνελθεῖν ἐπὶ τὸ αὐτό, eundem in locum convenisse, 1 Co. 14, 23; simpliciter ἐπὶ τὸ αὐτό sc. ὄντες, *una*, Act. 3, 1. 2 Sam. 2, 13. — *e*) dic. de motu vel adventu *in viciniam alicujus loci* (non in ipsum locum); *prope; ad;* nos *an, bei, zu, hin - - zu;* ἐπὶ τὸ μνημεῖον, Mc. 16,2. Lc. 24, 12. 22, 24. 24, 1; ἐπὶ τοὺς ἀναβαθμούς, Act. 21, 35; ἔρχεσθαι ἐπί τι ὕδωρ, Act. 8, 36; ἐπὶ τὴν πύλην, 12, 10; ἐπιστῆναι ἐπὶ τ. πυλῶνα, 10, 17; καταβαίνειν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, Jo. 6, 16 et al. exemplis; c. acc. personae: *ad aliquem;* Jo. 19, 33. Act. 25, 12. 2 Th. 2, 1. Ap. 16, 14; potissimum ad judices, reges al., i. q. ad eorum tribunal: Mt. 10, 18. Lc. 12, 58. 21. 12. 23, 1. Act. 9, 21. 16, 19. — item e structura praegnante post verba *sedendi*, *standi* al.; καθῆσθαι ἐπὶ τὸ τελώνιον, Mt. 9, 9. Mc. 2, 14. ἑστηκέναι ἐπί, Ap. 3, 20. 15, 2; ἐπιστῆναι ἐπί, Act. 10, 17. 11, 11; ἐπὶ τὴν δεξιάν, ad dextram, Ap. 5, 1. — *f*) dic. *de nuda in terminum directione* (ita ut terminus ipse non attingatur); πορεύεσθαι ἐπὶ τὸ ἀπολωλός, ad recuperandum, ubi nos *nach*, Lc. 15, 4; ἐκτείνειν τὰς χεῖρας ἐπί τινα, *contra aliquem*, ad capiendum eum, Lc. 22, 53; *versus aliquem*, dic. de monstrante, Mt. 12, 49; ἐξέρχεσθαι ἐπὶ λῃστήν, ad capiendum latronem, Mt. 26, 55. Mc. 14, 48. Lc. 22, 52 coll. Lc. 14, 31. 22, 52. — 2) metaphorice dic. *a*) c. acc. personae post verba *veniendi*, *cadendi*, *ferendi* al. α) de *malis et calamitatibus in aliquem incidentibus* atque de *perturbationibus alicujus animum supervenientibus;* τὸ αἷμά τινος (poena perpetratae in aliquo caedis) ἥκει vel ἔρχεται ἐπί τινα, Mt. 23, 35 s. 27, 25; ἐπάγειν τὸ αἷμά τινος ἐπί τινα, Act. 5, 28; ἔρχεσθαι et ἥκειν ἐπί τινα de aliis malis, Jo. 18, 4. Eph. 5, 6. Ap. 3, 3; post γίνεσθαι, Lc. 1, 65. 4, 36. Act. 5, 5; ἐπέρχεσθαι, Lc. 21, 35; ἐπιπίπτειν, Lc. 1, 11. Act. 13, 11. 19, 17. Ro. 15, 3 (e Ps. 69, 10); Ap. 11, 11; ἐπιστῆναι, Lc. 21, 34. — β) de bonis et beneficiis alicui obtingentibus; post ἔρχεσθαι, Mt. 10, 13; ἐπιπίπτειν, de ecstasi, Act. 10, 10; ἐπισκηνοῦν, 2 Co. 12, 9; ἔφθασεν et ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς (*super vos* sc. e coelis) ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, Mt. 12, 28. Lc. 10, 9. 11, 20; *spiritus sanctus* dic. ἐπί τινα tum ἐκχεῖσθαι, Act. 2, 17 s. 10, 45. Tit. 3, 6; tum ἀποστέλλεσθαι, Lc. 24, 49; tum ἐπέρχεσθαι, Act. 1, 8; tum καταβαίνειν, Mc. 1, 10. Lc. 3, 22. Jo. 1, 33; ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπί τινα, Act. 1, 26; post verba quietis et mansionis: χάρις ἦν ἐπί τινα, Lc. 2, 40. Act. 3, 44; ἐπαναπαύεσθαι, Lc. 10, 6; *spiritus sanctus* dic. ἐπί τινα tum μένειν, demissum in aliquem manere super eo, Jo. 1, 32 s.; tum ἀναπαύεσθαι, 1 Pet. 4, 14. — *b*) *de eo, cui aliquid imponitur*, ut onus, officium; τὴν μέριμναν ἐπιῤῥίπτειν ἐπὶ θεόν, 1 Pet. 5, 7; συντελεῖν διαθήκην ἐπί τινα, foedus alicui imponendum, quod servetur ab eo, Heb. 8, 8. (Ps. 83, 6 'פ כָּרַת בְּרִית עַל est *foedus pangere contra aliquem.*) — *c*) *de eo, cui aliquid accedit vel additur;* λύπη ἐπὶ λύπην, Phil. 2, 27 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* (Ps. 69, 27. Ez. 7, 26; v. supra B. 2, d); ἐπικαλεῖν ὄνομα ἐπί τινα (v. in ἐπικαλέω), nomen alicui imponere, Act. 15, 17. Jac. 2, 7. — *d*) *de numero et gradu, qui attingitur;* lat. *usque ad;* ἐπὶ σταδίους δώδεκα, Ap. 20, 16 (Xen. mem. 1, 4, 17. an. 1, 17, 15. Pol. 3, 54, 7. Cant. tr. pu. vs. 23); ἐπὶ τρίς, Vulg.: *per ter* (*zu drei Mal*), Act. 10, 16. 11, 10 (ita εἰς τρίς Hdt. 1, 86. Xen. an. 6, 4, 10. Cyr. 7, 1, 4 al.); ἐπὶ πλεῖον, *latius, ulterius, amplius*, Act. 4. 17. 2 Tim. 2. 16. 3, 9; ἐφ' ὅσον, *in quantum, quatenus*, Mt. 25. 40. 45. Ro. 11, 13. — *e*) *de cura, potestate, imperio in aliquid*, nostr. *über* c. acc. (cf. supra A. I, 1. d et B. 2, b); βασιλεύειν ἐπί τινα (hebr. מָשַׁל עַל), Lc. 1. 33. 35. 19. 14. 27. Ro. 5, 14; ἡγούμενον ἐπ' Αἴγυπτον, Act. 7, 10; καθίστημι, Heb. 2. 7 t. vulg.; ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ sc. ἐστίν, Heb. 3, 6; ἱερέα μέγαν ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ sc. καθεστηκότα, Heb. 10, 21; καθιστάναι δικαστὴν ἐπί, Lc. 12, 14 (ἄρχοντα, Xen. Cyr. 4, 5 extr.); ἐξουσία, Lc. 10, 19. Ap. 6, 8. 16, 9. 22, 14; φυλάσσειν φυλακάς, Lc. 2, 8; de usurpata dignitate: ὑπεραίρεσθαι ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεόν, 2 Th. 2, 4 coll. Dan. 11, 36 s. — Affine est πιστὸς ἐπί τι (fides enim quasi diffunditur per res, quarum procuratio ei sunt concreditae), Mt. 25, 31. — *f*) *de fine, quem animus attingit* vel *ad quem perducitur;* lat. *ad;* ἐπιστρέφειν, ἐπιστρέφεσθαι ἐπί τινα, potissimum *ad deum*. Lc. 1, 17. Act. 9, 35. 11, 21. 14, 15. 26, 20. Gal. 4, 9. 1 Pet. 2, 25. — *g*) *de directione in aliquem* vel *in aliquid;* α) post verba *fidendi* et *sperandi*, nostr. *auf* (v. supra B. 2, a, γ); post ἐλπίζειν, 1 Pet. 1, 13. 3, 5 t. vulg. *Grsb.;* 1 Tim. 5, 5 (saepe ap. LXX); πιστεύειν, Act. 9, 42. 11, 17. 16, 31. 22, 19. Ro. 4, 24; πίστις, Heb. 6, 1; πεποιθέναι, Mt. 27, 43 (ubi *Lchm.* ἐπί c. dat.). — β) *de animi sensis, affectibus, motibus;* i. q. nostr. *über;* κόπτομαι, Ap. 1. 7. 18, 9; κλαίω, Lc. 23, 28. Ap. 18, 9; εὐφραίνεσθαι, Ap. 18, 20 t. vulg. — *in, erga;* σπλαγχνίζομαι, Mt. 15. 32. Mc. 8, 2. 9, 22; χρηστός, Lc. 6, 35; χρηστότης, Ro. 11. 22. Eph. 2, 7. — γ) *de voluntatis et actionis directione;* αα) *de consilio et fine;* ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, ad baptismum ejus subeundum, Mt. 3, 7; ἐπὶ θεωρίαν ταύτην, Lc. 23, 48; ἐφ' ὃ πάρει, Mt. 26, 50 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* (v. supra B. 2, d, ε); ubi consilium et eventus coëunt in unum: ἐπὶ τὸ συμφέρον, Heb. 12, 10. — ββ) *de iis, quae hostiliter aguntur; contra;* post ἀποτομία, Ro. 11, 22; ἀναστῆναι, Mc. 3, 26; ἐγείρεσθαι, Mt. 24, 27. Mc. 13, 8. Lc. 21, 10; ἐπεγείρειν διωγμόν. Act. 13, 50; μερισθῆναι, Mt. 12, 26. Mc. 3. 24 s.; ἐπαίρειν τὶ ἐπί, Jo. 13, 18; μάρτυρ, 2 Co. 1, 23; μαρτύριον, Lc. 9, 5; ἀσχημονεῖν, 1 Co. 7, 36 (εἴς τινα, Dion. Hal. 2, 26); μοιχᾶσθαι, Mc. 10, 11; τολμᾶν, 2 Co. 10, 2; βρύχειν ὀδόντας, Act. 7, 54. — γγ) *de eo, quod aliquis dicendo scribendove spectat;* post λέγειν, Heb. 7, 13; ὁ οὖν μακαρισμὸς - - ἀκροβυστίαν. sc. λέγεται, Ro. 4, 9; προφητεία, 1 Tim. 1, 18; de Mc. 9, 12 s. v. in γράφω, p. 83 col. 1. — δδ) *ratione habita; propter;* post βάλλειν κλῆρον, Mc. 15, 24. Jo. 19. 24; cf. *Fritzsche* ad Mc. p. 688. — II) *de tempore;* 1) de *tempore, per quod* s. *ad quod;* nostr. *auf, während:* ἐπὶ ἔτη τρία. Lc. 4, 25; ἐπὶ ἡμέρας πλείους, Act. 13, 30; adde 16, 18. 17, 2. 18, 20. 19. 10. Heb. 11, 30 al., et saepe ap. Graecos inde ab Hom.; cf. *Passov*. I, 2, p. 1044; ἐφ' ὅσον χρόνον, *quamdiu*, Ro. 7, 1. 1 Co. 7, 39. Gal. 4, 1; et simplicius ἐφ' ὅσον, Mt. 9, 15. 2 Pet. 1, 13; ἐφ' ἱκανόν, satis diu, Act. 20, 11; ἐπὶ πολύ, diutius, 20, 9. 24, 4. — 2) *sub*, nostr. *gegen;* ἐπὶ τὴν αὔριον, Lc. 10. 35. Act. 4. 5; ἐπὶ τ. ὥραν τῆς προσευχῆς, Act. 3. 1; ἐπὶ τὸ πρωΐ, Mt. 15, 1; raro ita ap. Graecos, ut Arr. exp. Al. 3, 18: ἐπὶ τὴν ἕω.

*D*) In *compositis* denotat 1) mansionem, quietem, efficaciam in aliquo vel super aliquo; ἐπίγειος, ἐπουράνιος, ἐπιδημέω, ἐπαναπαύομαι al. — 2) motum, appropinquationem, directionem ad vel in aliquid: ἐπακούω, ἐπιβοάω, ἐπιβλέπω, ἐπεκτείνω al. — 3) impositionem; ἐπικαθίζω, ἐπιτίθημι, ἐπιβιβάζω, ἐπιβαρέω, ἐπιγράφω, ἐπιῤῥίπτω, ἐπιτάσσω al. — 4) incrementum, accessionem, additionem; ἐπεισαγωγή, ἐπισυνάγω, ἐπισωρεύω, ἐπικαλέω, cognomine, al. — 5) repetitionem; ἐπαιτέω, ἐπαμιμνήσκω a. — 6) *sursum;* ἐπαίρω, ἐπανάγω, ἐπαφρίζω al. — 7) *contra;* ἐπιβουλή, ἐπανίστημι, ἐπίορκος. ἐπιορκέω al. — 8) praefecturam; ἐπιστάτης.

ἐπι-βαίνω, aor. 2. ἐπέβην, ptcp. pf. ἐπιβεβηκώς, 1) *conscendo;* ἐπί τι, Mt. 21, 5 (Xen. h. g. 3. 4, 1 al.,

Gen. 24, 61); τῷ πλοίῳ, Act. 27, 2 (Thuc. 7, 70); εἰς τὸ πλοῖον, Act. 21, 6 t. vulg. *Grsb.*; nude de conscensa navi 21, 2; *adscendo;* εἰς Ἱερουσ., Act. 21, 4 *Lchm. Tdf. Trg.* — 2) *ingredior;* εἰς c. acc. loci, Act. 20, 18; c. dat. loci (ut etiam ap. Graecos), Act. 25, 1.*

ἐπι-βάλλω, impf. ἐπέβαλλον, aor. 2. ἐπέβαλον, 1) transit. *a*) *superjacio, superinjicio;* τινὶ βρόχον, 1 Co. 7, 35; τινὶ τὰ ἱμάτια, Mc. 11, 7; *injicio*, ἐπί τινα τὴν χεῖρα vel τὰς χεῖρας, de iis, qui aliquem prehendunt captivum abducturi, Mt. 26, 50. (Mc. 14, 46 t. vulg. *Grsb. Lchm.*) Lc. 20, 19. 21, 12. Jo. 7, 30. 44 (q. l. *Lchm. Trg.* simplex βάλλειν); Act. 5, 18. 21, 27 (pro hebr. 'שָׁלַח יָד אֶל פ, Gen. 22, 12); item τὰς χεῖρας τινί, Mc. 14, 46 *Tdf. Trg.*; Act. 4, 3 (Pol. 3, 46, 6. 5, 5. Lucian. Tim. 4); ἐπιβ. τὰς χεῖρας sq. inf. consilium indicante, Act. 12, 1; τὴν χεῖρα ἐπ' ἄροτρον, manus admovere aratro (de araturis), Lc. 9, 62. — *b*) *addo, assuo;* ἐπίβλημα ἐπὶ ἱμάτιον, Lc. 5, 36; ἐπὶ ἱματίῳ, Mt. 9, 16. — 2) intransit. (ut ap. Graecos inde ab Hom.) *me injicio, irruo;* εἰς τὸ πλοῖον, de fluctibus in navem irruentibus, Mc. 4, 37; *attendo, mentem adverto ad aliquid;* c. dat. rei: τούτῳ γὰρ ἐπιβάλλων, ad hoc enim si attendis, Antonin. 10, 30; μηδενὶ γὰρ ἐπιβάλλειν μηδετέραν (h. e. τὴν αἴσθησιν κ. τὴν νόησιν) χωρὶς τοῦ προςπίπτοντος εἰδώλου, Plut. plac. phil. 4, 8; absol. ἐπιβαλών, sc. τῷ ῥήματι τοῦ Ἰησοῦ, quam perpendisset effatum Christi, Mc. 14, 72; cf. *Kypke* ad l. *Bttm.* ntl. Gr. p. 127. — 3) imperson. *ἐπιβάλλει μοι, pertinet ad me; competit mihi;* τὸ ἐπιβάλλον (sc. μοί) μέρος τῆς οὐσίας, Lc. 15. 12 (κτημάτων τὸ ἐπιβάλλον, Hdt. 4, 115; τὸ ἐπιβάλλον αὐτοῖς μέρος, Diod. 14, 17 et similia saepe ap. alios).*

ἐπι-βαρέω, ῶ, inf. aor. 1. ἐπιβαρῆσαι, *aggravo, onero;* trop. *molestus sum;* ita in N. T.; τινά, 1 Th. 2, 9. 2 Th. 3, 8; absol. ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ, ne molestus sim, h. e. ne acerbiore dicto aegritudinem efficiam, 2 Co. 2, 5. (Dion. H. Appian.)*

ἐπι-βιβάζω, aor. 1. ἐπεβίβασα, *conscendere facio, impono;* τινά vel τὶ ἐπί τι, Lc. 10, 34. 19, 35. Act. 23, 24. (Thuc. Plat. Diod. al.; aliquoties LXX pro הִרְכִּיב).*

ἐπι-βλέπω, aor. 1. ἐπέβλεψα, ap. LXX saepe pro הִבִּיט et פָּנָה, etiam pro רָאָה; *oculos adverto, adspicio, inspicio, intueor* (ἐπί, *auf*); ἐπί τινα, ex adj. cum admirationis ac reverentiae sensu aliquem intueor, *suspicio*, Jac. 2, 3; ex adj. cum misericordiae sensu auxiliandi causa, i. q. *respicio*, Lc. 9, 38 (ubi pro lectt. ἐπίβλεψον et ἐπίβλεψαι rescribendum est ἐπιβλέψαι, inf. aor. 1. act.; cf. *Bornemann* schol. ad l. et supra in δέομαι); ἐπὶ τὴν ταπείνωσίν τινος, Lc. 1, 48; eadem notione saepe in V. T., ut 1 Sam. 1, 11. 9, 6. Ps. 25, 16. 69, 17. Tob. 3, 2 al. (ap. Graecos inde a Soph. et Plat. tum proprie, tum tropice).*

ἐπίβλημα, τος, τό (ἐπιβάλλω), *id quod injectum* vel *adjectum est* rei alicui, *additamentum;* speciatim *id, quod assuitur vestimento ad tollendam scissuram;* Vulg. *assumentum* (i. q. ἐπίῤῥαμα); Mt. 9, 16. Mc. 2, 21. Lc. 5, 36.*

ἐπι-βοάω, ῶ, *acclamo;* sq. acc. c. inf. Act. 25, 24 t. vulg. *Grsb.**

ἐπι-βουλή, ῆς, ἡ, *consilium adversus aliquem initum, insidiae;* Act. 9, 24; γίνεταί τινι ἐπιβουλὴ ὑπό τινος, 20, 3; εἴς τινα, 23, 30; plur. 20, 19. (inde a Thuc.).*

ἐπι-γαμβρεύω, f. εύσω, *affinis sum, affinitatem ineo;* 1) LXX pro הִתְחַתֵּן, *alicujus socer* vel *gener fio;* τινί, Gen. 34, 9. 1 Sam. 18, 21 ss. 2 Chr. 18, 1. Esr. 9, 14. 1 Macc. 10, 54. 56. — 2) τινά, pro יִבֵּם, *viduam fratris sine prole mortui uxorem duco;* Gen. 38, 8. Mt. 22, 24, quo loco ad legem de leviratu Deut. 25, 5—10 respicitur; cf. *Win.* RWB. Art. *Leviratsehe.* (ap. nativos Graecos non legitur.)*

ἐπίγειος, ον (ἐπί et γῆ), *in terra exstans, terrestris;* οἰκία, domus, quam incolimus in terra, dic. de corpore, quo induti sumus his in terris, 2 Co. 5, 1; σώματα ἐπίγ., opp. ἐπουράνια, 1 Co. 15, 40; absol. οἱ ἐπίγειοι (opp. οἱ ἐπουράνιοι et οἱ καταχθόνιοι), qui in terra sunt, terrae incolae, homines, Phil. 2, 10; τὰ ἐπίγεια, *quae in terra fiunt*, dic. de regeneratione per spiritum s. efficienda, Jo. 3, 12; cf. *Knapp* scripta var. arg. p. 212 s.; τὰ ἐπίγεια φρονεῖν, terrae bonis et oblectamentis intentum esse, Phil. 3, 19; σοφία ἐπίγειος (opp. ἡ ἄνωθεν κατερχομένη), sapientia humana obnoxia errori et fallax, Jac. 3, 15. (inde a Plat.; nusquam in V. T.)*

ἐπι-γίνομαι, aor. 2. ἐπεγενόμην, 1) *postea fio; posthac nascor.* — 2) *advenio;* de tempore, τεσσαρεςκαιδεκάτη νὺξ ἐπεγένετο, Act. 27, 27 *Lchm. Tdf.* (ἔαρος ἐπιγίγνεται ὥρη, Hom. Od. 6, 148). — 3) *oborior;* ἐπιγενομένου νότου, oborto austro, Act. 28, 13. (Thuc. 3, 74. 4, 30.)*

ἐπι-γινώσκω, f. -γνώσομαι, aor. 2. ἐπέγνων, pf. ἐπέγνωκα (ἐπί denotat intentionem ad id quod cognoscitur); LXX maxime pro יָדַע et נִכַּר, הִכִּיר, 1) *pernosco, pernovi; accurate, plane cognosco;* 1 Co. 13, 12 (ubi opp. γινώσκω ἐκ μέρους et ἐπιγιν. i. e. pernosse, perspicere res divinas); c. acc. rei, Lc. 1, 4. 2 Co. 1, 13; τὴν χάριν τοῦ θεοῦ, Col. 1, 6; τὴν ἀλήθειαν, 1 Tim. 4, 3; τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσ., 2 Pet. 2, 21; τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ, Ro. 1, 32; τὶ sq. ὅτι (e notissima attractione) 1 Co. 14, 37; τινά, alicujus indolem, voluntatem, acta, merita al., 1 Co. 16, 18. 2 Co. 1, 14; τινὰ ἀπό τινος (gen. rei), Mt. 7, 16. 20 („*a* gallicis armis atque insignibus *cognoscere*," pro usitatiore *ex*, Caes. b. g. 1, 22, 2); ex attractione τινά, ὅτι …, 2 Co. 13, 5; ἐπιγιν. τὸν πατέρα, τ. υἱόν, Mt. 11, 27. — 2) univ. *cognosco;* *a*) *agnosco;* τινά, i. e. visu, auditu, signis quibusdam al. cognosco, quis aliquis sit personâ, Mt. 14, 35. Mc. 6, 54. Lc. 24, 16. 31; sc. αὐτόν, Mc. 6, 33; ex attractione: τινά, ὅτι, Act. 3, 10. 4, 13; τινά, alicujus dignitatem et auctoritatem, Mt. 17, 12; c. acc. rei, *cognosco aliquid esse id, quod vere est;* τὴν φωνὴν τοῦ Πέτρου, Act. 12, 14; τὴν γῆν, 27, 19; sq. ὅτι, Lc. 1, 22. — *b*) *animadverto* (*erkennen=wahrnehmen*); τί, Lc. 5, 22; ἐν ἑαυτῷ sq. acc. rei c. ptcpio, Mc. 5, 30; sq. ὅτι, Lc. 1, 22; τῷ πνεύματι sq. ὅτι, Mc. 2, 8. — *c*) *comperio;* sc. αὐτό, Act. 9, 30; sq. ὅτι, Lc. 7, 37. 23, 7. Act. 19, 34. 22, 29. (24, 11 *Lchm. Tdf. Trg.*) 28, 1; τί, sq. interrogatione indirecta, (23, 28 *Lchm. Tdf. Trg.*) παρά τινος (gen. pers.) περί τινος (gen. rei), 24, 8. — *d*) *intelligo;* Act. 25, 10.*

ἐπίγνωσις, εως, ἡ (ἐπιγινώσκω, q. v.), *accurata et recta cognitio;* dic. in N. T. de ethicarum et divinarum rerum cognitione; absol. Phil. 1, 9. Col. 3, 10; κατ' ἐπίγνωσιν, Ro. 10, 2; c. genit. *rei*, quae cognoscitur, Col. 1, 9. 2, 2. Philem. vs. 6; τῆς ἀληθείας, 1 Tim. 2, 4. 2 Tim. 2, 25. 3, 7. Tit. 1, 1. Heb. 10, 26; τῆς ἁμαρτίας, Ro. 3, 20. — c. genit. *personae*, quae cognoscitur; *dei*, qua potissimum sancta dei voluntas et beneficia quae per Christum in homines contulit et perpetuo confert, cognoscuntur, Eph. 1, 17. Col. 1, 10. 2 Pet. 1, 3; *Christi*, qua aliquis naturam, dignitatem, beneficia Christi recte novit, Eph. 4, 13. 2 Pet. 1, 8. 2, 20; dei et Christi, 2 Pet. 1, 2; θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, i. e. notitiam unius et veri dei, quae animo illuxit, servare, Ro.

1, 28. (Polyb. Plut. Hdian.; LXX aliquoties pro דַּעַת; 2 Macc. 9, 11.)*

**ἐπιγραφή**, ῆς, ἡ (ἐπιγράφω), *inscriptio, titulus*; dic. in N. T. de eo, quod tabulae dealbatae nigris litteris inscriptum est, Lc. 23, 38; c. gen., τῆς αἰτίας h. e. criminis, Mc. 15, 26 (γράμματα τὴν αἰτίαν τῆς θανατώσεως αὐτοῦ δηλοῦντα, Dio C. 54, 3; coll. Sueton. Calig. 32. Domit. 10); de inscriptione monetae, Mt. 22, 20. Mc. 12, 16. Lc. 20, 24. (inde a Thuc.)*

**ἐπι-γράφω**. fut. άψω, ptcp. pf. pass. ἐπιγεγραμμένος, 3 ps. plsqpf. ἐπεγέγραπτο, *inscribo*; ἐπιγραφήν, Mc. 15, 26 et ap. *Lchm.* Lc. 23, 38; ὀνόματα, Ap. 21, 12; ἔν τινι, Act. 17, 23; transl. *inscribo animo*, h. e. firmiter ei infigo, efficio, ut ei inhaereat semperque praesentissimum sit, νόμους ἐπὶ καρδίας, Heb. 8, 10; ἐπὶ τῶν διανοιῶν, Heb. 10, 16 t. vulg. *Grsb.*; ἐπὶ τὴν διάνοιαν, ibid. *Lchm. Tdf. Trg.* (τοὺς λόγους ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς καρδίας, Prov. 7, 3.)*

**ἐπι-δείκνυμι**, aor. 1. ἐπέδειξα, *ostendo, monstro*; (*aufzeigen, vorzeigen*); a) *in conspectum profero*; τί, Mt. 22, 19 et in t. vulg. Lc. 20, 24; τί τινι, Lc. 24, 40 t. vulg. *Grsb.*; ἑαυτόν τινι, Lc. 17, 14; *conspicere jubeo*, τί τινι, Mt. 24, 1; *spectandum praebeo*, i. e. efficio, quod spectetur, σημεῖον, Mt. 16, 1; med. c. acc. rei *ostendo aliquid, quod mihi est*; χιτῶνας, tunicas *meas*, Act. 9, 39. — b) *demonstro, comprobo, cognoscendum et agnoscendum praebeo*, Heb. 6, 17; sq. acc. c. infin. Act. 18, 28.*

**ἐπι-δέχομαι**, 1) *hospitio excipio*; τινά, 3 Jo. vs. 9 (Pol. 22, 1, 3). — 2) *admitto*, h. e. *non repudio*; τινά, alicujus auctoritatem, ibid. vs. 10 (τοὺς λόγους, 1 Macc. 10, 46; παιδείαν, Sir. 51, 26).*

**ἐπιδημέω**, ῶ (ἐπίδημος), 1) *adsum in populo, in urbe, in patria* (Thuc. Plat. al.; opp. ἀποδημεῖν, Xen. Cyr. 7, 5, 69; ἐπιδημεῖν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, Theoph. ad Antol. 2, 12). — 2) *advena, peregre* versor in aliquo populo, in aliqua civitate, Act. 2, 10; οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι, 17, 21 (Xen. Plat. Theophr. Lucian. Aelian. al.).*

**ἐπι-δια-τάσσομαι**. *insuper constituo, coustituto aliquid addo*; Gal. 3, 15. Praeterea non exstat.

**ἐπι-δίδωμι**, 3 ps. sing. impf. ἐπεδίδου, f. ἐπιδώσω, aor. 1. ἐπέδωκα, ptcp. aor. 2. plur. ἐπιδόντες, aor. 1. pass. ἐπεδόθην, *trado*; 1) *porrigo, porrigendo do*; τινί τι, Mt. 7, 9 s. Lc. 11, 11 s. 24, 30. 42. Jo. 13, 26. Act. 15, 30; pass. Lc. 4, 17. — 2) *trado*, i. e. *permitto potestati et arbitrio alicujus* (*preisgeben*); Act. 27, 15 (sc. ἑαυτούς vel τὸ πλοῖον τῷ ἀνέμῳ.)*

**ἐπι-δι-ορθόω** (v. in διόρθωσις), *insuper* (quae adhuc ordinanda restant) *ordino*; Tit. 1, 5., ubi pro l. vulg. ἐπιδιορθώσῃ (aor. med.) *Lchm.* ἐπιδιορθώσῃς (aor. activi) recepit. Praeterea in Inscrr. *Boeckhii* II, 409, 9 et in eccles. scriptis.

**ἐπι-δύω**, *occido* (de occasu solis); Eph. 4, 26, de quo loco v. in ἐπί, B, 2, e. p. 162, col. 1. (Deut. 24, 15. Jer. 15, 9 et cum tmesi Hom. Il. 2, 413.)*

**ἐπιείκεια**, ας, ἡ (ἐπιεικής, q. v.), *lenitas, aequitas*; Act. 24, 4; jung. c. πραότης, 2 Co. 10, 1. Plut. Pericl. 39; c. φιλανθρωπία, Pol. 1, 14, 4. Philo vit. Mos. I, §. 36; c. χρηστότης, Hdian. 5, 1. 12. Cf. Plat. defin. p. 412. b. Arist. eth. Nicom. 5, 10. (Bar. 2, 27. Sap. 2, 19. 12, 18. 2 Macc. 2, 22. 3 Macc. 3, 15.)*

**ἐπιεικής**, ές (εἰκός, quod par est), 1) *decens, conveniens* (inde ab Hom.). — 2) *aequus, lenis*; 1 Tim. 3, 3. Tit. 3, 2. 1 Pet. 2, 18. Jac. 3, 17. Neutr. τὸ ἐπιεικὲς (ut saepe ap. Graecos inde a Thuc.) ὑμῶν i. q. ἡ ἐπιείκεια ὑμ., Phil. 4, 5.*

☞ **ἐπι-ζητέω**, ῶ, impf. ἐπεζήτουν, aor. 1. ἐπεζήτησα, inde ab Hdt.; LXX pro דָּרַשׁ et 1 Sam. 20, 1. Eccl. 7, 29 pro בִּקֵּשׁ; — *inquiro, perquiro, studiose quaero* (*herbeisuchen*); τινά, Lc. 4, 42 (pro l. vulg. ἐζήτουν), Act. 12, 19; i. q. *desidero, expeto, appeto*; τί, Mt. 6, 32. Lc. 12, 30. Ro. 11, 7. Phil. 4, 17. Heb. 11, 14. 13, 14; περί τινος, Act. 19, 39 (si vero alia spectat quaestio vestra vel desiderium); c. infin. Act. 13, 7 (ut Pol. 3, 57. 7. Diod. 19, 8); i. q. *efflagito*; σημεῖον, Mt. 12, 39. 16, 4. Mc. 8, 12 t. vulg. *Grsb.* Lc. 11, 29 (ubi *Tdf.* et *Trg.* ζητεῖ).*

**ἐπιθανάτιος**, ον (θάνατος), *morti addictus*; 1 Co. 4, 9. (Dion. Hal. antt. 7, 35.)*

**ἐπίθεσις**, εως, ἡ (ἐπιτίθημι), *impositio*; τῶν χειρῶν, Act. 8, 18. 1 Tim. 4, 14. 2 Tim. 1, 6. Heb. 6, 2. Impositio manuum, χειροθεσία, erat ritus sacer a Judaeis ad Christianos profectus, quo utebantur, qui preces pro aliquo faciebant et beneficia divina, inprimis sanitatem aut spiritum sanctum (in baptismo administrando et in inaugurandis ecclesiae doctoribus et ministris), in aliquem conferebant; Gen. 48, 14. Num. 27, 18. 23. Deut. 34, 9. 2 Reg. 5, 11 al. Mt. 19, 13. Mc. 16, 18. Act. 6, 6. 13, 3. 19, 6 al.*

**ἐπιθυμέω**, ῶ, f. ήσω, aor. 1. ἐπεθύμησα (θυμός), inde ab Aeschylo, LXX pro הִתְאַוָּה et חָמַד; — pr. θυμὸν *in aliquid conversum teneo*, ergo *desidero, cupio, concupisco*; absol. *desidero*, Jac. 4, 2; *cupiditatibus me duci patior*, de iis, qui illicita appetunt, Ro. 7, 7. 13, 9 (ex Ex. 20, 17); 1 Co. 10, 6 (4 Macc. 2, 6); κατά τινος, cupiditas mea alicui adversatur, Gal. 5, 17; τινός, concupisco, appeto aliquid, Act. 20, 33. 1 Tim. 3, 1; de libidine venerea, γυναικός, Mt. 5, 28 t. vulg. *Grsb.* (παιδὸς ἢ γυναικός Xen. an. 4, 1, 14; c. genit. etiam Exod. 34, 24. Prov. 21, 10. 23, 3. 6. Sap. 6, 11. Sir. 24, 21 al.); contra elegantiorum Graecorum usum c. accus. objecti, Mt. 5, 28 *Lchm. Trg.* et sine objecto *Tdf.* (Exod. 20. 17. Deut. 5, 20. Mich. 2, 2. Sap. 16, 3. Sir. 1, 23 al.; cf. *Win.* §. 30, 10); ut saepe ap. Graecos sq. infin. Mt. 13, 17. Lc. 15, 16. 17, 22. 1 Pet. 1, 12. Ap. 9, 6; sq. accus. c. inf. Heb. 6, 11; ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα, vehementer desideravi, Lc. 22, 15; cf. *Win.* §. 54, 3. *Bttm.* ntl. Gr. p. 159.*

**ἐπιθυμητής**, οῦ, ὁ (ἐπιθυμέω), *concupiscens, cupidus, amans, studiosus*; κακῶν, 1 Co. 10, 6 (Num. 11, 4); ap. Graecos inde ab Hdt.*

**ἐπιθυμία**, ας, ἡ (ἐπιθυμέω), LXX maxime pro תַּאֲוָה, אַוָּה, חֶמְדָּה; *cupiditas, appetitus, desiderium*; Lc. 22, 15 (de q. l. v. in ἐπιθυμέω); Ap. 18, 14; τὴν ἐπιθ. ἔχειν εἴς τι, desiderium intentum in .., Phil. 1, 23; ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ, magno desiderio, 1 Th. 2, 17; plur. αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι, Mc. 4, 19; speciatim *cupiditas, quae nititur in vetitum; libido*; Vulg. *concupiscentia*, Ro. 7. 7 s. Jac. 1, 14 s. 2 Pet. 1, 4; πάθος ἐπιθυμίας, 1 Th. 4, 5; ἐπιθυμία κακή, Col. 3, 5. (Prov. 21, 26. Plat. legg. 9. p. 854 a; πονηρά, Xen. mem. 1, 2, 64; ἀγαθή, Sir. 14, 14, ubi v. *Fritzsche*); plur. Gal. 5, 24. 1 Tim. 6, 9. 2 Tim. 2, 22. 4, 3. 1 Pet. 1, 14. 4, 2; c. gen. obj. ἐπιθυμία μιασμοῦ, impurum concubitum quaerens, 2 Pet. 2, 10; c. gen. subj. αἱ ἐπιθ. τῶν καρδιῶν, Ro. 1, 24; c. gen. rei, a qua libido excitatur. ἡ ἐπιθ. τοῦ κόσμου 1 Jo. 2, 17; τοῦ σώματος, Ro. 6, 12; τῆς ἀπάτης (v. in ἀπάτη p. 37), Eph. 4, 22; τῆς σαρκός, τῶν ὀφθαλμῶν, 1 Jo. 2, 16, cf. *Huther* ad l.; 2 Pet. 2, 18; τελεῖν ἐπιθυμίαν σαρκός, Gal. 5, 16; αἱ σαρκικαὶ ἐπιθ., 1 Pet. 2, 11 (ψυχικαί, σωματικαί, 4 Macc. 1, 32); αἱ κοσμικαὶ ἐπιθ., Tit. 2, 12; εἰς ἐπιθυμίας, ita ut exsistant libidines, Ro. 13, 14; ποιεῖν τὰς ἐπιθ., Jo. 8, 44; ὑπακούειν ταῖς ἐπιθ., Ro. 6, 12; δουλεύειν ἐπιθυμίαις (v. in δουλεύω), Tit. 3, 3; ἄγεσθαι ἐπιθυμίαις, 2 Tim. 3, 6; πορεύε-

σθαι ἐν ἐπιθυμίαις, 1 Pet. 4, 3; πορεύεσθαι κατὰ τὰς ἐπιθ. Jud. vs. 16. 18. 2 Pet. 3, 3; ἀναστρέφεσθαι ἐν ταῖς ἐπιθ. τῆς σαρκός, Eph. 2, 3.*

*ἐπι-καθίζω*, aor. 1. ἐπεκάθισα, 1) *insidere facio, impono;* Mt. 21, 7 t. vulg. — 2) intrans. *insido;* Mt. l. c. *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* alii.*

*ἐπι-καλέω*, ῶ, aor. 1. ἐπεκάλεσα, pf. pass. ἐπικέκλημαι, 3 ps. plsqpf. ἐπεκέκλητο et neglecto augmento ἐπικέκλητο (Act. 26, 32 *Lchm.*); aor. 1. ἐπεκλήθην, fut. med. ἐπικαλέσομαι, aor. 1. ἐπεκαλεσάμην, — LXX persaepe pro קָרָא; — 1) *cognomino, cognomen indo; τινά* (Xen. Plat. al.), Mt. 10, 25 *Grsb. Tdf. Trg.* (t. vulg. ἐκάλεσαν); pass. ὁ ἐπικαλούμενος, qui cognomine appellatur, Lc. 22, 3 t. vulg. *Grsb. Lchm.;* Act. 10, 18. 11, 13. 12, 12. 15, 22 t. vulg. *Grsb.;* item ὃς ἐπικαλεῖται, Act. 10, 5. 32; ὁ ἐπικληθείς, Mt. 10, 3. Act. 4, 36. 12, 25. i. q. ὃς ἐπεκλήθη, Act. 1, 23. — pass. vi medii instr. *cognomen mihi imponi patior*, Heb. 11, 16; med. τινά, 1 Pet. 1, 17: εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε τὸν . . ., si *vobis* patrem, i. e. si patrem *vestrum* cognominatis eum. — 2) ἐπικαλεῖται τὸ ὄνομά τινος ἐπί τινα, ex hebr. נִקְרָא שֵׁם פ״ עַל פ״, *nomen alicujus cognominatur super aliquo*, h. e. *aliquis de alicujus nomine vocatur* s. *alicui dicatus dicitur* (cf. *Gesen* Thes. III. p. 1232, col. 1); Act. 15, 17 ex Amos. 9, 12 (intelligitur nomen *populus dei*); Jac. 2, 7 (nomen τῶν τοῦ Χριστοῦ). — 3) τινί c. acc. objecti: pr. *acclamo alicui aliquid*, h. e. *do alicui aliquid crimini, opprobrio*, s. *appello aliquem de aliqua re; postulo aliquem de crimine aliquo; reprehendo aliquid in aliquo* (Arstph. pax 663. Thuc. 2, 27. 3, 36. Plat. legg. 6, 761 e. 7, 809 e. Dio Cass. 36, 28. 40, 41 et saepius ap. oratores); εἰ τῷ οἰκοδεσπότῃ Βεελζεβοὺλ (h. e. commercium cum Beelzebule, adjumentum ejus, cf. Mt. 9, 34. 12, 24. Mc. 3, 22. Lc. 11, 15) ἐπεκάλεσαν, πόσῳ μᾶλλον τοῖς οἰκιακοῖς αὐτοῦ, Mt. 10, 25 *Lchm.* e cod. vat. (v. paulo ante in n. 1), quam lectionem defendunt *Rettig* in Theol. Studd. u. Kritiken 1838. p. 477 ss. et *Alex. Bttm.* in eod. promtuario 1860. p. 343 et ntl. Gramm. p. 132. At vero durior est haec dictio (Beelzebul pro Beelzebulis adjumento), quam quae non redoleat emendationem scioli librarii in eo offendentis, quod extra hunc locum nusquam in evangeliis Jesum ab adversariis cognomine Beelzebulis appellatum esse narratur. — 4) *advoco*, ubi nos *anrufen;* med. *advoco mihi;* aliquem auxiliatorem, Act. 7, 59, ubi supple τὸν κύριον Ἰησοῦν (βοηθόν, Plat. Euthyd. p. 297 c. Diod. 5. 79); τινὰ μάρτυρα, ut testis mihi sit, 2 Co. 1, 23 (Plat. legg. 2, 664 c.); judicem, i. e. *appello aliquem, ad aliquem provoco; Καίσαρα*, Act. 25, 11 s. 26, 32. 28, 19; *appello*, sq. inf. pass. Act. 25, 21 (ut asservaretur). — 5) ex hebr. (קָרָא בְּשֵׁם יְהוָֹה, invocare eo, quod Jehovae nomen pronunties, Gen. 4, 26. 12, 8. 2 Reg. 5, 11 al.; cf. Gesen. l. c. p. 1231. col. 2; dictio inde explicanda, quod preces, quae ad deum fundebantur, a divini nominis invocatione incipere solebant; Ps. 3, 2. 6, 2. 7. 2 al.) ἐπικαλοῦμαι τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου, *invoco mihi nomen domini*, i. e. *dominum adoro, veneror, cultor sum domini*, i. e. Christi, Act. 2, 21 (e Joël. 3, 5); 9, 14. 21. 22, 16. Ro. 10, 13 s. 1 Co. 1, 2; τὸν κύριον, Ro. 10, 12. 2 Tim. 2, 22. (saepe ap. Graecos ἐπικαλεῖσθαι τοὺς θεούς, ut Xen. Cyr. 7, 1, 17. Plat. Tim. p. 27 c. Pol. 15, 1, 13.)

*ἐπικάλυμμα*, τος, τό (ἐπικαλύπτω), *tegumentum, velamentum;* propr. LXX Exod. 26, 14. 36, 16: metaph. i. q. *praetextus; τῆς κακίας*, 1 Pet. 2, 16 (πλοῦτος δὲ πολλῶν ἐπικάλλυμμ' ἐστὶ κακῶν, Menand. ap. Stob. flor. 91, 19; „quaerentes libidinibus suis patrocinium et velamentum," Sen. de vita beata 12).*

*ἐπι-καλύπτω*, *obtego; αἱ ἁμαρτίαι ἐπικαλύπτονται*, obteguntur, ut non cadant in conspectum, i. e. condonantur, Ro. 4, 7 e Ps. 32, 1.*

*ἐπικατάρατος*, ον (ἐπικαταράομαι), vox tantum biblica et eccles., *diris devotus, exsecrabilis, poenis divinis obnoxius;* Jo. 7, 49 t. vulg. *Grsb.;* Gal. 3, 10 (Deut. 27, 26); vs. 13 (Deut. 21, 23); (Sap. 3, 13. 14, 8. 4 Macc. 2, 19; LXX saepe pro אָרוּר.)*

*ἐπί-κειμαι*, impf. ἐπεκείμην, *incubo, jaceo in, superjaceo, impositus sum; a*) propr. ἐπί τινι, Jo. 11, 38; sc. ardentibus prunis, Jo. 21, 9. — *b*) translate, *α*) de rebus: de urgente vehementiore tempestate, χειμῶνος ἐπικειμένου, Act. 27, 20. Plut. Timol. c. 28; ἀνάγκη μοι ἐπίκειται, mihi imposita est, 1 Co. 9, 16 (Hom. Il. 6, 458); ἐπικείμενα de iis quae lege imposita sunt homini observando, Heb. 9, 10. — *β*) de hominibus: *insto; urgeo;* c. dat. pers., Lc. 5, 1; ἐπέκειντο αἰτούμενοι, Lc. 23, 23 (πολλῷ μᾶλλον ἐπέκειτο ἀξιῶν, Jos. antt. 18, 6, 6; μᾶλλον ἐπέκειντο βλασφημοῦντες, 20, 5, 3.)*

*ἐπι-κέλλω*, *appello*, navem ad litus (*landen*); ita inde ap. Hom. Od. 9, 148; ἐπέκειλαν (l. vulg. ἐπώκειλαν) τὴν ναῦν, Act. 27, 41 *Lchm. Tdf. Trg.;* sed contra eos cf. *Meyer* ad l.*

*Ἐπικούρειος*, ου, ὁ, *Epicureus*, sectae Epicuri philosophi addictus; Act. 17, 18.*

*ἐπικουρία*, ας, ἡ (ἐπικουρέω, opem fero), *auxilium;* Act. 26, 22. (Sap. 13, 18; inde a Thuc. et Eurip.)*

*ἐπι-κρίνω*, aor. 1. ἐπέκρινα, *adjudico, judicio meo approbo, decerno, sententiam fero;* sq. acc. c. inf. Lc. 23, 24. (Plat. Dem. Plut. Hdian. al.)*

*ἐπιλαμβάνω*, aor. 2. med. ἐπελαβόμην, — *insuper sumo, assumo, apprehendo, occupo, assequor. consequor.* — In sacro cod. exstat solum med.; LXX pro אָחַז et הֶחֱזִיק; *a*) pr. *manibus apprehendo s. arripio aliquid*, german. *sich an etwas anhalten; τῶν ἀφλάστων νηός*, Hdt. 6, 114; hinc univ. *apprehendo, prehendo*, c. genit. personae, Mt. 14, 31. Lc. 9, 47. (23, 26 t. vulg. *Grsb.*) Act. 17, 19. 21, 30. 33; c. acc. personae Lc. 23, 26 *Lchm. Tdf. Trg.*, sed contra eos cf. *Meyer;* ubi enim hoc significatu ptcp. ἐπιλαβόμενος c. accusat. jungitur, id ita fit, ut accusativus per σχῆμα ἀπὸ κοινοῦ pendeat etiam ab apposito verbo finito (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 140, 9): Act. 9, 27. 16. 19. 18, 17 coll. Lc. 14, 4. — c. gen. rei: τῆς χειρός τινος, Mc. 8, 23. Act. 23, 19; de duce, ideoque metaph. de deo, Heb. 8, 9; c. gen. personae et rei: ἐπιλ. τινος λόγου, ῥήματος, aliquem capio in dicto, i. e. arripio aliquid ab eo dictum, quod in sinistram partem verti potest, Lc. 20, 20. 26; ἐπιλ. τῆς αἰωνίου ζωῆς, arripio, apprehendo, i. e. eo annitor, ut consequar vitam aeternam, 1 Tim. 6, 12. 19. — *b*) metaphorâ ab iis desumtâ, qui aliquem prehendunt periculo exemturi, *opem fero, opitulor;* nostr. *sich eines annehmen; τινός*, Heb. 2, 16; hoc usu praeterea tantum Sir. 4, 11 et schol. ad Aesch. Pers. 742. Apud Appian. b. civ. 4, 96 habetur ita activ. c. dat.: ἡμῖν τὸ δαιμόνιον ἐπιλαμβάνει.*

*ἐπι-λανθάνομαι*, pf. ἐπιλέλησμαι, aor. 2. ἐπελαθόμην, saepe LXX pro שָׁכַח; *obliviscor;* sq. inf. Mt. 16, 5. Mc. 8. 14; sq. orat. indir. Jac. 1, 24; sensu *negligendi, non amplius curandi*, c. genit. Heb. 6, 10. 13, 2. 16; c. accus. (cf. *Win.* p. 193. *Matthiae* II, p. 820 s.) Phil. 3, 14; significatione pass. (Jes. 23, 16. Sir. 3, 14. 32, 9. Sap. 2, 4 al.) ἐπιλελησμένος, *oblivioni traditus*, i. e. *neglectus, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ*, apud deum, i. e. a deo (Sir. 23, 14), Lc. 12, 6.*

*ἐπι-λέγω*, ptcp. aor. 1. med. ἐπιλεξάμενος. —

1) *praeterea dico* (Hdt. al.); *cognomino* (Plat. legg. 3, p. 700 b); pass. Jo. 5, 2; nisi malueris ibi explicare *nomen impono* (*benennen*); v. in ἐπονομάζω. — 2) *eligo ad* (Hdt. et sqq.; LXX); med. *eligo mihi*, Act. 15, 40. (2 Sam. 10, 9 Hdt. 3, 157. Thuc. 7, 19. Diod. 3, 73. 14, 12. Jos. antt. 4, 2, 4 et ap. al.)*

**ἐπι-λείπω**, f. ψω, *deficio, non sufficio ad* (aliquem usum, ad obtinendum aliquem finem); τινὰ ὁ χρόνος, tempus aliquem deficit, Heb. 11, 32 et multis simillimis ap. Graecos inde a Demosth. exemplis; v. *Bleek* Hebr.-Br. II, 2, p. 818.*

**ἐπι-λείχω**, impf. ἐπέλειχον, *lingo in superficie*; c. acc. rei nostr. *belecken*, Lc. 16, 21 *Lchm. Tdf. Trg.* (ap. Longum 1, 24 var. lect. pro ἐπιτρέχω.)*

**ἐπιλησμονή**, ῆς, ἡ (ἐπιλήσμων), *oblivio*; ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς, auditor obliviosus, Jac. 1, 25. (Sir. 11, 25.)*

**ἐπίλοιπος**, ον (λοιπός), *praeterea reliquus*; 1 Pet. 4, 2 (LXX; ap. Graecos inde ab Hdt.)*

**ἐπίλυσις**, εως, ἡ (ἐπιλύω, q. v.), *solutio* (*Auflösung*), metaph. *interpretatio*; 2 Pet. 1, 20, de cujus loci sensu v. in γίνομαι, 5. e. p. 80. (Aquila Gen. 40, 8. Heliod. 1, 18; minime vero Philo vit. contempl. §. 10, ubi dudum pro ἐπιλύσεως restitutum est ἐπιδείξεως.)*

**ἐπι-λύω**, impf. ἐπέλυον, fut. 1. pass. ἐπιλυθήσομαι, *a*) pr. (*auflösen*) *dissolvo*, quae sunt nodosa aut vinculis constricta, aut obsignata. (Xen. Theocr. Hdian.) — *b*) *expedio* (rem controversam), *dirimo*, Act. 19, 39; *explico* (id quod obscurum et intellectu difficile est), Mc. 4, 34 (ut Gen. 41, 12. Philo vit. contempl. §. 10. de agricult. §. 3; Sext. Emp. Pyrrh. 2, 246; γρίφους, Athen. 10, p. 449 f.; etiam in medio, Athen. 10, p. 450 f. Jos. antt. 8, 6, 5 et saepe ap. scholiastas.)*

**ἐπι-μαρτυρέω**, ῶ, *attestor, testimonio comprobo*; sq. acc. c. inf. 1 Pet. 5, 12 (Plat. Joseph. Plut. Lcian. al.)*

**ἐπιμέλεια**, ας, ἡ (ἐπιμελής), *cura, studium*; Act. 27, 3. (Prov. 3, 8. 1 Macc. 16, 14. 2 Macc. 11, 23; graecis prosae orationis scriptoribus maxime frequentatum, poetis inusitatum.)*

**ἐπιμελέομαι**, οῦμαι, et ἐπιμέλομαι, fut. ἐπιμελήσομαι, aor. 1. ἐπιμελήθην, c. gen. obj. *curam alicujus gero* (ἐπί denotat intentionem ad id, cui cura impenditur); Lc. 10, 34 s. 1 Tim 3, 5. (Gen. 44, 21. 1 Macc. 11, 37. 3 Esr. 6, 27; Graecis, maxime prosae orationis scriptoribus, frequentatum inde ab Hdt.)*

**ἐπιμελῶς**, adv., *diligenter, studiose*; Lc. 15, 8.

**ἐπι-μένω**, f. νῶ, aor. 1. ἐπέμεινα, *maneo apud...*; *diutius maneo, diutius commoror, permaneo*; *a*) pr. de commoratione in loco: ἐν Ἐφέσῳ, 1 Co. 16, 8; ἐν τῇ σαρκί, diutius vitam terrestrem agere, Phil. 12, 24 (q. l. *Tdf.* ἐν omittit); αὐτοῦ, ibi, Act. 15, 34. 21, 4; c. dat. rei, τῇ σαρκί, terrestri vitae quasi mancipatum manere, Phil. 1, 24 *Tdf.*; ἐπί τινι, apud aliquem, Act. 28, 14; πρός τινα, apud aliquem, 1 Co. 16, 7. Gal. 1, 18; c. notatione temporis, quamdiu, Act. 10, 48. 21, 4. 10. 28, 12. 14. 1 Co. 16, 7. — *b*) trop. *persevero*; c. dat. rei, in qua perseveratur; τῇ ἁμαρτίᾳ, Ro. 6, 1; τῇ ἀπιστίᾳ, 11, 22; τῇ πίστει, Col. 1, 23; in negotio docendi, 1 Tim. 4, 16 (τῷ μὴ ἀδικεῖν, Xen. oec. 14. 7; τῇ μνηστείᾳ, Ael. v. h. 10, 15); c. dat. beneficii, ad quod obtinendum aliquis se aptum servat: τῇ χάριτι, Act. 13, 43 t. vulg.; τῇ χρηστότητι, Ro. 11, 23; c. participio actionem notante, in qua perseveratur, Jo. 8, 7. Act. 12, 16; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 257.*

**ἐπι-νεύω**, aor. 1. ἐπένευσα, inde ab Hom.; *adnuo*; trop. (capitis nutu) *assentior, concedo*; Act. 18, 20, ut saepe ap. Graecos.*

**ἐπίνοια**, ας, ἡ (ἐπινοέω), *cogitatio, consilium*; Act. 8, 22. (Jer. 20, 10. Sap. 6, 17 al.; saepe ap. Graecos inde a Sophocle et Thuc.)*

**ἐπιορκέω**, ῶ, f. ήσω, cf. *Krüger* p. 170 coll. p. 151 (ἐπίορκος, q. v.), *pejero*; Mt. 5, 33. (Sap. 14, 28. 3 Esr. 1, 46; ap. Graecos inde ab Hom.)*

**ἐπίορκος**, ον (ex ἐπί, contra, et ὅρκος), *perjurus*; 1 Tim. 1, 10 (inde ab Hom.)*

**ἐπιοῦσα**, v. ἔπειμι.

**ἐπιούσιος**, ον, vox solis locis Mt. 6, 11. Lc. 11, 3 in phrasi ἄρτος ἐπιούσιος (Syr. ܠܚܡܐ ܕܣܘܢܩܢܢ, *panis necessitatis nostrae*, i. e. *nobis necessarius*; Itala *panis quotidianus*) obvia, quam Origenes ne in vulgi quidem sermone usurpari ideoque ab evangelistis ipsis effictam videri docet. Origene, Hieronymo (solo Matthaei loco barbare *panem supersubstantialem* vertente), Theophylacto, Euthymio Zigabeno praeeuntibus multi, velut *Beza, Kuinoel, Tholuck, Ewald, Bleek, Keim, Cremer* explicant *panem sustentandae vitae inservientem*, vocem ab οὐσία deducentes e similitudine vocum ἐξούσιος, ἐνούσιος. Sed οὐσία perraro nec nisi in philosophico sermone idem est ac ὕπαρξις, ut Plat. Theaet. p. 185 c. (opp. τὸ μὴ εἶναι). Aristot. de part. anim. 1, 1 (ἡ γὰρ γένεσις ἕνεκα τῆς οὐσίας ἐστίν, ἀλλ' οὐχ ἡ οὐσία ἕνεκα τῆς γενέσεως. Alia exempla praebet *Bonitz* Index aristotel. p. 544), plerumque denotat aut *naturam, essentiam* (*Substanz*), aut *opes, facultates, rem familiarem*. Quam ob causam *Leo Meyer* (in *Kuhn* Zeitschrift f. vergleich. Sprachkunde VII, p. 401—30), *Kamphausen* (das Gebet des Herrn, p. 86—102), quibus *Keim* (II, p. 278 s.), *Weiss* (ad Mt. l c.), *Delitzsch.* (Zeitschr. f. die luth. Theol. 1876, p. 402), assentiuntur, vocem ab ἐπεῖναι (et proxime quidem a ptcp. ἐπών, - ἐπούσιος = ἐπόντιος, v. infra), *adesse*, repetere atque panem, *qui praesto sit* s. *suppetat*, intelligere malunt, ut Christum chaldaice לַחְמָא דְחַקְנָא (cf. לֶחֶם חֻקִּי, portio panis, Prov. 30, 8) vel similiter dixisse conjiciendum sit. Sed huic sententiae pariter atque antea memoratae, ut alia taceamus, id maxime obstat, quod, etsi littera ι in ἐπί in quibusdam vocibus (ut ἐπίορκος, ἐπιορκέω, ἐπιόσσομαι al.) ante vocalem retinetur, semper tamen in ἐπεῖναι ab eoque deductis ἐπουσία, ἐπουσιώδης eliditur. Quapropter multo rectius *Grotius, Scaliger, Wetstenius, Fischer* (de vitiis lexicorum N. T. p. 306 ss.), *Valckenarius, Fritzschius* (ad Matth. p. 267 ss.), *Winer* (Gramm. p. 92), *Bretschneider, Wahl, Meyer* al., comparatis vocibus ἑκούσιος, ἐθελούσιος, γερούσιος, (ab ἑκών, ἐθέλων, γέρων pro ἑκόντιος, ἐθελόντιος, γερόντιος, cf *Kühner* I, §. 63, 3 et §. 334, 1, Anm. 2), adjectivum ἐπιούσιος effictum esse conjiciunt ex ἐπιών, ἐπιοῦσα, ut respiciatur ad notissimum illud ἡ ἐπιοῦσα (v. in ἔπειμι p. 159, col. 2) et ἄρτος ἐπιούσιος sit idem ac ἄρτος τῆς ἐπιούσης ἡμέρας, *victus ad crastinum diem spectans*, i. e. *necessarius* aut *sufficiens*. Optime ita sibi respondent ἐπιούσιον et σήμερον atque ille animi sensus significatur, qui *victu ab uno ad alterum diem sufficiente* pie contentus in petendis a deo alimentis extremam proxime futuri temporis necessitatem non egreditur. Quae explicatio etiam eo commendatur, quod teste Hieronymo in evang. secundum Hebraeos vocis ἐπιούσιος locum explevit aram. מָחָר. „quod dicitur *crastinus*," unde Christus ipse chaldaice לַחְמַן דִּי לְמָחָר dixisse videtur. Neque precatio ita intellecta menti Christi Mt. 6, 34 expressae adversatur, sed apprime ei congruit; nam summum numen rogare jubentur auditores, ut ipsis cura diei insequentis adimatur.

**ἐπι-πίπτω**, aor. 2. ἐπέπεσον, 3 ps. plur. ἐπέπεσαν, Ro. 15, 3 *Lchm. Tdf. Trg.*; ptcp. pf. ἐπιπεπτωκώς, LXX pro נָפַל; *incido, irruo; a*) pr. τινί, in aliquem, Mc. 3, 10; *incumbo* super aliquem, Act. 20, 10; ἐπὶ τὸν τράχηλόν τινος, ruo in amplexum alicujus, Lc. 15, 20. Act. 20, 37 (Gen. 46, 29. Tob. 11, 8. 12. 3 Macc. 5.49); *recumbo ad*, ἐπὶ τὸ στῆθός τινος, Jo. 13, 25 t. vulg. *Grsb. Tdf.* — *b*) metaph. ἐπί τινα, *incido in aliquem*, i. e. *corripio, occupo aliquem*; φόβος, Lc. 1, 12. Act. 19, 17 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Ap. 11, 11; ἔκστασις, Act. 10, 10 t. vulg.; ἀχλύς, 13, 11; — item de spiritu s., cujus afflatus et impulsus sentitur, ἐπί τινι, Act. 8, 16; ἐπί τινα, 10, 44. 11, 15 (Ez. 11, 5); de conviciis, quae in aliquem conjiciuntur, Ro. 15, 3.*

**ἐπι-πλήσσω**, ἐπέπληξα, *a*) pr. *incutio, infligo* (*daraufschlagen*), Hom. Il. 10, 500. — b) trop. *verbis castigo, objurgo, increpo*; 1 Tim. 5, 1. (Hom. Il. 12, 211; Xen. Plat. Polyb. al.)*

**ἐπι-ποθέω**, ῶ, aor. 1. ἐπεπόθησα, pr. πόθον ἔχω ἐπί τι (cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. I, p. 30 s.); *desidero*; sq. inf. 2 Co. 5, 2; ἰδεῖν τινα, Ro. 1, 11. 1 Th. 3, 6. 2 Tim. 1, 4 et ap. *Lchm.* Phil. 2, 26; τί, 1 Pet. 2, 2 (ἐπί τι, Ps. 42, 1); τινά, desiderio alicujus teneor, Phil. 2, 26 t. vulg. *Grsb. Tdf. Trg.*; *amore prosequor*, 2 Co. 9, 14. Phil. 1, 8 (τὰς ἐντολὰς θεοῦ, Ps. 118, 131); absol. *concupisco*, Jac. 4, 5, de quo l. v. in φθόνος. (Hdt. Plat. Diod. Plut. Lcian.)*

**ἐπιπόθησις**, εως, ἡ, *desiderium*; 2 Co. 7, 7. 11. (Aquila Ezech. 23, 11. Clem. Alex. p. 977 ed. Sylb.)*

**ἐπιπόθητος**, ον, *desideratus*; Phil. 4, 1. (App. Hisp. 43. Eustath.)*

**ἐπιποθία**, ας, ἡ, *desiderium*; Ro. 15, 23; ἅπαξ λεγόμ.

**ἐπι-πορεύομαι**, *proficiscor aliquo* (*hinreisen*); πρός τινα, Lc. 8, 4. (sq. ἐπί c. acc. Epist. Jer. 62. Pol. 4, 9, 2; verbum Polybio frequentatum c. nudo acc. loci: tum *obeo, peragro* regiones, urbes (ita τὴν γῆν, Ezech. 29, 14 = עָבַר; τὰς δυνάμεις 3 Macc. 1, 4); tum *hostiliter incurso, pervagor*.)*

**ἐπιῤῥάπτω** (*Tdf. Trg.* ἐπιράπτω, v. in ἄῤῥαφος), (ῥάπτω, suo), *adsuo, insuo*; ἐπί τινι, Mc. 2, 21.*

**ἐπιῤῥίπτω** (*Tdf. Trg.* ἐπιρίπτω, v. in ἄῤῥαφος), (ῥίπτω), *injicio, impono*; τὶ ἐπί τι, Lc. 19, 35; *projicio* (Vulg.); τὴν μέριμναν ἐπὶ θεόν, i. e. devolvo in .., permitto deo, 1 Pet. 5, 7 e Ps. 55, 23.*

**ἐπίσημος**, ον (σῆμα, signum), 1) pr. *cui impressum est signum, signatus*; ἀργύριον, χρυσός (Hdt. Thuc. Xen. Polyb. Joseph.). — 2) transl. *insignis*, in utramque partem; sensu bono *illustris*, Ro. 16, 7 (Hdt. et sqq.); sensu malo, *famosus, infamis*, Mt. 27, 16. (Eur. Or. 249. Jos. antt. 5, 7, 1. Plut. Fab. Max. 14 al.)*

**ἐπισιτισμός**, οῦ, ὁ (ἐπισιτίζομαι), 1) *frumentatio, pabulatio* (Xen. Plut. al.). — 2) *commeatus, cibaria, alimenta*; Lc. 9, 12. (LXX. Xen. Dem. Hdian. al.)*

**ἐπι-σκέπτομαι**, aor. 1. ἐπεσκεψάμην, inde ab Hdt.; LXX saepe pro פָּקַד; *inviso, inspicio, oculis lustro; a*) τινά, visurus, quo modo aliquis se habeat, i. e. *visito, convenio, adeo aliquem* (*besuchen*), Act. 7, 23. 15, 36 (Judd. 15, 1); inopem et afflictum, Jac. 1, 27; aegrotum, Mt. 25, 36. 43 (Sir. 7, 35. Xen. mem. 3, 11, 10. Plut. mor. p. 129 c. Lucian. philops. 6 et in scriptis medicis). — *b*) ex hebr. *inspicio auxiliandi, benefaciendi causa*, i. q. *respicio, prospicio*, de deo: τινά Lc. 7, 16. Heb. 2, 6 (Gen. 21, 1. Ex. 4, 31. Ps. 8, 5. 80, 15. Sir. 46, 14. Judith. 8, 33 al.); sq. infinit. finali, Act. 15, 14; absol. (Sir. 32, 17) ita ut adjungatur enuntiatio de effectu ac certo beneficio, Lc. 1, 68; ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, lux coelitus orta nos adspexit (cf. nostr. *die Sonne blickt uns an*), h. e. salus a deo nobis obtigit, Lc. 1, 78. (In V. T. etiam in malam partem de deo *puniente*, Ps. 89, 32. Jer. 14, 10. 11, 22 al.) — *c*) *circumspicio* (quem eligam, quo utar), nostr. *sich umsehen nach*, Act. 6, 3.*

**ἐπι-σκευάζω**, *rebus necessariis instruo*; med. *me* vel *mihi instruo*; ἐπισκευασάμενοι, collectis et paratis rebus ad iter necessariis, Act. 21, 15 *Lchm. Tdf. Trg.* pro l. vulg. ἀποσκευασάμενοι, quod v. suo in loco.*

**ἐπι-σκηνόω**, ῶ, aor. ἐπεσκήνωσα, *tentorium vel habitationem figo in ..*; ἐπὶ τὰς οἰκίας, occupare et habitare aedes (civium) Pol. 4, 18, 8; ταῖς οἰκίαις, 4, 72, 1; trop. ἐπί τινα, de vi Christi in aliquem se demittente in eoque operante et eum adjuvante, 2 Co. 12, 9.*

**ἐπι-σκιάζω**, f. σω, aor. ἐπεσκίασα, *umbram spargo, umbram obduco, obumbro*; τινί, Act. 5, 15; *a vaporata* nube *umbram* spargente verbum transfertur ad *lucidam* nubem personas splendore *circumfundente* et *obtegente*, τινά, Mt. 17, 5. Lc. 9, 34; τινί, Mc. 9, 7. — trop. de spiritu s. vim creatoris in Mariae virginis uterum exserente eumque gravidum reddente (qui verbi usus e notissima V. T. notione de nubilo praesentissimam dei efficaciam arguente petitus videtur esse), c. dat. Lc. 1, 35. (ap. profanos plerumque c. accus. objecti et significatu *obtegendi*, Hdt. 1, 209. Sophocl. Aristot. Theophr. Philo, Lucian. Hdian. Geop. — LXX pro סָכַךְ, tegit, Ps. 91, 4. 140, 8; pro שָׁכַן, Exod. 40, 28 [34]: ἐπεσκίαζεν ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἡ νεφέλη.)*

**ἐπι-σκοπέω**, ῶ, *inspicio, prospicio, provideo*; dic. de cura ecclesiae gerenda presbyteris imposita, 1 Pet. 5, 2 t. vulg. *Grsb. Lchm. Trg.* (add. τὴν ἐκκλησίαν, Ignat. ad Rom. 9); sq. μή i. q. *caveo*, Heb. 12, 15. (saepe ap. Graecos inde ab Aeschylo.)*

**ἐπισκοπή**, ῆς, ἡ (ἐπισκοπέω), *inspectio, visitatio* (*Besichtigung*); *a*) pr. εἰς ἐπισκ. τοῦ παιδός, ad invisendum, visitandum puerum, Lucian. dial. deor. 20, 8., praeter quem locum nullum adhuc e profanis scriptoribus exemplum vocis enotatum est. — *b*) in graecis bibliis, ex imitatione hebr. פְּקֻדָּה, *actus ille*, quo deus hominum mores, facta, statum inspicit et explorat, ut pro re cognita iis sortem aut laetam aut tristem decernat; *inspectio, inquisitio*; Vulg. plerumque *visitatio*; ita univ. ἐν ἐπισκοπῇ ψυχῶν, quando explorabit animos, i. e. tempore divini judicii, Sap. 3, 13; item ἐν ὥρᾳ ἐπισκοπῆς, Sir. 18, 19; ita fortasse ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς, 1 Pet. 2, 12 *Lchm.*; in bonam partem dic. de *benigna dei cura*; τ. καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου, i. e. τ. καιρόν, ἐν ᾧ ἐπεσκέψατό σε ὁ θεός, quo deus benignum erga te se exhibuit tibique per Christum salutem obtulit (v. in ἐπισκέπτομαι), Lc. 19, 44; ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς, tempore divinae remunerationis, 1 Pet. 5, 6; item ex plerorumque interpretum sententia, 1 Pet. 2, 12; e V. T. cf. Gen. 50, 24 s. Job. 34, 9. Sap. 2, 20. 3, 7 al.; in malam partem de *divina vindicta* Exod. 3, 16. Jes. 10, 3. Jer. 10, 15. Sap. 14, 11. 19, 15. — *c*) ex usu verbi hebr. פְּקֻדָּה (Num. 4, 16. 1 Chr. 24, 19 al.), *praefectura, munus, provincia*; Vulg. *episcopatus*; Act. 1, 20 e Ps. 109, 8; speciatim munus episcopi, antistitis coetus Christianorum, 1 Tim. 3, 1 et in eccles. scriptis.*

**ἐπίσκοπος**, ον, ὁ (ἐπισκέπτομαι), *inspector* (*Aufseher*), is, cui cura commissa est, ut quae ab aliis agenda sunt, recte agantur; *quicunque curator, moderator* vel *praefectus*, LXX pro פָּקִיד, Jud. 9, 28. Neh. 11, 9. 14, 22. 4 Reg. 11, 15 al. 1 Macc. 1, 51. Eodemque lato ambitu patet notio ap. Graecos inde ab Hom. Od. 8, 163. Il. 22, 255; hinc in N. T.:

τῶν ψυχῶν, curator animorum, qui prospicit eorum saluti, 1 Pet. 2, 25 (ἀρχιερεὺς καὶ προστάτης τῶν ψυχῶν ἡμῶν Ἰησοῦς Χρ., Clem. Rom. 1 Co. 61, 3) coll. Heb. 13, 17. — speciatim *antistes* s. *praeses coetus alicujus christiani;* Vulg. *episcopus;* Act. 20, 28. Phil. 1, 1. 1 Tim. 3, 2. Tit. 1, 7; v. in πρεσβύτερος.*

ἐπι-σπάω, ῶ, inde ab Aeschylo, *attraho; μὴ ἐπισπάσθω,* sc. τὴν ἀκροβυστίαν, *ne attrahat sibi praeputium* (Hesych. μὴ ἐπισπάσθω· μὴ ἑλκυέτω τὸ δέρμα), 1 Co. 7, 18. Non defuerant enim inde ab Antiochi Epiphanis tempore (1 Macc. 1, 15. Jos. antt. 12, 5, 1) Judaei, qui externum nationis signum ethnicos persecutores vel irrisores celaturi artificio naturam ad reparandum praeputium cogere studerent, ferro quodam residuam praeputii pelliculam extendentes s. eam, ut glandem operiret, attrahentes. Quos Rabbini appellant מְשׁוּכִים, a מָשַׁךְ, *attraxit*, v. *Buxtorf.* Lex. Talm. p. 1274.*

ἐπι-σπείρω, aor. 1. ἐπέσπειρα, *insuper sero;* Mt. 13, 25 *Lchm. Tdf. Trg.* (Hdt. Theophr.)*

ἐπίσταμαι (videtur esse med. verbi ἐφίστημι e forma ionica. Isocrates Aristot. al. etiam ἐπιστῆσαι τὴν διάνοιαν, τὸν νοῦν, ἑαυτόν dicunt pro *animum advertere, cogitationem defigere,* quin eodem significatu ἐπιστῆσαι simpliciter, simili ellipsi, quali verba προςέχειν, ἐπέχειν, sc. τὸν νοῦν, et προςβάλλειν sc. τὴν ὄψιν, dicuntur, v. *Lobeck* ad Phryn. p. 281 s.; hinc ἐπίσταμαι pr. *me s. animum adverto ad; seine Gedanken auf etwas stellen*); inde ab Hom.; LXX potissimum pro יָדַע; nostr. *sich worauf verstehen; a) pernovi;* τί, Act. 18, 25. Jac. 4, 14. Jud. vs. 10; τινά, Act. 19, 15; relatum ad ea, quae dicuntur et interpretanda sunt: *intelligo;* Mc. 14, 68. 1 Tim. 6, 4. — *b) scio;* περί τινος, Act. 26, 26; sq. acc. c. partic. 24, 10; — sq. ὅτι, 15, 7. 19, 25. 22, 19; sq. ὡς, 10, 28. sq. πῶς, 20, 18; ποῦ, Heb. 11, 8.*

ἐπίστασις, εως, ἡ (ἐφίστημι, ἐφίσταμαι), *accessio (das Herantreten); incursio (Andrang),* τῆς κακίας, Vulg.: *malorum incursio,* 2 Macc. 6, 3; ubi cf. *Grimm;* dic. de multorum opem, consilium al. quaerentium accursu, τινί (de quo dativo cf. *Win.* §. 31, 3. *Kühner* §. 424, 1), ad aliquem, 2 Co. 11, 28 *Lchm. Tdf. Trg.* (sed alii interpretari ibi jubent *attentio, cura, sollicitudo,* quo significatu vox Polybio frequentatur); de incursione tumultuantium, Act. 24, 12 *Lchm. Tdf. Trg.* Cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 156.*

ἐπιστάτης, ου, ὁ (ἐφίστημι), *praefectus quicunque* (ita persaepe ap. profanos et aliquoties ap. LXX, velut Ex. 1, 11. 5, 14. 1 Reg. 5, 16. 2 Reg. 25, 19. Jer. 29, 26. 2 Chr. 2, 2. 31, 12); *magister,* ita pro רַבִּי de Jesu in compellationibus discipulorum, eo nomine illum appellantium „non quatenus doctor est, sed propter auctoritatem“ (*Brtschn.*), in solo ev. Lucae 5, 5. 8, 24. 45. 9, 33. 49. 17, 13.

ἐπι-στέλλω, aor. 1. ἐπέστειλα, pr. *mitto ad aliquem* nuntium, mandatum (Hdt. et sqq.); ἐπιστολάς, epistolas dare s. scribere, Plat. epp. p. 363 b., hinc simpliciter *epistolam scribo;* τινί, Heb. 13, 22 (Clem. Rom. 1 Co. 7, 1. 47, 3. 62, 1 et saepe ap. Graecos); *per litteras mando,* Act. 21, 25 t. vulg. *Grsb. Tdf.;* sq. τοῦ c. infinit. consilium indicante Act. 15, 20.*

ἐπιστήμων, ον, gen. ονος (ἐπίσταμαι), *intelligens, peritus;* Jac. 3, 13 (inde ab Hom.; LXX.)*

ἐπι-στηρίζω, aor. 1. ἐπεστήριξα, vocab. inferioris aetatis, *insuper s. magis stabilio; firmiorem, reddo;* τινά, alicujus fidem christianam, Act. 14, 22. 15, 32. 41 atque in t. vulg. *Grsb.* 18, 23.*

ἐπιστολή, ῆς, ἡ (ἐπιστέλλω), *epistola;* Act. 15, 30. Ro. 16, 22. 1 Co. 5, 9 al.; plur. Act. 9, 2. 2 Co. 10, 10 al.; ἐπιστολαὶ συστατικαί, litterae commendatitiae, 2 Co. 3, 1.

ἐπιστομίζω (στόμα), pr. *os freno, obturo;* metaph. *compesco, ad silentium redigo,* Tit. 1, 11. (Plato Gorg. p. 329 d. Dem. 85, 4; saepe ap. Plut. et Lucian.)*

ἐπι-στρέφω, f. ψω, aor. 1. ἐπέστρεψα, aor. 2. pass. ἐπεστράφην; inde ab Hom.; LXX pro הָפַךְ, סָבַב et הֵסֵב, פָּנָה et sexcenties pro שׁוּב et הֵשִׁיב; 1) transit. *a) adverto, converto;* ἐπὶ τὸν θεόν, ad veri dei cultum, Act. 26, 20. — *b) reverti facio, reduco;* translate, τινὰ ἐπὶ κύρ. τὸν θεόν, ad amorem et obedientiam dei, Lc. 1, 16; ἐπὶ τέκνα, ad amorem in liberos, vs. 17; ἐν φρονήσει δικαίων, ut sint in sapientia proborum, ibid.; τινὰ ἐπί τινα, suppl. e contextis ἐπὶ τὴν ὁδόν et ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν, Jac. 5, 19 s. — 2) intransit (cf. *Win.* §. 38, 1); *a) convertor; converto me;* ἐπὶ τ. κύριον et ἐπὶ τὸν θεόν de gentilibus ad Christianorum sacra transeuntibus, Act. 9, 35. 11, 21. 14, 15. 15, 19. 26, 20 coll. 1 Pet. 2, 25; πρός τι, Act. 9, 40; πρὸς τ. θεόν. 1 Th. 1, 9. 2 Co. 3, 16; ἀπό τινος εἰς τι, Act. 26, 18. — *b) me inverto* s. *retro verto;* absol. Act. 16, 18; sq. infin. consilium indicante, Ap. 1, 12. — *c) reverto, revertor, redeo;* α) propr. Lc. 2, 20 t. vulg.; 8, 55. Act. 15, 36; add. ὀπίσω (ut Ael. v. h. 1, 6), sq. inf. consilium indicante. Mt. 24, 18; sq. εἰς c. acc. loci, Mt. 12, 44; εἰς τὰ ὀπίσω. Mc. 13, 16. Lc. 17, 31; ἐπί τι, ad, 2 Pet. 2, 22. — β) metaph.; ἐπί τι, Gal. 4, 9; ἐπί τινα, Lc. 17, 4 e t. vulg., sed *Grsb.* ἐπὶ σε omittit; πρός τινα, ibid. *Lchm. Tdf. Trg.;* ἐκ τῆς ἐντολῆς, relicto praecepto redire ad mentem statumque deteriorem, 2 Pet. 2, 21 t. vulg. *Grsb.;* absol. *ad meliorem frugem redeo;* Mt. 13, 15. Mc. 4, 12. Lc. 22, 32. Act. 3, 19. 28, 27. — Medium et aor. 2. pass. *a) me inverto, me retro verto;* absol. Mt. 9, 22 t. vulg. *Grsb.;* Mc. 5, 30. 8, 33. Jo. 21, 20. — *b) redeo;* sq. πρός τινα, Mt. 10, 13 (de quo loco v. supra p. 125 col. 2); ἐπί τινα, 1 Pet. 2, 25 (v. supra in n. 2, a); ad meliorem mentem redeo, Jo. 12, 40.

ἐπιστροφή, ῆς, ἡ (ἐπιστρέφω), *conversio* (gentilium ab idolorum cultu ad deum verum), Act. 15, 3. (Cf. Sir. 49, 2. 18, 20; multis aliis significatibus ap. Graecos.)*

ἐπι-συν-άγω, f. ξω, inf. aor. 1. ἐπισυνάξαι, inf. aor. 2. ἐπισυναγαγεῖν, ptcp. pf. pass. ἐπισυνηγμένος, ptcp. aor. 1. pass. ἐπισυναχθείς, LXX aliquoties pro אָסַף, קָבַץ, קָהַל; 1) *insuper congrego, ad alios jam congregatos cogo.* (Polyb.) — 2) *congrego contra* (Mich. 4, 11. Zach. 12, 3. 1 Macc. 3, 58 al.). — 3) *congrego in unum locum* (ἐπί, *herbei*); Mt. 23, 37. 24, 31. Mc. 13, 27. Lc. 13, 34; pass. Mc. 1, 33. Lc. 12, 1 et ap. *Tdf. Trg.* 17, 37. (Ps. 102, 23. 106, 47. 2 Macc. 1, 27 al. Aesop. 142.)*

ἐπισυναγωγή, ῆς, ἡ (ἐπισυνάγω, q. v.), *a) congregatio in unum locum,* i. q. τὸ ἐπισυνάγεσθαι (2 Macc. 2, 7); ἐπί τινα, ad aliquem, 2 Th. 2, 1. — *b) conventus* (sacer Christianorum). Heb. 10, 25.*

ἐπι-συν-τρέχω, *insuper* (h. e. ad alios jam congregatos), *concurro;* Mc. 9, 25. Apud profanos non legitur.*

ἐπισύστασις, εως, ἡ (ἐπισυνίσταμαι), *concursus* s. *coitio contra* vel *ad.* Hinc 1) *coitio* s. *concursus hostilis;* ποιεῖν ἐπισύστασιν, seditiosum concursum populi excitare, Act. 24, 12 t. vulg. *Grsb.;* 3 Esr. 5, 70 in cod. alex.; Sext. Empir. adv. eth. p. 127; τινός, contra aliquem, Num. 26, 9; conjuratio, Jos. c. Ap. 1, 20. — 2) *accursus* molestus opem, consilia, solatia petentium; τινός, ad aliquem, 2 Co. 11, 28 t. vulg. *Grsb.* (v. in ἐπίστασις); *Luth.:* *„dass ich werde angelaufen.“**

*ἐπισφαλής, ές* (*σφάλλω*), *ad casum pronus; πλοῦς*, periculosa navigatio, Act. 27. 9. (Plat. Polyb. Plut. al.)*

*ἐπ-ισχύω*, 1) transit. *vires addo; validiorem reddo* (Sir. 29, 1. Xen. oec. 11, 13). — 2) intrans. *majores vires sumo, invalesco* (1 Macc. 6, 6. Theophr. Diod.); *ἐπίσχυον λέγοντες*, impetuosiores facti dicebant, i. e. acrius contendebant, Lc. 23, 5.*

*ἐπι-σωρεύω*, f. *σω*, *accumulo, acervatim aggero; διδασκάλους*, permultos doctores eligere sibi et sectari, 2 Tim. 4, 3. (Plut. Athen. Artemid. al.)*

*ἐπιταγή, ῆς, ἡ* (*ἐπιτάσσω*), *mandatum, jussum;* Ro. 16, 26. 1 Co. 7, 25. 1 Tim. 1, 1. Tit. 1, 3; *μετὰ πάσης ἐπιταγῆς*, ut omni quo fieri potest modo admoneas, Tit. 2, 15; *κατ' ἐπιταγήν*, imperando, ad modum jussi (*befehlsweise*). 1 Co. 7, 6. 2 Co. 8, 8. (Sap. 14, 16 al. Polyb. Diod.)*

*ἐπι-τάσσω*, aor. 1. *ἐπέταξα*, *mando, impero* (*anordnen, auftragen*); absol., Lc. 14. 22; *τινί*, Mc. 1, 27. 9, 25. Lc. 4, 36. 8, 25; *τινὶ τὸ ἀνῆκον*, Philem. vs. 8; *τινί*, sq. infinit. Mc. 6, 39. Lc. 8, 31. Act. 23, 2; sq. acc. c. inf. Mc. 6, 27; sq. oratione directa, 9, 25 (aliquoties LXX: ap. Graecos inde ab Hdt.)*

*ἐπι-τελέω, ῶ*, f. *έσω*, aor. 1. *ἐπετέλεσα*, 1) *ad finem perduco, absolvo, perficio, perago;* substantive *τὸ ἐπιτελέσαι*, 2 Co. 8. 11; *τί*, Lc. 13, 32. Ro. 15, 28. 2 Co. 7, 1. 8, 6. 11. Phil. 1, 6. Heb. 8. 5; *τὰς λατρείας*, sacra facere, sacris operari, Heb. 9, 6 (similia ap. profanos, velut *θρησκείας*, Hdt. 2, 37; *ὁρτάς*, 4, 186; *θυσίαν, θυσίας*, 2, 63. 4, 26. Hdian 1, 5, 4; *λειτουργίας*, Philo, de somn. 1, §. 37). — Med. (ap. Graecos *in me suscipio; τὰ τοῦ γήρως*, molestias senectutis, Xen. mem. 4, 8, 8; *θάνατον*, Id. apol. 33; vi activi, *τί*, Polyb. 1, 40, 16. 2, 58, 10). *finem mihi impono*, i. e. *desino* (cf. *παύω*), *τῇ σαρκί*, ut carni me tradam, in ea subsistam, acquiescam, Gal. 3, 3. — 2) *irrogo, τινὶ παθήματα*; pass. 1 Pet. 5, 9 (*τὴν δίκην*, Plat. leg. 10. fin.).*

*ἐπιτήδειος, εία, ειον*, etiam *ος, ον* (*ἐπιτηδές*, adv., satis, et hoc e *Buttmanni* sententia ex *ἐπὶ τάδε*), 1) *aptus, idoneus, commodus.* 2) *necessarius;* plur. *τὰ ἐπιτ.* potissimum *ea quae ad sustentandam vitam requiruntur* (Thuc. et sqq.); add. *τοῦ σώματος*, Jac. 2, 16.*

*ἐπι-τίθημι*, 3. pers. plur. praes. *ἐπιτιθέασι* (Mt. 23, 4; cf. *Win.* §. 14, 1. *Bttm.* ntl. Gr. p. 38; *Bttm.* Gr. max. I, p. 505; *Kühner* I, p. 643); 3 ps. plur. impf. *ἐπετίθουν* (Act. 8, 17 t. vulg. *Grsb.*). *ἐπετίθεσαν* (ibid. *Lchm. Tdf. Trg.;* cf. *Bttm.* Gr. max. I, p. 509. *Al. Bttm.* ntl. Gr. p. 39); impr. praes. *ἐπιτίθει* (1 Tim. 5, 22; v. *Matthiae* §. 210, 2 et 5; *Bttm.* Gr. max. 1, p. 508; *Kühner* I, §. 209, 5); fut. *ἐπιθήσω*, aor. 1. *ἐπέθηκα*, aor. 2. *ἐπέθην*. imper. *ἐπίθες* (Mt. 9, 18. Gen. 48, 18. Judd. 18, 19); fut. med. *ἐπιθήσομαι*. aor. 2. *ἐπεθέμην*. — LXX potissimum pro נָתַן, שׂוּם et הֵשִׂים; — 1) Activ. *a*) *impono; τὶ ἐπί τι*, Mt. 23, 4. 27, 29 t. vulg. *Grsb. Lchm.;* Mc. 4, 21 t. vulg. *Grsb.;* Lc. 15, 5. Jo. 9, 15. Act. 15, 10. 28, 3; *τὶ ἐπί τινος*, gen. rei, Mt. 27, 29 *Tdf. Trg.;* *ἐν* c. dat. rei, ibid. *Lchm. Tdf. Trg.;* *τὴν χεῖρα ἐπί τινα*, Mt. 9, 18. Mc. 8, 25. 16, 18. Act. 8, 17. Ap. 1, 17 t. vulg.; *ἐπί τινα πληγάς*, calamitates, Ap. 22, 18; *ἐπάνω τινος*, Mt. 21, 7. 27, 37; *ἐπί τινος*, Lc. 8, 16 t. vulg. *Grsb.;* *τί τινι*, Lc. 23, 26. Jo. 19, 2. Act. 15, 28; *τινὶ ὄνομα*, Mc. 3, 16 s. *τινὶ τὰς χεῖρας*, Mt. 19, 13. 15. Mc. 5, 23. Lc. 4, 40. 13, 13. Act. 6, 6. 8, 19. 9, 17. 13, 3. 19, 6. 28, 8. 1 Tim. 5, 22; *τὴν χεῖρα*, Act. 9, 12; *τινὶ πληγάς*, plagas infligo alicui, Lc. 10, 30. Act. 16, 23. — *b*) *addo;* Ap. 22, 18. (opp. *ἀφαιρεῖν* vs. 19.) — 2) Med. *a*) *imponendum curo, imponi jubeo; τὶ ἐπί τι* (Xen. Cyr. 8, 2, 4); *τὰ πρὸς τὴν χρείαν* sc. *τινί*, aliquem necessariis rebus instruere. Act. 28, 10. — *b*) *impono me, conjicio me*, c. dat. pers. *aggredior aliquem, impetum facio in aliquem.* Act. 18, 10. Exod. 21, 14. 18. 11. 2 Chr. 23, 13 ac saepe ita ap. profanos; cf. *Kuinoel* ad l.*

*ἐπι-τιμάω, ῶ*, 3. ps. sing. impf. *ἐπετίμα*, 3. ps. pl. impf. *ἐπετίμων*, aor. 1. *ἐπετίμησα*, LXX pro גָּעַר, apud Graecos 1) *honorem exhibeo, honore prosequor, τινά*, Hdt. 6, 39. — 2) *pretium augeo, ὁ σῖτος ἐπετιμήθη*, Dem. 918, 22 al. — 3) *adjudico, irrogo* (*zuerkennen*, a *τιμή* significatu *meritae poenae*); *τὴν δίκην*, Hdt. 4, 43. — 4) *taxo, objurgo, increpo, exprobro, graviter reprehendo* (ita Thuc. Xen. Plat. Dem. al.); absol. 2 Tim. 4, 2; *τινί*, exprobro alicui injuriam, Lc. 17, 3. 23, 40; increpo, ut frangam et compescam alicujus ferociam vel vim (unde multi olim verbo tribuebant significatum *compescendi*, contra quos cf. *Fritzsche* ad Mt. p. 325). Mt. 8, 26. 17, 18. Mc. 4, 39. Lc. 4. 39. 41. 8, 24. 9. 42. Jud. vs. 9; vel ut aliquem ab aliquo arceam. Mt. 19, 13. Lc. 18, 15. Mc. 10, 13; sq. *ἵνα* (cum verbo contrarium ejus, quod improbatur, exprimente), Mt. 20, 31. Mc. 10, 48. Lc. 18, 39; add. *λέγων* c. oratione dir. Mc. 1, 25. 8, 33. 9, 25. Lc. 4, 35. 23, 40. (Ps. 106, 9. 119, 21. Nah. 1, 4. Sach. 3, 2. Mal. 3, 11). — Alibi sensu mitiore: *severius admoneo, τινί*, Mt. 16, 22. Mc. 8, 32. Lc. 9, 21 (*ἐπιτιμήσας αὐτοῖς παρήγγειλε*, sq. infin.), 19, 39; add. *ἵνα*, Mt. 16, 20 *Lchm.;* Mc. 8, 30; *ἵνα μή*, Mt. 12, 16. Mc. 3, 12.*

*ἐπιτιμία, ας, ἡ* (*ἐπιτιμάω*), *mulcta, poena* (Graecis *τὸ ἐπιτίμιον*); 2 Co. 2, 6. Sap. 3, 10.*

*ἐπι-τρέπω*, aor. 1. *ἐπέτρεψα*, aor. 2. pass. *ἐπετράπην*, 3 ps. sing. pf. *ἐπιτέτραπται* (1 Co. 14, 34 t. vulg. *Grsb.*), inde ab Hom.; 1) *verto ad, trado, committo, concredo.* — 2) *permitto, concedo;* 1 Co. 16, 7. Heb. 6, 3; *τινί*, Mc. 5, 13. Jo. 19, 38; add. infin. Mt. 8, 21. 19, 8. Lc. 8, 32. 9, 59. 61. Act. 21. 39 s. 1 Tim. 2, 12; absque dat. Mc. 10, 4; sq. acc. c. inf. Act. 27, 3 (ubi *Lchm. Tdf. Trg. πορευθέντι*); cf. Xen. anab. 7, 7, 8. Plat. legg. 5, p. 730 d; pass. *ἐπιτρέπεταί τινι*, c. inf. Act. 26, 1. 28, 16. 1 Co. 14, 34.*

*ἐπιτροπή, ῆς, ἡ* (*ἐπιτρέπω*). *concessio, permissio; potestas concessa* vel *demandata*, Act. 26, 12 (inde a Thuc.)*

*ἐπίτροπος, ου, ὁ* (*ἐπιτρέπω*), univ. *quicunque, cujus curae ac fidei aliquid commissum est; curator, procurator* (Pind. Ol. 1, 171 et ap. al.; Philo de mundo, §. 7: *ὁ θεὸς καὶ πατὴρ καὶ τεχνίτης καὶ ἐπίτροπος τῶν ἐν οὐρανῷ τε καὶ ἐν κόσμῳ*); speciat. 1) *procurator* s. *administrator rei domesticae, praediorum, villicus;* Mt. 20, 8. Lc. 8, 3. Xen. oec. 12, 2. 22, 9 (Arist. oec. 1, 5: *δούλων δὲ εἴδη δύο, ἐπίτροπος κ. ἐργάτης*). — 2) *is, qui liberorum curam ac tutelam gerit*, sive patre mortuo (*tutor pupillorum;* 2 Macc. 11, 1. 13, 2; *ἐπίτρ. ὀρφάνων*, Plat. legg. p. 766 c. Plut. Lyc. 3. Cam. 15), sive superstite (Ael. v. h. 3, 26), Gal. 4, 2.*

*ἐπι-τυγχάνω*, aor. 2. *ἐπέτυχον*, 1) pr. *incido in aliquem* vel *aliquid* (Arstph. Thuc. Xen. Plat.). — 2) *assequor, nanciscor;* Jac. 4, 2; c. gen. rei, Heb. 6, 15. 11, 33; c. acc. rei, *τοῦτο*, Ro. 11, 7 (ubi t. vulg. *τούτου*); cf. *Matthiae* §. 328.*

*ἐπι-φαίνω*, inf. aor. 1. *ἐπιφᾶναι* (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 24 ss. *Win.* p. 85. *Bttm.* ntl. Gr. p. 35); aor. 2. pass. *ἐπεφάνην*, inde ab Hom.; 1) transit. *monstro in, super; in lucem prodo.* — 2) intrans. et in passivo: *appareo, conspicuus fio;* pr. de sideribus, Act. 27, 20 (Theocr. 2, 11); *τινί*, alicui, Lc. 1, 79. — *b*) trop. i. q. *insigniter innotesco, me exhibeo*, Tit. 3, 4; *τινί*, 2, 11.*

*ἐπιφάνεια, ας, ἡ* (*ἐπιφανής*), *apparentia* (Ter-

tull.); germ. *Erscheinung*, dic. a Graecis non raro de splendido deorum adventu et praesentia potissimum opem ferente; in 2 Macc. de insignibus factis et eventis efficaciam et praesentiam dei adjutoris arguentibus, cf. *Grimm* ad 2 Macc. p. 60 s. et 75; in N. T. ita dic. *adventus* Christi, h. e. tum quae jam facta est ejus in terris praesentia et efficacia, quippe qua salutaris lux affulserit hominibus, 2 Tim. 1. 10 (not. h. l. etiam φωτίσαντος); tum splendidus ejus e coelis in terram reditus e coelis olim futurus, 1 Tim. 6, 14. 2 Tim. 4, 1. 8. Tit. 2. 13; ἡ ἐπιφάνεια (i. e. emicatio) τῆς παρουσίας αὐτοῦ, 2 Th. 2, 8.*

ἐπιφανής, ές (ἐπιφαίνω), *conspicuus*, *illustris*; Act. 2, 20 e Joël. 2, 31 (3, 4); LXX h. l. et Judd. 13, 6. Hab. 1, 7. Mal. 1, 14 ita reddunt נוֹרָא. *terribilis*, hanc vocem perperam a רָאָה deducentes ideoque cum נִרְאָה confundentes.*

ἐπι-φαύσκω (i. q. Graecorum ἐπιφώσκω, cf. *Win*. p. 85. *Bttm*. ntl. Gr. p. 59), fut. αύσω, *affulgeo*; τινί, Eph. 5. 14, ubi sens.: Christus divinae veritatis lucem tibi afferet quemadmodum suam lucem sol iis, qui e somno excitati sunt. (Job. 25, 5. 31, 26. Acta Thomae §. 34.)*

ἐπι-φέρω, inf. aor. 2. ἐπενεγκεῖν, 1) *affero*, *profero*; αἰτίαν, de accusatoribus (ut Hdt. 1, 26 et ap. Atticos inde a Thuc; Pol. 5. 41, 3. 40, 5, 2. Jos. antt. 2, 6, 7. 4, 8, 23. Hdian. 3, 8, 13), Act. 25, 18 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* ἔφερον); κρίσιν, Jud. vs. 9. — 2) *infero*, *infligo*; τὴν ὀργήν, Ro. 3, 5 (πληγήν, Jos. antt. 2, 14, 2). — 3) *insuper fero*, *addo*, *adjicio*; θλίψιν τοῖς δεσμοῖς, Phil. 1, 16 t. vulg. *Grsb*., de quo loco v. in ἐγείρω, 4, c (πῦρ ἐπιφέρειν πυρί, Philo leg. ad Caj. §. 18). — 4) *impono*. *injicio* (*auftragen*, *auflegen*, *worauf bringen*), (φάρμακον, Plat. ep. 8. p. 354 b), τὶ ἐπί τινα, pass., Act. 19, 12; ubi *Lchm. Tdf. Trg.* ἀποφέρ.*

ἐπι-φωνέω, ῶ, *acclamo*; sq. orat. dir. Lc. 23, 21. Act. 12, 22; sq. dat. pers. Act. 22, 24; τί, 21, 34 *Lchm. Tdf.**

ἐπι-φώσκω, *illucesco*; Lc. 23, 54; sq. εἰς Mt. 28, 1; de q. l v. in εἰς, A. II, 1.

ἐπιχειρέω, ῶ, impf. ἐπεχείρουν, aor. 1. ἐπεχείρησα (χείρ), 1) pr. *manum admoveo* (Hom. Od. 24, 386. 395). — 2) persaepe inde ab Hdt.: *aggredior*, *suscipio* (aliquid tractandum), sq. inf. Lc. 1, 1. Act. 9, 29. 19, 13. (2 Macc. 2, 29. 7, 19.) Uberius de hoc verbo agit *Grimm* in Jahrbücher f. deutsche Theol. 1871, p. 36 ss.*

ἐπι-χέω, inde ab Hom.; *superfundo*; τί, Lc. 10, 34. (sc. ἐπὶ τὰ τραύματα, Gen. 28, 18. Lev. 5. 11.*

ἐπι-χορηγέω, ῶ, aor. 1. imper. ἐπιχορηγήσατε, fut. 1. pass. ἐπιχορηθήσομαι (v. in χορηγέω). *suppedito*, *praebeo*, *largior* (*darreichen*); τινί τι, 2 Co. 9, 10. Gal. 3, 5; i. q. factis exhibeo, praesto, τὴν ἀρετήν, 2 Pet. 1, 5; pass. εἴσοδος, suppetit, 2 Pet. 1, 11; pass. *mihi suppeditatur*, *subministratur*, *adjuvor* (ita simplex χορηγεῖσθαι, Xen. rep. Athen. 1, 13. Pol. 3, 75. 3. 4, 77, 2. 9. 44, 1. Sir. 44, 6. 3 Macc. 6, 40), Col. 2, 19; ubi Vulg. *subministratum*. (raro ap. profanos, ut Dion. Hal. 1, 42. Phal. ep. 50. Diog. Laert. 5, 67.)*

ἐπιχορηγία, ας, ἡ (ἐπιχορηγέω, q. v.), *subministratio* (Vulg.), *donatio*; Eph. 4, 16. Phil. 1, 19. (script. eccles.)*

ἐπι-χρίω, aor. 1. ἐπέχρισα, *illino*; τὶ ἐπί τι, aliquid alicui, Jo. 9, 6; τί. illino aliquid (sc. aliqua re), vs. 11. (Hom. Od. 21, 179. Lucian. hist. scrib. 62.)*

ἐπ-οικοδομέω, ῶ, aor. 1. ἐπῳκοδόμησα et ap. *Tdf. Trg.* neglecto augmento ἐποικοδόμησα (1 Co. 3, 14; cf. *Tdfii* not. ad Act. 7, 47), ptcp. aor. 1. pass. ἐποικοδομηθέντες, in N. T. tantum in metaphorica oratione, qua Christianorum coetus cum aedificio vel templo comparatur: *aedifico super* …, *superstruo*; Vulg. *superaedifico*; absol., sc. jacto jam fundamento, structuram perficio, h. e. praeter tropum: incrementa praebere christianae sapientiae vitaeque ad eam accommodandae, Act. 20, 32 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* οἰκοδ.); 1 Co. 3, 10 (1 Pet. 2, 5 *Tdf*.); ἐπὶ τὸν θεμέλιον, 1 Co. 3, 12; τί, vs. 14; ἐν Χριστῷ, pass. in consortio Christi vitâ vitali increscere et perfici, Col. 2. 7; ἐποικοδομηθ. ἐπὶ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων, fundamento ab apostolis jacto, h. e. praeter tropum: in coetum coagmentati per evangelicam apostolorum praedicationem, Eph. 2, 20; ἐποικοδομεῖν ἑαυτὸν τῇ πίστει, Jud vs. 20., ubi sens.: fidei vestrae sanctissimae innixi incrementa capite, in altum, ut aedificium, surgite. (Thuc. Xen. Plat. al.)*

ἐπ-οκέλλω, aor. 1. ἐπώκειλα, *impingo*, *allido*; τὴν ναῦν, Act. 27, 41 t. vulg. *Grsb*.; v. in ἐπικέλλω. (Hdt. 6, 16. 7, 182. Thuc. 4, 26.)*

ἐπ-ονομάζω, inde ab Hdt.; LXX pro קָרָא; *nomen impono*; pass. *nomen mihi imponitur*; Ro. 2, 17; cf. *Fritzsche* ad 1*

ἐπ-οπτεύω, ptcp. aor. 1. act. ἐποπτεύσαντες, 1) *praesum spectator operae*; nostr. *Aufseher sein* (Hom. Hesiod.). — 2) univ. *inspicio*, *attente contemplor*; *spectando observo* (Aeschyl. Demsth. al.); τί, 1 Pet. 3, 2; ἔκ τινος, sc. τὴν ἀναστροφήν, 2, 12.*

ἐπόπτης, ου, ὁ (ab inusit. ἐπόπτω), *inspector*, nostr. *Aufseher*; v. in ἐπίσκοπος (Aeschyl. Pind. al.; dic. de deo, 2 Macc. 3, 39. 7, 35. 3 Macc. 2, 21. Add. Esth. 5, 2; ἀνθρωπίνων ἔργων, Clem. Rom. 1 Co. 59.) — 2) *qui rei alicui adest spectator*; ita 2 Pet. 1, 16., quo loco, quum Graecis ἐπόπται dicerentur, qui tertio eleusiniorum sacrorum gradui admoti erant (Plut. Alc. 22 et ap. al.), vox usurpata videtur ad designandos eos, quibus coelesti spectaculo in transfiguratione Christi oblato interesse concessum fuit.*

ἔπος, εος (ους), τό, *verbum*; ὡς ἔπος εἰπεῖν (v. in εἶπον, 1, a, p. 124, col. 1), Heb. 7, 9.*

ἐπουράνιος, ον (οὐρανός), pr. *in coelo* vel *super coelo exstans*, *coelestis*; 1) *in coelis exstans*: ὁ πατὴρ ἐπουρ., i. e. deus, Mt. 18, 35 t. vulg. *Grsb*. (θεοί, θεός, Hom. Od. 17. 484. Il. 6, 131 al.; 3 Macc. 6, 28. 7, 6); οἱ ἐπουράνιοι, coelites, coelicolae (Lucian. dial. deor. 4, 3; de diis Theocr. 25, 5), de angelis, opp. ἐπίγειοι et καταχθόνιοι, Phil. 2, 10. Ignat. ad Trall. 9; σώματα, corpora stellarum (quas apost. e totius antiquitatis notione animatas cogitasse videtur, cf. Job. 38, 7. Henoch. 18, 14 ss.) et angelorum, 1 Co. 15, 40; ἡ βασιλεία ἡ ἐπουρ. (de qua notione v. p. 66, col. 2), 2 Tim. 4, 18; si *notionem* spectas idem quod ἡ πατρὶς ἡ ἐπουρ. Heb. 11, 16 et Ἱερουσαλὴμ ἐπουρ. 12, 22; κλῆσις, vocatio in coelis (a deo) facta, 3, 1 coll. Phil. 3, 14. — Neutrum τὰ ἐπουράνια denotat *a*) *ea*, *quae in coelis fiunt*. h. e. consilia dei de salute hominibus per Christi mortem concilianda, Jo. 3, 12 (v. in ἐπίγειος). — *b*) *coelestes regiones*, h. e. ipsum coelum, dei et angelorum sedes, Eph. 1, 3. 20 (ubi *Lchm.* οὐρανοῖς); 2, 6. 3, 10; coelum inferius s. coelum nubium, 6, 12. — *c*) *templum* s. *sanctuarium coeleste*, Heb. 8, 5. 9, 23. — 2) *qui coelestis originis et naturae est*; 1 Co. 15, 48 s. (opp. χοϊκός); ἡ δωρεὰ ἡ ἐπουρ., Heb. 6, 4.*

ἑπτά, οἱ, αἱ, τά, *septem*; Mt. 12. 45. Mc. 8 5 s. Lc. 2, 36. Act. 6, 3 al.; saepe in apocalypsi; οἱ ἑπτά. sc. diaconi, Act. 21, 8. — Additur adverbio numerali ἑβδομηκοντάκις pro ἑπτάκις, Mt. 18, 22., ex imitatione hebr. שֶׁבַע, Ps. 119, 164. Prov. 24, 16.

**ἑπτάκις** (ἑπτά), *septies;* Mt. 18, 21 s. Lc. 17, 4.*

**ἑπτακισχίλιοι, αι, α,** *septies mille,* Ro. 11, 4.*

**ἔπω,** v. εἶπον.

**Ἔραστος, ου, ὁ** (ἐραστός, amabilis), *Erastus,* nomen duorum Christianorum; 1) comitis Pauli apost.. Act. 19, 22. — 2) praefecti aerario civitatis corinthiacae, Ro. 16, 23. Uter 2 Tim. 4, 20 intelligatur, decerni nequit.*

**ἐραυνάω,** deterioris potissimum alexandrinae graecitatis forma pro ἐρευνάω, q. v. Cf. *Tdfii* Prolegg. ad ed. VII. min. p. XXXVII. *Bttm.* ntl. Gr. p. 50.

**ἐργάζομαι,** vb. depon. med., impf. εἰργαζόμην (ἠργαζόμην, Act. 18, 3 *Lchm. Tdf. Trg.;* cf. *Win.* p. 70. *Bttm.* ntl. Gr. p. 29 s. *Steph.* Thes. ed. Hase, III, p. 1970.), aor. 1. εἰργασάμην (ἠργασ. Mt. 25, 16. Mc. 14, 6 *Tdf.*), pf. εἴργασμαι, passivo significatu, Jo. 3, 21, ut saepe ap. Graecos (ἔργον), LXX pro פָּעַל, עָבַד, aliquoties pro עָשָׂה; — 1) absol. *a*) *operor, laboro, opus facio;* opponitur otio vel desidiae, Lc. 13, 14. Jo. 5, 17. 9, 4. 2 Th. 3, 10; add. ταῖς χερσί, 1 Co 4, 12. 1 Th. 4, 11; c. acc. temporis, νύκτα κ. ἡμέραν, 2 Th. 3, 8; praevalente operis pro mercede faciendi notione, Mt. 21, 28 (ἐν τῷ ἀμπελῶνι); Act. 18, 3. 1 Co. 9, 6. 2 Th. 3, 12; e peculiari Pauli apost. notione: ὁ ἐργαζόμενος, qui facta ad legem accommodata peragit (*der Werkthätige*), Ro. 4, 4 s. — *b*) *negotior, negotiando quaestum facio* (nos: *Geschäfte machen*), ἔν τινι, ex aliquo, Mt. 25, 16 (ita saepe ap. Dmsth.). — 2) trans. *a*) *facio, efficio;* τί, Col. 3, 23. 2 Jo. vs. 8 (cum q. l. cf. 1 Co. 15, 58 extr.); μηδέν, 2 Th. 3, 11; ἔργον, Act. 13, 41 (פֹּעַל פָּעַל, Hab. 1, 5); ἔργον καλὸν εἴς τινα, Mt. 26, 10; ἔν τινι (dat. pers.), Mc. 14, 6; ἔργα, efficio, pass., Jo. 3, 21; τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, quae deus fieri vult facio, Jo. 6, 28. 9, 4; τοῦ κυρίου, operi, quod dominus perfici vult, vires impendo, 1 Co. 16, 10; τὸ ἀγαθόν, Eph. 4, 28; πρός τινα, Gal. 6, 10; κακόν τινί τι, Ro. 13, 10 (usitatius Graecis est τινά τι), τί εἴς τινα, 3 Jo. vs. 5. — c. acc. virtutum et vitiorum, *exerceo, perago, committo;* δικαιοσύνην, Act. 10, 35. Heb. 11, 33 (Ps. 15, 2. Zeph. 2, 3); τὴν ἀνομίαν, Mt. 7, 23 (Ps. 5, 5 et saepe ap. LXX); ἁμαρτίαν, Jac. 2, 9. — σημεῖον, patro, Jo. 6, 30; τὰ ἱερά, sacris operor, h. e. administro quae ad cultum pertinent, quod erat sacerdotum et ap. Judaeos etiam Levitarum, 1 Co. 9, 13; τὴν θάλασσαν (*das Meer bearbeiten*), *mare exerceo* (Justin. 43, 3), h. e. mari operor indeque quaestum facio, Ap. 18, 17 (ita de nautis et piscatoribus etiam ap. nativos Graecos, ut Aristot. probl. 38, 2. Dion. H. antt. 3, 46. App. Punic. 2). — *efficio, ut fiat* s. *exsistat, auctor sum;* τί, ita (pro l. vulg. κατεργάζ.), 2 Co. 7, 10 *Lchm. Tdf. Trg.;* Jac. 1, 20 *Lchm. Tdf. Trg.* — *b*) *operando comparo, acquiro* (*erarbeiten, erwerben*); τὴν βρῶσιν, Jo. 6, 27 (χρήματα, Hdt. 1, 24; τὰ ἐπιτήδεια, Xen. mem. 2, 8, 2. Dem. 1358, 12; ἀργύριον, Plat. Hipp. maj. p. 282 d; βίον, Andoc. myst. 144 Bekk.; θησαυρούς, Theodot. Prov. 21, 6; βρῶμα, Palaeph. 21, 2 et ap. al.); e multorum intpp. opinione etiam 2 Jo. vs. 8., sed v. supra in 2, a.*

**ἐργασία, ας, ἡ** (ἐργάζομαι), 1) i. q. τὸ ἐργάζεσθαι, *actio, effectio;* ἀκαθαρσίας, Eph. 4, 19. — 2) *opificium* (*Gewerbe*), Act. 19, 25 (Xen. oec. 6, 8 et ap. al.) — 3) *quaestus labore partus, lucrum,* Act. 16, 19; παρέχειν ἐργασίαν τινί, vs. 16. 19, 24. (Xen. mem. 3, 10, 1. cyneg. 3, 3. Pol. 4, 50, 3.) — 4) *opera;* δίδωμι ἐργασίαν, ex latinismo, *operam do.* Lc 12, 58. (Hermog. de invent. 3, 5, 7.)*

**ἐργάτης, ου, ὁ** (ἐργάζομαι), 1) ut ap. Graecos *operarius,* potissimum mercede conductus, Mt. 10, 10. Lc. 10, 7. 1 Tim. 5, 18; maxime is, qui opus rusticum facit, Mt. 9, 37 s, 20, 1. 2. 8. Lc. 10, 2. Jac. 5, 4 (Sap. 17, 16); ii, quorum operâ artifices utuntur, Act. 19, 25 (opp. τοῖς τεχνίταις, vs. 24); cf. *Bengel* ad l.; ii, qui docendo christianae causae inter homines propagandae et promovendae operam navant, 2 Co. 11, 13. Phil. 3, 2. 2 Tim. 2, 15 coll. Mt. 9, 37 s. Lc. 10, 2. — 2) *faciens, patrans;* τῆς ἀδικίας Lc. 13, 27. (τῆς ἀνομίας, 1 Macc. 3, 6; τῶν καλῶν κ. σεμνῶν, Xen. mem. 2, 1, 27.)*

**ἔργον, ου, τό,** olim. ϝέργον, nostr. *Werk;* LXX pro פֹּעַל, עֲבֹדָה et sexcenties pro מְלָאכָה et מַעֲשֶׂה; *opus,* i. e. 1) *officium, negotium, quo aliquis fungitur;* Mc. 13, 34 (διδοναι τινὶ τὸ ἔργ. αὐτοῦ); Act. 14, 26 (πληροῦν); 1 Tim. 3, 1; dic. ita negotium salutare a deo Christo mandatum, διδόναι et τελειοῦν, Jo. 17, 4; negotium apostolis et reliquis christianae religionis doctoribus pariter ac coetuum praesidibus peragendum, Act. 13, 2. 15, 38. 1 Th. 5, 13. Phil. 1, 22; τὸ ἔργον τινός, gen. subj., opus, quod aliquis facit, officium, quod aliquis vel praestat vel praestare debet, 1 Th. 5, 13; ἔργον ποιεῖν τινος, officium praestare alicujus (quod alicui incumbit), εὐαγγελιστοῦ, 2 Tim. 4, 5; τὸ ἔργον τινός ab aliquo mandatum et pro ejus causa peragendum; τὸ ἔργ. τοῦ θεοῦ τελειοῦν, dic. de Christo, Jo. 4, 34; τοῦ Χριστοῦ, Phil. 2, 30; τοῦ κυρίου, 1 Co. 15, 58. 16, 10; c. genit. rei., εἰς ἔργον διακονίας, Eph. 4, 12, quod sign. vel ad officium, in quo ministerium cernitur, ad id, quod suscepto ministerio perficitur, vel ad administrationem ministerii. — dic. de eo, quod aliquis peragendum suscipit vel suscepit, *coeptum* (*Vorhaben, Unternehmen*); Act. 5, 38 (Deut. 15, 10. Sap. 2, 12). — 2) *res quaedam, quae exstat* (manu, arte, industria, ingenio), *perfecta* (i. q. ποίημα, κτίσμα), 1 Co. 3, 13—15; add. τῶν χειρῶν, de rebus humana manu formatis, Act. 7, 41; de operibus dei in mundo creato conspicuis, Heb. 1, 10 et saepe ap. LXX; τὰ ἐν τῇ γῇ ἔργα, opera naturae et artis (*Bengel*), 2 Pet. 3, 10; de institutis dei pro hominum salute, Act. 15, 18 t. vulg., τὸ ἔ. τοῦ θεοῦ id quod deus in homine effecit = vita deo Christoque dicata, Ro. 14, 20; idem, si rem spectas, denotat, ἔργον ἀγαθόν Phil. 1, 6 (v. in ἀγαθός, n. 2); τὰ ἔ. τοῦ διαβόλου, peccata et omnis miseria ex iis oriunda, 1 Jo. 3, 8. — 3) *actum, factum, res gesta* (*That, Handlung*); premitur agendi notio contra id, quod actione minus est, Jac. 1, 25. Tit. 1, 16; τὸ ἔργον distinguitur a τῷ λόγῳ, Lc. 24, 19. Ro. 15, 18. 2 Co. 10, 11. Col. 3, 17. 2 Th. 2, 17. 1 Jo. 3, 18 (Sir. 3, 8); plur. ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις, Act. 7, 22 (4 Macc. 5, 37; de frequentissimis iisdem et similibus ap. Graecos oppositionibus cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. III, p. 268 s. *Bergler* ad Alciphr. p. 54. *Bornemann* atque *Kühner* ad Xen. mem. 2, 3, 6. *Passow* I, p. 1159); dic. ἔργα de actibus *dei* et creatoris, Heb. 4, 10; et rerum administratoris, Jo. 9, 3. Act. 13, 41. Ap. 15, 3; de quibuslibet insignibus *Christi* factis, quibus hominum fidem sibi habendam excitaret salutemque iis pararet: Mt. 11, 2 et maxime in joann. ev., velut 5, 20. 35. 7, 3. 10, 38. 14, 11 s. 15, 24 (cf. *Grimm* Institutio theol. dogmat. p. 63 s. ed. 2); dicuntur ea τὰ ἔργα τοῦ πατρός, i. e. dei jussu et auxilio peracta, Jo. 10, 37. 9, 3 s. coll. 10, 25. 32. 14, 10; καλά, tamquam beneficia, 10, 32 s.; verba adduntur δεικνύναι, ποιεῖν, ἐργάζεσθαι, τελειοῦν. — Dicuntur ἔργα facta *hominum* ad religionis et honestatis normam aestimata, sive mala, Mt. 23, 3. Lc. 11, 48. Jo. 3, 20. Ap. 2, 6. 16, 11 al., sive bona, Jo. 3, 21. Jac. 2, 14. 17 s. 20—22. 24—26. 3, 13. Ap. 2, 5. 9. 19. 3, 8; νόμος ἔργων, lex bene facta postulans, Ro. 3, 27; injunctâ notione laboris et contentionis cum impedimentis in phrasi

*καταπαύειν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ*, Heb. 4, 10; rependere alicui *κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ*, Ro. 2, 6. 2 Tim. 4, 14. Ap. 2, 23 (Ps. 62, 13) coll. 2 Co. 11, 15. Ap. 18, 6. 20, 12 s.; singul. *τὸ ἔργον* dic. collective de complexu actionum (*das Handeln*), Jac. 1, 4; *τινός*, gen. personae et subjecti, omnis sentiendi agendique ratio, studia, quae aliquis sequitur, Gal. 6, 4. 1 Pet. 1, 17. Ap. 22, 12; *τὸ ἔργον τοῦ νόμου*, agendi ratio a lege postulata, Ro. 2, 15. — cum epithetis: *ἀγαθὸν ἔργον*, i. e. aut *beneficium*, 2 Co. 9, 8; plur. Act. 9, 36; aut omne *recte factum*, quod ex pietate proficiscitur, Ro. 2, 7. Col. 1, 10. 2 Th. 2, 17. Tit. 1, 16. 2 Tim. 2, 21. 3, 17. Heb. 13, 21; plur. Eph. 2, 10; aut *quod ordini humanarum rerum est consentaneum*, Ro. 13, 3. Tit. 3, 1; *ἔργον καλόν, honeste factum* (v. in *καλός*), Mt. 26, 10. Mc. 14, 6; plur. (saepe ap. Atticos) Mt. 5, 16. 1 Tim. 5, 10. 25. 6, 18. Tit. 2, 7. 3, 8. 14. Heb. 10, 24. 1 Pet. 2, 12; *τὰ ἔργα τὰ ἐν δικαιοσύνῃ = τὰ δίκαια*, Tit. 3, 5; *τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ*, facta a deo postulata eique probata, Jo. 6, 28 (Jer. 48, 10. 3 Esr. 7, 9. 15); eodem sensu *ἔργα μου*, i. e. Christi, Ap. 2, 26; *ἔργον πίστεως*, id quod fides operatur, s. quae e fide proficiscitur agendi ratio, 1 Th. 1, 3. 2 Th. 1, 11; *ἔργα ἄξια τῆς μετανοίας*, Act. 26, 20; *ἔργα πεπληρωμένα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ*, Act. 3, 2; *ἔργα πονηρά*, Col. 1, 21. 2 Jo. vs. 11 coll. Jo. 3, 19. 7, 7. 1 Jo. 3, 12; *ἔργα νεκρά*, vitae ex deo oriundae expertia ideoque quasi *non facta*, judicii extremi tempore assensu et approbatione dei omnique fructa caritura, Heb. 6, 1. 9, 14; *ἄκαρπα*, Eph. 5, 11 (*ἄχρηστα*, Sap. 3, 11; improbus *μετὰ τῶν ἔργων αὐτοῦ συναπολεῖται*, Barnab. 21, 1); *ἄνομα*, 2 Pet. 2, 8; *ἔργα ἀσεβείας*, Jud. vs. 15; *τοῦ σκότους*, quae in tenebris aguntur, Ro. 13, 12. Eph. 5, 11; in scriptis Pauli *ἔργα νόμου*, facta a lege postulata eique consentanea (cf. *Wieseler* Commentar üb. d. Br. an d. Galat. p. 194 ss.), Ro. 3, 20. 28 (9, 32 t. vulg. *Grsb.*); Gal. 2, 16. 3, 2. 5. 10; et *ἔργα* simpliciter dicta, Ro. 4, 2. 6. 9, 11 (vs. 32 *Lchm. Tdf. Trg.*); 11, 6. Eph. 2, 9. 2 Tim. 1, 9 (v. supra in *δικαιόω*). — *τὰ ἔργα τινὸς ποιεῖν*, eadem vel similia iis facere, quae aliquis alius facit, in agendo alicujus exemplum sequi; Abrahami, Jo. 8, 39; diaboli, 8, 41.

**ἐρεθίζω**, aor. *ἠρέθισα* (*ἐρέθω*), *irrito, lacesso, incito; τινά*, in bonam partem, 2 Co. 9, 2; ut vulgo ap. Graecos inde ab Hom. in malam partem i. q. *exacerbo*, Col. 3, 21; ubi *Lchm. παροργίζετε*.*

**ἐρείδω**, *infigo, firmiter fulcio;* intrans. *ἐρείσασα* (*ἡ πρῷρα*), *infixa*, Act. 27, 41. (inde ab Hom.)*

**ἐρεύγομαι** f. *ξομαι*, 1) *eructo, evomo* (Hom.). — 2) *effundor*, de fluviis (App. Mithr. c. 103); c. acc. *effundo, emitto*, de fluviis, aquis, LXX Lev. 11, 10. — 3) usu ab elegantibus Graecis alieno: *verba profero, proloquor;* Mt. 13, 35 (Ps. 78, 2. cf. 19, 3. 144, 7.) Copiosius de voce agit *Lob.* ad Phryn. p. 63*

**ἐρευνάω**, *ῶ*, imp. aor. 1. *ἐρεύνησον* (*ἡ ἔρευνα*, investigatio), inde ab Hom., *investigo, perscrutor;* absol. Jo. 7, 52; *τί* Jo. 5, 39. Ro. 8, 27. 1 Co. 2, 10. Ap. 2, 23., quo cum loco cf. Jer. 11, 20. 17, 10. 20, 12; sq. interrog. indir. 1 Pet. 1, 11. (2 Sam. 10, 3. Prov. 20, 27.) Formam *ἐραυνάω* (q. v. suo in loco) *Tdf.* et *Trg.* ubique in N. T. receperunt, *Lchm.* tantum Ap. 2, 23.*

**ἐρημία**, *ας, ἡ* (*ἔρημος*), *solitudo, locus ab hominibus desertus et vacuus;* Mt. 15, 33. Mc. 8, 4. Heb. 11, 38; opp. *πόλις*, 2 Co. 11, 26 ut Jos. antt. 2, 3, 1.*

**ἔρημος**, *ον* (apud Graecos etiam *ος, η, ον*, cf. *Win.* p. 67), 1) adject. *desertus, solitarius, desolatus, non habitatus;* de locis Mt. 14, 13. 15. Mc. 1, 35. 6, 32. Lc. 4, 42. 9, 10. 12. Act. 1, 20 al.; *ἡ ὁδός*, via per desertum ferens, Act. 8, 26 (LXX 2 Sam. 2, 24), de quo loco v. supra in *Γάζα*); — de personis: *ab aliis desertus, aliorum, inpr. familiarium, necessariorum, parentium, usu et praesidio destitutus, orbatus* (ita persaepe ap. Graecos omnium aetatum, velut Aesch. Ag. 862. Pers. 734. Arstph. pax 112; *ἐρημός τε καὶ ὑπὸ πάντων καταλειφθείς*, Hdian. 2, 12, 12; de grege: a pastore desertus, Hom. Il. 5, 140); *γυνή*, mulier a marito neglecta, a cujus usu se abstinet maritus, Gal. 4, 27 e Jes. 54, 1; de Hierosolymis Christi praesentiâ et hortamine et auxilio orbatis, Mt. 23, 38 et in t. vulg. Lc. 13, 35; cf. *Bleek* Erklär. d. drei ersten Evv. II. p. 206. (cf. Bar. 4, 19. Add. Esth. 6, 13. 2 Macc. 8, 35.) — 2) subst. *ἡ ἔρημος*, sc. *χώρα*, LXX persaepe pro מִדְבָּר, *desertum* (Hdt. 3, 102), Mt. 24, 26. Ap. 12, 6. 14. 17, 3; *αἱ ἔρημοι*, loca deserta, regiones solitariae, Lc. 1, 80. 5, 16. 8, 29; — desertum pascendis pecoribus idoneum, Lc. 15, 4; — dic. de deserto Judaeae, Mt. 3, 1. Mc. 1, 3 s. Lc. 1, 80. 3, 2. 4. Jo. 1, 23; de deserto Arabiae, Act. 7, 30. 36. 38. 42. 44. 1 Co. 10, 5. Heb. 3, 8. 17. Cf. *Win.* RWB. s. v. Wüste. *Furrer* in *Schenkel* BL. 5, p. 680.

**ἐρημόω**, *ῶ*, ptcp. pf. pass. *ἠρημωμένος*, aor. 1. *ἠρημώθην* (*ἔρημος*), inde ab Hdt.; LXX potissimum pro חָרֵב, הֶחֱרִיב, שָׁמֵם; *desolo, devasto;* in N. T. tantum in pass.; *πόλιν*, Ap. 18, 19; perdo, destruo, *βασιλείαν*, Mt. 12, 25. Lc. 11, 17; ad nihilum redigo, *πλοῦτον*, Ap. 18, 16; *ἠρημωμένην κ. γυμνὴν ποιεῖν τινα*, despoliare aliquam, 17, 16.*

**ἐρήμωσις**, *εως, ἡ* (*ἐρημόω*), *devastatio;* Mt. 24, 15. Mc. 13, 14. Lc. 21, 20; v. supra in *βδέλυγμα*. (Arr. exp. 1, 9, 13; LXX aliquoties pro חָרְבָּה, שַׁמָּה al.)*

**ἐρίζω** (*ἔρις*), *rixor;* Mt. 12, 19., ubi verbis *οὐκ ἐρίσει* evangelista placidum Jesu animum furori judaicorum doctorum de placitis et actibus inter se certantium contrarium designare videtur.*

**ἐριθεία** (non *ἐρίθεια*, cf. *Win.* p. 50), *ειας, ἡ* (*ἐριθεύω*, lanam traho s. facio, Hel. 1, 5; Med. eodem significatu Tob. 2, 11; de iis, qui munera ambiunt auram populi captantes dolo et artibus, Arist. polit. 5, 3; hoc verbum autem originem ducit ab *ἔριθος*, pro mercede opus faciens, mercenarius; inde a macedonica aetate etiam lanam tractans, LXX Jes. 38, 12; homo illiberalis, sordidus), *ambitus* (*Amtserschleichung*), Arist. pol. 5, 2 et 3; hinc, ut videtur, in N. T. *ambitio, studium se extollendi, partium et factionum studium malas artes non contemnens* (*Partei- u. Ränkesucht*), Jac. 3, 14. 16; *κατ' ἐριθείαν*, Phil. 2, 3. Ignat. ad Philadelph. §. 8; *οἱ ἐξ ἐριθείας* (v. in *ἐκ* p. 132, coll. 2), Phil. 1, 16; i. q. renitentes deo, Ro. 2, 8; plur. *αἱ ἐριθεῖαι*, 2 Co. 12, 20. Gal. 5, 20. Cf. quae de voce copiosissime et doctissime agit *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. I, p. 143 ss.*

**ἔριον**, *ίου, τό* (demin. vocis *τὸ ἔρος* s. *εἶρος*), *lana*, Heb. 9, 19. Ap. 1, 14.*

**ἔρις**, *ιδος, ἡ*, acc. *ἔριν* (Phil. 1, 15), pl. *ἔριδες* (1 Co. 1, 11) et *ἔρεις* (2 Co. 12, 20. Tit. 3, 9; v. *Lob.* ad Phryn. p. 326. *Matthiae* §. 80. not. 8. *Bttm.* Gramm. p. 191 s.), *contentio, rixa, altercatio;* Ro. 1, 29. 13, 13. 1 Co. 1, 11. 3, 3. 2 Co. 12, 20. Gal. 5, 20. Phil. 1, 15. 1 Tim. 6, 4. Tit. 3, 9.*

**ἐρίφιον**, *ίου, τό*, et *ἔριφος, ου, ὁ, hoedulus, hoedus;* Mt. 25, 32 s. Lc. 15, 29.*

**Ἑρμᾶς**, acc. *Ἑρμᾶν, ὁ* (dorice pro *Ἑρμῆς*), *Hermas*, vir quidam christianus (quem Origines aliique putarunt auctorem libri illius, cui titulus Pastor), Ro. 16, 14.

**ἑρμηνεία**, *ας, ἡ* (*ἑρμηνεύω*), *explicatio* (eorum, quae ab aliis obscurius dicta sunt), 1 Co. 12, 10. 14, 26. v. in *διερμηνεία*.*

**ἑρμηνευτής**, *οῦ, ὁ* (*ἑρμηνεύω*, q. v.), *interpres*,

1 Co. 14, 28 *Lchm. Trg.* (Plat. Pol. p. 290 c; pro מֵלִיץ, Gen. 43, 23.)*

ἑρμηνεύω (ab Ἑρμῆς, qui deus linguae, litterarum, eloquentiae, doctrinae habebatur), 1) *verbis explico;* Xen. Plat. al. — 2) *interpretor,* h. e. peregrino sermone dicta vel scripta in linguam patriam transfero (Xen. anab. 5, 4, 4), Jo. 1, 39 t. vulg. *Grsb. Tdf.;* 43. 9, 7. Heb. 7. 2. (Esdr. 4, 7 pro מְתֻרְגָּם.)*

Ἑρμῆς, acc. Ἑρμῆν, ὁ, nom. pr. *Hermes;* 1) Graecorum deus, ap. Romanos *Mercurius;* Act. 14, 12. — 2) vir quidam christianus, Ro. 16, 14.*

Ἑρμογένης, ους, ὁ, *Hermogenes,* vir quidam christianus; 2 Tim. 1, 15.*

ἑρπετόν, οῦ, τό (ab ἕρπω, serpo, repo), *reptile;* dic. a profanis potissimum de serpentibus; — Hom. Od. 4, 418. Xen. mem. 1, 4, 11 quodvis animal; in sacris litteris opp. quadrupedibus et avibus, Act. 10, 12. 11, 6. Ro. 1, 23; et vero etiam marinis, Jac. 3, 7., quo c. l. cf. Gen. 9, 2. (LXX pro רֶמֶשׂ et שֶׁרֶץ.)*

ἐρυθρός, ά, όν, *ruber;* inde ab Hom., in N. T. tantum in dictione ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα, *mare rubrum* (inde ab Hdt.), i. e. oceanus indicus Arabiam Persidemque alluens, cum duobus sinibus, quorum is, qui ab oriente est, persicus, alter ex adverso situs, arabicus appellatur; in N. T. superior illa sinus arabici pars (*sinus heroopolitanus* dicta), per quam Israëlitae ex Aegypto in Arabiae littus profecti sunt, Act. 7, 36. Heb. 11, 29. (LXX pro יַם סוּף, *mare algosum.* Cf. *Win.* RWB. s. v. Meer rothes; *Pressel* in *Herzog* Enc. 9, p. 239 ss. *Furrer* in *Schenkel* BL. 5, 150 ss.

ἔρχομαι, imper. ἔρχου, ἔρχεσθε (pro Atticorum ἴθι, ἴτε a verbo εἶμι); impf. ἠρχόμην (pro ᾖειν et ᾖα Atticis usitatiore), fut. ἐλεύσομαι (de quibus formis cf. *Matthiae* §. 234. *Bttm.* Gr. max. II, p. 182 s. *Krüger* I, p. 170 s. *Kühner* I, p. 823. *Win.* p. 82); pf. ἐλήλυθα, plsqpf. ἐληλύθειν, aor. 2. ἦλθον et (passim. ap. *Lchm. Tdf. Trg.* velut Mt. 6, 10. Jo. 4, 27. Act. 12, 10. 28, 14 s.) alexandrinâ forma ἦλθα (v. in ἀπέρχομαι), LXX pro בּוֹא, rarius pro אָתָה et הָלַךְ;

I) *venio;* 1) propr. *a*) de *personis; α*) univ. *venio ex uno loco in alterum,* quod dic. tum de advenientibus, ut Mt. 8, 9. 22, 3. Lc. 7, 8. 14, 17. 20. Jo. 5, 7. Act. 10, 29. Ap. 22, 7 et saepissime; οἱ ἐρχόμενοι κ. οἱ ὑπάγοντες, Mc. 6, 31; ὑπάγω κ. ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, Jo. 14, 28; tum de redeuntibus, ut Jo. 4, 27. 9, 7. Ro. 9, 9. — Structurae: sq. ἀπό c. gen. loci, Mc. 7, 1. 15. 21. Act. 18, 2. 2 Co. 11, 9; c. gen. pers. Mc. 5, 35. Jo. 3, 2. Gal. 2, 12 al.; sq. ἐκ c. gen. loci, Lc. 5, 17. Jo. 3, 31 al.; παρά c. gen. pers. Lc. 8, 49; sq. εἰς c. acc. loci, *ingredior;* ut εἰς τ. οἰκίαν, τὸν οἶκον, Mt. 2, 11. 8, 14. Mc. 1, 29. 5, 38 al.; εἰς τ. πόλιν, Mt. 9, 1 et multis aliis exemplis; εἰς, *ad,* Jo. 20, 3 s.; εἰς τὸ πέραν, de iis, qui navi vehuntur, Mt. 8, 28; dic. de proficiscentibus, ἐκ - - εἰς, Jo. 4, 54; διά c. gen. loci sq. εἰς (l. vulg. πρός) *ad,* Mc. 7, 31; εἰς τ. ἑορτήν, ad celebrandum festum, Jo. 4, 45. 11, 56; c. dat. rei, qua aliquis instructus est, Ro. 15, 29. 1 Co. 4, 21; sq. ἐπί c. acc. loci, nostr. *über,* Mt. 14, 28; nostr. *auf,* Mc. 6, 53; nostr. *an,* Lc. 19, 5. Act. 12, 10. 12; *ad,* c. acc. rei, Mt. 3, 7. 21, 19. Mc. 11, 13. 16, 2. Lc. 24, 1; c. acc. pers. Jo. 19, 33; *ad alicujus tribunal,* Act. 24, 8 t. vulg. *Grsb.; contra aliquem,* de duce militum contra aliquem proficiscente, Lc. 14, 31; κατά c. acc. Lc. 10, 33. Act. 16, 7; παρά c. gen. pers. Lc. 8, 49; c. acc. loci, *ad,* Mt. 15, 29; πρός, *ad,* c. acc. pers., Mt. 3, 14. 7, 15. Mc. 9, 14. Lc. 1, 43. Jo. 1, 29. 2 Co. 13, 1 et saepissime, potissimum in evangg.; ἀπό τινος (gen. pers.) πρός τινα, 1 Th. 3, 6; c. simplici dat. pers. (propr. in alicujus commodum vel incommodum), Mt. 21, 5. Ap. 2, 5. 16 (exempla e Graecis v. ap. *Passow* I, p. 1184 col. 1 s.). — c. *adverbiis loci:* πόθεν, Jo. 3, 8. 8, 14. Ap. 7, 13; ἄνωθεν, Jo. 3, 31; ὄπισθεν, Mc. 5, 27; ὧδε, Mt. 8, 29. Act. 9, 21; ἐνθάδε, Jo. 4, 15 s.; ἐκεῖ, 18, 3; ποῦ, Heb. 11, 8; ἕως τινός, Lc. 4, 42; ἄχρι τινός, Act. 11, 5. — *Consilium,* quo aliquis venit, indicatur aut infin. alicujus verbi, Mc. 15, 36. Lc. 1, 59. 3, 12. Jo. 4, 15 et saepius; aut ptcpio fut.. Mt. 27, 49. Act. 8, 27; aut sq. ἵνα, Jo. 12, 9; εἰς τοῦτο, ἵνα, Act. 9, 21; aut sq. διά τινα, Jo. 12, 9. — Quia quincunque in aliquo loco aliquid peracturus est, eo venerit necesse est: e populari narrandi consuetudine verbis agendi praemitti solent ἔρχεται καί, ἦλθε καί al., Mt. 13, 19. 25. Mc. 2, 18. 4, 15. 5, 33. 6, 29. 12, 9. 14, 37. Lc. 8, 12. 47. Jo. 6, 15. 11, 48. 12, 22. 19, 38. 20, 19. 26. 21, 13. 3 Jo. vs. 3. Ap. 5, 7. 17, 1. 21, 9; ἔρχου κ. ἴδε, Jo. 1, 47. 11, 34. Ap. 6, 1. 3. 5. 7; plur. Jo. 1, 40 (v. in εἴδω, p. 119 col. 1); aut dicitur ἐλθών sq. verbo finito, Mt. 2, 8. 7. 9, 10. 18. 12, 44. 14, 12. 33. 18, 31. 27, 64. 28, 13. Mc. 7, 25. 12, 14. 42. 14, 45. 16, 1. Act. 16, 37. 39; aut ἐρχόμενος sq. verbo finito, Lc. 13, 14. 16, 21. 18, 5; aliis locis ἐλθών vertendum est *quando veni* (*venisti, venit*), Jo. 16, 8. 2 Co. 12, 20. Phil. 1, 27 (ubi opp. ἀπών). — *β*) *prodeo in publicum, exsisto inter aliquos, praesentem me sisto* (*auftreten*); ita κατ' ἐξοχήν de Messia, Lc. 3, 16. Jo. 4, 25. 7, 27. 31. Heb. 10, 37; qui κατ' ἐξοχήν dic. ὁ ἐρχόμενος i. e. qui e prophetarum promissione et omnium exspectatione venit, h. e. venturus est, Mt. 11, 4. Lc. 7, 19 s.; add. εἰς τὸν κόσμον, Jo. 6, 14. 11, 27; ἐν τῷ ὀνόματι κυρίου, *qui jamjam venit auctoritate dei instructus,* h. e. *Messias* in acclamatione populi Jesum Hierosolyma ingredientem laetissime excipientis, e Ps. 118, 25 s. desumta, Mt. 21, 9. 23, 39. Mc. 11, 9. Lc. 13, 35. 19, 38. Jo. 12, 13; ἔρχεσθαι, de Elia e coelis redituro Messiam antecessuro, Mt. 11, 12. 17, 10. Mc. 9, 11—13; de Joanne baptista, Mt. 11, 18. Lc. 7, 33. Jo. 1, 31; add. εἰς μαρτυρίαν, Jo. 1, 7; de antichristo, 1 Jo. 2, 18; de ψευδοχρίστοις et aliis fraudatoribus, falsis doctoribus al., Mt. 24, 5. Mc. 13, 6. Lc. 21, 8 (quibus locis add. ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, *nomine meo freti,* h. e. meam Messiae dignitatem arrogantes sibi et praetendentes); Jo. 10, 8. 2 Co. 11, 4. 2 Pet. 3, 3. Ap. 17, 10; add. ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, sua ipsius auctoritate suoque arbitrio, Jo. 5, 43; de spiritu s., qui post discessum Christi discipulis ejus invisibilis adjutor adfuturus ut persona sistitur, Jo. 15, 26. 16, 7 s. 13; *de Jesu, qui jam exstiterit inter homines* religionis doctor et salutis auctor, Mt. 11, 20. Lc. 7, 34. Jo. 5, 43. 7, 28. 8, 42; add. εἰς τ. κόσμον sq. ἵνα, Jo. 12, 46. 16, 28. 18, 37; εἰς κρίμα, ἵνα, 9, 39; sq. inf. finali, 1 Tim. 1, 15; ἔρχεσθαι ὀπίσω τινός, post aliquem, Mt. 3, 11. Mc. 1, 7. Jo. 1, 15. 27, 30; ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος καὶ αἵματος, concinne dic. pro: qui publice exstitit seseque (filium et legatum dei) probavit per expiationem instituto baptismi et cruenta, quam sustinuit, morte effectam, 1 Jo. 5, 6; ἔρχεσθαι sq. infin. finali, Mt. 5, 17. 12, 34 s. Lc. 19, 10; sq. ἵνα, Jo. 10, 10; de forma, qua Christus tamquam divinus logos inter homines exstiterit, dic. ἐληλυθέναι et ἔρχεσθαι ἐν σαρκί, 1 Jo. 4, 2 s. 2 Jo. vs. 7; — *de Jesu aliquando e coelis solenniter redituro,* Mt. 10, 23. Act. 1, 11. 1 Co. 4, 5. 11, 26. 1 Th. 5, 2. 2 Th. 1, 10; add. ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, Mt. 16, 27. 25, 31. Mc. 8, 38. Lc. 9, 26; ἐπὶ τῶν νεφελῶν (nubibus vectum) μετὰ δυνάμεως κ. δόξης, Mt. 24, 30; ἐν

νεφέλαις, ἐν νεφέλῃ κτλ., Mc. 13, 26. Lc. 21, 27; ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ (v. in ἐν, p. 146, col. 1), Mt. 16, 28. Lc. 23, 42. — *b*) de *tempore*, ut lat. *venio*, cum nominibus temporis velut ἔρχονται ἡμέραι, sensu fut.: *venient*, Lc. 23, 29. Heb. 8, 8 e Jer. 31, 31; ἐλεύσονται ἡμέραι, Mt. 9, 15. Mc. 2, 20. Lc. 5, 35. 17, 22. 21, 6; ἦλθεν ἡ ἡμέρα, Lc. 22, 7. Ap. 6, 17; ἔρχεται ὥρα, ὅτε, Jo. 4, 21. 23. 5, 25. 16, 25; sq. ἵνα, 16, 2. 32; ἦλθεν, venit, i. e. adest, Jo. 16, 4. 21. Ap. 14, 7. 15; ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα, Jo. 12, 23. 13, 1 (*Lchm. Tdf. Trg.* ἦλθεν); 16, 32. 17. 1; ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ, venerat (aderat), Jo. 7, 30. 8, 20; ἔρχ. νύξ, Jo. 9, 4; ἡ ἡμέρα τοῦ κυρίου, 1 Th. 5, 2; καιροί, Act. 3, 19; c. nominibus eventorum, in certum tempus incidentium: ὁ θερισμός, Jo. 4, 35; ὁ γάμος τοῦ ἀρνίου, Ap. 19, 7; ἦλθεν ἡ κρίσις, 18, 10; ex imitatione hebr. הַבָּא, ὁ, ἡ, τὸ ἐρχόμενος, ένη, ον, i. q. *futurus, a, um*; ὁ αἰών, Mc. 10, 30. Lc. 18, 30; ἡ ἑορτή, Act. 18, 21; ἡ ὀργή, 1 Th. 1, 10; τὰ ἐρχόμενα, res futurae, Jo. 16, 13 (הַבָּאִים, tempora futura, Jes. 27, 6); in periphrasi nominis *Jehovae*, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος = ἐσόμενος, Ap. 1, 4. 4, 8. — *c*) *de rebus et eventis* (ita etiam saepissime ap. Graecos); de naturae eventis irruentibus; ποταμοί, Mt. 7, 25; κατακλυσμός, Lc. 17, 27; λιμός, Act. 7, 11; de pluvia, quae demittitur ἐπὶ τῆς γῆς, Heb. 6, 7; de advolantibus avibus, Mt. 13, 4. 32. Mc. 4, 4; de voce, quae auditur (Hom. Il. 10, 149), sq. ἐκ c. gen. loci, Mt. 3, 17. Mc. 9, 7. Lc. 3, 22. Jo. 12, 28; de rebus, quae *afferuntur*; ὁ λύχνος, Mc. 4, 21. (ἐπιστολή, Liban. ep. 458; alia e Graecis exempla praebent *Kypke, Kuinoel* al. ad Mc. l. c.) — 2) metaphor. *a*) dic. *de invisibili Christi e coelis reditu*, h. e. de efficacia, quam per spiritum s. in discipulorum animis exerciturus sit, Jo. 14, 18. 23; de invisibili adventu in morte fidelium, qua eos ad se in coelum recipit, 14, 3. — *b*) i. q. *nascor, exsisto, prodeo, locum habere et vim exercere incipio*; τὰ σκάνδαλα, Mt. 18, 7. Lc. 17, 1; τὰ ἀγαθά, Ro. 3, 8 (Jer. 17, 6); τὸ τέλειον, 1 Co. 13, 10; ἡ πίστις, Gal. 3, 23. 25; ἡ ἀποστασία, 2 Th. 2, 3; ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, i. q. *conditur*, Mt. 6, 10. Lc. 11, 2. 17, 20 al.; ἡ ἐντολή, i. q. *innotescit*, Ro. 7, 6. — *c*) *c. praepositionibus*; ἐκ τῆς θλίψεως, passum esse calamitatem, Ap. 7, 14. — sq. εἰς, *incido*, εἰς τὸ χεῖρον, in conditionem pejorem, Mc. 5, 26; εἰς ἀπελεγμόν (v. in ἀπελεγμός), Act. 19, 27; εἰς τὴν ὥραν ταύτην, Jo. 12, 27; εἰς κρίσιν, obnoxius fio judicio, 5, 24; εἰς ἐπίγνωσιν, particeps fio cognitionis, 1 Tim. 2, 4. 2 Tim. 3, 7; εἰς τὸ φανερόν, conspicuus fio, Mc. 4, 22; εἰς προκοπὴν ἐλήλυθε, cessit in incrementum, Phil. 1, 12; ἔρχ. εἴς τι, *ad aliquid venire*, dic. scriptor, qui aliis tractatis jam ad novum argumentum transit, 2 Co. 12, 1; εἰς ἑαυτόν, ad sanam mentem redire, Lc. 15, 17 (Epict. diss. 3, 1, 15. Test. XII patr. p. 702). — ἐπί τινα, *supervenio aliquem*; in malam partem de calamitatibus, Jo. 18, 4; in bonam partem de spiritu s., Mt. 3, 17. Act. 19, 6; *devolvor in aliquem*, de culpa et poena caedis, Mt. 23, 35. — πρὸς τὸν Ἰησοῦν, committo me Jesu disciplinae et familiaritatem cum eo ineo, Jo. 5, 40. 6, 35. 37. 44. 45. 65; πρὸς τὸ φῶς, committo me lucis efficaciae, 3, 20 s. — II) *eo, incedo*, ὀπίσω τινός (הָלַךְ אַחֲרֵי), sequor aliquem, Mt. 16, 24. Lc. 9, 23. 14, 27 (Gen. 24, 5. 8. 37, 17 al.); πρός τινα, Lc. 15, 20; σύν τινι, comitor aliquem, Jo. 21, 3; ὁδὸν ἔρχεσθαι, Lc. 2, 44.

ἐρῶ, v. in εἶπον.

ἐρωτάω, ῶ, 3 ps. plur. impf. ἠρώτων atque Mt. 15, 23 *Lchm. Tdf. Trg.*; Mc. 4, 10 *Tdf.*) ἠρώτουν (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 38), fut. ἐρωτήσω, aor. ἠρώτησα, LXX pro שָׁאַל; *rogo*, i. e. 1) ut ap. Graecos inde ab Hom. *interrogo*; absol. Lc. 22, 68. Jo. 8, 6; τινά 9, 21. 16, 19. 30 al.; add. λέγων c. verbis interrogantis, Mt. 16, 13. Lc. 9, 18. 19, 31. Jo. 1, 19. 21. 23. 5, 12. 9, 19. 16, 5; τινά τι, Mt. 21, 24. Mc. 4, 10. Lc. 20, 3. Jo. 16, 23; τινὰ περί τινος, Lc. 9, 45. Jo. 18, 19. — 2) *rogo*, i. e. *oro, peto*, ex imitatione hebr. שָׁאַל, significatu ap. profanos rarissimo (Jo. antt. 5, 1, 14. Babr. fab. 97, 3. Apoll. synt. p. 289; cf. *Win.* p. 30); τινά, Jo. 14, 16; add. λέγων c. verbis rogantis, Mt. 15, 23. Jo. 12, 21; sq. solo imperat. Lc. 14, 18 s. Phil. 4, 3; sq. ἵνα, Mc. 7, 26. Lc. 7, 36. 16, 27. Jo. 4, 47. 17, 15. 19, 31. 38. 2 Jo. vs. 5. 1 Th. 4, 1; sq. ὅπως, Lc. 7, 3. 11, 37. Act. 23, 20; sq. inf. Lc. 5, 3. 8, 37. Jo. 4, 40. Act. 3, 3. 10, 48. 23, 18. 1 Th. 5, 12; τινὰ περί τινος, Lc. 4, 38. Jo. 17, 9. 20. 1 Jo. 5, 16. ὑπέρ τινος, 2 Th. 2, 1; ἐρωτᾶν τὰ πρὸς εἰρήνην (v. in εἰρήνη, n. 1), Lc. 14, 32.

ἐσθής, ῆτος, ἡ (ab ἕννυμι, ἕσθην, quare rectius scriberetur ἑσθής, cf. *Kühner* I, p. 217, 3), olim ϝεσθής, *vestis* (cf. germ. *Weste*), Lc. 23, 11. 24, 4 (*Lchm. Tdf. Trg.*); Act. 1, 10 (t. vulg. *Grsb.*); 10, 30. 12, 21. Jac. 2, 2 s.*

ἔσθησις, εως, ἡ (ab ἐσθέω, et hoc ab ἐσθής, q. v.), *vestis*; plur. Lc. 24, 4 t. vulg. *Grsb.*; Act. 1, 10 *Lchm. Tdf. Trg.* (raro ap. profanos, cf. *Win.* p. 23.)*

ἐσθίω et ἔσθω, q. v. (formae productae verbi ἔδω) impf. ἤσθιον, aor. 2. ἔφαγον (a ΦΑΓΩ), fut. φάγομαι, 2 pers. φάγεσαι (Lc. 17, 8), pro quo Graeci ἔδομαι, v. *Bttm.* Gr. max. II, p. 185. *Kühner* I, p. 324; LXX pro אָכַל; *edo, comedo, vescor*; Vulg. *manduco*; de animalibus *voro* (*fressen*); *a*) absol. Mt. 14, 16. 20 s. 15, 38. 26, 24 s. Mc. 6, 31. 8, 8. Jo. 4, 31 et saepe; ἐν τῷ φαγεῖν, in coenando, 1 Co. 11, 21; διδόναι τινὶ φαγεῖν, dare alicui, quod edat, Mt. 15, 37. 25, 35. 42. Mc. 5, 43. 6, 37. Lc. 9, 13 (et add. acc. rei edendae, Jo. 6, 31. 52; ἔκ τινος, Ap. 2, 7); φέρειν τινὶ φαγεῖν, afferre alicui, quod edat, Jo. 4, 33; speciatim opponitur abstinentiae a certis ciborum generibus, Ro. 14, 3 s. 20; ἐσθίειν κ. πίνειν (et φαγεῖν κ. πιεῖν), cibo ac potu uti ad explendam famem sitimque, 1 Co. 11, 22; ex adj.: aliorum sumtibus ali. 1 Co. 9, 4; epulas non vitare omninoque liberaliore victu uti, opp. angusto et scrupuloso eorum animo, qui a quorundam ciborum et vini usu abstinent, Mt. 11, 19. Lc. 7, 34; opp. jejuniis (τῷ νηστεύειν), Lc. 5, 33; dic. de iis, qui de aliis, potissimum severioribus rebus non solliciti vitam agunt laetam et securam, Lc. 12, 19. 17, 27 s. 1 Co. 15, 32 (Jes. 22, 13); de laeto coenae sacrificalis usu, 1 Co. 10, 7 ex Exod. 32, 6; praemissa negatione: omni alimento abstinere, Act. 23, 12. 21; tenuissimo victu uti, dic. de ascetico victu, Mt. 11, 18; de jejunante, Act. 9, 9; ἐσθίειν (κ. πίνειν) μετά τινος, coenare, epulis accumbere cum aliquo, Mt. 9, 11. Mc. 2, 16. Lc. 5, 30; cum aliquo epulis ab eo ipso paratis, h. e. coenare *apud* aliquem, Lc. 7, 36; μετὰ τῶν μεθυόντων, de potante et luxuriante, Mt. 24, 49. Lc. 12, 45; ἐπὶ τραπέζης τοῦ Χριστοῦ, cibum potumque in mensa Christi repositum, h. e. salutis messianae a Christo paratae (epulis comparatae) beneficiis perfrui, Lc. 22, 30; ἐσθίειν τινί, in honorem alicujus, Ro. 14, 6. — *b*) constr. c. acc. rei, *comedo aliquid*; Mt. 6, 25. Mc. 1, 6. Jo. 4, 32. 6, 31, Ro. 14, 2. 1 Co. 8, 13. 10, 25 al.; ἄρτον, *cibum capere, coenare* (ex hebr. אָכַל לֶחֶם, Gen. 43, 25. Ex. 2, 20. 1 Sam. 20, 24. Prov. 23, 6), Mt. 15, 2. Mc. 3, 20. Lc. 14, 1. 15; τὸν ἑαυτοῦ ἄρτον, suo labore partum, 2 Th. 3, 12; ἄρτον παρά τινος (gen. pers.), ab aliquo ali, 2 Th. 3, 8;

*τὰ παρά τινος*, quae ab aliquo suppeditantur, Lc. 10, 7; i. q. *τὰ παρατιθέμενα*, vs. 8. 1 Co. 10, 27; *μήτε ἄρτον ἐσθ. μήτε οἶνον πίνειν*, tenui victu uti, Lc. 7, 34; *τὸ κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν*, coenam domini celebrare, 1 Co. 11, 20; *τὸ πάσχα*, agnum paschalem comedere, coenam paschalem celebrare, Mt. 26, 17. Mc. 14, 12. 14. Lc. 22, 8. 11. 15 (vs. 16 *Lchm. Tdf. Trg.*); Jo. 18, 28; *τὰς θυσίας*, epulas sacrificales celebrare, de Judaeis, 1 Co. 10, 18; de animalibus, Lc. 15, 16., ubi *ὧν* ex attract. pro *ἅ*, quia *ἐσθίειν* c. nudo gen. rei nuspiam in N. T. habetur; — ex usu ap. nativos Graecos vix obvio (*Win.* p. 187) *ἔκ τινος*, capere ex aliquo, quod comedatur, Lc. 22, 16 t. vulg. *Grsb.*; Jo. 6, 26. 50 s. 1 Co. 11, 28; contra *ἐκ τοῦ καρποῦ* (*Lchm. Tdf. Trg. τὸν καρπόν*), *ἐκ τοῦ γάλακτος ἐσθίειν* est se nutrire quaestu venditi fructus et lactis, 1 Co. 9, 7; *ἐκ* c. gen. loci: *ἐκ τοῦ ἱεροῦ*, e templo victum accipere, i. e. e sacrificiis et oblationibus, vs. 13; item *ἐκ θυσιαστηρίου*, h. e. de iis quae altari imponuntur, Heb. 13, 11; ex hebr. (אָכַל מִן), *ἀπό τινος*, Mt. 15, 27. Mc. 7, 28. — translate: *consumo, absumo; τινά*, Heb. 10, 27; *τί*, Ap. 17, 16; de aerugine, Jac. 5, 3.

**ἔσθω**, i. q. *ἐσθίω*, e poetica forma inde ab Hom. usitata, rarissime ap. prosae scriptores, cujus in N. T. exstat ptcp. *ἔσθων* ap. *Tdf. Trg.* Mc. 1, 6; ap. *Lchm. Trg.* Lc. 7, 33; 2 ps. plur. conj. praes. *ἔσθητε*, Lc. 22, 30 *Lchm. Tdf. Trg.*; aliquoties ap. LXX, velut Lev. 17, 10. Judd. 14, 9. Jes. 9, 20. Sir. 20, 15; *ἔσθετε*, Lev. 19, 26. Cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 51.

**Ἐσλεί** (*Tdf. Trg.*) et **Ἐσλί**, *ὁ*, *Esli*, unus e majoribus Christi, Lc. 3, 25.

**ἔσοπτρον**, *ου, τό* (*ΟΠΤΩ*), *speculum*; 1 Co. 13, 12. Jac. 1, 23 (Sap. 7, 26. Sir. 12, 11. Pind. Nem. 7, 20. Anacr. 11, 3. Plut. al.). Veteres speculis non utebantur vitreis, sed metallicis e chalybe confectis; Plin. h. n. 33, 4. 34, 17.*

**ἑσπέρα**, *ας, ἡ* (*ἕσπερος*, vespertinus), *vespera, tempus vespertinum*, Act. 4, 3. 28, 23; *πρὸς ἑσπ. ἐστί*, vesperascit, Lc. 24, 29.*

**Ἐσρώμ**, *ὁ*, *Esrom*, unus ex majoribus Christi; Mt. 1, 3. Lc. 3, 33.*

**ἔσχατος**, *η, ον* (ab *ἔχω, ἔσχον*, adhaerens), LXX pro אַחֲרוֹן, אַחֲרִית; *extremus, tempore vel loco ultimus*; 1) adjectum nominibus: *τόπος*, in serie locorum ultimus, Lc. 14, 9 s.; in ordine rerum *tempore* sibi succedentium: *postremus*; *ἔσχατος ἐχθρός*, qui devictis reliquis restat, 1 Co. 15, 26; *κοδράντης*, quadrans, qui alio post alium jam expenso superest, Mt. 5, 26; item *λεπτόν*, Lc. 12, 59; *ἡ ἐσχ. σάλπιγξ*, tuba, praeter quam non alia sonabit, 1 Co. 15, 52; cf. *Meyer* ad l.; *αἱ ἔσχ. πληγαί*, Ap. 15, 1. 21, 9; *ἡ ἐσχάτη ἡμέρα τῆς ἑορτῆς*, Jo. 7, 37. In *duorum* oppositione est i. q. *posterior*, opp. *τῷ πρώτῳ, priori* (Deut. 24, 1—4); ita *τὰ ἔργα* (opp. *τοῖς πρώτοις*), Ap. 2, 19; *ἡ πλάνη*, Mt. 27, 64 (sens.: ne posterior fraus, per fictam narrationem de eo redivivo facta, perniciosior sit quam prior, quae falso Messiae fidem erat factura); *ὁ ἔσχατος Ἀδάμ*, posterior Adamus, i. e. Messias (v. in *Ἀδάμ*), 1 Co. 15, 45. — *ἡ ἐσχ. ἡμέρα, dies novissimus* (omnium dierum ultimus), dic. is, quo hoc Messiae tempora s. splendidum Christi e coelis reditum antecedens aevum (הָעוֹלָם הַזֶּה, v. in *αἰών*, p. 13, col. 1) consummatum erit, Jo. 6, 39 s. 44. 11, 24. 12, 48; de tempore, quod a reditu Christi et regni divini perfectione proxime abest, usurpantur hae phrases: *ἐσχάτη ὥρα*, 1 Jo. 2, 18; *ἐν καιρῷ ἐσχ.*, 1 Pet. 1, 5; *ἐν ἐσχ. χρόνῳ*, Jud. vs. 18 t. vulg. *Grsb.*; *ἐπ ἐσχάτου χρόνου*, ibid. *Trg.*; *ἐν ἐσχάταις ἡμέραις*, Act. 2, 17. Jac. 5, 3. 2 Tim. 3, 1; alias hujusmodi phrases v. infra sub n. 2; *ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων*, 1 Pet. 1, 20 t. vulg. *Grsb.*; v. infra sub 2. — 2) *ὁ, ἡ, τὸ ἔσχ.* absol. aut c. genit. *a*) *de tempore*; *οἱ ἔσχατοι*, qui postremi ad opus accesserant, Mt. 20, 8. 12; non unus idemque sensus est dicti *ἔσονται πρῶτοι ἔσχατοι καὶ ἔσχατοι πρῶτοι*, ap. Lc. 13, 30: qui ad salutem aeternam postremi vocati sunt, ii tum, cum aditus ad eam patebit, primi erunt, i. e. statim intromittentur, alii autem et hi quidem ipsi, qui inter vocatos primi erant, jam tamquam serius venientes excludentur; aliter Mt. 19, 30. 20, 16: postremum vocatis benignitate dei eadem in futuro dei regno sors tribuetur, quae primum vocatis, etsi hi praestantiorem promeriti sibi videntur; coll. Mc. 10, 31. — *ὁ πρῶτος κ. ὁ ἔσχ.*, *aeternus*, Ap. 1, 11 t. vulg.; vs. 17. 2, 8. 22, 13. — *ἔσχατος* in praedicati loco junctum c. verbo, adverbialiter, Mc. 12, 6; *ἐσχάτη* (*Lchm. Tdf. Trg. ἔσχατον*) *πάντων ἀπέθανε*, vs. 22; *ἔσχατον, ἔσχατα*, substantive in phrasibus de tempore proxime ante Christi e coelis reditionem et regni divini perfectionem: *ἐπ' ἐσχάτου* vel *ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν*, Heb. 1, 2. 2 Pet. 3, 3 (Barnab. 16, 5); *τῶν χρόνων*, 1 Pet. 1, 20; *ἐπ' ἐσχάτου τοῦ χρόνου*, Jud. vs. 18 *Lchm. Tdf.* (v. in *ἐπί* A. II, p. 161); cf. *Riehm* Lehrbegr. d. Hebräerbriefs, p. 205 s.; — *τὰ ἔσχατα* c. gen. pers., postrema alicujus conditio, Mt. 12, 45. Lc. 11, 26. 2 Pet. 2, 20. — Neutr. *ἔσχατον*, adv., *postremo*, 1 Co. 15, 8. — *b*) *de spatio*: *τὸ ἔσχατον τῆς γῆς*, extremus finis terrae, Act. 1, 8. 13, 47. — *c*) *de dignitatis gradu: infimus*; Mc. 9, 35. Jo. 8, 9. 1 Co. 4, 9.*

**ἐσχάτως**, adv., *extremo*; *ἐσχάτως ἔχειν*, *in extremis esse, animam agere* (nostr. *in den letzten Zügen liegen*), Mc. 5, 23. Diod. Exc. Vales. p. 242. Artem. oneir. 3, 60. Phrasis ab Atticistis improbatur; cf. *Fischer* de vitiis lexx. p. 704 s. *Lob.* ad Phryn, p. 389. *Fritzsche* ad Mc. p. 178 s.*

**ἔσω**, adv. (ab *ἐς*, pro *εἴσω* ab *εἰς*, cf. *Win.* p. 52) 1) *intro*; Mt. 26, 58. Mc. 14, 54; c. genit. Mc. 15, 16. — 2) *intus*; Jo. 20, 26. Act. 5, 23; *ὁ ἔσω ἄνθρωπος*, internus, interior homo, i. e. animus, conscientia (v. in *ἄνθρωπος*, p. 31 col. 1), 2 Co. 4, 16 *Lchm. Tdf. Trg.*; Ro. 7, 22. Eph. 3, 16; *οἱ ἔσω*, qui ad coetum Christianorum pertinent (opp. *οἱ ἔξω*), 1 Co. 5, 12.*

**ἔσωθεν** (*ἔσω*), adv. loci, *a*) *ab interiore parte*; Vulg.: *de intus, ab intus, intrinsecus*; Mc. 7, 21. 23. Lc. 11, 7. 2 Co. 7, 5. — *b*) *in interiore parte, intus* (cf. *Win.* §. 54, 7); Mt. 7, 15. 23, 25. 27. 28. Ap. 4, 8. 5, 1; *ὁ ἔσωθεν ἄνθρωπος*, 2 Co. 4, 16 t. vulg. *Grsb.* (v. in *ἔσω*); *τὸ ἔσωθεν*, quod intus est, interiora, Lc. 11, 40; c. gen. pers. i. q. *animus*, ibid. vs. 39.*

**ἐσώτερος**, *έρα, ρον* (compar. ab *ἔσω*), *interior*; Act. 16, 24; *τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος*, interius spatium, quod post velamen est, h. e. *adytum, sanctum sanctorum*, quod dic. per imaginem a templo petitam de coelo, Heb. 6, 19.*

**ἑταῖρος**, *ου, ὁ*, LXX pro רֵעַ; *sodalis, socius* (*Kamerad*); Mt. 11, 16 (ubi *Tdf. Trg. τοῖς ἑτέροις*); vocativus in blandis compellationibus, *amice*, Mt. 20, 13. 22, 12. 26, 50.*

**ἑτερόγλωσσος**, *ου, ὁ* (*ἕτερος* et *γλῶσσα*), *qui lingua peregrina utitur* (opp. *ὁμόγλωσσος*); Aquila Ps. 114, 1. Pol. 24, 9, 5. Strab. 8, p. 333; aliter 1 Co. 14, 21: qui prorsus insolita, quae absque interpretatione ab aliis non intelliguntur, proloquitur; v. quae de glossolalia in *γλῶσσα*, n. 2 exposuimus.*

**ἑτεροδιδασκαλέω**, *ῶ* (*ἕτερος* et *διδάσκαλος*, cf. *κακοδιδασκαλεῖν*, Clem. Rom. 2 Co. 10, 5), *aliena*, h. e. *quae a vera doctrina recedunt, doceo*; 1 Tim. 1, 3. 6, 3. (Ignat. ad Polyc. 3 et al. script. eccles.)

ἑτεροζυγέω, ῶ (ἑτερόζυγος, diverso jugo adstrictus, quod Lev. 19, 19 de jumento jugali diversi generis, cujusmodi sunt bos et asinus, dicitur), *impar vel diversum jugum subeo; Beza: impari jugo copulor*, τινί (de quo dativo v. *Win.* p. 207. *Bttm.* ntl. Gr. p. 153 s.), trop. *consocior cum aliquo impari*, 2 Co. 6, 14., ubi apostolus vetat, ne commercium habeant Christiani cum idololatris.*

ἕτερος, ἑρα, ον, *alter; alius;* LXX potissimum pro אַחֵר. Refertur 1) ad *numerum*, ut opponatur alicui priori; *a*) absque articulo: *alius;* adjectum nomini (quod nomen genus vel numerum aliquem indicat, intra quem ab uno alii distinguantur), Mt. 12, 45 et Lc. 11, 26: ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα, i. e. e numero τῶν πνευμάτων s. daemonum septem alii, ab eo, cujus mentio facta erat, distinguendi; adde Mc. 16, 12. Lc. 6, 6. 9, 56 al.; Jo. 19, 37. Act. 2, 40. 4, 12 al.; Ro. 7, 3. 8, 39. 13, 9; ἕτεραι γενεαί, aliae quam quae nunc sunt, i. e. praeteritae aetates, Eph. 3, 5; ut ap. Graecos ἄλλος, ita etiam nonnumquam ἕτερος concinne cum nomine conjungitur, quod appositionis loco est; ita bis ap. Luc.; ἕτεροι δύο κακοῦργοι, duo alii, qui erant malefici, Lc. 23, 32; ἑτέρους ἑβδομήκοντα = ἑτέρους μαθητάς, οἵτινες ἦσαν ἑβδ., 10, 1; „*reliqua privata aedificia*" = reliqua aedif., quae erant privata, Caes. b. g. 1, 5; cf. *Bornemann* Schol. ad Luc. p. 147 s. *Win.* p. 493. — simpliciter, sine nomine, i. q. ἄλλος τις, Lc. 9, 59. 22, 58. Act. 1, 20. Ro. 7, 4; ἕτεροι πολλοί, Mt. 15, 30. Lc. 8, 3. Act. 15, 35; οὐδὲν ἕτερον, Act. 17, 21; ἕτερα, res aliae, 19, 39 t. vulg. *Grsb. Tdf.;* πολλὰ καὶ ἕτερα, multa alia quoque, Lc. 3, 18; ἕτερος c. gen. person. Gal. 1, 19; τὰ ἑτέρων (opp. τὰ ἑαυτοῦ), Phil. 2, 4; add. τίς, Act. 8, 34; neutr. 1 Tim. 1, 10. — in partitionibus: ἄλλοι - - ἕτεροι δέ, Heb. 11, 36 coll. Act. 2, 13; ὁ πρῶτος - - ἕτερος, Lc. 14, 19 s. 16, 7; ὁ δεύτερος - - ἕτερος, Lc. 19, 20 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* ὁ ἕτερος); τινὲς - - ἕτεροι δέ, Lc. 11, 16; ᾧ μὲν - - ἄλλῳ δὲ - - ἑτέρῳ δὲ - - ἄλλῳ δέ, 1 Co. 12, 9 s.; οἱ μὲν - - ἄλλοι δὲ - - ἕτεροι δέ, Mt. 16, 14. — *b*) praefixo articulo: *alter* (e duobus); οἱ ἕτεροι, alteri, altera factio, Mt. 11, 16 *Tdf. Trg.;* in distinctionibus: εἷς vel ὁ εἷς - - ὁ ἕτερος, Mt. 6, 24. Lc. 7, 41. 16, 13. 17, 34 s. 18, 10. 23, 40; τὸ ἕτερον πλοῖον, Lc. 5, 7; τῇ δὲ ἑτέρᾳ, sc. ἡμέρᾳ, postero die, postridie, Act. 20, 15. 27, 3 (Xen. Cyr. 4, 6, 10). — ὁ ἕτερος, *alter*, saepius, ubi de agendi cum aliis ratione sermo est, pro *quolibet alio* exempli causa ponitur et sistitur ut alter, in quem agentis actio transeat, Ro. 2, 1. 13, 6. 1 Co. 6, 1. 10, 24. 29. 14, 17. Gal. 6, 4; plur. οἱ, αἱ, τὰ ἕτεροι, αι, α, *caeteri, ae, a*, Lc. 4, 43. 2 Co. 8, 8. — Refertur 2) *ad qualitatem: alius*, i. e. *qui non ejusdem est naturae, formae, gentis, generis; diversus* (ap. Graecos ita inde ab Hom.); Ro. 7, 23. 1 Co. 14, 21. 15, 40. 2 Co. 11, 4. Gal. 1, 6. Heb. 7, 11. 13. 15. Jac. 2, 25. Jud. vs. 7.

ἑτέρως, adv., *aliter, diverse;* Phil. 3, 15.*

ἔτι, adv., *adhuc* (*noch*), dic. 1) *de tempore; a*) de re *olim* durante, quum jam aliquid aliud fieret vel fieri inciperet; additum participio, Mt. 27, 63. Lc. 24, 6. 44. Act. 9, 1. 18, 18. 2 Th. 2, 5; c. gen. absol.; ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος, Mt. 12, 46. 17, 5. 26, 47. Mc. 14, 43. Lc. 8, 49. 22, 47; adde Lc. 9, 42. 24, 41. Jo. 20, 1. Act. 10, 44. Ro. 5, 8. Heb. 9, 8; c. verbo finito, Heb. 7, 10; per transpositionem initio enuntiati locatur, ἔτι γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθ. - - ἀπέθανε, Ro. 5, 6; cf. *Win.* §. 61, 5; c. alia temporis notatione ita, ut reddere liceat *jam*, ἔτι ἐκ κοιλίας μητρός, Lc. 1, 15 (ἔτι ἀπ' ἀρχῆς, Plut. consol. ad Apoll. p. 104; ἔτι ἐκ βρέφεος, Anthol. 9, 567, 1). — *b*) de re, quae praesente tempore durat, *etiam nunc;* Mc. 8, 17 t. vulg. *Grsb.;* Lc. 14, 22. Gal. 1, 10. 1 Co. 15, 17; add. νῦν, 1 Co. 3, 2; *porro* (ubi mirum habetur, quod cum alterum jam invaluerit, alterum nondum mutatum aut sublatum sit, sed etiamnunc teneatur aut continuetur), Ro. 3, 7. 6, 2. 9, 19. Gal. 5, 11. — *c*) cum negationibus; οὐ - - ἔτι, οὐκ ἔτι, *non amplius*, Lc. 16, 2. 20, 36. Ap. 21, 1. 4. 22, 3; ἵνα μὴ ἔτι, *ne amplius*, Ap. 20, 3; οὐ μὴ ἔτι, 3, 12. 18, 21—23; οὐδείς, μηδείς, -μία, -δὲν ἔτι, *nemo, nullus, a, um, nihil amplius*. Mt. 5, 13. Heb. 10, 2 (v. infra μηκέτι, οὐκέτι). — 2) *de gradu et accessione;* c. comparativo, *etiam*, Phil. 1, 9. Heb. 7, 15. — de eo, quod restat, Jo. 4, 35. 7, 33. 12, 35. 13, 33. Mt. 19, 20. Mc. 12, 6. Lc. 18, 22; de eo, quod accedit, *insuper, praeterea;* ἔτι ἅπαξ, Heb. 12, 26 s.; ἔτι ἕνα ἢ δύο, Mt. 18, 16; adde 26, 65. Heb. 11, 32; ἔτι δέ, *praeterea vero*, Heb. 11, 36 (Xen. mem. 1, 2, 1. Diod. 1, 74; cf. *Grimm* ad 2 Macc. 6, 4); ἔτι δὲ καί, *praeterea vero etiam*, Lc. 14, 26 t. vulg. *Grsb. Trg.;* Act. 2, 26; ἔτι τε καί, *insuperque adeo*, Lc. 14, 26 *Lchm. Trg.;* Act. 21, 28.

ἑτοιμάζω, f. άσω, aor. 1. ἡτοίμασα, pf. ἡτοίμακα (Mt. 22, 4 *Lchm. Tdf. Trg.*); pass. pf. ἡτοίμασμαι, aor. 1. ἡτοιμάσθην (ἕτοιμος), inde ab Hom.; LXX persaepe pro כּוּן et הֵכִין; *paro, praeparo, apparo; facio, ut in promtu sit, ut suppetat;* absol. *parare paranda* (*Anstalt treffen*), Lc. 12, 47; de adornandis epulis 22, 9. 12 (Gen. 43, 16. 1 Chr. 12, 39); c. dat. pers., in alicujus usum: de parando hospitio, 9, 52; de adornanda coena, Mc. 14, 15; item, add. infin. finali, Mt. 26, 17; sq. ἵνα, Mc. 14, 12; c. acc. rei: ἃ ἡτοίμασας, quae parasti (ut suppetant), Lc. 12, 20; τὸ ἄριστον, Mt. 22, 4; τὸ πάσχα, 26, 19. Mc. 14, 16. Lc. 22, 8. 13; ἀρώματα, Lc. 23, 56. 24, 1; τόπον τινί, Jo. 14, 2 s.; ξενίαν, Philem. v. 22; τὴν ὁδὸν κυρίου, per imaginem a more, quo orientis regibus iter facturis praemitti solebant qui vias sternerent munirentque, repetitam: animos praeparare ad Messiam eo quo par est modo excipiendum et beneficia ejus percipienda, Mt. 3, 3. Mc. 1, 3. Lc. 3, 4 (e Jes. 40, 3); 1, 76; c. acc. pers.: στρατιώτας, Act. 23, 23; τινί τινα, aliquem in alicujus personae usum, Lc. 1, 17; ἑαυτόν, Ap. 19, 7; sq. ἵνα, 8, 6; ἡτοιμασμένη ὡς νύμφη, bene ornata, 21, 2; ἡτοιμασμ. εἴς τι, paratus i. e. aptus s. idoneus ad aliquid peragendum, 2 Tim. 2, 21. Ap. 9, 7; paratus, i. e. in promtu habitus, εἰς τὴν ὥραν κ. ἡμέραν cett., in horam et diem sc. praefinitam, Ap. 9, 14. — Singulari sensu deus hominibus ἑτοιμάσαι τι dicitur, h. e. effecisse, ut iis bona aut mala contingant, fere i. q. *destinasse;* de beneficiis, τί, Lc. 2, 31. Ap. 12, 6; τινί τι, Mt. 20, 23. 25, 34. Mc. 10, 40. Heb. 11, 16.; de poena, τινί τι, Mt. 25, 41.*

ἑτοιμασία, ας, ἡ (ἑτοιμάζω, cf. θαυμασία εἰκασία, ἐργασία), 1) *actio parandi;* τῆς τροφῆς, Sap. 13, 12; τῶν κλιναρίων, Artem. 2, 57. — 2) i. q. ἑτοιμότης, *conditio rei vel personae, qua est parata s. promta* (*Bereitschaft*); Hipp. p. 24. Jos. antt. 10, 1, 2; affectio animi qua est promtus (*Bereitwilligkeit*), τῆς καρδίας, Ps. 10, 17; ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου, promto et alacri animo, quem efficit evangelium, Eph. 6, 15.*

ἕτοιμος (de accentu cf. *Win.* p. 51), η (2 Co. 9 5. 1 Pet. 1, 5), ον, et ος, ον (Mt. 25, 10), inde ab Hom., *paratus, promtus; a*) de rebus, Mt. 22, 4. 8. Mc. 14, 15. 2 Co. 9, 5; *expeditus* (*fertig*); τὰ ἕτοιμα, quae (jam ab aliis) expedita sunt, h. e. coetus christiani jam ab aliis conditi, 2 Co. 10, 16; i. q. *opportunus*, ὁ καιρός, Jo. 7, 6; σωτηρία ἑτοίμη ἀποκαλυφθῆναι, quae jam in eo est, ut manifestetur, 1 Pet. 1, 5. — *b*) de personis; *paratus;* ad aliquid faciendum, Act. 23, 21; ad excipiendum ali-

quem advenientem, Mt. 24, 44. 25, 10. Lc. 12, 40; πρός τι, ad aliquid faciendum, Tit. 3, 1. 1 Pet. 3, 15; sq. inf., Lc. 22, 33; sq. τοῦ c. infin., Act. 23, 15; ἐν ἑτοίμῳ ἔχω, paratus sum, sq. infin. (Philo leg. ad Caj. §. 34 sub fin.), 2 Co. 10, 6. (pro נָכוֹן Ex. 19, 11. 15. Jos. 8, 4 al.)*

ἑτοίμως, adv., *promte; ἑτοίμως ἔχω, paratus sum;* sq. inf., Act. 21, 13. 2 Co. 12, 14. 1 Pet. 4, 5. (LXX Dan. 3, 15. Diod. 16, 28. Jos. antt. 12, 4, 2. 13, 1, 1.)*

ἔτος, ους, τό, hebr. שָׁנָה, *annus;* Lc. 3, 1. Act. 7, 30. Heb. 1, 12. 2 Pet. 3, 8. Ap. 20, 3 al.; ἔτη ἔχειν, complevisse annos, Jo. 8, 57; add. ἐν νόσῳ, 5, 5; εἶναι, γίνεσθαι, γεγονέναι ἐτῶν, velut δώδεκα, duodecim annos natum esse, Mc. 5, 42. Lc. 2, 42. 3, 23. 8, 42. Act. 4, 22; γεγοννῖα ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα, sexaginta annis minor natu, 1 Tim. 5, 9; dat. plur. de temporis spatio, intra quod factum est aliquid, Jo. 2, 20; Act. 13, 20; accus., ubi quaeritur *quamdiu?* Mt. 9, 20. Mc. 5, 25. Lc. 2, 36. 13, 7 s. 11. 16. 15, 29. Act. 7, 6. 36. 42. Heb. 3, 9. 17. Ap. 20, 2. 4. 6; praecedentibus praeposítt.: ἀπό, *inde a*, Lc. 8, 43. Ro. 15, 23; eodem sensu ἐκ, Act. 9, 33. 24, 10; διά c. genit., *interjectis - - annis*, h. e. *post;* Act. 24, 17. Gal. 2, 1; εἰς, *in - - annos*, Lc. 12, 19; ἐπί c. acc. (v. in ἐπί, C. II, 1; p. 163. col. 2). *per*, Act. 19, 10; μετά c. acc. *post*, Gal. 1, 18. 3, 17; πρό, c. gen. *ante*, 2 Co. 12, 2; κατ' ἔτος, *quotannis*, Lc. 2, 41.

εὖ, adv. (pr. ἐΰ, inus. neutr. adjectivi ἐΰς ap. Hom.), *bene; εὖ πράσσω*, non, ut multi intpp. contra communem Graecorum usum docent, *recte ago* (quod a Graecis dicitur ὀρθῶς vel καλῶς πράσσω), sed *bene me habeo, rebus secundis utor*, Act. 15, 29 (Xen. mem. 1, 6, 8. 2, 4, 6. 4, 2, 26. oec. 11, 8. Jos. antt. 12, 4, 1; ὅστις καλῶς πράττει, οὐχὶ καὶ εὖ πράττει; Plat. Alc. I, p. 116b; εἰ εὖ πράττουσι ἀδικοῦντες, Prot. p. 333 d.; εἴ τις ἄλλος εὖ μὲν ἐποίησεν ὑμᾶς εὖ πράττων. Nec defuerunt, qui in epistolarum inscriptionibus dicerent εὖ πράττειν, cf. 2 Macc. 9, 19. Diog. L. 3, 61 ibique *Menagium*. Solo loco Xen. mem. 3, 9, 14 disputationis finis ita fert, ut Socrates dictioni notionem *recte agendi* subjiciat a communi usu recedentem); εὖ γίνεταί μοι, res prospere mihi cedunt, Eph. 6, 3 (Gen. 12, 13. Deut. 4, 40. Or. Az. vs. 6); εὖ ποιῶ τινα, benefacio alicui, Mc. 14, 7 (Judith. 10, 16. Bar. 6, 38. Sir. 14, 11. Xen. Cyr. 1, 6, 30). — In collaudando: εὖ (δοῦλε ἀγαθέ). *eu, euge! praeclare!* Mt. 25, 21. 23 et in t. vulg. *Grsb.* Lc. 19, 17; Xen. venat. 6, 20; v. in εὖγε.*

Εὕα, ας, ἡ (חַוָּה, quod nomen explicatur Gen. 3, 20), *Eva*, uxor Adami; 2 Co. 11, 3. 1 Tim. 2, 13.*

εὐαγγελίζω, aor. 1. εὐηγγέλισα (Ap. 10, 7. 14, 6. 1 Sam. 31, 9. 2 Sam. 18, 19; *Win.* p. 69); pass. ptcp. pf. εὐηγγελισμένοι (Heb. 4, 2), aor. 1. εὐηγγελίσθην. med. impf. εὐηγγελιζόμην (Act. 8, 25 *Lchm. Tdf. Trg.*), aor. 1. εὐηγγελισάμην (εὐάγγελος, laeta nuntians), LXX pro בִּשֵּׂר; *laetum affero nuntium, laeta annuntio;* Vulg. *evangelizo;* dic. in V. T. de quovis laeto nuntio, 1 Sam. 31, 9. 2 Sam. 1, 20. 1 Chr. 10, 9); de laeto nuntio beneficiorum dei, Ps. 39, 10; τὸ σωτήριον θεοῦ, 95, 2; inpr. *messiani* temporis beneficiorum, Jes. 40, 9. 52, 7. 60, 6. 61, 1 al.; — in N. T. maxime de laeta annuntiatione instantis regni divini salutisque per Christum in eo regno obtinendae rerumque ad hanc salutem spectantium. I) *Activum* (etiam ap. Graecos rarum nec nisi recentiore aetate obvium. ut Polyaen. 5, 7; εὐηγγελίκει αὐτῷ, Dio Cass. 61, 13; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 268); c. dat. pers., cui nuntius affertur, Ap. 10, 7 t. vulg.; c. acc. pers., cui annuntiatur, ibid. ap. *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* 14, 6 t. vulg.; e structura praeterea non obvia: ἐπί τινα (*die Botschaft an einen bringen*) ibid. *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* — II) Passiv.: de personis: *laetus mihi affertur nuntius; laetus nuntius mihi obtingit*, Mt. 11, 5. Lc. 7, 22. Heb. 4, 2. 6; de rebus: *annuntior; εὐαγγελίζεται ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ*, laetus de regno dei proxime adfuturo nuntius affertur, Lc. 16, 16; τὸ εὐαγγέλιον, traditur doctrina laeta de hominum salute, Gal. 1, 11; τὸ ῥῆμα τὸ εὐαγγελισθὲν εἰς ὑμᾶς, doctrina laeta ad vos perlata (v. in εἰς, A. I, 5, b), 1 Pet. 1, 25; imperson. εὐηγγελίσθη τινί, doctrina de salute tradita est, 1 Pet. 4, 6. — III) Medium deponens (ap. Graecos inde ab Aristph. eq. 642 usitatum), *laeta annuntio;* speciat. *instituo* (homines) *de rebus ad salutem christianam spectantibus;* simpliciter: Lc. 9, 6. 20, 1. Act. 14, 7. Ro. 15, 20. 1 Co. 1, 17. 9, 16. 18; τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν εἰ κατέχετε, si firmiter tenetis animis, quo sermone (i. e. qua expositione; suam enim christianae salutis notionem opponit ei, quae esset adversariorum doctrinae de resurrectione) laetam doctrinam de salute tradiderim, 1 Co. 15, 2. — c. dat. pers. (ut plerumque ap. Graecos), alicui, Lc. 4, 18 e Jes. 61, 1; speciatim: alicui doctrinam laetam trado de Jesu Messia, Gal. 1, 8. 4, 13. Ro. 1, 15; εὐαγγ. c. acc. rei; univ.: τὴν πίστιν τινός, laetum nuntium affero de fide, qua aliquis praestet, 1 Th. 3, 6; de beneficiis messianis: εἰρήνην, Act. 10, 36. Ro. 10, 15 (e Jes. 52, 7); τὴν βασιλείαν τ. θεοῦ, Lc. 8, 1; τὰ περὶ τῆς βασ. τ. θεοῦ, Act. 8, 12 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* τά omittunt; cf. Jos. antt. 15, 7, 2: ὁ μὲν - - τῇ γυναικὶ περὶ τούτων εὐηγγελίζετο); τὴν πίστιν, necessitatem fidei Christo habendae, Gal. 1, 23. — τί τινι, Lc. 1, 19. 2, 10. Act. 17, 18; Eph. 2, 17; τινὶ τ. βασ. τοῦ θεοῦ, Lc. 4, 43; εὐαγγ. Ἰησοῦν τὸν Χριστόν vel (*Lchm. Tdf. Trg.*) τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, laetum nuntium tradere de Jesu Messia, Act. 5, 42; et quod ad idem redit, Ἰησοῦν τὸν κύριον vel (*Lchm. Tdf. Trg.*) τὸν κύρ. Ἰησ. 11, 20; τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐν τοῖς ἔθνεσι, inter gentiles, Gal. 1, 16; τὸν Ἰησοῦν τινι, Act. 8, 35; add. καὶ τὴν ἀνάστασίν τινι, 17, 18 (ubi *Tdf.* et *Trg.* αὐτοῖς omittunt); τὸν λόγον, tradere doctrinam laetam de Messia s. de regno dei s. de aeterna salute per Christum consequenda, Act. 8, 4; τὸν λόγον τοῦ κυρίου, 15, 35; τὸ εὐαγγέλιον, 1 Co. 15, 1; add. dat. personae, cui traditur, 2 Co. 11, 7; τὸν πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ ἐν τοῖς ἔθνεσι, inter paganos, Eph. 3, 8. — E structura ab antiquioribus Graecis aliena (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 268) c. accus. personae, cui annuntiatur, Lc. 3, 18. Act. 16, 10. Gal. 1, 9 (q. l. permutatur cum εὐαγγ. τινι vs. 8); 1 Pet. 1, 12 (Justin. M. apol. 1, 33); τινά τι, acc. rei (Alciphr. 3, 12. Heliod. 2, 10. Euseb. h. e. 3, 4), sq. ὅτι - -, Act. 13, 32; τινά sq. inf. 14, 15; τὰς κώμας, τὰς πόλεις, 8, 25. 40. 14, 21.*

εὐαγγέλιον, ίου, τό (εὐάγγελος), hebr. בְּשׂוֹרָה et בְּשֹׂרָה, 1) *praemium pro laeto nuntio* (cf. τὰ διδασκάλια, merces τῷ διδασκάλῳ danda), Hom. Od. 14, 152. Cic. ad Att. 2, 3 et 12. 13, 40 Plut. Demetr. 17. Ages. 33. LXX 2 Sam. 4, 10. — 2) *laetus nuntius;* Lucian. asin. 26. App. b. civ. 4, 20; Plut. al.; plur. LXX 2 Sam. 18, 22. 25 t. vulg.; sed utroque h. l. rescribendum videtur esse εὐαγγελία. propter vs. 20: ἀνὴρ εὐαγγελίας. In N. T. speciatim *a) laetus nuntius de regno dei propediem adfuturo*, et posthac etiam *de Jesu Messia hujus regni conditore;* Mc. 1, 15. 8, 35. 10, 29. 13, 10. 14, 9. 16, 15. Mt. 26, 13; add. gen. obj. τῆς βασιλείας, Mt. 4, 23. 9, 35. 24, 14. Mc. 1, 14. Post terrestria Christi fata notio τοῦ εὐαγγελίου comprehendit etiam praeconium de Jesu Christo pro aeterna salute homini-

bus in regno dei paranda supplicium crucis perpesso sed vitae restituto et ad dextram dei in coelos sublato indeque ad consummandum regnum dei solenniter redituro, ut brevius dici possit *laetum praeconium de salute per Christum consequenda; institutio de gratia dei in Christo manifestata et oppignerata* (*Heilsbotschaft*, *Heilspredigt*); Act. 15, 7. Ro. 1, 16 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*; 10, 16. 11, 28. 1 Co. 4, 15. 9, 14. 18. 23. 15, 1. 2 Co. 8, 18. Gal. 2, 2. Eph. 3, 6. 6, 19. Phil. 1, 5. 7. 12. 17. 4, 3. 1 Th. 2, 4. 2 Tim. 1, 8. 10; c. genit. objecti: laetus nuntius de ..; *τοῦ Χριστοῦ*, Ro. 1, 16 t vulg.; 15, 19 (29 t. vulg.); 1 Co. 9, 12. 18. 2 Co. 2, 12. 9, 13. 10, 14. Gal. 1, 7. Phil. 1, 27. 1 Th. 3, 2; *τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησ. Χρ.*, 2 Th. 1, 8; *τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ*, Ro. 1, 9 coll. Mc. 1, 1; *τῆς σωτηρίας ἡμῶν*, Eph. 1, 13; *τῆς εἰρήνης*, Eph. 6, 15; *τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ*, Act. 20. 24; *τῆς δόξης τοῦ μακαρίου θεοῦ*, 1 Tim. 1, 11; *τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ*, 2 Co. 4, 4. — *ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγ.*, veritas, quae continetur evangelio, Gal. 2, 5. 14. Col. 1, 5; *ἡ ἐλπὶς τοῦ εὐαγγ.*, spes, quam excitat et confirmat evang., Col. 1, 23; *ἡ πίστις τοῦ εὐαγγ.*, fides, quae habetur evangelio, Phil. 1, 27; *οἱ δεσμοὶ τ. εὐαγγ.* (v. in *δεσμός*), Philem. vs. 13; *ἕτερον εὐαγγ.*, alius generis (h. e. a vero recedens) doctrina de salute christiana, Gal. 1, 6. 2 Co. 11, 4; *αἰώνιον εὐαγγ.*, quo quae nuntiantur, deus ab aeternis decrevit, Ap. 14, 6. — c. genit. auctoris, et quidem *α*) ejus, qui est auctor materiae s. rerum in facto positarum, in quibus nuntius de hominum salute nititur, et qui hunc nuntium ad homines perferri voluit, *τὸ εὐαγγ. τοῦ θεοῦ*, Ro. 15, 16. 2 Co. 11, 7. 1 Th. 2, 2. 8 s. 1 Pet. 4, 17; plenius *τοῦ θεοῦ περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ*, Ro. 1, 1. 3. — *β*) ejus, qui auctor est modi, quo evangelii argumentum intelligitur (*Auffassung des Evang.*) et aliis traditur; ita Paulus suam et doctorum cum ipso consentientium evangelii expositionem aliter docentibus oppositam appellat *τὸ εὐαγγ. ἡμῶν*, 2 Co. 4, 3; *κατὰ τὸ εὐαγγ. μου*, quemadmodum ego evangelii argumentum expono, Ro. 2, 16. 16, 25. 2 Tim. 2, 8. — *γ*) ejus, qui evangelium tradit, *ἡμῶν*, 1 Th. 1, 5. 2 Th. 2, 14. — c. genit. eorum, quibus traditur: *τῆς περιτομῆς* (h. e. *τῶν περιτετμημένων*), quod annuntietur circumcisis s. Judaeis; et *τὸ - - τῆς ἀκροβυστίας*, quod afferatur paganis, Gal. 2, 7. — *δ*) Quum messiana Jesu dignitas ex ejus factis, dictis fatisque probaretur, factum est inde, ut etiam *narratio de factis et dictis et fatis Jesu Christi* diceretur *εὐαγγέλιον*; ita fortasse Mc. 1, 1; nam etiam haec sententia loci esse potest: laetum praeconium de J. Chr. edici coepit eo modo quo scriptum est, videlicet per Joannem baptistam; cf. *de Wette* ad l. Denique nomen de *narratione evangelica litteris consignata* dicebatur; ita in inscriptionibus evangeliorum, de quibus vide etiam infra in *κατά*, II, 3, c, *α*.*

*εὐαγγελιστής*, *οῦ*, *ὁ* (*εὐαγγελίζω*), vox solum biblica et eccles., *qui laetum nuntium affert;* Vulg. *evangelista;* quo nomine in N. T. appellantur ii salutis per Jesum in regno dei consequendae praecones, qui non erant apostoli, Act. 21, 8. Eph. 4, 11. 2 Tim. 4, 5.*

*εὐαρεστέω*, *ῶ*, inf. pf. *εὐηρεστηκέναι* et sine augmento *εὐαρεστηκ.* ap. *Lchm.* Heb. 11, 5; aor. 1. *εὐαρεστῆσαι*, *valde gratus s. acceptus sum; valde placeo; τῷ θεῷ* (LXX pro הִתְהַלֵּךְ אֶת־הָאֱלֹהִים, Gen. 5, 22. 24. 6, 9), Heb. 11, 5 s. (Sir. 44, 16. Philo de Abr. §. 6. de exsecr. §. 9; *τινί*, Diod. 14, 4). — Passiv. *τινί*, *oblector aliqua re*, Heb. 13, 16 (Diod. 3, 55. 20, 79. Diog. L. 10, 137.)*

*εὐάρεστος*, *ον* (ex *εὖ* et *ἀρεστός*), *valde probatus, acceptus, gratus*, Ro. 12, 2; *τινί*, alicui personae, Ro. 12, 1. 14, 18. 2 Co. 5, 9. Eph. 5, 10. Phil. 4, 18; *ἔν τινι*, in aliqua re, Tit. 2, 9; *ἐν κυρίῳ* (v. in *ἐν*, p. 144, col. 1), Col. 3, 20 (t. vulg. *ἐν* omittit); *ἐνώπιον* c. gen. pers. judice aliquo, Heb. 13, 21. (Sap. 4, 10. 9, 10. Clem. Al.) v. voc. seq.*

*εὐαρέστως*, adv., *modo, qui alicui valde probatur; τῷ θεῷ*, Heb. 12, 28. (Xen. mem. 3, 5, 5; laeto et lubenti animo, Epict. diss. 1, 12, 21. frgm. 11.)*

*Εὔβουλος*, *ου*, *ὁ*, *Eubulus*, vir quidam christianus, 2 Tim. 4, 21.*

*εὖγε*, in collaudando: *euge! preclare! optime!* Lc. 19, 17 *Lchm. Tdf. Trg.* (Plut. Arstph. al.; LXX pro הֶאָח.) Cf. in *εὖ*.

*εὐγενής*, *ές* (ex *εὖ* et *γένος*), 1) *nobili genere ortus*, Lc. 19, 12 (ubi de principe); 1 Co. 1, 26. — 2) *generosus animo, liberalis;* compar. *εὐγενέστερος*, Act. 17, 11. (LXX; saepe ap. Graecos inde ab Arstph. et tragicis.)*

*εὐδία*, *ας*, *ἡ* (ex *εὔδιος*, *ον* et hoc e *Ζεύς*, gen. *Διός*, Jupiter, rex aëris et coeli, et *εὖ*), *serenitas coeli, coelum serenum, serena tempestas;* Mt. 16, 2. (Sir. 3, 15. Hippocr. Aeschyl. Pind. Xen. et sqq.)*

*εὐδοκέω*, *ῶ*, 1. ps. plur. impf. *εὐδοκοῦμεν* (1 Th. 2, 8), aor. 1. *εὐδόκησα*, et (ap. *Lchm. Trg.* 1 Co. 10, 5; ap. *Tdf. Trg.* Mt. 3, 17. 12, 18. Ro. 15, 26 s. 1 Th. 3, 1. Heb. 10, 6. 8) *ηὐδόκησα*, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 456 et 140. *Win.* p. 69 (ab *εὖ* et *δοκέω*, cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 370., qui eâ qua solet eruditione de hoc verbo uberius agit), LXX potissimum pro רָצָה, inter Graecos potissimum ap. Polyb. Diod. Dion. Hal.; — 1) ut apud profanos, sq. infin. *bene placet mihi, volo, decerno, constituo*, Lc. 12, 32. 1 Co. 1, 21. Gal. 1, 15; semel sq. acc. c. inf. Col. 1, 19; injuncta notione benignitatis, qua decernitur, Ro. 15, 26 s.; *lubenter facio* id quod significatur infin., *paratus sum* .., 1 Th. 2, 8; *malo, praeopto*, 3, 1. Sir. 25, 16; plenius *μᾶλλον εὐδοκῶ*, 2 Co. 5, 8. — 2) ex usu biblicis scriptoribus proprio: sq. *ἔν τινι*, *bene placeo mihi in aliquo, acquiesco in aliquo, delector aliquo;* Mt. 3, 17 (Mt. 12, 18 *Trg.*); 17, 5. Mc. 1, 11. Lc. 3, 22. 1 Co. 10, 5. 2 Co. 12, 10 (2 Th. 2, 12 t. vulg. *Grsb.*); Heb. 10, 38 (בְּ חָפֵץ, 2 Sam. 22, 20. Mal. 2, 17; בְּ רָצָה, Ps. 149, 4.). — sq. *εἰς τινα*, i. e. dirigens animum in aliquem, intuens in aliquem, *voluntate propendo in aliquem*, Mt. 12, 18 t. vulg. *Grsb.*; 2 Pet. 1, 17; cum simplici acc. pers., *lubenter aliquem volo, voluptatem ex eo percipio*, Mt. 12, 18 *Lchm. Tdf.*; c. acc. rei, Heb. 10, 6. 8 (Ps. 51, 18. 21. 85, 1. Gen. 33. 10. Levit. 26, 34. 41); ut etiam ap. Graecos c. dat. rei aut personae, qua aliquis delectatur vel cui assentitur, 2 Th. 2, 12 *Lchm. Tdf. Trg.* (v. supra); 1 Macc. 1, 43. 3 Esr. 4, 39.*

*εὐδοκία*, *ας*, *ἡ* (ab *εὐδοκέω*, ut *εὐλογία* ab *εὐλογέω*), vox profanis incognita, in V. T. in nonnullis psalmis (= רָצוֹן) et saepius ap. Siracid. obvia, de qua cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 371 s.; propr. *beneplacitum* (Vulg. Eph. 1, 9); 1) *voluntas;* Mt. 11, 26. Lc. 10, 21 (de quo utroque loco v. in *ἔμπροσθεν*, b); Sir. 1, 24. 36, 13 al.; inpr. *propensa voluntas, benevolentia;* Eph. 1, 5. 9. Phil. 2, 13 (Ps. 51, 18. Sir. 2, 16. 11, 15 al.); *δι' εὐδοκίαν*, benevolentiâ adducti, Phil. 1, 15. — 2) *delectatio, laetitia, voluptas* (*Wohlgefallen*); c. gen. rei quae delectat, 2 Th. 1, 11; *ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία*, aut: inter homines laetitia, quam parat salus messiana; aut: laetitia dei in hominibus acquiescens (*Wohlgefallen an den Menschen*), Lc. 2, 14; *ἄνθρωποι εὐδοκίας*, homines, quibus delectatur deus, ibid. *Lchm. Tdf.* (Ps. 145, 16. Sir. 9, 12.) — 3) *desiderium* (nam absentis rei delectatio facile gignit ejus de-

siderium), Ro. 10, 1; cf. *Philippi* et *Tholuck* ad l.*

**εὐεργεσία, ας, ἡ** (εὐεργέτης), *beneficium;* 1 Tim. 6, 2 (de quo loco v. in ἀντιλαμβάνω); c. gen. personae, in quam confertur beneficium, Act. 4, 9 (Ps. 77, 11. 2 Macc. 9, 26. Sap. 16, 11. 24; ap. Graecos inde ab Hom.)*

**εὐεργετέω, ῶ** (εὐεργέτης), *beneficia tribuo;* Act. 10, 38. (LXX; saepe ap. Atticos.)*

**εὐεργέτης, ου, ὁ,** *qui beneficia dat* (inde a Pind. et Hdt.); fuit etiam honoris titulus, quo viri de republica bene meriti ac principes ornabantur, i. q. *servator, pater patriae,* Lc. 22, 25. (Cf. Hdt. 8, 85. Thuc. 1, 129. Xen. vect. 3, 11; Hell. 6, 1, 4. Plat. de virt. p. 379 b. et ap. al. coll. 2 Macc. 4, 2. Jos. b. j. 3, 9, 8; junct. c. σωτήρ, Add. Esth. 6, 12. Diod. 11, 26.)*

**εὔθετος, ον** (ex εὖ et θετός), ap. Graecos inde ab Hippocr. et Aeschylo; pr. *bene positus; a) aptus, idoneus;* εἴς τι, Lc. 9, 62 t. vulg. *Grsb.;* 14, 35 (Diod. 2, 57 et ap. al.); c. dat. rei, ad quam aliquis idoneus est, Lc. 9, 62 *Lchm. Tdf. Trg.* (τῷ πράγματι, Nicol. Stob. fl. 14, 7.) — *b) utilis;* τινί, Heb. 6, 7 (de tempore: *opportunus,* Ps. 32, 6. Susann. vs. 15.)*

**εὐθέως,** adv. (ab εὐθύς), *statim, protinus, illico;* Mt. 4, 20. 22. 8, 3 et saepe in historicis N. T. scriptis, potissimum in Marci evang.; praeterea tantum Gal. 1, 16. Jac. 1, 24. Ap. 4, 2 (pro פִּתְאֹם, Job. 5, 3). — *propediem, mox,* 3 Jo. vs. 14.

**εὐθυδρομέω, ῶ,** aor. 1. εὐθυδρόμησα (εὐθύδρομος), *recto cursu utor, feror;* sq. εἰς c. acc. loci, Act. 16, 11; εὐθυδρομήσας ἤλθον εἰς, 21, 1. (Philo legg. alleg. III, §. 79. de agricult. §. 40.)*

**εὐθυμέω, ῶ** (εὔθυμος), 1) trans. *exhilaro, laetifico* (Aeschyl. ap. Plat. de rep. p. 383 b). — Med. *hilaris, laetus sum* (Xen. Plat.) — 2) intrans. *laeto et hilari animo sum;* Act. 27, 22. 25. Jac. 5, 13. (Eur. Cycl. 530. Plut. de tranquill. anim. 2. et 9.)*

**εὔθυμος, ον** (εὖ et θυμός), 1) *benevolus, benignus* (Hom. Od. 14, 63). — 2) *qui bono et hilari animo est;* Act. 27, 36. (ap. Graecos ita ab Aeschylo et Pind.; 2 Macc. 11, 26.)*

**εὐθύμως,** adv., *hilari animo;* Act. 24, 10 *Lchm. Tdf. Trg.* pro εὐθυμότερον, *confidentius,* in t. vulg.*

**εὐθύνω,** aor. 1. imper. plur. εὐθύνατε (εὐθύς), *a) rectum, planum facio, complano;* τὴν ὁδόν, Jo. 1, 23 (Sir. 2, 6. 37, 15). — *b) rectâ duco, rectâ progredi facio, dirigo* (saepe ita ap. Graecos); ὁ εὐθύνων, rector, gubernator navis, Jac. 3, 4 (Eur. Cycl. 15; de auriga, Num. 22, 23. Isocr. p. 9 et ap. al.).*

**εὐθύς, εῖα, ύ,** LXX pro יָשָׁר, *rectus; a)* pr. *rectus, planus;* de via, Mc. 1, 3. Lc. 3, 4. Act. 9, 11; εἰς εὐθεῖαν (*Lchm. Tdf. Trg.* εἰς εὐθείας), sc. ὁδόν (ex ellipsi etiam Graecis frequentata, cf. *Win.* §. 64, 5), Lc. 3, 5; per imaginem εὐθεῖα ὁδός, vera religionis doctrina tamquam vivendi norma ad finem, h. e. ad salutem ducens, 2 Pet. 2, 15; αἱ ὁδοὶ κυρίου αἱ εὐθ., consilia dei recta et salutaria, Act. 13, 10 (cant. tr. pu. vs. 3). — *b)* trop. *recte comparatus, probus, verus, sincerus* (ut saepe etiam ap. profanos); καρδία, Act. 8, 21. (εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ saepius in psalmis, ut 7, 11. 32, 11. 36, 11.)*

**εὐθύς,** adv., i. q. εὐθέως, quocum in codd. saepe permutatur; *statim, confestim;* Mt. 3, 16. 13, 20. Jo. 13, 32 al.

**εὐθύτης, τητος, ἡ** (ab adj. εὐθύς), *rectitudo;* trop. ῥάβδος εὐθύτητος, *imperium aequum et justum,* Heb. 1, 8 e Ps. 45, 7.*

**εὐκαιρέω, ῶ,** impf. εὐκαίρουν et ηὐκαίρουν (inter quam utramque formam codd. variant, v. in εὐδοκέω), aor. conj. εὐκαιρήσω, (εὔκαιρος), verbum recentioris aevi inde a Polyb. (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 125 s.), *tempus opportunum mihi est,* 1 Co. 16, 12; *suppetit mihi otium,* sq. inf., *ad faciendum aliquid,* Mc. 6, 31; εἴς τι, *vaco alicui rei,* Act. 17, 21.*

**εὐκαιρία, ας, ἡ** (εὔκαιρος), *tempus opportunum, opportunitas;* ζητεῖν εὐκ. sq. ἵνα, Mt. 26, 16; sq. τοῦ c. inf., Lc. 22, 6. (LXX; ap. Graecos primum Plat. Phaedr. p. 272 a.)*

**εὔκαιρος, ον** (εὖ et καιρός), *opportunus, tempestivus* (*rechtzeitig*); βοήθεια, Heb. 4, 16; ἡμέρα εὔκ., dies opportunus, Mc. 6, 21. (2 Macc. 14, 29. Theophr. Pol. al.)*

**εὐκαίρως,** adv., *opportune, tempore opportuno; opportunitate data;* Mc. 14, 11; opp. ἀκαίρως (q. v.), 2 Tim. 4, 2. (Xen. Ages. 8, 3. Plat. et sqq.; Sir. 18, 22.)*

**εὔκοπος, ον** (εὖ et κόπος), *qui facili labore peragitur; facilis;* Polyb. et al.; Sir. 22, 15. 1 Macc. 3, 18; in N. T. tantum in dictione εὐκοπώτερόν ἐστιν, sq. inf. Mt. 9, 5. Mc. 2, 9. Lc. 5, 23; sq. acc. c. infin. Mt. 19, 24. Mc. 10, 25. Lc. 16, 17. 18, 25.*

**εὐλάβεια, είας, ἡ,** *indoles et agendi ratio ejus, qui est* εὐλαβής (q. v.); 1) *cautio, circumspectio, prospicientia* (*Vorsicht, Besorglichkeit, das sich in Acht nehmen*); Soph. Eur. Plat. Dem. et sqq.; LXX Prov. 28, 14; junct. c. πρόνοια Plut. Marc. 9; dic. de provida cunctatione Fabii Maximi Pol. 3, 105, 8; ἡ εὐλ. σώζει πάντα, Arstph. av. 377; i. q. *evitatio, declinatio,* πληγῶν. Plat. legg. 7, p. 815 a. et ap. al. (quo sensu Zeno Stoicus τὴν εὐλάβ., *cautionem,* tamquam εὔλογον ἔκκλισιν, *declinationem, quae cum ratione fiat,* opponit τῷ φόβῳ, Diog. Laert. 7, 116 coll. Cic. Tusc. 4, 6). — 2) *reverentia, verecundia;* ἡ πρὸς τὸ θεῖον εὐλ., Diod. 13, 12. Plut. Camill. 21. ser. num. vind. c. 4 et alibi; πρὸς τοὺς νόμους, Plut. Ages. 15; θεοῦ, gen. obj., Philo Cherub. §. 9; simpliciter *verecundia adversus deum, pietas,* Heb. 12, 28 atque ex multorum opinione etiam 5, 7. — 3) *metus, timor, anxietas;* Sap. 17, 8; pro דְּאָגָה, Jos. 22, 24; Jos. antt. 11, 6, 9. Plut. Fab. 1 (Fabii εὐβουλίαν visam esse εὐλάβειαν); ita verisimillime Heb. 5, 7 (v. in ἀπό I, 3, d. p. 39, col. 1); hujus enim selectioris vocis usu scriptor graecae linguae peritissimus verecundius de filio dei loquitur, quam usu vocis φόβου.*

**εὐλαβέομαι, οῦμαι,** ptcp. aor. 1. εὐλαβηθείς, pr. *me praesto* εὐλαβῆ, i. e. 1) *caute et circumspecte ago* (Tragg. Xen. Plat et sqq.). — 2) *timeo, vereor,* ut 1 Macc. 3, 30. 12, 40 et saepe ap. profanos, sq. μή, ne, Act. 23, 10 t. vulg. *Grsb.* (Deut. 2, 4. 1 Sam. 18, 29. Job. 13, 25. Jer. 5, 22. Dan. 4, 2. 2 Macc. 8. 16. Sir. 41, 3.) — 3) *revereor;* τὸν θεόν, Plat. legg. 9, p. 879 e; LXX Prov. 2, 8. 30, 5. Nah. 1, 7; dei oraculum. Heb. 11, 7.*

**εὐλαβής, ές** (εὖ et λαβεῖν), ap. Graecos inde a Plat.; 1) *bene,* i. e. *caute et secure prehendens, cautus.* — 2) *deum reverens, pius, religiosus;* Act. 2, 5. 8, 2 (Mich. 7, 2); junct. c. δίκαιος (ut Plat. polit. p. 311 b), Lc. 2, 25; εὐλ. κατὰ τὸν νόμον, Act. 22, 12 *Lchm. Tdf. Trg.**

**εὐλογέω, ῶ,** f. ήσω, impf. εὐλόγουν et ηὐλόγουν (Mc. 10, 16, ubi codd. inter utramque formam variant); aor. 1. εὐλόγησα (ηὐλόγησα, Mt. 14, 19 *Lchm. Trg.;* Lc. 24, 30 *Lchm.;* Heb. 11, 21 *Lchm.*), pf. εὐλόγηκα (ηὐλόγηκα, Heb. 7, 6 *Lchm.;* v. in εὐδοκέω), ptcp. pf. pass. εὐλογημένος, fut. 1. pass. εὐλογηθήσομαι (εὔλογος); LXX saepissime pro בָּרַךְ et בֵּרֵךְ; Vulg. *benedico,* plerumque c. acc. objecti *aliquem;* — 1) ut ap. Graecos: *laudo, laudibus celebro;* τὸν θεόν, Lc. 1, 64. 2, 28. 24, 51. 53. Jac. 3, 9; absolute in gratiarum actionibus, Mt. 14, 19. 26, 26. Mc. 6, 41 (8, 7 t. vulg. *Grsb. Tdf.*); 14, 22. Lc. 24, 30. 1 Co. 14, 16 (quo sensu dictum εὐλο-

γεῖν ab εὐχαριστεῖν ita differt, ut illo magis forma, hoc autem argumentum gratiarum agendarum spectetur). — Ex usu duntaxat biblico et ecclesiastico, ut hebr. בָּרַךְ, 2) *fausta per deum precor;* τινά, alicui, Mt. 5, 44. Lc. 6, 28. Ro. 12, 14; absolute, 1 Co. 4, 12. 1 Pet. 3, 9; de valedicente, Lc. 24, 50 s.; de moribundo, Heb. 11, 20 s. (Gen. 48, 9); de gratulantibus, Heb. 7, 1. 6 s (Gen. 14, 19); Mc. 10, 16. Lc. 2, 34; εὐλογημένος (בָּרוּךְ), laudibus celebratus, Mt. 21, 9. 23, 39. Mc. 11, 9 s. Lc. 13, 35. 19, 38. Jo. 12, 13, quibus omnibus locis acclamatio e Ps. 118, 26 desumta est. — 3) c. accus. rei: *solennibus precibus aliquid consecro; precor a deo, ut aliquid mihi salutare esse jubeat* (*Gottes Segen über etwas erflehen, einen weihenden Segen über etwas sprechen*); ἰχθύδια, Mc. 8, 7 *Lchm. Trg.;* τοὺς ἄρτους, Lc. 9, 16; τὸ ποτήριον, 1 Co. 10, 16; τὴν θυσίαν, 1 Sam. 9, 13; atque fortasse τὸν ἄρτον, Mt. 26, 26. Mc. 14, 22 (sed vide quae modo sub n. 1. dicta sunt); cf. *Rückert* das Abendmahl, p. 22 s. — 4) de deo: *fortunatum esse jubeo; felicem reddo; beneficiis afficio;* τινά, Act. 3, 26; sq. ἐν c. dat. beneficii. ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ, omni beneficiorum genere, Eph. 1, 3 (ἐν ἀγαθοῖς, Test XII patr. p. 722); εὐλογῶν εὐλογήσω σε (ex hebr. Gen. 22, 17; v. in εἴδω, I, 1), summa in te conferam beneficia, Heb. 6, 14; Gal. 3, 8 t. vulg. (v. in ἐνευλογέω); vs. 9; εὐλογημένος, *gratiam dei expertus, fortunatus,* Lc. 1, 42 c (cf. Deut. 28, 4); ἐν γυναιξί, fortunata inter mulieres, h. e. prae ceteris mulieribus, 1, 28 t. vulg. *Grsb. Lchm.;* vs. 42 b (cf. *Win.* §. 36, 1); εὐλογημένοι τοῦ πατρός (= ὑπὸ τοῦ πατρός, ut εὐλ. ὑπὸ θεοῦ, Jes. 61, 9. 65, 23; cf. *Win.* p. 178 et 182 s.), quibus pater aeternam salutem decrevit, Mt. 25, 34.*

εὐλογητός, όν (εὐλογέω), LXX pro בָּרוּךְ, vox biblica et eccles., *laudibus celebratus;* Vulg. *benedictus;* dic. de deo, Lc. 1, 68. Ro. 1, 25. 9, 5. 2 Co. 1, 3. 11, 31. Eph. 1, 3. 1 Pet. 1, 3; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 120; absol. ὁ εὐλογ., de deo, Mc. 14, 61.

εὐλογία, ας, ἡ (εὔλογος), LXX pro בְּרָכָה, Vulg. *benedictio;* — ut ap. Graecos 1) *laus, laudatio, celebratio;* dei aut Christi, Ap. 5, 12. 13. 7, 12. — 2) *oratio bene composita et ornata;* Plat. rep. 3, p. 400 d. Luc. Lexiph. 1; in malam partem: oratio ad capiendos aures fucata (*Schönrednerei*), Ro. 16, 18 (conj. c. χρηστολογία, ut hoc ad argentum, illud ad formam orationis pertineat); plur. Aesop. fab. 229, p. 150 ed. Cor. — Usu a nativis Graecis alieno: 3) *bonorum s. faustorum precatio;* Heb. 12, 17. Jac. 3, 10 (Gen. 27, 35 s. 38 al. Sir. 3, 8. 37, 24. Jos. antt. 4, 8, 44); v. in εὐλογέω n. 2. — 4) *consecratio;* τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, poculum consecratum (ita enim interpretandum esse, intelligitur ex add. epexegesi ὃ εὐλογοῦμεν, v. in εὐλογέω, n. 3), 1 Co. 10, 16. — 5) *bonum, beneficium* (Deut. 11, 26 al. Sir. 7, 32. 39, 22 al.); univ. 1 Pet. 3, 9; de christ. religionis beneficiis, Ro. 15, 29. Eph. 1, 3; ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβρ., salus (messiana) Abrahamo promissa, Gal. 3, 14; de continua agri fertilitate a deo concessa, Heb. 6, 7 (Lev. 25, 21; ὑετὸς εὐλογίας, Ezech. 34, 26; cf. εὐλογεῖν ἀγρόν, Gen. 27, 27); de collectae beneficio a Christianis in Christianos conferendo, 2 Co. 9, 5 (de hominum donis, Gen. 33, 11. Jud. 1, 15. 1 Sam. 25, 27); ἐπ' εὐλογίαις, ut adsint beneficia, i. e. *largiter* (opp. φειδομένως), 2 Co. 9, 6 (v. in ἐπί, p. 162, col. 1.).*

εὐμετάδοτος, ον (εὖ et μεταδίδωμι), *facilis ad impertiendum; liberalis;* 1 Tim. 6, 18. (Antonin. 1, 14. 3, 14. 6, 48.)*

Εὐνίκη, ης, ἡ, *Eunice,* mater Timothei, 2 Tim. 1, 5.

εὐνοέω, ῶ (εὔνοος), *bene cupio* (alicui); *benevolo, placido animo sum;* τινί, in aliquem, Mt. 5, 25. (3 Macc. 7, 11; Soph. Arstph. Xen. Polyb. Plut. Hdian.)*

εὔνοια, ας, ἡ (εὔνοος), *benevolentia;* 1 Co. 7, 3 t. vulg.; μετ' εὐνοίας, Eph. 6, 7.*

εὐνουχίζω, aor. 1. εὐνούχισα, aor. 1. pass. εὐνουχίσθην, *castro, eviro;* pass. ὑπό τινος, Mt. 19, 12; translate εὐνουχ. ἐμαυτόν, me spadonem facio sc. eo, quod spadonis instar abstineo matrimonio, Mt. l. c. (Jos. antt. 10, 2. 2. Lucian. Dio Cass. al.)*

εὐνοῦχος, ου, ὁ (ex εὐνή, cubile, lectus, et ἔχω), LXX pro סָרִיס; inde ab Hdt.; pr. *cubile curans vel custodiens, cubiculo praefectus* (*Betthüter*) in aulis regum orientalium, numerosos mulierum greges alentium; *domo mulierum s. gynaeceo praefectus,* quod munus spadones administrabant; hinc *a*) *spado, homo castratus, exsectus, eunuchus;* Mt. 19, 12 b. Sed eunuchi in aulis orientalium regum etiam aliis majoribus minoribusve muneribus praeficiebantur, cujusmodi erat ille aerario praefectus reginae Aethiopum, Act. 8, 27. 34. 36. 38 s. commemoratus; cf. *Gesenii* Thes. II, p. 973. — *b*) *naturâ invalidus vel ad matrimonium,* Mt. 19, 12 a; *vel ad procreandos liberos,* Sap. 3, 14; cf. *Grimm* exgt. Hdb. ad l. — *c*) *sua sponte abstinens a matrimonio;* Mt. 19, 12 c. — Uberius de voce agit *Fischer* de vitiis lexx. N. T. p. 485 ss.*

Εὐοδία, ας, ἡ, *Euodia,* mulier christiana, Phil. 4, 2.*

εὐοδόω, ῶ (εὔοδος), LXX potissimum pro צָלַח et הִצְלִיחַ; *prosperum et expeditum iter praebeo, recta et fortunatâ viâ duco;* Gen. 24, 48; multo saepius trop. *felicem successum praebeo; facio, ut prospere cedat aliquid;* τί, velut τὴν ὁδόν τινος, Gen. 24, 21. 40. Jes. 55, 11 al., τὰ ἔργα τινός, Sap. 11, 1; in passivo semper tropice: *prosperum successum habeo;* de personis, Jos. 1, 8. Prov. 28, 13; 2 Chr. 13, 12. 18, 11 al. 3 Jo. vs. 2; εἴπως εὐοδωθήσομαι ἐλθεῖν, an forte mihi contigerit esse tam felici, ut veniam, Ro. 1, 10; de rebus: Esr. 5, 8. Tob. 4, 25. 1 Macc. 3, 6 al.; τῷ Κλεομένεϊ εὐωδώθη τὸ πρῆγμα, Hdt. 6, 73; ὅ, τι ἂν εὐοδῶται, quodcunque (negotium) prospere cessit, i. e. ex adj. quaestus ejus, 1 Co. 16. 2.*

εὐπάρεδρος, ον (εὖ et πάρεδρος), *constanter assidens; assiduus;* πρὸς τὸ εὐπάρεδρον τῷ κυρίῳ, ut semper domino et ejus causae sitis intenti, 1 Co. 7, 35 pro l. vulg. εὐπρόσεδρον, quod sensu non differt. (Hesych.: εὐπάρεδρον· καλῶς παραμένον.)*

εὐπειθής, ές (εὖ et πείθομαι, obsequor), *facile parens, obsequiosus;* Jac. 3, 17. (Aeschyl. Xen. Plat. et sqq..)*

εὐπερίστατος, ον (ex εὖ et περιΐστημι), *scite circumstans,* i. e. *cingens,* sc. ad inhibendum vel retardandum cursum; Heb. 12, 1. (Praeterea non offenditur.)

εὐποιΐα, ας, ἡ (εὐποιός), *beneficentia;* Heb. 13, 16. Arr. anab. 7, 28, 8. Alciphr. 1, 10. Lucian. imag. 21; bonum factum, meritum, Jos. antt. 2, 11, 2; (plur. 19, 9, 1.)*

εὐπορέω, et (potissimum inferiore aetate) med. εὐπορέομαι, οῦμαι, 3 ps. impf. ηὐπορεῖτο (t. vulg. *Grsb.*) et εὐπορ. (*Lchm. Tdf. Trg.;* v. in εὐδοκέω), (εὔπορος), *opibus instructus sum;* Act. 11, 29. (Lev. 25, 26. 28. 49; saepe ap. Graecos.)*

εὐπορία, ας, ἡ (εὔπορος), *opes, subsidia, opulentia;* Act. 19, 25. (Xen. Plat. al.; aliis ap. alios significatibus.)*

εὐπρέπεια, ας, ἡ (εὐπρεπής), *decora forma, formositas; decor;* τοῦ προςώπου, Jac. 1, 11. (Thuc. Plat. Aeschin. Polyb. Plut. LXX.)*

**εὐπρόςδεκτος**, ον (εὖ et προςδέχομαι), *bene acceptus, gratus;* Ro. 15, 16. 2 Co. 6, 2. 8, 12; τινί, Ro. 15, 31. 1 Pet. 2, 5. (Plut. praecept. rei publ. ger. c. 4. Script. eccles.)*

**εὐπρόςεδρος**, ον (εὖ et πρόςεδρος), v. in εὐπάρεδρος.

**εὐπροςωπέω**, ῶ, infin. εὐπροςωπῆσαι (εὐπρόςωπος, pulcher adspectu, qui formosae speciei est), *pulchram specien prae me fero; placeo;* ἐν σαρκί, in rebus ad carnem spectantibus, Gal. 6, 12. (praeterea tantum Chrysost. ep. ad Eph. 6 et aliquoties ap. Byzantinos.)

**εὐρακύλων**, ωνος, ὁ (ex εὖρος et latin. *aquilo* formatum, ut εὐρόνοτος et euroauster), Vulg.: *euroaquilo* (*Nordostwind*); Act. 27, 14 *Lchm. Tdf. Trg.* pro l. vulg. εὐροκλύδων, q. v. (Praeterea nusquam exstat.)

**εὑρίσκω**, impf. εὕρισκον (Mc. 14, 55. Lc. 19, 48 *Lchm. Trg.;* Act. 7, 11 *Trg.*) et rarius ηὕρισκον (v. in εὐδοκέω et *Kühner* I, p. 825 s.); pf. εὕρηκα, fut. εὑρήσω, aor. 1. εὕρησα (qui aoristus antiquioribus Graecis incognitus exstat Aesop. f. 131. Maneth. 5, 137 et ap. Byzant.; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 721. *Win.* p. 82), Ap. 18, 14 t. vulg.; aor. 2. εὗρον, 1. ps. plur. ex alexandrina forma εὕραμεν, Lc. 23, 2 *Tdf. Trg.;* 3. ps. plur. εὗραν, ap. *Trg.* Lc. 8, 35. Act. 5, 10 (ap. LXX saepe εὕροσαν); 3. ps. sing. impf. pass. εὑρίσκετο, Heb. 11, 5; ηὑρίσκετο *Lchm. Tdf. Trg.* (cf. *Bleek* et *Delitzsch* ad l.); aor. 1. pass. εὑρέθην, fut. pass. εὑρεθήσομαι, aor. 2. med. εὑρόμην et inferiore aetate εὑράμην (Heb. 9, 12) LXX sexcenties pro מָצָא, nonnumquam pro הִשִּׂיג, assequor, et pro chald. הַשְׁכַּח; — *invenio, reperio;* i. e.:

1) propr. *incido in, offendo, obfert esse mihi*, et quidem *a*) praecedente quaestione *quaesitum invenio;* absol. opp. ζητεῖν, Mt. 7, 7 s. Lc. 11, 9 s. (ζήτει καὶ εὑρήσεις, Epict. diss. 4, 1, 51); τινά, Mt. 2, 8. Mc. 1, 37. Lc. 2, 45. Act. 11, 25. 13, 22. 2 Co. 2, 12. 2 Tim. 1, 17. Ap. 20, 15 al.; οὐχ εὑρίσκετο, evanuerat, Heb. 11, 5; add. notatione loci: πέραν c. gen., Jo. 6, 25; ἐν c. dat. Act. 5, 22; εὑρέθη εἰς, Act. 8, 40 (v. supra εἰς p. 128, col. 2); c. acc. rei, Mt. 7, 14. 13, 46. 18, 13. Lc. 24, 3. Jo. 10, 9. Act. 7, 11. Ro. 7, 18. Ap. 18, 21 al.; sq. oratione indirecta, Lc. 5, 19; οὐχ εὑρέθην, evanueram, Ap. 16, 20; c. dat. commodi 20, 11; sq. ἐν c. dat. loci, Mt. 21, 19, Ap. 12, 8. — τινά vel τὶ ζητεῖν κ. οὐχ εὑρίσκειν, Mt. 12, 43. 26, 60. Mc. 14, 55. Lc. 11, 24. 13, 6 s. Jo. 7, 34. Ap. 9, 6 (4 Reg. 2, 17. Neh. 7, 64. Ps. 9, 36 [10, 15]; Cohel. 7, 29. Ez. 22, 30. 26, 21. Hos. 2, 7); γῆ καὶ τα ἐν αὐτῇ ἔργα εὑρεθήσεται, invenientur sc. perdenda, i. e. sorti a deo iis decretae se occultare nequibunt, 2 Pet. 3, 10 *Trg.* e codd. ℵB aliorumque testium mirabili, sed parum probabili lectione. — *b*) nulla quaestione praecedente: (casu) *offendo* (*antreffen*); τινά Mt. 18, 28. 27, 32. Jo. 1, 42. 46. 5, 14. 9, 35. Act. 13, 6. 18. 2. 19, 1. 28, 14; sq. ἐν c. dat. loci, Jo. 2, 14; τί, Mt. 13, 44. 17, 27. Lc. 4, 17. Jo. 12, 14. Act. 17, 23; sq. ἐν c. dat. loci, Mt. 8, 10. Lc. 7, 9. — *c*) de iis, qui aliquo accedunt vel redeunt, dic. εὑρίσκω τινά vel τί c. acc. praedicati ita, ut participio vel adjectivo locum praedicati tenente describatur status, in quo offensa persona vel res versetur, aut actio, in qua aliquis occupatus deprehendatur; add. adjectiv., Act. 5, 10. 2 Co. 9, 4. 12, 20; add. particip. Mt. 12, 44. 20, 6. 21, 2. 23, 2. 24, 46. 26, 40. 43. Mc. 11, 2. 13, 36. 14, 37. 40. Lc. 2, 12. 7, 10. 8, 35. 11, 25. 12, 37. 43. 19, 30. 23, 2. 24, 2. 33. Act. 5, 23. 9, 2. 10, 27. 21, 2. 24, 12. 18. 27, 6; sq. καθώς, Mc. 14, 16. Lc. 19, 32. 22, 13; sq. substantivo praedicati locum tenente, cui suppl. ὄντα, Act. 24, 5. — 2) translate: *inquirendo, meditando, examinando, explorando, observando, audiendo, usu et experientia edoctus invenio s. deprehendo*, i. e. *video, cognosco, intelligo;* κατηγορίαν, Lc. 6, 7; τινά sq. participio in praedicato, Act. 23, 29; sq. ὅτι, Ro. 7, 21; praecedente exploratione (πειράζειν), τινά c. praedicato adjectivo, Ap. 3, 2; de judice: αἰτίαν θανάτου, Act. 13, 28; αἰτίαν, κακόν, ἀδίκημα ἔν τινι, Jo. 18, 38. 19, 4. 6. Act.. 23, 9. 24, 20; praecedente computatione c. acc. pretii et mensurae, Act. 19, 19. 27, 28; praecedente meditatione, τὸ τί ποιήσωσι, Lc. 19, 48; τὸ πῶς κολάσωνται αὐτούς, Act. 4, 21. — Passiv. εὑρίσκομαι, *conspicior, adsum*, Lc. 9, 36 (Gen. 18, 31); saepe ut hebr. נִמְצָא, *deprehendor, cognoscor, comperitur de me, me praebeo*, de alicujus qualitate ab aliis (hominibus aut deo, aut utrisque) cognita (cf. *Win.* p. 572); εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα, Mt. 1, 18; ἵνα εὑρεθῶσι καθὼς κ. ἡμεῖς, 2 Co. 11, 12; εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ εἰς θάνατον sc. οὖσα, praeceptum usu cognovi mihi afferre mortem, Ro. 7, 10; adde Lc. 17, 18 (non praebuerunt se reversos); Act. 5, 39. 1 Co. 4, 2. 15, 15. 2 Co. 5, 3. Gal. 2, 17. 1 Pet. 1, 7. Ap. 5, 4; τινί, dat. personae cognoscentis et judicantis, 2 Pet. 3, 14; ἵνα εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ, i. e. ἐν Χριστῷ, sc. ὤν, Phil. 3, 9; σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, 2, 8. (Jos. b. jud. 3, 6, 1; ita lat. *invenior*, Cic. de amic. 19, 70; *reperior*, tuscul. 1. 39, 94). — εὑρίσκειν θεόν (opp. ζητεῖν αὐτόν, v. in ζητέω), *deum cognoscere*, Act. 17, 27; εὑρίσκεται (ὁ θεός) τινί, alicui cognoscendum se praebet, Sap. 1, 2., cf. *Grimm* exgt. Hdb. ad h. l. Contra in V. T. εὑρίσκεσθαι ὁ θεός dic. de deo *petentibus aures praebente, imploratum auxilium concedente* (1 Chr. 28, 9. 2 Chr. 15, 2. 4. 15. Jer. 29, 14); hinc εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσι, Ro. 10, 20 e Jes. 65, 1., e Pauli mente interpretandum: *evangelii cognitionem et auxilium concessi.* — 3) Med. ut ap. Graecos: *mihi invenio, nanciscor, adipiscor, consequor, impetro;* λύτρωσιν, Heb. 9, 12; eodem significatu contra elegantiorem Graecorum usum in sacro cod. plerumque ponitur activum: τὴν ψυχήν, Mt. 10, 39. 16, 25; ἀνάπαυσιν (Sir. 11, 19) ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν, 11, 29; μετανοίας τόπον, locum retractandae sententiae (patris), Heb. 12, 17; σκήνωμα τῷ θεῷ, facultatem domicilii deo exstruendi, Act. 7, 46; χάριν, gratiam, favorem, Heb. 4, 16; χάριν παρὰ τῷ θεῷ, Lc. 1, 30; ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, Act. 7, 46; ἔλεος παρὰ κυρίου, 2 Tim. 1, 18. (מָצָא חֵן בְּעֵינֵי, Gen. 6, 8. 18, 3. 30, 27. 32, 5. Exod. 33, 11. Deut. 24, 1 al.; 3 Esr. 8, 4.)

**εὐροκλύδων**, ωνος, ὁ (ex εὖρος, eurus, et κλύδων, fluctus), *Eurus fluctus vehementissimos excitans*, Act. 27, 14 t. vulg. Sed testes quidam non contemnendi praebent εὐρυκλύδων, *Griesbachio* al. probabile visum ex εὐρύς, latus, et κλύδων, *ventus late fluctuans*, germ. *der Breitspülende*. Etym M. in τυφών· „τυφὼν γάρ ἐστιν ἡ τοῦ ἀνέμου σφόδρα πνοή, ὃς κ. εὐρυκλύδων καλεῖται.“ Alii εὐρακύλων, de quo vide suo in loco.*

**εὐρύχωρος**, ον (εὐρύς, latus et χώρα), *amplus, late patens;* Mt. 7, 13. (LXX. Arist. h. anim. 10, 5. Diod. 19, 84. Jos. antt. 1, 18, 2.)*

**εὐσέβεια**, ας, ἡ (εὐσεβής), *pia reverentia, pietas;* in sacro cod. ubique *pietas in deum*, Act. 3. 12. 1 Tim. 2. 2. 4, 7. 8. 6, 5 s. 11. 2 Tim. 3, 5. 2 Pet. 1, 3. 6 s.; ἡ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλία, doctrina pietatem alens, 1 Tim. 6, 3; ἡ ἀλήθεια ἡ κατ' εὐσέβειαν, veritas ad pietatem adducens, Tit. 1, 1; τὸ μυστήριον τῆς εὐσεβείας, mysterium, quod tenetur a pietate eamque alit, 1 Tim. 3, 16; plur. pietatis studia et actiones, 2 Pet. 3, 11; cf. *Pfleiderer*

Paulinism. p. 477 s. (Aeschyl. Soph. Xen. Plat. et sqq.; saepe ap. Joseph.; LXX Prov. 1, 7. 13, 11. Jes. 11, 2. Sap. 10, 12; saepe in 4 Macc.; πρὸς τὸν θεόν, Jos. c. Ap. 1, 22; antt. 18, 5, 2; εἰς θεοὺς καὶ γονέας, Plat. rep. 10, p. 615 e.)*

**εὐσεβέω**, ῶ (εὐσεβής), *pius sum, pie me gero* (erga deum, patriam, magistratus, parentes omnesque quibus pietas debetur), ap. profanos sq. εἰς, περί, πρός τινα, — rarius etiam transitive, ut Aesch. Ag. 329 (τοὺς θεούς) et in cod. sacro; τὸν ἴδιον οἶκον, 1 Tim. 5, 4; θεόν, colo deum, Act. 17, 23. 4 Macc. 5, 23. 11, 5.*

**εὐσεβής**, ές (εὖ et σέβομαι), *pius* (in deum; v. in εὐσεβέω), Act. 10, 2. 7 (22, 12 t. vulg. *Grsb.*); 2 Pet. 2, 9. (Pind. Tragg. Arstph. Plat. al.; ter ap. LXX pro נָדִיב. nobilis, ingenuus, Jes. 32, 8; pro צַדִּיק, Jes. 24, 16. 26, 7; saepius ap. Sirac. et in 4 Macc.)*

**εὐσεβῶς**, adv., *pie;* ζῆν, 2 Tim. 3, 12. Tit. 2, 12. (Pind. Soph. Xen. Plat. al.; 4 Macc. 7, 11.)*

**εὔσημος**, ον (εὖ et σῆμα, signum), *bene signatus, perspicuus, distinctus;* λόγος, 1 Co. 14, 9. (Aeschyl. Theophr. Polyb. Plut.)*

**εὔσπλαγχνος**, ον (εὖ et σπλάγχνον, q. v.), propr. *qui robustis est visceribus;* ita semel Hippocr p. 89 c; in sermone biblico et eccles. *valde misericors*, Eph. 4, 32. 1 Pet. 3, 8. Orat. Manass. vs. 7.*

**εὐσχημόνως**, adv. (v. in εὐσχήμων), *honeste, decenter;* 1 Co. 14, 40; περιπατεῖν, Ro. 13, 13. 1 Th. 4, 12. (Arstph. vesp. 1210. Xen. mem. 3, 12, 4. Cyr. 1, 3, 8 s.)*

**εὐσχημοσύνη**, ης, ἡ (εὐσχήμων, q. v.), *venusta forma, decor externus, decentia, pudicitia, honestas* (Xen. Plat. Polyb. Diod. Plut.); de decore externo, 1 Co. 12, 23.*

**εὐσχήμων**, ον (εὖ et σχῆμα, habitus), 1) *qui venustâ formâ est, speciosus, decorus, dicendo agendoque decore se gerens* (Xen. Plat. Arstph. Eur. al.); τὰ εὐσχήμονα ἡμῶν, decora corporis humani membra tegimento non egentia (opp. τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν, vs. 23), 1 Co. 12, 24; de moribus: πρὸς τὸ εὔσχημον, ad promovendam honestatem, 7, 35. — 2) e posterioris aetatis usu (cf. *Phryn.* ed. Lob. p. 333), *honore, auctoritate, opibus conspicuus, nobilis;* Mc. 15, 43. Act. 13, 50. 17, 12. (Jos. de vita sua, §. 9. Plut. parallel. Graec. et Rom. c. 15.)*

**εὐτόνως**, adv. (ab εὔτονος et hoc ex εὖ et τείνω, tendo), *intente, acriter;* Lc. 23, 10. Act. 18, 28. (Jos. 6, 8. 2 Macc. 12, 23. Xen. Hier. 9, 6. Arstph. plut. 1096. Diod. al.)*

**εὐτραπελία**, ας, ἡ (ab εὐτράπελος et hoc ex εὖ et τρέπω, versatilis; facetus, lepidus, dicax), *urbanitas, facetiae* (Plat. rep. 8, 561 a. Diod. 15, 6. 20, 63. Jos. antt. 12, 4, 3. Plut. al.); sensu malo *scurrilitas, dicacitas, nugae scurriles* (in quibus inest acuminis aliquid), Eph. 5, 4; mitiore sensu Arist. eth. 2, 7.*

**Εὔτυχος**, ου, ὁ, *Eutychus*, adolescens quidam a Paulo in vitam revocatus, Act. 20, 9.*

**εὐφημία**, ας, ἡ (εὔφημος, q. v.). pr. *bonorum vel faustorum verborum pronuntiatio;* hinc *bona fama, laus;* 2 Co. 6, 8 (opp. δυσφημία), ut Diod. 1, 2. Ael. v. h. 3, 47. Apud alios aliis significatibus inde a Pind. Soph. Plat.)*

**εὔφημος**, ον (εὖ et φήμη), *bene sonans; verba boni ominis edens;* neutr. plural. εὔφημα, quae bono aliisque benevolo animo dicuntur, Phil. 4, 8. (Sensu valde vario saepe apud Graecos inde ab Aeschylo.)*

**εὐφορέω**, ῶ, aor. 1. εὐφόρησα (*Lchm.* ηὐφόρησα, v. in εὐδοκέω), (εὔφορος), *fertilis sum;* Lc. 12, 16. (Jos. b. j. 2, 21, 2. Hippocr. Geop. al.)*

**εὐφραίνω**, pass. impf. εὐφραινόμην (Act. 7, 41., ubi pauci codd. ηὐφρ.), aor. 1. εὐφράνθην et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* ηὐφρ. (Act. 2, 26; v. in εὐδοκέω), fut. 1. εὐφρανθήσομαι (εὖ et φρήν), ap. LXX persaepe activ. pro שִׂמַּח, laetitia afficio, et passiv. pro שָׂמַח, laetatus est, nonnumquam pro רָנַן, canto; ap. Graecos inde ab Hom.; *exhilaro, laetitia afficio;* τινά, 2 Co. 2, 2 (opp. λυπεῖν). — Passiv. *exhilaror, hilari animo sum, laetor;* absol., Lc. 15, 32. Act. 2, 26 (e Ps. 16, 9), Ro. 15, 10 (e Deut. 32, 44); Gal. 4, 27 (e Jes. 54, 1); Ap. 11, 10. 12, 12; ἔν τινι. delector aliqua re, Act. 7. 41 (Xen Hier. 1, 16); ἐπί τινι, Ap. 18, 20 (ubi *Lchm.* ed. min. ἐν αὐτῇ, pro l. vulg. ἐπ' αὐτήν, ut Jes. 61, 10. Ps. 32, 11); dic. de laetitia epulantium, Lc. 12, 19. 15, 23. 24. 29 (Deut. 14, 26. 27, 7); add. λαμπρῶς, laute vivere, Lc. 16, 19 (Hom. Od. 2, 311. Xen. Cyr. 8, 7, 12.)*

**Εὐφράτης**, ου, ὁ, *Euphrates*, nomen magni ac celeberrimi fluvii, qui in Armenia majore in montibus ortus per Assyriam, Syriam, Mesopotamiam urbemque Babylonem profluit et in sinum persicum effunditur (hebr. פְּרָת); Ap. 9, 14. 16, 12.*

**εὐφροσύνη**, ης, ἡ (εὔφρων), inde ab Hom.; *hilaritas, laetitia;* Act. 2, 28 (e Ps. 16, 11); 14, 17.*

*ζύμη, ης, ἡ* (*ζέω*), *fermentum* (*Sauerteig*); Mt. 13, 33. Lc. 13, 21 (Exod. 12, 15. Lev. 2, 11. Deut. 16, 3 al. Arist. gen. an. 3, 4. Jos. antt. 3, 10, 6. Plut. mor. p. 289 s.); *τοῦ ἄρτου*, Mt. 16, 12; metaph. dic. de inveteratis animi vitiis, 1 Co. 5, 8 (Ignat. ad Magnes. 10); de vitiis alios corrumpere valentibus, *ζύμη τῶν Φαρισαίων*, Mt. 16, 6. 11. Mc. 8, 15. Lc. 12, 1., quem tropum Mt. 16, 12 de *doctrina*, rectius Lc. 1. c. de simulatione explicat; — dic. de eo, quod, quamvis quantitate exiguum, tamen vi sua totum aliquid perfundit, sive in bonam partem, ut in parabolico sermone ap. Mt. 13, 33. Lc. 13, 21 (v. in *ζυμόω*); sive in malam, de perniciosa vi, ut in proverbio *μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ*, *paululum fermenti totam massam fermentat*, pro varietate rei, ad quam accommodatur, vario dicto: vel unum flagitium totum coetum corrumpit, 1 Co. 5, 6; paululum inclinationis ad errorem (de circumcisionis necessitate) facile totam fidei rationem (*Richtung*) pervertit, Gal. 5, 9; sed plerique intpp. h. l. explicant: vel pauci falsi doctores totum coetum in errorem inducunt.*

*ζυμόω, ῶ* (*ζύμη*), *fermento* (farinae aqua subactae fermentum immisceo, ut effervescat); 1 Co. 5, 6. Gal. 5, 9 (de quibus locis v. in *ζύμη*); *ἕως ἐζυμώθη ὅλον*, sc. *τὸ ἄλευρον*, quibus verbis respicitur ad salutarem evangelii vim a tenui initio paulatim totum genus humanum perfusuram et immutaturam, Mt. 13, 33. Lc. 13, 21. (LXX Hipp. Athen. Plut.)*

*ζωγρέω, ῶ* (*ζωός* et *ἀγρέω*), 1) *vivum capio* (Hom. Hdt. Thuc. Xen. al. LXX). — 2) univ. *capio; ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ* (i. e. *τοῦ διαβόλου*) *εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα*, si capti ab eo tenentur ad exsequendam ejus voluntatem, 2 Tim. 2, 26; *ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν*, homines capies, i. e. docendo animos regno dei conciliabis, Lc. 5, 10.*

*ζωή, ῆς, ἡ* (a *ζάω. ζῶ*), LXX maxime pro חַיִּים; *vita;* 1) univ. *vita*, i. e. *status, quo aliquis animâ praeditus s. animans est;* 1 Pet. 3, 10 (de q. l. v. in *ἀγαπάω*); Heb. 7, 3. 16; *αὐτὸς* (*ὁ θεὸς*) *διδοὺς πᾶσιν ζωὴν κ. πνοήν*, Act. 17, 25; *πνεῦμα ζωῆς ἐκ τοῦ θεοῦ*, spiritus vitalis, halitus vitam praebens, Ap. 11, 11 (Ez. 37, 5); *πᾶσα ψυχὴ ζωῆς*, genit. proprietatis, *quivis animans*, 16, 3 *Grsb. Lchm. Tdf.;* dic. de terrestri vita: *ἡ ζωή τινος*, Lc. 12, 15. Act. 8, 33 (v. in *αἴρω*, n. 3, h); Jac. 4, 14; *ἐν τῇ ζωῇ σου*, dum in terris vivebas, Lc. 16, 25 (*ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ*, Sir. 30, 5. 50, 1); *ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ*, 1 Co. 15, 19; *πᾶσαι αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς τινος*, Lc. 1, 75 t. vulg. (Gen. 3, 14. Ps. 128, 5. Sir. 22, 10); — *ἐπαγγελία ζωῆς τῆς νῦν κ. τῆς μελλούσης*, promissio ad praesentem et futuram vitam spectans, 1 Tim. 4, 8; *ζωή* et *θάνατος* invicem opponuntur, Ro. 8, 38. 1 Co. 3, 22. Phil. 1, 20; de vita in periculis servata, injuncta notione vigoris, 2 Co. 4, 12 (intelligitur ibi vita Pauli per apostolici muneris administrationem in Corinthios salutarem vim exercens); de vita e mortuis redivivorum: *ἐν καινότητι ζωῆς*, quod in allegoria dicitur de nova deoque dicata

agendi ratione, Ro. 6, 4; de vita Jesu e morte resuscitati, Act. 2, 28. Ro. 5, 10; de eadem, injuncta notione vigoris, 2 Co. 4, 10 s — 2) emphatice dic. *a*) de *absoluta vitae et physicae et ethicae copia, quae dei atque per eum tum* τοῦ λόγου *hypostatici, tum Christi est,* in quo ὁ λόγος humanam naturam induerat: ὥςπερ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκεν καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, Jo. 5, 26; ἐν αὐτῷ (sc. τῷ λόγῳ) ζωὴ ἦν καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων, in quo vita erat (comprehensa), et vita (e logo in creatas naturas transfusa) erat lux (i. e. intelligentia) hominum (propterea quod hominum vita sui ipsius conscia est eoque modo fons intelligentiae exsistit), Jo. 1, 4; ὁ λόγος τῆς ζωῆς, logos vitam in se continens et in alios tranfundens, 1 Jo. 1, 1; ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, comparuit in Christo carnem induta, vs. 2. E cujus divinae vitae fonte promanat ea vita, cujus notio nunc est exponenda: — *b*) *vita vitalis* s. *„vita quae sola vita nominanda“* (Cic. de sen. 21, 77), *vita vegeta et valida, deo dicata, beata, jam hac in terra iis, qui in Christo fiduciam reponunt, obtingens, sed post resurrectionem novis incrementis (in his etiam praestantiore corporis formâ) perficienda, in aeternum futura* (praeiverant suo modo V. Ti. scriptores, חַיִּים de vita felici et omni genere salutis frequentantes, Deut. 30, 15. 19. Mal. 2, 5. Ps. 34, 13. Prov. 8, 35. 12, 28 al.); Jo. 6, 51. 63. 14, 6. Ro. 7, 10. 8, 6. 10. 2 Co. 2. 16. Phil. 2, 16. 2 Pet. 1, 3. 1 Jo. 5, 11. 16. 20; add. τοῦ θεοῦ, a deo suppeditata, Eph. 4, 18; ἡ ἐν Χριστῷ, in consortio Christi consequenda, 2 Tim. 1, 1; μεταβεβηκέναι ἐκ τοῦ θανάτου εἰς ζωήν, Jo. 5, 24. 1 Jo. 3, 14: ὄψεσθαι τὴν ζωήν, Jo. 3, 36; ἔχειν ζωήν, Jo. 5, 40. 10, 10. 1 Jo. 5, 12; add. ἐν ἑαυτῷ, Jo. 5, 26; διδόναι, 6, 33; χάρις ζωῆς, gratia dei, quae in impetrata vita cernitur, 1 Pet. 3, 7; τὸ πνεῦμα τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, spiritus vitam in se ferens et aliis impertiens, qui in necessitudine cum Christo accipitur, Ro. 8, 2; ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς (v. in ἄρτος), Jo. 6, 35. 48; τὸ φῶς τῆς ζ., lux, cujus splendore collustratus aliquis vitam consequitur, Jo. 8, 12; — plenius ζωὴ αἰώνιος et ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος, Jo. 4, 36. 12, 25. 17, 3. 1 Jo. 1, 2. 2, 25; εἰς ζωὴν *al.*, ad impetrandam vitam aeternam, Jo. 4, 14. 6, 27; διδόναι ζωὴν *al.*, Jo. 10, 28. 17, 2. 1 Jo. 5, 11; ἔχειν ζωὴν *al.*, Jo. 3, 15 (opp. ἀπόλλυσθαι); vs. 36. 5, 24. 39. 6, 40. 47. 54. 20, 31. 1 Jo. 5, 13; οὐκ ἔχειν ζω. *al.* ἐν ἑαυτῷ, 1 Jo. 3, 15 (Henoch. 15, 4. 6 pravi angeli dicuntur ante lapsum suum fuisse *spirituales* atque *aeternae* et *immortalis vitae participes*.) — De *vitalis vitae* beneficio *post resurrectionem* demum sperando dic. simpliciter ζωή et ἡ ζωή, Mt. 7, 14. Jo. 11, 25. Act. 3, 15. 5, 20. 11, 18. Ro. 5, 17. 18 (de q. l. v. in δικαίωσις); 2 Co. 5, 4. Col. 3, 3. 2 Tim. 1, 10. Tit. 1, 2. 3, 7; ζωὴ ἐκ νεκρῶν, vita e mortuorum statu emicans, Ro. 11, 15; εἰςελθεῖν εἰς τ. ζωήν, Mt. 18, 8 s. 19, 17. Mc. 9, 43. 45; ἀνάστασις ζωῆς i. q. εἰς ζωήν (2 Macc. 7, 14), Jo. 5, 29 (de genit. cf. *Win.* p. 177); στέφανος τῆς ζωῆς i. q. ἡ ζωὴ ὡς στέφανος, Jac. 1, 12. Ap. 2, 10; ξύλον τῆς ζωῆς, arbor, cujus fructus vitam aeternam praebet et conservat, Ap. 2, 7. 22, 2. 14. 17. 19 (coll. Gen. 2, 9. Prov. 3, 18; δένδρον ζωῆς, Prov. 11, 30. 13, 12); cf. *Bleek* Vorless. üb. d. Apokalypse, p. 174 s.; ὕδωρ ζωῆς, aqua, cujus usus conservandae aeternae vitae inservit, Ap. 21, 6. 22, 1. 17; eodem sensu ζωῆς πηγαὶ ὑδάτων, 7, 17 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*; ἡ βίβλος et τὸ βιβλίον τῆς ζωῆς, album, in quo perscripta sunt nomina eorum, quibus aeterna vita decreta est, Phil. 4, 3. Ap. 3, 5. 13, 8. 17, 8. 20, 12. 15. 21, 27. — plenius ἡ ὄντως ζωή, 1 Tim. 6, 19; ζωὴ αἰώνιος (Justin. de resurr. 1: ὁ λόγος - - διδοὺς ἡμῖν ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ζωὴν αἰώνιον), Mt. 25, 46 (opp. κόλασις αἰών.); Act. 13, 46. 48. Ro. 2, 7. 6, 22 s. Gal. 6, 8. 1 Tim. 6, 12; praemisso ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ, Mc. 10, 30. Lc. 18, 30; ἔχειν τὴν ζ. *al.*, Mt. 19, 16; κληρονομεῖν, 19, 29. Mc. 10, 17. Lc. 10, 25. 18, 18; εἰς ζωὴν αἰώνιον, ad impetrandam vitam aeternam, Jo. 12, 25. Ro. 5, 21. 1 Tim. 1, 16. Jud. vs. 21. (Dan. 12, 2. 4 Macc. 15, 2; ἀένναος ζωή, 2 Macc. 7, 36; ἀΐδιος ζωή, Ignat. ad Eph. 19). Cf. *Köstlin* Lehrbegriff des Ev. Johann. etc. p. 234 ss. 338 ss. *Reuss* Johann. Theologie (in Beiträge zu d. theol. Wissenschaften, T. I) p. 76 ss. *Lipsius* Paulin. Rechtfertigungslehre, p. 152 ss. 185 s. *Güder* in *Herzog* Theol. Enc. 8. p. 254 ss. *B. B. Brückner* de notione vocis ζωή in N. T. Lips. 1858. *Huther* die Bedeut. der Begriffe ζωή u. πιστεύειν im N. T., in d. Jahrbb. f. deutsche Theol. 1872, p. 1 ss. — Nonnulli, ut *Bretschneider, Wahl, Wilke,* inprimis *Käuffer* (in libro: de biblica ζωῆς αἰωνίου notione Dresd. 1838), ζωὴν αἰώνιον ubique etiam in joanneis scriptis do *vita resurrectionem secutura* intelligere jubent, sed ita non solum in dictione ἐκ τοῦ θανάτου μεταβεβηκέναι εἰς τ. ζωήν (Jo. 5, 24. 1 Jo. 3, 14), praeteritum *propheticum* statuere, sed etiam frequentatum illud ἔχει ζωὴν *al.* interpretari coguntur: *habet vitam aeternam etsi spe tantum, tamen certo assignatam,* quemadmodum etiam ζωὴν *al.* οὐκ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ μένουσαν (1 Jo. 3, 15) de *spe* vitae aeternae explicant.*

ζώνη, ης, ἡ (ζώννυμι), *zona, cingulum,* non solum vestimentis constringendis, ne diffluerent, Mt. 3, 4. Mc. 1, 6. Act. 21, 11. Ap. 1, 13. 15, 6., sed etiam, quia cavum erat, recondendis nummis inserviens, Mt. 10, 9. Mc. 6, 8. Plut. mor. p. 665 b; *„argentum in zonis habentes“*, Liv. 33, 29.*

ζώννυμι et ζωννύω, 2. ps. sing. impf. ἐζώννυες, fut. ζώσω, imper. aor. med. ζῶσαι, *cingo;* τινά, Jo. 21, 18; med. *cingo me,* Act. 12, 8 *Lchm. Tdf. Trg.* (Ex. 29, 9. Hom. et al.)*

ζωογονέω, ῶ, f. ήσω (a ζωογόνος, viviparus, et hoc e ζωός et ΓΕΝΩ), 1) pr. *partum vivum edo* (Theophr. Diod. Lucian. Plut. al.). — 2) *vitam tribuo, vivum reddo* (Theophr. h. pl. 4, 15, 4. Ath. 7, p. 298 c.); τὰ πάντα, de deo, 1 Tim. 6, 13 *Lchm. Tdf. Trg.* — 3) in sacris libris: *vivum (in vita) conservo;* τὴν ψυχήν, Lc. 17, 33; pass. Act. 7, 19 (pro הֶחֱיָה, Ex. 1, 17. Judic. 8, 19.)*

ζῶον, ου, τό (ζωός, vivus), 1) *quod vivit, animans.* — 2) *brutum, bestia;* Heb. 13, 11. 2 Pet. 2, 12. Jud. vs. 10. Ap. 4, 6—9 al.

ζωοποιέω, ῶ, f. ήσω, inf. aor. 1. ζωοποιῆσαι, fut. pass. 1. ζωοποιηθήσομαι, ptcp. aor. 1. pass. ζωοποιηθείς (ζωοποιός), 1) *vivum progigno* (Aristot. Theophr.). — 2) *vivere facio, vivum reddo, vitam praebeo;* τὰ πάντα, de deo, 1 Tim. 6, 13 t. vulg. *Grsb.;* mentis vi vires excito et indo, 2 Co. 3, 6. Gal. 3, 21; ζωὴν αἰώνιον (sensu joanneo) praebeo, Jo. 6, 63; de mortuis: *vitae restituo,* 1 Co. 15, 45; τινά, Jo. 5, 21. Ro. 4, 17. 8, 11; pass. 1 Co. 15, 22; i. q. *vitae incrementa praebeo;* ita de physica vita: πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται, Barnab. ep. c. 6; de animo: ζωοποιηθεὶς πνεύματι, animum quod attinet, novis iisque majoribus vitae viribus auctus, 1 Pet. 3, 18., ad q. cf. *Lechler* das apost. u. nachapost. Zeitalter, p. 182. ed. 2. — metaph. (Geop. 9, 11, 17) de seminibus vivescentibus, i. e. progerminantibus, herbescentibus, adolescentibus. 1 Co. 15. 36.*

# H.

ἤ, conjunctio disjunctiva; ponitur 1) ita, ut distinguat res vel notiones, quae aut se invicem excludunt, aut quarum una alterius locum obtinere potest; *aut; vel;* nostr. *oder; a*) alteram rem ab altera verbis in sententia pari ratione constructis, Mt. 5, 17 (*τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας*); vs. 36 (*λευκὴν ἢ μέλαιναν*); 6, 31. 7, 16. Mc. 6, 56. 7, 11 s. Lc. 2, 24. 9, 25. Jo. 7, 48. 13, 29. Act. 1, 7. 3, 12. 4, 7. Ro. 1, 21. 3, 1. 1 Co. 4, 3. 5, 10 s. 10, 19. Gal. 1, 10 al. — *b*) post quaestiones aut assertas sententias ante quaestiones, quibus subest ejusdem rei alia ratione demonstrandae consilium; Mt. 7, 4. 9. 12, 29. 16, 26. 26, 53. Mc. 8, 37. Lc. 13, 4. 14, 31. 15, 8. Ro. 9, 21. 14, 10. 1 Co. 6, 16. — *c*) ante sententiam proxime praecedenti contrariam, ut, si unum negetur vel tollatur, alterum ponendum dicatur, et vice versa; Mt. 20, 15 (i. e. aut si hoc non concedis, num etc., *oder etwa*); Ro. 3, 29. 1 Co. 9, 6. 10, 22. 11, 14. 14, 36. 2 Co. 11, 7; *ἢ ἀγνοεῖτε, ...,* Ro. 6, 3. 7, 1 (coll. 6, 14); *ἢ οὐκ οἴδατε, ...,* Ro. 11, 2. 1 Co. 6, 9. 19. — *d*) *ἢ — ἤ, aut — aut;* Mt. 6, 24. 12, 33. Lc. 16, 13. Act. 24, 20 s. 1 Co. 14, 6. — 2) in disjunctiva quaestione respondet latino *an* post *utrum* posito; *a*) praecedente *πότερον*, Jo. 7, 17; cf. *Klotz* ad Dev. II, p. 574 s.; praecedente interrogativo *μή*, 1 Co. 9, 8; praeced. *μητι*, 2 Co. 1, 17. — *b*) ita, ut in priore interrogationis membro nulla praecedat particula, quae indicet interrogationem; *τί ἐστι εὐκοπώτερον, εἰπεῖν ..., ἢ εἰπεῖν*, Mt. 9, 5. Mc. 2, 9. Lc. 5, 23; adde Mt. 21, 25. 23, 17. 19. 27, 17. Mc. 3, 4. Lc. 7, 19. Act. 8, 34. — *c*) *ἢ — ἢ — ἤ*, Mc. 13, 35. — 3) est conjunctio comparativa, *quam*, nostr. *als, denn; a*) post comparativos, Mt. 10, 15. 11, 22. Lc. 9, 13. 16, 17. Jo. 3, 19. 4, 1. Act. 4, 19. Ro. 13, 11 et saepe. — abest *ἤ* post *πλείους* sq. nomine numerati, Mt. 26, 53 *Tdf. Trg.;* Act. 4, 22. 23, 13. 21. 24, 11 (q. l. text. vulg. addit *ἤ*); cf. *Matthiae* §. 455. not. 4. *Kühner*, II, p. 847. *Win.* p. 554. *Lob.* ad Phryn. p. 410 s. — *b*) post *ἕτερον*, Act. 17, 21. — *c*) *πρὶν ἤ*, *prius quam*, sq. acc. c. inf., Mt. 1, 18. Mc. 14, 30. Act. (2, 20 t. vulg. *Grsb.*); 7, 2; sq. conjunct. aor., Lc. 2, 26 et in t. vulg. 22, 34; sq. optat. praes., Act. 25, 16. — *d*) post *θέλω* i. q. *praefero, malo*, 1 Co. 14, 19 (sq. *ἤπερ*, 2 Macc. 14, 42); exempla e Graecis praebent *Klotz* ad Devar. II, 589 s. *Win.* §. 35, 2. *Kühner* II, p. 841. — *e*) post *οὐ*, Jo. 13, 10 t. vulg. *Grsb.*, ubi post *οὐ χρείαν ἔχει* ita pergitur, quasi dictum sit *οὐκ ἄλλου τινὸς χρείαν ἔχει.* — *f*) post positivas notiones, quibus ita praebetur vis comparativorum; post *καλόν ἐστι*, i. q. *praestat.* Mt. 18, 8 s. Mc. 9, 43. 45, 47; cf. *Menandri* illud *καλὸν τὸ μὴ ζῆν, ἢ ζῆν ἀθλίως*, et Plaut. rud. 4, 4, 70: „*tacita mulier est bona semper, quam loquens*"; similia in V. T. Gen. 49, 12. Ps. 118, 8. Jon. 4, 3. 8. Tob. 6, 12. 12, 8. Sir. 20, 25. 22, 15. 4 Macc. 9, 1; item post *λυσιτελεῖ*, sensu *satius est* (Tob. 3, 6), Lc. 17, 2; post *χαρά ἐστι*, Lc. 15, 7; exempla e Graecis praebent *Bttm.* p. 492. *Win.* et *Kühner* l. c. — 4) c. aliis particulis: *a*) *ἀλλ' ἤ*, v. in *ἀλλά*, n. 10, p. 18. col. 1. — *b*) *ἢ γάρ*, v. in *γάρ*, n. I, p. 75, col. 1. — *c*) *ἢ καί*, *α*) *aut etiam, vel etiam:* Lc. 11, 11 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* vs. 12. 18, 11. Ro. 2, 15. 1 Co. 16, 6. 2 Co. 1, 13. — *β*) *an etiam* (in quaestione disjunctiva), Lc. 12, 41. Ro. 4, 9. — *d*) *ἤπερ*, *quam forte* (*als etwa*), post comparat., Jo. 12, 43 (2 Macc. 14, 42. Hom. Hesiod.). — *e*) *ἤτοι — ἤ, aut sane — aut;* Ro. 6, 16 (Sap. 11, 18. Hdt. et sqq.).

ἦ μήν, *profecto, certissime* (particula affirmantis, promittentis, jurantis), Heb. 6, 14 t. vulg. *Grsb.;* v. in *εἰ*, III, 10. p. 118 col. 1. (LXX; persaepe ap. Graecos inde ab Hom.)

ἡγεμονεύω (*ἡγεμών*), *a*) *sum dux; duco.* — *b*) *rego, impero;* c. gen. provinciae, *praesum in provincia*, dic. de imperio proconsulis, Lc. 2, 2; procuratoris, 3, 1.*

ἡγεμονία, ας, ἡ (*ἡγεμών*), *imperium;* de imperio Caesaris romani, Lc. 3, 1. Jos. antt. 18, 4, 2.*

ἡγεμών, όνος, ὁ (*ἡγέομαι*), ap. Graecos maxime variae significationis: *dux cujusvis generis, moderator, praefectus, praeses, princeps, imperator, rex;* in N. T. speciatim 1) *legatus Caesaris, nomine et auctoritate Caesaris provinciam administrans; praeses provinciae;* Mt. 10, 18. Mc. 13, 9. Lc. 21. 12. 1 Pet. 2, 14. — 2) *procurator*, Vulg. *praeses;* (Luth. *Landpfleger*), magistratus, qui proconsuli vel propraetori additus reditus Caesaris curabat et in causis ad hos reditus spectantibus jus dicebat (*ἐπίτροπος, διοικητής* ap. profanos), aut vero etiam in minoribus provinciis majorum quasi appendicem referentibus potestatem praesidis provinciae exercebat, cujusmodi ratio procuratori Judaeae cum proconsule Syriae erat (cf. *Krebs* Observv. Flav. p. 61 ss. *Fischer* de vitiis lexx. p. 432 ss. *Win.* RWB. s. v. Procuratoren; *Vaihinger* in *Herzog* Enc. 8, p. 188 ss. *Krenkel* in *Schenkel* BL. 4, p. 7; ita de Pilato, Felice, Festo, Mt. 27, 2. 11. 14 s. 21. 23. 27. 28, 14. Lc. 20, 20. Act. 23, 24. 26. 33. 24, 1. 10. 26, 30; *Πιλάτος ὁ τῆς Ἰουδαίας ἡγεμών*, Jos. antt. 18, 3, 1. (Tac. ann. 15, 44: „Christus Tiberio imperante per *procuratorem* Pontium Pilatum supplicio affectus erat".) — 3) *primus, princeps;* ita de oppido primario tamquam *capite regionis*, Mt. 2, 6 (sens.: nequaquam minima es inter potiora oppida Judae; minus apte alii, etiam *Bleek:* nequaquam minima haberis inter principes = a proceribus civitatis. Effatum depromtum est e Mich. 5, 5, 1., ubi evangelista hebr. בְּאַלְפֵי (recte LXX *ἐν χιλιάσι*) pronuntiasse videtur בְּאַלֻּפֵי.*

ἡγέομαι, οῦμαι, pf. *ἥγημαι*, aor. 1. *ἡγησάμην* (ab *ἄγω*), dep. med. inde ab Hom.; 1) *duco*, i. e. *a*) *praeeo.* — *b*) *dux sum; rego, impero; praesum;* in N. T. ita solo in ptcp. praes. *ἡγούμενος, princeps*, de regia potestate (Ez. 43, 7 pro מֶלֶךְ; Sir. 17, 17). Mt. 2, 6; *procurator* (regius), Act. 7, 10; *praefectus*, Lc. 22, 26 (opp. *ὁ διακονῶν*); *pollens auctoritate, plurimum valens consilio, ἔν τισι*, inter aliquos, Act. 15, 22; c. gen. personae, cui aliquis praeest, ita de antistitibus coetuum christianorum, Heb. 13, 7. 17. 24 (*οἴκου*, 2 Chr. 31, 13; *τῶν πατριῶν*, 3 Esr. 5, 68. 70; *τῆς πόλεως*, Judd. 9, 51 e cod. alex.; dux militaris, 1 Macc. 9, 30. 2 Macc. 14, 16; etiam ap. Graecos dic. de cujusvis generis duce, principe, praefecto, Soph. Phil. 386; saepe ap. Pol.; Diod. 1, 4 et 72. Luc. Alex. 44 et ap. al.); c. gen. rei, *τοῦ λόγου*, qui verba praeit (*Wortführer*), Act. 14, 12 de Mercurio, qui etiam *τοῦ λόγου ἡγεμών* dicitur ap. Jamblich. de myster., init. — 2) ut lat. *duco*, i. q. *existimo;* c. duplici acc., altero objecti, altero praedicati, Act. 26, 2.

Phil. 2, 3. 6 (de quo loco v. in ἁρπαγμός); 3, 7, 1 Tim. 1, 12. 6, 1. Heb. 10, 29. 11, 11. 26. 2 Pet. 1, 13. 2, 13. 3, 9. 15. — *τινὰ ὡς τινα*, 2 Th. 3, 15; *τινὰ ὑπερεκπερισσῶς*, maximi aliquem facio, 1 Th. 5, 13 (*περὶ πολλοῦ*, Hdt. 2, 115; *περὶ πλείστου*, Thuc. 2, 89); c. acc. rei sq. *ὅταν*, Jac. 1, 2; *ἀναγκαῖον*, sq. inf. 2 Co. 9, 5. Phil. 2, 25; *δίκαιον* sq. inf. 2 Pet. 1, 13; sq. acc. c. inf. Phil. 3, 8.*

*ἡδέως*, adv. (ab *ἡδύς*, dulcis, suavis), *cum voluptate, libenter;* Mc. 6, 20. 12, 37. 2 Co. 11, 19.*

*ἤδη*, adv., in N. T. ubique de tempore, *jam* (*schon, bereits, nun*); Mt. 3, 10. 5, 28. 14, 15. Mc. 4, 37. 11, 11. Lc. 7, 6. 12, 49. Jo. 4, 35. 51. 19, 28 (jam omnia consummata esse nec quidquam sibi superesse agenda aut sustinenda); Act. 27, 9; Ro. 13, 11 (jam expergiscendum nec amplius somno indulgendum esse); 1 Co. 4, 8 et saepius; *νῦν - - ἤδη*, *jam nunc*, 1 Jo. 4, 3; *ἤδη ποτέ*, *tandem aliquando*, c. fut. Ro. 1, 10.

*ἥδιστα* (neutr. plur. superlativi *ἥδιστος* ab *ἡδύς*), adv. *suavissime, lubentissime* (cf. *ἡδέως*), 2 Co. 12, 9. 15. (Soph. Xen. Plat. al.)*

*ἡδονή*, *ῆς*, *ἡ* (*ἥδομαι*), *voluptas*, 2 Pet. 2, 13; plur. Lc. 8, 14 (*αἱ ἡδοναὶ τ. βίου*); Tit. 3, 3. Jac. 4, 3; meton. cupiditates rerum voluptariarum (*Grot.*), Jac. 4, 1.*

*ἡδύοσμος, ον* (*ἡδύς* et *ὀσμή*), *jucunde olens* (Plin.); neutr. *τὸ ἡδ.* substantive, *mentha hortensis* (*Gartenminze*, i. q. *μίνθη*, Strab. 8, p. 344. Theophr. de caus. plant. 6, 22; h. pl. 7, 7), genus herbae minoris odoriferae, quo Judaei pavimentum aedium et synagogarum conspergere solebant, מִינְתָּא iis appellatum, v. *Buxtorf.* lex. talm. p. 1228), Mt. 23, 23. Lc. 11, 42.*

*ἦθος. εος* (*ους*), *τό* (cognat. voci *ἔθος*, ut videtur, ab *ΕΩ*, unde *ἧμαι, ἕζω*), 1) *consueta sedes, domicilium, mansio, status solitus* (Hom. Hes. Hdt. al.). — 2) *consuetudo, mos* (cf. nostr. *Sitzen, Sitte*); plur. *τὰ ἤθη, mores*, 1 Co. 15, 33 in versu Menandri; cf. ej. frgm. ed. *Meinecke* p. 75. (Sir. 20, 25. 4 Macc. 1, 29. 2, 7. 21.)*

*ἥκω*, impf. *ἧκον* (Act. 28, 23., ubi *Lchm. Tdf. Trg.* *ἦλθον*), fut. *ἥξω*, aor. 1. *ἧξα* (Lc. 13, 35 t. vulg. *Grsb.;* Ap. 2, 25 et t. vulg. *Grsb.* 3, 9), pf. *ἧκα* (saepius ap. LXX, ut Gen. 42, 7. 9. 45, 16. Jos. 9, 6. Job. 16, 22 al.; in N. T. semel ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Mc. 8, 3; ap. antiquiores et elegantiores scriptores exstant solum praes., impf. et fut.; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 743 s. *Bttm.* Gr. max. II, p. 205. *Win.* p. 83), LXX pro בּוֹא; — *veni, adveni, adsum;* impf. *adveneram, aderam* (cf. *Matthiae* II, p. 1136. *Krüger* I, p. 372); absol. de personis, Mt. 24, 50. Mc. 8, 3. Lc. 12, 46. 15, 27. Jo. 8, 42. Heb. 10, 7. 9. 37. 1 Jo. 5, 20. Ap. 2, 25. 3, 9. 15, 4; sq. *ἀπό* c. gen. loci, Mt. 8, 11. Lc. 13, 29; sq. *ἐκ* c. gen. loci, Ro. 11, 26; add. *εἰς* c. acc. loci, Jo. 4, 47; *μακρόθεν*, Mt. 8, 3; *πρός τινα*, Act. 28, 23; metaph. me applico ad alicujus familiaritatem, assectator alicujus fio, Jo. 6, 37; *ἐπί τινα, supervenio aliquem* (de improviso) Ap. 3, 3. — de tempore et eventis: absol. Mt. 24, 14. Jo. 2, 4. 2 Pet. 3, 10. Ap. 18, 8; *ἕως ἂν ἥξῃ* (sc. *ὁ καιρὸς*), *ὅτε εἴπητε*, Lc. 13, 35; *ἐπί τινα*, metaph. *supervenio aliquem*, de iis, quae in aliquem devolvuntur, ut sustineat (de malis, calamitosis temporibus), Mt. 23, 36. Lc. 19, 43.*

*Ἠλί* (*Lchm. Ἡλί, Tdf. Ἡλεί*), vox hebr. אֵלִי, *deus mi*, Mt. 27, 46.*

*Ἡλί* (ap. *Tdf., Trg. Ἡλεί*) indecl., *Eli*, pater Josephi, mariti Mariae, Lc 3, 23.*

*Ἠλίας* (*Lchm. Trg. Ἡλίας, Tdf. Ἡλείας*), *ου, ὁ* (אֵלִיָּה s. אֵלִיָּהוּ, i. e. aut „robur domini", aut „deus meus est dominus"), *Elias*, propheta ex oppido Thisbe ortus, sub Ahabo et Ahasja regibus acerrimus theocratiae propugnator, sine mortis interventu in coelum sublatus, unde e Judaeorun exspectatione proxime ante Messiae adventum in terram rediturus et Messiae aditum in Israelitarum animos paraturus erat (1 Regg. c. 17—19. 2 Regg. 2, 6 ss. 2 Chr. 21, 12. Mal. 3, 23. Sir. 48, 1. 4. 12); Mt. 11, 14. 16, 14. 17, 3 s. 10—12. 27, 47. 49. Mc. 6, 15. 8, 28. 9, 4 s. 11—13. 15, 35 s. Lc. 1, 17. 4, 25 s. 9, 8. 19. 30. 33. 54. Jo. 1, 21. 25. Jac. 5, 17; *ἐν Ἠλίᾳ*, in historia de Elia, Ro. 11, 2.*

*ἡλικία, ας, ἡ* (ab *ἧλιξ*, qui adultae et maturae aetatis est, Hom. Od. 18, 373), inde ab Hom.; 1) *aetas* (*Lebensalter*); *a*) univ. Mt. 6, 27. Lc. 12, 25; v. infra in *πῆχυς*, atque *de Wette, Meyer, Bleek* ad Mt. l. c.; *παρὰ καιρὸν ἡλικίας*, praeter idoneam aetatem, Heb. 11, 11. (2 Macc. 4, 40. 4 Macc. 5, 4.) — *b*) *adulta et matura aetas; ἔχειν ἡλικίαν*, Jo. 9, 21. 23. — *c*) *aetas ad aliquid idonea;* c. gen. rei, ad quam apta est; *τοῦ γάμου*, Dem.; *τοῦ ἤδη φρονεῖν*, Plat. Eryx. p. 396 b; metaph. de adepto animi statu ad aliquid idoneo, *τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ*, aetas, qua ad excipiendam in nos copiam (v. in *πλήρωμα*) Christi idonei sumus, Eph. 4, 13. — 2) *statura* (Dem. Plut. al.); *τῇ ἡλικίᾳ μικρός*, Lc. 19, 3; *προκόπτειν ἡλικίᾳ*, i. e. staturae proceritate ac decore (*Bengel*), Lc. 2, 52; cf. *Meyer, Bleek* ad h. l.*

*ἡλίκος, η, ον* (*ἧλιξ*, v. in *ἡλικία*), pr. *quantus aetate, quantus statura;* univ. *quantus; quam magnus;* ita Col. 2, 1. Jac. 3, 5; *quam parvus* (Luc. Hermot. 5), *ἡλίκον πῦρ*, Jac. 3, 5 *Lchm. Tdf. Trg.**

*ἥλιος. ίου, ὁ* (*ἕλη*), LXX pro שֶׁמֶשׁ; *sol;* Mt. 5, 45. 13, 43. Mc. 13, 24. Lc. 4, 40. 21, 25. Act. 26, 13. 1 Co. 15, 41. Ap. 1, 16 al.; i. q. *radii solis*, Ap. 7, 16; i. q. *lux diei; μὴ βλέπων τὸν ἥλιον*, de coeco, Act. 13, 11.

*ἧλος, ου, ὁ, clavus;* Jo. 20, 25.*

*ἡμεῖς*, v. in *ἐγώ*.

*ἡμέρα, ας, ἡ* (ab adjectivo *ἥμερος, ον*, pr. *ἡμέρα ὥρα*, mite tempus, cf. *Lob.* Paral. p. 359), heb. יוֹם; *dies;* dic. 1) de die *naturali* s. de temporis spatio inter ortum et occasum solis sito, quod a nocte distinguitur et nocti opponitur; *a*) pr. *ἡμέρας*, interdiu, Ap. 21, 25; *ἡμέρας κ. νυκτός*, die noctuque, Mc. 5, 5. Lc. 18, 7. Act. 9, 24. 1 Th. 2, 9. 3, 10. 1 Tim. 5, 5. 2 Tim. 1, 3. Ap. 4, 8. 7, 15. 12, 10. 14, 11. 20, 10; *ἡμέρας μέσης*, die medio, Act. 26, 13; *νύκτα καὶ ἡμέραν*, Mc. 4, 27. Act. 20, 31. 2 Th. 3, 8; hyperbol. i. q. *sine intermissione, λατρεύειν*, Lc. 2, 37. Act. 26, 7; *ἡμέρας ὁδός*, unius diei iter, Lc. 2, 44 (Gen. 31, 23); *τὰς ἡμέρας*, acc. temporis, *per dies*, Lc. 21, 37; *ἐκείνην τ. ἡμέραν*, Jo. 1, 40; *πᾶσαν ἡμέραν*, quotidie, Act. 5, 42; *ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν*, ut nos: *um einen Denar den Tag*, Mt. 20, 2; *δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας*, Jo. 11, 9; dierum numero adduntur totidem noctes: Mt. 4, 2. 12, 40; *γίνεται ἡμέρα*, illucescit, Lc. 4, 42. 6, 13. 22, 66. Act. 12, 18. 16, 35. 23, 12. 27, 29. 33. 39. (Xen. an. 2, 2, 13. 7, 2, 34); *περιπατεῖν ἐν τ. ἡμέρᾳ*, Jo. 11, 9; *ἡ ἡμέρα φαίνει*, Ap. 8, 12; *ἡ ἡμέρα κλίνει*, advesperascit, Lc. 9, 12. 24, 29. — *b*) metaph. dies spectatur tamquam tempus, quo abstinendum est a luxurie, flagitiis, sceleribus, quippe quae noctu et in tenebris peraguntur, 1 Th. 5, 5. 8; unde *ὁ αἰὼν οὗτος* (v. in *αἰών*, n. 3) *nocti, αἰὼν μέλλων diei* comparatur atque monentur Christiani, decore versari, quasi illuxerit, h. e. quasi jam adsit *αἰών ὁ μέλλων*, Ro. 13, 12 s. — *ἕως ἡμέρα ἐστίν*, quoad dies lucet, i. e. quoad vita mihi operandi opportunitatem praebet, Jo. 9, 4. — de cognitionis luce dic. 2 Pet. 1, 19. — 2) de die *civili* s. de 24

horarum spatio, ut nox comprehendatur; Mt. 6, 34. Mc. 6, 21. Lc. 13, 14 al.; opp. horae, Mt. 25, 13; horis, mensibus, annis, Ap. 9, 15. Gal. 4, 10; ἡ ἐν ἡμέρᾳ τρυφή, brevissimi temporis deliciae, 2 Pet. 2, 13; ἑπτάκις τῆς ἡμ., septies intra diei spatium, Lc. 17, 4; dativ. ἡμέρᾳ de die, *quo*, velut τρίτῃ ἡμέρᾳ Mt. 16, 21. Mc. 9, 31. Lc. 17, 29 s. Act. 2, 41 al.; ἡμέρᾳ κ. ἡμέρᾳ, quovis die, 2 Co. 4, 16 (ex hebr. יוֹם יוֹם, Esth. 3, 4., ubi LXX καθ' ἑκάστην ἡμέραν, et יוֹם יוֹם, Ps. 68, 20., ubi LXX ἡμέραν καθ' ἡμέραν); ἡμέραν ἐξ ἡμέρας (v. in ἐκ, n. IV), 2 Pet. 2, 8; accus. temporis: ὅλην τ. ἡμέραν, Ro. 8, 36. 10, 21; μίαν ἡμέραν, Act. 21, 7; et in plur. Jo. 2, 12. 4, 40. 11, 6. Act. 9, 19. 10, 48. 16, 12. 20, 6. 21, 4. 10. 25, 6. 14. 28, 7. 12. 14. Gal. 1, 18. Ap. 11, 3. 9. — junct. c. praepositionibus: ἀπό c. gen., *inde* — *a* (*von* — *an*), Mt. 22, 46. Jo. 11, 53. Act. 10, 30. 20, 18. Phil. 1, 5; ἄχρι c. gen., *usque ad*--, Mt. 24, 38. Lc. 1, 20. 17, 27. Act. 1, 2. 2, 29. 23, 1. 26, 22; ἄχρι πέντε ἡμερῶν, donec quinque dies praeterlapsi erant, i. e. post quinque dies, Act. 20, 6; μέχρι c. gen., *usque ad*, Mt. 28, 15; ἕως c. gen., *usque ad*, Mt. 27, 64. Act. 1, 22; Ro. 11, 8; διά c. gen., v. in διά, A. II, p. 90 s.; πρό c. gen., *ante*, Jo. 12, 1 (de quo l. v. in πρό); ἐν c. dat. sing. Mt. 24, 50. Lc. 1, 59. Jo. 5, 9. 1 Co. 10, 8. Heb. 4, 4 al.; ἐν c. dat. plur. Mt. 27, 40. Mc. 15, 29. Jo. 2, 19 s. al.; εἰς, *in*, nostr. *auf*, Jo. 12, 7. Ap. 9, 15; ἐπί c. acc. *in*, *ad*, nostr. *auf--hin*, Act. 13, 31 (pluribus deinceps diebus); 16, 18. 27, 20. Heb. 11, 30; καθ' ἡμέραν, quotidie, Mt. 26, 55. Mc. 14, 49. Lc. 16, 19. 22, 53. Act. 2, 46 s. 3, 2. 16, 5. 19, 9. 1 Co. 15, 31. 2 Co. 11, 28. Heb. 7, 27. 10, 11; item τὸ καθ' ἡμέραν, Lc. 11, 3. 19, 47. Act. 17, 11 (Pol. 4, 18, 2; cf. *Matthiae* II, p. 734. *Bnhdy* p. 329. *Bttm.* ntl. Gr. p. 84); καθ' ἑκάστην ἡμέραν, quovis die, Heb. 3, 13 (Xen. mem. 4, 2, 12); item κατὰ πᾶσαν ἡμ., Act. 17, 17; μετά, *post*, Mt. 17, 1. 26, 2. 27, 63. Mc. 8, 31. Lc. 1, 24. Jo. 4, 43. 20, 26. Act. 1, 5. 15, 36 al. — οὐ πλείους εἰσίν ἐμοὶ ἡμέραι, ἀφ' ἧς, sc. ἡμέρας, Act. 24, 11. — Quasi adverbialiter et sine ullo cum reliquis vinculo notatio numeri dierum in nominativo interponitur orationi (cf. *Fritzsche* ad Mc. p. 310 s. *Win.* p. 481 et 523): ἤδη ἡμέραι (t. vulg. ἡμέρας, e correctione) τρεῖς, Mt. 15, 32. Mc. 8, 2; ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ, Lc. 9, 28. — ἡμερῶν διαγενομένων τινῶν, aliquot diebus interjectis, Act. 25, 13. — ἡμέρα et ἡμέραι c. genit. nominum festa vel solennitatem certo die agi solitam significantium; τῶν ἀζύμων, Act. 12, 3; τῆς πεντεκοστῆς, Act. 2, 1. 20, 16; τοῦ σαββάτου, Lc. 13, 14. 16. Jo. 19, 31; ἡ κυριακὴ ἡμέρα, dies domini, i. e. quo Christus in vitam rediit, ergo dies solis, Ap. 1, 10; ad dies festos spectant etiam phrases κρίνειν ἡμέραν παρ' ἡμέραν, diem diei praeferre, et κρίνειν πᾶσαν ἡμέραν, quemvis diem sacrum habere, Ro. 14, 5; φρονεῖν τὴν ἡμέραν, diem quendam spectare, qui ad pietatis exercitia eligatur, ib. vs. 6; ἡμέρας παρατηρεῖσθαι, dies observare, Gal. 4, 10. — Ex Hebraeorum more quidam dierum numerus *completus* esse dicitur de praefinito quodam et jam praeterlapso temporis spatio (v. *Gesenius* s. v. מָלֵא), unde phrases ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας, dies sacerdotis negotio impendendi, Lc. 1, 23 (quum sacris per tempus constitutum operatus esset); τοῦ περιτεμεῖν αὐτόν, ut eum circumciderent, 2, 21; τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν, vs. 22; συντελεσθεισῶν ἡμερῶν, 4, 2; τελειωσάντων τὰς ἡμέρας, cum tempus ipsis constitutum ibi transegissent, 2, 43; ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμ. τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, quum jam compleretur dierum numerus, quem Jesu receptio in coelum requireret, i. q. ante quos dies evenire illa non poterat, 9, 51; ἡ ἐκπλήρωσις τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ, expletio dierum ad lustrationem necessariorum, Act. 21, 26; συντελοῦνται αἱ ἡμέραι, vs. 27; ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τ. ἡμέραν τῆς πεντεκοστῆς, quum mensura temporis ad pentecostes diem necessaria compleretur, h. e. ipso pentecostes die, 2, 1. Ut in nonnullis exemplis modo allatis ἡμέρα c. gen. rei aliquo die agendae aut eventurae copulatur, ita etiam in ἡμ. τοῦ ἐνταφιασμοῦ, Jo. 12, 7; ἀναδείξεως, Lc. 1, 80. — c. gen. pers., ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου, die tibi opportuno, quo salus tibi offertur ac parari potest, Lc. 19, 42. (Pol. 18, 5, 8: μὴ παρῇς τὸν καιρόν - - σὴ νῦν ἐστιν ἡμέρα, σὸς ὁ καιρός, Pol. 18, 5, 8; „meus dies est, tempore accepto utimur". Sen. Med. 1017.) — 3) de *die hujus aevi* (v. in αἰών n. 3) *ultimo*, quo Christus e coelis redibit, mortuos in vitam resuscitabit, judicium extremum habebit regnumque suum consummabit, usurpantur hae dictiones: ἡ ἡμέρα simpliciter Ro. 13, 12. Heb. 10, 25 coll. 1 Th. 5, 4; ἡ ἡμέρα τοῦ κυρίου, Χριστοῦ, Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, Lc. 17, 24 t. vulg. *Grsb. Tdf. Trg.*; 1 Co. 1, 8. 5, 5. 2 Co. 1, 14. Phil. 1, 6. 10. 1 Th. 5, 2. 2 Th. 2, 2. 2 Pet. 3, 10; ἡ ἡμ. κυρίου ἡ μεγάλη Act. 2, 20 (e Joel. 3, 4); ἡμέρα, ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται, Lc. 17, 30; ἡ ἡμέρα τ. θεοῦ, 2 Pet. 3, 12; ἡ ἡμέρα ἐκείνη ἡ μεγάλη τοῦ θεοῦ τοῦ παντοκράτορος, Ap. 16, 14 (jam vatum V. T. oraculis *dies Jehovae* celebratur, quo Jehova in causae suae adversarios vehementer et severe vindicaturus sit, velut Joel. 1, 15. 2, 1. 11. Jes. 2, 12. 13, 6. 9. Am. 5, 18. 20. Jer. 46, 10. Ez. 13, 5. 30, 2 ss. Obad. 15. Zeph. 1, 7 ss. Mal. 3, 17); ἡ ἡμ. ἐκείνη et ἐκείνη ἡ ἡμέρα, Mt. 7, 22. Lc. 6, 23. 10, 12. 21, 34. 2 Th. 1, 10. 2 Tim. 1, 12. 18. 4, 8; ἡ ἐσχάτη ἡμ., Jo. 6, 39 s. 44. 54. 11, 24. 12, 48; ἡμ. ἀπολυτρώσεως, Eph. 4, 30; ἐπισκοπῆς (v. in ἐπισκοπή), 1 Pet. 2, 12; κρίσεως, Mt. 10, 15. 11, 22. 24. 12, 36 (Mc. 6. 11 t. vulg.); 2 Pet. 2, 9. 3, 7 coll. Act. 17, 31; τῆς κρίσεως, 1 Jo. 4, 17; ὀργῆς κ. δικαιοκρισίας τ. θεοῦ, Ro. 2, 5 (יוֹם זַעַם Ez. 22, 24; יוֹם אַף־יְהוָה Zeph. 2, 3 s.); ἡ ἡμ. ἡ μεγάλη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, Ap. 6, 17; ἡμ. σφαγῆς, internecionis (improborum), Jac. 5, 5. — Dictionem ἡμέρα κυρίου respiciens Paulus dicit ἀνθρωπίνην ἡμέραν pro consessu judicum die juris dicundi congregatorum (cf. nostr. *Landtag*, *Reichstag*), 1 Co. 4, 3. — 4) Ex Hebraeorum usu (etsi ne a Graecis quidem prorsus alieno, cf. Soph. Aj. 131. 613. Eur Ion. 720), ut nonnumquam *dies* a Romanis, dic. omnino de *tempore*; Jo. 14, 20. 16, 23. 26. Heb. 8, 9; τὴν ἐμὴν ἡμέραν, tempus, quo exstiturus essem inter homines Messias, Jo. 8, 56; ἐν τῇ ἡμ. τῇ πονηρᾷ, tempore calamitatum et vexationum, quibus daemones Christianos tentant, Eph. 6, 13; ἡμ. σωτηρίας, tempus quo aliquis servatur aut servari potest, 2 Co. 6, 2; εἰς ἡμέραν αἰῶνος, in tempus aeternum (v. in αἰών), 2 Pet. 3, 18; multo saepius in plur. ἡμέραι πονηραί, Eph. 5, 16; ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων, Act. 15, 7; αἱ πρότερον ἡμ., Heb. 10, 32; πάσας τὰς ἡμέρας, per omnes dies, i. e. in perpetuum, Mt. 28, 20 (כָּל־הַיָּמִים, Deut. 4, 40. 5, 26 et saepissime; ἤματα πάντα, Hom. Il. 8. 539. 12, 133. 13, 826 al.); αἱ ἔσχαται ἡμ. (v. in ἔσχατος, p. 176, col. 1), Act. 2, 17. 2 Tim. 3, 1. Jac. 5, 3; αἱ ἡμ. αὗται, tempus praesens, Act. 3, 24; tempus de quo nunc sermo est, Lc. 1, 39. 6, 12. Act. 1, 15 al.; ἐν ταῖς ἡμ. ἐκείναις (v. in ἐκεῖνος, p. 135, col. 1 med.); πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν, Act. 5, 36. 21, 38; πρὸς ὀλίγας ἡμ., ad breve tempus, Heb. 12, 10; ἐλεύσονται ἡμ., ὅταν cett. Mt. 9, 15. Mc. 2, 20. Lc. 5, 35; ὅτε cett. Lc. 17, 22; ἥξουσιν ἡμ. ἐπὶ σέ, καὶ sq. verbi

fut. Lc. 19, 43; ἔρχονται ἡμ., καὶ sq. fut. Heb. 8, 8; ἐλεύσ. vel ἔρχονται ἡμ., ἐν αἷς cett. Lc. 21, 6. 23, 29. — c. gen. rei aliquo tempore factae vel eventurae: τῆς ἀπογραφῆς, Act. 5, 37; τῆς φωνῆς, Ap. 10, 7; τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, terrestris vitae suae, Heb. 5, 7. — αἱ ἡμ. c. gen. pers., *aetas alicujus*, i. e. qua vixit, vel qua suo munere functus est, Mt. 2, 1. 11, 12. 23, 30. 24, 37. Lc. 1, 5. 4, 25. 17, 26. 28. Act. 7, 45. 13, 41. 1 Pet. 3, 20 (Gen. 26, 1. 1 Sam. 17, 10. 2 Sam. 21, 1. 1 Reg. 10, 21. Esth. 1, 1. Sir. 44, 7. 46, 7. Tob. 1, 2. 1 Macc. 14, 36 al.); αἱ ἡμέραι τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρ., tempus proxime a reditu Jesu Chr. e coelis abfuturum, Lc. 17, 26; μίαν τῶν ἡμ. τοῦ υἱ. τ. ἀνθρ., unum diem futuri illius felicissimi aevi, quo Messias devictis hostilibus potestatibus regnabit, 17, 22. — Denique etiam *humanae vitae* durationem et longitudinem Hebraei et qui eos imitantur Hellenistae numero dierum metiuntur; πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν, per omnem vitam nostram, Lc. 1, 75 (Gen. 47, 8 s.; Judith. 10, 3. Tob. 1, 3. Sir. 22, 12. 30, 23. 1 Macc. 9, 71); προβεβηκὼς ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, aetate provectus; nostr. *in die Jahre gekommen; Luth.: wohlbetagt*, Lc. 1, 7. 18. 2, 36 (בָּא בַּיָּמִים, Gen. 18, 11. 24, 1. Jos. 13, 1); ἀρχὴ ἡμερῶν, initium vitae, Heb. 7, 3 (αἱ ἔσχαται ἡμέραι τινός, extrema alicujus aetas, senectus, Protev. Jac. c. 1); ἡμέραι ἀγαθαί, 1 Petr. 3, 10.

*ἡμέτερος, έρα, ον* (ἡμεῖς), *noster, ra, rum;* c. nom. subst. Act. 2, 11. 24, 6. 26, 5. Ro. 15, 4. 2 Tim. 4, 15. 1 Jo. 1, 3. 2, 2; οἱ ἡμέτεροι, substantive *nostri* (nostri coetus homines), Tit. 3, 14.*

*ἦ μήν*, v. in ἦ.

*ἡμιθανής, ές* (ex ἡμι, semi, et θνήσκω, aor. 2. ἔθανον), *semianimis, semimortuus;* Lc. 10, 30. (Diod. 12, 62. Strab. 2, p. 98. Anthol. 11, 392 et ap. al.)*

*ἥμισυς, εια, υ*, gen. ἡμίσους (Mc. 6, 23 pro soluta forma ἡμίσεος, antiquioribus et elegantioribus Graecis usitatiore); neutr. plur. ἡμίση, Lc. 19, 8 t. vulg. *Grsb.* e forma inde a Theophr. usitata pro antiquiore ἡμίσεα, quam recepit *Lchm.* (cf. *Passow* s. v. *Win.* §. 9, 2; ἡμίσεια ap. *Tdf. Trg.* depravationi librariorum deberi videtur, cf. *Steph.* Thes. IV, p. 170. *Bttm.* Gr. max. I, p. 248. *Al. Bttm.* in Studd. u. Kritiken, 1862, p. 194 s.), LXX pro מַחֲצִית, multo saepius חֲצִי; — *dimidius;* recipit genus et numerum adjecti sibi nominis substantivi (ubi exspectaveris τὸ ἥμισυ), τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων, Lc. 19, 8 (ita Graeci ὁ ἥμισυς τοῦ βίου, οἱ ἡμίσεις τῶν ἱππέων, v. *Passow* s. v.; τὰς ἡμίσεις τῶν δυνάμεων, 1 Macc. 3, 34. 37); neutr. τὸ ἥμισυ substantive, *dimidium, dimidia pars;* sine artic. nostr. *eine Hälfte, ein Halb;* ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου (Esth. 5, 3. 7, 2), Mc. 6, 23; ἥμισυ καιροῦ, Ap. 12, 14; ut ap. Graecos καὶ ἥμισυ additur numeris cardinalibus etiam ubi c. substantivis gen. masc. et fem. copulantur: τρεῖς ἡμέρας καὶ ἥμισυ, nos *vierthalb Tage*, Ap. 11, 9. 11 (ὀψωνεῖν δυοῖν δραχμῶν καὶ ἡμίσους, Ath. 6, p. 274 d; δύο vel ἑνὸς πήχεων καὶ ἡμίσους, Exod. 25, 17. 26, 16. 36, 18); omisso καί, Ap. 11, 9 *Tdf.* ed. VII (μυριάδων ἑπτὰ ἡμίσους, Plut. Mar. 34.)*

*ἡμιώριον*, et (ap. *Lchm. Tdf. Trg.*) ἡμίωρον (cf. *Kühner* I, p. 484 s.), *ου, τό* (ex ἡμι et ὥρα, cf. τὸ ἡμικοτύλιον, ἡμιμοίριον, ἡμικόσμιον, ἡμιχοινίκιον, ἡμιωβόλιον al.), *semihora;* Ap. 8, 1. (Strab. 2, p. 133. Geop. al.)*

*ἡνίκα*, adv. temp. relat., *eo tempore, quo; quando;* sq. indicat. praes., de re, quae vere fit, 2 Co. 3, 15 t. vulg. *Grsb.;* sq. ἄν c. conj. praes. *quotiescunque*, ibid. *Lchm. Tdf. Trg.;* sq. ἄν c. conj. aor. Latinorum futuri exacti locum obtinente, *tum demum, quum*, 2 Co. 3, 16. Exod. 1, 10. Deut. 7, 12. Judith. 14, 2.*

*ἧπερ*, v. in ἤ, n. 4, d.

*ἤπιος, α, ον*, rarius duarum terminationum (videtur originem ducere ab ἔπος, εἰπεῖν, ut proprie sit *affabilis*), inde ab Hom., *mitis, lenis, placidus;* 1 Th. 2, 7 (ubi *Lchm.* νήπιοι); πρός τινα, 2 Tim. 2, 24.*

*Ἤρ, Lchm.* Ἥρ (עֵר, vigil, ab עוּר, evigilare), *Er*, unus e majoribus Christi, Lc. 3, 28.

*ἤρεμος, ον*, *quietus, tranquillus;* ἤρεμον κ. ἡσύχιον βίον, 1 Tim. 2, 2. (Luc. tragod. 207. Eustath. Hesych.; comparativ. ἠρεμέστερος ab inusitato ἠρεμής, ap. Xen. Cyr. 7, 5, 63; frequentius ap. antiquiores Graecos est adv. ἠρέμα.)*

*Ἡρώδης, ου, ὁ* (= Ἡρωΐδης, heroide prognatus, unde etymolog. magnum p. 165, 43. 437, 56 Ἡρῴδης scribi jubet, quemadmodum etiam in quibusdam inscriptionibus habetur), *Herodes*, nomen gentis regiae, quae apud Judaeos floruit aetate Jesu et apostolorum. Commemorantur autem in N. T.: 1) qui genti nomen dedit, *Herodes*, cognomine *Magnus*, Antipatri Idumaei filius, anno 40 ante Christum auctore Antonio et consentiente Octaviano a senatu romano Judaeae rex creatus, multis demum in patria superatis impedimentis regnum occupavit anno 37 ante Chr., in quo post actiacam victoriam confirmatus est ab Octaviano, cujus perpetuam sibi conciliavit gratiam. Fortis quidem et militiae peritissimus, eruditus et prudens princeps fuit, at etiam suspiciosissimus et crudelissimus omnem regiam Hasmonaeorum gentem exstinxit, multos Judaeos ipsius imperio offensos necari jussit, nec non in ipsam Mariamnem, Hasmonaeam, dilectissimam uxorem, et duos filios ex ea susceptos caede grassatus est. Quibus caedibus, inprimis vero romanorum morum et institutorum amore et imitatione vectigaliumque subditis impositorum oneribus animos Judaeorum a se abalienavit neque splendidissima templi instauratione aliisque beneficiis eos sibi reconciliare valuit. Mortuus est anno aetatis 70, regni 37, ante aeram dionys. 4. Cf. Jos. antt. 14, 14, 4; 15, 6, 7. 7, 4. 8, 1. 16, 5, 4. 11, 6 al. Extremis ejus annis Joannes baptista et Christus nati sunt, Mt. 2, 1. Lc. 1, 5; auctore Matthaeo c. 2 (coll. Macrob. sat. 2, 4) bethlehemiticos intra bimatum infantes interfici jussit. Cf. prae aliis *Keim* in *Schenkel* BL. 3, p. 27 ss. *Schürer* Ntl. Zeitgeschichte p. 188 ss. librosque ibi notatos. — 2) *Herodes*, cognomine *Antipas*, Herodis Magni et Malthaces, Samaritanae, filius, post patris mortem a Romanis tetrarcha Galilaeae et Peraeae constitutus, primam uxorem habuit filiam Aretae, regis arabici, sed posthac sprevit eam et Herodiadem, Herodi (v. in Φίλιππος) fratri nuptam sibi adscivit, unde socer Aretas bello eum persecutus devicit. Joannem baptistam, qui illegitimum conjugium reprehenderat, Antipas in vincula conjici et postea ab Herodiade instigatus decollari jussit. Eadem instigante Romam se contulit ab imperatore regium titulum sibi comparaturus. Sed Caligula accusationibus ab Herode Agrippa I. contra eum prolatis adductus anno 39 post Chr. Lugdunum Gallorum eum relegat, ubi mortuus esse videtur. Homo levis erat et libidinosus neque a sceleribus se abstinens (Jos. antt. 17, 1, 3. 8, 1. 11, 4; 18, 5, 1. 7, 1 s.; bell. jud. 2, 9, 6). Commemoratur in N. T. solo *Herodis* nomine Mt. 14, 1. 3. 6. Mc. 6, 16—18. 20—22. 8, 15. Lc. 3, 1. 19. 8, 3. 9, 7. 9. 13, 31. 23, 7 s. 11 s. 12. 15. Act. 4, 27. 13, 1; semel, Mc. 6, 14, dicitur βασιλεύς aut abusive, aut ut significetur *e regia familia prognatus* (v. supra

in *βασιλεύς*). Cf. *Keim* l. c. p. 42 ss. *Schürer* l. c. p. 232 ss. — 3) *Herodes Agrippa I* (qui a Luca simpliciter *Herodes*, a Josepho ubique *Agrippa* appellatur), Aristobuli et Berenices filius, Herodis Magni nepos, post varia fata tantam Caesarum Caligulae et Claudii gratiam sibi conciliavit, ut sensim regis nomine totius Palaestinae potestatem impetraret. Mortuus est Caesareae anno post Chr. 44, aetatis 54, regni 7 (Jos. antt. 17, 1. 2. 18, 6. 19, 4. 5. 6, 1. 7, 3. bell. jud. 2, 11, 6), quum paulo ante Jacobum apostolum, Zebedaidam, occidi et Petrum in carcerem conjici jussisset; Act. 12, 1. 6. 11. 19—21. Cf. de eo *Keim* l. c. p. 49 ss. *Schürer* l. c. p. 290 ss. — 4) [*Herodes*] *Agrippa II*, antecedentis filius. Quum pater e vita discederet, puer 17 annorum erat. Anno demum 48 post Chr. a Claudio Caesare Chalcidos principatum accepit cum jure summos sacerdotes Judaeorum creandi atque cura et inspectione templi hierosolymitani. Post quatuor annos Chalcidem ei Claudius ademit et ejus loco majorem ditionem dedit, Batanaeam, Trachonitidem, Gaulanitidem, cum *regis* titulo, quibus regionibus anno 53 Nero Tiberiadem et Taricheas atque Juliada Peraeae oppidum cum 14 vicinis vicis adjecit. Cf. Jos. antt. 19, 9, 1 s.; 20, 1, 3. 5, 2. 7, 1. 8, 4. b. jud. 2, 12, 1 et 8. In N. T. commemoratur Act. 25, 13. 22—26. 26, 1 s. [7]; 19, 27 s. 32. Quum judaici belli tempore seditiosorum et pugnandi cupidissimorum popularium furorem frustra refrenare studuisset, Romanorum partes non deseruit. Post Hierosolymae excidium praetoria dignitate ornatus incolume regnum servavit usque ad mortem, quam tertio Trajani imperatoris anno obiit Herodiadarum dynastarum ultimus. Cf. *Keim* l. c. p. 56 ss. *Schürer* l. c. p. 315 ss.

**Ἡρωδιανοί, ῶν, οἱ,** *Herodiani*, i. e. qui stant a partibus Herodis (*οἱ τὰ Ἡρώδου φρονοῦντες*, Jos. antt. 14, 15, 10); Mt. 22, 16. Mc. 3, 6. 12, 13. Cf. *Keim* Gesch. Jesu III, p. 130 ss. et in *Schenkel* BL. III, p. 65 ss.*

**Ἡρωδιάς, άδος, ἡ,** *Herodias*, Aristobuli filia, neptis Herodis Magni, primum Herodi, Herodis Magni filio, privato homini, nupta illegitimum cum Herode Antipa conjugium iniit, quem non solum ad Joannis baptistae caedem, sed etiam ad iter Romam faciendum ei exitiosum incitavit; tandem eum in exilium gallicum secuta est (v. in *Ἡρώδης*, n. 2); Mt. 14, 3. 6. Mc. 6, 17. 19. 22. Lc. 3, 19.*

**Ἡρωδίων, ωνος, ὁ,** *Herodion*, vir quidam christianus, Ro. 16, 11.*

**Ἡσαΐας** (*Lchm.* *Ἠσ.*) *ου, ὁ* (ita LXX pro יְשַׁעְיָהוּ, auxilium Jehovae, ex יֶשַׁע et יָה), *Jesaias* (Vulg. *Isaias*, ap. patres etiam *Esaias*), propheta Hebraeorum celeberrimus, Usia, Jothamo, Ahaso, Hiskia regnantibus vaticinatus; Mt. 3, 3. 4, 14. 8, 17. 12, 17. 13, 14. [13, 35 e cod. sinait. aliorumque testium lectione, optimo jure a *Bleekio* approbata atque a *Tdf.* in textum recepta] 15, 7. Mc. 7, 6. Lc. 3, 4. 4, 17. Jo. 1, 23. 12, 38 s. 41. Act. 28, 25. Ro. 9, 27. 29. 10, 16. 20. 15, 12; i. q. volumen oraculorum Jesaiae, Act. 8, 28. 30; *ἐν Ἡσαΐᾳ*, Mc. 1, 2 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.**

**Ἡσαῦ, ὁ** (עֵשָׂו, i. e. pilosus, hirsutus), indecl. *Esavus*, primogenitus Isaaci filius; Ro. 9, 13. Heb. 11, 20. 12, 16.*

**ἡσσάομαι,** v. *ἡττάω*.

**ἡσυχάζω,** aor. 1. *ἡσύχασα* (*ἥσυχος*), ut ap. Graecos inde ab Aeschylo, *quiesco;* i. e. *a*) *otiosus sum, a laboribus abstineo*, Lc. 23, 56. — *b*) *vitam quietam ago*, de iis dic., qui non huc illuc discursitant, sed domi se tenent suis negotiis intenti, 1 Th. 4, 11. — *c*) *sileo, taceo*, i. e. *nihil dico, obmutesco*, Lc. 14, 3. Act. 11, 18. 21, 14 (Job. 32, 7; *ἡσύχασαν καὶ οὐχ εὕροσαν λόγον*, Neh. 5, 8).*

**ἡσυχία, ας, ἡ** (ab adj. *ἡσύχιος*, q. v.; femin. notionem communem exprimit, cf. *αἰτία, ἀρετή, ἐχθρά*, al.), 1) *tranquillitas*, dic. de vita, qua aliquis domi se continet suum opus faciens nec male sedulo aliorum rebus se immiscet, 2 Th. 3, 12. — 2) *silentium;* Act. 22, 2. 1 Tim. 2, 11 s.*

**ἡσύχιος, ία, ιον,** inde ab Hom., *quietus, tranquillus;* 1 Pet. 3, 4; *βίος*, 1 Tim. 2, 2. Jos. antt. 13, 16, 11.*

**ἤτοι,** v. *ἤ*, n. 4, e.

**ἡττάω** (*ἥττων*), *minorem, inferiorem facio, vinco* (activum ap. solos Pol. Diod. Jos. antt. 12, 7, 1); pass. *ἡττάομαι*, inde ab Hdt. pf. *ἥττημαι*, aor. 1. *ἡττήθην* (*ἡσσώθην*, 2 Co. 12, 13 *Lchm. Tdf. Trg.;* contra quam formam cf. *Fritzsche* de conformatione N. T. critica, quam *Lchm.* edidit, p. 32), *inferior reddor; vincor;* bello, *ὑπό τινος*, 2 Macc. 10, 24; univ. *τινί*, ab aliquo vincor, devictus cedo alicui, 2 Pet. 2, 19; absol. vs. 20. — *τὶ ὑπέρ τινα*, i. q. *ἧττον ἔχω τι, alicujus rei minus habeo quam alius quisquam* (cf. nostr. *zu kurz kommen, kurz gehalten werden*), 2 Co. 12, 13.*

**ἥττημα, τος, τό** (*ἡττάομαι*), 1) *deminutio;* i. e. *clades*, Jes. 31, 8; *αὐτῶν*, populo judaico illata eo, quod tam pauci eorum ad Christum se converterant, Ro. 11, 12; *detrimentum* (*Einbusse an etwas*), sc. salutis, 1 Co. 6, 7; cf. *Meyer* ad utrumque loc. (praeterea tantum in eccles. scriptis.)*

**ἥττων** vel *ἥσσων*, *ον, minor, inferior;* neutr. adverb. *minus*, 2 Co. 12, 15; *εἰς τὸ ἧττον, in deterius* (ut pejores reddamini; opp. *εἰς τὸ κρεῖττον*), 1 Co. 11, 17.*

**ἠχέω** (*ῶ*), (*ἦχος*, q. v.), *sono;* 1 Co. 13, 1; dic. de strepitu aestuantis maris, Lc. 21, 25 t. vulg.*

**ἦχος, ου, ὁ,** et (Lc. 21, 25 *Lchm. Tdf. Trg.* *τὸ ἦχος, ους* (cf. *Win.* p. 64 s. *Delitzsch* ad Heb. 12, 19; p. 638), 1) *sonus, sonitus, clangor*, Act. 2, 2. Heb. 12, 19; dic. de strepitu fluctuum maris, Lc. 21, 25 *Lchm. Tdf. Trg.* — 2) *fama, rumor; περί τινος*, Lc. 4, 37.

# Θ.

**Θαδδαῖος, ου, ὁ** (תַּדַּי, i. e. fortasse *cordatus* aut *animosus*, etsi תַּד = hebr. שַׁד non solum *mammam*, sed etiam *pectus* denotare, nondum probari potuit), *Thaddaeus*, cognomen Judae apostoli, qui etiam *Lebbaeus* dicebatur et frater Jacobi minoris erat; Mt. 10, 3 t. vulg. *Grsb. Lchm. Trg.;* Mc. 3, 18.*

**θάλασσα, ης, ἡ** (cognat. voci *ἅλς*, LXX pro יָם), *mare; a*) univ. Mt. 23, 15. Mc. 11, 23. Lc. 17, 2. 6. 21, 25. Ro. 9, 27. 2 Co. 11, 26. Heb. 11, 12. Jac. 1, 6. Jud. vs. 13. Ap. 7, 1—3 al.; *ἐργάζεσθαι τὴν θάλ.* (v. in *ἐργάζομαι*), Ap. 18, 17; *τὸ πέλαγος τῆς θαλ.* (v. in *πέλαγος*), Mt. 18, 6; junct. c. *γῇ* et *οὐρανῷ* efficit periphrasin totius mundi, Act. 4, 24. 14, 15.

Ap. 5, 13. 10, 6. 14, 7 (Hagg. 2, 7. Ps. 146, 6. Jos. antt. 4, 3, 2); inter visa apocal. repraesentatur *mare vitreum*, cujus imagine quid sibi informaverit scriptor, non satis patet, Ap. 4, 6. 15, 2. — *b*) speciat. dic. de mari mediterraneo, Act. 10, 6. 32. 17, 14; de mari rubro (v. in *ἐρυϑρός*), *ἡ ἐρυϑρὰ ϑάλ.*, Act. 7, 36. 1 Co. 10, 1 s. Heb. 11, 29. Ex usu a nativis Graecis alieno ut hebr. יָם dic. a Matth., Marc. et Joanne (nusquam a Luca) de *lacu Γεννησαρέτ* (q. v.); *ἡ ϑαλ. τῆς Γαλιλαίας*, Mt. 4, 18. 15, 29. Mc. 1, 16. 7, 31 (similiter lacus venetus [*der Bodensee*] *mare suevicum* vocatur); *τῆς Τιβεριάδος*, Jo 21, 1; *τῆς Γαλιλ., τῆς Τιβεριάδος* (de quo duplici apposito genit. cf. *Win.* p. 180), Jo. 6, 1; saepius *ἡ ϑάλασσα*, simpliciter, Mt. 4, 15. 18. 8, 24. 26 s. 32. 13, 1 al. Mc. 2, 13. 3, 7. 4, 1. 39. 5, 13 al. Jo. 6, 16—19. 22. 25. 21, 7. — Cf. *Furrer* in *Schenkel* BL. 2, p. 322 ss.

***ϑάλπω***, 1) pr. *calefacio*, '*foveo;* Hom. et sqq. — 2) ut lat. *foveo*, i. q. *tenero amore curo, tenera cura servo* vel *tueor;* Eph. 5, 29. 1 Th. 2, 7 (Alciphr. 2, 4. Antonin. 5. 1).*

***Θάμαρ***, *ἡ* (תָּמָר), *Thamar*, nom. pr. mulieris, nuri Judae, filii Jacobi patriarchae (Gen. 38, 6), Mt. 1, 3.

***ϑαμβέω, ῶ***, aor. 1. pass. *ἐϑαμβήϑην* (*ϑάμβος*), 1) *obstupesco*, Act. 9, 6 t. vulg. (Hom. Soph. Eur.) — 2) *obstupefacio; perterrefacio;* 2 Sam. 22, 5; pass. *stupore percellor;* Mc. 1, 27. 10, 32; sq. *ἐπί* c. dat. rei, 10, 24; *expavesco*, 1 Macc. 6, 8. Sap. 17, 3. Plut. Caes. 45. Brut. 20.*

***ϑάμβος, ους, τό***, inde ab Hom., *stupor, attonita admiratio;* Lc. 4. 36. 5, 9. Act. 3, 10.*

***ϑανάσιμος, ον*** (*ϑανεῖν, ϑάνατος*), *letifer, letalis;* Mc. 16, 18. (Soph. Eur. Plat. et sqq.)*

***ϑανατηφόρος, ον*** (*ϑάνατος* et *φέρω*), *mortifer, letifer*, Jac. 3, 8. (Num. 18, 22. Job. 33, 23. 4 Macc. 8, 17. 25. 15, 23. Aeschyl. Plat. Arist. Diod. Xen. Plut. al.)*

***ϑάνατος, ου, ὁ*** (*ϑανεῖν*), LXX pro מָוֶת et מוּת, etiam pro דֶּבֶר, pestis (est e nominibus saepe sine articulo positis, cf. *Win.* p. 116; *Grimm* Exgt. Hdb. ad Sap. p. 59); — *mors;* 1) pr. *mors corporis*, h. e. *ea s. naturalis s. violenta animi a corpore separatio, qua terrestris vita finitur;* Jo. 11, 4. Act. 2, 24 (de quo loco v. in *ὠδίν*); Phil. 2, 27. 30. Heb. 7, 23. 9. 15 s. Ap. 9, 6. 18, 8; opp. *ζωή*, Ro. 8, 38. 1 Co. 3, 22. 2 Co. 1, 9. Phil. 1, 20; injuncta notione miseriae apud inferos futurae, 1 Co. 15, 21. 2 Tim. 1, 10. Heb. 2, 14 s.; i. q. vis mortis 2 Co. 4, 12; — quum orcus, mortuorum receptaculum, caliginosissimus fingeretur, *χώρα καὶ σκιὰ ϑανάτου* (צַלְמָוֶת) est i. q. caliginosissima regio, i. e. per imaginem regio ignorantiae et improbitatis tenebris obvoluta, Mt. 4, 16. Lc. 1, 79 (e Jes. 9, 2); dic. *ϑάν.* de supplicio Christi Ro. 5, 10. 6, 3—5. 1 Co. 11, 26. Phil. 3, 10. Col. 1, 22. Heb. 2. 14; *σώζειν τινὰ ἐκ ϑανάτου*, liberare a mortis timore, efficere, ut fortiter subeat mortem, Heb. 5, 7; *ῥύεσϑαι ἐκ ϑανάτου*, servare e mortis periculo, 2 Co. 1, 10; plur. *ϑάνατοι*, varii generis pericula mortis, 2 Co. 11, 23; *περίλυπος ἕως ϑανάτου*, usque ad mortem, i. e. ut paene moerore conficiar, Mt. 26, 38. Mc. 14, 34 (*λελύπημαι ἕως ϑανάτου*. Jon. 4, 9; *λύπη ἕως ϑανάτου*, Sir. 37, 2 coll. Judd. 16, 16); *μέχρι ϑανάτου*, ut aliquis ne mortem quidem suscipiendam detrectet, Phil. 2, 8; item *ἄχρι ϑανάτου*, Ap. 2, 10. 12, 11; *ἐσφαγμένος εἰς ϑάνατον*, cui letale vulnus illatum est, Ap. 13, 3; *πληγὴ ϑανάτου*, vulnus letale, Ap. 13, 3. 12; *ἰδεῖν ϑάνατον*, mortem experiri. Lc. 2, 26. Heb. 11, 5; item *γεύεσϑαι ϑανάτου*, Mt. 16, 28. Mc. 9, 1. Lc. 9, 27; *διώκειν τινὰ ἄχρι ϑανάτου*, ad internecionem usque, Act. 22, 4; *κατακρίνειν τινὰ ϑανάτῳ*, ad mortem damnare (Tacit.), Mt. 20, 18. Mc. 10, 33 (v. in *κατακρίνω*); *πορεύεσϑαι εἰς ϑάν.* ad subeundum supplicium, Lc. 22, 33; *παραδιδόναι τινὰ εἰς ϑάνατον*, ut sumatur de aliquo supplicium, Mc. 13, 12. Mt. 10, 21; pass. tradi in supplicii pericula, 2 Co. 4, 11; *παραδ. εἰς κρίμα ϑανάτου*, Lc. 24, 20; *ἀποκτεῖναί τινα ἐν ϑανάτῳ* (ex hebr. loquendi ratione), Ap. 2, 23. 6, 8; *αἰτία ϑανάτου* (v. in *αἰτία*), Act. 13, 28. 28, 18; *ἄξιόν τι ϑανάτου*, crimen aliquod mortis poenâ dignum, 23, 29. 25, 11. 25. Lc. 23, 15. 22; *ἔνοχος ϑανάτου*, supplicio dignus, Mt. 26, 66. Mc. 14, 64; *ϑανάτῳ τελευτάτω*, certissime morte puniatur, Mt. 15, 4. Mc. 7, 10; e LXX Ex. 21, 17 (hebr. מוֹת יוּמָת); cf. *Win.* p. 319; *ϑάνατος σταυροῦ*, Phil. 2, 8; *ποίῳ ϑανάτῳ*, quo mortis genere, Jo. 12, 33. 18, 32. 21, 19. — Inevitabilis et omnibus communis moriendi necessitas populari imaginationi sistit se personae formam induta, videlicet tyranni homines in potestatem suam redigentis atroque in infernis imperio coercentis, Ro. 6, 9. 1 Co. 15, 54. 56. Ap. 21, 4; cui socius adjungitur *hades*, 1 Co. 15, 55 t. vulg. *Grsb.;* Ap. 1, 18 (de q. l. v. in *κλείς*); 6, 8. 20, 13 s. (Ps. 18, 5. 116. 3. Hos. 13, 14. Sir. 14, 12). — 2) translate, *jactura ejus vitae, quae sola vita dicenda est*, i. e. *miseria animi e peccando oriunda, in terris incipiens, post corporis mortem duratura et incrementa captura;* 2 Co. 3, 7. Jac. 1, 15 (Clem. Rom. 2 Co. 1, 6 de vita ante conversionem ad Christum acta: *ὁ βίος ἡμῶν ὅλος ἀλλὸ οὐδὲν ἦν, εἰ μὴ ϑάνατος*); opp. *ἡ ζωή*, Ro. 7, 10. 13. 2 Co. 2, 16; opp. *σωτηρία*, 2 Co. 7, 10; i. q. causa mortis, Ro. 7, 13; *σώζειν ψυχὴν ἐκ ϑανατου*, Jac. 5, 20; *μεταβεβηκέναι ἐκ τοῦ ϑανάτου εἰς τ. ζωήν*, Jo. 5, 24. 1 Jo. 3, 14; *μένειν ἐν τῷ ϑανάτῳ*, 1 Jo. 3, 14; *ϑεωρεῖν ϑάνατον*, Jo. 8, 51; *γεύεσϑαι ϑανάτου*, vs. 52 (v. supra in n. 1); *ἁμαρτία* et *ἁμαρτάνειν πρὸς ϑάνατον* (v. in *ἁμαρτία*, p. 20, col. 1), 1 Jo. 5. 16 s. (ap. Rabbinos חֵטְא לְמִיתָה [e Num. 18, 22; LXX *ἁμαρτία ϑανατηφόρος*] est *crimen capitale*). — 3) *miserrimus improborum mortuorum in infernis status* dic. tum simpliciter *ϑάνατος*, Ro. 1, 32 (Sap. 1, 12 s. 2, 24. Tatian. or. ad Graec. c. 13; — auctor epistolae ad Diogn. c. 10. discernit *τὸν δοκοῦντα ἐνϑάδε ϑάνατον*, mortem corporis, et *τὸν ὄντως ϑάνατον, ὃς φυλάσσεται τοῖς κατακριϑησομένοις εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον*); tum *ὁ δεύτερος ϑάνατος* et *ὁ ϑαν. ὁ δεύτ.* (ut opponatur *priori morti*, i. e. ei, qua terrestris vita finitur), Ap. 2, 11. 20, 6. 14. 21, 8 (ut ap. Targumistas Deut. 33, 6. Ps. 49, 11. Jes. 22, 14. 66, 15; *αἰωνιος ϑάνατος*, Barnab. 20, 1 atque in eccles. scriptis). — 4) Amplissimo sensu de *omni miseriarum e peccando oriundarum complexu*, i. e. tum *de physica morte*, tum de *vitae deo dicatae et in deo beatae in terris jactura* (Philo legg. alleg. 1, §. 33: *ὁ ψυχῆς ϑάνατος ἀρετῆς μὲν φϑορά ἐστι, κακίας δὲ ἀνάληψις*), *quam tristissima apud inferos conditio secutura est* (opp. *ζωὴ αἰώνιος*), *ϑάνατος* dici videtur Ro. 5, 12. 6, 16. 21. 7, 24. 8, 2. 6; sistitur mors, hoc sensu intellecta, ut persona 5, 14. 17. 21. 7, 5. Alii in omnibus his et sub n. 2. notatis locis physicam mortem intelligunt, sed cf. *Philippi* ad Ro. 2, 12. *Messner* Lehren der Apostel, p. 210 ss.*

***ϑανατόω, ῶ***, f. *ώσω*, aor. 1. inf. *ϑανατῶσαι*, pass. aor. 1. *ἐϑανατώϑην* (a *ϑάνατος*), inde ab Aeschyl. et Hdt.; LXX pro הֵמִית, הָרַג al. — 1) pr. *morte afficio; τινά*, Mt. 10, 21. 26, 59. 27, 1. Mc. 13, 12. 14, 55. Lc. 21, 16. 2 Co. 6, 6. 1 Pet. 3, 18; pass. e dictione hyperbolica: in statu ejus, qui morte afficitur, versor, Ro. 8, 36. — 2) metaph. *a*) *neco*, i. e. *deleo, exstinguo* (id, quod viget), Vulg. *morti-*

*fico; τί*, Ro. 8, 13. — *b*) pass. c. dat. rei: *morte suscepta vinculum, quo alicui obstrictus tenebar, solvitur*, Ro. 7, 4.*

**θάπτω**, aor. 1. ἔθαψα, aor. 2. pass. ἐτάφην, inde ab Hom.; LXX pro קָבַר; *sepelio; humo; τινά*, Mt. 8, 21 s. 14, 12. Lc. 9, 59 s. 16, 22. Act. 2, 29. 5, 6. 9 s. 1 Co. 15, 4.*

**Θάρα, ἡ** (תֶּרַח, i. e. iter vel mansio itineris), nom. pr., *Thara*, pater Abraami; Lc. 3, 34.*

**θαῤῥέω** (e forma inde a Plat. recepta pro Ionum et antiquiorum Atticorum θαρσέω), ῶ, inf. aor. 1. θαῤῥῆσαι, *bono* vel *securo sum animo, bene spero, confido;* 2 Co. 5, 6. 8. Heb. 13, 6; *audax sum, τῇ πεποιθήσει*, fiduciâ, 2 Co. 10, 2; εἴς τινα, adversus aliquem, 2 Co. 10, 1; ἔν τινι, in aliquo reposita est fiduciae meae causa, per aliquem bono sum animo, 2 Co. 7, 16.*

**θαρσέω**, ῶ (v. in θαῤῥέω), *bono animo sum;* in N. T. legitur tantum imperat. θάρσει, Lc. 8, 48 t. vulg. *Grsb.;* Mt. 9, 2. 22. Mc. 10, 49. Act. 23, 11 (LXX pro אַל־תִּירָא, Gen. 35, 17 al.); θαρσεῖτε, Mt. 14, 27. Mc. 6, 50. Jo. 16, 33. LXX pro אַל־תִּירָאוּ, Exod. 14, 13. Joël. 2, 22 al.*

**θάρσος, ους, τό**, *animus fortis, fiducia;* Act. 28, 15.*

**θαῦμα, τος, τό** (ΘΑΟΜΑΙ, specto, cf. *Bttm.* p. 272. Gr. max. II, p. 196. *Curtius* p. 228); 1) *res mira*, 2 Co. 11, 14 *Lchm. Tdf. Trg.* — 2) *admiratio; θαυμάζειν θαῦμα μέγα* (cf. *Win.* §. 32, 2), vehementer mirari, Ap. 17, 6. (Utroque significatu ap. Graecos inde ab Hom.; LXX Job. 17, 8. 18, 20.)*

**θαυμάζω**, impf. ἐθαύμαζον, fut. θαυμάσομαι (Ap. 17, 8 e forma optimis etiam Graecis longe usitatiore quam θαυμάσω, cf *Krüger* I, p. 172. *Kühner* I, p. 832); aor. 1. ἐθαύμασα, aor. 1. pass. ἐθαυμάσθην sensu medii (Ap. 13, 3 *Lchm. Trg.*); item sensu medii fut. 1. pass. θαυμασθήσομαι (Ap. 17, 8 *Lchm.;* sed paucissima medialis usus apud profanos exempla incertae auctoritatis sunt; cf. *Stephani* Thes. T. IV, p. 259 s. ed. Paris.), *miror, admiror;* absol. Mt. 8, 10. 27. (9, 8 t. vulg. *Grsb.*); 33. 15, 31. 21, 20. 22, 22. 27, 14. Mc. 5, 20. 6, 51. 15, 5. Lc. 1, 21. 63. 8, 25. 11, 14. 24, 41. Jo. 5, 20. 7, 15. Act. 2, 7. 4, 13. 13, 41. Ap. 17, 7 s.; c. acc. pers. Lc. 7, 9; c. acc. rei, Lc. 24, 12. Jo. 5, 28. Act. 7, 31; θαῦμα μέγα (v. in θαῦμα), Ap. 17, 6; πρόςωπον, suspicio alicujus externam speciem, i. e. partium studio ducor, Jud. vs. 16 (LXX pro נָשָׂא פָנִים, Deut. 10, 17. Job. 13, 10. Prov. 18, 5. Jes. 9, 14 al.); sq. διά τι, Mc. 6, 6. Jo. 7, 21, quo loco verba διὰ τοῦτο (a *Tdf.* omissa) affigenda sunt versui 21 (Isocr. p. 52 d. Ael. v. h. 12, 6. 14, 36); sq. ἐπί, c. dat. pers., Mc. 12, 17; ἐπί c. dat. rei, Lc. 2, 33. 4, 22. 9, 43. 20, 26 (Xen. Plat. Thuc. al. LXX); περί τινος, Lc. 2, 18; e praegnante structura dic. ἐθαύμασεν ἡ γῆ ὀπίσω τοῦ θηρίου, mirabunda belluam secuta est, Ap. 13, 3; sq. ὅτι, miror, quod cett., Lc. 11, 38. Jo. 3, 7. 4, 27. Gal. 1, 6; sq. εἰ (v. in εἰ, p. 116, col. 2), Mc. 15, 44. 1 Jo. 3, 13. — Passiv. *suspicior, admiratione afficior* (Sir. 38, 3. Sap. 8, 11. 4 Macc. 18, 3), sq. ἐν c. dat. pers., in cujus sorte et statu materies praebetur alterum admirandi, 2 Th. 1, 10; ἐν c. dat. rei, Jes. 61, 6.*

**θαυμάσιος, ία, ον**, raro duarum terminationum (θαῦμα), *mirus, admirandus, stupendus;* neutr. plur. θαυμάσια (LXX saepe pro נִפְלָאוֹת, etiam pro פֶּלֶא), *facta mirabilia, miracula;* Mt. 21, 15.*

**θαυμαστός, ή, όν** (θαυμάζω), ap. Graecos inde ab Hdt. et Pind.; *mirabilis, admirabilis;* i. e. *a*) *pie admirandus, excellens, magnificus, φῶς*, 1 Pet. 2, 9 (Clem. Rom. 1 Co. 36, 2; pro אַדִּיר, Ps. 8, 2. 92, 5). — *b*) *humanum captum excedens*, Mt. 21, 42 et Mc. 12, 11 (e Ps. 118, 22 s., ubi pro נִפְלָא, ut Job. 42, 3. Mich. 7, 15 al.). — *c*) *stuporem terrori conjunctum injiciens*, Ap. 15, 1. 3 (ita pro נוֹרָא Exod. 15, 11 al.). — *d*) *mirum*, i. q. *insolitum, offendens* (*befremdend*), 2 Co. 11, 14 t. vulg. *Grsb.* (v. in θαῦμα); Jo. 9, 30.*

**θεά, ᾶς, ἡ** (femin. nominis θεός), *dea;* Act. 19, 27 et in t. vulg. etiam vs. 35. 37.*

**θεάομαι, ῶμαι**, aor. 1. ἐθεασάμην, pf. τεθέαμαι, aor. 1. pass. ἐθεάθην signific. pass. (Mt. 6, 1. 23, 5. Mc. 16, 11. Thuc. 3, 38, 3; cf. *Krüger* I, p. 173), verb. depon. (a θέα, ΘΑΟΜΑΙ, quocum cohaeret θαῦμα, q. v.), *specto* (nostr. *schauen, beschauen*), *attente video, contemplor* (a Graecis frequentatur de spectaculis; cf. θέα, θέαμα, θέατρον, θεατρίζω al.); τί, Mt. 11, 7. Lc. 7, 24. Jo. 4, 35. 11, 45; dic. de rebus et personis augustis, quae cum admiratione spectantur, τί, Jo. 1, 14. 32. 1 Jo. 1, 1. Act. 22, 9 (2 Macc. 3, 36); τινά, c. ptcp., Mc. 16, 14. Act. 1, 11; sq. ὅτι, 1 Jo. 4, 14; θεαθῆναι ὑπό τινος, Mc. 16, 11; πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς, ut iis spectaculo sint, Mt. 6, 1. 23, 5; *viso, inviso, τί*, Lc. 23, 55; *τινά*, Mt. 22, 11; dic. de conveniente aliquem, Ro. 15, 24 (2 Chr. 22, 6. Jos. antt. 16, 1, 2); *spectando cognosco*, sq. ὅτι, Act. 8, 18 t. vulg.; *oculis cerno*, 1 Jo. 4, 12; i. q. *conspicio; τινά*, Jo. 8, 10. Act. 21, 27; sq. acc. c. ptcp. Lc. 5, 27. Jo. 1, 38; sq. ὅτι, Jo. 6, 5. — Cf. *O. F. Fritzsche* in Fritzschiorum Opuscc. p. 295 ss.*

**θεατρίζω** (θέατρον, q. v.), pr. *in scenam produco*, hinc *spectaculo* (*omnium ludibrio*) *expono;* pass., Heb. 10, 33. (praeterea aliquoties in eccles. et byzant. scriptis; sed eodem sensu ἐκθεατρίζω, Pol. 3, 91, 10 al.)

**θέατρον, ου, τό** (θεάομαι), 1) *theatrum*, locus, in quo ludi et spectacula eduntur atque etiam conciones habentur (utebantur enim theatris Graeci etiam loco fori); Act. 19, 29. 31. — 2) i. q. θέα et θέαμα, *spectaculum* (Aeschin. dial. socr. 3, 20 Achill. Tat. I, p. 55), et hinc metaph. *homo, qui spectandus et irridendus exhibetur*, publico ludibrio exponitur, 1 Co. 4, 9.*

**θεῖον, ου, τό** (videtur esse neutrum adjectivi θεῖος, i. q. divinum suffimentum, quoniam incenso sulphuri vis purgandi et contagionem avertendi tribuebatur), *sulphur;* Lc. 17, 29. Ap. 9, 17 s. 14, 10. 19, 20. 21, 8. (Gen. 19, 24. Ps. 11, 6. Ez. 38, 22. Hom. Il. 16, 228. Od. 22, 481. 493. Plat. Tim. L. p. 99 c. Ael. v. h. 13, 15. Hdian. 8, 4, 26.)*

**θεῖος, εία, εῖον** (θεός), *divinus; ἡ θεία δύναμις*, 2 Pet. 1, 3; *φύσις* (Diod. 5, 31), vs. 4; neutr. *τὸ θεῖον, numen divinum*, non solum a Graecis ad designandam deorum naturam et vim et providentiam universe spectatam, nulla singularis dei ratione habita (velut Hdt. 3, 108. Thuc. 5, 70. Xen. Cyr. 4, 2, 15. Hell. 7, 5, 13. mem. 1, 4, 18. Plat. Phaedr. p. 242 c. Polyb. 32, 25, 7. Diod. 1, 6. 13, 3. 12. 16, 60. Lucian. de sacrif. 1. pro imagg. 13, 17. 28), verum etiam a Philone (ut mundi opif. §. 61. de agric. 18. leg. ad Caj. 1) et Josepho (antt. 1, 3, 4. 18, 3; 2, 12, 4; 5, 2, 7; 11, 5, 1; 12, 6, 3. 7, 3; 13, 8, 2. 10, 7; 14, 9, 5; 17, 3, 5; 20, 11, 2; b. jud. 3, 8, 3; 4, 3, 10) de uno et vero deo frequentatum indeque ex aptissima ad gentilium dicendi modum ratione a Paulo usurpatum Act. 17, 29.*

**θειότης, τητος, ἡ**, *divinitas, natura divina;* Ro. 1, 20. (Sap. 18, 9. Philo in opif. §. 61 in fin. Plut. symp. 665 a. Lucian. calumn. c. 17.)*

**θειώδης, ες** (a θεῖον, sulphur), *sulphureus;* Ap. 9, 17; senescentis graecitatis vox, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 228.*

**θέλημα, τος, τό** (θέλω), nomen mere biblicum et

eccles.; LXX pro חֵפֶץ et רָצוֹן; — *voluntas*, i. e. *a*) *id, quod fieri vult vel decrevit aliquis;* Lc. 12, 47. Jo. 5, 30. 1 Co. 7, 37. 1 Th. 5, 18. 2 Tim. 2, 26. Heb. 10, 10. Ap. 4. 11; **θέλημα τοῦ θεοῦ** dic. de consilio homines per Christum beandi, Act. 22, 14. Eph. 1, 9. Col. 1, 9; de eo, quod deus a nobis agi vult, Ro. 12, 2. Col. 4, 12. 1 Pet. 4, 2; et simpliciter **τὸ θέλημα**, Ro. 2, 18 (Sir. 43, 16); **τοῦ κυρίου**, Eph. 5, 17; plur. *jussa, praecepta*, Act. 13, 22 (Ps. 102, 7. 2 Macc. 1, 3); **ἐστὶ τὸ θέλημά τινος**, sq. **ἵνα**, Jo. 6, 39 s. 1 Co. 16, 12 coll. Mt. 18, 14; sq. infin. 1 Pet. 2, 15; sq. acc. c. infin. 1 Th. 4, 3. — *b*) i. q. **τὸ θέλειν** (*das Wollen*); 1 Pet. 3, 17. 2 Pet. 1, 21; **ποιεῖν τ. θέλ. τινος** (potissimum *dei*), Mt. 7, 21. 12, 50. 21, 31. Mc. 3, 35. Jo. 4, 34. 6, 38. 7, 17. 9, 31. Eph. 6. 6. Heb. 10, 7. 9. 36. 13, 21. 1 Jo. 2, 17; **τὸ θέλ.** (*Lchm. Tdf. Trg.* **βούλημα**) **τινος κατεργάζεσθαι**, 1 Pet. 4, 3; **γίνεται τὸ θέλ. τινος**, Mt. 6, 10. 26, 42. Lc. 11. 2 (t. vulg.), 22, 42. Act. 21, 14; **ἡ βουλὴ τοῦ θελήματος**, Eph. 1, 11; **ἡ εὐδοκία τοῦ θελ.** vs. 5; **ἐν τῷ θελ. τοῦ θεοῦ**, volente deo, Ro. 1, 10; **διὰ θελήματος θεοῦ**, 15, 32. 1 Co. 1, 1. 2 Co. 1, 1. 8, 5. Eph. 1, 1. 1 Co. 1, 1. 2 Tim. 1, 1; **κατὰ τὸ θέλ. τοῦ θεοῦ**, Gal. 1, 4. 1 Jo. 5, 14. — i. q. *arbitrium*, Lc. 23, 25; i. q. *appetitus* (*Gelüst*), **σαρκός, ἀνδρός**, Jo. 1, 13; plur. Eph. 2, 3.*

**θέλησις, εως, ἡ** (**θέλω**), i. q. **τὸ θέλειν**, *voluntas;* Heb. 2, 4. (Ez. 18, 23. 2 Chr. 15, 15. Prov. 8, 35. Sap. 16, 25. 2 Macc. 12, 16. 3 Macc. 2, 26. Melissa epist. p. 62 *Orell.;* sec. Polluc. vocabulum **ἰδιωτικόν**.)*

**θέλω** (hac tantum forma in N. T.; ap. Graecos etiam **ἐθέλω**), impf. **ἤθελον**, aor. 1. **ἠθέλησα** (ortum, ut videtur, ex **ἑλεῖν** cum ampliore aspiratione, ut sit pr. arripio animo; sed *Curtius* p. 655 radicem verbi incertam dicit); LXX pro אָבָה et חָפֵץ; — *volo, est mihi in animo;* i. e. *decrevi, constitui;* absol. **ὁ θέλων**, Ro. 9, 16; **τοῦ θεοῦ θέλοντος**, deo volente, Act. 18, 21; **ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ** (ap. Atticos **ἐὰν θεὸς θέλῃ, ἣν οἱ θεοὶ θέλωσιν**), 1 Co. 4, 19. Jac. 4, 15; **καθὼς ἠθέλησε**, 1 Co. 12, 18. 15, 38; **τί**, Ro. 7, 15 s. 19, s. 1 Co. 7, 36. Gal. 5, 17; c. inf. aor. Mt. 20, 14. 26, 15. Jo. 6, 21 (sententia est: voluerunt quidem eum recipere in navem, sed non erat opus, ut facerent, quum praeter spem navis terram appelleret; cf. *Lücke, B.-Crusius, Ewald* al. ad l.; *Win.* p. 436); 7, 44. Act. 25, 9. Col. 1, 27. 1 Th. 2, 18. Ap. 11, 5. al.; c. inf. praes. Jo. 6, 67. 7, 17. 8, 44. Act. 24, 6. Ro. 7, 21. Gal. 4, 9; ita ut infinit. e contextis pateat: Jo. 5, 21 (**οὓς θέλει**, sc. **ζωοποιῆσαι**); Mt. 8, 2. Mc. 3, 13. 6, 22. Ro. 9, 18. Ap. 11, 6 al.; **οὐ θέλω**, *nolo;* c. inf. aor., Mt. 2, 18. 15, 32. 22, 3. Mc. 6, 26. Lc. 15, 28. Jo. 5, 40. Act. 7, 39. 1 Co. 16, 7. Ap. 2, 21 al.; c. inf. praes. Lc. 10, 29. Jo. 7, 1. Act. 14, 13. 17, 18. 2 Th. 3, 10 al.; abest inf. e contextis eruendus, Mt. 18, 30. 21, 29. Lc. 18, 4 al.; **θέλω** et **οὐ θέλω** sq. acc. c. inf. Lc. 1, 62. 1 Co. 10, 20; de paulina phrasi **οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν** v. in **ἀγνοέω**; opp. **θέλω ὑμᾶς εἰδέναι**, 1 Co. 11, 3. Col. 2, 1. — **θέλειν** de *proposito* s. *consilio* dictum opponitur rei, quae proponitur, *factae* vel *faciendae;* opp. **ποιεῖν, πράσσειν**, Ro. 7, 15. 19. 2 Co. 8, 10 s. (de quo loco cf. *de Wette* et *Meyer; Win.* p. 521); **ἐνεργεῖν**, Phil. 2, 13 coll. Mc. 6, 19. Jo. 7, 44. — Etiam id **θέλειν** aliquis dicitur, quod in eo est, ut faciat, Mc. 6, 48. Jo. 1, 44; et sic quoque usurpatur de rebus in aliquem exitum tendentibus, Act. 2, 12. 17, 20. — **λανθάνει αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας**, latet hoc (sc. quod sequitur, **ὅτι** ..) eos volentes i. e. consulto ignorant (*Luth.: muthwillens wollen sie nicht wissen*), 2 Pet. 3, 5., ubi alii explicant: hoc (i. e. quod ante dictum est) sibi volentes (i. e. opinantes) ignorant ..; sed cf. *de Wette* ad l. et *Win.* p. 435 not. — **τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν**, in *consiliis* vestris est explere cupiditates patris vestri, i. e. non inscii et inviti ab eo agimini, Jo. 8, 44. — 2) i. q. *cupio, opto;* **τί**, Mt. 20, 21. Mc. 14, 36. Lc. 5, 39. Jo. 15, 7. 1 Co. 4, 21. 2 Co. 11, 12; sq. inf. aor., Mt. 5, 40. 12, 38. 16, 25. 19, 17. Mc. 10, 43 s. Lc. 8, 20. 23, 8. Jo. 5, 6. 35 (sens.: cupidi eratis exsultandi); 12, 21. Gal. 3, 2. Jac. 2, 20. 1 Pet. 3, 10; sq. inf. praes. Jo. 9, 27. Gal. 4. 20 (**ἤθελον**, *vellem*, de quo impf. v. in **εὔχομαι**); abest inf. e verbo juxta posito eliciendus, Mt. 17, 12. 27, 15. Mc. 9, 13. Jo. 21, 18; sq. acc. c. inf., Mc. 7, 24. Lc. 1, 62. Jo. 21, 22 s. Ro. 16, 19. 1 Co. 7, 7. 32. 14, 5. Gal. 6, 13; **οὐ θέλω**, *nolo*, sq. inf. aor., Mt. 23, 4. Lc. 19, 14. 27. 1 Co. 10, 20; sq. **ἵνα**, Mt. 7, 12. Mc. 6, 25. 9, 30. 10, 35. Lc. 6, 31. Jo. 17, 24; cf. *Win.* p. 315 s.; sq. conj. (aor.) deliberativo. **θέλεις, συλλέξωμεν αὐτά**, ut nos: *willst du, sollen wir zusammenlesen?* Mt. 13, 28; adde Mt. 20, 32. 26, 17. 27, 17. 21. Lc. 9, 54. Mc. 10, 51. 14, 12. 15, 9. 12. Lc. 18, 41. 22, 9 (cf. *Win.* §. 41, 4. *Bttm.* ntl. Gr. p. 180); sq. **εἰ**, Lc. 12, 49 (v. in **εἰ**, n. I, 4; p. 117 col. 2); sq. **ἤ**, *malo*, 1 Co. 14, 19 (v. in **ἤ**, n. 3, d; p. 192, col. 1). — 3) i. q. *amo;* sq. infin. *lubenter aliquid facio*, Mc. 12, 38. Lc. 20, 46; cf. *Win* p. 436. — 4) ex imitatione hebr. חָפֵץ, *delector;* **ἔν τινι**, aliqua re, Col. 2, 18 (**ἐν καλῷ**, bono delectari, Test. XII patr. p. 688; **ἔν τινι**, dat. pers. 1 Sam. 18, 22. 2 Sam. 15, 26. 2 Chr. 9, 8; — בְּ רָצָה, 1 Chr. 28, 4); **τινά**, amare aliquem. Mt. 27, 43 (Ps. 22, 9. Ez. 18, 32 coll. vs. 23. Tob. 13, 6; opp. **μισεῖν**, Ignat. ad Rom. 8, 3; **θεληθῆναι** dic. ii, quibus aliquis benevolus est, ibid. 8, 1); **τί**, Mc. 9, 13 et 12, 7 (ex Hos. 6, 6); Heb. 10, 5. 8 (e Ps. 40, 7). — Discrimen inter **βούλομαι** et **θέλω** quod attinet, illud voluntatem, quae deliberationem sequitur, hoc voluntatem ex affectione animi prodeuntem designare videtur, id quod non solum e Mt. 1, 19, sed etiam inde patet, quod LXX intpp. *delectationis* notionem verbo **θέλειν** (v. paulo ante) significant. Contrarium discrimen statuunt *Bttm.* Lexilog. p. 26. *Delitzsch* Comm. üb. d. Br. an die Hebr. p. 254. E *Tittmanni* (de synonymis N. T. I, p. 124) opinione **θέλειν** significat simpliciter *velle*, **βούλεσθαι** animi propensionem.

**θεμέλιος, ον** (**θέμα**), *fundamenti loco positus, ad fundamentum spectans* (Diod. 5, 66; **θεμέλιοι λίθοι**, Arstph. av. 1137); plerumque subst. **ὁ θεμέλιος** (1 Co. 3, 11 s. 2 Tim. 2, 19. Ap. 21, 19), et **τὸ θεμέλιον** (raro ita ap. Graecos, ut Paus. 8, 32, 1); *fundamentum* (aedificii, muri, urbis), pr. Lc. 6, 49; **τιθέναι θεμέλιον**, 6. 48. 14, 29; plur. **οἱ θεμέλιοι** (ita plerumque ap. Graecos), Heb. 11, 10. Ap. 21, 14. 19; neutr. **τὰ θεμ.**, Act. 16, 26 (et saepius ap. LXX); metaph. institutionis fundamenta, initia, elementa, 1 Co. 3, 10. 12; initia vitae et cognitionis christianae, Heb. 6, 1 (**μετανοίας** genit. appositionis); institutio ab aliquo doctore incepta, Ro. 15, 20; dic. **θεμέλ.** *Christus*, i. q. fides ei habita, quae est fundamenti instar in animis jacti, cui superstruitur uberior et amplior doctrinae salutaris cognitio, 1 Co. 3, 11; **τῶν ἀποστόλων** (gen. appos. propter ea quae adduntur **ὄντος--Χριστοῦ**), apostolorum tamquam praeconum doctrinae salutaris, cujus fundamento superstructus est coetus Christianorum, Eph. 2, 20; firmum et stabile animi bonum, cui quasi fundamento insistens aliquis annititur, ut apprehendat vitam aeternam, 1 Tim. 6, 19; **θεμ.** dici videtur *ecclesia* tamquam civitatis divinae fundamentum, 2 Tim. 2, 19 coll. vs. 20 et

1 Tim. 3, 15. (LXX aliquoties etiam pro אַרְמוֹן, palatium, Jes. 25, 2. Jer. 6, 5. Anm. 1, 4 al.)*

*ϑεμελιόω*, f. *ώσω*, aor. 1. *ἐϑεμελίωσα*, ptcp. pf. pass. *τεϑεμελιωμένος*, 3. ps. sing. plsqpf. *τεϑεμελίωτο* (Mt. 7, 25. Lc. 6, 48; sine augmento, cf. *Win*. p. 70), LXX pro יָסַד; *fundamentum jacio, fundo;* pr. *τὴν γῆν*, Heb. 1, 10 (Ps. 103, 26. Prov. 3, 19. Jes. 48, 13 al.); *τὶ ἐπί τι*, Mt. 7, 25. Lc. 6, 48; metaph. (Diod. 11, 68. 15, 1) *stabilio, firmo;* de animis. pass. Eph. 3, 18. Col. 1, 23. 1 Pet. 5, 10.*

*ϑεοδίδακτος, ον* (*ϑεός* et *διδακτός*), *a deo doctus;* 1 Th. 4, 9. (script. eccles.)*

*ϑεολόγος, ου, ὁ* (*ϑεός* et *λέγω*), ap. Graecos *de diis rebusque divinis exponens, rerum divinarum gnarus* (frequentari nomen etiam a Philone inprimis de Mose, docet *Grossmann* Quaestiones philoneae I, p. 8). Cognominatur ita Joannes in inscriptione apocalypseos e t. vulg., ut videtur, tamquam *oraculorum divinorum nuntius et interpres*, quemadmodum a Luciano Alex. 19. *ϑεολόγος* dicitur idem, qui c. 22. *προφήτης* nominatur. E vulgari opinione Joannes eodem, quo Gregorius Nazianzenus sensu *ϑεολόγος* dicebatur, videlicet quod doceret *τὴν ϑεότητα τοῦ λόγου*. Sed jure tum miraremur, cur librarii epitheton non in inscriptione evangelii ei tribuere maluerint.

*ϑεομαχέω, ῶ* (*ϑεομάχος*), *adversus deum pugno;* Act. 23, 9 t. vulg. (Eur. Xen. Diod. al.; 1 Macc. 7, 19.)*

*ϑεομάχος, ου, ὁ* (*ϑεός* et *μάχομαι*), *adversus deum pugnans, renitens deo;* Act. 5, 39. (Symmach. Job. 26, 5. Prov. 9, 18. 21, 16. Heracl. alleg. 1. Luc. Jup. tr. 45.)*

*ϑεόπνευστος, ον* (*ϑεός* et *πνέω*) *divinitus inspiratus; γραφή*, i. e. argumentum scripturae, 2 Tim. 3, 16; *σοφίη*, Phocyl. 121; *ὄνειροι*, Plut. plac. phil. 5, 2. (etiam *ἔμπνευστος* dic. passive, sed *ἄπνευστος, εὔπνευστος, πυρίπνευστος* active.)*

*ϑεός, οῦ, ὁ* et *ἡ*, vocat. *ϑεέ*, semel in N. T. Mt. 27, 46; praeterea Deut. 3, 24. Judd. 21, 3. Sir. 23, 4. Sap. 9, 1. 3 Macc. 6, 3. 4 Macc. 6, 27. Act. Thom. 44 s. 57. Eus. h. e. 23, 16; cf. *Win*. §. 8, 2; LXX pro אֵל, אֱלֹהִים et יְהֹוָה; — *deus, dea;* 1) generalis appellatio *numinum* s. *deorum;* Act. 28, 6. 1 Co. 8, 4. 2 Th. 2, 4; semel *ἡ ϑεός*, Act. 19, 37 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.; ϑεοῦ φωνὴ καὶ οὐκ ἀνϑρώπου*, Act. 12, 22; *ἄνϑρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν ϑεόν*, Jo. 10, 33; plur. de gentilium diis, Act. 14, 11. 19, 26; *λεγόμενοι ϑεοί*, 1 Co. 8, 5; *οἱ φύσει μὴ ὄντες ϑεοί*, Gal. 4, 8; *τοῦ ϑεοῦ Ῥεφάν*, Act. 7, 43; de *angelis: εἰσὶ ϑεοὶ πολλοί*, 1 Co. 8, 5 (ad quem locum cf. Philo de somn. I, §. 39: *ὁ μὲν ἀληϑείᾳ ϑεὸς εἷς ἐστιν, οἱ δ᾽ ἐν καταχρήσει λεγόμενοι πλείους*). — 2) An *Christus* dicatur *deus*, e locis Jo. 1, 1. 20, 28. 1 Jo. 5, 20. Ro. 9, 5. Tit. 2, 13. Heb. 1, 8 s. al. dijudicandum est, id quod a theologis in utramque partem disputatur; cf. *Grimm* Institutio theologiae dogmaticae, p. 228 ss. ed. II. — 3) dic. de *unico et vero deo;* c. articulo, Mt. 3, 9. Mc. 13, 19. Lc. 2, 13. Act. 2, 11 et saepissime; c. praeposs., *ἐκ τοῦ ϑ.*, Jo. 8, 42. 47 et saepe in joann. scriptis; *ὑπὸ τοῦ ϑ.*, Lc. 1, 26. Act. 26, 6; *παρὰ τοῦ ϑ.*, Jo. 8, 40. 9, 16; *παρὰ τῷ ϑ.*, Ro. 2, 13. 9, 14; *ἐν τῷ ϑ.*, Col. 3, 3; *ἐπὶ τῷ ϑεῷ*, Lc. 1, 47; *εἰς τὸν ϑ.*, Act. 24, 15; *ἐπὶ τὸν ϑ.*, 15, 19. 26, 18. 20; *πρὸς τὸν ϑ.*, Jo. 1, 2. Act. 24, 16 et permultis aliis exemplis; — sine articulo Mt. 6, 24. Lc. 3, 2. 20, 38. Ro. 8, 8. 33. 2 Co. 1, 21. 5, 19. 6, 7. 1 Th. 2, 5 al.; c. praeposs.: *ἀπὸ ϑεοῦ*, Jo. 3, 2. 16, 30. Ro. 13, 1; *παρὰ ϑεοῦ*, Jo. 1, 6; *ἐκ ϑεοῦ*, Act. 5, 39. 2 Co. 5, 1. Phil. 3, 9; *παρὰ ϑεῷ*, 2 Th. 1, 6. 1 Pet. 2, 4; *κατὰ ϑεόν*, Ro. 8, 27. 2 Co. 7, 9 s.; cf. *Win*. p. 115 s.; — *ὁ ϑεός τινος* (gen. pers.), deus alicujus tutelaris, alicui favens et prospiciens, Mt. 22, 32. Mc. 12, 26 s. Lc. 20, 37. Jo. 20, 17. Act. 3, 13. 13, 17. 2 Co. 6, 16. Heb. 11, 16. Ap. 21, 3; *ὁ ϑεός μου*, i. q. *οὗ εἰμί, ᾧ καὶ λατρεύω* (Act. 27, 23), Ro. 1, 8. 1 Co. 1, 4. 2 Co. 12, 21. Phil. 1, 3. 4, 19. Philem. vs. 4; *κύριος ὁ ϑεός σου, ἡμῶν, ὑμῶν, αὐτῶν* (ex imitatione hebr. יְהֹוָה אֱלֹהֶיךָ, אֱלֹהֵינוּ 'י, אֱלֹהֵיכֶם 'י, אֱלֹהֵיהֶם 'י), Mt. 4, 7. 22, 37. Mc. 12, 29. Lc. 4, 8. 12. 10, 27. Act. 2, 39; cf. *Thilo* in Cod. apocr. p. 169; *ὁ ϑεὸς κ. πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, Ro. 15, 6. 2 Co. 1, 3. 11, 31. Eph. 1, 3. Col. 1, 3. 1 Pet. 1, 3; qua in vocum compositione genitivus suspensus est etiam ab *ὁ ϑεός*, cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. III, p. 232 s.; *ὁ ϑεὸς τοῦ κυρ. ἡμ. Ἰησ. Χρ.*, Eph. 1, 17; *ὁ ϑεὸς κ. πατὴρ ἡμῶν*, Gal. 1, 4. Phil. 4, 20. 1 Th. 1, 3. 3, 11. 13; *ϑεὸς ὁ πατήρ*, 1 Co. 8, 6; *ὁ ϑεὸς κ. πατήρ*, 1 Co. 15, 24. Eph. 5, 20. Jac. 1, 27. 3, 9; *ἀπὸ ϑεοῦ πατρὸς ἡμῶν*, Ro. 1, 7. 1 Co. 1, 3. 2 Co. 1, 2. Eph. 1, 2. Phil. 1, 2. Col. 1, 2. 2 Th. 1, 2. 1 Tim. 1, 2. Philem. vs. 3; *ϑεοῦ πατρός* (qua in phrasi utraque vox quasi in unam nominis proprii locum obtinentem coaluit, *Gottvater*), Phil. 2, 11. 1 Pet. 1, 2; *ἀπὸ ϑεοῦ πατρός*, Gal. 1, 3. Eph. 6, 23. 2 Tim. 1, 2. Tit. 1, 4; *παρὰ ϑεοῦ πατρός*, 2 Pet. 1, 17. 2 Jo. vs. 3; cf. *Wieseler* Comm. üb. d. Br. an die Galat. p. 10 ss. — *ὁ ϑεός* c. genit. rei, cujus auctor deus est; *τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως*, Ro. 15, 5; *τῆς ἐλπίδος*, vs. 13; *τῆς εἰρήνης*, vs. 33. 1 Th. 5, 23; *τῆς παρακλήσεως*, 2 Co. 1, 3; — *τὰ τοῦ ϑεοῦ, quae dei sunt*, i. e. *α*) ejus consilia, 1 Co. 2, 11. — *β*) dei commoda, Mt. 16, 23. Mc. 8, 33. — *γ*) quae deo debentur, Mt. 22, 21. Mc. 12, 17. Lc. 20, 25. — *τὰ πρὸς τὸν ϑεόν*, res ad deum spectantes, ex adj. i. q. negotia sacerdotis sacrificalia, Ro. 15, 17. Heb. 2, 17. 5, 1; cf. Xen. rep. Lac. 13, 11. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. III, p. 262 s. — Nominativus *ὁ ϑεός* pro vocativo, Mc. 15, 34. Lc. 18, 11. 13. Jo. 20, 28. Act. 4, 24. Heb. 10, 7; cf. *Win*. §. 29, 2. — *τῷ ϑεῷ*, deo judice, post *δυνατός*, 2 Co. 10, 4; post *ἀστεῖος*, Act. 7, 20 (post *ἄμεμπτος* Sap. 10, 5; post *μέγας* Jon. 3, 3; v. in *ἀστεῖος*). — De dictionibus *ἄνϑρωπος ϑεοῦ, δύναμις ϑεοῦ, υἱὸς ϑεοῦ* al., *ϑεὸς τῆς ἐλπίδος* al., *ὁ ζῶν ϑεὸς* al. cf. in *ἄνϑρωπος, δύναμις, υἱὸς, ζάω* al. — 4) dic. *ϑεός quidquid aliquo modo deo comparari potest*, vel *qualicunque modo dei speciem refert;* ex hebr. i. q. *vicarius dei*, de magistratibus et judicibus, Jo. 10, 34 s. e Ps. 82, 6 (de sapiente, Philo nom. mutat. §. 22. omn. lib. prob. §. 7; *πατὴρ κ. μήτηρ ἐμφανεῖς εἰσι ϑεοί, μιμούμενοι τὸν ἀγέννητον ἐν τῷ ζωοπλαστεῖν*, de decal. §. 23; *ὠνομάσϑη* [Moses] *ὅλου τοῦ ἔϑνους ϑεὸς κ. βασιλεύς*); de diabolo, *ὁ ϑεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου* (v. in *αἰών*, n. 3.), 2 Co. 4, 4; is vel id, cui aliquis totum se dedit, cui soli vivit, *ἡ κοιλία*, Phil. 3, 19.

*ϑεοσέβεια, ας, ἡ* (*ϑεοσεβής*), *pietas in deum;* 1 Tim. 2, 10. (Xen. an. 2, 6, 26. Plat. epin. p. 985 d. LXX Gen. 20, 11. Job. 28, 28. Bar. 5, 4. Sir. 1, 22. 4 Macc. 1, 9. 7. 6. 22.)*

*ϑεοσεβής, ές* (*ϑεός* et *σέβομαι*), *colens deum, pius;* Jo. 9, 31. (LXX Soph. Eur. Arstph. Xen. Plat. al.)*

*ϑεοστυγής, ές* (*ϑεός* et *στυγέω*, cf. *ϑεομισής, ϑεομυσής* et substantivum *ϑεοστυγία* in lexx. omissum, Clem. Rom. 1 Co. 35, 5), *deo exosus, insigniter impius et improbus;* Vulg.: *deo odibilis*, Ro. 1, 30 (Eur. Troad. 1213. et Cyclop. 395. 598. conj. c. *ἄδικοι* Clem. homil. 1, 12., quo loco paulo ante habetur *οἱ ϑεὸν μισοῦντες*). Cf. quae uberius de voce disputat *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. I, p. 84 ss.*

*ϑεότης, τητος, ἡ, deitas* (Tertull. Augustin.), sta-

tus, quo aliquis est deus (*das Gottsein*); Col. 2, 9. (Lucian. Icar. 9. Plut. mor. p. 415 c.)*

**Θεόφιλος**, ου (θεὸς et φίλος), *Theophilus*, Christianus quidam, cui Lucas libros suos de rebus Jesu et apostolorum inscripsit; Lc. 1, 3. Act. 1, 1. Conjecturas de ejus gente, dignitate, patria praeter alios recensent *Win.* RWB. s. v. *Bleek* ad Lc. 1, 3; v. etiam infra in voce κράτιστος.

**θεραπεία**, ας, ἡ (θεραπεύω), 1) *ministerium*, quod ab aliquo alicui praestatur. — 2) speciat. *curatio*, *sanatio*. Lc. 9, 11. Ap. 22. 2 (Plat. Isocr. Polyb.). — 3) meton. *familia*, *servitium*, i. e. *agmen servorum*, *servi* (*Dienerschaft*), Mt. 24. 45 t. vulg. *Grsb.*; Lc. 12. 42 (et saepe ita ap. Graecos; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 469: pro עֲבָדִים, Gen. 45. 16).*

**θεραπεύω**, f. εύσω, aor. 1. ἐθεράπευσα. pass. impf. ἐθεραπευόμην, ptcp. pf. pass. τεθεραπευμένος. aor. 1. ἐθεραπεύθην (θέραψ i. q. θεράπων). inde ab Hom.; *ministro*, *ministerium praesto*; τινά. alicui, pass. θεραπ. ὑπό τινος. Act. 17. 25 — 2) *curo*, *sano*, *medeor*; Mt. 12. 10. Mc. 6, 5. Lc. 6, 7. 9, 6. 13, 14. 14. 3; τινά, Mt. 4, 24. 8, 7. 16 al. Mc. 1. 34. 3. 10. Lc. 4. 23. 10, 9; pass. Jo. 5. 10. Act. 4, 14. 5, 16 al.; τινὰ ἀπό τινος, sano aliquem ab aliquo (morbo), Lc. 7, 21; pass., 5, 15. 8. 2; θεραπεύειν νόσους. μαλακίαν, Mt. 4, 23. 9. 35. 10, 1. Mc. 3, 15. Lc. 9, 1; vulnus, pass. Ap. 13, 3. 12.

**θεράπων**, οντος, ὁ, LXX pro עֶבֶד, *minister*, *famulus*; dei, de Mose negotia a deo mandata administrante, Heb. 3. 5 ut Num. 12, 7 s. Jos. 1, 2. 8, 31. 33. Sap. 10, 16.*

**θερίζω**, f. ίσω. aor. 1. ἐθέρισα. aor. 1. pass. ἐθερίσθην (θέρος), LXX pro קָצַר; *meto*, *messem facio*; *a*) pr. Mt. 6. 26. Lc. 12. 24. Jac. 5, 4. — *b*) in dictionibus proverbialibus de serendo et metendo: ἄλλος - - ὁ θερίζων, alius laboravit, alius laboris fructum percipit, Jo. 4, 37 s. (sens.: vos aliquando in longe majore Samaritanorum a vobis ad regnum dei conversorum numero habebitis successum et fructum operis inter eos a me nunc incepti); θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρας, alienorum laborum fructus injuste in tuum usum convertens. Mt. 25. 24. 26. Lc. 19, 21 s.; ὃ ἐὰν - - θερίσει. ut quis egerit (in terris), ita (olim a deo) reportabit vel praemium vel poenam (*factis* accommodata erunt *fata*), Gal. 6, 7 (phrasis proverbialis; *ut sementem feceris*, *ita metes*, Cic. de orat. 2, 65); τί, aliquid vel praemii vel poenae loco accipere: τὰ σαρκικά, 1 Co. 9. 11; φθοράν, ζωὴν αἰώνιον, Gal. 6, 8 (σπείρειν πυρούς. θερίζειν ἀκάνθας, Jer. 12, 13; ὁ σπείρων φαῦλα θερίσει κακά, Prov. 22, 8; ἐὰν σπείρητε κακά. πᾶσαν ταραχὴν καὶ θλῖψιν θερίσετε, Test. XII patr. p. 576); absol.: de beneficentiae remuneratione Gal. 6, 9. 2 Co. 9. 6. — *c*) Quum falce demetantur frumenta, θερίζειν in imagine est i. q. *e medio tollere*. Ap. 14. 15; add. τὴν γῆν, removere tandem incolas terrae sceleratos eosque exitio tradere, vs. 16.*

**θερισμός**, οῦ, ὁ (θερίζω), *messis*; i. q. actio metendi, Jo. 4. 35; parabolice de actione homines ad regnum dei colligendi. eodem vs.; i. q. tempus metendi, i. e. parabolice tempus extremi judicii, quo probi ad regnum dei colliguntur, improbi exitio traduntur, Mt. 13, 30. 39. Mc. 4, 29; i. q. seges metenda, i. e. parabolice hominum de consequenda salute erudiendorum copia, Mt. 9. 37 s. Lc. 10, 7; ἐξηράνθη ὁ θερισμός. fruges ad messem maturuerunt, i. e. tempus adest scelestos homines e medio tollendi, Ap. 14. 15. (LXX pro קָצִיר; raro ap. Graecos, velut Xen. oec. 18, 3. Pol. 5, 95, 5.)*

**θεριστής**, οῦ, ὁ (θερίζω), *messor*; Mt. 13, 30. 39. (Hist. bel. et drac. vs. 33. Xen. Dem. Aristot. Plut. al.)*

**θερμαίνω**, impf. med. ἐθερμαινόμην (θερμός), inde ab Hom., *calefacio*; med. *me calefacio*; Mc. 14. 54. 67. Jo. 18, 18. 25. Jac. 2, 16.*

**θέρμη** et **θέρμα** (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 331), ης. ἡ, *calor*, Act. 28. 3. (Eccl. 4, 11. Job. 6. 17. Ps. 19, 7. Thuc. Plat. Menand. al.)*

**θέρος**, ους, τό (θέρω), *aestas*; Mt. 24. 32. Mc. 13, 28. Lc. 21, 30. (inde ab Hom.; hebr. קַיִץ, Prov. 6, 8. Gen. 8. 23.)*

**Θεσσαλονικεύς**, έως. ὁ, *Thessalonicensis*; Act. 20, 4. 27, 2. 1 Th. 1, 1. 2 Th. 1, 1.*

**Θεσσαλονίκη**. ης, ἡ, *Thessalonica*, urbs (nunc *Salonichi*) celeberrima et incolis frequentissima, ad sinum thermaicum sita, secundae regionis Macedoniae metropolis, praesidis et quaestoris romani sedes, olim *Therme* dicta, a Cassandro, Antipatri filio, aliter exstructa et in honorem uxoris Thessalonicae, Alexandri Magni sororis. novo nomine vocata; cf. Strab. 7, 330. Condidit ibi Paulus apost. Christianorum coetum; Act. 17, 1. 11, 13. Phil. 4. 16. 2 Thim. 4. 10*

**Θευδᾶς**, ὁ, *Theudas*, praestigiator quidam, qui factionem sibi paravit, quae misere periit. tempore Augusti, Act. 5, 36. Mentionem Josephus antt. 20. 5, 1 fecit Theudae magi cujusdam, qui prophetam se venditans exortus et exstinctus sit Cuspio Fado Judaeam administrante tempore Claudii. Unde plurimi intpp. duos Theudas seditionum duces statuunt, alii, quod multo probabilius est, ex anachronismo a Luca mentionem Theudae Gamalieli in actis suppositam esse opinantur; de aliis aliorum opinionibus cf. *Meyer* ad Act. l. c. *Win.* RWB. s. v. *Keim* in *Schenkel* BL. 5, p. 510 ss.

**θεωρέω**, ῶ. impf. ἐθεώρουν, aor. 1. ἐθεώρησα (θεωρός, spectator. et hoc a θεάομαι, q. v.), LXX pro רָאָה et chald. חֲזָה; 1) *spectator sum*, *specto*, nostr. *schauen* (θεωροί, dicebantur viri, qui publice legati intererant ludis vel sacris. cf. *Grimm* ad 2 Macc. 4, 19); absol. Mt. 27. 55. Mc. 15, 40. Lc. 23, 35; sq. orat. indir. Mc. 12, 41. 15. 47: dic. potissimum de personis et rebus quae spectantur, qualicunque modo insignibus: τινά, Jo. 6. 40. 16, 10. 16 s. 19. Act. 3. 16. 25, 24. Ap. 11, 11 s.; ὁ θεωρῶν τὸν υἱὸν θεωρεῖ τὸν πατέρα, patris majestatem resplendentem in filio. Jo. 12, 45; τινά c. ptcp. Lc. 10, 18. Jo. 6, 19. 20, 12. 14; τί, Lc. 14, 29. 21, 6. 23, 48. Act. 4, 13; τὰ σημεῖα, Jo. 2, 23. (6, 2 *Lchm. Trg.*) Act. 8, 13 (θαυμαστὰ θέρατα, Sap. 19, 8); τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, Jo 7, 3; τί, c. ptcp. Jo. 20, 6. Act. 7, 56. 10. 11; sq. ὅτι. Act. 19, 26; *contemplor*, nostr. *beschauen*, *in Augenschein nehmen*, τί, Mt. 28, 1; *mente contemplor*, *perpendo*, sq. orat. obliq. Heb. 7. 4. — 2) *video*; i. e. *a*) *oculis cerno*; πνεῦμα, Lc. 24. 37; τινά c. ptcp. vs. 39, τινά, ὅτι, Jo. 9, 8; τὸ πρόσωπόν τινος (ex hebr.; v. in πρόσωπον), i. q. aliquem praesentem habere, cum aliquo conversari, Act. 20, 38; οὐκέτι θεωρεῖν τινα, dic. e cujus conspectu aliquis sublatus est, Jo. 14, 19; οὐ θεωρεῖ ὁ κόσμος τὸ πνεῦμα, i. e. quasi non oculos habet, quibus spiritum videat; ille se conspiciendum ei praebere, praesentem et efficacem dare non potest, Jo. 14, 17. — *b*) *conspicio* (*erblicken*), τί, Mc. 5, 38; τινά, Mc. 3, 11. Act. 9, 7. — *c*) *videndo cognosco*; τινά c. acc. praedicati, Act. 17, 22; τί c. ptcp. 17. 16. 28, 6; ὅτι, Mc. 16, 4. Jo. 4, 19. 12, 19. Act. 19, 26. 27. 10; sq. orat. indir. Act. 21, 20; ex hebr. (v. in εἴδω, n. 5., p. 119) i. q. *comperio*; Jo. 6, 62 (τ. υἱὸν τ. ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα, filium hominis [moriendo] adscendentem; cf. *Lücke*, *Meyer*, *B.-Crusium* ad l.); τὸν

θανατον, i. e. mori, Jo. 8, 51; et contrarium, τὴν δόξαν τοῦ Χριστοῦ, gloriae, i. e. beatae in coelo conditionis, qua Christus perfruitur, consortem esse, Jo. 17, 24 coll. vs. 22.*

θεωρία, ας, ἡ (θεωρός, de quo v. in θεωρέω), inde ab Hdt.; 1) *spectatio, contemplatio.* — 2) *id quod spectatur, spectaculum;* Lc. 23, 48 (3 Macc. 5, 24.)*

θήκη, ης, ἡ (τίθημι), inde ab Hdt.; *id in quo aliquid reconditur, receptaculum, cista, loculus;* dic. de *vagina* gladii, Jo. 18, 11. Jos. antt. 7, 11, 7. Poll. 10, 144.*

θηλάζω, aor. 1. ἐθήλασα (θηλή, mamma), 1) trans. *lacto, sugendum do, mammas praebeo* (*säugen*); Mt. 24, 19. Mc. 13, 17. Lc. 21, 23 (Lys. Aristot. al.; LXX pro הֵינִיק); μαστοὶ ἐθήλασαν, Lc. 23, 29 t. vulg. *Grsb.* — 2) intrans. *sugo, lacteo* (*saugen*), Mt. 21, 16 (Aristot. Plat. Lucian. al.; LXX pro יָנַק); μαστούς, Lc. 11, 27. Job. 3, 12. Cant. 8, 1. Joel. 2, 16. Theocr. 3, 16.*

θῆλυς, εια, υ, *femineus;* ἡ θήλεια, substant. *femina, femella,* Ro. 1, 26 s.; item τὸ θῆλυ, Mt. 19, 4. Mc. 10, 6. Gal. 3, 28. (Gen. 1, 27. 7, 2. Ex. 1, 16 al.; ap. Graecos inde ab Hom.)*

θήρα, ας, ἡ, inde ab Hom., *venatio,* quae feris exitio est; hinc in parabolica dictione de paranda hominibus pernicie, Ro. 11, 9., ubi cf. *Fritzsche.**

θηρεύω, inf. aor. θηρεῦσαι (a θήρα, ut ἀγρεύω ab ἄγρα), inde ab Hom.; *venatum eo, venor, venando capio;* metaph. *sector, studiose appeto; insidiose capto:* τὶ ἐκ στόματός τινος, Lc. 11, 54.*

θηριομαχέω, ῶ (θηριομάχος), *cum bestiis decerto* (Diod. 3, 43. Artem. oneir. 2, 54. 5, 49); εἰ ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ, 1 Co. 15, 32., quae verba alii proprie intelligunt, Paulum ad depugnandum cum bestiis damnatum fuisse statuentes, alii tropice de vehementi cum belluinis et ferocibus hominibus pugna (ita θηριομαχεῖν Ignat. ad Rom. 5; οἵοις θηρίοις μαχόμεθα, dicit Pompejus ap. App. bell. civ. 2, 61; v. in θηρίον) explicant. Illorum opinioni obstat, quod hoc gravissimum omnium periculorum Paulus inter vitae discrimina 2 Co. 11, 23 ss. recensita omittere non potuisset.*

θηρίον, ου, τό (demin. vocis θήρ, igitur *bestiola;* Plat. Theaet. p. 171 e; de apibus, Theocr. 19, 6; sed usus dicendi tulit, ut fere semper vim vocis primitivae obtineret; recentiorum deminut. est θηρίδιον); LXX pro חַיָּה et בְּהֵמָה, *animal; fera, bestia, bellua;* pr. Mc. 1, 13. Act. (10, 12 t. vulg.); 11, 6. 28, 4 s. Heb. 12, 20. Ap. 6, 8; in apocal. 11, 7 et capp. 13—20 *belluae* imagine adumbratur *antichristi* tum persona, tum regnum et potestas (v. in ἀντίχριστος); metaph. homo bellualis, bestiarum similis, saevus, ferox, Tit. 1, 12 (ita etiam Arstph. eq. 273; plut. 439; nub. 184; multa alia exempla affert *Kypke* Observv. p. 379; θηρία ἀνθρωπόμορφα, Ignat. Smyrn. 4 coll. ad Ephes. 7.*

θησαυρίζω, aor. 1. ἐθησαύρισα, ptcp. pf. pass. τεθησαυρισμένος (θησαυρός), inde ab Hdt.; *colligo et recondo, acervo;* colligo opes, Jac. 5, 3; τινί, Lc. 12, 21. 2 Co. 12, 14; τί, 1 Co. 16, 2; θησαυροὺς ἑαυτῷ, Mt. 6, 19 s.; i. q. *reservo;* pass. 2 Pet. 3, 7; metaph.: ita diem ex die ago, ut augeam sortis actionem secuturae aut acerbitatem aut praestantiam; ὀργὴν ἑαυτῷ, Ro. 2, 5; κακά, Prov. 1, 18; ζωήν, Psalt. Sal. 9, 9 (εὐτυχίαν, App. Samn. 4, 3; τεθησαυρισμένος κατά τινος φθόνος, Diod. 20, 36.)*

θησαυρός, οῦ, ὁ (a ΘΕΩ, cum syllaba paragog. αυρος), LXX saepe pro אוֹצָר; *thesaurus;* 1) *locus, in quo colliguntur et reconduntur opes et res pretiosae;* a) *loculus, cista* vel *aliud vasculum, in quo opes et res pretiosae reponuntur;* Mt. 2, 11. — b) *aerarium* (Hdt. Eur. Plat. Aristot. Diod. Plut. Hdian.; 1 Macc. 3, 29). — c) *promtuarium, cella, horreum* (Neh. 13, 12. Deut. 28, 12 al. App. Pun. 88, 95); Mt. 13, 52; translate de *animo,* cogitatorum, sensorum, consiliorum receptaculo, c. gen. epex. τῆς καρδίας, Mt. 12, 35 t. vulg.; Lc. 6, 45. — 2) *res, quae in thesauro asservantur, opes collectae;* Mt. 6, 19—21. Lc. 12, 33 s. Heb. 11, 26; θησαυρὸν ἔχειν ἐν οὐρανῷ, thesaurum in coelo repositum sibi habere, dic. ii, quibus deus aeternam salutem decrevit, Mt. 19, 21. Mc. 10, 21. Lc. 18, 22; *res pretiosa,* Mt. 13, 44; dic. ita de luce evangelii, 2 Co. 4, 7; c. gen. epexeg. τῆς σοφίας (Xen. mem. 4, 2, 9. Plat. Phil. p. 15 e), κ. γνώσεως i. q. πᾶσα ἡ σοφία κ. γνῶσις ὡς θησαυροί, Col. 2, 3.*

θιγγάνω, aor. 2. ἔθιγον, *tango, contrecto;* μηδὲ θίγῃς, noli contrectare sc. res impuras, Col. 2, 21; τινός, Heb. 12, 20 (Xen. Plat. Tragg. al.); ut hebr. נָגַע, *vim infero, laedo,* τινός, Heb. 11, 28 (Eur. Iph. Aul. 1351; ὧν οἱ βλάβαι αὗται οὐ θιγγάνουσι, Act. Thom. §. 12).*

θλίβω, *premo* (velut uvas), *urgeo;* pr. τινά, Mc. 3, 9; ὁδὸς τεθλιμμένη, *via arcta, coarctata, angusta,* Mt. 7, 14; metaph. *vexo, affligo, afflicto;* Vulg. *tribulo;* τινά, 2 Th. 1, 6; pass. (Vulg. *tribulor; tribulationem patior*) vs. 7. 2 Co. 1, 6. 4, 8. 7, 5. 1 Tim. 5, 10. Heb. 11, 37. (οἱ θλίβοντες pro צָרִים ap. LXX.)*

θλίψις vel θλῖψις (cf. *Win.* p. 50. *Lipsius* Grammat. Untersuch. p. 35), εως, ἡ (θλίβω), pr. *pressio, compressio* (Strab. p. 52. Galen.); in biblica et ecclesiastica graecitate metaph. *oppressio, afflictio, vexatio, angustiae;* Vulg. *tribulatio;* etiam (2 Co. 1, 4. Jo. 16, 32) *pressura* (LXX pro צָרָה, etiam pro צַר, לַחַץ al.); Mt. 24, 9. Act. 7, 11. 11, 19. Ro. 12, 12. 2 Co. 1, 4. 8. 4, 17. 6, 4. 7, 4. 8, 2. 2 Th. 1, 6. Ap. 1, 9. 2, 9. 22. 7, 14; junct. c. στενοχωρία, Ro. 2, 9. 8, 35 (Deut. 28, 53. Jes. 30, 6); c. ἀνάγκη, 1 Th. 3, 7; c. διωγμός, Mt. 13, 21. Mc. 4, 17. 2 Th. 1, 4; dic. de afflictionibus eorum, qui obsidione et belli calamitatibus premuntur, Mt. 24, 21. 29. Mc. 13, 19. 24; de inopiae angustiis 2 Co. 8, 13. Phil. 4, 14. Jac. 1, 27; de cruciatibus parturientis mulieris, Jo. 16, 21. — θλίψιν ἔχω (i. q. θλίβομαι), Jo. 16, 33. 1 Co. 7, 28. Ap. 2, 10; θλίψις ἐπί τινα ἔρχεται, Act. 7, 11; ἐν θλίψει, 1 Th. 1, 6. — plur. Act. 7, 10. 14, 22. 20, 23. Ro. 5, 3. Eph. 3, 13. 1 Th. 3, 3. Heb. 10, 33; τοῦ Χριστοῦ, calamitates quae Christo sustinendae erant (ideoque etiam ejus cultoribus perferendae sunt), Col. 1, 24 (v. supra in ἀνταναπληρόω); θλίψις τῆς καρδίας (κ. συνοχή), *angor animi* (*Beklommenheit*), 2 Co. 2, 4; θλίψιν ἐπιφέρειν (*Lchm. Tdf. Trg.* ἐγείρειν, v. in ἐγείρω) τοῖς δεσμοῖς τινος, captivitatis molestiam paranda sollicitudine augere, Phil. 1, 16.*

θνήσκω, pf. τέθνηκα, inf. τεθνάναι et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* τεθνηκέναι (Act. 14, 19), ptcp. τεθνηκώς, plsqpf. ἐτεθνήκει (Jo. 11, 21 t. vulg. *Grsb.* 3 ps. sing.). LXX pro מוּת; *morior;* pf. *mortuus sum,* Mt. 2, 20. Mc. 15, 44. Lc. 7, 11. 8, 49. Jo. 11, 21 (vs. 39 t. vulg. *Grsb.*); 44. 12, 1. 19, 33. Act. 14, 19. 25, 19; metaph. de vitae spiritualis jactura: ζῶσα τέθνηκε, i. e. κἂν δοκῇ ζῆν ταύτην τὴν αἰσθητήν ζωήν, τέθνηκε κατὰ πνεῦμα (Theophyl.), 1 Tim. 5, 6 (Philo de prof. §. 10: ζῶντες ἔνιοι τεθνήκασι καὶ τεθνηκοτες ζῶσι).*

θνητός, ή, όν (adj. verbale a θνήσκω), *mortalis;* Ro. 6, 12. 8, 11. 1 Co. 15, 53 s. 2 Co. 4, 11. 5, 4.*

θορυβάζω (θόρυβος, q. v.), *turbo, perturbo* (i. e.

τυρβάζω, q. v.), Lc. 10, 41 *Lchm. Tdf. Trg.* e codd. ℵBCL al. (praeterea nusquam offenditur.)

θορυβέω, ῶ, impf. ἐθορύβουν (θόρυβος), inde ab Hdt.; 1) *strepitum facio, tumultuor.* — 2) transit. *perturbo; τὴν πόλιν*, tumultum excito in urbe, Act. 17, 5; pass. *perturbor animo*, Act. 20, 10; *perturbatus plango*, Mt. 9, 23. Mc. 5, 39.*

θόρυβος, ου, ὁ (cognatum vocibus θρόος, τύρβη, τυρβάζω), *strepitus, tumultus;* plangentium, Mc. 5, 38; mixte conclamantis multitudinis acrius incitatae, Mt. 27, 24; hominum seditiosorum, Act. 20, 1. 21, 34; tumultus, quo *ordo* turbatur, Mt. 26, 5. Mc. 14, 2. Act. 24, 18. (ap. Graecos inde a Pind. et Hdt.; aliquoties LXX.)*

θραύω, inde ab Aeschylo, *frango, confringo, contero, percutio* (Ex. 15, 6. Num. 24, 17 al. 2 Macc. 15, 16); τεθραυσμένοι. violenter tractati, calamitosi, Luc. 4, 18 e Jes. 58, 6 pro רְצוּצִים.*

θρέμμα, τος, τό (τρέφω). *quidquid alitur* vel *fovetur;* hinc 1) *alumnus, pullus, puer* (Soph. Eur. Plat. al.) — 2) *pecus, pecora*, potissimum oves et caprae; Jo. 4, 12. (Xen. oec. 20, 23. Plat. Diod. Joseph. Plut. Lucian. Aelian. al.)*

θρηνέω, ῶ, impf. ἐθρήνουν, fut. θρηνήσω. aor. ἐθρήνησα (θρῆνος, q. v.), inde ab Hom.; LXX pro הֵילִיל, קוֹנֵן al.; 1) *lamentor, lugeo*, Jo. 16, 20; de naenias canentibus, Mt. 11, 17. Lc. 7, 32. — 2) *deploro; τινά*, Lc. 13, 27.*

θρῆνος, ου, ὁ (θρέομαι, sonum edo, lamentor; cf. nostr. *Thräne*), *lamentatio*, Mt. 2, 18. (LXX pro קִינָה, etiam נְהִי; apocrr. V. T.; Hom. Pind. Tragg. Xen. Ages. 10. 3. Plat. al.)*

θρησκεία, *Tdf.* -ία (vox recentioris aetatis; ion. θρησκίη ap. Hdt.), ας, ἡ (a θρησκεύω et hoc a θρῆσκος, q. v., unde primum denotasse videtur *pavorem deorum*); *cultus religiosus*, potissimum *externus, qui caeremoniis continetur;* hinc in plur. θρησκίας ἐπιτελεῖν μυρίας, Hdt. 2, 37; καθιστὰς ἁγνείας τε καὶ θρησκείας καὶ καθαρμούς, Dion. Hal. 2, 63; univ. *cultus religiosus*, Jac. 1. 26 s.; c. gen. objecti, τῶν ἀγγέλων, Col. 2, 18 (τῶν εἰδώλων, Sap. 14, 27; τῶν δαιμονίων, Euseb. h. e. 6, 41; τῶν θεῶν, 9, 9; τοῦ θεοῦ, Hdian. 4, 8, 17; saepe ap. Joseph.; Clem. Rom. 1 Co. 45, 7; *religionis disciplina.* ἡμετέρα θρησκεία, de judaica religione, Act. 26, 5 (τὴν ἐμὴν θρησκείαν καταλιπών, dicit deus ap. Jos. antt. 8, 11, 1; c. gen. subj. τῶν Ἰουδαίων, 4 Macc. 5, 6. 12. Jos. antt. 12, 5, 4; θρ. κοσμική, i. e. digna, quam omnes gentes amplectantur [*Weltreligion*], b. jud. 4, 5, 2; *pietas, περὶ τ. θεόν*, antt. 1, 13, 1; κατὰ τὴν ἔμφυτον θρησκείαν τῶν βαρβάρων περὶ τὸ βασιλικὸν ὄνομα, Charit. 7, 6; dic. de pietate et reverentia Antiochi Pii in judaicam religionem, Jos. antt. 13, 8, 2). Cf. *Grimm* ad 4 Macc. 5, 6.*

θρῆσκος (*Tdf.* θρησκός, cf. *Win.* p. 50. *Lipsius* Grammat. Untersuchungen, p. 28), ου, ὁ, *deum colens; religiosus* (uti videtur a τρέω, tremo, ergo propr. *tremens, pavidus;* cf. *J. G. Müller* in Theol. Studd. u. Kritt. 1835, p. 121; de aliis aliorum conjecturis v. *Passow* s. v.), Jac. 1. 26.*

θριαμβεύω, ptcp. aor. 1. θριαμβεύσας (θρίαμβος, hymnus in Bacchum cani solitus in bacchanalibus; apud Romanos triumphus, pompa triumphalis), 1) *triumpho, triumphum ago* (Dion. H. App. Plut. Hdian. al.); τινά, de aliquo (ut Plut. comp. Thes. et Rom. 4), Col. 2, 15 (ubi significatur victoria a deo de daemoniacis potestatibus supplicio Christi reportata). — 2) ex usu a profanis alieno hiphilitice (cf. *Win.* p. 23 et §. 38, 1) c. acc. pers. *facio ut aliquis triumphet*, i. e. metaph. felicissimum successum praebeo alicui, 2 Co. 2, 14.*

θρίξ, τριχός, dat. plur. θριξί, ἡ, *pilus* (*das Haar*); *a*) *capillus*, crinis capitis; Mt. 5, 36. Lc, 7, 44. 21, 18. Jo. 11, 2. 12, 3. Act. 27, 34. 1 Pet. 3, 3. Ap. 1, 14; add. τῆς κεφαλῆς (Hom. Od. 13, 399. 431). Mt. 10, 30. Lc. 7, 38. 12, 7. — *b*) *pilus animalium;* Ap. 9, 8; ἐνδεδυμ. τρίχας καμήλου, vestimento e pilis camelinis confecto, Mc. 1, 6 coll. Mt. 3, 4; ἐν - - τριχῶν καμηλείων πλέγμασιν περιεπάτησαν, Clem. Alex. Strom. 4, p. 221. ed. Sylb.*

θροέω, ῶ (θροός, clamor, tumultus), ap. Graecos *clamo, clamando strepitum facio*, in N. T. *perturbo, perterrefacio;* pass. *perturbor animo, perterrefio, paveo;* Mt. 24, 6. Mc. 13, 7. 2 Th. 2, 2. (Cantic. 5, 4.)*

θρόμβος, ου, ὁ, *gutta major ac spissa*, potissimum *sanguinis concreti* (Aesch. Eum. 184); add. αἵματος (Aesch. choeph. 533. 545. Plat. Crit. p. 120 a), Lc. 22, 44.*

θρόνος, ου, ὁ (ΘΡΑΩ, sedeo; cf. *Curtius* p. 232) LXX pro כִּסֵּא, *thronus, solium*, i. e. sella augustior cum suppedaneo, quae tribuitur in N. T. *regibus*, hinc meton. pro *regia potestate*, Lc. 1, 32. 52. Act. 2, 30. — per metaph. *deo*, totius mundi gubernatori, Mt. 5, 34. 23, 22. Act. 7, 49 (Jes. 66, 1); Ap. 1, 4. 3, 21. 4. 2—6. 9. 10 al. Heb. 4, 16. 8, 1. 12, 2. — *Messiae*, divini imperii socio et administro, Mt. 19, 28. 25, 31. Ap. 3, 21. 20, 11. 22, 3; hinc dic. de divino imperio, quod Christi est, Heb. 1, 8. — *judicibus*, i. q. *tribunal* (Plut. mor. p. 807 b), Mt. 19, 28. Lc. 22, 30. Ap. 20, 4. — *senioribus*, Ap. 4, 4. 11. 16. — *Satanae*, Ap. 2, 13; cf. *Bleek* ad l. — *belluae* (de qua v. in θηρίον), Ap. 16, 10. — Meton. dic. θρόνος de eo, qui imperium obtinet et potestatem exercet, ita plur. de *angelis*, Col. 1, 16.

Θυάτειρα, ων, τά (et semel ας, ἡ, Ap. 1, 11 *Lchm.* Θυάτειραν), *Thyatira*, Lydiae urbs, olim *Pelopia* et *Euhippia* (Plin. h. n. 5, 31). hodie *Akhissar.* colonia graecorum Macedonum. Sardes inter et Pergamum ad Lycum fluvium sita, cujus incolae tum mercatura tum vestes purpureas conficiendi arte victum quaerebant; Act. 16, 14. Ap. 1, 11. 2, 18. 24.*

θυγάτηρ, gen. θυγατρός. dat. θυγατρί, acc. θυγατέρα, voc. θύγατερ, plur. θυγατέρες, acc. ἐρας, ἡ (ejusdem stirpis ac gothic. *dauthar*, angl. *daughter*, german. *Tochter*), hebr. בַּת; *filia;* pr. Mt. 9, 18. 10, 35. 37. 15, 22. Act. 7, 21 al.; improprie, *a*) vocativus in blanda compellatione, Mt. 9, 22. Mc. 5. 34. Lc. 8. 48 (v. in υἱός. τέκνον). — *b*) in phrasibus ad Hebraeorum dicendi modum conformatis: *α*) *filia dei*, i. e. deo accepta, singulari dei cura ac tutamine gaudens, 2 Co. 6, 18 (Jes. 43. 6. Sap. 9, 7; v. in υἱός, τέκνον). — *β*) cum nomine loci, urbis, regionis collective denotat omnes ejus incolas et cives (ita saepissime in V. T., ut Jes. 37, 22. Jer. 26, 19. Zeph. 3, 14 al.). in N. T. bis ἡ θυγ. Σιών, incolae Hierosolymorum, Mt. 21, 5. Jo. 12, 15 (Jes. 1, 8. 10, 32. Sach. 9, 9 al.; v. in Σιών). — *γ*) θυγατέρες Ἱερουσαλήμ, mulieres hierosolymitanae, Lc. 23, 28. — *δ*) *neptis, una e posteris;* αἱ θυγατέρες Ἀαρών, mulieres e posteris Aaronis, Lc. 1, 5; θυγάτηρ Ἀβραάμ, Abrahamitis, mulier ab Abraamo originem ducens, 13, 16. (4 Macc. 15, 25. Gen. 28, 8. 36, 2. Jud. 11, 40. Jes. 16, 2 al.)

θυγάτριον, ου, τό, *filiola;* Mc. 5, 23. 7, 25.*

θύελλα, ης, ἡ (θύω, ferveo, intumesco, ut ἄελλα ab ἄω, ἄημι), *procella, turbo;* Heb. 12, 18. (Deut. 4, 11. 5, 22. Hom. Hes. Tragg. al.)*

θύϊνος, η, ον (a θυία s. θύα, citrus, arbor odorifera Libyes cyrenaicae et hammoniacae, suffitui adhibita), *thyinus, citrinus;* ξύλον, Ap. 18, 12 ut Diosc. 1, 21; cf. Plin. h. n. 13, 16.*

**θυμίαμα**, τος, τό (θυμιάω), LXX maxime pro קְטֹרֶת, *suffimentum ex aromatibus incensum;* plerumque in plur. Ap. 5, 8. 8, 3 s. 18, 13; ἡ ὥρα τοῦ θ., qua accenduntur suffimenta. Lc. 1, 10; θυσιαστήριον τοῦ θυμ.. vs. 11. (Hdt. Soph. Arstph. Plat. Diod. Joseph. LXX)*

**θυμιατήριον**, ου, τό (θυμιάω), pr. *instrumentum suffitionis;* hinc 1) *thuribulum*, 2 Chr. 26, 19. Ez. 8, 11. Hdt. 4, 162. Thuc. 6, 46. Diod. 13, 3. Jos. antt. 4, 2. 4. 8, 3. 8. Ael. v. h. 12. 51. — 2) *altare suffitionis;* Philo rer. div. haer. §. 46. vit. Mos. III, §. 7. Jos. antt. 3. 6, 8; 3, 8. 3; b. jud. 5. 5, 5. Clem. Alex. Orig., atque ita Heb. 9, 4; ubi cf. *Bleek, Lünemann, Delitzsch, Kurtz* contra eos intpp., qui *thuribulum* intelligunt.*

**θυμιάω**, ῶ, inf. aor. θυμιᾶσαι (a θῦμα. et hoc a θύω, q. v.). ap. Graecos inde a Pind. Hdt. Plat.; LXX pro קִטֵּר et הִקְטִיר; *suffio, suffitum facio;* Lc. 1, 9.

**θυμομαχέω**, ῶ (θυμός et μάχομαι), *infenso et irato animo bellum gero* (Pol. Diod. Dion. H. Plut.); *vehementer iratus et infensus ago,* τινί, cum aliquo, Act. 12, 20. Cf. *Küpke* Observv. II, p. 62 s.*

**θυμός**, οῦ, ὁ (a θύω, cum impetu feror, ruo, ferveo, vehementer spiro; unde recte Plato Cratyl. p. 419 e.: θυμὸς ἀπὸ τῆς θύσεως κ. ζέσεως τῆς ψυχῆς, unde significat et *animum* spirantem quasi in corpore, et *iram*, qua hominis flatus agitatur et qua intumescit), LXX persaepe pro אַף. ira. et חֵמָה excandescentia; etiam pro חָרוֹן aestus; — in N. T. 1) *excandescentia* (Cic. Tusc. 4, 9, 21), *ira continuo effervescens neque ita multo post defervescens* (contra ὀργή *indignatio paullatim orta diutiusque in animo insidens*, unde Sir. 48, 10: κοπάσαι ὀργὴν πρὸ θυμοῦ, antequam effervescit et prorumpit); Lc. 4, 28. Act. 19, 28. Eph. 4, 31. Col. 3, 8. Heb. 11, 27; ὁ θ. τοῦ θεοῦ, Ap. 14. 19. 15, 1. 7. 16, 1; ἔχειν θυμόν, iracundum esse, 12, 12 (Ael. v. h. 1, 14); ὀργὴ καὶ θυμός (ut LXX Mich. 5. 15. Isocr. p. 249 c. Hdian. 8. 4, 1 al.), Ro. 2, 8 (inverso ordine in t. vulg. et Deut. 9, 19. 29, 23. 28); plur. θυμοί, irae motus et impetus (*Zornesregungen, Wuthausbrüche*), 2 Co. 12. 20. Gal. 5, 20 (2 Macc. 4, 25. 38. 9, 7. 10, 35. 14, 45. 4 Macc. 18. 20. Sap. 10, 3. Soph. Aj. 718. Plat. Protag. p. 323 e. Polyb. 3, 10, 5. Diod. 15, 28. Jos. b. jud. 4. 5. 2. Plut. Cor. 1 et ap. al.). — 2) *fervor* (*Glut*); ὁ οἶνος τοῦ θυμοῦ, vinum fervoris, vinum fervens (*Glutwein*), (quod qui bibit, ardore letali vel insanit vel perit, cf. Jes. 51. 17. 22. Jer. 25. 15 ss.), Ap. 14, 8. 18, 3; add. τοῦ θεοῦ, quod deus bibendum dat., 14, 10; add. τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ. 16, 19. 19, 15; cf. *Ewald* Johanneische Schriften, II. Bd. p. 269.*

**θυμόω**, ῶ, aor. 1. pass. ἐθυμώθην (θυμός), *facio, ut aliquis exardescat, irascatur;* pass. (LXX saepe pro חָרָה) *irascor*, Mt. 2, 16 (ap. Graecos inde ab Hdt.)*

**θύρα**, ας, ἡ (a θύω, irruo, pr. id. per quod irruitur; unde nostr. *Thür*), LXX pro דֶּלֶת et פֶּתַח, aliquoties etiam pro שַׁעַר; — *janua, foris; a*) pr. κλείειν τὴν θ., Mt. 6, 6. Lc. 13. 25; pass., Mt. 25, 10. Lc. 11, 7. Act. 21. 30. Jo. 20, 19. 26; ἀνοίγειν, Act. 5, 19; pass. 16, 26 s.; κρούειν, 12, 13; διὰ τῆς θ., Jo. 10, 1 s.; πρὸς τὴν θ., Mc. 1. 33. 11, 4. Act. 3, 2; τὰ πρὸς τὴν θ., vestibulum, Mc. 2. 2; πρὸς τῇ θ., Jo. 18. 16; ἐπὶ τῇ θ., Act. 5, 9; πρὸ τῆς θ., 12, 6; ἐπὶ τῶν θυρῶν, 5, 23. — *b*) dic. θύρα quidquid simile est januae, *introitus, aditus, ostium;* ἡ θ. τοῦ μνημείου, cavernae sepulcralis, Mt. 27, 60 (28, 2 t. vulg. *Grsb.*); Mc. 15, 46. 16, 3 (Hom. Od. 9. 243. 12, 256 al.). — *c*) in orat. parabolica et metaph. *α*) ἡ θύρα τῶν προβάτων, janua, per quam educuntur et intromittuntur oves, nomen ejus, qui salutem affert iis, qui ipsum ducem sequuntur, Jo. 10, 7. 9; cf. *Chr. Frid. Fritzsche* in *Fritzschiorum* Opuscc. p. 20 ss. (ab Ignat. ad Philad. 9. Christus dicitur ἡ θύρα τοῦ πατρός, δι' ἧς εἰςέρχονται Ἀβραὰμ - - καὶ οἱ προφῆται κτλ.; cf. *O. de Gebhardt* ad Clem. Rom. 1 Co. 48, 3 s.) — *β*) *janua aperta* dic. *de opportunitate aliquid faciendi*: τῆς πίστεως, opportunitas habendae fidei, Act. 14, 27; aperta *doctori*, i. e. opportunitas alios docendi, 2 Co. 2, 12. Col. 4, 3; ex audaciore metaphoricae et propriae dictionis copulatione dic. θύρα μεγάλη κ. ἐνεργής, ampla magnam hominum multitudinem de consequenda salute erudiendi opportunitas felicissimum successum sperare jubens, 1 Co. 16, 9. — *γ*) *janua regni coelestis* cum palatio comparati dic. *conditiones*, quibus satisfacere debent, qui in regnum dei recipi velint, Lc. 13, 24 (pro l. vulg. πύλης); *facultas* ingrediendi aeternum dei regnum, Ap. 3, 8 coll. vs. 7. — *δ*) ἐπὶ θύραις εἶναι, Mt. 24, 33. Mc. 13, 29., atque πρὸ θυρῶν ἑστηκέναι, Jac. 5, 9., dic. is, cujus adventus proxime instat. — *ε*) ἑστηκὼς ἐπὶ τὴν θύραν κ. κρούων, dic. Christus aditum in animos quaerens, et ii, qui ejus hortamini obsecundant, dicuntur ἀνοίγειν τ. θύραν, Ap. 3, 20.*

**θυρεός**, οῦ, ὁ (a θύρα, ob formam januae similem), *scutum*, quod magnum, oblongum et quadratum erat; τὸν θ. τῆς πίστεως, i. q. τὴν πίστιν ὡς θυρεόν, Eph. 6, 16. Differt ἀσπίς, *clypeus*, qui erat brevior et forma orbiculari.*

**θυρίς**, ίδος, ἡ (demin. vocis θύρα, pr. *ostiolum;* Plat. Dio Cass.), *fenestra;* Act. 20, 9. 2 Co. 11. 33. (Arstph. Theophr. Diod. Joseph. Plut. al. LXX.)*

**θυρωρός**, οῦ, ὁ, ἡ (e θύρα et ὤρα, cura; cf. ἀρκυωρός, πυλωρός, τιμωρός, cf. *Curtius* p. 311 coll. p. 95), *januae custos; janitor, janitrix;* masc. Mc. 13. 34. Jo. 10, 3; femin. Jo. 18. 16 s. (Aeschyl. Hdt. Xen. Plat. Aristot. Joseph. al. LXX.)*

**θυσία**, ας, ἡ (θύω), LXX pro מִנְחָה, oblatio, et זֶבַח; *sacrificium, victima, hostia; a*) pr. Mt. 9, 13 et 12. 7 ex Hos. 6, 6; Mc. 9, 49 (v. in ἁλίζομαι); Eph. 5, 2. Heb. 10, 5. 26; plur. Mc. 12, 33 Lc. 13, 1. Heb. 9, 23; ἀνάγειν θυσίαν τινί, Act. 7. 41; ἀναφέρειν, Heb. 7, 27 (v. in ἀνάγω et ἀναφέρω); προςφέρειν, Act. 7, 42. Heb. 5, 1. 8, 3. 10. 12; pass. 9, 9; διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ, per suum sacrificium. i. e. per sacrificium ab ipso oblatum (minime: *mittelst seiner eigenen Aufopferung*, quod scriptor dicturus fuisset: διὰ τὴν θυσίαν τὴν ἑαυτοῦ, vel διὰ τὴν ἑαυτοῦ θυσίαν), 9, 26; ἐσθίειν τὰς θυσίας, carnem e victimis residuam comedere (videlicet in epulis sacrificalibus; cf. *Win.* RWB. s. v. *Opfermahlzeiten*), 1 Co. 10, 18. — *b*) in oratione comparationibus utente: θυσίαι πνευματικαί (v. in πνευματικός), 1 Pet. 2, 5; θυσία, donum gratuitum, quod cum oblato sacrificio confertur, Phil. 4. 18. Heb. 13, 16 (τοιαύταις θυσίαις, i. e. his rebus si sacrificiorum loco offeruntur, deus delectatur); θυσία ζῶσα (v. in ζάω, n. II. b), Ro. 12. 1; ἀναφέρειν θυσίαν αἰνέσεως, Heb. 13, 15 (quod si h. l. esset, ut esse potest, αἴνεσιν ὡς θυσίαν, auctori non addenda fuisset ea, quam addidit, verborum explicatio; expressisse igitur putandus est id, quod hebr. זִבְחֵי־תוֹדָה dicitur, atque hoc ipsum accuratius definivit; Lev. 7. 13. Ps. 107, 22; v. in αἴνεσις); ἐπὶ τῇ θυσίᾳ - - τῆς πίστεως ὑμῶν (gen. epexeget.), in excitandae, alendae. promovendae fidei vestrae negotio quasi in administrando sacrificio, quod offeratur deo, Phil. 2, 17.*

**θυσιαστήριον**, ίον, τό (neutr. adj. θυσιαστήριος, et hoc a θυσιάζω), vox tantummodo in Philonis, biblicis, eccles. scriptis obvia; LXX sexcenties

pro מִזְבֵּחַ; pr. *altare mactandis et cremandis victimis destinatum;* dic. ita 1) *altare holocaustorum* in atrio sacerdotum templi hierosolymitani exstructum; Mt. 5, 23 s. 23, 18—20. 35. Lc. 11, 51. 1 Co. 9, 13. 10, 18. Heb. 7, 13. Ap. 11, 1. — 2) *altare suffitionis* in sanctuario exstructum; *τὸ ϑυσιαστ. τοῦ ϑυμιάματος*, Lc. 1, 11 (Exod. 30, 1); in *coelis*, Ap. 6, 9. 8, 3. 5. 9, 13. 14, 18. 16, 7. — 3) quaevis alia ara, Jac. 2, 21; plur. Ro. 11, 3; metaph. crux, in qua Christus expiatoriam mortem subiit; *comedere ab hoc altari* i. q. expiatoriae mortis a Christo toleratae fructum ad se transferre, Heb. 13, 10.*

*ϑύω*, aor. 1. *ἔϑυσα*, ptcp. pf. pass. *τεϑυμένος*, *ἐτύϑην* (1 Co. 5, 7., ubi t. vulg. *ἐϑύϑην*, cf. *Win*. p. 44), LXX maxime pro זָבַח, etiam pro שָׁחַט, macto; 1) *sacrifico, immolo;* absol. Act. 14, 13; *τινί*, dat. pers. (in honorem alicujus), Act. 14, 18; *τινί τι*, 1 Co. 10, 20. — 2) *macto;* absol. Act. 10, 13. 11, 7; *τί*, Lc. 15, 23. 27. 30; pass. Mt. 22, 4; *τὸ πάσχα*, agnum paschalem Mc. 14, 12; pass. Lc. 22, 7. 1 Co. 5, 7 (Deut. 16, 2. 6). — 3) *trucido;* absol. Jo. 10, 10; *τινά*, Sir. 31, 22. 1 Macc. 7, 19.*

*Θωμᾶς, ᾶ, ὁ* (תְּאוֹם, v. supra in *δίδυμος*), *Thomas*, unus ex apostolis Jesu; Mt. 10, 3. Mc. 3, 18. Lc. 6, 15. Jo. 11, 16. 14, 5. 20, 24—29. 21, 2. Act. 1, 13.*

*ϑώραξ, ακος, ὁ*, 1) *pectus*, s. pars corporis a collo usque ad umbilicum, ubi costae desinunt (Arist. hist. an. 1. c. 7; Eur. Plat. al.), Ap. 9, 9. — 2) *lorica*, armatura duabus partibus constans, corpus utrimque a collo usque ad pudenda tegens (Hom. Hdt. Xen. Plat. al.), Ap. 9, 9. 17; *ἐνδύεσϑαι τ. ϑώρακα τῆς δικαιοσ.*, i. e. *δικαιοσύνην ὡς ϑώρακα*, Eph. 6, 14; *ϑώρακα πίστεως*, i. e. *πίστιν ὡς ϑώρακα*, 1 Th. 5, 8 (*ἐνδύεσϑαι δικαιοσύνην ὡς ϑώρακα*, Jes. 59, 17; *ἐνδ. ϑώρακα δικαιοσύνην*, Sap. 5, 18.)*

# I.

*Ἰάειρος, ου, ὁ* (יָאִיר, Num. 32, 41), *Jairus*, praefectus synagogae, cujus filiam Jesus in vitam revocavit; Mc. 5, 22. Lc. 8, 41.*

*Ἰακώβ, ὁ* (יַעֲקֹב), *Jacob;* 1) secundus e filiis Isaaci; Mt. 1, 2. 8, 11. Jo. 4, 5 s. Act. 7, 8. Ro. 9, 13 al.; — ex hebr. i. q. *Jacobitae, Jacobi posteri*, Ro. 11, 26 (Num. 23, 7. Jes. 41, 8. Jer. 33, 26. Sir. 23, 12. 1 Macc. 3, 7 et saepe). — 2) pater Josephi, qui erat maritus Mariae, matris servatoris, Mt. 1, 15 s.

*Ἰάκωβος, ου, ὁ* (v. in voce antecedente), *Jacobus;* 1) filius Zebedaei, apostolus, frater Joannis apostoli (vulgo *Jacobus major*), jussu regis Herodis Agrippae I. gladio occisus (anno circiter 44 p. Chr.), Mt. 4, 21. 10, 2. 17, 1. Mc. 1, 19. 29. 3, 17. 5, 37. 9, 2. 10, 35. 41. 13, 3. 14, 33. Lc. 5, 10. 6, 14. 8, 51. 9, 28. 54. Act. 1, 13. 12, 2. — 2) *Jacobus* (vulgo *minor*) apostolus, filius Alphaei, Mt. 10, 3. Mc. 3, 18. Lc. 6, 15. Act. 1, 13; videtur esse idem, qui dicitur *Ἰάκωβος ὁ μικρός*, filius Mariae, Mc. 15, 40, (Mt. 27, 56); 16, 1., quae uxor fuit Cleopae s. Alphaei, Jo. 19, 25; v. supra in *Ἀλφαῖος* et infra in *Μαρία*. — 3) *Jacobus*, frater domini (v. supra in *ἀδελφός*, n. 1); Mt. 13, 55. Mc. 6, 3. Gal. 1, 19 (quo l. *εἰ μή* dicitur ex usu supra in *εἰ*, III, 8, c. *β*. p. 118, col. 1 illustrato); 2, 9. 12. Act. 12, 17. 15, 13. 21, 18. 1 Co. 15, 7 (?); Jac. 1, 1., Judaeo-Christianorum caput ab iisque *ὁ δίκαιος*, *Justus*, cognominatus, ecclesiae hierosolymitanae praefectus usque ad annum 62 vel 63 (sec. Hegesippum ap. Euseb. h. e. 2, 23 demum anno 69, quod parum probabile est), quo martyrium passus est, Jos. antt. 20, 9. Contra orthodoxam sententiam, qua hic Jacobus idem cum Jacobo Alphaei filio esse dicitur atque *ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου* de *consobrino* intelligitur, cf. praeter alios *Clemen* in *Winer* Zeitschrift f. wissensch. Theol. 1829. fasc. 3., p. 352 ss. *Blom* Diss. de *τοῖς ἀδελφοῖς - - τοῦ κυρίου*. Lugd. 1839. *Wlb. Grimm* in *Ersch* u. *Gruber* Encycl. 2 Sect. 23 Bd. p. 80 ss. *Schaf* das Verhältniss des Jacobus, Bruders des Herrn, zu Jacobus Alphäi. Berl. 1842. *Hilgenfeld* Galaterbrief etc. p. 138 ss. *Hausrath* in *Schenkel* BL, 3, p. 175 ss. — 4) Ignotus quidam *Jacobus*, pater Judae apostoli, Lc. 6, 16. Act. 1, 13., ex eorum intpp. sententia, qui verbis *Ἰούδαν Ἰακώβου* non *ἀδελφόν*, sed *υἱόν* mente addendum putant; v. in *Ἰούδας*.

*ἴαμα, τος, τό* (*ἰάομαι*), 1) *id quo sanatur, medicamen* (Sap. 11, 4. 16, 9; Hdt. 3, 130. Thuc. 2, 51. Pol. 7, 14, 2. Plut. Lucian. al.) — 2) *sanatio;* plur. 1 Co. 12, 9. 28. 30. (Jer. 40, 6 al. Plat. legg. 7, p. 790 d.)*

*Ἰαμβρῆς, ὁ*, et *ὁ Ἰαννῆς*, *Jambres* (pro quo Vulgatus legisse videtur *Μαμβρῆς*, ut habet Talmud. babyl. tract. Menach. c. 9. in Gemara; cf. *Buxtorf*. lex. talm. p. 945), et *Jannes*, duo magi aegyptiaci, qui coram Pharaone miracula Aaronis imitati sunt, cujus apud regem auctoritatem infringerent, 2 Tim. 3, 8 (cf. Ex. 7, 11 s.). Nomina eorum auctor epistolae hausit e traditione Talmudistarum et Rabbinorum. Commemorant hos magos praeter Talmudis Babyl. tractatum modo commemoratum Targ. Jonath. ad Ex. 7, 11., liber Sohar ad Num. 22, 22., Numenius *περὶ τἀγαϑοῦ* apud Orig. c. Cels. 4, 51. Euseb. praep. evang. 9, 8. Evang. Nicod. c. 5 et alii scriptores, quos recenset *Thilo* in Cod. apocr. p. 552 s.*

*Ἰαννά* (*Lchm. Tdf. Trg. Ἰανναί*), *Jannaeus;* Vulg. *Janne*, nom. propr. indecl. unius e majoribus Christi, Lc. 3, 24.

*Ἰαννῆς, ὁ*, v. in *Ἰαμβρῆς*.

*ἰάομαι, ῶμαι*, verbum dep., cujus praes., impf. *ἰώμην*, et aor. 1. med. *ἰασάμην* significatione activa, sed pf. pass. *ἴαμαι*, aor. 1. pass. *ἰάϑην*, fut. 1. pass. *ἰαϑήσομαι* signific. passiva leguntur (cf. *Krüger* I, p. 174); LXX pro רָפָא; — *sano, medeor; τινά*, Lc. 4, 18 t. vulg.; 5, 17. 6, 19. 9, 2. 11, 42. 14, 4. 22, 51. Jo. 4, 47. Act. 9, 34. 10, 38. 28, 8; pass. Mt. 8, 8. 13. 15, 28. Lc. 7, 7. 8, 47. 17, 15. Jo. 5, 13; et in t. vulg. Act. 3, 11; *τινὰ ἀπό τινος*, sano (i. e. sanando libero) aliquem ab aliquo morbo; pass. Mc. 5, 29. Lc. 6, 17. — trop. *salvum facio*, i. e. ab erroribus et peccatis libero, *salutem concilio*, Mt. 13, 15. Jo. 12, 40. Act. 28, 27 (e Jes. 6, 10); pass. 1 Pet. 2, 24. Jac. 5, 16; parabolice pass. Heb. 12, 13.*

*Ἰαρέδ* (*Tdf. Ἰάρετ, Lchm. Ἰάρεϑ*), *ὁ* (heb. יֶרֶד, descensus), *Jared*, nom. pr. indecl. (*Ἰαράδης* ap. Jos. antt. 1, 2, 2), pater Henochi (Gen. 5, 15. 18. 1 Chr. 1, 2), Lc. 3, 37.

*ἴασις, εως, ἡ*, *sanatio*, Lc. 13, 32. Act. 4, 22. 30. (Prov. 3, 8. 4, 22. Hippocr. Soph. Plat. Lucian. al.)*

*ἴασπις, ιδος, ἡ*, *iaspis;* gemma diversicolor (nam

alia est purpurea, alia caerulea, viridis alia, alia aeri similis; Plin. h. n. 37, 5); Ap. 4, 3. 21, 11. 18 s.*

**Ἰάσων**, *ονος*, *ὁ*, *Jason*, Thessalonicensis, Pauli hospes, Act. 17, 5—7. 9; an etiam idem, qui Ro. 16, 21 commemoratur Pauli cognatus, incertum est.*

**ἰατρός**, *οῦ*, *ὁ* (*ἰάομαι*), *medicus;* Mt. 9, 12. Mc. 2, 17. 5, 26. Lc. 5, 31. 8, 43. Col. 4, 14; *ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν*, proverbialis dictio, ad Christi personam hoc sensu accommodata: emerge e statu tuo tenui et contemto et fac tibi auctoritatem miraculis etiam apud nos edendis, ut videamus, te eum esse, quem te esse dicis, Lc. 4. 23.*

**ἰδέ** et (quae recentioris aetatis forma est) *ἴδε* (*ἰδέ ἀττικῶς ὡς τὸ εἰπέ, λαβέ, εὑρέ· ἴδε ἑλληνικῶς*, *Moeris;* cf. *Win.* §. 6, 1, a), imperat. ab *εἶδον*, q. v.; quae vox, quatenus imperativi vim servavit, illustratur supra in *εἴδω*, n. I, 1, e et 3; p. 119, col. 1. Sed in plerisque N. Ti. locis extra constructionem interjectionis instar ponitur, etiam in oratione ad plures conversa, lat. *en, ecce; a*) ab initio sententiarum vox ejus, qui aliquid ab aliquo non vult negligi, Mt. 26, 65. Mc. 2, 24. 11, 21. 13, 1. Jo. 5, 14. 18, 21; in t. vulg. Ro. 2, 17; nostr. *sieh' doch*, Jo. 11, 36. 16, 29. 19, 4. Gal. 5, 2; aut vox ejus, qui aliquid affert novi et inexspectati, Jo. 7, 26. 11, 3. 12, 19; aut est vox monstrantis, nostr. *hier ist, da ist, dieses ist; ἴδε ὁ τόπος*, gall. *voici le lieu*, Mc. 16, 6; adde Mc. 3, 34 (*Lchm. ἰδού*); Jo. 1, 29. 36 48. 19, 5. 14. 26 s. (ubi alii *ἰδού*); ubi nos simpliciter: *hier*, Mt. 25, 25; c. adverbiis loci, *ἴδε ὧδε ὁ Χριστός, ἴδε ἐκεῖ*, Mc. 13, 21. — *b*) verbis proferendae sententiae interseritur sic, ut praemittantur verba, post quae alicujus rei novitas magis in oculos incurrat, Mt. 25, 20. 22. Joh. 3, 26.

**ἰδέα**, *ας*, *ἡ* (ab *εἶδον*, *ἰδεῖν*), *forma, qua aliquis* vel *aliquid cadit in oculos; species, adspectus;* Mt. 28, 3 (*Tdf. Trg. εἰδέα*, q. v.), cf. *Alberti* ad l. (ap. Graecos ita inde a Pind. et Hdt.; 2 Macc. 3, 16; pro דְּמוּת Gen. 5, 3.).*

**ἴδιος**, *ία*, *ον* (apud profanos etiam duarum terminationum), 1) *proprius, suus* (*meus, tuus*) *ipsius;* dic. *a*) univ. *de iis quae alicujus ipsius sunt*, opp. *alienis; τὰ ἴδια πρόβατα*, Jo. 10, 3 s. 12; *τὰ ἱμάτια τὰ ἴδια*, Mc. 15, 20 t. vulg. *Trg.* (pro quo *Tdf. τὰ ἴδια ἱμ. αὐτοῦ*, *Lchm. τὰ ἱμ. αὐτοῦ*); *τὸ ἴδιον* (suo ipsius usui destinatum) *κτῆνος*, Lc. 10, 34; *διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος*, Heb. 9, 12. 13, 12 (*ἰδίῳ αἵματι*, 4 Macc. 7, 8); *τὸ ἴδιον μίσθωμα*, quod sibi ipse conduxerat mercede (opp. *τῇ ξενίᾳ* vs. 23), Act. 28, 30; adde Jo. 5, 43. 7, 18. Act. 3, 12. 13, 36. Ro. 11, 24. 14, 4 s. 1 Co. 3, 8 (*ἴδιον κόπον*); 6, 18. 7, 4. 37. 9, 7. 11, 21. Gal. 6, 5. 1 Tim. 3, 4. 12. 5, 4. 2 Tim. 1, 9. 4, 3; *πράσσειν τὰ ἴδια*, suas res agere (neque alienis se immiscere), 1 Th. 4, 11; *ἰδία ἐπίλυσις*, interpretatio, quam ipse aliquis excogitat, opp. ei, quam docet spiritus s., 2 Pet. 1, 20; *τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην*, quam aliquis sibi ipsi debere opinatur, opp. *δικαιοσ. θεοῦ*, quae a deo adjudicatur, Ro. 10, 3; *ἰδία ἐπιθυμία*, opp. divino incitamento, Jac. 1, 14; *κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας*, opp. divinis praeceptis, 2 Tim. 4, 3; add. pronom. possess. *αὐτῶν*, 2 Pet. 3, 3; *ἴδιος αὐτῶν προφήτης*, Tit. 1, 12; add. *αὐτοῦ*, Mc. 15, 20 *Tdf.* (v. supra); *τὰ ἴδια*, ea, quibus aliquis ab aliis differt, ejus indoles et natura, in phrasi *ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖν*, Jo. 8, 44; *ἴδιος*, *meus ipsius: ταῖς ἰδίαις χερσί* (non aliorum operâ utentes), 1 Co. 4, 12; *tuus ipsius*: *ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ*, Lc. 6, 41. — *b*) *de iis, quae ad peculium, familiam, domum, patriam* al. *spectant;* de peculio: *οὐδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἔλεγεν ἴδιον εἶναι*, Act. 4, 31; *τὰ ἴδια*, res nostras, i. e. domum, familiam, peculium, Lc. 18, 28 *Lchm. Tdf. Trg.; τῇ ἰδίᾳ γενεᾷ*, aetate qua ipse vixit, Act. 13, 36; *ἡ ἰδία πόλις τινός*, oppidum, cujus est aliquis civis vel incola, Lc. 2, 3. Mt. 9, 1; *τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ*, patrio sermone, Act. 1, 19. 2, 6. 8; *ἡ ἰδία δεισιδαιμονία*, patria religio, 25, 19; *οἱ ἴδιοι* (*die Angehörigen*); populares, Jo. 1, 11 coll. 2 Macc. 12, 22; domestici, ad domum et familiam vel coetum pertinentes, Jo. 13, 1. Act. 4, 23. 24, 23. 1 Tim. 5, 8; *εἰς τὰ ἴδια* (*in die Heimat*), in patriam, domum, Jo. 1, 11 (intelligenda ibi est terra Israelitarum); 16, 32. 19, 27 (3 Macc. 6, 27. 3 Esr. 5, 47; pro אֶל־בֵּיתוֹ, Esth. 5, 10. 6, 12); *ὁ ἴδιος ἀνήρ*, maritus, 1 Co. 7, 2; plur. Eph. 5, 22. Tit. 2, 5. 1 Pet. 3, 1. 5 et in t. vulg. Eph. 5, 24 Col. 3, 18; *οἱ ἴδιοι δεσπόται* (servorum), Tit. 2, 9; — *is, qui prae ceteris dicendus est alicujus esse; υἱός*, Ro. 8, 32; *πατήρ*, Jo. 5, 18; *μαθηταί*, Mc. 4, 34 *Tdf.* — *c*) *alicujus naturae, ingenio, studiis, factis consentaneus s. congruens* vel *assignatus; τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ*, Act. 1, 7; *τὸν ἴδιον μισθόν*, commeritam mercedem, 1 Co. 3, 8; *τὸ ἴδιον σῶμα*, 15, 38; *κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν*, Mt. 25, 15; *ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι*, 1 Co. 15, 23; *τὸ ἴδιον οἰκητήριον*, Jud. vs. 6; *εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον*, in domicilium post mortem alicui pro factis suis a deo assignatum, Act. 1, 25 (Ignat. ad Magnes. 5; *Baal Turim* in Num. 24, 25: „Balaam ivit *in locum suum*, i. e. in Gehennam“; v. in *τόπος*); *καιρῷ ἰδίῳ*, tempore, rei de qua agitur, consentaneo, Gal. 6, 9; plur. 1 Tim. 2, 6. 6, 15. Tit. 1, 3. — *d*) Ex usu ab antiquis Graecis alieno, sed ap. patres eccles. et Byzantinos obvio (cf. *Win.* §. 22, 7 coll. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 208 s.) obtinet locum pronominis *αὐτοῦ*, Mt. 22, 5. 25, 14. Jo. 1, 42 (Sap. 10, 1). — 2) *privatus* (ap. Graecos opp. *δημόσιος, κοινός*); *ἰδίᾳ*, adv., *seorsim*, 1 Cor. 12, 11 (saepe ap. Graecos); *κατ' ἰδίαν* (sc. *χώραν*), *seorsim*, Mt. 14, 13. 17, 19. 20, 17. 24, 3. Mc. 6, 31 s. 7, 33. 9, 2. 28. 13, 3. Lc. 9, 10. 10, 23. Act. 23, 19 (Pol. 4, 84, 8); add. *μόνος*, Mc. 9, 2; *privatim*, Mc. 4, 34. Gal. 2, 2 (Diod. 1, 21, opp. *κοινῇ*, 2 Macc. 4, 5. Ignat. ad Smyrn. 7, 2). Vocem non habet apocalypsis.

**ἰδιώτης**, *ου*, *ὁ* (*ἴδιος*), frequentissime ap. Graecos inde ab Hdt.; pr. *homo privatus*, opp. magistratibus, principibus, regibus; sed sunt etiam multae aliae nominis notiones, quarum e suo quaeque antitheto intelligitur, velut *gregarius miles*, oppos. ducibus; *prosae orationis scriptor*, opp. poetis; — in N. T. *indoctus, illiteratus*, opp. doctis, eruditis, Act. 4, 13; ut saepe ap. Graecos *artis alicujus imperitus;* eloquentiae (Isocr. p. 43, a), c. dat. relationis, *τῷ λόγῳ*, 2 Co. 11, 6; Christianus, *qui non est propheta*, 1 Co. 14, 24; *destitutus facultate τῶν γλωσσῶν*, vs. 16, 23.*

**ἰδού**, particula demonstrativa, in N. T., maxime in Matthaei et Lucae evangeliis, ex imitatione hebr. הִנֵּה frequentissime usurpari solita et orationi singularem vigorem inferens, qua lector vel auditor ad id quod dicitur attendere jubetur, *en! ecce;* interjicitur orationi post genit. absol., Mt. 1, 20. 2, 1. 13. 9, 18. 12, 46. 17, 5. 26, 47. 28, 11; ponitur *καὶ ἰδού*, ubi finita oratione aliquid novum inducitur, Mt. 2, 9. 3, 16. 4, 11. 8, 2. 24, 29. 32, 34. 9, 2 s. 20. 12, 10. 15, 22. 17, 3. 19, 16. 26, 51. 27, 51. 28, 2. 7. Lc. 1, 20. 31. 36. 2, 9. 25. 9, 30. 38 s. 10, 25. 14, 2. 24, 13. Act. 12, 7. 16, 1; ubi res notatur, quae non exspectata quidem, at nihilominus certa est, 2 Co. 6, 9 (*καὶ ἰδοὺ ζῶμεν*, et tamen vivimus), cf. Mt. 7, 4; ubi res notatur quae non videtur fieri posse, et tamen fit, Lc. 11, 41. Act. 27, 24. — *simplex ἰδού* est vox *monstrantis*, Mt. 12, 2. 47. 13, 3.

24, 26. Mc. 3, 32. Lc. 2, 34; et attentionem excitantis, Mc. 15, 35. Lc. 22, 10. Jo. 4, 35. 1 Co. 15, 51. 2 Co. 5, 17. Jac. 5, 9. Jud. vs. 14. Ap. 1, 7. 9, 12. 11, 14. 16, 15. 22, 7; aliis locis est i. q. *vide, videte,* s. *perpende, perpendite;* Mt. 10, 16. 11, 8. 19, 27. 20, 18. 22, 4. Mc. 10, 28. 33. 14, 41. Lc. 2, 48. 7, 25. 18, 28. 31 al.; item *καὶ ἰδού,* Mt. 28, 20. Lc. 13, 30; *ἰδοὺ γάρ,* Lc. 1, 44. 48. 2, 10. 6, 23. 17, 21. Act. 9, 11. 2 Co. 7, 11; *ἰδού,* ubi exempla afferuntur, Jac. 3, 4 s. 5, 4. 7. 11; pro hebr. הִנֵּנִי, ita, ut includat copulam, Lc. 1, 38; i. q. *adsum,* Act. 9, 10. Heb. 2, 13. — Interseritur *ἰδού* mediae orationi Mt. 23, 34. Lc. 13, 16. Act. 2, 7. 13, 11. 20, 22. 25. — Dicta V. Ti. particulam exhibentia in N. T. excitata haec sunt: Mt. 1, 23. 11, 10. 12, 18. 21, 5. Mc. 1, 5. Lc. 7, 27. Jo. 12, 15. Ro. 9, 33. Heb. 2, 13. 8, 8. 10, 7. 9. 1 Pet. 2, 6. Ut hebr. הִנֵּה, *ἰδού* et *καὶ ἰδού* ante nominativum, quem nullum sequitur verbum finitum, ita ponuntur, ut includant copulam aut praedicatum; ita *audita est,* Mt. 3, 17; incl. *est, adest, aderat, aderant, exstat, exstitit,* Mt. 12, 10 *Lchm. Tdf. Trg.;* vs. 41. Mc. 13, 21. Lc. 5, 12. 18. 7, 37. 11, 31. 13, 11 (ubi t. vulg. add. *ἦν*); 17, 21. 19, 2. 20. 22, 38. 47. 23, 50. Jo. 19, 26 s. Act. 8, 27. 36. 2 Co. 6, 2. Ap. 6, 2. 5. 8. 7, 9. 12, 3. 14, 14. 19, 11. 21, 3; *appropinquat,* Mt. 25, 6 *Lchm. Tdf. Trg.* (t. vulg. add. *ἔρχεται*); sed vero etiam ita, ut sit simpliciter monstrantis, Mt. 11, 19. Lc. 7, 34.

**Ἰδουμαία, ας, ἡ,** nomen regionis, inter meridionalem Palaestinam et Arabiam Petraeam sitae, ab Esavo s. Edomo (Gen. 36, 30) et posteris ejus (Edomitis) inhabitatae (Jos. 15, 1. 21. 11, 17. 12, 7). Qui primum a Davide debellati eo mortuo Salomonis imperium detrectarunt, Joramo regnante libertatem recuperarunt, quam tenuerunt, odium Israëlitarum ad posteros propagantes, donec ab Hyrcano iterum devicti Judaeorum regno subjicerentur; Mc. 3, 8.*

**ἱδρώς, ῶτος, ὁ,** *sudor,* Lc. 22, 44.*

**Ἰεζάβελ** (t. vulg. *Ἰεζαβήλ*), *ἡ* (אִיזֶבֶל), *Jesabel, Isebel,* uxor Achabi (917—895 ante Chr.; 1 Reg. 16, 23), impia et crudelis regina, idololatriae fautrix, prophetarum persecutrix (1 Reg. 16, 31—2 Reg. 9, 30); i. q. *altera Jesabel,* nomen symbolicum mulieris vatidicam se jactantis, antinomismo addictae, quae Christianis libertatem idolothytis vescendi vindicabat, Ap. 2, 20.*

**Ἱεράπολις, εως, ἡ,** *Hierapolis,* urbs Phrygiae majoris, ad Maeandrum fluvium sita non procul a Colossis et Laodicea, hodie *Pambuck Kulasi;* Col. 4, 13.*

**ἱερατεία, ας, ἡ** (*ἱερατεύω*), *sacerdotium, munus sacerdotis;* Lc. 1, 9. Heb. 7, 5. (LXX passim pro כְּהֻנָּה; Arist. pol. 7, 8. Dion. H.; Inscr. *Boeckh* II, p. 127, 23. 363, 27.)*

**ἱεράτευμα, τος, τό** (*ἱερατεύω*), *a*) *sacerdotium.* — *b*) *coetus et collegium sacerdotum* (v. in *ἀδελφότης, αἰχμαλωσία, διασπορά, θεραπεία*); dic. ita Christiani, ut qui aditum habeant ad deum neque externa sed *πνευματικά* sacrificia offerant, 1 Pet. 2, 5; item *ἱεράτ. βασίλειον,* vs. 9 (e LXX. Ex. 19, 6), sacerdotes *regiae* dignitatis, h. e. qui evecti sunt ad ethicam dignitatem et libertatem nemini nisi deo et Christo subditam. (Non offenditur apud profanos.)*

**ἱερατεύω** (ab *ἱεράομαι* et adj. verbali *ἱερατός,* etsi hoc adj. non occurrit), *sum sacerdos, sacerdotio fungor, sacris operor;* Lc. 1, 8. (Jos. antt. 3, 8, 1; Hdian. 5, 6, 6. Pausan. Heliod. Inscr.; LXX pro כִּהֵן.)*

**Ἱερεμίας, ίου, ὁ** (יִרְמְיָה s. יִרְמְיָהוּ, i. q. יָהּ יְרִמֶה, *projicit Jehova* [hostes?], aut *jacit Jehova* [fulmina?], cf. *Bleek* Einl. in das A. T. p. 469), *Jeremias, Hieremias,* propheta Hebraeorum celeberrimus, ab ann. 627 usque ad Hierosolymae excidium vaticinatus, posthac in Aegyptum demigravit, ubi mortuus esse videtur; Mt. 2, 17. 16, 14. 27, 9 (quo loco laudatur per errorem; nam verba allata leguntur Zach. 11, 12 s.).*

**Ἱερειχώ,** v. *Ἱεριχώ.*

**ἱερεύς, έως, ὁ** (*ἱερός*), hebr. כֹּהֵן, *sacerdos,* qui sacrificia offert et omnino sacris operatur; *a*) propr. dic. de gentilium sacerdotibus, Act. 14, 13; de Judaeorum sacerdotibus, Mt. 8, 4. 12, 4 s. Mc. 1, 44. Lc. 1, 5. 5, 14. Jo. 1, 19. Heb. 7, 20. 8, 4 al.; de *summo sacerdote,* Act. 5, 24 (Ex. 35, 19. 1 Reg. 1, 8. 1 Macc. 15, 1. Jos. antt. 6, 12, 1); eodemque sensu dic. Christus *ἱερεύς,* Heb. 5, 6 (e Ps. 110, 4); 7, 17; item *ἱερεὺς μέγας.* 10, 21 (v. in *ἀρχιερεύς*). — *b*) metaph. de Christianis, ut qui Christi sanguine lustrati et ad arctius cum deo commercium perducti vitam soli deo (et Christo) devoveant, Ap. 1, 6. 5, 10. 20, 6 coll. 1, 5. 5, 9.

**Ἱεριχώ** (*Tdf. Ἱερειχώ*), *ἡ,* indecl. (de flexionibus ap. alios scriptores cf. *Win.* §. 10, 2; *Ἱεριχοῦς, οῦντος* ap. Strab.; *Ἱεριχοῦς, οῦντος* ap. Joseph.; cf. *Win.* l. c.; hebr. יְרִיחוֹ, a רֵיחַ, odorari, ita dicta ob aromatum fertilitatem), *Jericho, Hiericho* (*untis*), urbs nobilissima et balsami, mellis, cypri, myrobalani, rosarum aliarumque rerum odoriferarum feracissima, sita non procul a septentrionali littore maris mortui in tribu Benjamin inter Hierosolymae urbem et Jordanem fluvium et distans ab illa 150, ab hoc 60 stadia; agrum ejus *θεῖον χωρίον* appellat Joseph. b. j. 4, 8, 3. Commemoratur in N. T. Mt. 20, 29. Mc. 10, 46. Lc. 10, 30. 18, 35. 19, 1. Heb. 11, 30. Quum inde balsamum in alias terras exportaretur, vectigalium exigendorum causa ibi *τελώνας* cum *ἀρχιτελώνῃ* collocatos fuisse legimus Lc. 19, 2. Uberiora de urbe praebent *Win.* RWB. s. v. *Arnold* in *Herzog* Enc. 6, p. 494 s. *Furrer* in *Schenkel* BL. 3. p. 209 ss. *Keim* III, p. 18 s.*

**ἱερόθυτος, ον** (ex *ἱερός* et *θύω,* cf. *εἰδωλόθυτος*), diis *immolatus;* ut Plut. symp. 8, 8, 3 init. dic. de *carne immolaticia,* 1 Co. 10, 28 *Lchm. Tdf. Trg.* De vocis ap. Graecos usu cf. *Lob.* ad Phryn. p. 159.

**ἱερόν, οῦ, τό** (neutr. adj. *ἱερός, ά, όν,* cf. *τὸ ἅγιον*), *sacrarium, templum* (*das Heiligthum*); de templo Dianae ephesino, Act. 19, 27; de templo hierosolymitano ap. LXX dic. bis, Ez. 45, 19. 1 Chr. 29, 4; frequentius in apocrr. V. T.; in N. T. saepe in evangg. et actis apostolicis; semel in reliquis scriptis, 1 Co. 9, 13. — *τὸ ἱερόν* et *ὁ ναός* ita differunt, ut illud totum templi circuitum, totum aedificiorum, murorum, porticuum, atriorum (quae erant *virorum* s. *Israelitarum, mulierum, sacerdotum*), ad templum pertinentium complexum, hoc aedem sacram proprie dictam, duabus e partibus, *sancto* (quod nemini nisi sacerdotibus ingredi licebat) et *sancto sanctorum* s. *sanctissimo* (v. in *ἅγιος*), (quod tantum magno expiationis die a solo summo sacerdote intrabatur) constantem, designet. Dicitur in N. T. aut diserte de *toto* templo, Mt. 12, 6. 24, 1. Mc. 13, 3. Lc. 21, 5. 22, 52. Act. 4, 1. 24, 6. 25, 8. 1 Co. 9, 13 al.; aut ita, ut de certis ejus partibus sit cogitandum, ut de *atriis,* maxime ubi Jesus vel apostoli in templum adscendisse, templum intrasse, in templo docuisse vel cum adversariis egisse vel alia fecisse dicuntur, Mt. 21, 13 s. 26, 55. Mc. 14, 49. Lc. 19, 47. 21, 37. 22, 53. 24, 53. Jo. 5, 14. 7, 14. 28. 8, 20. 18, 20. Act. 3, 2. 5, 20. 21, 26 al.; de *atriis* et *sancto,* Mt. 12, 5; de *atrio gen-*

*tilium*, ex quo Jesus vendentes ementesque et nummularios abegit, Mt. 21, 12. Mc. 11, 15. Lc. 19. 45. Jo. 2, 14 s.; de *atrio mulierum*, Lc. 2, 37; de porticu aliqua vel conclavi, Lc. 2, 46 coll. Jo. 10, 23; de phrasi *τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ* v. in *πτερύγιον*.

**ἱεροπρεπής**, *ές*, (ex *ἱερός* et *πρέπει*, convenit), *conveniens hominibus, locis, actionibus, rebus deo sacris; verecundus*, Tit. 2, 3. (4 Macc. 9, 25. 11, 19. Plat. Philo, Joseph. Lucian. al.)*

**ἱερός**, *ά, όν*, *sacer, numini consecratus, ad deum spectans; ἱερὰ γράμματα, sacra scripta*, quippe a deo inspirata, de divinis rebus exponentia ideoque pie reverenda, 2 Tim. 3, 15. (Jos. antt. prooem. 3; b. jud. 6, 5, 4; c. Ap. 1, 26; *ἱεραὶ βίβλοι*, antt. 2, 16, 5 al.; *οὐκ ἐνετράφης οὐδὲ ἐνησκήθης τοῖς ἱεροῖς γράμμασι*, Philo leg. ad Caj. §. 29. ed. Mang. T. II, p. 574); neutr. plur. substantive, *τὰ ἱερά*, sacra, ea quae ad cultum dei in templo spectant. 1 Co. 9, 13., v. in *ἐργάζεσθαι*.*

**Ἱεροσόλυμα**, *ων, τά* (haec forma constanter ap. Mc. et Joann., fere ubique ap. Matth. et Joseph.) atque **Ἱερουσαλήμ**, *ἡ*, indecl. (haec forma constanter ap. LXX; in N. T. ubi in ipso nomine tamquam sancto vis quaedam reponitur, ut Gal. 4, 25 s. Heb. 12, 22. Ap. 3, 12. 21, 2. 10 coll. Jos. c. Ap. 1, 22; p. 201, 16 ed. Bekk.; ita in compellationibus, Mt. 23, 37. Lc. 13, 34. Promiscue utraque forma usurpatur in apocryphis V. T., in Lucae et Pauli scriptis. Num etiam tertia sit eademque insolens forma *Ἱεροσόλυμα, ης, ἡ*, ap. Mt. 2, 3. 3, 5., id maxime dubium est; nam in enuntiato *ἐξεπορεύετο-Ἱεροσόλυμα*, 3, 5., nomen habere licet pro neutro pluralis c. praedicato in singulari, cf. *Win.* §. 58, 3; priore autem loco insolens copulatio feminini *πᾶσα* c. neutro plur. *Ἱεροσόλυμα* facile inde intelligitur, quod scriptoris animo obversaretur appellativa *τῆς πόλεως* notio; cf. *Fritzsche* et *Bleek* ad l. coll. *Bttm.* ntl. Gr. p. 16; — hebr. יְרוּשָׁלַםִ et יְרוּשָׁלַיִם, chald. יְרוּשְׁלֵם, syr. ܐܘܪܫܠܡ; plerique hebr. nomen conflatum putant e יְרוּשׁ, possessio, et שָׁלֵם, ut significet *possessionem tranquillam, habitationem pacis;* sed res valde incerta est aliique alia conjiciunt, cf. *Gesenius* Thes. II, p. 628 s.; de antiquiore urbis nomine v. infra in *Σαλήμ*, — *Hierosolyma, orum*, ap. patres eccles. etiam *Hierusalem* (sed forma *Hierosolyma, ae*, est incerta), metropolis Palaestinae, sita in medio fere hujus terrae, in confinio tribuum Benjamin et Juda, in regione tam edita, ut undecunque in eam proficiscentes *ἀναβαίνειν* (עָלָה) in eam dicerentur. Commemoratur in N. T. 1) ita, ut vel urbs ipsa intelligatur, Mt. 2, 1. Mc. 3, 8. Jo. 1, 10 al.; vel ejus incolae, Mt. 2, 3. 3, 5. 23, 37. Lc. 13, 34. — 2) *ἡ νῦν Ἱερουσ.*, Hierosol., qualia cum sacris suis institutis nunc sunt, i. e. mosaica religionis disciplina, a primaria ejus externa sede ita dicta, Gal. 4, 25., cui opponitur *ἡ ἄνω Ἱερ.* (e phrasi rabbinica ירושלים של מעלה, *Hierosolyma superna*, h. e. in coelis exstantia, ad quorum exemplum Hierosolyma terrestria s. ירושלים של־מטה condita putabantur), i. e. metaph. *civitas dei a Christo condita*, nunc *ecclesiae* formam referens, post Christi reditum perfecti regni messiani formam indutura, Gal. 4, 26; *Ἱερουσ. ἐπουράνιος, Hieros. coelestia*, i. e. coeleste domicilium dei, Christi, angelorum, beatorum hominum, tum sanctorum V. Ti. tum christianorum, pro cujus civibus habendi sunt etiam veri Christiani adhuc in terris degentes, Heb. 12, 22; *ἡ καινὴ Ἱερ.*, in visis Joannis prophetae, *nova Hieros.*, splendida urbs adspectabilis post mundi innovationem e coelis demittenda, futura beatorum sedes, Ap. 3, 12. 21. 2. 10.

**Ἱεροσολυμίτης**, *ου, ὁ*, *Hierosolymitanus*, Hierosolymorum civis et incola; Mc. 1, 5. Jo. 7, 25.*

**ἱεροσυλέω**, *ῶ* (*ἱερόσυλος*, q. v.), *sacrilegium committo, templum spolio;* Ro. 2, 22., ubi sententia: qui idola eorumque contagionem abominaris, nihil tamen reformidas eorum fana compilare; cf. *Fritzsche* ad l. (Arstph. Plat. Dem. al.)*

**ἱερόσυλος**, *ον* (ex *ἱερόν* et *συλάω*), *sacrilegus;* Act. 19, 37. (2 Macc. 4, 42. Arstph. Xen. Plat. Polyb. Diod. al.)*

**ἱερουργέω**, *ῶ* (ab *ἱερουργός*, et hoc ex *ἱερός* et *ΕΡΓΩ*), *sacris operor; sacra administro* (Philo, Hdian.); dic. potissimum de sacrificantibus (Jos. antt. 7, 13, 4 al.); transit. *sacerdotis modo administro; τὸν νόμον*, de iis, qui sanctitatem legis ipsa cruenta morte subeunda propugnant, 4 Macc. 7, 8; *τὸ εὐαγγέλιον*, de praecone evangelii, Ro. 15, 16., ubi uberius de voce agit *Fritzschius*.*

**Ἱερουσαλήμ**, v. *Ἱεροσόλυμα*.

**ἱερωσύνη**, *ης, ἡ* (*ἱερός*), *sacerdotium, munus sacerdotale;* Heb. 7, 11 s. (vs. 14 t. vulg. *Grsb.*); 24. (Sir. 45, 24. 3 Esr. 5, 38. 1 Macc. 2, 54. 3, 49. 4 Macc. 5, 34. Hdt. Plat. Dem. Diod. Joseph. Plut. Hdian al.)*

**Ἰεσσαί** (*Ἰεσσαῖος* ap. Joseph.), *ὁ* (יִשַׁי), *Jesse* s. *Isai*, pater Davidis regis (1 Sam. 16, 1. 10. 17, 12. 20, 27), Mt. 1, 5 s. Lc. 3, 32. Act. 13, 22. Ro. 15, 12.*

**Ἰεφθάε** (*Ἰεφθής, ου*, ap. Joseph.), *ὁ* (יִפְתָּח, a פָּתַח, aperuit), *Jephtha*, filius Gileadis, judicis Israëlis (Judic. 11 s.), Heb. 11, 32.*

**Ἰεχονίας**, *ου, ὁ* (יְהוֹיָכִין, *Jojakim*, h. e. *quem Jehova instituit;* LXX *Ἰωαχίν*), *Jechonias*, rex Judaeae, anno 600 ante Chr., post trium mensium regnum a Nebucadnezare in exilium abductus, 2 Reg. 24, 8—17. 2 Chr. 36, 9 s. Jer. 52, 31. Commemoratur Mt. 1, 11 s. At vero non erat, ut ibi narratur, filius Josiae, sed Jojakimi; neque habuit fratres, sed ejus pater. Ergo in stemmate evangelistae confusa sunt nomina יְהוֹיָקִים et יְהוֹיָכִין.*

**Ἰησοῦς**, *οῦ*, dat. *οῦ*, acc. *οῦν*, voc. *οῦ, ὁ*, *Jesus* (יְהוֹשֻׁעַ atque e posteriorum forma יֵשׁוּעַ, syr. ܝܫܘܥ i. e. cujus *auxilium Jehova* est; nostr. *Gotthilf;* sed recentiores nomini eam vim tribuebant, quae est vocis יְשׁוּעָה, cf. Mt. 1, 21 coll. Sir. 46, 1: *Ἰησοῦς, ὃς ἐγένετο κατὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μέγας ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐκλεκτῶν αὐτοῦ*, de Josua Mosis successore; Philo nom. mutat. §. 21: *Ἰησοῦς ἑρμηνεύεται σωτηρία κυρίου*), frequentissimum apud Israelitas nomen proprium; cf. *Delitzsch* der Jesusname, in Zeitschr. f. d. luth. Theol. 1876, p. 209 ss.); in N. T. 1) *Josua*, notissimus dux Israëlitarum, Mosis successor, Act. 7, 45. Heb. 4, 8. — 2) *Jesus*, filius Elieseris, unus e majoribus Christi, Lc. 3, 29 *Lchm. Tdf. Trg.* — 3) *Jesus*, filius dei, servator generis humani, Mt. 1, 21. 25. Lc. 1, 31. 2, 21 et saepissime; v. infra in *κύριος* et *Χριστός*. — 4) *Jesus Barabbas;* v. in *Βαραββᾶς*. — 5) *Jesus*, cognomine *Justus*, Christianus e Judaeis, Pauli in praedicando evangelio sodalis; Col. 4, 11.

**ἱκανός**, *ή, όν* (ab *ἵκω, ἱκάνω*, pr. *pertingens*, nostr. *hinreichend*); ut ap. Graecos inde ap. Hdt. et Thuc. *sufficiens; a)* de *numero* et *quantitate;* c. nominibus, *sat multus*, vel *satis* c. gen.; *ὄχλος ἱκανός*, sat magna plebis multitudo, Mc. 10, 46. Lc. 7, 12. Act. 11, 24. 26. 19, 26; *λαός*, Act. 5, 37 t. vulg. *Grsb.; κλαυθμός*, Act. 20, 37; *ἀργύρια ἱκανά*, satis pecuniae, Mt. 28, 12; *λαμπάδες*, Act. 20, 8; *λόγοι*, Lc. 23, 9; *φῶς ἱκανόν*, sat magnum lumen, Act. 22, 6; de *tempore, ἱκανῷ χρόνῳ*, satis diu, Act. 8, 11; item *ἱκανὸν χρόνον* Act. 14, 3; et plur. Lc. 20, 9; *ἐξ*

ἱκανοῦ, a longo inde tempore, jam dudum, Lc. 23, 8; item ἐξ ἱκανῶν χρόνων, 8, 27 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* 23, 8; ἱκανοῦ χρόν. διαγεν., longo tempore elapso, Act. 27, 9; ἐφ' ἱκανόν, in sat longum tempus, satis diu, 20, 11 (2 Macc. 8, 25. Diod. 13, 100. Palaeph. 28); ἡμέραι, Act. 9, 23. 43. 18, 18. 27, 7; absol. ἱκανοί, sat multi, magnus numerus, Lc. 7, 11. Act. 12, 12. 14, 21. 19, 19. 1 Co. 11, 30 (Ez. 1, 24. 1 Macc. 13, 11. 49 al.). — ἱκανόν ἐστιν *sufficit*, i. q. satis dictum est de hoc argumento, Lc. 22, 38 (Jesus enim ineptiis discipulorum contristatus declarat ita, finem sermonis faciendum esse; Hebraei, ubi alter absurda protulit, uti solebant phrasi רַב לָכֶם, ut Deutr. 3, 26., ubi LXX ἱκανούσθω); ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη, sc. ἐστίν, sufficit haec poena. 2 Co. 2, 6; e latinismo τὸ ἱκ. ποιεῖν τινι, *satisfacere alicui*, efficere, ne alter habeat, quod queratur, Mc. 15, 15 (Pol. 32, 7. 13. App. Pun. p. 68 ed. *Toll.*; Diog. Laert. 4, 50); τὸ ἱκ. λαμβάνω, satis accipio, *satisfit mihi* (acceptis fidejussoribus vel interim deposita pecunia, donec causa omnis fuerit confecta), Act 17, 9. — *b*) sufficiens *viribus*, i. e. *aptus*, *idoneus* (nostr. *tüchtig*); πρός τι, ad aliquid, 2 Co. 2, 16; sq. infin. Mt. 3, 11. Mc. 1, 7. Lc. 3, 16. 1 Co. 15, 9. 2 Co. 3, 5. 2 Tim. 2, 2; sq. ἵνα c. conj. Lc. 7, 6. Mt. 8, 8.*

ἱκανότης, τητος, ἡ, *facultas ad aliquid faciendum idonea*, 2 Co. 3, 5. (Plat. Lys. ap. Poll.)*

ἱκανόω, ῶ, aor. 1. ἱκάνωσα (ἱκανός), *idoneum reddo;* c. duplici acc., altero objecti, altero praedicati: aliquem idoneis facultatibus instruo, ut agere possit alicujus partes, 2 Co. 3, 6; τινὰ εἴς τι, Col. 1, 12.*

ἱκετήριος, ία, ον (ἱκέτης, supplex), *ad supplicem pertinens*, *supplici proprius;* ἡ ἱκετηρία, substantive, sc. ἐλαία aut ῥάβδος, 1) *ramus olivae;* nam supplices ad eum, cujus opem imploraturi essent, ramum olivae, lana alba vittisque obvolutum, tenentes accedebant, quo se supplices venire significarent; λαμβάνειν ἱκετηρίαν, Hdt. 5, 51; ἱκετηρίαν τιθέναι, s. προβάλλεσθαι παρά τινι al. — 2) i. q. ἱκεσία, *supplicatio* (Isocr. p. 186 a. Polyb. 2 Macc. 9. 18); plur. junct. c. δεήσεις (Pol. 3, 112, 8; sing. LXX. Job. 41, 3), Heb. 5, 7.*

ἰκμάς, άδος, ἡ, *humor;* Lc. 8, 6. (LXX. Jer. 17, 8. Hom. Il. 17, 392. Jos. antt. 3, 1, 3. et passim ap. alios.)*

Ἰκόνιον, ίου, τό, *Iconium*, celebris urbs Asiae minoris, quae Xenophontis aetate (anab. 1, 2, 19) ultima urbs Phrygiae erat, posthac metropolis Lycaoniae (Strab. 12. p. 568. Cic. ad fam. 15, 4), hodie *Konia;* Act. 13, 51. 14, 1. 19. 21. 16, 2. 2 Tim. 3, 11. Cf. *Overbeck* in *Schenkel* BL. 3, p. 303 s.*

ἱλαρός, ά, όν (ἵλαος, propitius), *hilaris, laetus, promtus ad aliquid faciendum*, 2 Co. 9, 7. Prov. 19, 12. 22, 8. Sir. 13, 25. 26, 4. 3 Macc. 6, 35. Arstph. Xen. al.*

ἱλαρότης, τητος, ἡ, *hilaritas*, *animus promtus;* Ro. 12, 8. (Prov. 18, 22. Acta Thom. §. 14.)*

ἱλάσκομαι, ap. Graecos medium activi ἱλάσκω (*propitium reddo, placo*), nusquam obvii, 1) *mihi propitium reddo, mihi placo* (ab ἵλαος, placidus). inde ab Hom. plerumque c. accus. personae, ut θεόν, Ἀθήνην al. (τὸν θεὸν ἱλάσασθαι, Jos. antt. 6, 6, 5); rarissime c. acc. rei, ut τὴν ὀργήν, Plut. Cat. min. 61 (quocum cf. ἐξιλάσκεσθαι θυμόν, LXX Prov. 16, 14). In biblica graecitate dic. passive, *propitius fio, placor;* c. imp. aor. 1. ἱλάσθητι, *propitiare*, *placare*, *propitius sis* (ap. profanos forma ἵληθι et dor. ἵλαθι, quam grammatici putant esse praesens inusitati verbi ἵλημι, propitius sum, cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 206. *Kühner* I, p. 839. *Passov* s. v. ἵλημι), c. dat. rei vel pers. Lc. 18, 13 (ταῖς ἁμαρτίαις, Ps. 78, 9; τῇ ἁμαρτίᾳ, 24, 12; ἱλάσθη ὁ κύριος περὶ τῆς κακίας, Ex. 32, 13; ἱλασθήσεται κύρ. τῷ δούλῳ σου, 4 Reg. 5, 18). — 2) ex alexandrino dicendi usu, *expio* (ut ἐξιλάσκεσθαι in V. T.), τὰς ἁμαρτίας, Heb. 2, 17 (ἡμῶν τὰς ψυχάς. Philo legg. alleg. 3, 61).*

ἱλασμός, οῦ, ὁ (ἱλάσκομαι), 1) *placatio;* Vulg. *propitiatio* (Plut. ser. num. vind. c. 17; plur. junct. c. καθαρμοί, Plut. Sol. 12; c. gen. obj. τῶν θεῶν, Orph. Arg. 39. Plut. Fab. 18; θεῶν μῆνιν ἱλασμοῦ καὶ χαριστηρίων δεομένην, vit. Cam. 7 extr.; ποιεῖσθαι ἱλασμόν, dic. de sacerdote expiatorium sacrificium offerente, 2 Macc. 3, 33). — 2) ex usu alexandrino *placamen;* Philo legg. alleg. 3, 61; προςοίσουσιν ἱλασμόν, pro חַטָּאת, Ez. 44, 27; περὶ τῶν ἁμαρτιῶν, de Christo, 1 Jo. 2, 2. 4. 10 (κριὸς τοῦ ἱλασμοῦ, Num. 5, 8; etiam pro סְלִיחָה, condonatio, Ps. 130, 4. Theodot. ad Dan. 9, 9).*

ἱλαστήριος, ία, ον (ἱλάσκομαι q. v.). *ad placandum* vel *expiandum spectans*, *vim placandi* vel *expiandi habens*, *expiatorius;* μνῆμα ἱλαστήριον, monumentum deo placando exstructum, Jos. antt. 16, 7, 1; ἱλαστήριος θάνατος, 4 Macc. 17, 22; χεῖρας ἱκετηρίους, εἰ βούλει δὲ ἱλαστηρίους, ἐκτείνας θεῷ, Niceph. in act. SS. *Maii*, T. 5, p. 335, 17. — Neutr. τὸ ἱλαστήριον, substantive, *id quo placatur vel expiatur*, *placamen*, *piaculum* (*Versöhnungs*- oder *Sühnmittel*); cf. *Win.* p. 91; dic. ita 1) operculum illud arcae foederis in sancto sanctorum, quod festo expiationis anniversario sanguine victimae piacularis adspergebatur (quo ritu significaretur, in sanguine tamquam vitâ victimae deo offerri vitam populi, cujus jacturam peccando commeruisset, eoque ritu deum esse placatum peccataque expiata), igitur *operculum expiationis* (*Sühndeckel*), Vulg. *propitiatorium;* Luth. *Gnadenstuhl;* Heb. 9, 5 (LXX Exod. 25, 18 ss. Lev. 16, 2 al.; explicatius ἱλαστήριον ἐπίθεμα, Ex. 25, 17. 37 (38), 6 pro hebr. כַּפֹּרֶת, a כִּפֶּר, obtexit, sc. peccata, i. e. condonavit. Quam notionem *Theodoret.*, *Theophyl.*, *Oecum.*, *Luth.*, *Grot.*, *Tholuck*, *Wilke*, *Philippi*, *Umbreit* al. voci tribuunt etiam Ro. 3, 25 hoc sensu: Christum, suo ipsius sanguine conspersum, *vere* fuisse id. quod illud operculum fuisset *typice*, i. e. signum et pignus expiationis; sed cf. contra hanc explicationem *Fritzsche*, *Meyer*, *van Hengel* al. ad l. — 2) *sacrificium expiatorium*, *victima piacularis* (Vulg. *propitiatio*); Ro. 3, 25 (e similitudine vocum χαριστήρια, sacrificia, quibus gratiae aguntur; σωτήρια, sacrificia pro impetrata salute. Contra ap. Dion. Chrys. or. 11, 1, p. 355 ed. Reisk., ut praecedentia verba docent, non *sacrificium*, sed *monumentum* indicatur: καταλείψειν γὰρ αὐτοὺς ἀνάθημα κάλλιστον καὶ μέγιστον τῇ Ἀθηνᾷ καὶ ἐπιγράψειν, ἱλαστήριον Ἀχαιοὶ τῇ Ἰλιάδι).*

ἵλεως, ων (attice pro ἵλαος, inde ab Hom.), *propitius;* ἔσομαι ἵλ. ταῖς ἀδικίαις, i. e. condonabo, Heb. 8, 12; Jer. 31, 34. 36, 3; item ταῖς ἁμαρτίαις, 3 Reg. 8, 34. 2 Chr. 6, 25. 27 al.); ἵλεώς σοι, sc. ἔστω ὁ θεός, i. e. hoc deus abs te avertat, Mt. 16, 22; LXX pro חָלִילָה sq. לְ, *absit ab aliquo*, 2 Sam. 20. 20. 23, 17.*

Ἰλλυρικόν, οῦ, τό, *Illyricum*, regio inter Italiam, Germaniam, Macedoniam Thraciamque sita, habens ab altera parte mare adriaticum, ab altera Danubium; Rom. 15, 19.*

ἱμάς, άντος, ὁ (ab ἵημι, mitto; sc. vas, quod ad hauriendam aquam in puteum demitti solebat, loris alligatum corio; unde etiam ἱμάω, loris funibusque aliquid alligatum traho), inde ab Hom., *lorum e corio;* dic. in N. T. de loris, quibus ca-

ptivi vel rei aut constringebantur aut verberabantur (v. in *προτείνω*), Act. 22, 25 (4 Macc. 9, 11. Sir. 30, 35); de corrigiis, quibus calceamenta alligabantur, Mc. 1, 7. Lc. 3, 16. Jo. 1, 27. (ita etiam Jes. 5, 27. Xen. anab. 4, 5, 15. Plut. symp. 4, 2, 3. Suid. *ἱμάς σφαιρωτὴρ σανδαλίου, ζανίχιον, οἷον τὸ λώριον τοῦ ὑποδήματος*.)*

*ἱματίζω*, ptcp. pf. pass. *ἱματισμένος* (*ἱμάτιον*), *vestio, amicio;* Mc. 5, 15. Lc. 8, 35. (exstat neque ap. LXX, neque ap. profanos.)*

*ἱμάτιον, ίου, τό* (deminit. vocis *ἷμα* = *εἷμα*, indumentum, vestimentum, et hoc ab *ἕννυμι*, cf. nostr. *Hemd*), LXX maxime pro בֶּגֶד, etiam pro שִׂמְלָה, שַׂלְמָה al.; 1) vestis (quaecunque), Mt. 9, 16. 11, 8. Mc. 2, 21. 15. 20. Lc. 5, 36. 7, 25. Heb. 1, 11; plur. pallium et tunica, Mt. 17. 2. 24, 18. 27, 31. 35, Jo. 19, 23. Act. 7, 58. Jac. 5, 2 al.; dilacerare *τὰ ἱμ.* (v. in *διαῤῥήγνυμι*). Mt. 26, 65. Act. 14, 14. 22, 23. — 2) vestis superior, *pallium* (quod tunicae, *τῷ χιτῶνι*, injicitur), Mt. 9, 20. Mc. 5, 27. Lc. 6, 44. Jo. 19, 2. Ap. 19, 16; opponitur *τῷ χιτῶνι* Mt. 5, 40. Lc. 6, 29. Act. 9, 39.

*ἱματισμός, οῦ, ὁ* (*ἱματίζω*), *vestitus;* univ. Lc. 7, 25. Act. 20, 33. 1 Tim. 2, 9; de tunica Mt. 27, 35 t. vulg.; Jo. 19, 24; de pallio, Lc. 9, 29. (LXX. Theophr. Polyb. Diod. Plut. Athen.)*

*ἱμείρω* et med. *ἱμείρομαι* (*ἵμερος*, cupido, desiderium, cf. *οἰκτείρω*), *desidero, desiderio teneor*, inprimis de desiderio amoris; *ὑμῶν*, animorum vestrorum, quos conciliarem Christo, 1 Th. 2, 8 t. vulg.; v. in *ὁμειρόμαι.* (LXX Job. 3, 21; ap. Graecos inde ab Hom.)*

*ἵνα*, I) adverbium *loci* inde ab Hom., potissimum ap. poetas; *a*) *ubi; quo in loco. b*) *quem in locum* (*wohin*). Prioris significationis duo in biblica graecitate exempla reperisse sibi visus est *C. F. A. Fritzsche* (ad Mt. p. 836; aliter in *Fritzschiorum* Opuscc. p. 186 ss.), cui assentitur *H. A. Guil. Meyer*, qui alterum exemplum, *ἵνα μὴ φυσιοῦσθε*, 1 Co. 4, 6., ita explicant: „*ubi* (i. e. *qua in conditione*, np. quando demisse de vobis statuere nostro exemplo didiceritis) *minime alter in alterius detrimentum extollitur*“; alterum, *ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε*, Gal 4, 17., ita: „*quo in statu illos studiose appetitis*“; sed vide infra sub n. II 2, d.

II) *conjunctio finalis* (nam a directione *locali*, adverbio indicata, facile transibatur ad *animi* directionem s. intentionem), *consilium* et *finem* denotans: *eo consilio, ut; eum in finem, ut* (nostr. *damit; auf dass*); *ἵνα μή, ne, ut ne;* ac dicitur

1) pr. de *consilio* s. *fine; a*) sq. *optativo;* tantum bis, et quidem praeced. praes. verborum *precandi* et *orandi*, ubi *optatio* precibus expressa ansam dedit usui optativi, Eph. 1, 17 atque e l. vulg. et *Grsb.* 3, 16; cf. *Win.* p. 273. *Bttm.* ntl. Gr. p. 201; quamquam utroque exemplo *finalis* particulae vis ita attenuata est, ut magis *argumentum*, quam *finem* precum designet, v. infra in n. 2. — *b*) sq. *conjunctivo*, nec solum ex lege, quae ab optimis Graecis servatur, praecedentibus temporibus primariis (praes., pf., fut.) aut imperativo, sed per notissimam incuriam, qua posteriore aetate, et maxime quidem ab Hellenistis, discrimen conjunctivi et optativi negligebatur, post tempora praeteritorum etiam tum, ubi elegantiores Graeci optativo uti solebant; cf. *Hermann* ad Vig. p. 847 ss. *Klotz* ad Dev. II, p. 616 ss. *Win.* p. 271. *Bttm.* ntl. Gr. p. 201. — *α*) praeced. *praesente*, Mc. 4, 21. 7, 9. Lc. 6, 34. 8, 12. 16, 28. Jo. 3, 15. 5, 34. 6, 30. Act. 2, 25. 16, 30. Ro. 1, 11. 3, 19. 11, 25. 1 Co. 7, 29. 9, 12. 2 Co. 1, 17. Gal. 6, 13. Phil. 3. 8. Heb. 5. 1. 6, 12. 9, 15. 1 Jo. 1, 3. Ap. 3, 18. 11, 6 et saepe. — *β*) praegrediente *perfecto*, Mt. 1, 22. 21, 4. Jo. 5, 23. 6, 38. 12, 40. 46. 14, 29. 16, 1. 4. 17, 4. 20, 31. 1 Co. 9, 22. 1 Jo. 5, 20. — *γ*) praecedente *imperativo* (s. praesentis, s. aoristi), Mt. 7, 1. 9, 6. 14, 15. 17, 27. 23, 26. Mc. 11, 25. 13, 18. Jo. 4, 15. 5, 14. 7, 3. 10, 38. 1 Co. 7, 5. 11, 34. 1 Tim. 4, 15. Tit. 3, 13 al.; etiam praecedente *conjunctivo hortativo* aut *deliberativo*, Mc. 1, 38. Lc. 20, 14. Jo. 6, 5. 11, 16. Heb. 4, 16 al. — *δ*) praecedente *futuro:* Lc. 16, 4. 18, 5. Jo. 5, 20. 14, 3. 13. 16. 1 Co. 15, 28. Phil. 1, 26. — *ε*) praegressis *historicis* temporibus; et quidem post *imperfectum*, Mc. 3, 2. 6, 41. 8, 6. Lc. 6, 7. 18, 15 al.; post *plusqmpf.*, Jo. 4, 8; post *aoristum* Mt. 19, 13. Mc. 3, 14. 11, 28. 14, 10. Lc. 19, 4. 16. Jo. 5, 36. 7, 32. 12, 9. Act. 19, 4. Ro. 6, 4. 2 Co. 8, 9. Heb. 2, 14. 11, 35. 1 Tim. 1, 16. 1 Jo. 3, 5. 8 al. — *c*) Ut profani particulas finales *ὄφρα, μή*, maxime autem *ὅπως*, jungunt etiam c. *indicativo futuri* (cf. *Matthiae* II, p. 1186 ss.), quippe naturâ suâ conjunctivo cognati: ita N. T. scriptores ex usu ap. meliores Graecos quam maxime dubio (cf. *Klotz* l. c. p. 629 s.) etiam voculam *ἵνα; ἵνα θήσω*, 1 Co. 9, 18; ap. *Lchm. Tdf. Trg. σταυρώσουσιν*, Mc. 15, 20; *δώσουσιν* Lc. 20, 10; *κενώσει*, 1 Co. 9, 50; *κερδηθήσονται*, 1 Pet. 3, 1; *σφάξουσιν*, Ap. 6, 4; *δώσει*, 8, 3; *προσκυνήσουσιν*, 13, 12; ap. *Lchm. Trg. κατηγορήσουσιν*, Mc. 3, 12; *προςκυνήσουσιν*, Jo. 12, 20; ap. *Tdf. Trg. ξυρήσονται*, Act. 21, 24; ap. *Lchm. Tdf. ἀδικήσουσιν*, Ap. 9, 4 (*ἵνα καταργήσει τὸν θάνατον καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν δείξει*, Barnab. 5, 6); ita ut futurum alternet c. conjunctivo: *ἵνα ἔσται - - καὶ εἰςέλθωσιν*, Ap. 20, 14; *γένηται καὶ ἔσῃ* (Vulg. *sis*), Eph. 6, 3; aliis locis *Lchm. Tdf. Trg.* restituerunt indicativum, velut *ἵνα ἥξουσι κ. προςκυνήσουσιν - - κ. γνῶσιν*, Ap. 3, 9; *ἵνα-πίνητε - - καὶ καθίσεσθε* s. *καθήσεσθε* (Vulg. *et sedeatis*), Lc. 22, 30; *κάμψῃ κ. ἐξομολογήσεται*, ap. *Tdf.* Phil. 2, 11; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 201 s. 38. *Win.* p. 271 s. — *d*) e soloecismo, passim ap. eccles. et byzantinos scriptores obvio c. *indicativo praesentis;* 1 Co. 4, 6 (*φυσιοῦσθε*); Gal. 4, 17 (*ζηλοῦτε*); sed maxime dubius indicativus est hisce ap. *Tdf.* et *Trg.* locis: Jo. 17, 3. Tit. 2, 4; ap. *Tdf.* et *Trg.* Ap. 12, 6 (*τρέφουσιν*); ap. *Tdf.* Jo. 5, 20 (*θαυμάζετε*); et ap. *Lchm.* 2 Pet. 1, 10; cf. *Win.* p. 272 s. *Bttm.* l. c. p. 202. *Meyer* ad 1 Co. 4, 6; *Wieseler* ad Gal. 4, 17. (Apud antiquiores Graecos *ἵνα* indicativo solorum *praeteritorum* temporum conjungitur, „quum significatur aliquid, quod futurum fuisset, si quid aliud actum esset, sed nunc non factum est“; *Hermann* ad Vig. p. 847 coll. *Klotz* ad Dev. II, p. 630 s. *Kühner* II, p. 903 s.). — *e*) praeparatur finale enuntiatum demonstrativis finitionibus: *εἰς τοῦτο, in hunc finem*, Jo. 18, 37. 1 Jo. 3, 8. Ro. 14, 9. 2 Co. 2, 9. 1 Pet. 2, 21. 3, 9. 4, 6 (Barn. ep. 5); *εἰς αὐτὸ τοῦτο*, Eph. 6, 22. Col. 4, 8; *διὰ τοῦτο*, Jo. 1, 31. 2 Co. 13, 10. Philem. vs. 15. 1 Tim. 1, 16; *τούτου χάριν*, Tit. 1, 5.

2) In fatiscente graecitate, ideoque maxime ap. Hellenistas, finalis potestas particulae *ἵνα magis minusve ita attenuatur, ut ibi frequentetur, ubi antiquiores Graeci infinitivo utebantur*, ita tamen, ut primario et secundario enuntiato suum sit subjectum. Cujus usus primum exemplum exstat in decreto amphictyonum ap. Dem. p. 279, 8: *πρεσβεῦσαι πρὸς Φίλιππον καὶ ἀξιοῦν, ἵνα βοηθήσῃ*, sed posteriore demum aetate usus increbescebat; cf. *Win.* §. 44, 8. *Bttm.* ntl. Gr. p. 204. Ponitur igitur *ἵνα* c. conjunctivo ita, ut multo magis *argumentum* (s. *objectum*), quam *finem* actionis, praegressi verbi significatae, designet. Quod fit *a*) post verba *curandi, decernendi, studendi, appetendi; βλέπειν,*

**καμμύω**, forma ex epico (cf. batrach. 191) et vulgari sermone in alexandrinam et fatiscentem graecitatem profecta, a Phrynicho improbata, per syncopen et assimilationem e *κατα-μύω* (quo antiquiores et elegantiores Graeci utuntur) nata (cf. *καμμέν, καμμονή, κάμμορος*, e *κατὰ μέν, καταμονή, κατάμορος*, cf. *Bttm.* p. 311. Gr. max. II, p. 373; *Fischer* de vitiis lexx. N. T. p. 678 s. *Sturz* de dial. maced. et alex. p. 173 s. *Lob.* ad Phryn. p. 339 s. *Schäfer* ad Lamb. Bos. p. 369); aor. 1. *ἐκάμμυσα*, — *conniveo, oculos claudo*, add. saepe *τοὺς ὀφθαλμούς*; ita Mt. 13, 15 et Act. 28, 27 (e LXX Jes. 6, 10, ubi pro הָשַׁע, i. e. collino), quo utroque loco phrasis designat inflexibilem Judaeorum pertinaciam et obstinationem evangelio oppositam. (Jes. 29, 10. Thren. 3, 44; *καμμύειν τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα*, Philo de somn. I, §. 26.)*

**κάμνω**, aor. 2. *ἔκαμον*, pf. *κέκμηκα*, 1) *defatigor* (ita inde ab Hom.), Ap. 2, 3 t. vulg.; Heb. 12, 3. — 2) *aegroto;* Jac. 5, 15 (Soph. Arstph. Eur. Xen. Plat. Aristot. Diod. Lucian. al.).*

**κάμπτω**, fut. *ψω*, aor. 1. *ἔκαμψα*, a) *flecto, inflecto, incurvo; τὸ γόνυ* (et *τὰ γόνατα*), *genu* (*genua*), ab Hom. dic. de residentibus et sedendo conquieturis (Il. 7, 118. 19, 72); in sacris libris c. dat. pers. *in honorem alicujus*, quem religiose venerer, dic. de adorantibus, Ro. 11, 4 et 3 Reg. 19, 18. (ubi pro כָּרַע sq. לְ); *πρός τινα*, versus aliquem, Eph. 3, 14. — b) reflexive, *incurvo me; κάμψει πᾶν γόνυ ἐμοί*, mihi (in honorem meum) flectatur, i. e. me quisque adoret, Ro. 14, 11 (e Jes. 45, 23); *ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ*, in pia recordatione nominis (*τοῦ κυρίου*), quod Jesus a deo accipit, Phil. 2, 10.*

**κἄν**, per crasin pro *καὶ ἐάν*, quare jungitur c. conjunctivo; 1) *etsi, atque si*, nostr. *und wenn;* Mt. 10, 23 *Grsb. Lchm.;* Mc. 16, 18. Jac. 5, 15; per aposiopesin deficiente apodosi, *κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν*, sc. *εὖ ἔχει*, vel tale quid; cf. *Win.* p. 558. 2) *etiam si; a) vel si*, nostr. *wennn auch nur;* in

concisa oratione, κἂν τῶν ἱματίων αὐτοῦ, sc. ἅψωμαι, Mc. 5, 28; item ἵνα [sc. ἅψωνται αὐτοῦ] κἂν τοῦ κρασπέδου - - ἅψωνται, Mc. 6, 56; ἵνα ἐρχομένου Πέτρου [sc. τὶ αὐτοῦ ἐπισκιάσῃ αὐτῶν] κἂν ἡ σκιά etc., Act. 5, 15; κἂν ὡς ἄφρονα sc. δέξησθέ με, 2 Co. 11, 16. (Sap. 14, 4. 15, 2.) Cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 309. — b) *etiam tum, si;* nos: *selbst wenn, sogar wenn:* Mt. 21, 21. 26, 35. Jo. 8, 14. 10, 38. Heb. 12, 20.*

*Κανᾶ*, ἡ, *Cana*, nom. pr. indecl. vici Galilaeae, fere trium horarum spatio a Nazaretho septentrionem occidentalem versus distantis, in hodierno partim deserto partim ruinoso loco *Kana el-Jelîl* appellato superstitis; cf. *Robinson* Palaestina, T. III, p. 445 et ejusd. Neuere bibl. Forschungen in Palästina p. 140 s. coll. *Ewald* Geschichte Jesu p. 147 (ed. I); *Rüetschi* in *Herzog* Enc. 7, p. 234; Jo. 2, 1. 11. 4, 46. 21, 2.*

*κανανaῖος*, Mt. 10, 4 et Mc. 3, 18 *Lchm. Tdf. Trg.* (pro l. vulg. κανανίτης, q. v.), e *Bleekii* (Erklär. d. drei ersten Evangg. I, p. 417) et al. interpretatione *Canâ* (v. in *Κανᾶ*) *oriundus;* sed id dici oportebat *Καναῖος*. Lectio κανανaῖος invitatu praegressae formae *Θαδδαῖος* a librariis conficta videtur; cf. *Fritzsche* ad Mt. 10, 4.

*κανανίτης*, ου, ὁ (a chald. קַנְאָן, hebr. קַנָּא), i. q. ὁ ζηλωτής (interprete Luca 6, 15. Act. 1, 13) q. v., *zelotes*, cognomen Simonis apostoli; Mt. 10, 4. Mc. 3, 18. t. vulg. *Grsb.**

*Κανδάκη*, ης, ἡ, *Candace*, nomen reginis cujusdam regionis aethiopicae, cujus metropolis Napata erat, commune, ut *Ptolemaeus* commune nomen proprium regum aegyptiacorum, *Henricus* principum ruthenicorum (Strab. 17, p. 820. Plin. h. n. 6, 35. Dio Cass. 54, 5), Act. 8, 27; cf. *Laurent* die Königin Kandake, in Zeitschrift f. die luth. Theol. 1862, p. 632 ss.*

*κανών*, όνος, ὁ (κάννα, hebr. קָנֶה, canna, arundo; arab. قَنَاةٌ, idem, et hasta et baculus rectus), pr. lignum recta linea tornatum, quo aliquid alligatur, ut rectam teneat lineam, ad varios usus adhibitum (v. *Passow* s. v.); baculus mensorius, norma, regula (*Richtscheid*); funis mensorius fabrorum lignariorum, Schol. Eur. Hippol. 468; hinc i. q. τὸ μέτρον τοῦ πηδήματος (Pollux Onom. 3, 151), demensum saltus spatium, ut in ludis olympicis; unde in N. T. 1) *descriptum ac definitum spatium, intra cujus fines efficacia alicujus se contineat; provincia quae alicui demandata est, fines* (*der für jemandes Wirksamkeit bestimmte Bezirk*); 2 Co. 10, 13. 15 s. — 2) translate *quaevis regula s. norma, lex* quaerendi, judicandi, vivendi, agendi (ita saepe ap. Graecos, velut τοῦ καλοῦ, Eur. Hec. 602; ὅροι τῶν ἀγαθῶν κ. κανόνες, Dem. pro cor. p. 324, 27); Gal. 6, 16 et in t. vulg. Phil. 3, 16. Cf. *Credner*, Zur Geschichte des Kanon (Hal. 1847), p. 6 ss.*

*Καπερναούμ*, sive rectius (*Lchm. Tdf. Trg.*) Καφαρναούμ (כְּפַר, pagus, et נַחוּם, solatium, ergo *pagus solatii; Καπαρναούμ*, Ptol. 5, 16, 4), *Capernaum, Capharnaum*, oppidum Galilaeae florentissimum (Mt. 11, 23. Lc. 10, 15), situm ad occidentale littus maris galilaei s. lacus Gennesaret (Jo. 6, 17. 24; unde ἡ παραθαλασσία, Mt. 4, 13), propinquum loco, quo Jordanes fluvius in lacum Gennesaret influit. In V. T. nusquam commemoratum videtur exstructum esse post exilii tempora. Commemorat Josephus (b. jud. 3, 10, 8) galilaeum *fontem* ab accolis Καφαρναούμ dictum, atque (de vita sua, 72) κώμην Κεφαρνώμην, eumque oppidum illud dixisse admodum probabile est. Praeter locos cit. commemoratur in N. T. Mt. 8, 5. 17, 24. Mc. 1, 21. 2, 1. 9, 33. Lc. 4, 23, 31. 7, 1. Jo. 2, 12. 4, 46. 6, 59. Cf. *Win.* RWB. s. v. *Vaihinger* in *Herzog* Enc. 7, p. 369 s. *Furrer* in *Schenkel* BL. 3, 493 ss.*

*καπηλεύω* (κάπηλος, i. e. a) caupo, inpr. vinarius. b) propola, qui in foro et tabernis res ab aliis emtas vendit, indeque quaestum facit, nostr. *Höker, Kleinhändler*, cf. Sir. 26, 29: οὐ δικαιωθήσεται κάπηλος ἀπὸ ἁμαρτίας), a) *caupo sum, cauponor;* c. acc. rei, *vendenda aliqua re quaestum facio; e tractanda aliqua re sordidum quaestum capto, inhonesti quaestus causa aliquid facio* (οἱ τὰ μαθήματα περιάγοντες κατὰ πόλεις καὶ πωλοῦντες κ. καπηλεύοντες, Plat. Prot. p. 313 d; μάχην, Aesch. Sept. 551; lat. *cauponari bellum*, i. e. quaestus causa pugnare, Enn. ap. Cic. offic. 1, 12, 38; ἑταίραν τὸ τῆς ὥρας ἄνθος καπηλεύουσαν, Philo de human. §. 14 coll. leg. ad Caj. §. 30 et multis aliis ap. alios exemplis), unde nonnulli καπηλεύειν τ. λόγον τοῦ θεοῦ, *cauponari verbum dei*, 2 Co. 2, 17., putant esse i. q. *e tradenda divina doctrina inhonestum quaestum captare.* Sed quum propolae plerumque lucri causa merces solerent adulterare et corrumpere (οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι, LXX Jes. 1, 22; κάπηλοι, οἱ τὸν οἶνον κεραννύντες, *Bekk.* anecd. p. 102, 16; οἱ φιλόσοφοι ἀποδίδονται τὰ μαθήματα, ὥςπερ οἱ κάπηλοι, κερασάμενοί γε οἱ πολλοὶ καὶ δολώσαντες καὶ κακομετροῦντες, Poll. 7, 193), καπηλεύειν τι etiam sic dicebatur, ut idem esset quod *corrumpere, adulterare*, nostr. *verfälschen* (Themist. or. 21 falsos philosophos dicit τὸ θειότατον τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν κιβδηλεύειν τε καὶ αἰσχύνειν κ. καπηλεύειν), atque hunc sensum recte statuunt plurimi propter sententiarum juncturam 2 Co. 2, 17; cf. δολοῦν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, 4, 2.*

*καπνός*, οῦ, ὁ, *fumus;* Ap. 8, 4. 9, 2 s. 17. 18. 14, 11. 15, 8. 18, 9. 18. 19, 3; ἀτμὶς καπνοῦ, vapor fumi (*Rauchdampf, Rauchqualm*), Act. 2, 19 e Joel. 2, 30 (3, 3).*

*Καππαδοκία*, ας, ἡ, *Cappadocia*, regio Asiae minoris, romani imperii tempore e septemtrione Pontum, ex orientem Armeniam minorem, e meridie Ciliciam et Commagenen, ex occidente ad Lycaoniam et Galatiam attingens; Act. 2, 9. 1 Pet. 1, 1.*

*καρδία*, ας, ἡ, poetice κραδία et καρδίη, qua posteriore forma fere semper ap. Hom.; LXX pro לֵב et לֵבָב; *cor;* 1) pr. illud in animali corpore vas, in quo circulatio sanguinis centrum habet, quapropter in eo sedes physicae vitae esse putabatur; 2 Sam. 18, 14. 2 Reg. 9, 24. Tob. 6, 4. 6 s. 16. Hinc 2) universe καρδία dic. totius physicae et spiritualis vitae sedes atque centrum, et quidem a) *physicae vitae vis ac sensus;* Ps. 102, 5; στήρισον τὴν καρδίαν σου ψωμῷ ἄρτου, Judd. 19, 5; add. Ps. 104, 15; τρέφειν τὰς καρδίας, Jac. 5. 5; ἐμπιπλῶν τὰς καρδίας τροφῆς Act. 14, 17; βαρεῖν τ. καρδίας κραιπάλῃ καὶ μέθῃ, Lc. 21, 34. — b) spiritualis vitae sedes atque centrum, *mens, animus, ut est cogitationum, cupiditatum, desideriorum, appetituum, voluntatum, consiliorum, studiorum fons et sedes* (*Herz, Gemüth, Inneres, Gesinnung*); α) univ. Mt. 5, 8. 6, 21. Mc. 7, 19. Lc. 1, 51. 2, 51. 8, 12. 15. Act. 5, 3. Ro. 10, 9 s. 1 Co. 14, 25. 2 Co. 6, 11. Eph. 6, 5. Col. 3, 22. 1 Pet. 3, 4 al.; plur. Mt. 9, 4. Mc. 2, 6. 8. 3, 5. Lc. 1, 17. 2, 35. 5, 22. Ro. 2, 15. 16, 18. 2 Co. 3, 2. Gal. 4, 6. Phil. 4, 7. Eph. 5, 19. Heb. 8, 10. 10, 16 al.; distinguitur ἡ καρδία a τῷ στόματι s. χείλεσιν, Mt. 15, 8. 18 s. Mc. 7, 6. 2 Co. 6, 11. Ro. 10, 8 s.; a τῷ προσώπῳ, 2 Co. 5, 12. 1 Th. 2, 17; περιτομὴ καρδίας, Ro. 2, 29; ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ, Act. 7, 51; — de iis, quae *ex animo*, h. e. *lubenter* vel *sincere, vere* (*non simu-*

*late*), fiunt, usurpantur hae phrases: ἐκ καρδίας (Arstph. nub. 86), Ro. 6, 17., et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* 1 Pet. 1, 22, ubi t. vulg. ἐκ καθαρᾶς καρδίας, ut 1 Tim. 1, 5. 2 Tim. 2, 22; ἀπὸ τῶν καρδιῶν, Mt. 18, 35 (ἀπὸ καρδίας εὐχάριστος τοῖς θεοῖς, Antonin. 2, 3); ἐν ὅλῃ τ. κ. et ἐξ ὅλης τ. κ., Mt. 22, 37. Mc. 12, 30. 33. Lc. 10, 27 et in t. vulg. Act. 8, 37 (Deut. 6, 5. 26, 16. Ps. 119, 34); μετ' ἀληθινῆς καρδίας, Heb. 10, 22; — ἐρευνᾶν τὰς καρδίας, Ro. 8, 27. Ap. 2, 23; δοκιμάζειν, 1 Th. 2, 4; γινώσκειν, Lc. 16, 15 (ἐτάζειν, Jer. 17, 10. Ps. 7, 10); διανοίγειν τὴν κ. (v. in διανοίγω), Act. 16, 14; ἦν ἡ καρδία κ. ἡ ψυχὴ μία, erat summus animorum consensus, Act. 4, 32; τιθέναι τι ἐν τῇ κ. (בְּלֵב et שִׂים עַל לֵב, 1 Sam. 21, 12. Mal. 2, 2. Dan. 1, 8; τιθέναι ἐν στήθεσσιν, ἐν φρεσίν al. ap. Hom.), *mente reponere aliquid* accuratius considerandum et perpendendum, Lc. 1, 66; *infigere animo*, i. e. sibi proponere aliquid faciendum, Act. 5, 4; item εἰς τ. καρδίαν sq. inf. Lc. 21, 14; βάλλειν εἰς τὴν κ. τινός, sq. ἵνα, indere in alicujus animum consilium aliquid faciendi, Jo. 13, 2; item διδόναι sq. inf. Ap. 17, 17; ἀναβαίνει ἐπὶ τὴν κ. τινός, sq. infin., subit alicujus animum consilium aliquid faciendi, Act. 7, 23; ἐν τῇ καρδίᾳ junct. c. verbis *cogitandi, reputandi, dubitandi* al.: ἐνθυμεῖσθαι, διαλογίζεσθαι, Mt. 9, 4. Mc. 2, 6. 8. Lc. 3, 15. 5, 22; λέγειν, εἰπεῖν (אָמַר בְּלִבּוֹ), cogitare, secum reputare, Mt. 24, 48. Lc. 12, 45. Ro. 10, 6. Ap. 18, 7 (Deut. 9, 4. 8, 17); συμβάλλειν, animo volvere, Lc. 2, 19; διακρίνεσθαι, dubitare, Mc. 11, 23; διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσι, dic. de dubitantibus, Lc. 24, 38; ἀναβαίνει τι ἐπὶ καρδίαν, subit animum alicujus rei cogitatio, 1 Co. 2, 9. — β) speciatim dic. de *ingenio, intelligentiae facultate ac sede* (ita etiam passim ap. Hom.; „*cor domicilium sapientiae*“, Lact. de opif. dei, c. 10 coll. Cic. Tusc. 1, 9; לֵב 1 Reg. 10, 2. Job. 9, 4. 12, 3 al.); Ro. 1, 21. 2 Co. 4, 6. Eph. 1, 18 (pro l. vulg. διανοίας) 2 Pet. 1, 19; συνιέναι τῇ καρδίᾳ, Mt. 13, 15. Act. 28, 27; νοεῖν τῇ κ., Jo. 12, 40; de hebetudine animi ad percipiendas et intelligendas res divinas invalida usurpantur dictiones ἐπαχύνθη ἡ κ., Mt. 13, 15. Act. 28, 17 (e Jes. 6, 10); πωροῦν τὴν καρδίαν, Jo. 12, 40; πεπωρωμένη καρδία, Mc. 6, 52. 8, 17; ἡ πώρωσις τῆς κ., Mc. 3, 5. Eph. 4, 18; βραδὺς τῇ κ., tardus animo, socors, Lc. 24, 25; κάλυμμα ἐπὶ τὴν κ. κεῖται, 2 Co. 3, 15. — γ) *de voluntate et moribus*; ἁγνίζειν καρδίας, Jac. 4, 8; καθαρίζειν τὰς κ., Act. 15, 9; ἐρραντισμένοι τὰς κ., Heb. 10, 22; καρδία εὐθεῖα, Act. 8, 21; πονηρά, Heb. 3, 12; ἀμετανόητος, Ro. 2, 5; γεγυμνασμένη πλεονεξίας, 2 Pet. 2, 14; στηρίζειν τὰς κ., 1 Th. 3, 13; βεβαιοῦν, pass. Heb. 13, 9; σκληρύνειν Heb. 3. 8; ἡ ἐπίνοια τῆς κ., Act. 8, 22; αἱ βουλαὶ τῶν κ., 1 Co. 4, 5; προαιρεῖσθαι τῇ κ., 2 Co. 9, 7; κρίνειν (decernere) et ἑδραῖος ἐν τῇ κ., 1 Co. 7, 37. — δ) *de animo, quatenus rebus bene maleve afficitur et commovetur*, s. *de animo, sensuum, affectionum, perturbationum, desideriorum, appetituum, cupiditatum sede*; ἡ καρδία καιομένη ἦν, dic. de animo vehementer et singulariter commoto, Lc. 24, 32; αἱ ἐπιθυμίαι τῶν καρδιῶν, Ro. 1, 24; στηρίζειν τὰς κ., de constantiae et fortitudinis studiosis, Jac. 5, 8; de benevolentia et amore: ἔχειν τινὰ ἐν τῇ κ., de eo, qui alicujus perpetuo memor est eumque constanter amat, Phil. 1, 7 („te tamen in toto pectore semper habet“, Ovid. trist. 5, 4, 24); εἶναι ἐν τῇ κ. τινός, in sinu alicujus foveri s. perpetuo et constanter ab aliquo amari, 2 Co. 7, 3; εὐδοκία τῆς κ., Ro. 10, 1; de gaudio et voluptate: εὐφράνθη ἡ κ., Act. 2, 26 (e Ps. 16, 9); χαρήσεται ἡ κ., Jo. 16, 22; ἀνὴρ κατὰ τὴν κ. τοῦ θεοῦ, i. e. in quo deus acquiescit, Act. 13, 22; de voluptate, quae percipitur ex alimentorum usu, 14. 17 (v. supra in 2, a); de tristitia, dolore, angore al.: ἡ λύπη πεπλήρωκε τὴν κ., Jo. 16, 6; ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου, Ro. 9, 2; ἡ κ. ταράσσεται, Jo. 14, 1. 27; συνοχὴ καρδίας, 2 Co. 2, 4; βαρεῖν τ. καρδίας μερίμναις βιωτικαῖς, Lc. 21, 34; διαπρίομαι τῇ κ., Act. 7, 54; συντετριμμένος τὴν κ., Lc. 4, 18; κατενύγησαν τῇ κ., Act. 2, 37; συνθρύπτειν τὴν κ., 21, 13. — ε) *de animo bene maleve factorum sibi conscio* (nostr. *Gewissen*), 1 Jo. 3, 20 s. (Cohel. 7, 22; ita לֵבָב Job. 27, 6; ἡ καρδία πατάσσει τινά, 1 Sam. 24, 6. 2 Sam. 24, 10). — 3) dic. *de medio* s. *penetralibus* s. *intimo alicujus rei, etiam inanimae, spatio*; τῆς γῆς (quod alii de orco, alii de sepulcro explicant), Mt. 12, 40 (τῆς θαλάσσης Jon. 2, 4 pro לֵב; et pro eodem ἐν μέσῳ θαλάσσης, Exod. 15, 8. 19; adde Bar. 6, 20; τῆς κλεψύδρας, Aristot. probl. 16, 8). — Cf. *Beck* Bibl. Seelenlehre, p. 64 ss. *Delitzsch* Bibl. Psychologie (Leipz. 1855), p. 203 ss. *Oehler* in *Herzog* Enc. 6, p. 15 ss. *Wittichen* in *Schenkel* BL. 3, p. 71 ss.

**καρδιογνώστης**, ου, ὁ (καρδία, γνώστης), *qui animos novit*; Act. 1, 24. 15, 8. (script. eccl.)*

**Κάρπος**, ου, ὁ, *Carpus*, nomen viri ignoti, 2 Tim. 4, 13.*

**καρπός**, οῦ, ὁ, hebr. פְּרִי; inde ab Hom., — *fructus*; 1) pr. fructus arborum, Mt. 12, 33. 21, 19. Mc. 11, 14. Lc. 6, 44. 13, 6 s.; vitium, Mt. 21, 34. Mc. 12, 2. Lc. 20, 10. 1 Co. 9, 7; agrorum, Lc. 12, 17. Mc. 4, 29. 2 Tim. 2, 6; βλαστάνειν, Jac. 5, 18; ποιεῖν, fructum edere (ex hebr. עָשָׂה פְּרִי), Mt. 3, 10. 7, 17—19. 13, 26. Lc. 3, 9. 6, 43. 8, 8. 13, 9. Ap. 22, 2; διδόναι, Mt. 13, 8. Mc. 4, 7 s.; φέρειν, Mt. 7, 18 *Tdf.*; Jo. 12, 24. 15, 2. 4 s. (trop. 15, 8. 16); ἀποδιδόναι, fructus edere, Ap. 22, 2; fructus solvere, Mt. 21, 41: ex hebr. ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας, *foetus*, Lc. 1, 42 (פְּרִי בֶטֶן Deut. 28, 4., ubi LXX τὰ ἔκγονα τῆς κοιλίας); τῆς ὀσφύος, *fructus lumborum alicujus*, i. e. *prognati ex aliquo, posteri ejus*, Act. 2, 30 (Gen. 30, 2. Ps. 127, 3. 132, 11. Mich. 6, 7); cf. *Win.* p. 32. — 2) metaph. *id quod alicunde nascitur s. proficiscitur*; *effectus*; *a*) i. q. ἔργον, *opus, facinus, factum*; c. gen. auctoris, τοῦ πνεύματος, Gal. 5, 22; τοῦ φωτός (t. vulg. τοῦ πνεύματος), Eph. 5, 9; τῆς δικαιοσύνης, Phil. 1, 11; christianae caritatis, i. e. beneficium, Ro. 15, 28; καρπὸν πολὺν φέρειν, multa efficere (ad propagandam et in animis promovendam causam christianam), Jo. 15, 8. 16; dic. de hominum factis animorum documentis, Mt. 7, 16. 20; ἀγαθοί, Jac. 3, 17; καρποὶ τῆς βασ. τοῦ θεοῦ, facta, quae requiruntur ad salutem regni divini adipiscendam, Mt. 21, 43; ποιεῖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, facta edere animorum emendationi congrua, Mt. 3, 8. Lc. 3, 8. (cf. ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα πράσσειν, Act. 26, 20). — *b*) *commodum, emolumentum, utilitas*; Phil. 1. 22. 4, 17; ἔχειν καρπόν, fructum percipere, Ro. 1, 13. 6, 21 s.; τῆς δικαιοσύνης, beneficium ex probitate natum, Heb. 12, 1; quod cernitur in probitate (genit. apposit.), Jac. 3, 18. — *c*) ex hebr. οἱ καρποὶ τῶν χειλέων, laudes, quae deo quasi sacrificium salutare offeruntur, Heb. 13, 15 (Hos. 14, 3. Prov. 12, 14. 31, 31). Cf. *Win.* p. 32, not. 1. — *d*) συνάγειν καρπὸν εἰς τ. ζωὴν αἰώνιον, fructus (demessos) colligere in vitam aeternam (quasi in horreum) in parabolico sermone dicuntur, qui laboribus suis animos aptos reddiderunt ad consequendam vitam aeternam, Jo. 4, 36.*

**καρποφορέω**, ῶ, aor. 1. ἐκαρποφόρησα (καρποφόρος, q. v.), *fructus fero*; Vulg. *fructifico* (Colum. Tertull.); *a*) pr. (Theophr. de caus. plant. 3, 2, 7. Diod. 2, 49) χόρτον, Mc. 4, 28 (φυτά, Sap. 10, 7). —

*b*) metaph. *facta edo;* ita de hominibus, qui religionis cognitionem factis produnt, Mt. 13, 23. Mc. 4, 20. Lc. 8, 15; *ἐν* (pro vulg. *ἕν*) *τριάκοντα* sc. *καρποῖς*, Mc. 4, 20 *Tdf. Trg.; ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ*, Col. 1, 10; *τινί* (dat. commodi), alicui, qui fructus demetat, i. e. fructus ei acceptos, *τῷ θεῷ*, Ro. 7, 4; *τῷ θανάτῳ*, extra tropum: facta edere, quae rependuntur morte, vs. 5; med. *fructus e me edo*, Col. 1, 6.*

**καρποφόρος**, *ον* (*καρπός* et *φέρω*), *frugifer;* frugibus ferendis aptus, Act. 14, 17. (Pind. Xen. Theophr. Diod. LXX.)*

**καρτερέω**, *ῶ*, aor. 1. *ἐκαρτέρησα* (*καρτερός*), *fortis sum;* Heb. 11, 27. (Job. 2, 9. Sir. 2, 2. 12, 15; saepe ap. Graecos inde a Soph. et Thuc.)*

**κάρφος**, *εος* (*ους*), *τό* (a *κάρφω*, contraho, arefacio, sicco), *stipula, festuca; palea;* Mt. 7, 3—5. Lc. 6, 41 s., ubi per imaginem dic. de vitio leviore. (Gen. 8, 11; ap. Graecos inde ab Aesch. et Hdt.)*

**κατά**, praepositio motum vel diffusionem vel directionem de superioribus ad inferiora designans, ut a Graecis, conjungitur c. genit. et accus.

I) *c. genitivo* (*Win.* p. 357): 1) pr. *a*) *desuper, de* (*herab -- von, über -- herab*); *κατὰ τοῦ κρημνοῦ*, Mt. 8, 32. Mc. 5, 13. Lc. 8, 33; *κατέχεεν κατὰ τῆς κεφαλῆς* (ut de capite deflueret; sed rectius h. l. *κατά* c. *Lchm. Tdf. Trg.* omittitur, v. infra in *καταχέω*), Mc. 14, 3; hinc *κατὰ κεφαλῆς* (de capite pendens velum) *ἔχων*, 1 Co. 11, 4 (cf. voc. *καταπέτασμα*). — *b*) *desuper in* aliquid (*hinab in; hinab auf*); Act. 27, 14; trop. *ἡ κατὰ βάθους πτωχεία*, ad profundum pertingens, i. e. profunda s. summa paupertas, 2 Co. 8, 2 (cf. Strab. 9, 5: *ἐστὶ τὸ μαντεῖον ἄντρον κοῖλον κατὰ βάθους*). — *c*) dic. de motu vel diffusione per spatium a summo ad imum; hinc *per* (nostr. *hinab -- hin, durch - hin*); in N. T. ubique c. adj. *ὅλος*, ut *καθ᾽ ὅλης τῆς περιχώρου, τῆς Ἰουδαίας, τῆς Ἰόππης*, Lc. 4, 14. 23, 5. Act. 9, 31. 10, 37 (*διεσπάρησαν κατὰ τῆς νήσου*, Pol. 3, 19, 7; *ἐσκεδασμένοι κατὰ τῆς χώρας*, 1, 17, 10; 3, 76, 10; — *μὴ παραβαίνειν τὰς ἁρματοτροχίας, ἀλλὰ κατ᾽ αὐτῶν ἰέναι*, Ael. v. h. 2, 27). — 2) metaph. *a*) post verba *jurandi, obtestandi* (manu rei, per quam juratur, quasi superimposita), lat. *per;* Mt. 26. 63. Heb. 6, 13. 16 (Jes. 45, 23. 2 Chr. 36, 13. Judith. 1, 12. Dem. 553, 17. 554, 23). — *b*) *adversus* (pr. *desuper adversus;* hebr. עַל); opp. *ὑπέρ*, Mc. 9, 40. Lc. 11, 23. 2 Co. 13, 8. Ro. 8, 31; opp. *μετά*, Mt. 12, 30; post *ἐπιθυμεῖν*, Gal. 5, 17; *εἰπεῖν πονηρὸν ῥῆμα*, Mt. 5, 11; *λαλεῖν*, Act. 6, 13. Jud. vs. 15; *μαρτυρία*, Mc. 14, 55. Mt. 26, 59; *μαρτυρεῖν*, 1 Co. 15, 15; *ψευδομαρτυρεῖν*, Mc. 14, 56 s.; *γογγύζειν*, Mt. 20, 11 (Ex. 15, 24); *διδάσκειν*, Act. 21, 28; *ψεύδεσθαι*, Jac. 3, 14 (Xen. apol. 13); *συμβούλιον λαβεῖν* vel *ποιεῖν*, Mt. 27, 1. Mc. 3, 6; *αἰτεῖσθαί τι*, Act. 25, 3. 15; post verba *accusandi* al., *ἔχειν τι*, Mt. 5, 23. Mc. 11, 25. Ap. 2, 4. 14. 20; *κατηγορεῖν*, Lc. 23, 14; *κατηγορία*, Jo. 18, 29; *ἐγκαλεῖν*, Ro. 8, 33; *ἐντυγχάνειν τινί*, 11, 2; adde Act. 24, 1. 25, 2. Jac. 5, 9; *τὸ χειρόγραφον*, Col. 2, 14; *κρίσιν ποιεῖν*, Jud. vs. 15; post verba *insurgendi, pugnandi, valendi*, Mt. 10, 35. 12, 25. Act. 14, 2. 1 Co. 4, 6. 2 Co. 10, 5. 1 Pet. 2, 11; *ἰσχύειν*, Act. 19, 16; *ἐξουσίαν ἔχειν*, Jo. 19, 11.

II) *c. accusativo;* cf. *Win.* p. 373 ss. *Bnhdy* p. 239 ss. — 1) *de loco; a*) de loco, *per quem* aliquid fit vel extenditur (nostr. *durch -- hin;* pr. *desuper per;* opp. *ἀνά, sursum per*, nostr. *durch -- hinauf*); *καθ᾽ ὅλην τὴν πόλιν κηρύσσειν*, Lc. 8, 39; *ἐκφέρειν κατὰ τὰς πλατείας*, Act. 5, 15; adde Lc. 9, 6. 13, 22. 15, 14. Act. 8, 1. 11, 1. 15, 23. 21, 21. 24, 5. 12. 27, 2; *τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη* (per gentilium terras) *πάντας Ἰουδαίους*, Act. 21, 21; cf. *Grimm* ad 2 Macc. 1, 1; *κατὰ τὴν ὁδόν*, in tractu viae, h. e. in itinere, Lc. 10, 4. Act. 8, 36. 25, 3. 26, 13; *secundum* (*längs*), *praeter* (*an -- in*), *πέλαγος τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν*, Act. 27, 5. — *b*) de loco, *ad quem* aliquis *defertur*, nostr. *hinab -- an; γενόμενος κατὰ τὸν τόπον*, Lc. 10, 32; *ἐλθόντες κατὰ τὴν Μυσίαν*, Act. 16, 7; *κατὰ τὴν Κνίδον*, 27, 7; *κατ᾽ αὐτόν*, (delatus) ad eum, i. e. ad locum, ubi jacebat, Lc. 10, 33. — *c*) de directione: *versus; Λιβύη ἡ κατὰ Κυρήνην*, ea Libya, quae versus Cyrenem sita erat, i. e. Libya cyrenaica (i. e. cujus metropolis erat Cyrene), Act. 2, 10; *βλέπειν*, spectare, vergere ad (v. in *βλέπω*, n. 3), Act. 27, 12; *πορεύεσθαι κατὰ μεσημβρίαν*, Act. 8, 26; *κατὰ σκοπόν*, oculis ad metam conversis, numquam ab ea aversis (*Ziel im Auge, zielwärts*), Phil. 3, 14; — *adversus* c. accus.; *ex adverso: κατὰ πρόσωπον, in faciem*, Gal. 2, 11 (v. in *πρόσωπον*); i. q. *praesens*, Act. 25, 16. 2 Co. 10, 1; add. gen. personae: *coram aliquo*, Lc. 2, 31. Act. 3, 13; *τὰ κατὰ πρόσωπον*, quae adspectui patent, quae omnibus nota sunt, 2 Co. 10, 7; *κατ᾽ ὀφθαλμούς*, ob oculos, Gal. 3, 1; refertur huc a nonnullis etiam *κατὰ θεόν*, Ro. 8, 27., sed rectius id refertur inter exempla infra sub n. 3 afferenda. — *d*) de loco, *ubi; κατ᾽ οἶκον* (opp. *ἐν τῷ ἱερῷ*), *domi*, privatim, Act. 2, 46. 5, 42. — *e*) dic. *de eo, quod ita alicui se adjungit, ut ab alio se separet;* nostr. *für, bei; κατ᾽ ἰδίαν, seorsim;* v. in *ἴδιος*, n. 2; *καθ᾽ ἑαυτόν*, solus (*für sich*), Act. 28, 16. Jac. 2, 17 (2 Macc. 13, 13; *οἱ καθ᾽ αὐτοὺς Ἕλληνες*, Thuc. 1, 138; *οἱ Βοιωτοὶ καθ᾽ αὐτούς*, Diod. 13, 72; alia exempla afferunt *Alberti* observv. p. 293. *Loesner* obss. e Philone p. 461 s.); *ἔχειν τι καθ᾽ ἑαυτόν*, apud se s. secum habere aliquid, i. e. animo reconditum tenere, Ro. 14, 22 (Jos. antt. 2, 11, 1. Heliod. 7. 16); hinc *de eo, quod aliquo pertinet, κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν*, ad coetum, qui ibi erat, pertinentes (nos *von der dasigen Gemeinde*), Act. 13, 1; *ἡ ἐκκλησία κατ᾽ οἶκόν τινος*, ad alicujus familiam pertinens (v. in *ἐκκλησία*, n. 4, b, aa); hinc efficit periphrasin tum genitivi, ut *τὰ κατὰ Ἰουδαίους ἔθη* (i. q. *τῶν Ἰουδαίων*), Act. 26, 3; tum pronominis possessivi, *οἱ καθ᾽ ὑμᾶς ποιηταί*, vestri poetae. Act. 17, 28; *νόμου τοῦ καθ᾽ ὑμᾶς*, 18, 15; *τὸ κατ᾽ ἐμὲ πρόθυμον*, mea animi propensio, Ro. 1, 15; *ἡ καθ᾽ ὑμᾶς πίστις*, Eph. 1, 15 (*ἡ κατὰ τὸν τύραννον ὠμότης τε καὶ δύναμις*, Diod. 14, 12; *μέχρι τῶν καθ᾽ ἡμᾶς χρόνων*, Dion. Hal. antt. 2, 1; cf. *Grimm* ad 2 Macc. 2. 21. p. 88; nubem e Polybio exemplorum habes ap. *Schweighaeuser* Lex. Polyb. p. 323 s. — 2) *de tempore; per* (*während*); *circa* (nostr. *um*); lat. *tempore; κατ᾽ ἐκεῖνον* vel *τοῦτον τὸν καιρόν*, Act. 12, 1. 19, 23. Ro. 9, 9. Heb. 9, 9; *κατὰ τὸ αὐτό*, eodem tempore, simul, Act. 14, 1 (v. in *αὐτός*, n. III. p. 58); *κατὰ τὸ μεσονύκτιον*, Act. 16, 25; *κατὰ μέσον τῆς νυκτός*, 27, 27; *κατὰ καιρόν*, v. in *καιρός*, n. 2, a; *κατ᾽ ἀρχάς* (Hdt. 3, 153), initio (rerum), Heb. 1, 10; *κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ*, 3, 8; *κατὰ πᾶν σάββατον*, Act. 13, 27. 15, 21. 18, 4; *καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν*, Heb. 3, 13; *κατὰ μῆνα ἕκαστον*, Ap. 22, 2; *κάτ᾽ ὄναρ*, tempore somnii, v. in *ὄναρ*. — 3) denotat *rationem et relationem, proportionem* vario modo; *a*) *distributive* dicitur, ordinem et decursum rerum se excipientium indicans; *α*) *de loco: κατὰ πόλιν*, per singulas urbes, *oppidatim* (*von Stadt zu Stadt*), Lc. 8, 1. 4. Act. 15, 21. 20, 23. Tit. 1, 5 (Thuc. 1, 122); *κατ᾽ ἐκκλησίαν*, per singulos coetus, Act. 14, 23; plur. *κατὰ πόλεις*, Lc. 13, 22; *κατὰ τὰς κώμας*, 9, 6 (Hdt. 1, 96); *κατὰ τόπους*, Mt. 24, 7. Mc. 13, 8. Lc. 21, 11; *κατὰ τὰς συναγωγάς*, in singulis synagogis, Act. 22, 19. — *β*) de *tempore: κατ᾽ ἔτος*, quotannis, singulis annis.

Lc. 2, 41; item κατ' ἐνιαυτόν (v. in ἐνιαυτός); καθ' ἡμέραν al., v. in ἡμέρα, p. 194, col. 1); κατὰ μίαν σαββάτου, quovis primo hebdomadis die, 1 Co. 16, 2; κατὰ ἑορτήν, singulis s. quibusvis festis, Mt. 27. 15. Mc. 15, 6. Lc. 23, 17. — γ) univ. καθ' ἕνα πάντες, *singuli deinceps*, 1 Co. 14, 31; uberiora v. in εἷς n. 4. c. p. 129; κατὰ δύο, bini, 14, 27; κατὰ ἑκατὸν κ. κατὰ πεντήκοντα, centeni et quinquageni, Mc. 6, 40 *Lchm. Tdf. Trg.*; κατὰ μέρος, *singillatim*, singulis partibus, Heb. 9, 5 (Hdt. 9, 25. Xen. anab. 3, 4, 22); κατ' ὄνομα, suo quemque nomine; Vulg. *nominatim*, Jo. 10, 3. 3 Jo. vs. 15. cf. *Herm.* ad Vig. p. 860. — *b*) i. q. lat. *ratione habita alicujus rei vel personae; si spectaveris; quod attinet ad*; κατὰ σάρκα, vel κατὰ τὴν σ., quod attinet ad carnem (v. in σάρξ), Ro. 1, 3. 9, 3. 5. 1 Co. 1, 26. 10, 18. 2 Co. 11, 18; οἱ κύριοι κατὰ σ. (bene Luth.: *die leiblichen Herren*), qui domini sunt ex rerum humanarum ratione. Eph. 6, 5; κατὰ τὸ εὐαγγ., κατὰ τὴν ἐκλογήν, Ro. 11, 26; adde 1, 4. 7, 22. Phil. 3, 5 s. Heb. 9, 9; τὰ κατά τινα, *res* s. *causa alicujus*, Act. 24, 22. 25, 14. Eph. 6. 21. Phil. 1, 12. Col. 4, 7 (et frequentissime ap. Graecos); κατὰ πάντα τρόπον, quavis ratione, quovis respectu. Ro. 3, 2; opp. κατὰ μηδένα τρόπον, 2 Th. 2, 3; κατὰ πάντα, omnino, omnibus in rebus, Act. 17, 22. Col. 3, 20. 22. Heb. 2, 17. 4, 15 (Thuc. 4, 81). — *c*) *secundum, convenienter cum aliquo;* de convenientia et norma vario modo; α) *ad normam alicujus rei, accommodate ad;* περιπατεῖν κατά τι, Mt. 7, 5. Ro. 8, 1. 4. 14, 15. 2 Th. 3, 6. Eph. 2, 2; ζῆν κατά, Act. 26, 5. Ro. 8, 12 s.; πορεύεσθαι, 2 Pet. 3, 3; ἀποδιδόναι τινί, Mt. 16, 27 al. (v. in ἀποδίδωμι); λαμβάνειν, 1 Co. 3, 8; ita permultis aliis verbis dic. *agi* vel *fieri aliquid* κατά, velut Lc. 2, 27. 39. Jo. 7, 24. Col. 2, 8. 3, 10. 1 Tim. 1, 18. Heb. 7, 15. 8, 5. 9. 1 Jo. 5, 14 al.; (de dictione κατ' ἄνθρωπον v. in ἄνθρωπος); κατὰ τὴν γραφήν, τὰς γραφάς, Jac. 2, 8. 1 Co. 15, 3 s.; κατὰ τὸ γεγραμμένον, 2 Co. 4, 13; κατὰ τὸ εἰρημένον, Ro. 4, 18; κατὰ τὸν νόμον, Lc. 2, 39. Jo. 18, 31. 19, 7. Heb. 9, 22; κατὰ τὸ εὐαγγ. μου, Ro. 2, 16. 16, 25. 2 Tim. 2, 8 coll. 1 Tim. 1, 11; κατὰ τὸ ὡρισμένον, Lc. 22, 22; καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ, Jac. 3, 9; κατὰ λόγον, jure meritoque, Act. 18, 14; κατά τινα, convenienter cum alicujus voluntate, s. ut alicui placet; ita κατὰ θεόν, Ro. 8, 27. 2 Co. 7, 9. 11; κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν, Ro. 15, 5; κατὰ κύριον, 2 Co. 11, 17; κατὰ τὸν καθαρισμόν, ex more purgationis, s. ut ferebat ritus purgationis, Jo. 2, 6; οἱ κατὰ σάρκα ὄντες, qui indolem carnis referunt, i. q. οἱ σαρκικοί, et οἱ κατὰ πνεῦμα ὄντες i. q. οἱ πνευματικοί, Ro. 8, 5; κατὰ τί γνώσομαι; ad quam normam, h. e. qua nota cognoscam? Lc. 1, 18. — Pertinet huc usus praeverbii in inscriptionibus commentariorum de vita Christi conscriptorum, εὐαγγ. (quam vocem codd. sin. et vat. omittunt) κατὰ Ματθαῖον, Μάκρον al., *prouti composuit* vel *conscripsit Matthaeus* al., quo praepositionis usu primitus non mera genitivi (Ματθαίου al.) periphrasis efficiebatur (v. supra in II, 1, d), sed idem argumentum ab aliis aliter tractatum esse significabatur, cf. ἡ παλαιὰ διαθήκη κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα (ita tacite opponitur tum hebraeo codici, tum graecis translationibus, quas alii aliter confecerant); οἱ ὑπομνηματισμοὶ οἱ κατὰ Νεεμίαν, 2 Macc. 2, 13; posthac demum κατὰ c. acc. scriptoris obtinuit locum genitivi, ut ἡ κατὰ Μωυσέα πεντάτευχος ap. Epiphanium. — β) *pro modo, pro ratione* (*nach dem Masse, nach dem Verhältniss*); χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα, Ro. 12, 6; κατὰ τὸ μέτρον, 2 Co. 10, 13. Eph. 4, 7; κατὰ τὴν σκληρότητά σου, Ro. 2, 5; κατὰ τὸν χρόνον, Mt. 2, 16; ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν, 25, 15; sine articulo κατὰ δύναμιν, 2 Co. 8, 3 (opp. ὑπὲρ δύναμιν, ut Hom. Il. 3, 59 κατ' αἶσαν, οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν); καθ' ὅσον, quatenus, Heb. 3, 3. 7, 20. 9, 27; κατὰ τοσοῦτον, eatenus, 7, 22. — γ) dic. *de causa: per, propter, de, ut fert* (*in Gemässheit*, i. e. *in Folge, zufolge, vermöge*); κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, Mt. 19, 3; κατὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ, 1 Co. 3, 10. 2 Th. 1, 12. 2 Tim. 1, 9 (κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν, Jos. antt. 20, 8, 6); κατὰ χάριν, Ro. 4. 16; item opp. κατὰ ὀφείλημα, vs. 4; οἱ κατὰ φύσιν κλάδοι, naturales rami, 11, 21; ἡ κατὰ φύσιν ἀγριέλαιος, naturalis oleaster, vs. 24; ἡ κατὰ πίστιν δικαιοσύνη, probitas ex fide proficiscens, Heb. 11. 7; adde Ro. 8, 28. 9, 11. 11, 5. 16, 25 s. 1 Co. 12. 8. 2 Co. 13, 10. Gal. 2, 2. 3, 29. Eph. 1, 5. 7. 9. 11. 19. 3, 7. 11. 16. 20. Col. 1, 11. 29. Phil. 1, 20. 3, 21. 4, 11. 19. 2 Th. 1, 12. 2, 9. 2 Tim. 1, 8 s. Heb. 2, 4. 7, 16. Tit. 1, 3. 1 Pet. 1, 3. 2 Pet. 3, 15; phrases adverbiascentes: κατ' ἐξουσίαν, Mc. 1, 27; κατ' ἀνάγκην, κατὰ ἑκούσιον, Philem. vs. 14; κατὰ γνῶσιν, 1 Pet. 3, 7; κατ' ἐπίγνωσιν, Ro. 10, 2; κατὰ ἄγνοιαν, Act. 3, 17. — δ) *de similitudine: sicut, quemadmodum;* συντελέσω -- διαθήκην καινήν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην κτλ., Heb. 8, 8 s. (3 Reg. 11, 10); ita c. acc. personae Gal. 4, 28. 1 Pet. 1, 15; κατὰ θεόν, ad imaginem dei, Eph. 4, 24; κρίνεσθαι κατὰ ἀνθρώπους, ζῆν κατὰ θεόν, judicari ut homines judicari decet, vivere ut vivit deus, 1 Pet. 4, 6. Hinc dic. ε) *de modo, quo aliquid fit; de qualitate;* ἄνδρες οἱ κατ' ἐξοχὴν τῆς πόλεως, proceres urbis, Act. 25, 23; καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ, i. q. ὑπομένοντες ἐν ἔργῳ ἀγαθῷ, Ro. 2, 7; potissimum in phrasibus adverbiascentibus: κατὰ ταῦτα (*Lchm. Tdf. Trg.* κατὰ τὰ αὐτά). eodem modo, Lc. 6, 23. 17, 30; καθ' ὑπερβολήν, Ro. 7, 13. 1 Co. 12, 31 al.; κατὰ πίστιν i. q. πιστεύοντες, Heb. 11, 13; κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν, concedendo, non imperando (*zugeständnissweise, nicht befehlsweise*), 1 Co. 7. 6 coll. 2 Co. 8, 8; κατὰ κράτος, Act. 19, 20; καθ' ὁμοιότητα, Heb. 4. 15; de phrasi κατὰ ἄνθρωπον v. in ἄνθρωπος, 1. c. — *d*) *de fine quem aliquis spectat;* de scopo, ad quem *tendit aliquid;* lat. *ad;* καθ' ἐπαγγελίαν ζωῆς, ad annuntiandam vitam. 2 Tim. 1, 1; κατ' εὐσέβειαν, ad pietatem ducens (v. in εὐσέβεια); κατὰ πίστιν, ad excitandam, efficiendam fidem, Tit. 1, 1 (exempla hujus usus ex Hom. Hdt. Thuc. Xen. v. ap. *Passow* I, 2, p. 1598, col. 2. coll. *Herm.* ad Vig. p. 632. *Kühner* II, p. 412); multi huc referunt etiam κατ' ἀτιμίαν (in dedecus meum) λέγω, 2 Co. 11, 21 (κατὰ τὴν τιμὴν τοῦ θεοῦ τοῦτο ποιῶν, in honorem dei, Jos. antt. 3, 11, 4); sed v. in ἀτιμία.

III) In *compositis* denotat κατά: 1) *de, desuper, e loco elatiore in inferiorem*, et quidem praevalente cogitatione termini relicti: καταβαίνω, καταβιβάζω al.; praevalente cogitatione termini inferioris, *deorsum* (*nieder*); καταβάλλω, καταπατέω al.; item de *situ:* κατάκειμαι, καθεύδω, κατατίθημι. καθίζω al.; *a summo ad imum*, metaph. de iis, quae accurate et prorsus perficiuntur, καταμανθάνω, καθοράω al. — 2) *deinceps, per decursum;* καθεξῆς; alteram rei partem post alteram: καταρτίζω, κατευθύνω al. — 3) *sub, subter:* καταχθόνιος; *subjiciendi* notio inest in verbis victoriam, dominium in alios significantibus, καταδυναστεύω, κατακυριεύω, κατεξουσιάζω, καταδουλόω; item in verbis id nominantibus, quibus aliquid obruitur, obducitur, obtegitur, ut κατακαλύπτω, καταλιθάζω, κατασφραγίζω, κατασκιάζω, καταισχύνω (ubi Germani utuntur praeverbio *über*, ut *überschatten, überdecken*, aut syllaba *be*, ut *beschatten, besiegeln;* item in adjectivis copiam eorum, quibus aliquid

oppletum vel quasi obtectum est, denotantibus, v. infra in κατείδωλος. — 4) nostr. *ver-*, *zer-*, in verbis *comminuendi, dissolvendi, delendi*, ut κατακόπτω, κατάγνυμι, κατακαίω, κατακλάω, καταλύω, κατακλύζω, καταναλίσκω, καταφθείρω al. — 5) i. q. *post* (*hinter, nach*); καταδιώκω, καταλείπω, κατακολουθέω al. — 6) dic. de *proportione* et *distributione*: κατακληροδοτέω, κατακληρονομέω al. — 7) de *actu hostili*: καταδικάζω, κατακρίνω, καταλαλέω, καταγινώσκω al. — Cf. *Viger.* ed. Herm. p. 637 ss

κατα-βαίνω, 3 ps. plur. impf. κατέβαινον, fut. καταβήσομαι, aor. 2. κατέβην, imper. κατάβηθι (Mt. 27, 40. Lc. 19, 5. Jo. 4, 49) et κατάβα (Mc. 15, 30; v. in ἀναβαίνω), pf. καταβέβηκα, LXX pro יָרַד; — *degredior, descendo;* 1) de personis: *a*) pr.: absol. ubi e junctura sententiarum facile patet, unde aliquis descenderit; καταβὰς ἔστη, Lc. 6, 17 (coll. vs. 12); 17, 31. 19, 5 s. Jo. 5, 7. Act. 20, 10. Eph. 4, 10; sq. ἀπό c. genit. loci, Mt. 8, 1. 14, 29. (17, 9 t. vulg.) 27, 40. 42. Mc. 9, 9. 15, 30. 32; ἐκ c. gen. loci, Mt. 17, 9 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* εἰς c. acc. loci, Mc. 13, 15. Act. 8, 38. Eph. 4, 9. — *b*) *devenio*, velut e templo hierosolymitano, ex urbe Hieros., item de coelitibus in terram devenientibus; absol. Mt. 3, 16. Lc. 2, 51. 10, 31. Jo. 4, 47. 49. 51. Act. 8, 15. 10, 20. 24, 1. 22; sq. ἀπό c. genit. loci, Mc. 3, 22. Lc. 10, 30. Act. 25, 7. 1 Th. 4, 16; ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Mt. 28, 2. Jo. 1, 32. 3, 13. 6, 33. 38. 41 s. 50 s. 58. Ap. 10, 1. 18, 1. 20, 1; — εἰς c. accus. loci, Lc. 10, 30. 18, 14. Jo. 2, 12. Act. 7, 15. 14, 25. 16, 8. 18, 22. 25, 6; ἐπί c. acc. loci, Jo. 6, 16; c. acc. pers. Mc. 1, 10. Lc. 3, 22. Jo. 1, 33. 52; ἐν c. dat. loci, Jo. 5, 4 (v. p. 147, col. 1); πρός c. acc. pers. Act. 10, 21. 14, 11; ex adj. i. q. *detrudor*, de diabolo, Ap. 12, 12. — 2) de rebus: *demittor;* Act. 10, 11 (ubi t. vulg. add. ἐπ' αὐτόν); 11, 5, sq. ἀπό c. gen. pers. Jac. 1, 17; ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ θεοῦ, Ap. 3, 12. 21. 2. 11; *delabor*, e superioribus aëris regionibus, ut βροχή, Mt. 7, 25. 27; λαῖλαψ, Lc. 8, 23; πῦρ ἀπὸ τοῦ οὐρ., 9, 54; ἐκ τοῦ οὐρ. εἰς τ. γῆν, Ap. 13, 13; ἐκ τοῦ οὐρ. ἀπὸ τ. θεοῦ, 20, 9; χάλαζα ἐκ τ. οὐρ. ἐπί τινα, 16, 21; θρόμβοι ἐπὶ τὴν γῆν, Lc. 22, 44; de via deorsum ferente, Act. 8, 26. — 3) in tropica dictione καταβ. ἕως ᾅδου, in infimum miseriae et contumeliae statum detrudor, Mt. 11, 23 *Lchm. Trg.**

κατα-βάλλω, aor. 1. κατεβλήθην, LXX pro הִפִּיל; 1) *dejicio;* τινά, pass. Ap. 12, 10 t. vulg. *Grsb.; humi prosterno* (*niederwerfen*); pass., 2 Co. 4, 9., ubi metaphora petitur ab athleta seu pugnatore. — 2) *pono in inferiore loco;* in phrasi θεμέλιον καταβάλλομαι, *fundamentum jacio* (Jos. antt. 11, 4, 4. 15, 11, 3. Dion. H. antt. 3, 69 et ap. al.), Heb. 6, 1.*

κατα-βαρέω, ῶ, aor. 1. κατεβάρησα, pr. *pondere imposito deprimo, degravo;* metaph. *molestiam facio*, τινά, alicui, 2 Co. 12, 16. (Polyb. Diod. App. Lucian.)*

κατα-βαρύνω, i. q. καταβαρέω (q. v.), Mc. 14, 40 *Lchm. Tdf. Trg.;* v. in βαρέω. (LXX. Theophr. al.)*

κατάβασις, εως, ἡ (καταβαίνω), *descensus; a*) *actus descendendi.* — *b*) *locus, quo descenditur;* τοῦ ὄρους, i. e. is montis locus, ubi descenditur, Lc. 19, 37; ita LXX Jos. 10, 11. Diod. 4, 21; opp. ἀνάβασις, locus, quo adscenditur, 1 Macc. 3, 16. 24. Xen. Cyr. 7, 2, 3; et lat. *descensus;* cf. *Herzog* ad Sall. Cat. 57, 3.*

κατα-βιβάζω, fut 1. pass. καταβιβασθήσομαι, *descendere facio* (Hdt. 1, 87. Xen. Cyr. 7, 5, 18; LXX passim pro הוֹרִיד; *deduco*, Bar. 3, 29); *dejicio, detrudo;* pass., ἕως ᾅδου (v. in ᾅδης), Mt. 11, 23 t. vulg. *Grsb. Tdf.;* Lc. 10, 15; εἰς ᾅδου, Ez. 31, 16.*

κατα-βολή, ῆς, ἡ (καταβάλλω, q. v.), 1) *dejectio* (*das Niederlegen, Hinabsenken*); τοῦ σπέρματος (sc. εἰς τὴν μήτραν), virilis seminis injectio s. depositio in matrice, Lucian. amor. 19. Galen. aphorism. IV; de semine animalium et plantarum, Philo, opif. m. §. 22. 45; σπέρματα τὰ εἰς γῆν ἢ μήτραν καταβαλλόμενα, Antonin. 4, 36; unde plerique intpp. verba Σάῤῥα δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε, Heb. 11, 11, explicant: vim accepit ad concipiendum. Sed quum *maris* sit καταβάλλειν τὸ σπέρμα, non feminae, haec interpretatio ferri nequit; cf. *Bleek* ad. l. — 2) *fundatio* (*jactus fundamenti*); εἰς καταβ. σπέρματος, ad condendam posteritatem s. subolem, Heb. 11, 11 (τυραννίδος, Pol. 13, 6, 2; ἅμα τῇ πρώτῃ καταβολῇ τῶν ἀνθρώπων, Plut. aquae et ignis comp. c. 2); — ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, inde a mundo condito, Mt. 13, 35 25, 34. Lc. 11, 50. Heb. 4, 3. 9, 26. Ap. 13, 8. 17, 8; πρὸ καταβολῆς κόσμου, Jo. 17, 24. Eph. 1, 4. 1 Pet. 1, 20.*

καταβραβεύω (proprie βραβεύω, arbiter sum certaminis, κατά sc. τινός, adversus aliquem), *brabeo* s. *certaminis praemio indignum declaro; defraudo victoriae praemio;* τινά, metaph. *privare salute messiana*, Col. 2, 18., ubi cf. *Meyer.* (Eustath. ad Il. 1, 93, 33.: καταβραβεύει αὐτόν, ὥς φασιν οἱ παλαιοί. Sed in scriptis veterum Graecorum ad nostram memoriam traditis non exstat nisi ap. Dem. adv. Mid. p. 544 extr. de eo, qui corrumpendo judices efficit, ut alter condemnetur.)*

καταγγελεύς, έως, ὁ (καταγγέλλω, q. v.), *annuntiator* (Vulg.); *qui promulgat;* c. gen. obj., Act. 17, 18. (scr. eccles.)*

κατ-αγγέλλω, impf. κατήγγελλον, aor. 1. κατήγγειλα, aor. 2. pass. κατηγγέλην, 1) *denuntio, annuntio, promulgo, notum facio; publice trado;* τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, Act. 13, 5. 15, 36; pass. 17, 13; ἔθη, 16, 21; τὸ εὐαγγέλιον, 1 Co. 9, 14; τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ τῶν νεκρῶν, Act. 4, 2; τὰς ἡμέρας ταύτας, 3, 24 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* θεόν, 17, 23; Ἰησοῦν, vs. 3; Christum, Phil. 1, 16. 18. Col. 1, 28; τινί τι, Act. 13, 38. 16, 17. 1 Co. 2, 1; injuncta notione celebrandi, praedicandi, palam laudandi, τί, Ro. 1, 8. 1 Co. 11, 26. (passim ap. Graecos inde a Xen. an. 2, 5, 38 [ubi est *defero, prodo*]; bis in V. T.: 2 Macc. 8, 36. 9, 17.)*

κατα-γελάω, ῶ, 3. ps. plur. impf. κατεγέλων, *derideo;* τινός, aliquem, Mt. 9, 24. Mc. 5, 40. Lc. 8, 53. (inde ab Hdt.; LXX.)*

κατα-γινώσκω, *incuso, reprehendo;* κατεγνωσμένος ἦν, incurrerat reprehensionem Christianorum e gentilibus; recte Luth.: *es war Klage über ihn kommen*, Gal. 2, 11; *accuso, condemno;* τινός, aliquem, 1 Jo. 3, 20 s., quo cum loco cf. Sir. 14, 2: μακάριος, οὗ οὐ κατέγνω ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. (Iisdem et aliis significatibus ap. Graecos inde ab Hdt.)*

κατ-άγνυμι, fut. κατεάξω, aor. 1. κατέαξα (imper. κάταξον Deut. 33, 11), aor. 2. pass. κατεάγην, unde 3. ps. plur. conj. κατεαγῶσιν, aor. 1. κατεάχθην, LXX Jer. 48, 25; (de quarum formarum syllabico augmento cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 97 s. coll. I, p. 323 s. *Matthiae* I, p. 520 s. *Win.* p. 68), inde ab Hom.; *confringo;* τί, Mt. 12, 20. Jo. 19, 31—33.*

καταγραφω, *delineo* (figuras); Jo. 8, 6 *Tdf. Trg.* (Pausan. 1, 28, 2. Alio usu ap. reliquos Graecos.)*

κατ-άγω, 3. ps. plur. aor. 2. κατήγαγον, aor. 1. pass. κατήχθην, LXX pro הוֹרִיד, descendere facio; — *deduco* (*herabführen, herabbringen*); τινά, Act. 22, 30. Ro. 10, 6; τινά sq. εἰς c. acc. loci, Act. 9, 30. 23, 20. 28; τινά sq. πρός c. acc. pers., 23, 15; τὸ πλοῖον ἐπὶ τὴν γῆν, ex alto mari *navem subduco ad littus*, Lc. 5, 11; κατάγεσθαι, navi deferri,

appellere sq. εἰς c. acc. loci, Act. 21, 3 *Lchm. Tdf. Trg.* 27, 3. 28, 12; nec raro ita ap. Graecos.*

**κατ-αγωνίζομαι**, verbum depon. med. aor. 1. κατηγωνισάμην, 1) *pugno contra* (Pol. 2, 42, 3 et al.). 2) *debello, in certamine vinco* (*niederkämpfen*); Heb. 11, 33. (Pol. Joseph. Lucian. Plut. Aelian.)*

**κατα-δέω**, ῶ, aor. 1. κατέδησα, inde ab Hom., *obligo; τὰ τραύματα*, Lc. 10, 34. (Sir. 27, 21 e vera lectione τραῦμα.)*

**καταδηλος**, ον (δῆλος), *maxime perspicuus, manifestus, evidens;* Heb. 7, 15. (Hdt. Xen. Plat. al.)*

**καταδικάζω**, aor. 1. κατεδίκασα, aor. 1. pass. κατεδικάσθην, fut. 1. pass. καταδικασθήσομαι, *jus dico contra* (aliquem), *reum declaro; condemno;* ap. elegantiores Graecos c. genit. personae, in N. T. c. accus.. Mt. 12, 7. Lc. 6, 37. Jac. 5, 6; pass. Mt. 12, 37. (LXX Thren. 3, 36. Jos. antt. 7, 11, 3.)*

**κατα-δίκη**, ης, ἡ, 1) *sententia damnatoria, condemnatio;* Act. 25, 15 *Lchm. Tdf. Trg.* (Pol. Plut. Iren. 1, 16, 3.) — 2) *poena*, potissimum *mulcta*. (Thuc. Dem. Lucian.)*

**κατα-διώκω**, aor. 1. κατεδίωξα, LXX saepe pro רָדַף; *insequor, persequor* (plerumque de hostibus); in bonam partem de anquirentibus aliquem, τινά, Mc. 1, 36. (τὸ ἔλεός σου καταδιώξεταί με, Ps. 23, 8; οὐ κατεδίωξαν μεθ' ἡμῶν, 1 Sam. 30, 22; ὀπίσω τινός, persequor aliquem, cujus favorem mihi conciliem, Sir. 27, 17.)*

**κατα-δουλόω**, ῶ, f. ώσω, aor. 1. med. κατεδουλωσάμην (κατά, sub), *in servitutem redigo, servum facio; τινά*, Gal. 2, 4 *Lchm. Tdf. Trg.;* 2 Co. 11, 20; med., *mihi servum facio, mihi subjicio*, Gal. 2, 4 t. vulg. *Grsb.**

**κατα-δυναστεύω**, LXX pro הוֹנָה, עָשַׁק al.; c. genit. pers. *severum in aliquem imperium exerceo, utor potentia mea contra aliquem;* Jac. 2, 6 (Diod. 13, 73); τινά, *violenter supprimo aliquem* (Xen. conv. 5, 8; saepius LXX); Jac. 2, 6 *Tdf.;* pass. Act. 10, 38.*

**κατάθεμα**, τος, τό, i. q. κατανάθεμα (q. v.), ex quo per syncopen in corrupto vulgi sermone ortum videtur, *exsecratio;* per met. *exsecratione dignum*, Ap. 22, 3 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* Apud profanos non exstat.

**καταθεματίζω** (κατάθεμα, q. v.), *extremis diris devoveo, graviter exsecror;* Mt. 26, 74 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* (Iren. adv. haer. 1, 13. 4 et 16, 3.)*

**κατ-αισχύνω**, pass. impf. κατῃσχυνόμην, aor. 1. κατῃσχύνθην, fut. καταισχυνθήσομαι, LXX maxime pro הֵבִישׁ et הוֹבִישׁ; ut ap. Graecos inde ab Hom. 1) *dehonesto, deturpo, dedecoro; τὴν κεφαλήν*, 1 Co. 11, 4 s.; σποδῷ τὴν κεφαλήν, Jos. antt. 20, 4, 2). — 2) *pudore suffundo, pudore afficio; τινά*, 1 Co. 1, 27. 11, 22; pass. *pudefio, erubesco;* Lc. 13, 17. 2 Co. 7, 14. 9, 4. 1 Pet. 3, 16; ex usu hebr. *pudore affici* dicitur, *qui repulsam fert*, aut *quem spes aliqua fefellit;* hinc ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, *non fallit*, Ro. 5, 5 (cf. Ps. 22, 6. 25, 2 s. 119, 116); pass., Ro. 9, 33. 10, 11. 1 Pet. 2, 6 (Jes. 28, 16. Sir. 2, 10).*

**κατα-καίω**, 3 ps. plur. impf. κατέκαιον, fut. κατακαύσω, inf. aor. 1. κατακαῦσαι, pass. aor. 2. κατεκάην, fut. 2. κατακαήσομαι, fut. 1. κατακαυθήσομαι (*Kühner* I, p. 841 s.); LXX maxime pro שָׂרַף; inde ab Hom.; *comburo, concremo; τί*, Mt. 13, 30. Act. 19, 19; pass. 1 Co. 3, 15. Heb. 13, 11. 2 Pet. 3, 10 (de q. l. v. in εὑρίσκω, p. 182 col. 1); Ap. 8, 7; add. πυρί, Mt. 3, 12 (13, 40 t. vulg. *Lchm. Tdf.*) Lc. 3, 17 (Exod. 29, 14. 32, 20 al.; v. in καίω); ἐν πυρί (ita saepe ap. LXX), Ap. 17, 16. 18, 8. (καίω et κατακαίω distinguuntur Ex. 3, 2.)*

**κατα-καλύπτω**, LXX pro כִּסָּה; inde ab Hom.; *obtego;* med. *obvelo s. obtego me;* 1 Co. 11, 6; τὴν κεφαλήν, caput meum, vs. 7.*

**κατακαυχάομαι**, ῶμαι, 2. ps. κατακαυχᾶσαι, contr. ex κατακαυχάεσαι pro att. κατακαυχᾷ (Ro. 11, 18; cf. *Win.* §. 13, 2. *Lob.* ad Phryn. p. 360), imper. κατακαυχῶ (Ro. 11, 18), (κατά, contra), pr. *glorior adversus ..; gloriando me effero adversus ..; me ita jacto, ut* (aliquem vel aliquid) *laedam; τινός*, Ro. 11, 18 et ap. *Tdf.* Jac. 3, 14; κατά τινος, ibid t. vulg. *Grsb. Lchm. Trg.;* ἔλεος (i. q. ὁ ἐλεῶν) κατακαυχᾶται κρίσεως, misericordia jactat se judicio superiorem, i. e. laetissimae fiduciae plena non timet judicium, Jac. 2, 13. (Sach. 10, 12. Jer. 50, 10. 38; ap. profanos non habetur.)*

**κατάκειμαι**, 3. ps. sing. impf. κατέκειτο (κεῖμαι, jaceo), *decubui; prostratus jaceo; a*) de aegrotis (Hdt. 7, 229. Luc. Icarom. 31), Mc. 1, 30. Jo. 5, 6. Act. 28, 8; sq. ἐπί c. dat. cubilis Mc. 2, 4. Lc. 5, 25; ἐπί τινος, Act. 9, 33; ἐπί τι. Lc. 5, 25 *Tdf. Trg.;* ἐν c. dat. loci, Jo. 5, 3. — *b*) de coenantibus (Athen. 1, 42. p. 23. Xen. an. 6, 1, 4. conv. 1, 14. Plat. conv. p. 177 d. rep. II, p. 372 d. al. Diog. L. 7, 1, 19; v. in ἀνάκειμαι), absol. Mc. 14, 3. Lc. 5, 29; sq. ἐν c. dat. loci, Mc. 2, 15, 1 Co. 8, 10 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Lc. 7, 37.*

**κατα-κλάω**, ῶ, aor. 1. κατέκλασα, inde ab Hom., *confringo* (*zerbrechen*); τοὺς ἄρτους, Mc. 6, 41. Lc. 9, 16.*

**κατα-κλείω**, aor. 1. κατέκλεισα, inde a Thuc. et Xen., *occludo; includo; τινὰ ἐν τῇ φυλακῇ*, Lc. 3, 20; ἐν (quod omittit t. vulg.) φυλακαῖς, Act. 26. 10. Jer. 32, 3.)*

**κατα-κληροδοτέω**, ῶ (v. in κατά, III, 6), aor. 1. κατεκληροδότησα, *sorte distribuo, distribuo quae haereditatis jure possideantur; τινί τι*, Act. 13, 19 t. vulg.; v. vocem sequent. (Deut. 1, 38. 21, 16. Jos. 19, 31. 1 Macc. 3, 36., quibus omnibus in locis c. var. κατακληρονομεῖν. Apud profanos non exstat.)

**κατα-κληρονομέω**, ῶ, aor. 1. κατεκληρονόμησα, *sorte distribuo; distribuo quae haereditatis jure possideantur; τινί τι*, Act. 13, 19 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* (Num. 34, 18. Deut. 3, 28. Jos. 14, 1. (Judd. 11, 24 cod. alex.) 1 Sam. 2, 8. 3 Esr. 8, 82; — saepe etiam intrans. *in haereditatem accipio, obtineo, adpiscor*, velut Deut. 1, 8. 39. 2, 21. Apud profanos non legitur.)*

**κατα-κλίνω**, aor. 1. κατέκλινα, aor. 1. pass. κατεκλίθην, inde ab Hom., in N. T. de coenando: *accumbere jubeo, τινά*, Lc. 9, 14 (ἐπὶ τὸ δεῖπνον, Xen. Cyr. 2, 3, 21); med. c. aor. 1. pass. *discumbo, accumbo*, Lc. 7, 36 *Lchm. Tdf. Trg.;* 24, 30; εἰς τὴν πρωτοκλισίαν, 14, 8 (εἰς τὸ ἐσθίειν, Judith. 12, 15; εἰς τὸ δεῖπνον, Jos. antt. 6, 8, 1).*

**κατα-κλύζω**, ptcp. aor. 1. pass. κατακλυσθείς, inde ab Aeschl., — *aquis obruo, undis submergo;* 2 Pet. 3, 6. (LXX aliquoties pro שָׁטַף).*

**κατακλυσμός**, οῦ, ὁ (κατακλύζω), *inundatio, diluvium;* de noachico diluvio, Mt. 24, 38 s. Lc. 17, 27. 2 Pet. 2, 5. (LXX pro מַבּוּל; — Plat. Diod. Philo, Joseph. Plut.)*

**κατ-ακολουθέω**, ῶ, ptcp. aor. 1. κατακολουθήσας, *subsequor;* Lc. 23, 55; τινί, Act. 16, 17.*

**κατα-κόπτω**, 1) *concido, discindo, in frusta comminuo; occido;* Jes. 27, 9. 2 Chr. 34, 7 al.; Hdt. et sqq. — 2) *contundo; ἑαυτὸν λίθοις*, Mc. 5, 5.*

**κατα-κρημνίζω**, infin. aor. 1. κατακρημνίσαι, *praecipito; dejicio;* Lc. 4, 29. (2 Chr. 25, 12. 2 Macc. 14, 43. 4 Macc. 4, 25. Xen. Cyr. 1, 4, 7. 8, 3, 41. Dem. 446, 11. Diod. 4, 31. Jos. antt. 6, 6, 2. 9, 9, 1.)*

**κατάκριμα**, τος, τό (κατακρίνω), *sententia damnatoria, condemnatio;* Ro. 5, 16 (de q. l. v. in κρί-

*μα*); vs. 18. 8, 1. (*κατακριμάτων ἀφέσεις*, Dion. H. 6, 61.)*

***κατα-κρίνω***, f. *ινῶ* aor. 1. *κατέκρινα*, pass. pf. *κατακέκριμαι*, aor. 1. *κατεκρίθην*, fut. 1. *κατακριθήσομαι*, *sententiam fero contra* (aliquem), *poena dignum judico, condemno; a*) pr. Ro. 8, 34; *τινά*, Jo. 8, 10 s.; Ro. 2, 1., quo loco distinguitur a *κρίνειν*, ut 1 Co. 11, 32; pass. Mt. 27, 3. Ro. 14, 23; *τινὰ θανάτῳ*, aliquem addico morti s. condemnando morti devoveo; capitis condemno, Mt. 20, 18. Mc. 10, 33 (*κεκριμμένοι θανάτῳ*, morti aeternae, Barn. ep. c. 10, 5); *τῇ καταστροφῇ*, 2 Pet. 2, 6 (nativi Graeci dicunt *κατακρ. τινὰ θανάτου* aut *θάνατον*, cf. *Win*. p. 197 s. *Bttm*. ntl. Gr. p. 144. *Grimm* exgt. Hdb. ad Sap. 2, 20); c. acc. c. inf. *τινὰ ἔνοχον εἶναι θανάτου*, Mc. 14, 64; simpliciter de deo aliquem aeternae miseriae addicente, pass. Mc. 16, 16. 1 Co. 11, 32 et in t. vulg. Jac. 5, 9. — *b*) improprie: *meo probitatis exemplo efficio, ut alicujus improbitas magis eluceat faciliusque condemnetur;* Mt. 12, 41 s. Lc. 11, 31 s. Heb. 11, 7. — Singulari modo, videlicet vocis *καράκριμα* (vs. 1) usu adductus, dicit Paulus *ὁ θεὸς κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί*, i. e. per filium suum humanae naturae participem sed peccati immunem, in humana natura (universe spectata) peccatum (quod *τῷ κατακρίματι* argumentum praebet) vi sua privavit s. pestiferam ejus vim fregit (eodem modo, quo sceleratorum hominum condemnatione et punitione vis nocendi aboletur), Ro. 8, 3.*

***κατάκρισις***, *εως*, *ἡ* (*κατακρίνω*), *condemnatio;* 2 Co. 3, 9 (v. in *διακονία*); *πρὸς κατάκρισιν*, ut condemnem, 7, 3. (ap. profanos non obvenit.)*

***κατα-κυριεύω***, ptcp. aor. 1. *κατακυριεύσας* (*κατά*, *sub*), *a*) *sub potestatem meam redigo, subjicio mihi, subigo; τινός*, Act. 19, 16 (Diod. 14, 64; pro כָּבַשׁ Gen. 1, 28. Sir. 17, 4). — *b*) *subditum habeo, imperator sum; τινός*, Mt. 20, 25. Mc. 10, 42. 1 Pet. 5, 3 (de benigno dei imperio, Jer. 3, 14).*

***κατα-λαλέω***, *ῶ*, *loquor contra aliquem, criminor, obtrecto; τινός* (ap. Graecos plerumque c. accus.; ap. LXX maxime sq. *κατά τινος*), Jac. 4, 11. 1 Pet. 2, 12. 3, 16.*

***καταλαλιά***, *ᾶς*, *ἡ* (*κατάλαλος*, q. v.), *obtrectatio, maledicentia;* 2 Co. 12, 20. 1 Pet. 2, 1 (Sap. 1, 11; Clem. Rom. 1 Co. 30, 1. 35, 5 et scriptt. eccles.; ap. Graecos non habetur).*

***κατάλαλος***, *ου*, *ὁ*, *obtrectator, maledicus*, Ro. 1, 30. (praeterea nusquam legitur.)

***κατα-λαμβάνω***, aor. 2. *κατέλαβον*, infin. pf. *κατειληφέναι*, pass. 3 ps. sing. pf. *κατείληπται* (Jo. 8, 4 *Tdf. Trg.*); ptcp. pf. *κατειλημμένος*, aor. 1. *κατειλήφθην* (Jo. 8, 4 t. vulg. *Grsb.*) et *κατελήφθην* (Phil. 3, 12 t. vulg. *Grsb.*) et *κατελήμφθην* (ibid. *Lchm. Tdf. Trg.*; v. in *λαμβάνω*); aor. 2. med. *κατελαβόμην*, cf. *Kühner* I, p. 856. *Win*. p. 69; — LXX pro הִשִּׂיג, לָכַד, etiam pro מָצָא al. — *comprehendo;* i. e. 1) *apprehendo, ut meum faciam, consequor, assequor;* c. acc. rei; victoriae praemium, 1 Co. 9, 24. Phil. 3, 12 s.; *τὴν δικαιοσύνην*, Ro. 9, 30; i. q. *meum facio, in me recipio* (*sich aneignen*); *ἡ σκοτία αὐτὸ* (i. e. *τὸ φῶς*) *οὐ κατέλαβεν*, Jo. 1, 5. — 2) i. q. *corripio, occupo; a*) de malis aliquem supervenientibus (ap. Graecos ita inde ab Hom.); *τινά, σκοτία*, Jo. 12, 35; de die extremo improbis exitioso, 1 Th. 5, 4; de daemone aliquem vexaturo, Mc. 9, 18. — *b*) in bonam partem de Christo sancta sua vi et mente humanam mentem et voluntatem corripiente, eam actura et rectura, Phil. 3, 12. — 3) *deprehendo* (*ertappen*), *τινὰ ἐν τινί*, pass. Jo. 8, 3; c. ptcp. crimen indicante, vs. 4. — 4) *mente comprehendo; intelligo, cognosco* (Plat. Phaedr. p. 250 d. Axioch. p. 370 a. Polyb. 8, 4, 6. Philo vita contempl. §. 10. Dion. Hal. antt. 5, 46); med. (Dion. antt. 2, 66) sq. *ὅτι*, Act. 4, 13. 10, 34; sq. acc. c. inf. 25, 25; sq. orat. indir. Eph. 3, 28.*

***κατα-λέγω***, 1) pr. *depono;* med. *decumbo* (Hom.). — 2) *enarro, recito, expono.* — 3) *in tabulas s. indicem refero* (potissimum militum; v. *Passow* s. v.); earum viduarum, quae in coetu christiano insigniorem locum et quendam in reliquas mulieres principatum obtinerent viduarumque et orphanorum publicis sumtibus alendorum curam gererent; pass., 1 Tim. 5, 9. cf. *de Wette* ad l.*

***κατάλειμμα***, *τος*, *τό* (*καταλείπω*), *residuum, reliquiae;* Ro. 9, 27 t. vulg. *Grsb.*, ubi i. q. pauci, exigua pars; v. in *ὑπόλειμμα*. (LXX. Galen.)*

***κατα-λείπω***, f. *ψω*, aor. 1. *κατέλειψα* (ap. recentiores; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 713), aor. 2. *κατέλιπον*, pass. ptcp. pf. *καταλελειμμένος*, aor. 1. *κατελείφθην* (v. in *κατά*, III, 5), LXX pro הוֹתִיר, הִשְׁאִיר, עָזַב; *relinquo;* c. accus. loci vel personae, *a*) i. q. *discedo ab aliquo* (*verlassen*), Mt. 4, 13. 16, 4. 21, 17. Heb. 11, 27; metaph. *εὐθεῖαν ὁδόν*, a vera religione deficio, 2 Pet. 2, 15. — pass. *disceditur a me*, Jo. 8, 9; remaneo, sq. *ἐν* c. dat. loci, 1 Th. 3, 1. — *b*) i. q. *remanere jubeo, τινά* in aliquo loco, Act. 18, 19. Tit. 1, 5. — *c*) *derelinquo, sibi relinquo* aliquem vel aliquid, cujus curam abjicio (*im Stich lassen*); *τὸν πατέρα κ. τὴν μητέρα*, Eph. 5, 31. Mt. 19, 5. Mc. 10, 7 ex Gen. 2, 24; pass. *destituor, derelinquor, εἰς ᾅδου*, Act. 2, 31 t. vulg. (v. in *ἐγκαταλείπω*); c. acc. rei, Mc. 14, 52. Lc. 15, 4; *τὸν λόγον*, institutionis munus posthabere s. negligere, Act. 6, 2. — *d*) *reliquum facio, reservo, reliquum esse volo; ἐμαυτῷ*, Ro. 11, 4 (1 Reg. 19, 18); *καταλείπεται*, *superest, ἐπαγγελία*, promissio (eventu comprobanda), Heb. 4, 1 (*μάχη*, Xen. Cyr. 2, 3, 11; *σωτηρίας ἐλπίς*, Jos. b. j. 4, 5, 4); — *τινά* c. inf. (negotium aliquod alicui soli agendum relinquere), Lc. 10, 40. — *e*) i. q. nostr. *hinterlassen*, de eo, qui avocatus aliquem secum ducere non potest, Act. 24, 27. 25, 14; speciat. de morientibus (*linquo post me*), Mc. 12, 19. Lc. 20, 31 (Deut. 28, 54. Prov. 20, 7; et saepe ap. Graecos inde ab Hom. Il. 24, 726. Od. 21, 33). — *f*) i. q. nostr. *liegen lassen;* de iis, qui aliquem locum praeternavigantes omittunt, Act. 21, 3.*

***καταλιθάζω***, f. *άσω* (v. in *κατά* III, 23), *lapidibus obruo, lapido;* Lc. 20, 6. (eccles. scriptt.)*

***καταλλαγή***, *ῆς*, *ἡ* (*καταλλάσσω*, q. v.), 1) *permutatio* (*Verwechselung, Austausch*), de negotio nummulariorum paria paribus permutantium. — Hinc 2) *reconciliatio, reditio in gratiam* (*Ausgleichung*); dic. in N. T. de reconciliatione gratiae dei in peccatores poenitentes et in expiatoria Christi morte laetam fiduciam collocantes, 2 Co. 5, 18 s.; c. genit. ejus, qui in gratiam recipitur, *τοῦ κόσμου* (opp. *ἀποβολή*), Ro. 11, 15; *καταλλαγὴν ἐλάβομεν*, beneficium recuperati divini favoris nacti sumus, 5, 11; c. gen. ejus, cujus gratia recuperatur, 2 Macc. 5, 20.*

***κατ-αλλάσσω***, ptcp. aor. 1. *καταλλάξας*, aor. 2. pass. *κατηλλάγην*, pr. *commuto, permuto*, velut nummos cum aliis idem valentibus (nostr. *austauschen, ausgleichen*); hinc (eos, qui discordes sunt) *reconcilio; τινάς*, ut *τοὺς Θηβαίους καὶ τοὺς Πλαταιέας*, Hdt. 6, 108; *κατήλλαξάν σφεας οἱ Πάριοι*, 5, 29; Arist. oecon. 2, 15: *κατήλλαξεν αὐτοὺς πρὸς ἀλλήλους;* pass. *τινί*, cum aliquo in gratiam redeo, Eur. Iph. aul. 1157. Plat. rep. 8, p. 566 e; *πρὸς ἀλλήλους*, Thuc. 4, 59; sed dic. passivum etiam ubi *unus* tantum alteri irasci desinit eumque in gratiam recipit; ita *καταλλαγείς*, in gratiam a Cyro re-

ceptus, Xen. an. 1,6, 2; καταλλάττεται πρὸς αὐτήν, gratiam ejus recuperavit, Jos. antt. 5, 2, 8; et vice versa dic. deus καταλλαγῆναί τινι, cui succensere desinit gratiamque suam denuo concedit et peccata condonat, 2 Macc. 1, 5. 7, 33. 8, 29. Jos. antt. 6,7,4 coll. 7,8,4 (ita ἐπικαταλλάττεσθαί τινι, Clem. Rom. 1 Co. 48, 1). — In N. T. dic. deus καταλλάσσειν ἑαυτῷ τινα, *aliquem in gratiam suam recipere*, 2 Co. 5, 18 s. (ubi additis participiis afferuntur duo argumenta, quibus probetur, deum id fecisse, primum quod peccata non imputet, alterum, quod doctrinam de reconciliatione in animis praeconum evangelii reposuerit); καταλλαγῆναι τῷ θεῷ, in gratiam dei restitutos esse; gratiam dei recuperasse, Ro. 5, 10; καταλλάγητε τῷ θεῷ, sinite vos deo reconciliari; nolite impedire, quo minus in gratiam dei redeatis, sed eam gratiam vobis oblatam apprehendite, 2 Co. 5, 20; — de muliere: καταλλάγητι τῷ ἀνδρί, redeat in concordiam cum marito, 1 Co. 7, 11. Cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. I, p. 276 ss.*

**κατάλοιπος**, ον (λοιπός), *reliquus;* Act. 15, 17. (Plat. Aristot. Polyb. LXX.)

**κατάλυμα**, τος, τό (a καταλύω, q. v. sub c), *deversorium;* Lc. 2, 7 (pro מָלוֹן Exod. 4, 24); *coenaculum*, Mc. 14, 14. Lc. 22, 11; eodem sensu pro לִשְׁכָּה 1 Sam. 9, 22. (Pol. 2, 36, 1. 32, 19, 2. Diod. 14, 93.)*

**κατα-λύω**, f. ύσω, aor. 1. κατέλυσα, aor. 1. pass. κατελύθην, fut. 1. καταλυθήσεται, *dissolvo; a)* (quod conjunctum est) i. q. *destruo; λίθους*, Mt. 24, 2. Mc. 13, 2. Lc. 21, 6; τὸν ναόν, Mt. 26, 61. 27, 40. Mc. 14, 58. 15, 29. Act. 6, 14; οἶκον, 2 Co. 5, 1; univ. opp. οἰκοδομεῖν, Gal. 2, 18. Esr. 5, 12. Hom. Il. 9, 24 s. 2, 117; τεύχη, Eur. Tro. 819; γέφυραν, Hdian. 8, 4, 4). — *b)* metaph. *irritum facio; efficio, ut careat successu;* τὴν βουλὴν ἢ τὸ ἔργον, Act. 5, 38 (τὰς ἀπειλάς, 4 Macc. 4, 16); τινά, irrita facio alicujus studia, efficaciam, ibid. vs. 39 *Lchm. Tdf. Trg.* (Plat. legg. 4, p. 714 c); *everto*, τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ (v. in ἀγαθός, n. 2), Ro. 14, 20. Ut ap. Graecos inde ab Hdt., de institutis, regni formis, legibus al.: *vi sua privo, abrogo, antiquo;* τὸν νόμον, Mt. 5, 17 (2 Macc. 2, 22. Xen. mem. 4, 4, 14. Isocr. paneg. §. 55. Philostr. v. Apoll. c. 40). — *c)* de iter facientibus: *subsisto in itinere, deverto, deversor*, nostr. *rasten, einkehren* (metaphora inde deducta, quod devertendi causa jumentorum vincula et sarcinae dissolvuntur, nisi rectius a vestibus repetis, quarum nodi confecto itinere a viatore dissolvuntur; cf. ἀναλύω), Lc. 9, 12. 19, 7; ap. Graecos ita inde a Thuc. Xen. et Plat.; LXX pro לִין, Gen. 19, 2. 24, 23. 25 al. Sir. 14, 25. 27. 36, 31.*

**κατα-μανθάνω**, aor. 2. κατ-έμαθον, vb. inde ab Hdt. obvium, maxime Xen. et Plat. frequentatum, *accurate s. diligenter disco s. cognosco; accurate et diligenter considero;* τί sq. ὅτι, Mt. 6, 28. (Gen. 24, 21. Job. 35, 5 al.; παρθένον, Sir. 9, 5; κάλλος ἀλλότριον, ibid. vs. 8.)*

**κατα-μαρτυρέω**, ῶ, *testor contra;* τί τινος, aliquid contra aliquem, Mt. 26, 62. 27, 13. Mc. 14, 60 et in t. vulg. *Grsb.* 15, 4. (3 Reg. 21, 10. 13. Job. 15, 6., inter Graecos potissimum ap. atticos oratores.)*

**κατα-μένω**, *permaneo, commoror;* Act. 1, 13. (Num. 22, 9. Judith. 16, 20. Arstph. Xen. Philo de gigant. §. 5.)*

**καταμόνας**, et ut nunc scribi solet, divisim κατὰ μόνας (sc. χώρας), *seorsim, solus;* Mc. 4, 10. Lc. 9, 18. (Thuc. 1, 32. 37. Xen. mem. 3, 7, 4. Jos. antt. 18, 3, 4; LXX pro בָּדָד et לְבָדָד Ps. 4, 9. Jer. 15, 17 al.)*

**κατ-ανάθεμα**, τος, τό, semel Ap. 22, 3 t. vulg.; v. in ἀνάθεμα et κατάθεμα. Apud profanos non exstat.

**καταναθεματίζω** (κατανάθεμα, q. v.), i. q. καταθεματίζω (q. v.), Mt. 26, 74 t. vulg. (Just. M. dial. c. Tr. c. 47 et al. eccles. scriptores.)*

**κατ-αν-αλίσκω** (v. in ἀναλίσκω et in κατά, n. III, 4), *consumo;* de igne Heb. 12, 29 e Deut. 4, 24. 9, 3 (ap. Graecos inde a Xen. et Plat.; LXX aliquoties pro אָכַל.)*

**καταναρκάω**, ῶ, aor. 1. κατενάρκησα (ναρκάω, obtorpesco, torpeo; ap. LXX. trans. torpore afficio, Gen. 32, 25. 32. Job. 33, 19., a νάρκη, torpor), pr. *obtorpescere facio;* intrans. *torpeo in detrimentum alicujus; molestus sum, gravo;* τινός (gen. pers.), 2 Co. 11, 9. 12, 13 s. (Hesych. κατενάρκησα· κατεβάρησα); Hieronymus ad Algas. 10. in hujus verbi usu cilicismum cernit. Inter profanos utitur solus Hippocr. passivo significatu *plane obtorpeo.*

**κατα-νεύω**, aor. 1. κατένευσα, inde ab Hom., *innuo;* τινί, sq. τοῦ c. inf. aor., alicui nutu significo, quid ab eo fieri velim, Lc. 5, 7.*

**κατα-νοέω**, ῶ, impf. κατενόουν, aor. 1. κατενόησα, inde ab Hdt.; LXX passim pro הִתְבּוֹנֵן, הִבִּיט, רָאָה; — 1) *animadverto, intelligo* (*wahrnehmen, bemerken*); τί, Mt. 7, 3. Lc. 6, 41. 20, 23. Act. 27, 39. — 2) *attente et diligenter considero, oculos* vel *mentem defigo in aliquo;* τί, Lc. 12, 24. 27. Act. 11, 6. Ro. 4, 19; non addito accus. rei, quippe e contextis patente, Act. 7, 31 s.; τινά Heb. 3, 1. 10, 24. Jac. 1, 23 s.*

**κατ-αντάω**, ῶ, aor. 1. κατήντησα, pf. κατήντηκα (1 Co. 10, 11 *Lchm. Tdf. Trg.*), *devenio; pervenio* (*hinkommen*); *a)* pr. sq. εἰς c. acc. loci, Act. 16, 1. 18, 19. 24, 21, 7. 25, 13. 27, 12. 28, 13 (2 Macc. 4, 44); ἀντικρύ τινος, in locum alicui ex adverso situm, 20, 15; εἴς τινα τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντηκεν, alicujus aetas incidit in fines seculorum, 1 Co. 10, 11; — *b)* metaph. εἴς τι, ut lat. *ad aliquid pervenio*, i. e. *consequor aliquid*, Act. 26, 7. Eph. 4, 13. Phil. 3, 11; καταντᾷ τι εἴς τινα, ad aliquem, qui ejus rei particeps fiat, 1 Co. 14, 36. (Pol. Diod.; script. eccles.)*

**κατάνυξις**, εως, ἡ (κατανύσσω, q. v.); 1) *compunctio* (Vulg.; *das Zerstechen, die Zerstechung*). — 2) *dolor vehemens, tristitia summa.* — 3) *torpor animi*, quem facile efficit summus dolor; ita πνεῦμα κατανύξεως, spiritus qui torpidos reddit animos, h. e. ita occallatos, ut nihil tangantur nec moveantur nuntio messianae salutis iis oblato, Ro. 11, 8 e LXX Jes. 29, 10 (qui ita minus accurate reddunt hebr. רוּחַ תַּרְדֵּמָה, *spir. soporem efficiens;* οἶνος κατανύξεως pro יֵין תַּרְעֵלָה, vinum, quod epotum vertiginem s. titubationem efficit, german. *Taumelwein*, Ps. 60, 5). Apud profanos vox non habetur. Cf. quae uberiora de ea docet *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 558 ss.*

**κατα-νύσσω**, *compungo;* metaph. *animum acerrime percello, vehementer commoveo;* dic. potissimum de doloris perturbatione; κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ (τὴν καρδίαν *Lchm. Tdf. Trg.*), acerrimus dolor animum perculit, Act. 2, 37. (κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ, Ps. 109, 16; adde Gen. 34, 7. Sir. 12, 12. 14, 1 al.; de veneris affectu Hist. Sus. vs. 11; de vehementi misericordiae commotione, Joann. Malal. chronogr. 1, 18. ed. bonn. p. 460.) Cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 558 ss.*

**καταξιόω**, ῶ, aor. 1. pass. κατηξιώθην, *dignum habeo, dignum judico;* τινά τινος, aliquem aliqua re, 2 Th. 1, 5 (Pol. 1, 23, 3 al. Diod. 2, 60. Jos. antt.

15, 3, 8); sq. inf. Lc. 20, 35. 21, 36. Act. 5, 41 (Dem. 1383, 11).*

**κατα-πατέω**, fut. ήσω (Mt. 7, 6 *Lchm. Tdf. Trg.*), ῶ, aor. 1. κατεπάτησα, aor. 1. pass. κατεπατήθην, *conculco, proculco, contero* (*niedertreten, zertreten*); τί et τινά, Mt 5, 13. 7, 6. Lc. 8, 5. 12, 1 (Hdt. et sqq.; LXX); metaph. ut lat. *conculco*, i. q. *misere et contumeliose et ferociter tracto*, 2 Macc. 8, 2 al.; cf. *Grimm* ad 1 Macc. p. 61; *contumeliose contemno* vel *negligo*, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, Heb. 10, 29; ὅρκια, Hom. Il. 4, 157; τοὺς νόμους, Plat. legg. 4, 714; τὰ γράμματα, Gorg. p. 484 a; τοὺς λόγους, Epictet. 1, 8; τὰ ῥήματά μου, Aquila Job. 6, 3.*

**κατάπαυσις**, εως, ἡ (καταπαύω, q. v.), 1) active: *actus, quo quies praebetur*; τῶν πνευμάτων, sedatio ventorum, Theophr. de ventis 18; τυράννων, remotio a regno, Hdt. 5, 38. — 2) in sacro cod. (LXX aliquoties pro מְנוּחָה) intrans. *quies, requies*; ἡμέρα τῆς καταπ., dies, quo quiescitur, sabbatum, 2 Macc. 15, 1; τόπος τῆς καταπ. μου, ubi quiescam, Act. 7, 49; metaph. ἡ καταπ. τοῦ θεοῦ, beatitas coelestis, quae dei est, cujus se eos, qui Christo fidem habituri servaturique essent, post terrestris vitae labores et molestias participes facturum esse promisit, Heb. 3, 11. 18. 4, 1. 3. 5. 10 s. (e Ps. 95, 11., ubi dictio denotat sedem fixam et quietam, in palaestinensi terra a deo Israelitis promissam.)*

**κατα-παύω**, aor. 1. κατέπαυσα (κατά, nostr. *nieder*), 1) transit. (LXX pro הֵנִיחַ, הִשְׁבִּית) *quietum* (*quiescere*) *facio, quietem concedo*; i. e. *a*) *ad sedem quietam perduco*; τινά, Heb. 4, 8 (Ex. 33, 14. Deut. 3, 20. 5, 33. 12, 10. Jos. 1, 13. 15. 2 Chr. 14, 7. 32, 22. Sir. 24, 11). — *b*) *sedo, desistere facio* (aliquid facere nitentem), sq. τοῦ μή et inf. Act. 14, 18. — 2) intrans. *requiesco, quiesco* (hebr. נוּחַ, שָׁבַת); ἀπό τινος, Heb. 4, 4. 10 (Gen. 2, 2). Iisdem et aliis significatibus ap. Graecos inde ab Hom.*

**καταπέτασμα**, τος, τό (καταπετάννυμι, expando, obtego, cooperio, alexandrinae graecitatis vox pro παραπέτασμα, quo reliqui Graeci inde ab Hdt. utuntur), *velum expansum, aulaeum*, quo nomine in sacro cod. pariter atque in scriptis Philonis et Josephi illa duo aulaea in templo hierosolymitano (τὰ καταπετάσματα 1 Macc. 4, 51) appellantur, quorum uno (hebr. מָסָךְ) in introitu templi Sanctum ab atrio separabatur (Ex. 26, 37. 38, 18. Num. 3, 26. Jos. b. jud. 5, 5, 4; quod a LXX intpp. et Philone etiam τὸ κάλυμμα nominatur, Ex. 27, 16. Num. 3, 25. Philo vit. Mos. III, §. 5 et 9), altero Sanctum Sanctorum velatum a Sancto sejungebatur (hebr. פָּרֹכֶת; ἐνδότερον καταπέτασμα, Jos. antt. 8, 3, 3; τὸ ἐσώτατον καταπέτασμα, Philo de gig. §. 12; a LXX intpp. et Philone etiam κατ' ἐξοχήν dicitur τὸ καταπέτασμα, Exod. 26, 31 ss. Lev. 21, 23. 24, 3; Philo vit. Mos. l. c.). Solum hoc alterum καταπέτασμα in N. T. commemoratur: τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ, Mt. 27, 51. Mc. 15, 38. Lc. 23, 45; τὸ δεύτερον καταπέτασμα, Heb. 9, 3; τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος (cf. Lev. 16, 2. 12. 15. Exod. 26, 33). *spatium quod est interius aulaeo* = spatium intra aulaeum, i. e. Sanctum Sanctorum, allegorice dic. de coelo vera dei sede, Heb. 6, 19; item allegorice corpus Christi dic. καταπέτασμα 10, 20., quia, quemadmodum aulaeum removendum erat, ut summus sacerdos intraret sanctissimum templi terrestris, ita occisione corpus Christi removendum erat, ut introitus pateret in coelum ad consortium dei.*

**κατα-πίνω**, aor. 2. κατέπιον, aor. 1. pass. κατεπόθην, (pr. *hinuntertrinken*) *glutio, bibendo absorbeo*; Mt. 23, 24. Ap. 12, 16; *devoro*, 1 Pet. 5, 8; *absorbeo, consumo*, pass., 1 Co. 15, 54. 2 Co. 5, 4. Heb. 11, 29; trop. λύπῃ καταποθῆναι, absumi, 2 Co. 2, 7.*

**κατα-πίπτω**, aor. 2. κατέπεσεν, *decido, prolabor*; Act. 28, 6; εἰς τὴν γῆν, 26, 14; ἐπὶ τὴν πέτραν, Lc. 8, 6 *Tdf. Trg.**

**κατα-πλέω**, aor. 1. κατέπλευσα, *ex alto versus terram navigo; navi devehor*; εἰς τὴν χώραν, Lc. 8, 26.*

**καταπονέω**, ῶ, pr. *labore* defatigo s. conficio; hinc *malis affligo* s. *premo; molestias creo; duriter tracto*; τινά, pass. Act. 7, 24. 2 Pet. 2, 7. (3 Macc. 2, 2. 13. Hippocr. Theophr. Polyb. Diod. Joseph. Aelian. al.)*

**κατα-ποντίζω**, aor. 1. κατεπόντισα, *in mare demergo*; pass. intrans. sensu, nostr. *versinken*, Mt. 14, 30; aliquem nocentissimum ita necandum, nostr. *ersäufen*; pass. 18, 6. (Lys. Demsth. Polyb. Diod. Plut. al.; LXX.)*

**κατάρα**, ας, ἡ (κατά, ἀρά, cf. nostr. *Verfluchung, Verwünschung*), LXX maxime pro קְלָלָה; *exsecratio, imprecatio*; opp. εὐλογία (q. v.), Jac. 3, 10; γῆ κατάρας ἐγγύς, quae prope abest, ut diris a deo devoveatur, i. e. ut sterilis reddatur (respicitur ad Gen. 3, 17 s.), Heb. 6, 8.; ὑπὸ κατάραν εἶναι, poenis cum imprecatione statutis obnoxium esse, dic. de iis, quibus ejusmodi poenae metuendae sunt, Gal. 3, 10; ἐξαγοράζειν τινὰ ἀπὸ τῆς κ., redimere aliquem, qui poenae cum imprecatione propositae reus tenetur, vs. 13; τέκνα κατάρας, homines exsecratione digni, 2 Pet. 2. 14; abstract. pro concreto: is in quo exsecratio cernitur, h. e. poenam exsecratione statutam perpetiens, Gal. 3, 13; ἐγὼ κατάρα ἐγενήθην, Protev. Jac. c. 3. (Aeschyl. Eur. Plat. al.)*

**καταράομαι**, ῶμαι, 2. ps. sing. aor. 1. κατηράσω (verb. depon. med. a κατάρα), inde ab Hom.; LXX maxime pro קִלֵּל et אָרַר, *exsecror, diris devoveo, mala imprecor*; (opp. εὐλογεῖν) absol. Ro. 12, 14; c. dat. objecti (ut ap. antiquiores Graecos), Lc. 6, 28 t. vulg. (Bar. 6, 66); c. acc. objecti (ut passim ap. Graecos inferioris aetatis, ut Plut. Cat. min. 32), Mt. 5, 44 t. vulg. *Grsb.*; Lc. 6, 28 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*; Jac. 3, 9; *arborem*, i. e. exsecrando efficere, ut exarescat, Mc. 11, 21 (v. in κατάρα); — ptcp. pf. κατηραμένος significatu passivo, *diris devotus, exsecratus* (Sap. 12, 11. Plut. Luc. 18; et κεκατηραμ. Deut. 21, 23.), Mt. 25, 41 (item passim κεκατάρανται, Num. 22, 6. 24, 9.).*

**καταργέω**, ῶ, f. ήσω, aor. 1. κατήργησα, pf. κατήργηκα, pass. pf. κατήργημαι, aor. 1. κατηργήθην, fut. 1. καταργηθήσομαι, causativum verbi ἀργέω, = ἀργὸν (= ἄεργον) ποιῶ, Paulo frequentatum, qui quinquies et vicies eo utitur; 1) *otiosum, desidem, inertem, inefficacem reddo*; τὴν γῆν, enervo, sterilem reddo, Lc. 13, 7; efficio, ut aliquis vel aliquid nihil amplius valeat; vi, auctoritate, imperio privo, τί, Ro. 3, 3. 1 Co. 1, 28; τινά, 1 Co. 2, 6; daemoniacas potestates, 1 Co. 15, 24. Justin. apol. II, 6; antichristum, 2 Th. 2, 8; τὸν θάνατον, 2 Tim. 1, 10. Barnab. 5, 6; τὸν διάβολον, Heb. 2. 14; pass. 1 Co. 15, 26: irritum reddo, τὴν ἐπαγγελίαν, Gal. 3, 17; pass. Ro. 4, 14. — 2) *cessare facio, finem facio, abrogo, aboleo*; τί, 1 Co. 6, 13. 13, 11; τὸν νόμον, Ro. 3, 31. Eph. 2, 15; τὸν καιρὸν τοῦ ἀνόμου, Barnab. ep. 15. 5; pass. τὸν πόλεμον ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, Ignat. ad Eph. 13; ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, ut aboleatur corpus, h. e. non materies corporis, sed corpus quatenus instrumentum peccationis est, ut igitur desinat esse hoc instrumentum, Ro. 6, 6. — Passiv. *cesso, evanesco*, de rebus: Gal. 5, 11. 1 Co. 13. 8. 10. 2 Co. 3, 7. 11.

13 s.; de personis sq. ἀπό τινος, *avellor, dimoveor, solvor ab aliquo; tollitur omne, quod mihi cum aliquo erat, commercium;* ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, Gal. 5, 4; ἀπὸ τοῦ νόμου, Ro. 7, 6. — Raro offenditur vox ap. profanos, ut Eur. Phoen. 753 καταργ. χέρα, inertem facio, i. e. inertem esse sino manum; Pol. ap. Suid. τοὺς καιρούς, sensu *praetermittere,* germ. *unbenutzt lassen;* ap. LXX quater pro chald. בַּטֵּל, cessare fecit, i. e. inhibuit, impedivit, detinuit, Esr. 4, 21. 23. 5, 5. 6, 8.*

**κατ-αριθμέω**, ῶ, *adnumero;* κατηριθμένος ἐν (pro l. vulg. σὺν) ἡμῖν, *nobis,* Act. 1, 17; cf. 2 Chr. 31, 19.*

**κατ-αρτίζω**, f. ίσω (1 Pet. 5, 10 *Lchm. Tdf. Trg.*), inf. aor. 1. κατήρτισα, pf. pass. κατήρτισμαι, 2 ps. sing. aor. 1. med. κατηρτίσω, pr. ἄρτιον, i. e. *aptum, firmum, integrum reddo;* hinc a) *reficio* (quod scissum est), *instauro;* τὰ δίκτυα, Mt. 4. 21. Mc. 1, 19; i. q. *compleo,* τὰ ὑστερήματα, 1 Th. 3, 10. — b) *adorno, instruo, apte compono, dispono;* τοὺς αἰῶνας, mundum, pass. Heb. 11, 3 (ita pro הֵכִין, ἥλιον, Ps. 74, 16; σελήνην, 89, 38); σκεύη κατηρτισμένη εἰς ἀπώλειαν, de hominibus, quorum animos ita constituit deus, ut effugere nequeant perniciem, Ro. 9, 22 (πλοῖα, Pol. 5, 46, 10 ac similia); de animo: κατηρτισμένος ὡς ..., ita instructus, compositus, ut ..., Lc. 6, 40; med. *mihi adapto, paro,* αἶνον, Mt. 21, 16 (e Ps. 8, 3 LXX pro יִסַּד); σῶμα, Heb. 10, 5. — c) ethice: *confirmo, perficio, talem reddo, qualis esse debet;* τινά, Gal. 6, 1 (de eo, qui corrigendo in rectam viam reducatur); pass. 2 Co. 13, 11; τινὰ ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, Heb. 13, 21; κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ κτλ., de iis, qui ad concordiam reducti sunt (ita πάντα εἰς τωὐτό, Hdt. 5, 106; ἵνα καταρτισθῇ ἡ στασιάζουσα πόλις, Dion. H. antt. 3, 10), 1 Co. 1, 10.*

**κατάρτισις**, εως, ἡ (καταρτίζω, q. v.), *confirmatio, perfectio* (animi); Vulg.: *consummatio;* 2 Co. 13, 9. (*curatio, institutio,* Plut. Them. 2. id. Alex. 7.)*

**καταρτισμός**, οῦ, ὁ, i. q. κατάρτισις, q. v.; — τινὸς εἴς τι, Eph. 4, 12.*

**κατα-σείω**, aor. 1. κατέσεισα, 1) *deorsum quatio* s. *quasso, decutio.* — 2) *concutio;* τὴν χεῖρα, manum quatiendo signum do (Philo leg. ad Caj. §. 28; τὰς χεῖρας, id. de Josepho §. 36); de eo, qui verba facturus silentium indicit, Act. 19, 33; hinc simpliciter κατασείειν τινί, *manu signum dare,* Xen. Cyr. 5, 4, 4. Jos. antt. 8, 11, 2; tum praetermisso dictionis ortu addi solebat dat. instrum. τῇ χειρί, Pol. 1, 78, 3. Jos. antt. 4, 8, 48; ita de verba facturo, Act. 12, 17. 13, 16. 21, 40. Jos. antt. 8, 11, 2.*

**κατα-σκάπτω**, aor. 1. κατέσκαψα, ptcp. pf. pass. κατεσκαμμένος, *suffodio, destruo, diruo;* τί, Ro. 11, 3 e 3 Reg. 19, 10; pass. Act. 15, 16 ex Amos. 9, 11 (v. in καταστρέφω). (Tragg. Thuc. Xen. sqq.)*

**κατα-σκευάζω**, f. άσω, aor. 1. κατεσκεύασα, ptcp. pf. pass. κατεσκευασμένος, aor. 1. pass. κατεσκευάσθην, *instruo, adparo, adapto;* a) de eo, qui aliquid aptum alicui reddit, τὴν ὁδόν, Mt. 11, 10. Mc. 1, 2. Lc. 7, 27; ptcp. pf. pass. paratus *animo,* Lc. 1, 17 (Xen. Cyr. 5, 5, 10). — b) de aedificantibus, *exstruo, fabrico,* cum notione *exornandi rebusque necessariis instruendi* (ita saepe ap. Graecos, cf. *Bleek* Hebr.-Br. II, 1, p. 398 s.), οἶκον, Heb. 3, 3 s.; κιβωτόν, 11, 7; 1 Pet. 3, 20; Heb. σκηνήν, 9, 2. 6; LXX pro בָּרָא, Jes. 40, 28. 43, 7.*

**κατα-σκηνόω**, ῶ, infin. praes. -σκηνοῖν (Mt. 13, 32 *Lchm. Tdf. Trg.;* v. in ἀποδεκατόω), f. ώσω, aor. 1. κατεσκήνωσα, pr. *tentorium depango; sedem figo; habito;* Act. 2, 26 e Ps. 16, 9; sq. ἐν c. dat. loci, Mt. 13, 32. Lc. 13, 19; ὑπό c. acc. loci, Mc. 4, 32 (Xen. Polyb. Diod. al.; κατεσκήνωσεν ὁ θεὸς τῷ ναῷ τούτῳ, Jos. antt. 3, 8, 5; adde Sir. 24, 4. 8; LXX maxime pro שָׁכַן.)*

**κατασκήνωσις**, εως, ἡ (κατασκηνόω, q. v.), pr. *tentoriorum collocatio; locus commorationis, domicilium;* de latibulis avium, Mt. 8, 20. Lc. 9, 58; pro מִשְׁכָּן, Ez. 37, 27; cf. Sap. 9, 8. Tob. 1, 4. Pol. 11, 26, 5. Diod. 17, 95.)*

**κατα-σκιάζω**, f. άσω, *obumbro, umbra tego;* τί, Heb. 9, 5. (Hes. Eur. Plat. al.; κατασκιάω, Hom. Od. 12, 436.)*

**κατα-σκοπέω**, ῶ, inf. aor. 1. κατασκοπῆσαι, *inspicio explorandi et insidiandi causa;* τί, Gal. 2, 4. (de insidiosa exploratione, 2 Sam. 10, 3. Jos. 2, 2 s. 1 Chr. 19, 3. Eur. Hel. 1623; ap. reliquos Graecos inde a Xen. ita plerumque in med.)*

**κατάσκοπος**, ου, ὁ (κατασκέπτομαι), *speculator, explorator;* Heb. 11, 31. (Gen. 42, 9. 11. 1 Sam. 26, 4. 1 Macc. 12, 26; ap. profanos inde ab Hdt.)*

**κατασοφίζομαι**, ptcp. aor. 1. κατασοφισάμενος (σοφίζω), vb. dep. med., ap. profanos nonnumquam etiam passive usurpatum, *dolo, fraudibus circumvenio, malis artibus vinco* (*überlisten*); *callide infesto;* τινά, Act. 7, 19 ex Ex. 1, 10. (Judith. 5, 11. 10, 19; Diod. Philo, Joseph. Lcian. al.)*

**κατα-στέλλω**, ptcp. aor. 1. καταστείλας, pf. pass. κατεσταλμένος, a) pr. *demitto.* — b) *commotum et exasperatum cohibeo, sedo, tranquillo;* τινά, Act. 19, 35 s.; 3 Macc. 6, 1. Jos. antt. 20, 8, 7; b. j. 4, 4, 4. Plut. mor. p. 207 e.*

**κατάστημα**, τος, τό (καθίστημι), *status, habitus;* Tit. 2, 3. (3 Macc. 5, 45. Jos. b. j. 1, 1, 4.)*

**καταστολή**, ῆς, ἡ (καταστέλλω, q. v.) 1) pr. *demissio;* hinc 2) in sacro cod. bis *vestis demissa, vestis, amictus,* 1 Tim. 2, 9; Vulg. *habitus,* quod interpres e recentiore latinitate intelligere videtur de vestimento; cf. gall. *l'habit;* pro מַעֲטֶה, Jes. 61, 3., quem locum respiciens Hesych. καταστολήν· περιβολήν.

**κατα-στρέφω**, aor. 1. κατέστρεψα, ptcp. pf. pass. κατεστραμμένος (Act. 15, 16 *Tdf.*), 1) *converto, inverto* (*umkehren, umwenden*); solum aratro, Xen. oec. 17, 10. — 2) *subverto, everto;* τί, Mt. 21, 12. Mc. 11, 15 et ap. *Tdf.* Act. 15, 16, ut Hagg. 2, 22. Job. 9, 5. Jos. antt. 8, 7, 6. Anthol. 11, 163. Diog. L. 5, 82.*

**κατα-στρηνιάω**, conj. aor. 1. -άσω (v. infra in στρηνιάω), *veneris cupidine stimulor;* Vulg.: *luxurior;* τινός, in damnum alicujus, 1 Tim. 5, 11. Ignat. ad Antioch. c. 11.*

**καταστροφή**, ῆς, ἡ (καταστρέφω), *subversio* (Vulg.), *eversio, destructio;* oppidorum, 2 Pet. 2, 6 (Gen. 19, 29); transl. de exstinctione mentis Christo dicatae 2 Tim. 2, 14. (Aesch. Eum. 490.)*

**κατα-στρώννυμι**, aor. 1. pass. κατεστρώθην, *prosterno* (*humum*); *occido;* 1 Co. 10, 5. (Num. 14, 16. Judith. 14, 4. 7, 14. 2 Macc. 5, 26 al. Hdt. 8, 53. 9. 76. Xen. Cyr. 3, 3, 64.)*

**κατα-σύρω**, 1) pr. *deorsum traho, detraho.* — 2) *pertraho, invitum vi traho;* τινὰ διὰ μέσης ἀγορᾶς, Philo in Flacc. §. 20; leg. ad Caj. §. 19; τινὰ πρὸς τὸν κριτήν, Lc. 12, 58. (Cic. pro Mil. c. 14: „*quum in judicium detrahi non posset.*“)*

**κατα-σφάζω**, aor. 1. κατέσφαξα (*abschlachten, hinschlachten*), *jugulo, trucido;* Lc. 19, 27. (LXX. Hdt. Tragg. Xen. Jos. antt. 6, 6, 4. Ael. v. h. 13, 2. Hdian. 5, 5, 16.)*

**κατα-σφραγίζω**, ptcp. pf. pass. κατεσφραγισμένος, *obsigno, sigillo claudo;* βιβλίον σφραγῖσιν, pass. Ap. 5, 1. (Job. 9, 7. Sap. 2, 5. Aeschyl. Eur. Plat. Plut. Lcian. al.)*

**κατάσχεσις**, εως, ἡ (κατέχω), LXX saepe pro אֲחֻזָּה, possessio; 1) *retentio, impeditio;* anonym. in

*Walzii* Rhetor. I, p. 616, 20. — 2) *occupatio; possessio*; *γῆν δοῦναι εἰς κατάσχ.*, terram possidendam dare, Act. 7, 5 ut Gen. 17, 8. Deut. 32, 49. Ez. 33, 24. 36, 2 s. 5. Jos. ant. 9, 1, 2; c. gen. subj. *τῶν ἐθνῶν*, de terra a gentibus possessa, Act. 7, 45. (portio ad possidendum data, Philo rer. div. haer. §. 40.)*

**κατα-τίθημι**, aor. 1. *κατέθηκα*, inf. aor. 2. med. *καταθέσθαι; depono, repono;* activ. pr. *τινὰ ἐν μνημείῳ*, Mc. 15, 46 t. vulg. *Grsb. Tdf.*; med. *depono* s. *repono mihi in usus futuros; τινί*, apud aliquem; *χάριν* et *χάριτας κατατ. τινι, gratiam inire ab aliquo, gratiam alicujus sibi conciliare* (exhibere alicui aliquid, quod gratiam pariat), Act. 24, 27. 25, 9., ut Hdt. 6, 41. Thuc. 1, 33. Xen. Cyr. 8, 3, 26. Dem. 193, 22; *φιλίαν τινι*, 1 Macc. 10, 23; *εὐεργεσίαν τινί*, Jos. antt. 11, 6, 5.*

**κατατομή**, ῆς, ἡ (a *κατατέμνω*, concido, mutilo), *concisio, mutilatio;* Phil. 3, 2., ubi Paulus per sarcasmum vocem *περιτομῆς*, quae v. 3 sequitur, respicit, quasi dicturus: videte modo commendatam illam circumcisionem, seu ut rectius dicam, concisionem s. discissionem; cf. locum similem Gal. 5, 12; v. supra in *ἀποκόπτω*.*

**κατα-τοξεύω**, fut. 1. pass. *κατατοξευθήσομαι, sagittâ transfigo; τινὰ βολίδι*, pass. Heb. 12, 20 t. vulg. ex Ex. 19, 13. (Num. 24, 8. Ps. 11, 2. Hdt. Thuc. Xen. al.)*

**κατα-τρέχω**, aor. 2. *κατέδραμον, decurro* (*herabeilen*); *ἐπί τινας*, ad compescendos tumultuantes, Act. 21, 32.*

**καταφάγω**, v. in *κατεσθίω*.

**κατα-φέρω**, aor. 1. *κατήνεγκα*, aor. 1. pass. *κατηνέχθην, deorsum fero, defero, dejicio; ψῆφον*, pr. calculum dejicio s. defero sc. in urnam, i. e. addo calculum, *approbo*, Act. 26, 10; *αἰτιώματα κατά τινος* (v. in *κατά*, I, 2), Act. 25, 7 *Lchm. Tdf. Trg.* — Pass. *detrahor, deprimor* (de fenestra in plateam), *ἀπὸ τοῦ ὕπνου*, prae somno (vi soporis), Act. 20, 9; metaph. *deprehendor, abripior; καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ*, alto sopori immersus, Act. ibid.; non ejusdem generis est quod profani dicunt *καταφέρομαι εἰς ὕπνον*, delabor in somnum, Jos. antt. 2, 5, 5. Hdian. 2, 1, 3; 9, 6; *τοῖσιν ὕπνοισιν*, Hipp. p. 1137 c. et eodem sensu simpliciter *καταφέρομαι*, cf. *Stephani* Thes. ed. paris. T. IV, p. 1286.*

**κατα-φεύγω**, aor. 2. *κατέφυγον, defugio, confugio, profugio*, sq. *εἰς* c. acc. loci, Act. 14, 6; *οἱ καταφυγόντες*, qui profugimus sc. profanam hominum multitudinem, sq. infin. finali, Heb. 6, 18; cf. *Delitzsch* ad l.*

**κατα-φθείρω**, fut. 2. pass. *καταφθαρήσομαι*, 1) *corrumpo, depravo; κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν*, animo corrupti, 2 Tim. 3, 8. — 2) *perdo;* pass. *pereo, intereo;* sq. *ἐν* c. dat. statum indicante, 2 Pet. 2, 12 t. vulg. *Grsb.**

**κατα-φιλέω**, ῶ, f. *ήσω*, aor. 1. *κατεφίλησα, deosculor, exosculor, multum et impense osculor* (*abküssen*); *τινά*, Mt. 26, 49. Mc. 14, 45. Lc. 7, 38. 45. 15, 20. Act. 20, 37. (Tob. 7, 6. 3 Macc. 5, 49. Xen. Cyr. 6, 4, 10. 7, 5, 32. Pol. 15, 1, 7. Jos. antt. 7, 11, 7. Ael. v. h. 13, 4. Plut. Brut. 16. Lcian. dial. deor. 4, 9. 5, 3; distinguuntur *φιλεῖν* et *καταφιλεῖν* Xen. mem. 2, 6, 33. Plut. Alex. c. 67. — LXX pro נָשַׁק, pr. *os ori adjunxit.*) Cf. *Fritzsche* ad Mt. p. 780. *Win.* vb. comp. II, p. 18. not. 21.*

**κατα-φρονέω**, ῶ, f. *ήσω*, aor. 1. *κατεφρόνησα, contemno, despicio, aspernor, parvi* vel *nihili aestimo;* c. gen. objecti, Mt. 6, 24. 18, 10. Lc. 16, 13. Ro. 2, 4. 1 Co. 11, 22. 1 Tim. 4, 12. 6, 2. 2 Pet. 2, 10. Heb. 12, 2.*

**καταφρονητής**, οῦ, ὁ (*καταφρονέω*), *contemtor;* Act. 13, 41 (Hab. 1, 5. 2, 6. Zeph. 3, 5. Philo leg. ad Caj. §. 41. Jos. antt. 6, 14, 4; b. jud. 2, 8, 3. Plut. Brut. 12 et in eccles. scriptis.).*

**κατα-χέω**, 3. ps. sing. aor. 1. *κατέχεεν* (v. in *ἐκχέω*), *effundo desuper; defundo; ἐπὶ τὴν κεφαλήν* (*Lchm. Tdf. Trg. ἐπὶ τῆς κεφαλῆς*), Mt. 26, 7; *κατὰ τῆς κεφαλῆς* (Plat. rep. 3, 398 a. Epict. diss. 2, 20), Mc. 14, 3 (ubi *Lchm. Tdf. Trg. κατά* omittunt.)*

**καταχθόνιος**, ον (*κατά, χθών*), *subterraneus* (qui sub terra versatur), Vulg. *infernus;* plur. de iis, qui in orco versantur, i. e. manibus, Phil. 2, 10. (Hom. Dion. Hal., Anthol. al. Inscrr.)*

**κατα-χράομαι**, ῶμαι, inf. aor. med. *καταχρήσασθαι*, ap. Graecos 1) *multum* vel *nimis* vel *male utor.* — 2) *utendo absumo; verbrauchen.* — 3) ita, ut *κατά* intendat vim verbi simplicis; nostra *gebrauchen, benutzen* (Plat. Dem. Diod. Joseph. al.); 1 Co. 7, 31; *τινί*, 9, 18.*

**κατα-ψύχω**, aor. 1. *κατέψυξα, refrigero;* Lc. 16, 24. (Gen. 18, 4. Hippocr. Arstot. Theophr. Plut. al.)*

**κατείδωλος**, ον (*κατά* et *εἴδωλον*, cf. *κατάμπελος, κατάγομος, κατάχρυσος, κατάδενδρος* al.), *idolis refertus;* Act. 17, 16. (ap. profanos non exstat.)*

**κατ-έναντι**, adv., quod ap. Graecos non habetur, ap. LXX potissimum pro נֶגֶד, לְנֶגֶד, לִפְנֵי (v. in *ἔναντι* et *ἀπέναντι*), pr. *e regione, ex adverso, coram;* sq. genit. Mc. 11, 2. 12, 41. 13, 3 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Mt. 21, 2; ap. *Lchm. Trg.* etiam 27, 24; *ἡ κατέναντι κώμη*, vicus ex adverso situs, Lc. 19, 30; metaph. c. gen. pers. *aliquo judice* (v. in *ἐνώπιον*), *τοῦ θεοῦ*, Ro. 4, 17 (ubi e rariore attractionis genere verba ita resolve: *κατέναντι θεοῦ, ᾧ ἐπίστευσε*, qui est nostri omnium pater e judicio ac decreto dei, cui credidit; verba *καθὼς - - τέθεικα* parenthesin efficiunt; cf. *Fritzsche* ad l.); *teste aliquo, τοῦ θεοῦ*, ap. *Lchm. Tdf. Trg.* 2 Co. 2, 17. 12, 19.*

**κατ-ενώπιον**, adv., ap. profanos non obvium (v. in *ἐνώπιον*), *e regione, ex adverso, ante oculos, in conspectu, coram;* sq. genit., *a*) pr. de loco, Jud. vs. 24 (Lev. 4, 17. Jos. 1, 5. 3, 7. 23, 9.). — metaph. *aliquem quasi ob oculos habens, aliquo teste, τοῦ θεοῦ*, 2 Co. 2, 17. 12, 19 t. vulg. *Grsb.* (v. in *κατέναντι*); *judice deo*, Eph. 1, 4. Col. 1, 22.*

**κατ-εξουσιάζω**, verbum ap. profanos non obvium, *potestatem exerceo; τινός*, in aliquem, Mt. 20, 25. Mc. 10, 42.*

**κατ-εργάζομαι**, inf. pf. *κατειργάσθαι* (1 Pet. 4, 3 *Lchm. Tdf. Trg.*), aor. 1. med. *κατειργασάμην* et *κατηργασάμην* (Ro. 7, 8 *Tdf. Trg.*), aor. 1. pass. *κατειργάσθην* (et *κατηργάσθην*, 2 Co. 12, 12 *Tdf.*; v. in *ἐργάζομαι*), vb. depon. med. *a*) *perficio, perago* (*vollbringen*), Ro. 7, 15. 17 s. 20; *τὶ διά τινος* (gen. pers.), Ro. 15, 18; *πάντα κατεργασάμ.*, peracto omni pugnae labore, Eph. 6, 13; *σημεῖα*, pass. 2 Co. 12, 12; de inhonestis actionibus i. q. *perpetro*, nostr. *verüben*, Ro. 1, 27. 2, 9. 1 Co. 5, 3. 1 Pet. 4, 3. — 2) *efficio*, i. e. *facio id, e quo aliquid prodeat;* de homine: *τὴν σωτηρίαν*, omnem operam do, ut obtingat mihi salus, Phil. 2, 12; de rebus: nostr. *zu Wege bringen, zur Folge haben*, Ro. 4, 15. 5, 3. 7, 8. 2 Co. 7, 10 (ubi *Lchm. Tdf. Trg. ἐργάζ.*); Jac. 1, 3. atque t. vulg. *Grsb.* vs. 20; *τί τινι*, Ro. 7. 13. 2 Co. 4, 17. 7, 11. 9, 11. — *c*) *κατεργ. τινα εἴς τι, formo*, i. e. *aptum reddo aliquem ad aliquid*, 2 Co. 5, 5. (persaepe ap. Graecos inde ab Hdt.; passim ap. LXX.)*

**κατ-έρχομαι**, aor. 2. *κατῆλθον*, 1. ps. plur. *κατήλθαμεν* Act. 27, 5 *Tdf. Trg.;* de qua forma v. in

ἀπέρχομαι), *devenio, descendo;* pr. de eo, qui e loco superiore in locum inferiorem se confert; sq. εἰς c. acc. loci, Lc. 4, 31. Act. 8, 5. 13, 4 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* 15, 30; sq. ἀπό c. gen. loci, Lc. 9, 37. Act. 15, 1. 18, 5. 21, 10; sq. ἀπό et εἰς, Act. 11, 27. 12, 19; de iis, qui navi devehuntur in locum, sq. εἰς. 18, 22 (21, 3 *Lchm. Tdf. Trg.*); 27, 5; πρός τινα, 9, 32. — metaph. de rebus, quae a deo coelitus obferuntur, Jac. 3, 15.

**κατ-εσθίω**, ptcp. plur. **κατέσθοντες** (Mc. 12, 40 *Trg.;* v. in ἐσθίω et ἔσθω. cf. *Fritzsche* Exgt. Hdb. z. d. Apokryphen d. A. T. I, p. 150), fut. **καταφάγομαι** (Jo. 2, 17 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* v. in ἐσθίω), aor. 2. **κατέφαγον**, LXX pro אָכַל; pr. *edendo absumo, comedo, devoro; τί,* de avibus, Mt. 13, 4. Mc 4, 4. Lc. 8, 5; de dracone, Ap. 12, 4; de homine libellum devorante, i. e. totum ejus argumentum studiosissime in intima animi recipiente atque, ut dici solet, in succum et sanguinem vertente (ex imagine ex Ez. 2, 10. 3, 1—3 petita, coll. Jer. 15, 16), Ap. 10 9 s. — 2) metaph. vario usu; *a*) *dilapido, profundo* (*durchbringen, vergeuden*), opes, Lc. 15, 30 (ita saepe ap. Graecos inde ab Hom. Od. 3, 315. 15, 12; *devorare patrimonium,* Catull. 29. 23.). — *b*) *vi ad me rapio,* **τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν**, viduarum opes, Mt. 23, 14 t. vulg.; Mc. 12, 40. Lc. 20, 47. — *c*) c. accus. personae: *α*) *bonis privo* s. *exuo aliquem,* 2 Co. 11, 20. — *β*) *perdo* (injuriis faciendis), Gal. 5, 15. — *d*) de igne: *consumo,* i. e. *ad nihilum redigo; deleo,* **τινά**, Ap. 11, 5. 20, 9. — *e*) de affectuum vehementia animi et corporis vires absumente, **τινά**, Jo. 2, 17 (Ps. 69, 9. Jos. antt. 7, 8, 1.).*

**κατ-ευθύνω**, aor. 1. infin. **κατευθῦναι**, 3. ps. sing. opt. **κατευθύναι** (v. in **κατά**, III, 2), LXX maxime pro יִשֵּׁר et כּוֹנֵן, הֵכִין, *rectum facio, dirigo;* **τοὺς πόδας εἰς ὁδὸν εἰρ.**, Lc. 1, 79; **τὴν ὁδὸν πρός τινα**, de impedimenta itineris ad aliquem faciendi removente, 1 Th. 3, 11; **τὰς καρδίας** (1 Chr. 29, 18. 2 Chr. 19, 3) **εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ**, 2 Th. 3, 5. (Plat. Arstot. Plut. al.)*

**κατ-ευλογέω**, 3. ps. sing. impf. **κατευλόγει** (*Tdf.*) et **κατηυλόγει** (*Trg.*), *deprecor fausta;* **τινά**, alicui, Mc. 10, 16 *Tdf. Trg.* (Tob. 11, 16. Plut amator. 4.)*

**κατ-εφίστημι**, *colloco contra;* **κατεπέστησαν τῷ Παύλῳ**, adstiterunt contra Paulum, i. e. adorti sunt eum, Act. 18, 12. Praeterea non legitur.

**κατ-έχω**, impf. **κατεῖχον**, conj. aor. 2. **κατασχήσω**, pass. impf. **κατειχόμην**, 1) *detineo, retineo; a*) **τινά**, ne quis discedat, sq. **τοῦ μή** c. inf. Lc. 4. 42; **τινὰ πρὸς ἐμαυτόν**, Philem. vs. 13; pass. (ut saepe ap. Graecos inde ab Hom.; cf. *Passow* I, p. 1677 col. 1), de molesto aliquo statu, quo aliquis velut vinculo tenetur: **νοσήματι**, Jo. 5, 4; **ἔν τινι**, Ro. 7, 6. — *b*) (cursum, progressus) *inhibeo, impedio;* **τ. ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ**, Ro. 1, 18; absol. **τὸ κατέχον**, id quod impedit, sc. quo minus prorumpat antichristus (v. in ἀντίχριστος); intelligitur potestas imperii romani; **ὁ κατέχων**, impediens, retardans sc. adventum antichristi; intelligitur is, penes quem illa potestas est, imperator romanus, 2 Th. 2, 6 s. (cf. praeter *de Wettium* et *Lünemannum* ad h. l. potissimum *Schneckenburger* in Jahrbücher f. deutsche Theologie. 1859, p. 421 s.); — **κατέχω** (sc. **τὴν ναῦν**) **εἰς τὴν αἰγιαλόν**, cursum navis detineo, ut appellam, Act. 27, 40. (Xen. h. g. 2, 1, 29: **κατασχὼν ἐπὶ τὴν Ἀβερνίδα**. Complura alia exempla affert *Passow* l. c. col. 2.) — *c*) *firmiter teneo, fortiter ac diligenter servo* (*festhalten*); c. acc. rei, **τὸν λογον**, Lc. 8, 15; sq. orat. indir. 1 Co. 15, 2; **τὰς παραδόσεις**, 1 Co. 11, 2; **τὸ καλόν**, 1 Th. 5, 21; **τὴν παῤῥησίαν μέχρι τέλους βεβαίαν κατασχεῖν**. Heb. 3, 6. 14; **τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ**, 10, 23. — 2) *obtineo;* i. e. *a*) *occupo* (*in Besitz nehmen*); Mt. 21, 38 t. vulg. *Grsb.;* Lc. 14, 9. — *b*) *possideo;* 1 Co. 7, 30. 2 Co. 6, 10.*

**κατηγορέω, ῶ**, f. **ήσω**, impf. **κατηγόρουν**, aor. 1. **ἐκατηγόρησα** (**κατά, ἀγορεύω**, pr. in foro, in concione dico contra), *accuso; a*) coram judice, absol. Act. 24, 2. 19; **τινός**, aliquem, Mt. 12, 10. Mc. 3, 2. (Lc. 6, 7 *Tdf. Trg.;* 11, 54 t. vulg. *Grsb. Lchm.*); Lc. 23, 2. 10. Jo. 8, 6. Act. 25, 5. 28, 19; add. gen. rei, cujus aliquis accusatur (ut Dem. 515 extr.), Act. 24, 8. 25, 11 (nisi his locis statuere malis attractionem pronominis relativi, **τούτων ἅ**, quum Graecis frequentatior sit **κατηγ. τί τινος**, cf. *Matthiae* p. 849 s. et p. 859 coll. *Win.* p. 191); **τινὸς περί τινος**, 24, 13 (Thuc. 8, 85. Xen. hell. 1, 7, 2); c. gen. personae et acc. rei, Mc. 15, 3 (nisi **πολλά** adverbialiter accipiendum est: *valde*); **πόσα** ap. *Lchm. Tdf. Trg.* vs. 4 (Eur. Or. 28); sq. **κατά** c. gen. pers. Lc. 23, 14 (Xen. hell. 1, 7, 9); pass. *accusor* (ut 2 Macc. 10, 13. Xen. hell. 3, 5, 25; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 163), **ὑπό τινος**. Mt. 27, 12 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Act. 22, 30 pro l. vulg. **παρά** (**τὸ τί κτλ.** *cur accusetur;* nisi explicandum est: *quid accusationis proferatur*); **ὁ κατηγορούμενος**, 25, 16. — *b*) de accusatione extra forum (Xen. mem. 1, 3, 4); absol. Ro. 2, 15; **τινός**, Jo. 5, 45 et in t. vulg. Ap. 12, 10; e soloecismo **τινά**, Ap. 12, 10 *Lchm. Tdf.**

**κατηγορία, ας, ἡ** (**κατήγορος**), *accusatio, criminatio;* c. gen. pers., quae accusatur, Lc. 6, 7 t. vulg. *Grsb. Lchm.;* **κατά τινος**, Jo. 18, 29. 1 Tim. 5, 19; c. gen. criminis, Tit. 1, 6.*

**κατήγορος, ου, ὁ** (**κατηγορέω**), *accusator;* Jo. 8. 10. Act. 23, 30. 35. 24, 8. 25, 16. 18 (et Ap. 12, 10 t. vulg. *Trg.*)*

**κατήγωρ, ὁ**, *accusator;* Ap. 12, 10 *Grsb. Lchm. Tdf.;* forma a graecis aliena, quae ad litteram redditur hebr. קַטֵּיגוֹר, quod nomen a Rabbinis diabolo tribuitur; cf. *Buxtorf* lex. rabb. talm. p. 2009.*

**κατήφεια, ας, ἡ** (a **κατηφής**, qui demisso vultu est; et hoc a **κατά** et **τὰ φάη**, lumina; Etym. M.: **κατήφεια· ἀπὸ τοῦ κάτω τὰ φάη βάλλειν τοὺς ὀνειδιζομένους ἢ λυπουμένους**, quia, ut Plut. de dysopia c. 1. dicit, **ἡ λύπη κάτω βλέπειν ποιοῦσα** est), pr. *vultus demissio moerorem significans;* hinc *pudor, moeror,* Jac. 4, 9. (Hom. Il. 3, 51 al. Thuc. 7, 75. Jos. antt. 13, 16. 1. Plut. Cor. 20; saepius ap. Philon.)*

**κατ-ηχέω, ῶ**, f. **ήσω**, aor. 1. **κατήχησα**, pf. pass. **κατήχημαι**, vb. in V. T. nusquam, ap. profanos perraro obvium; 1) pr. *sonum objicio* (*entgegentönen*), *circumsono;* **ἁρμονία κατηχεῖ τῆς θαλάττης**, Philostr. p. 791; clangore circumsonante delecto, effascino, **τινὰ μύθοις**, Lucian. Jup. trag. 39. — 2) *viva voce doceo, instituo;* Lucian. asin. §. 48. Philopatr. 17; in N. T. solum ap. Lucam et Paulum; **τινά**, 1 Co. 14, 19; passiv. **ἐκ τοῦ νόμου**, e legis in synagogis praelegi solitae auditione, Ro. 2, 18; c. acc. rei: **αὐτός σε πολλὰ κατηχήσω τῶν ἀγνοουμένων**, Jos. de vita sua, §. 65; c. acc. rei et pers.: **τοῦ ἀληθοῦς λόγου βραχέα κατηχήσας με**, Clem. hom. 1, 13; pass. c. acc. rei: **τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου**, Act. 18, 25; **τόν λόγον**, Gal. 6, 6; unde nonnulli verba Lc. 1, 4 ita resolvunt: **περὶ τῶν λόγων, οὓς κατηχήθης**. — 3) *ore certiorem facio;* pass. *ore certior fio;* sq. **ὅτι**, Philo leg. ad Caj. §. 30; **περί τινος** (gen. pers.), sq. **ὅτι**, Act. 21, 21; c. acc. rei, **ὧν κατήχηνται περὶ σοῦ = τούτων, ἃ κτλ.**, vs. 24. (**κατηχηθεὶς περὶ τῶν συμβεβηκότων**, Plut. de fluviis 8, 2. 17, 1.) Referunt huc plerique intpp. Lc. 1, 4.,

verba ita struentes: *τὴν ἀσφάλ. τῶν λόγων, περὶ ὧν κατηχήθης.* Cf. *Gilbert* Christianae catecheseos historia (Lips. 1836), I, p. 1 ss. *Zezschwitz* System der christl. Katechetik (Leipz. 1863), I, p. 17 ss.*

***κατ' ἰδίαν***, v. *ἴδιος*.

***κατ-ιόω***, *ῶ*, pf. pass. *κατίωμαι* (v. supra in *ἰός*), *aerugine obduco;* Jac. 5, 3. (Epictet. diss. 4, 6.)*

***κατ-ισχύω***, impf. *κατίσχυον*, 2 ps. conj. aor. 1. *κατισχύσητε* (Lc. 21, 36 *Tdf. Trg.*), fut. *κατισχύσω*, LXX maxime pro חָזַק, inter Graecos potissimum ap. Pol. Diod. Dion. H.; pr. *valeo cum alius detrimento; vi superior sum; supero, praevaleo;* sq. infin., Lc. 21, 36 *Tdf. Trg.;* pervinco, *τινός* (Jer. 15, 18), Mt. 16, 18 (sens.: ne orci quidem portae, quibus nihil firmius putatur esse, firmitate praevalent ecclesiae); absol. *pervinco* (nostr. *durchdringen, sein Verlangen durchsetzen*), Lc. 23, 23.*

***κατ-οικέω***, *ῶ*, aor. 1. *κατῴκησα*, LXX sexcenties pro יָשַׁב, rarius pro שָׁכַן; *habito, incolo;* 1) intrans. *a*) pr. sq. *ἐν* c. dat. loci, Lc. 13, 4. Act. 1, 20. 2, 5. 7, 2. 4. 48. 9, 22. 11, 29. 13, 27. 17, 24. Heb. 11, 9. Ap. 13, 12; sq. *εἰς* in structura praegnante (v. in *εἰς*, C. 2. p. 128, col. 2), Mt. 2, 23. 4, 13. Act. 7, 4; *ἐπὶ τῆς γῆς*, Ap. 3, 10. 6, 10. 8, 13. 11, 10. 13, 8. 14 (14, 6 t. vulg.); 17, 8 (Num. 13, 32. 14, 14. 35, 32. 34); *ἐπὶ πᾶν τὸ πρόςωπον τῆς γῆς.* Act. 17, 26; *ὅπου*, Ap. 2, 13; ut cogitatione addendum sit *ἐκεῖ*, Act. 22, 12; daemones corpora hominum ingressi et obsessa tenentes dicuntur *κατοικεῖν ἐκεῖ*, Mt. 12, 45. Lc. 11, 26. — *b*) metaph. numina, vires, virtutes dicuntur *κατοικεῖν ἔν τινι* (dat. pers.), vel *ἐν τῇ καρδίᾳ τινός*, inesse animo, eum perfundere, agere, regere; *ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν*, Barn. ep. 16; *ὁ Χριστός*, Eph. 3, 17; spiritus s., Jac. 4, 5 t. vulg. *Grsb.* (Herm. past. 2, 5); *τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος* in Christo, Col. 2, 9 coll. 1, 19; *ἡ σοφία ἐν σώματι*, Sap. 1, 4; *δικαιοσύνη* dicitur habitare in locis, ubi probitas dominatur et exercetur, 2 Pet. 3, 13. — 2) transit. *inhabito, incolo* (*bewohnen*); c. acc. loci, Act. 1, 19. 2, 9. 14. 4, 16. 9, 32. 35. 19, 10. 17. Ap. (12, 12. 14, 6 t. vulg.) 17, 2; *deus* dic. *templum inhabitare*, i. e. semper adesse sacra facientibus, Mt. 23, 21.*

***κατοίκησις***, *εως*, *ἡ* (*κατοικέω*), *habitatio, domicilium;* Mc. 5, 3. (Gen. 10, 30. Num. 15, 2 al.; Thuc. Plat. Plut.)*

***κατοικητήριον***, *ίου*, *τό* (*κατοικέω*), *domicilium, habitaculum*, Eph. 2, 22. Ap. 18, 2. (LXX. Barn. ep. 16 et al. script. eccles.)*

***κατοικία***, *ας*, *ἡ* (*κατοικέω*), *habitatio, habitaculum;* Act. 17, 26. (LXX. Pol. 2, 32, 4. Strab. Plut. al.)*

***κατοικίζω***, aor. 1. *κατῴκισα*, inde ab Hdt.; LXX pro הוֹשִׁיב; *habitare facio, habitatum mitto* vel *duco; domicilium praebeo;* metaph. *τὸ πνεῦμα, ὃ κατῴκισεν ἐν ἡμῖν*, i. e. spirit., quem nobis indidit, ut perfunderet et ageret nos (v. in *κατοικέω*, b.), Jac. 4, 5 *Lchm. Tdf. Trg.**

***κατοπτρίζω*** (*κάτοπτρον*, speculum), *in speculo monstro, resplendere facio; κατοπτρίζων ὁ ἥλιος τὴν ἶριν*, Plut. mor. p. 894 d; — med. *me ipsum in speculo intueor* (Artemid. oneirocr. 2, 7. Athen. 5. p. 687 e. Diog. L. 2, 33; *mihi intueor tamquam in speculo; τὴν δόξαν τοῦ κυρίου*, majestatem Christi (quam intuemur nobis in evangelio quasi in speculo, ex quo ea relucet), 2 Co. 3, 18. Plane ita Philo alleg. 3, §. 33: *μηδὲ κατοπτρισαίμην ἐν ἄλλῳ τινὶ τὴν σὴν ἰδέαν ἢ ἐν σοὶ τῷ θεῷ.**

***κατόρθωμα***, *τος*, *τό* (a *κατορθόω*, rectum facio, erigo, stabilio), *recte factum, feliciter peractum;* plur. de institutis rei publicae salutaribus, Act. 24, 3. (3 Macc. 3, 23. Pol. Diod. Strab. Joseph. Plut. Lcian.) Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 251.*

***κάτω*** (a *κατά*), adv., c. comparat. *κατωτέρω*, 1) *deorsum;* Mt. 4, 6. Lc. 4, 9. Jo. 8, 6. 8. Act. 20, 9. — 2) *infra; a*) de loco: Mc. 14, 66. Act. 2, 19; *ἕως κάτω.* Mt. 27, 51. Mc. 15, 38 (Ez. 1, 27. 8, 2); *τὰ κάτω*, quae infra sita sunt (opp. *τὰ ἄνω*, coelum), i. e. terra, Jo. 8, 23. — *b*) de serie temporis: *ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω*, a bimulo inde et qui inferiores aetate essent, Mt. 2, 16; *ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ κάτω*, 1 Chr. 27, 23.*

***κατώτερος***, *έρα*, *ρον* (comparat. vocis *κάτω*, v. in *ἀνώτερως*), *inferior;* (*ὁ Χριστός*) *κατέβη εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς*, Eph. 4, 9., quod multi de descensu Christi in orcum (*τὸν τόπον τὸν κάτω καλούμενον*, Plat. Phaedr. p. 112 c) intelligunt, ut *τῆς γῆς* sit partitivus genitivus (v. in *ᾅδης*). Sed mentio hujus facti abhorret a sententiarum junctura. Paulus potius probare studet, locum Ps. 68, 19 ante allatum de *Christo* intelligendum esse, non de *deo*, propterea quod *adscensus in coelum* non possit cogitari sine praegresso descensu in terram (a Christo per incarnationem facto), deus autem coelestem sedem non relinquat. Unde *τὰ κατώτ. τῆς γῆς* sunt *inferiores totius universi partes*, quae a terra constituuntur, ut *τῆς γῆς* sit genitivus appositionis; cf. *Win.* p. 494 s. *Grimm* Institutio theol. dogmat. p. 355 ss. ed. II.*

***κατωτέρω***, v. in *κάτω*.

***Καῦδα***, v. in *Κλαύδη*.

***καῦμα***, *τος*, *τό* (*καίω*), *aestus, calor;* de molesto et nocente aestu, Ap. 7, 16. 16, 9. (LXX; ap. Graecos inde ab Hom.)*

***καυματίζω***, inf. aor. 1. *καυματίσαι*, pass. aor. 1. *ἐκαυματίσθην* (*καῦμα*), *aestu aduro; τινά*, add. *ἐν πυρί*, Ap. 16, 8; pass. Mt. 13, 6. Mc. 4, 6; add. *καῦμα μέγα* (v. in *ἀγαπάω* in fine), vehementissimo aestu cruciari, Ap. 16, 9. (Antonin. 7, 64. Epict. diss. 1, 6, 26. 3, 22, 52; de aestu febris Plut. mor. p. 100 d. 691 d.)*

***καῦσις***, *εως*, *ἡ* (*καίω*), *exustio; ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν*, cujus terrae extrema sors (a deo decreta) haec est, ut exuratur (sc. sulphure et igne coelitus delapso, cf. Deut. 29, 23), Heb. 6, 8; cf. *Bleek* ad l. (Hdt. Plat. Isocr. Plut. al. LXX.)*

***καυσόω***, *ῶ* (*καῦσος*), *concremo, incendo;* pass. 2 Pet. 3, 10. 12. (praeterea tantum ap. Diosc. et Galen: *molesto ardore vexari.*)

***καυστηριάζω***, ptcp. pf. pass. *κεκαυστηριασμένος*, *cauterio inuro* (*τὰς ἵππους λύκον*, signum lupi, Strab. 5, p. 215); 1 Tim. 4, 2 *Lchm. Tdf. Trg.*, de quo loco v. in *καυτηριάζω*. (Praeterea non obvenit.)

***καύσων***, *ωνος*, *ὁ*, 1) *aestus* solis; Mt. 20, 12. Lc. 12, 55. Jac. 1, 11. (Jes. 49, 10. Sir. 18, 16. Athen. 3, p. 73 b.) — 2) *Eurus*, ventus orientalis admodum aridus, vehementer urens et omnia exsiccans, pro קָדִים, Job. 27, 21. Hos. 12, 1; *ἄνεμος καύσων*, Jer. 18, 17. Ez. 17, 10. Hos. 13, 5; *πνεῦμα καύσων*, Jon. 4, 8 (de quo vento cf. *Schleusner* Thes. ad LXX, T. III, p. 297. *Win.* RWB. s. v. *Wind*), quem multi intpp. ap. Jac. 1, 11 intelligendum putant, etsi ibi quae male commemorantur, non *τῷ καύσωνι*, sed *τῷ ἡλίῳ* tribuuntur.*

***καυτηριάζω*** (*καυτήριον*, instrumentum, quo notae, stigmata inurebantur, nostr. *Brenneisen*), *cauterio noto, notam inuro* (*brandmarken*); *κεκαυτηριασμένοι τὴν ἰδίαν συνείδησιν*, i. e. *κεκαυτηριασμένην ἔχοντες τὴν ἰδ. συν.* (v. *καταφθείρω*), quorum animis scelerum notae inustae sunt, i. e. qui perpetua scelerum conscientia gravantur, 1 Tim 4, 2 t. vulg. *Grsb.;* v. in *καυστηριάζω*. (ap. Hippocr. medico sensu *exurendo amputo.*)*

***καυχάομαι***, *ῶμαι*, 2. pers. sing. *καυχᾶσαι* (Ro. 2,

17. 23. 1 Co. 4, 7; v. supr. in κατακαυχάομαι). fut. ήσομαι, aor. 1. ἐκαυχησάμην, pf. κεκαύχημαι (καύχη). LXX maxime pro הִתְהַלֵּל; vb. in N. T. Paulo frequentatum; *glorior* (s. merito, s. immerito); absol. 1 Co. 1, 31. 4, 7. (13, 3 *Lchm.*) 2 Co. 10, 17. 11, 16. 18. 12, 1. 6 [vs. 11 t. vulg.]; Eph. 2, 9. Jac. 4, 16; τί (acc. rei), *glorior de aliqua re*, 2 Co. 9, 2 (ἣν καυχῶμαι ὑπὲρ ὑμῶν Μακεδόσιν, quam jacto, glorians de vobis narro Macedonibus, cf. 7, 14); 11, 30 (Prov. 27, 1. Lcian. ocyp. 120); sq. ἐν c. dat. objecti: *gloriam repono in aliquo, gloriando acquiesco in aliquo* (ex usu a nativis Graecis alieno, sed latine dicitur *glorior in aliquo*), Ro. 2, 23. 5, 3. 1 Co. 3, 21. 2 Co. 5, 12. 10, 15. 11, 12. 12, 5. 9. Gal. 6, 13 s. (2 Th. 1, 4 t. vulg. *Grsb.*); Jac. 1, 9 (Jer. 9, 23 s. 1 Chr. 16, 35); ἐν θεῷ, ἐν τῷ θεῷ, de dei cognitione, necessitudine cum eo, beneficiis ejus, Ro. 2, 17. 5, 11 (ἐν τοῖς θεοῖς, Theoph. ad Autol. 1. 1, 1); ἐν κυρίῳ, 1 Co. 1, 31. 2 Co. 10, 17; ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, Phil. 3, 3; sq. ἐπί c. dat. objecti, Ro. 5, 2 (Prov. 25, 14. Sir. 30, 2. Aristot. pol. 5, 10. Diod. 16; 70); περί τινος, 2 Co. 10, 8; εἴς τι, respiciens ad aliquid (*in Beziehung, im Hinblick auf etwas*), 2 Co. 10, 16. — ὑπέρ c. gen. pers. *pro alicujus commodo, ad aliquem laudandum*, 2 Co. 7, 14. 12, 5. — ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, quasi me sistens coram deo, 1 Co. 1, 29.*

καύχημα, τος, τό (καυχάομαι), vox ap. profanos rarissima, ap. LXX pro תְּהִלָּה, laus, et תִּפְאֶרֶת, ornatus, decor, passim ap. Siracid. — 1) *id, de quo aliquis gloriatur vel gloriari potest, gloriandi materia;* Ro. 4, 2. 1 Co. 9, 15 s. 2 Co. 1, 14. Phil. 2, 16; τὸ καύχημα ἔχειν εἰς ἑαυτόν, gloriam suam ad semet ipsum restrictam, Gal. 6, 4; τὸ κ. τῆς ἐλπίδος, gloriandi materies, quam praebet spes, i. e. spes, de qua gloriamur, Heb. 3, 6. — 2) Ut γέννημα, διώγμα, θέλημα, ἴαμα, κήρυγμα (2 Tim. 4, 17), κλαῦμα, πλήρωμα, φρόνημα al. dic. pro γέννησις, δίωξις, θέλησις κτλ.: ita etiam (quod *H. A. Guil. Meyerus* pertinaciter negat et pernegat) καύχημα dic. pro καύχησις (Pind. isthm. 5, 65), *gloriatio, jactatio*, 1 Co. 5, 6. Phil. 1, 26; ὑπέρ τινος (v. in καυχάομαι sub finem), 2 Co. 5, 12. 9, 3.*

καύχησις, εως, ἡ (καυχάομαι), *actus gloriandi; gloriatio;* Ro. 3, 27. (2 Co. 9, 4 t. vulg.) 2 Co. 11, 10. 17. Jac. 4, 16; στέφανος καυχήσεως, corona, de qua gloriari possim, 1 Th. 2, 19. Ez. 16, 12. Prov. 16, 31; ὑπέρ τινος, de aliquo 2 Co. 7, 14. 8, 24; ἐπί τινος, coram aliquo, 7, 4; ἔχω καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, gloriationem acceptam refero Christo, s. quod gloriari mihi licet, debeo Christo (v. in ἐν, p. 146, col. 2). Ro. 15, 17. 1 Co. 15, 31; id de quo aliquis gloriatur, 2 Co. 1, 12. (LXX aliquoties pro תִּפְאֶרֶת; Philod. in vol. hercul. oxfort. I, p. 16.)*

Καφαρναούμ, v. Καπερναούμ.

Κεγχρεαί, ῶν, αἱ, *Cenchreae*, portus corinthiacus, distans ab urbe 60 stadiis, orientem versus, ubi appellebant ex Asia advecti (Strab. 8, p. 380), Act. 18, 18. Ro. 16, 1.*

κέδρος, ου, ἡ, *cedrus*, nobilissima arbor ligni odoriferi; χείμαῤῥος τῶν κέδρων, Jo. 18, 1 t. vulg. *Trg.* (ita etiam 2 Sam. 15, 23. 1 Reg. 15, 13); τοῦ (sic!) κέδρου, ibid. *Tdf.;* sed cf. vocem seq.*

Κεδρών, ὁ, nomen propr. indecl. (ap. Jos. Κεδρών, ῶνος), *Cedron* (nom. hebr. קִדְרוֹן, i. e. ater, turbidus), torrens prope Hierosolyma oriens et inter vallem ejusdem nominis et oliveti montem in mare mortuum defluens; χείμαῤῥος τοῦ Κεδρών, e rectiore lectione Jo. 18, 1 *Grsb. Lchm.* (χείμαῤῥος Κεδρῶνος, Jos. antt. 8, 1, 5; φάραγξ Κεδρῶνος, ib. 9, 7, 3; b. j. 5, 6, 1; φάραγγι βαθείᾳ - -, ἡ Κεδρὼν ὠνόμασται, ib. 5, 2, 3.)*

κεῖμαι, 3 ps. sing. impf. ἔκειτο, *jaceo;* 1) pr. de infante, sq. ἐν c. dat. loci, Lc. 2. 12. 16; de sepulto: ὅπου, Mt. 28, 6. Lc. 23, 52. Jo. (11, 41 t. vulg.). 20, 12; de rebus, quae immotae aliquod spatium obtegunt, Lc. 24, 12. Jo. 20, 5—7. 21, 9; add. ἐπί τι, 2 Co. 3, 15; ἐπάνω τινός (de urbe in monte sita), Mt. 5, 14; etiam de rebus in aliquo loco collocatis, de quibus nos dicimus *stehen, da stehen;* ita de vasis, Jo. 2, 6. 19, 29 (χύτρας κειμένας, Xen. oec. 8, 19); de solio, Ap. 4, 2 (Jer. 24, 1. Hom. Il. 2, 777. Od. 17, 331); κεῖσθαι πρός τι, admotum esse alicui. Mt. 3, 10. Lc. 3, 9; absol. de situ urbis: τετράγωνος κεῖται, Ap. 21, 16; de frumentis aliisque rebus alicubi coacervatis, Lc. 12, 19; de posito fundamento. 1 Co. 3, 11. — 2) metaph. *a*) (e consilio dei) *constitutus* s. *destinatus sum;* sq. εἰς c. acc. finem indicante, Lc. 2, 34. Phil. 1, 17. 1 Th. 3, 3. — *b*) ut persaepe ap. profanos (cf. *Passow* I, p. 1694, col. 2). de legibus: *datus, latus sum;* τινί, 1 Tim. 1, 9. — *c*) ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, in potestate diaboli jacet, h. e. imperio diaboli subjecta tenetur, 1 Jo. 5, 19.*

κειρία, ας, ἡ, *fascia*, qua vel lecti subtenduntur (Schol. ad Arstph. av. 817: κειρία· εἶδος ζώνης ἐκ σχοινίων, παρεοικὸς ἱμάντι, ᾗ δεσμοῦσι τὰς κλίνας, cf. Prov. 7, 16), vel cadavera hominum linteo involuta ligantur; hoc sensu Jo. 11, 44.*

κείρω, aor. 1. med. ἐκειράμην, inde ab Hom.; *tondeo, rado;* ovem, Act. 8, 32 (e Jes. 53, 7); med. *tondendum curo*, τὴν κεφαλήν, Act. 18, 18; absol. de tondendo capillo, 1 Co. 11, 6.*

Κείς, v. Κίς.

κέλευσμα, τος, τό (κελεύω), inde ab Aeschl. et Hdt., *jussum*, speciat. *clamor excitatorius*, vel quo animalia excitantur instiganturque ab hominibus, ut equi ab aurigis, canes a venatoribus, vel quo signum datur hominibus, velut remigibus a gubernatore navis (Lucian. Tyr. c. 19), militibus a duce (Thuc. 2, 92. Prov. 30, 27); ἐν κελεύσματι, cum classico, 1 Th. 4, 16.*

κελεύω, impf. ἐκέλευον, aor. 1. ἐκέλευσα, *jubeo;* τινά, sq. inf. aor., Mt. 14, 19. 28. Act. 4, 15; sq. acc. c. inf. aor. Mt. 18, 25. 27, 58. 64. Lc. 18, 40. Act. 5, 34. 8, 38. 22, 30. 23, 10. 25, 6. 17; abest acc. quippe patens e contexta oratione, Mt. 8, 18. 14, 9. Act. 12, 19. 21, 33; sq. acc. c. inf. praes. Act. 21, 34. 22, 24. 23, 3. 35. 24, 8. 25, 21. 27, 43; abest acc., qui e sententiarum junctura facile cognoscitur, Act. 16, 22; ex usu ap. Hom. non infrequente, sed ap. prosae scriptores rariore c. dat. pers. (Plat. rep. 3, p. 396 a. Thuc. 1, 44. Diod. 19, 17. Jos. antt. 20, 6, 2; Tob. 8, 18; cf. *Poppo* ad Xen. Cyr. 1, 3, 8) sq. inf. Mt. 15, 35 t. vulg. *Grsb.;* cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 236; — κελεύσαντός τινος, jussu alicujus, Act. 25, 23.*

κενοδοξία, ας, ἡ (κενόδοξος, q. v.), *vana, quam quis de se fovet opinio, vanae gloriae studium;* Phil. 2, 3. (4 Macc. 2, 15. 8, 18. Pol. Plut. Lucian., script. eccles.; univ. *vana opinio, error*, Sap. 14, 14.)*

κενόδοξος, ον (κενός, δόξα), *temere superbiens, vanae gloriae cupidus;* Gal. 5, 26. (Pol. Diod.; Antonin. 5, 1; eccles. script.)*

κενός, ή, όν, LXX pro רֵיקָם, רֵק, רִיק al.; *vacuus. inanis;* 1) pr. de locis, vasis al., quibus nihil inest (Jud. 7, 16. Gen. 37, 24); metaph. *vanus; veritatis expers*, λόγοι, Eph. 5, 6 (Ex. 5, 9); ἀπάτη, Col. 2, 8; κήρυγμα, πίστις, 1 Co. 15, 14. — 2) de hominibus: *qui nihil accepit; dotis expers;* ἀποστέλλειν et ἐξαποστέλλειν τινὰ κενόν (Gen. 31, 42. Deut. 15, 13. 16, 16), Mc. 12, 3. Lc. 1, 53. 20, 10 s.; metaph. *animi opibus carens*, de eo, qui fidem suam ut

incomparabile bonum jactans fructibus fidei caret, Jac. 2, 20. — 3) metaph. de conatibus, laboribus, actibus, e quibus nihil redundat, *irritus; eventu s. successu carens; ἡ χάρις*, 1 Co. 15, 10; *κόπος*, vs. 58; *ἡ εἴςοδος*, 1 Th. 2, 1; neutr. plur. *κενά*, res successu cariturae, Act. 4, 25 e Ps. 2, 1; *εἰς κενόν, in vanum, incassum, frustra*, 2 Co. 6, 1. Gal. 2, 2 Phil. 2, 16. 1 Th. 3, 5 (Jes. 65, 23. Jer. 6, 29 al.; Diod. 19, 9. Heliod. 10, 30.)*

***κενοφωνία**, ας, ἡ* (*κενόφωνος*, vaniloquus), *vaniloquium* (Vulg.), *vana disputatio; disputatio de rebus vanis inanibusque;* 1 Tim. 6, 20. 2 Tim. 2, 16. (script. eccles.)*

***κενόω**, ῶ*, aor. 1. *ἐκένωσα*, pass. pf. *κεκένωμαι*, aor. 1. *ἐκενώθην* (*κενός*), 1) *vacuum reddo, vacuefacio, exinanio; ἑαυτὸν ἐκένωσε*, sc. *τοῦ εἶναι ἴσα θεῷ* s. *τῆς μορφῆς τοῦ θεοῦ*, exuit aequalitatem s. formam dei, dic. de Christo, Phil. 2, 7 (cujus loci pleniorem interpretationem v. in *μορφή*). — 2) *vi sua privo, inutilem, irritum reddo;* pass. Ro. 4, 14. 1 Co. 1, 17. — 3) *efficio, ut aliquid vanum* s. *falsum, mendax esse intelligatur; τὸ καύχημα*, 1 Co. 9, 15; pass. 2 Co. 9, 3. (bis ap. LXX: Jer. 14, 2. 15, 9; saepius ap. Atticos.)*

***κέντρον**, ου, τό* (*κεντέω*), 1) *aculeus*, qualis est apium (4 Macc. 14, 19), scorpionum, locustarum, Ap. 9, 10; quum animalia aculeo vulnera aut mortem afferant, a Paulo 1 Co. 15, 55 (e LXX Hos. 13, 14) morti, quae ut persona sistitur, tribuitur *κέντρον*, i. e. instrumentum letiferum, idque *κέντρον* dicitur esse *ἡ ἁμαρτία*, quippe quae sit mortis causa et poena (Ro. 5, 12). — 2) ut ap. Graecos *stimulus ferreus*, quo boves, equi aliaque jumenta concitantur, unde proverbialis dictio *πρὸς κέντρα λακτίζειν, contra stimulum calcitrare*, i. e. temere et cum magno sui ipsius periculo aut exitio resistere, Act. 9, 5 t. vulg.; 26, 14; cf. Pind. Pyth. 2, 173. Aesch. Prom. 323. Eurip. Bacch. 791. Terent. Phorm. 1, 2, 28. Ammian. 18, 5.*

***κεντυρίων**, ωνος, ὁ*, vox latina, *centurio;* Mc. 15, 39. 44 s.*

***κενῶς***, adv., *frustra, temere*, Jac. 4, 5.*

***κεραία**, ας, ἡ* (*κέρας*), *corniculum; extremitas; apex;* dic. a graecis grammaticis de accentibus et diacriticis signis; — ap. Mt. 5, 18. Lc. 16, 17 de lineolis, quibus differunt litterae hebraeae ceteroquin sibi similes; ut ה et ח, ד et ר, ב et כ; sensus: ne minutissima quidem legis pars peribit.*

***κεραμεύς**, εως, ὁ* (*κεράννυμι*), *figulus;* Mt. 27, 7. 10. Ro. 9, 21. (Hom. Hes. Arstph. Plat. Plut. al.; LXX passim pro יוֹצֵר.)*

***κεραμικός**, ή, όν* (*κέραμος*), 1) ap. Graecos: *figulinus*, i. e. *ad figulum pertinens;* hinc *κ. γῆ*, qua utitur figulus, Hippocr.; *τέχνη*, Plat. Polit. p. 288a. — 2) in s. cod. *fictilis* (*irden, thönern*); Ap. 2, 27 (Dan. 2, 41), id quod Graeci dicunt *κεραμεοῦς, ᾶ, οῦν*, et *κεράμιος*, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 147.*

***κεράμιον**, ίου, τό* (neutr. adj. *κεράμιος*, de quo v. in anteced. voce), *vas fictile, testa; urceus*, add. *ὕδατος*, hydria, urceus aquarius, Mc. 14. 13. Lc. 22, 10. (Theophr. caus. plant. 3, 4, 3; *οἴνου*, Jer. 35, 5. Xen. anab. 6, 1, 15. Dem. p. 934, 25. Pol. 4, 56, 3; *ἐλαίου*, Jos. antt. 8, 13, 2.)*

***κέραμος**, ου, ὁ* (*κεράννυμι*), 1) *argilla, terra figularis*. — 2) *quodvis ex argilla formatum; fictile, testa*. — 3) speciat. *tegula* (Thuc. Athen. Hdian. al.); ipsum *tectum* (Arstph. fr. 129 d); ita *διὰ τῶν κεράμων*, per tectum, i. e. per januam in tecto, ad quam scala e via publica ducebat (unde Rabbini distinguunt *viam per portam* et *viam per tectum;* cf. *Win.* RWB. s. v. *Dach*, *Keim* II, p. 176 s.), Lc. 5, 19; aliter rem, de qua h. l. agitur, Mc. 2, 4 (v. supra in *ἀποστεγάζω*) describit, scilicet verbis Lucae male intellectis in errorem inductus.*

***κεράννυμι*** (*κεραννύω*), aor. 1. *ἐκέρασα*, pf. pass. *κεκέρασμαι* (pro usitatiore *κέκραμαι*, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 582. *Bttm.* Gr. max. II, p. 214. *Krüger* I, p. 175.), 1) *misceo*. — 2) *vinum aquâ misceo*. — 3) *infundo ab bibendum; τινί τι*, Ap. 18, 6; pass. 14, 10. (ita Bel et drac. vs. 11. Anthol. 11, 137.)*

***κέρας**, ατος*, plur. *κέρατα*, gen. *άτων* (*Win.* p. 63. *Bttm.* ntl. Gr. p. 13), *τό*, hebr. קֶרֶן, *cornu, a*) pr. animalium, Ap. 5, 6. 12, 3. 13, 1. 11. 17, 3. 7. 12. 16. — *b*) Quum animalia, maxime tauri, cornibus naturâ acceptis se defendant, cornu Hebraeis (et aliis populis) est imago roboris et fortitudinis, qua imagine utuntur in compluribus dictionibus (Ps. 89, 18. 132, 17. 148, 14. 1 Sam. 2, 10. Sir. 47, 5. 7. 11. 1 Macc. 2, 48 al. cf. *Gesenii* Thes. III, p. 1238); hinc *κέρας σωτηρίας* (de deo, Ps. 18, 3. 2 Sam. 22, 3), i. q. *validissimus et fortissimus auxiliator, salutis auctor*, de Messia, Lc. 1, 69. — *c*) trop. *extremitas eminens et cornu figuram referens, apex;* velut altaris, Ap. 9, 13. (Ex. 29, 12. Lev. 4, 7. 18. 16, 18. Am. 3, 14. Ps. 118, 27.)*

***κεράτιον**, ίου, τό* (deminit. vocis *κέρας*), 1) *corniculum*. — 2) appellatur ita *fructus τῆς κερατέας* s. *κερατείας, siliquae* (germ. *des Johannisbrodbaums, Boxhorns*), corniculi speciem referens et dulci sapore praeditus, quo non solum porci saginabantur, sed etiam inferioris conditionis homines alebantur; Lc. 15, 16; cf. *Win.* RWB. s. v. Johannisbrodbaum.*

***κερδαίνω***, aor. 1. *ἐκέρδησα* (e forma ionica, qua recentioris aevi scriptores utuntur [a *κερδάω*] pro antiquiore *ἐκέρδανα*, v. *Lob.* ad Phryn. p. 740. *Bttm.* Gr. max. II, p. 215. *Win.* p. 83), semel aor. 1. conj. *κερδάνω* (1 Co. 9, 21 *Lchm. Tdf. Trg.*), fut. 1. pass. *κερδηθήσομαι* (conjunct. *κερδηθήσωνται*, 1 Pet. 3, 1 in t. vulg. librariorum errori debetur, pro quo *Lchm. Tdf. Trg.* restituerunt *κερδηθήσονται*), (a *κέρδος*), *lucror; acquiro;* Vulg. passim *lucrifacio; a*) pr. *τὸν κόσμον*, Mt. 16, 26. Mc. 8, 36. Lc. 9, 25; pecuniam, Mt. 25, 16 s. 20. 22; absol. *quaestum facio*, Jac. 4, 13. — *b*) metaph. *α*) c. nominibus incommodum, damnum, malum significantibus dic. de lucro, quod ex malo *evitando* vel *effugiendo* nascitur, ubi nos: *sich etwas ersparen; τὴν ὕβριν ταύτην κ. ζημίαν*, Act. 27, 21; *τό γε μιανθῆναι τὰς χεῖρας καρδαίνειν*, fratricidii crimen evitare, Jos. antt. 2, 3, 2; *ζημίαν*, evadere damnum, Eur. Cycl. 310; alia exempla v. ap. *Kypke* Observv. T. II, p. 139 s. — *β*) *τινά, lucror aliquem*, i. e. alicujus animum concilio, regno dei, quod non ingrediuntur nisi qui placabili animo sunt, Mt. 18, 15; fidei Christo habendae, 1 Co. 9, 19—22. 1 Pet. 3, 1; *Χριστόν*, Christi favorem et consortium consequor, Phil. 3, 8. In V. T. hoc verbum non habetur.*

***κέρδος**, εος (ους), τό, lucrum;* Phil. 1, 21 (ad q. l. cf. Ael. v. h. 4, 7: *τοῖς κακοῖς οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος*); Tit. 1, 11; plur. Phil. 3, 7.*

***κέρμα**, τος, τό* (*κείρω*, in frusta concido), *nummuli, nummi minuti* (*Scheidemünze*); universe et collective *τὸ κ. nummi, aes*, Jo. 2, 15, ubi *Trg. τὰ κέρματα*. (Arstph. Dem. Joseph. al.) Cf. quae de vocis usu uberius docet *Fischer* de vitiis lexicorum N. T. p. 264 ss.*

***κερματιστής**, οῦ, ὁ* (*κερματίζω*), *nummularius, argentarius;* Jo. 2, 14. In atrio gentium templi hierosolymitani sedebant, qui victimas jam lectas, probatas, spectatas, thus, oleum aliasque res ad sacrificia et cultum necessarias venderent, cujus

mercaturae amplitudo secum tulerat argentariam. (Max. Tyr. diss. 2. Nicet. annal. 7, 2.)*

**κεφάλαιον, ου, τό** (neutr. adjectivi *κεφάλαιος*, ad caput pertinens), 1) *id, quod praecipuum, summum, gravissimum est* (*Hauptsache*); Vulg. *capitulum*, Heb. 8, 1 (ita frequenter ap. Graecos inde a Pind. Thuc. Plat.). — 2) *summa pecuniae, quae computando efficitur* (Plut. Fab. 4); *caput* (*Capital*), opp. usuris (Plat. legg. 5, 742 c); univ.: *summa pecuniae*, Vulg. *summa* (*eine Summe*), Act. 22, 28; ita Lev. 6, 5. Num. 5, 7. 31, 26. Jos. antt. 12, 2, 3. Artem. 1, 28; alia exempla affert *Kypke* Obss. II, p. 116.*

**κεφαλαιόω, ῶ**, aor. 1. *ἐκεφαλαίωσα* (*κεφάλαιον*), 1) *in capita, in summam redigo, summatim refero* (Thuc. Arstot. al.). — 2) insolenti usu: *caput vulnero* s. *percutio;* Mc. 12, 4. Nihil juvat provocare ad similitudinem verbi *γναθόω*, quod est *εἰς γνάθους τύπτω*, in malas caedo, quum *κεφάλαιον* nusquam dicatur de corporis capite. *Tdf.* e codd ℵBL. recepit *ἐκεφαλίωσαν* (a *κεφάλιον*, i. q. *κεφαλίς*, q. v.). Sed neque *κεφαλιόω*, neque *κεφαλίζω* ex ullo adhuc graeco scriptore enotatum est. Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 95.*

**κεφαλή, ῆς, ἡ**, LXX pro רֹאשׁ, *caput*, tum hominum, Mt. 5, 36. Mc. 6, 24. Lc. 7, 38. 44. 46. Jo. 13, 9. Act. 18, 18. 1 Co. 11, 4. Ap. 1, 14. 4, 4 et saepe; tum animalium: Ap. 9, 7. 17. 19 al.; de dictionibus *κλίνειν τὴν κ.*, *ἐπαίρειν τὴν κ.* v. in *κλίνω* et *ἐπαίρω;* de phrasi gnomica Ro. 12, 20 v. quae in *ἄνθραξ* dicta sunt. — Quum capitis clade vita perdatur, dic. *κεφαλή* in phrasibus ad capitis poenas et ultima supplicia spectantibus; ita in *τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κ. ὑμῶν* (v. in *αἷμα* p. 10. col. 2). Act. 18, 6., et simillimis ap. Graecos; v. *Passow* I, p. 1717. *Pape* s. v. *κεφαλή*. — metaph. quodvis *supremum et prominens;* de personis: *dominus, praefectus; τινός*, de marito uxoris, 1 Co. 11, 3. Eph. 5, 23; de Christo domino mariti, 1 Co. 11, 3; ecclesiae, Eph. 4, 15. 5, 23; Col. 2, 19; *τοῦ σώματος τῆς ἐκκλ.*, Col. 1, 18; *πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας*, 2, 10; ita Judic. 11, 11. 2 Sam. 22, 44 et ap. Byzantinos. — de rebus: *κεφ. γωνίας, lapis angularis*, v. in *γωνία*.

**κεφαλίς, ίδος, ἡ** (deminutivum nominis *κεφαλή* formatum ut *ἁμαξίς, πιναxίς* al.; cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 443. *Kühner* I, p. 708), 1) *capitellum, capitulum.* — 2) *summitas, extremitas;* ut capitulum columnarum, 1 Reg. 7, 30 al. Geop. 14, 6, 6; unde summitates s. orbiculi (*umbilici* ap. Romanos) baculorum, quibus membranae circumvolutae erant, ob capitellorum formam, quam referebant, *κεφαλίδες* dictae esse videntur, ita quidem, ut 3) ab Alexandrinis nomen *τῆς κεφαλίδος* ad ipsum volumen transferretur; *ἐν κεφαλίδι βιβλίου*, Heb. 10, 7 (e LXX Ps. 40, 8. pro בִּמְגִלַּת־סֵפֶר, ut Ez. 2, 9; absque *βιβλίου*, 3, 1—3. Esr. 6. 2), Itala: *in volumine libri;* alias aliorum sententias recenset *Bleek* ad h. l.*

**κεφαλιόω**, v. in *κεφαλαιόω*.

**κημόω, ῶ**, f. *ώσω* (*κημός*, capistrum, camus, nostr. *Maulkorb*), *capistro os obturo, camo freno; βοῦν*, 1 Co. 9, 9 *Tdf. Trg.* (Xen. r. eq. 5, 3); v. in *φιμόω*.*

**κῆνσος, ου, ὁ**, vox lat. *census* (apud Romanos: descriptio et aestimatio bonorum ac facultatum, ad quam tributa solvebantur), in N. T. (ut Cod. Just. 4, 47) *tributum in capita singula imperatum et quotannis solvendum* (Hesych. *κῆνσος· εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον*, nostr. *Kopfsteuer*); Mt. 17, 25. 22, 17. Mc. 12, 14; *τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου*, nummus, quo tributum solvitur, Mt. 22, 19.*

**κῆπος, ου, ὁ**, inde ab Hom.. *hortus;* Lc. 13, 19. Jo. 18, 1. 26. 19, 41. (LXX pro גַּנָּה, גִּנָּה, גַּן.)*

**κηπουρός, οῦ, ὁ** (*κῆπος, οὖρος*), *custos horti, hortulanus;* Jo. 20, 15. (Plat. Theophr. Pol. Diod. Epictet. al.)*

**κηρίον, ου, τό** (*κῆρος*, cera), inde ab Hes. et Hdt., *favus* (*Wachskuchen der Bienen*); *κηρίον μελίσσιον*, favus apiarius (cui adhuc inest mel), Lc. 24, 42 t. vulg. *Grsb.* (1 Sam. 14, 27. Prov. 16, 24. 24, 13.)*

**κήρυγμα, τος, τό** (*κηρύσσω*), apud Graecos, maxime Atticos, *praeconium, id quod per praeconem promulgatum est, promulgatio per praeconem;* in N. T. *praedicatio per dei vel Christi praecones;* ita praedicatio de necessitate resipiscendi animosque emendandi per Jonam prophetam, *τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ*, Mt. 12, 41. Lc. 11, 32 (Jon. 3, 4); praeconium de salute per Christum parta et obtinenda, absol. 1 Co. 1, 21; Tit. 1, 3; c. gen. subj., *quod per aliquem fit*, 1 Co. 2, 4. 15, 14; c. gen. obj. *Ἰησοῦ Χριστοῦ, de* Jesu Chr., Ro. 16, 25; cf. *Philippi* ad l.; actus praedicandi, absol. 2 Tim. 4, 17.*

**κήρυξ**, minus recte *κῆρυξ* (de accentu v. *Win.* p. 48. *Lipsius* Gramm. Untersuch. p. 36), *υκος, ὁ* (cognat. voci *γηρῦς*, vox, sonus, *γηρύω*, sonum edo, loquor), Graecis frequentatum inde ab Hom., *praeco, nuntius* publica auctoritate praeditus, qui regum, magistratuum, principum, militiae ducum auctoritate nuntia perferebat, vel ad aliquid faciendum evocabat, vel aliquid petebat vel varia alia agebat; in V. T. Gen. 41, 43. Dan. 3, 4. Sir. 20, 15; in N. T. *dei legatus et divini verbi praeco; δικαιοσύνης*, qui ad pietatem et probitatem exhortabatur, de Noacho, 2 Pet. 2, 5; dic. de apostolis, divinis salutis per Christum partae et amplectendae nuntiis, 1 Tim. 2, 7. 2 Tim. 1, 11.*

**κηρύσσω**, impf. *ἐκήρυσσον*, fut. *κηρύξω*, aor. 1. *ἐκήρυξα*, pass. aor. 1. *ἐκηρύχθην*, fut. 1. *κηρυχθήσομαι* (*κήρυξ*, q. v.), inde ab Hom., LXX pro קָרָא; — *praeconem ago; ago, quae sunt praeconis; ad praeconis modum nuntio;* injunctâ semper notione solennitatis, gravitatis, auctoritatis, cui attendendum et obsequendum sit; *a*) univ. *palam praedico;* aliquid, quod factum est, Mc. 7, 36; *τὸν λόγον*, 1. 45 (h. l. junct. c. *διαφημίζειν*); sq. oratione indir. 5, 20. Lc. 8, 39; aliquod, quod sit faciendum, sq. infin. (cf. *Win.* p. 302), Ro. 2, 21; *Μωϋσῆν*, Mosis auctoritatem et praecepta, Act. 15, 21; *περιτομήν*, circumcisionis necessitatem, Gal. 5, 11. — *b*) speciatim dic. *de publica christianae salutis rerumque ad eam spectantium praedicatione*, per Joannem baptistam, Jesum, apostolos aliosque christianae religionis doctores facta; absol. Mt. 11, 1. Mc. 1. 38. 3, 14. 16, 20. Ro. 10, 15; c. dat. personae, cui praedicatur, 1 Co. 9, 27. 1 Pet. 3, 19; *εἰς τὰς συναγωγάς* (v. in *εἰς*, p. 126. col. 2), Mc. 1, 39; *ὁ κηρύσσων*, Ro. 10, 14; *κηρύσσειν* c. acc. rei, Mt. 10, 27. Lc. 12, 3; *τινί τι*, Lc. 4, 18 s.; *τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλ.*, Mt. 4, 23. 9, 35. Mc. 1, 14 (quo loco *Tdf.* et *Trg.* *τὸ εὐ. τοῦ θεοῦ*); *τὸ εὐαγγ.* simpliciter, Mc. 16, 15. Gal. 2, 2; *τὸ εὐαγγ. τοῦ θεοῦ εἴς τινας* (v. supra), 1 Th. 2, 9; pass. Mt. 24, 14. 26, 13. Col. 1, 23; add. *εἰς πάντα τὰ ἔθνη, εἰς ὅλον τ. κόσμον*, Mc. 13, 10. 14, 9; *τὸν λόγον*, 2 Tim. 4, 2; *τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως*, Ro. 10, 8; *τὴν βασιλ. τοῦ θεοῦ*, Lc. 8, 1. 9, 2. Act. 20, 25. 28, 31; *βάπτισμα*, necessitatem baptismi Mc. 1, 4. Lc. 3, 3. Act. 10, 37; *μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν*, publica praedicatione ad poenitentiam exhortari et veniam peccatorum promittere, Lc. 24, 47; *ἵνα μετανοῶσιν* (v. in *ἵνα*, II, 2. b. p. 211, col. 1). Mc. 6, 12; — *τινά τισι*, aliquem aliquibus annuntio, quem norint, ut sciant, quid ipsis agendum sit: *Χριστόν*, seu *τὸν Ἰησοῦν*, Act. 8, 5. 19, 13. Phil. 1, 15. 1 Co. 1, 23. 2 Co. 4, 5 (quo loco opp. *ἑαυτὸν κηρ.*, suae ipsius

personae praestantiam et auctoritatem praedicare); 11, 4; pass. ὁ κηρυχθείς, 1 Tim. 3, 16; add. διά c. gen. pers. 2 Co. 1, 19; add. epexegesis ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ υἱὸς τ. θεοῦ, Act. 9, 20; ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, 1 Co. 15, 12; τινί sq. ὅτι, Act. 10, 42; κηρ. sq. λέγων c. orat. dir. Mt. 10, 7. Mc. 1, 7; κηρύσσειν κ. λέγειν sq. orat. dir. Mt. 3, 1 s. 4, 17; κηρ. ἐν (in t. vulg. omissum) φωνῇ μεγάλῃ, sq. orat. dir. (de angelo dei praecone), Ap. 5, 2; κηρ. add. οὕτως, 1 Co. 15, 11. — Cf. de h. verbo *Zezschwitz* Petri apost. de Christi ad inferos descensu sententia; p. 31 ss.*

*κῆτος, εος (ους), τό, bellua marina, cetus, balaena* (Hom. Aristot. al.), Mt. 12, 40 e Jon. 2, 1., ubi LXX κήτει μεγάλῳ pro דָּג גָּדוֹל.*

*Κηφᾶς, ᾶ, ὁ* (chald. כֵּיפָא, petra), *Cephas* (i. q. Πέτρος), cognomen Simonis apostoli; Jo. 1, 43. 1 Co. 1, 12. 3, 22. 9, 5. 15, 5. Gal. 2, 9 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* etiam Gal. 1, 18. 2, 11. 14.*

*κιβωτός, οῦ, ἡ* (κίβος), *arca lignea* (Arstph. Lysias, Athen. Ael. al.); in N. T. dic. de arca foederis in templo hierosol. Heb. 9, 4 (Philo, Joseph.; LXX saepissime pro אָרוֹן); in templo coelesti, Ap. 11, 19; de navigio Noachi in arcae modum constructo, Mt. 24, 38. Lc. 17, 27. Heb. 11, 7. 1 Pet. 3, 20. (4 Macc. 15, 31; LXX pro תֵּבָה).*

*κιθάρα, ας, ἡ, cithara;* 1 Co. 14, 7. Ap. 5, 8. 14, 2; τοῦ θεοῦ, qua in coelis laudes dei canuntur, Ap. 15, 2; cf. *Win.* p. 232.*

*κιθαρίζω, citharam pulso; citharā cano;* add. ἐν ταῖς κιθάραις, Ap. 14, 2; τὸ κιθαριζόμενον, quod cithara canitur, 1 Co. 14, 7. (Jes. 23, 16; ap. Graecos inde ab Hom. Il. 18, 570.)*

*κιθαρῳδός, οῦ, ὁ* (κιθάρα et ᾠδός, contr. ex ἀοιδός, *cantor*), *citharoedus, qui citharam pulsat et voce sua succinit;* Ap. 14, 2. 18, 22. (Diphil. ap. Athen. 6, p. 247 d. Plut. mor. 166 a; Ael. v. h. 4, 2. formae solutae superlat. κιθαραοιδότατος, Arstph. vesp. 1277. — Varro de r. r. 2, 1. 3: *non omnes, qui habent citharam, sunt citharoedi.*)*

*Κιλικία, ας, ἡ, Cilicia*, provincia Asiae minoris, ad septentrionem Cappadociam, Lycaoniam et Isauriam, ad meridiem mare mediterraneum, ad orientem Syriam, ad occidentem Pamphiliam habens. Metropolis ejus, Tarsus, Pauli fuit patria; Act. 6, 9. 15, 23. 41. 21, 39. 22, 3. 23, 34. 27, 5. Gal. 1, 21.*

*κινάμωμον*, rectius *κιννάμωμον, ον, τό*, hebr. קִנָּמוֹן, *cinnamomum* (Zimmt); Ap. 18, 13. (Hdt. Theophr. Strab. Diod. Jos. al.; LXX.) Cf. *Win.* RWB. s. v. *Zimmt.**

*κινδυνεύω*, impf. ἐκινδύνευον (κίνδυνος), *periclitor, in periculo versor, in discrimen vocor;* Lc. 8, 23. 1 Co. 15, 30; τοῦτο τὸ μέρος κινδυνεύει εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, huic opificio imminet, ut in contemtum abeat, Act. 19, 27; κινδ. ἐγκαλεῖσθαι, periculum est, ne accusemur, vs. 40. (inde ab Hdt.; LXX.)*

*κίνδυνος, ον, ὁ, periculum;* Ro. 8, 35; ἔκ τινος, ab aliquo paratum, 2 Co. 11, 26; ibid. c. genit. id indicante, a quo periculum veniat; ut τῆς θαλάσσης, Plat. Euthyd. p. 279 e. de rep. 1, pag. 332 e; θαλασσῶν, Heliod. 2, 4. 65.*

*κινέω, ῶ*, f. ήσω, inf. aor. 1. κινῆσαι, aor. 1. pass. ἐκινήθην (a κίω, poët. pro ΙΩ, εἶμι, cf. *Curtius* p. 138; hinc) 1) pr. *ire facio*, i. e. *moveo; a)* pr. pass. *me moveo*, de eo motu, quo *vita* se prodit, Act. 17, 28 (Gen. 7, 21); κινεῖν δακτύλῳ φορτία, digito movere onera, Mt. 23, 4; τὴν κεφαλήν, motito, agito caput (quod est irridentium), Mt. 27, 39. Mc. 15, 29 (LXX pro הֵנִיעַ רֹאשׁ Ps. 22, 8. Job. 16, 4. Sir. 12, 18 al.); *moveo de loco, dimoveo;* τὶ ἐκ τοῦ τόπου, Ap. 2, 5; ἐκ τῶν τόπων, pass. 6, 14. — *b)* metaph. *excito;* στάσιν, tumultum, Act. 24, 5 (ταραχήν, Jos. b. j. 2, 9, 4); τὴν πόλιν, *perturbo*, pass. 21, 30.*

*κίνησις, εως, ἡ* (κινέω), *commotio, motus;* τοῦ ὕδατος, Jo. 5, 3.*

*Κίς* (*Lchm. Trg. Tdf.* Κείς), ὁ, indecl. (קִישׁ, a קוּשׁ, tendiculas posuit), *Kis*, pater Sauli, primi Israelitarum regis; Act. 13, 21.*

*κίχρημι*, imp. aor. 1. act. χρῆσον, *mutuum do, commodo* (*leihen*); τινί τι, Lc. 11, 5. (inde ab Hdt.)*

*κλάδος, ου, ὁ* (κλάω), *a)* pr. *ramulus tener et flexibilis, qui defringitur aliique stirpi inseritur.* — *b)* univ. *ramus;* Mt. 13, 32. 21, 8. 24, 32. Mc. 4, 32. 13, 28. Lc. 13, 19; ut majores israelitici populi cum radice, ita posteri cum ramis comparantur, Ro. 11, 16—19. 21; cf. Sir. 23, 25. 40, 15. Menandri frgm. ed. Meineke, p. 247. (Tragg. Arstph. Theophr. Geop. al.)*

*κλαίω*, impf. ἔκλαιον, fut. κλαύσω (Lc. 6, 25. Jo. 16, 20 et ap. *Trg.* Ap. 18, 9 pro κλαύσομαι, Graecis, potissimum antiquioribus, usitatiore, quod habetur Lev. 10, 6. Joel. 2, 17 et plerisque in editionibus Ap. 18, 9; cf. *Krüger* I, p. 175 s. *Kühner* I, p. 847. *Bttm.* ntl. Gr. p. 53), aor. 1. ἔκλαυσα, LXX persaepe pro בָּכָה; — *ploro, fleo, lacrimo; a)* intrans. Mc. 14, 72. 16, 10. Lc. 7, 13. 38. Jo. 11, 31. 33. 20, 11. 13. 15. Act. 9, 39. 21, 13. Ap. 18, 15. 19; πολλά, pro quo *Lchm. Tdf. Trg.* πολύ, Ap. 5, 4; πικρῶς, Mt. 26, 75. Lc. 22, 62; commemoratur doloris ac moestitiae signum pro re signata (i. e. pro dolore ac moestitia), Lc. 6, 21. 25 (opp. γελᾶν); Jo. 16, 20. Ro. 12, 15 (opp. χαίρειν); Phil. 3, 18. 1 Co. 7, 30. Jac. 4, 9. 5, 1; de iis, qui ad naenias plorant, Mc. 5, 38 s. Lc. 7, 32. 8, 52; ἐπί τινι, de aliquo, Lc. 19, 41 t. vulg. *Grsb.* (Sir. 22, 11); item junct. c. πενθεῖν Ap. 18, 11 t. vulg. *Lchm.;* κλ. ἐπί τινα, Lc. 19, 41 *Lchm. Tdf. Trg.;* 23, 28; junct. c. κόπτεσθαι sq. ἐπί τινα, Ap. 18, 9 *Tdf. Trg.* — *b)* trans., τινά, *deploro, defleo aliquem;* Mt. 2, 18 et t. vulg. Ap. 18, 9.

*κλάσις, εως, ἡ* (κλάω, q. v.), *fractio;* τοῦ ἄρτου, Lc. 24, 35. Act. 2, 42. (Plat. Theophr. al.)*

*κλάσμα, τος, τό* (κλάω), *fragmentum, frustum;* plur. de ciborum frustis, Mt. 14. 20. 15, 37. Mc. 6, 43. 8, 8. 19 s. Lc. 9, 17. Jo. 6, 12 s. (Xen. cyn. 10, 5. Diod. 17, 13. Plut. Tib. Gr. 19. Anthol. LXX.)*

*Κλαύδη* (*Lchm. Trg.* Καῦδα, *Tdf.* Κλαῦδα), ης, ἡ, *Claude*, nomen parvae insulae prope Cretam versus meridiem sitae, a Ptolem. 3, 7 *Κλαῦδος*, a Mela 2, 7 et Plin. h. n. 4, 20 *Gaudos* vocatae; Act. 27, 16.*

*Κλαυδία, ας, ἡ, Claudia*, mulier christiana; 2 Tim. 4, 21.

*Κλαύδιος, ου, ὁ, Claudius.* 1) *Tiberius Claudius Drusus Nero Germanicus*, Romanorum imperator, regnum adeptus anno 41 p. Chr., ab uxore Agrippina veneno interfectus, anno 54; — Act. 11, 28. 18, 2. — 2) *Claudius Lysias*, tribunus militum romanus; Act. 23, 26.*

*κλαυθμός, οῦ, ὁ* (κλαίω), inde ab Hom.; LXX pro בְּכִי, *fletus, ploratus;* Mt. 2, 18. 13, 42. 50. 22, 13. 24, 51. 25, 30. Lc. 13, 28. Act. 20, 37.*

*κλάω*, aor. 1. ἔκλασα, aor. 1. pass. ἐκλάσθην (Ro. 11, 20 *Lchm. Trg.*), *frango;* dic. in N. T. de fractione panium (v. in ἄρτος, n. 1), Mt. 14, 19. 15, 36. 26, 26. Mc. 8, 6. 14, 22. Lc. 22, 19. Act. 2, 46. 20, 7. 11. 27, 35. 1 Co. 10, 16. 11, 24; add. εἴς τινας, e structura praegnante: frangere et distribuere inter aliquos (v. in εἰς C, p. 128, col. 2), Mc. 8, 19; metaph. τὸ σῶμα, necando corporis partes dissolvere, 1 Co. 11, 24 t. vulg. *Grsb.**

**κλείς, δός**, acc. *κλεῖδα* et *κλεῖν* (Lc. 11, 52. Ap. 3, 7), acc. plur. *κλεῖδας* et *κλεῖς* (Mt. 16, 19. Ap. 1, 18; cf. *Kühner* I, p. 357. *Win.* p. 63 coll. *Bttm.* ntl. Gr. p. 23); *clavis.* Quum clavigero potestas sit portas aperiundi et occludendi, in N. T. vox per imaginem dicitur de varii generis potestate et facultate: *τοῦ φρέατος*, putei aperiundi s. reserandi, Ap. 9, 1 coll. vs. 2; *τῆς ἀβύσσου*, occludendi, 20, 1 coll. vs. 3; *τοῦ θανάτου καὶ τοῦ ᾅδου*, potestas ex orco in vitam reducendi in eoque relinquendi, 1, 18; *τῆς γνώσεως*, facultas et occasio ad cognitionem perveniendi, Lc. 11, 52; *τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν* (v. in *βασιλεία*, p. 66, col. 2), Mt. 16, 19; *τοῦ Δαυΐδ*, potestas Davidis (qui typus est Messiae alterius Davidis), i. e. in regnum Messiae recipiendi ab eoque arcendi, Ap. 3, 7 (ut videtur e Jes. 22, 22., ubi *ἡ κλ. οἴκου Δαυΐδ* traditur praefecto palatii regii).*

**κλείω**, aor. 1. *ἔκλεισα*, pass. pf. ptcp. *κεκλεισμένος*, aor. 1. *ἐκλείσθην*, hebr. סָגַר, *claudo, occludo;* pr. *τὴν θύραν*, Mt. 6, 6; pass. 25, 10. Lc. 11, 7; plur. Jo. 20, 19. 26. Act. 21, 30; carcerem, pass. Act. 5, 23; *πυλῶνας*, pass. Ap. 21, 25; sc. *τὴν ἄβυσσον*, 20, 3 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*; metaph. *τὸν οὐρανόν*, i. e. efficio, ut coelum pluviam deneget, Lc. 4, 25. Ap. 11, 6; *τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπό τινος*, excludere misericordiam, ut sit instar rei ab aliquo remotae, immisericordem esse in aliquem, 1 Jo. 3, 17; *τὴν βασιλ. τῶν οὐρανῶν*, impedio aditum ad regnum div., Mt. 23, 14; ita ut intelligendum sit *τὴν βασ. τοῦ θεοῦ*, Ap. 3, 7; *τ. θύραν* sc. *τῆς βασ. τ. θεοῦ*, ibid. vs. 8; cf. *Bleek* ad h. l.*

**κλέμμα, τος, τό** (*κλέπτω*), *furtum*, *a*) i. e. *furto abreptum.* — *b*) i. q. *κλοπή*, *furtum commissum;* plur. Ap. 9, 21.*

**Κλεόπας** (videtur contractum e *Κλεόπατρος*, v. in *Ἀντίπας*), *ὁ*, *Cleopas*, unus e discipulis Christi; Lc. 24, 18.*

**κλέος, ους, τό** (*κλέω* = *καλέω*); 1) *fama, rumor.* — 2) *gloria, laus;* 1 Pet, 2, 20. (Utroque significatu Graecis frequentatum inde ab Hom.; pro שֵׁמַע, Job. 28, 22.)*

**κλέπτης, ου, ὁ** (*κλέπτω*), LXX pro גַּנָּב, *fur;* Mt. 6, 19 s. 24, 43. Lc. 12, 33. 39. 18, 33. Jo. 10, 1. 10. 1 Co. 6, 10. 1 Pet. 4, 15; qui pecuniam intervertit, Jo. 12, 6; *ἔρχεσθαι* vel *ἥκειν ὡς κλ. ἐν νυκτί*, i. q. improviso venire, 1 Th. 5, 2. 4. 2 Pet. 3, 10. Ap. 3, 3. 16, 15; transfertur nomen ad falsos doctores, quorum non interest homines docere, sed eorum fiducia in suum lucrum abuti, Jo. 10, 8.*

**κλέπτω**, fut. *ψω* (etiam LXX Ex. 20, 15. Lev. 19, 11. Deut. 5, 19 pro *κλέψομαι*, profanis usitatiore), aor. 1. *ἔκλεψα*, LXX pro גָּנַב; — *a*) *furor;* absol. *furtum committo*, Mt. 6, 19 s. 19, 18. Mc. 10, 19. Lc. 18, 20. Jo. 10, 10. Ro. 2, 21. 13, 9. Eph. 4, 28. — *b*) trans. *furor, furtim aufero; τινα*, alicujus corpus mortuum, Mt. 27, 44. 28, 13.*

**κλῆμα, ατος, τό** (a *κλάω*, q. v.), i. q. *κλάδος*, *ramulus tener et flexibilis;* speciatim *ramus vitis, palmes*, Jo. 15, 2—6 (ita Arstph. eccles. 1031. Aeschin. p. 77, 27. Theophr. h. pl. 4, 13, 5; *ἀμπέλου κλῆμα*, Plat. rep. 1, p. 553 a; LXX Ez. 15, 2. 17, 6 s. Joël. 1, 7.*

**Κλήμης, εντος, ὁ**, *Clemens*, Pauli socius, ut videtur e coetu Philippensium; Phil. 4, 3. E vix probabili catholicae ecclesiae traditione idem est atque ille Clemens, qui sub finem sec. I. romani episcopi munus administrabat.*

**κληρονομέω, ῶ**, f. *ήσω*, aor. 1. *ἐκληρονόμησα*, pf. *κεκληρονόμηκα* (*κληρονόμος*, q. v., cf. *οἰκονόμος*). LXX pro נָחַל et multo saepius pro יָרַשׁ; 1) *sortem accipio, sorte accipio;* inpr. *haereditatis partem accipio, haereditatis jure obtineo;* ita potissimum ap. atticos oratores, c. genit. rei, ap. inferioris aetatis scriptores non raro c. acc. rei (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 129. *Sturz* de dial. mac. p. 140. *Win.* p. 188); absol. *haeres sum, haereditatem accipio;* Gal. 4, 30 e Gen. 21, 10. — 2) univ. *partem mihi destinatam accipio, proprium* s. *quod possideam accipio; particeps fio, consequor* (velut *φήμην*, Pol. 18, 38, 8; *τὴν ἐπ' εὐσεβείᾳ δόξαν*, 15, 22, 3); in sacro cod. ubique c. acc. rei; ita frequentissime in V. T. in dictione *κληρ. γῆν* et *τὴν γῆν* de occupanda ab Israëlitis terra canaanitica, ut Lev. 20, 24. Deut. 4, 22. 26. 6, 1 al. Quum vero Israelitae post occupationem terrae fere semper a finitimis hostibus conturbarentur, quin etiam diutius ex ea expellerentur, factum est, ut phrasis ad tranquillam et stabilem sanctae terrae possessionem omnibus dei beneficiis auctam *messiano* tempore *piis* et *probis* Israelitis sperandam transferretur, Ps. 25, 13. 37, 9. 11. 22. 29. 34. Jes. 60, 21; Tob. 4, 12; *ἐκ δευτέρας κληρονομήσουσι τὴν γῆν*, Jes. 61, 7; unde gnomice idem est ac *aeternae salutis in messiano regno participem fieri*, Mt. 5, 5 (e Ps. 37, 11), ubi cf. *Bleek;* — *ζωὴν αἰώνιον*, Mt. 19, 29. Mc. 10, 17. Lc. 10, 25. 18, 18; *τὴν βασιλείαν*, Mt. 25, 34; *βασιλείαν θεοῦ*, 1 Co. 6, 9 s. 15, 50. Gal. 5, 21; *σωτηρίαν*. Heb. 1, 14; *τὰς ἐπαγγελίας*, 6, 12; *ἀφθαρσίαν*, 1 Co. 15, 50; *ταῦτα*, Ap. 21, 7; *ὄνομα*, Heb. 1, 4; *τὴν εὐλογίαν*, 12, 17. 1 Pet. 3, 9.*

**κληρονομία, ας, ἡ** (*κληρονόμος*), LXX sexcenties pro נַחֲלָה, aliquoties pro יְרֻשָּׁה, מוֹרָשָׁה al.; 1) *haereditas, bonum haereditate acceptum* vel *accipiendum* (Isocr. Dem. Aristot.); Mt. 21, 38. Mc. 12, 7. Lc. 12, 13. 20, 14. — 2) id, quod alicui possidendum traditur (*Besitzthum, Eigenthum;* v. *κληρονομέω* n. 2); *διδόναι τί τινι κληρονομίαν*, Act. 7, 5; *λαμβάνειν τι εἰς κληρ.*, Heb. 11, 8. — Ex usu dicendi V. T., quo נַחֲלָה tum de terrae sanctae agro singulis tribubus sorte assignato (Jos. 13, 23. 28 al.), tum de tota illa terra Israeli ad possidendum tradita (Deut. 4, 38. 15, 4 et saepe) dicitur (cujus terrae tranquilla, fortunata, perpetua possessione Israelitis nihil optatius et beatius videbatur, v. in *κληρονομέω*, n. 2), ad submiliorem sensum traducto nomen in N. T. dic. *a*) de *aeterna salute in regno dei post adspectabilem Christi reditum consummato speranda;* Gal. 3, 18. Col. 3, 24 (*τῆς κληρ.* genit. appositionis); Heb. 9, 15. 1 Pet. 1, 4; *ἡμῶν*, nobis destinata, Eph. 1, 14; *τοῦ θεοῦ*, quae a deo tribuitur, vs. 18. — *b*) de *parte, quam aliquis in aeterna salute habiturus est* (*Antheil am ewigen Heil*), Act. 20, 32. Eph. 5, 5.*

**κληρονόμος, ου, ὁ** (*κλῆρος* et *νέμομαι*), pr. *qui sorte accipit;* hinc 1) *haeres* (ap. Graecos inde a Plat.); *a*) pr. Mt. 21, 38. Mc. 12, 7. Lc. 20, 14. Gal. 4, 1. — *b*) e messiano dicendi usu: *qui filii jure bonum ipsi assignatum accipit;* ita de Christo, *κληρονόμῳ πάντων*, omnium rerum imperio ejus subditarum, Heb. 1, 2; de Christianis per fidem ad filiorum Abrahami atque ita ad filiorum dei dignitatem evectis ideoque bona regni divini Abrahamo promissa adepturis; absol. Ro. 8, 17. Gal. 3, 29; add. *τοῦ θεοῦ*, i. e. boni, quod dei est, = *τῆς δόξης* (v. in *δόξα*, n. III, 4, b.), Ro. 8, 17; *θεοῦ διὰ Χριστοῦ*, beneficio Christi (quippe per quem *τὴν υἱοθεσίαν* impetravimus), Gal. 4, 7 t. vulg.; pro quo *Lchm. Tdf. Trg.* *διὰ θεοῦ* (cf. *C. F. A. Fritzsche* in *Fritzschiorum* opuscc. p. 148); *τοῦ κόσμου*, imperii in rerum universitatem, Ro. 4, 13 s.; *ζωῆς αἰωνίου*, Tit. 3, 7; *τῆς βασιλείας*. Jac. 2, 5. — 3) oblitterata haereditatis notione: *qui consecutus* s. *adeptus est partem sibi assignatam;* c. gen. rei, Heb. 6, 17. 11, 7; *τοῦ σκότους*, dic. diabo-

lus, Ev. Nicod. c. 20 (LXX quater pro יוֹרֵשׁ, Judd. 18, 7. 2 Sam. 14, 7. Jer. 8, 10. Mich. 1, 15).*

*κλῆρος, ου, ὁ*, inde ab Hom.; LXX maxime pro גּוֹרָל et נַחֲלָה; — *sors;* i. e. 1) *signum, cujus usu fit sortitio*, ad quam adhibebatur aut calculus, aut testula, aut frustulum ligni (unde *κλῆρος* deducendum est a *κλάω*); Act. 1, 26; *βάλλειν κλῆρ.*, Mt. 27, 35. Mc. 15, 24. Lc. 23, 34. Jo. 19, 24 (Ps. 22, 18. Jon. 1, 7 al.); sortes singulorum, de quorum re agebatur, nominibus signatae in vas conjiciebantur, quod vas agitabatur, ut, cujus sors prima in terram excideret, is esset, de quo consulebatur (Hom. Il. 3, 316. 325. 7, 175 al.; Liv. 23, 3); hinc *ὁ κλῆρος πίπτει ἐπί τινα*, Act. 1, 26 (Ez. 24, 6. Jon. 1, 7). — 2) *id quod sorte accipitur; pars alicui assignata in aliqua re; λαγχάνειν* et *λαμβάνειν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας*, partem in ministerio apostolis communi, Act. 1, 17. 25; *ἔστι μοι κλῆρος ἔν τινι*, dat. rei, 8, 21; ut *κληρονομία* (q. v.) dic. de parte, quam aliquis in aeterna salute habiturus sit, *λαβεῖν τὸν κλ. ἐν τοῖς ἡγιασμένοις*, inter consecratos, 26, 18 (Sap. 5, 5); de ipsa aeterna salute, *κλῆρος τῶν ἁγίων*, i. e. aeterna salus, quam sanctis deus decrevit, Col. 1, 12. — de personis *οἱ κλῆροι*, ii, quorum cura et moderatio alicui est assignata, dic. de coetibus christianis, quorum gubernandorum officium presbyteris obtingit, 1 Pet. 5, 3 coll. Act. 17, 4.*

*κληρόω, ῶ*, aor. 1. pass. *ἐκληρώθην* (*κλῆρος*), ap. Graecos: 1) *sortior, sortem consulo.* — 2) *sorte lego, τινά.* — 3) *sorte assigno; τινά τινι*, aliquem alicui possidendum, Pind. Ol. 8, 19. — 4) semel in N. T., *κλῆρον*, i. e. *peculium facio; τινά*, pass. *ἐν ᾧ ἐκληρώθημεν*, in quo causa sita est, cur facti sumus *κλῆρος τοῦ θεοῦ* (nomen ab Israelitis e V. T. ad Christianos translatum, cf. Add. Esth. 3, 8 ibique *Fritzsche*), peculium dei, Eph. 1, 11, ubi *Lchm.* *ἐκλήθημεν.* (In eccles. scriptis denotat *clericum fieri, inter sacerdotes recipi.*)

*κλῆσις, εως, ἡ* (*καλέω*), 1) *appellatio, compellatio.* — 2) *vocatio, invitatio;* ad epulum (3 Macc. 5, 14. Xen. symp. 1, 7); in N. T. ubique technico sensu *divina invitatio ad amplectendam salutem in regno dei*, quae potissimum per evangelii praedicationem obtingit; c. gen. auctoris, *τοῦ θεοῦ*, Eph. 1, 18; *ἀμεταμελ.* - - *ἡ κλ. τοῦ θεοῦ*, non poenitet deum ad salutem invitationis, quam olim israelitico populo decrevit et conditoribus ejus (i. e. patriarchis) promisit, Ro. 11, 29; *ἡ ἄνω κλῆσις τοῦ θεοῦ ἐν Χριστῷ*, quae in coelis a deo facta est in causa Christi, Phil. 3, 14; item *ἡ ἐπουράνιος κλῆσις*, Heb. 3, 1; *καλεῖν τινα κλήσει*, 2 Tim. 1, 9; pass. Eph. 4, 1; *ἀξιοῦν τινα κλήσεως* dic. deus eum, quem vocatione, quam ei obtingere jusserat, dignum ideoque obtinendis bonis vocatione promissis aptum declarat, 2 Th. 1, 11; c. gen. objecti, *ὑμῶν*, quae vobis obtigit, Eph. 4, 4. 2 Pet. 1, 10; qualem in vos se habuit, ut quae nullam doctrinae, divitiarum, auctoritatis al. rationem habuit, 1 Co. 1, 26; singulari modo dic. de statu, in quo aliquem vocatio offendit sive circumcisum sive praeputiatum, sive servum sive ingenuum, 1 Co. 7, 20.*

*κλητός, όν* (*καλέω*), *vocatus, invitatus* (ad epulum, 3 Macc. 5, 14. Aeschin. 50, 1); in N. T. *a*) (*praeconio evangelii a deo*) *ad aeternam in regno dei salutem per Christum obtinendam invitatus* (v. in *καλέω*, 1, b. p. 223. col. 1.); Ro. 8, 28. 1 Co. 1, 24. Jud. vs. 1; *κλητοὶ κ. ἐκλεκτοὶ κ. πιστοί*, Ap. 17, 14; distinguuntur *κλητοί* et *ἐκλεκτοί* (v. in *ἐκλεκτός*), Mt. 20, 16. 22, 14, quae distinctio non est e mente Pauli (v. in *καλέω*, l. c.); *κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ*, gen. possessoris, Christo addicti et cum eo conjuncti, Ro. 1, 6; *κλητοὶ ἅγιοι, divina invitatione sancti*, vs. 7. 1 Co. 1, 2. — *b*) *ad obeundum aliquod munus vocatus; κλητὸς ἀπόστολος*, i. e. divinitus delectus et constitutus (v. in *καλέω* l. c.), Ro. 1, 1. 1 Co. 1, 1. coll. Gal. 1, 15.*

*κλίβανος, ου, ὁ* (pro *κρίβανος*, antiquioribus et atticis Graecis usitatiore, v. *Lob.* ad Phryn. p. 179. *Passow* s. v. *κρίβανος*). — 1) *testum, clibanus*, vas testaceum, in quo coquuntur panes (hebr. תַּנּוּר, Ex. 8, 3. Lev. 2, 4. Hos. 7, 4), in fundo amplius, superne, ubi orificium, angustius, cui, si igne intus incenso satis exarduit, massa farinacea extrinsecus allinitur, ut paullatim torreatur. — 2) i. q. *ἰπνός, furnus, fornax;* ita Mt. 6, 36. Lc. 12, 28.*

*κλίμα* vel *κλῖμα* (de accentu cf. *Win.* p. 50. *Lipsius* Gramm. Untersuch. p. 40), *τος, τό* (*κλίνω*), *inclinatio; declinatio, declivitas; τῶν ὀρῶν*, Pol. 2, 16, 3; speciatim *declinatio terrae ab aequatore ad polos, plaga coeli;* Arstot. Dion. H. Plut. al. Jos. b. j. 5, 12, 2. — 3) *tractus terrae, regio;* Ro. 15, 23. 2 Co. 11, 10. Gal. 1, 21. Pol. 5, 44, 6. 7, 6, 1. Hdian. 2, 11, 8 et ap. al.*

*κλινάριον, ίου, τό* (demin. nominis *κλίνη*, v. in *γυναικάριον*), *lectulus*, Act. 5, 15 *Lchm. Tdf. Trg.* (Arstph. fr. 33 d. Epict. diss. 3, 5, 13. Artem. 2, 57).*

*κλίνη, ης, ἡ* (*κλίνω*), inde ab Hdt.; LXX pro מִטָּה, etiam pro עֶרֶשׂ; *lectus;* univ. Mc. 7, 30. Lc. 17, 34; lectus triclinaris, Mc. 4, 21. 7, 4. Lc. 8, 16; lectus, quo portatur aegrotans, Mt. 9, 2. 6. Lc. 5, 18; plur. Act. 5, 15 t. vulg. *Grsb.; βάλλειν εἰς κλίνην*, in lectum conjicere, i. e. morbum infligere, Ap. 2, 22.*

*κλινίδιον, ίου, τό* (*κλίνη*), *lectulus*, Lc. 5, 19. 24 (Dion. H. antt. 7, 68. Artem. 1, 2. Antonin. 10, 28; passim ap. Plut.).*

*κλίνω*, aor. 1. *ἔκλινα*, pf. *κέκλικα*, 1) trans. *a*) *inclino* (*neigen*); *τὴν κεφαλήν*, de moribundo, Jo. 19, 30; *τὸ πρόσωπον εἰς τ. γῆν*, de perterritis, Lc. 24, 5. — *b*) i. q. *recedere facio; παρεμβολάς*, Latinorum *inclinare acies*, i. e. in fugam vertere, Heb. 11, 34 (*μάχην*, Hom. Il. 14, 510; *Τρῶας*, 5, 37; *Ἀχαιούς*, Od. 9, 59). — *c*) *reclino; τὴν κεφαλήν*, aliquo loco ad quietem capiendam, Mt. 8, 20. Lc. 9, 58. — 2) intrans. *inclino me;* de die ad vesperam inclinante, Lc. 9, 12. 24, 29. Jer. 6, 4; *ἅμα τῷ κλῖναι τὸ τρίτον μέρος τῆς νυκτός*, Pol. 3, 93, 7; *ἐγκλίναντος τοῦ ἡλίου ἐς ἑσπέραν*, Arr. anab. 3, 4, 4.*

*κλισία, ας, ἡ* (*κλίνω*), inde ab Hom., pr. locus, quo recumbitur; hinc 1) casa ad pernoctandum exstructa, *tugurium.* — 2) *tentorium.* — 3) cujusvis generis *lectus*, quo recumbitur; sella, quo reclini capite recumbitur (*Lehnstuhl*). — 4) *discubitus, ordo ad epulas discumbentium;* ita plur. Lc. 9, 14., de quo loco cf. *Win.* p. 214; item Jos. antt. 12, 2, 12. Plut. Sert. 26.*

*κλοπή, ῆς, ἡ* (*κλέπτω*), *furtum;* plur. Mt. 15, 19. Mc. 7, 22.*

*κλύδων, ωνος, ὁ* (*κλύζω*, alluo), inde ab Hom.; *unda* alluens s. fluctuans, *fluctus, vehementior commotio maris; τοῦ ὕδατος*, Luc. 8, 24; *τῆς θαλάσσης*, Jac. 1, 6. (Jon. 1, 4. 12. Sap. 14, 5.)*

*κλυδωνίζομαι* (*κλύδων*), *fluctibus jactor;* metaph. *animo agitor* (*fluctuum instar*), c. dat. instrum. *παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας*, Eph. 4, 14 (coll. Jac. 1, 6; *οἱ ἄδικοι κλυδωνισθήσονται καὶ ἀναπαύσασθαι οὐ δυνήσονται*, Jes. 27, 20; *ὁ δῆμος ταρασσόμενος καὶ κλυδωνιζόμενος οἰχήσεται φεύγων*, Jos. antt. 9, 11, 3; *κλυδωνιζόμενος ἐκ τοῦ πόθου*, Aristaenet. epp. I, 26; p. 121 ed. Boissonade.)*

*Κλωπᾶς, ᾶ, ὁ* (חַלְפַי), videtur idem esse, qui Alphaeus, v. *Ἀλφαῖος*), *Clopas*, Vulg. *Cleophas*, pater Jacobi minoris, apostoli, maritus Mariae, quae

soror erat matris Jesu; Jo. 19, 25 (ἡ τοῦ Κλωπᾶ scil. γυνή).*

κνήθω (a κνάω, inf. κνᾶν et attice κνῆν), *frico, scalpo, titillo, pruritum facio; pass. pruritu laboro;* κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν (de quo accus. cf. *Win.* p. 215), i. e. grata auribus audire cupientes (Hesych. κνήθ. τ. ἀκοήν· ζητοῦντές τι ἀκοῦσαι καθ' ἡδονήν), 2 Tim. 4, 3. (med. τὴν ὄνον κνήθεσθαι εἰς τὰς ἀκάνθας τὰ ἕλκη, ulcera sua, Arstot. h. a. 9, 1; κνῆν Ἀττικοί, κνήθειν Ἕλληνες, Moeris p. 234.)*

Κνίδος, ου, ἡ, *Cnidus* s. *Gnidus*, peninsula et urbs ejusdem nominis in ora Cariae, Act. 27, 7 (1 Macc. 15, 23.)*

κοδράντης, ου, ὁ, vox lat., *quadrans* (i. e. quarta pars assis), in N. T. nummus chalcum atticum dimidium s. δύο λεπτά (v. in λεπτόν) aequans; Mc. 12, 42. Mt. 5, 26. Uberius de voce agit *Fischer* de vitiis lexicc. N. T. p. 447 ss.*

κοιλία, ας, ἡ (κοῖλος, cavus), LXX pro בֶּטֶן, venter; מֵעִים, viscera, קֶרֶב, intimum, medium rei, רֶחֶם uterus; — *venter;* et quidem 1) *totus venter*, unde ἡ ἄνω et ἡ κάτω κοιλία, *superior et inferior*, distinguitur; ita saepissime ap. Graecos inde ab Hdt. — 2) *alvus, inferior venter, ventriculus*, excrementorum receptaculum (Plut. symp. 7, 1, 3 sub fin.: εἴπερ εἰς κοιλίαν ἐχώρει διὰ στομάχου πᾶν τὸ πινόμενον), Mt. 15, 17. Mc. 7, 19. — 3) *stomachus;* Mt. 12, 40. Lc. 15, 16. 1 Co. 6, 13. Ap. 10, 9 s.; δουλεύειν τῇ κοιλίᾳ, voluptatibus gulae deditum esse (v. in δουλεύω), Ro. 16, 18; item ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, Phil. 3, 19; κοιλίας ὄρεξις, Sir. 23, 6. — 4) *uterus*, ubi foetus concipitur, formatur, gestatur; Lc. 1, 41 s. 44. 2, 21. 11, 27. 23, 29. Jo. 3, 4 (frequentissime ita ap. LXX; rarissime ap. profanos; Epict. diss. 3, 22, 74; de utero animalium ibid. 2, 16, 43); ἐκ (inde a) κοιλίας μητρός, Mt. 19, 12. Lc. 1, 15. Act. 3, 2. 14, 8. Gal. 1, 15 (pro מִבֶּטֶן אֵם, Ps. 22, 10. 70, 7. Job. 1, 21. Jes. 49, 1. Judd. 16, 18). — 5) ex imitatione hebr. בֶּטֶן trop. *intima hominis, animus, cor* ut cogitationum, sensuum, voluntatum sedes (Job. 15, 35. 32, 18. Prov. 18, 8. 20, 27. 30. 26, 22. Hab. 3, 16. Sir. 19, 12. 51, 21), Jo. 7, 38.*

κοιμάω, ῶ, pass. pf. κεκοίμημαι, aor. 1. ἐκοιμήθην, fut. 1. κοιμηθήσομαι (cognat. verbo κεῖμαι, cf. *Curtius* p. 134), *dormire facio, sopio* (Hom. al.); metaph. *sedo, tranquillo* (Hom. Aeschyl. Plat.); pass. *dormio, obdormio;* pr. Mt. 28, 13. Lc. 22, 45. Jo. 11, 12. Act. 12, 6; LXX pro שָׁכַב; — metaph. et per euphemism. i. q. *diem obeo, morior*, Jo. 11, 11. Act. 7, 60. 13, 36. 1 Co. 7, 39. 11, 30. 15, 6. 51. 2 Petr. 3, 4; οἱ κοιμώμενοι, κεκοιμημένοι, κοιμηθέντες, *mortui*, Mt. 27, 52. 1 Co. 15, 20. 1 Th. 4, 13—15; add. ἐν Χριστῷ (v. in ἐν, p. 146. col. 2), 1 Co. 15, 18; eodem sensu Jes. 14, 8. 43, 17. 3 Reg. 11, 43. 2 Macc. 12, 45. Hom. Il. 11, 240. Soph. El. 509.*

κοίμησις, εως, ἡ, *sopor;* Jo. 11, 13; de morte Sir. 46, 19. 48, 13; *cubatio*, Plat. conv. p. 183 a.*

κοινός, ή, όν (a ξύν, σύν, *cum*, hinc maxime apud epicos ξυνός pro κοινός, unde lat. *coena*), 1) ut ap. Graecos inde ab Hes. op. 723 (opp. ἴδιος) *communis;* Act. 2, 44. 4, 32; κοινὴ πίστις, Tit. 1, 4; σωτηρία, Jud. vs. 3. — 2) ex usu a nativis Graecis alieno *vulgaris*, a Judaeis opp. τῷ ἁγίῳ, ἡγιασμένῳ, καθαρῷ, hinc *profanus* (ap. Graecos βέβηλος, q. v.), Mc. 7, 2. 5 (q. l. text. vulg. ἀνίπτοις); Ro. 14, 14. Heb. 10, 29. Ap. 21, 27 (1 Macc. 1, 47; φαγεῖν κοινά, vs. 62; κοινοὶ ἄνθρωποι, profanum vulgus, Jos. antt. 12, 2, 14; οἱ τὸν κοινὸν βίον προῃρημένοι, h. e. vitam sanctae legi repugnantem, ibid. 13, 1, 1; οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον οὐδὲ ὡς κοινὸν πόμα ταῦτα (panem et vinum in coena s.) λαμβάνομεν, Justin. M. apol. I, c. 66; (οἱ Χριστιανοί) τράπεζαν κοινὴν παρατίθενται, ἀλλ' οὐ κοινήν, mensam *communem*, sed non *profanam*, epist. ad Diogn. 5., ubi cf. adnotata *Ottonis;* κοιν. κ. ἀκάθαρτον, Act. 10, 14; κοιν. ἢ ἀκάθ. 10, 28. 11, 8; κοινὰ ἢ ἀκάθαρτα οὐκ ἐσθίομεν, Justin. dial. c. Tr. c. 20.*

κοινόω, ῶ, inf. aor. 1. κοινῶσαι, pf. κεκοίνωκα, ptcp. pf. pass. κεκοινωμένος (κοινός); 1) ap. nativos Graecos: *commune reddo.* — 2) usu biblico (v. in κοινός, n. 2), a) *profanum, impurum reddo* (quod Graeci dicunt βεβηλόω, cf. *Win.* vb. comp. 2, p. 24 not. 33); Ap. 21, 27 t. vulg.; Mt. 15, 11. 18. 20. Mc. 7, 15. 18. 20. 23; pass. Heb. 9, 13; τί, Act 21, 28; γαστέρα μιαροφαγίᾳ, 4 Macc. 7, 6. — b) *impurum declaro* s. *habeo;* Act. 10, 15. 28. 11, 9; v. in δικαιόω, p. 103. col. 2.*

κοινωνέω, ῶ, aor. 1. ἐκοινώνησα, pf. κεκοινώνηκα (κοινωνός, a) *in communionem, in societatem venio, particeps fio;* ut ap. Graecos c. gen. rei, Heb. 2, 14; c. dat. rei (rarius ita ap. Graecos), Ro. 15, 27. — b) *societatem ineo, socium me adjungo, participem me facio;* ut ap. Graecos c. dat. rei, 1 Tim. 5, 22. 2 Jo. vs. 11; ταῖς χρείαις τινός, necessitates alicujus meas facio ita, ut iis succurram, Ro. 12, 13; c. dat. pers. sq. εἴς τι (ut Plat. rep. 5, p. 453 b), Phil. 4, 15; sq. ἐν c. dat. rei, cujus partem alter alteri concedit, Gal. 6, 6 (κοινωνήσεις ἐν πᾶσι τῷ πλησίον σου καὶ οὐκ ἐρεῖς ἴδια εἶναι, Barnab. 19, 8); cf. *Win.* §. 30, 8.*

κοινωνία, ας, ἡ (κοινωνός), *consortium, societas, communitas, communio, commercium;* in N. T. ut apud Graecos, a) *pars, quam aliquis in aliqua re habet* (*Theilhabung*), c. gen. rei, in qua partem habet; πνεύματος, Phil. 2, 1; τοῦ ἁγίου πνεύματος, 2 Co. 13, 13; τῶν παθημάτων τοῦ Χριστοῦ, Phil. 3, 10; τῆς πίστεως, Philem. vs. 6; τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, i. e. beneficiorum mortis Christi, 1 Co. 10, 16; τοῦ σώματος τοῦ Χρ., (mystici) corporis Christi s. ecclesiae, ibid.; τῆς διακονίας, 2 Co. 8, 4; τοῦ μυστηρίου, Eph. 3, 9 t. vulg.; — εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ad impetrandam societatem dignitatis et bonorum quae sunt filii dei, 1 Co. 1, 9., ubi cf. *Meyer.* — b) *commercium, conjunctio, necessitudo;* δεξιὰ κοινωνίας, dextra, qua quae facta est societas (in administrando munere apostolico) significatur et oppigneratur, Gal. 2, 9; τίς κοιν. φωτὶ πρὸς σκότος; quid luci commune est cum caligine? 2 Co. 6, 14 (τίς οὖν κοινωνία πρὸς Ἀπόλλωνα τῷ μηδὲν οἰκεῖον ἐπιτετηδευκότι, Philo leg. ad Caj. §. 14 in fine; εἰ δέ τις ἔστι κοινωνία πρὸς θεοὺς ἡμῖν, Stob. serm. 28); dic. de intima et arctissima necessitudine, qua Christiani inter se conjuncti sunt, absol. Act. 2, 42; add. εἰς τὸ εὐαγγέλιον, Phil. 1, 5; κοινωνίαν ἔχειν μεθ' ἡμῶν, μετ' ἀλλήλων, 1 Jo. 1, 3. 7; de conjunctione Christianorum c. deo et Christo, μετὰ τοῦ πατρὸς κ. μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ibid. vs. 3. 6 (quae communio e Joannis doctrina continetur eo, quod Christiani ejusdem ac deus et Christus mentis bonorumque ex ea mente oriundorum communiter participes sunt). — Ex usu a profanis alieno κοινωνία in N. T. est 3) *beneficium communiter collectum et tributum, collatio* (*Collecte*), quippe qua editur communionis documentum (cf. *Grimm.* exgt. Hdb. ad Sap. p. 176); εἴς τινα, in alicujus commodum et usum, 2 Co. 8, 4; ποιεῖσθαι κοιν. (parare collationem) εἴς τινα, Ro. 15, 26; junct. c. εὐποιΐα, Heb. 13, 16.*

κοινωνικός, ή, όν (κοινωνία), *socialis, sociabilis, ad ineundam et servandam communionem et societatem facilis et pronus;* Plat. def. p. 411 e. Aristot. pol. 3, 13. Polyb. 2, 44, 1. Antonin. 7, 52. 55; saepe ap. Plut.; πράξεις κοιν., actiones ad humanam societatem spectantes, Antonin. 4, 33. 5, 1. — 2) *ad*

*alios bonorum suorum socios faciendos pronus, ad impertiendum propensus, liberalis* (Aristot. rhet. 2, 24. Lucian. Tim. 56); 1 Tim. 6, 18.*

**κοινωνός**, *ή, όν* (*κοινός*), *a*) *socius, sodalis;* 2 Co. 8, 23; *ἔχειν τινὰ κοινωνόν*, Philem. vs. 17; *εἰμὶ κοινωνός τινι*, socius sum alicui, Lc. 5, 10; *τινός* (gen. pers.), socius sum alicujus aliquid facientis, Heb. 10, 33; *τινὸς ἐν τῷ αἵματι*, i. e. alicujus socius sum in caede perpetranda, Mt. 23, 30. — *b*) *particeps, partem habens* in aliqua re; c. gen. rei, *τῶν παθημάτων*, 2 Co. 1, 7; *τῆς δόξης*, 1 Pet. 5, 1; *θείας φύσεως*, 2 Pet. 1, 4; *τοῦ θυσιαστηρίου*, altaris (hierosolymitani), in quod afferuntur victimae, i. e. partem habens in sacris Judaeorum, 1 Co. 10, 18; *τῶν δαιμονίων*, daemonum participes, i. e. in eorum communionem adducti, quippe qui auctores sunt gentilium sacrorum, ibid. vs. 20. (*ἐν τῷ ἀφθάρτῳ κοινωνοὶ - - ἐν τοῖς φθαρτοῖς*, boni non interituri - - bonorum interitui obnoxiorum communiter participes, Barnab. 19, 8; v. in *κοινωνέω*).*

**κοίτη**, *ης, ἡ* (*ΚΕΩ, ΚΕΙΩ, κεῖμαι*, cognat. verbo *κοιμάω*), inde ab Hom. Od. 19, 341; LXX maxime pro מִשְׁכָּב, etiam pro שְׁכָבָה al.; *a*) *locus recubandi, quiescendi, dormiendi; cubile, lectus; εἰς τὴν κοίτην* (v. in *εἰμί*, n. V, 2. p. 123, col. 1) *εἰσίν*, Lc. 11, 7. — *b*) speciatim *torus, lectus conjugalis*, ut ap. Tragicos; *τ. κοίτην μιαίνειν*, de adulterio (Jos. antt. 2, 4, 5. Plut. de fluv. 8, 3), Heb. 13, 4. — *c*) *concubitus*, tum legitimus, tum illegitimus (Lev. 15, 4 s. 21—25 al. Sap. 3, 13. 16. Eur. Med. 151. Alc. 249); plur. *congressus venerei* (v. in *περιπατέω*), Ro. 13, 13; per meton. causae pro effectu singulari modo dic. *κοίτην ἔχειν ἔκ τινος, concepisse ex aliquo*, Ro. 9, 10; *κοίτη σπέρματος*, Lev. 15, 16. 22, 4. 18, 20. 23., de quibus dictionibus cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 291 ss.*

**κοιτών**, *ῶνος, ὁ* (a *κοίτη;* cf. *νυμφών*, al.), *cubiculum; ὁ ἐπὶ τοῦ κοιτ., cubiculo praefectus, cubicularius* (*Kammerherr*), Act. 12, 20. (2 Sam. 4, 7. Ex. 8, 3. 3 Esr. 3, 3; improbatur vox ab Atticistis, pro quo Atticis usitatius erat *δωμάτιον*, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 252 s.)*

**κόκκινος**, *η, ον* (a *κόκκος*, granum, granum ilicis cocciferae; sunt autem grana, quae huic ilici adhaerent, ova a vermiculo quodam posita [*die angesetzten Eiernester der weiblichen Schildlaus*], quae collecta et ab infectoribus in pulverem trita massam edunt rubram, tincturis adhibendam, Plin. h. n. 9, 41, 65. 16, 8, 12. 24, 4), *coccineus, cocco tinctus* (*carmoisin, scharlachroth*); Mt. 27, 28. Heb. 9, 19. Ap. 17, 3; neutr. substantive i. q. *textum* vel *vestimentum coccineum*, vs. 4. 18, 12. 16. (Gen. 38, 28. Ex. 25, 4. Lev. 14, 4. 6. Jos. 2, 18. 2 Sam. 1, 24. 2 Chr. 2, 7. 14. Plut. Fab. 15; *φορεῖν κόκκινα*, vestimenta coccinea, Epict. diss. 4, 11, 34; *ἐν κοκκίνοις περιπατεῖν*, 3, 22, 10). Cf. *Win.* RWB. s. v. *Carmesin. Roskoff* in *Schenkel* BL. 1, p. 501 s. *Kamphausen* in *Riehm* HWB. p. 220.*

**κόκκος**, *ου, ὁ, granum;* Mt. 13, 31. 17, 20. Mc. 4, 31. Lc. 13, 19. 17, 6. Jo. 12, 24. 1 Co. 15, 37.*

**κολάζω**, aor. 1. med. conj. 3. ps. pl. *κολάσωνται* (*κόλος*, mutilus), ap. Graecos 1) pr. *mutilo, amputo*, velut arbores, alas. — 2) *coërceo, reprimo, cohibeo.* — 3) *castigo, punio;* ita in N. T.; pass. 2 Pet. 2, 9 et ap. *Lchm.* vs. 4; med. *puniendum curo* (3 Macc. 7, 3). Act. 4, 21.*

**κολακεία** (s. *-ία, Tdf.*), *ας, ἡ* (*κολακεύω*), *adulatio; λόγος κολακείας*, sermo adulatorius, 1 Th. 2, 5. (Plat. Dem. Theophr. Joseph. Hdian. al.)*

**κόλασις**, *εως, ἡ* (*κολάζω*), *castigatio, poena;* Mt. 25, 46; *κόλασιν ἔχει*, secum fert s. conjunctam habet cogitationem poenae, 1 Jo. 4, 18. (Ez. 14, 3 s. al. 2 Macc. 4, 38. 4 Macc. 8, 8. Sap. 11, 14. 16, 24 al. Plat. Arstot. Diod. 1, 77. 4, 44. Ael. v. h. 7, 15.)*

**Κολασσαί**, v. in *Κολοσσαί.*

**Κολασσαεύς**, v. in *Κολοσσαεύς.*

**κολαφίζω**, aor. 1. *ἐκολάφισα* (*κόλαφος* et hoc a *κολάπτω*), *colaphum infringo* (Terent.) s. *duco* (Quintil.) s. *infligo*, i. e. *pugnis caedo; τινά*, Mt. 26, 67. Mc. 14, 65; species pro genere: *violenter et contumeliose tracto*, 2 Co. 12, 7; pass. 1 Co. 4, 11. 1 Pet. 2, 20. (praeterea tantum in eccles. scriptis.). Copiosissime de hoc verbo agit *Fischer* de vitiis lexx. N. T. p. 67 ss. coll. *Lob.* ad Phryn. p. 175 s.*

**κολλάω**, *ῶ*, pass. aor. 1. *ἐκολλήθην*, fut. 1. *κολληθήσομαι* (Mt. 19, 5 *Lchm. Tdf. Trg.*), (*κόλλα, gluten, glutinum*), pr. *glutino, agglutino, conglutino, compingo;* hinc univ. *firmiter necto, adjungo;* in N. T. exstat solum passivum notione reflexiva *me adjungo, adhaeresco;* LXX pro דָּבַק; *ὁ κονιορτὸς ὁ κολληθεὶς ἡμῖν*, Lc. 10, 11; *ἐκολλήθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ*, tantus exstitit peccatorum acervus, ut coelum attingeret (sine tropo: ut in coelitum notitiam veniret), Ap. 18, 5 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* (*ἐκολλ. ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου*, Ps. 63, 9; *αἱ ἄγνοιαι ἡμῶν ὑπερήνεγκαν ἕως τοῦ οὐρανοῦ*, 3 Esr. 8, 74; *ὕβρις τε βίη τε οὐρανὸν ἵκει*, Hom. Od. 15, 328. 17, 565); — de personis, c. dat. rei, *κολλήθητι τῷ ἅρματι*, applica te ad - -, Act. 8, 29; c. dat. pers., ineo cum aliquo commercium, arctissime conjungo me cum aliquo (Barn. ep. c. 10, 3 s. 5. 8; ac *μετά* c. genit. pers. ibid. 10, 11. 19, 2. 6; Clem. Rom. 1 Co. 15, 1. 30, 3. 46, 2. 4); *τῇ γυναικί*, Mt. 19, 5 *Lchm. Tdf. Trg.; τῇ πόρνῃ*, 1 Co. 6, 16 (Sir. 19, 2); *τῷ κυρίῳ*, 6, 17 (4 Reg. 18, 6. Sir. 2, 3); adjungo me alicui, quo familiariter utar, Act. 5, 13. 9, 26. 10, 28; sequor aliquem, quocum faciam, 17, 34 (2 Sam. 20, 3. 1 Macc. 3, 2. 6, 21); applico me ad aliquem quasi patronum, Lc. 15, 15; c. dat. rei, *impense operam do, τῷ ἀγαθῷ*, Ro. 12, 9, *ἀγαθῷ, δικαίᾳ κρίσει*, Barnab. 20, 3; *τῇ εὐλογίᾳ*, ita adhaeresco, ut ejus particeps reddar, Clem. Rom. 1 Co. 31, 1. (Aesch. Ag. 1557. Plat. Diod. Plut. al.)*

**κολλούριον** (*Tdf. Trg. κολλύριον*, quae forma profanis usitatior est), *ου, τό* (demin. nominis *κολλύρα*, panis rudior forma orbiculari, similis illi, qui a Guestphalis appellatur *Pumpernickel*), *collyrium*, medicamentum oblongam collyrae formam referens, e variis materiis compositum, sanandis lippis oculis adhiberi solitum (Hor. sat. 1, 5, 30. Epict. diss. 2, 21, 20. 3, 21, 21. Cels. 6, 6, 7), Ap. 3, 18.*

**κολλυβιστής** *οῦ, ὁ* (a *κόλλυβος*, *a*) nummus minutus [cf. *κολοβός*, mutilus]; *b*) nummus pro permutatione datus, nostr. *Agio, Aufgeld*), *nummularius, argentarius;* Mt. 21, 12. Mc. 11, 15. Jo. 2, 15. Menand. Lys. ap. Poll. 7, 33; *ὁ μὲν κόλλυβος δόκιμον, τὸ δὲ κολλυβιστὴς ἀδόκιμον*, Phryn. ed. *Lob.* p. 440. Cf. quae dicta sunt supra in *κερματιστής.**

**κολλύριον**, v. in *κολλούριον.*

**κολοβόω**, *ῶ*, aor. 1. *ἐκολόβωσα*, pass. aor. 1. *ἐκολοβώθην*, fut. 1. *κολοβωθήσομαι* (a *κολοβός*, mutilus. truncatus), *amputo* (*τὰς χεῖρας*, 2 Sam. 4, 12; *τοὺς πόδας*, Arstot. h. a. 1, 1; *τὴν ῥῖνα*, Diod. 1, 78); *mutilo* (Pol. 1, 80, 13); hinc in N. T. de tempore: *brevio* (Vulg.), *brevius reddo, contraho*, Mt. 24, 22. Mc. 13, 20.*

**Κολοσσαεύς** et ap. *Lchm. Trg.* **Κολασσαεύς** (v. in voce seq.; ap. Strab. et in inscrr. *Κολοσσηνός*), *Colossensis* (Vulg.); *Colossinus* (Plin.); in inscriptione epistolae ad Coloss.*

**Κολοσσαί** (t. vulg. *Grsb. Tdf.* e forma ab elegantibus Graecis usurpata) et **Κολασσαί** (*Lchm. Trg.* e forma, quae vulgaris sermonis fuisse videtur; cf.

*Win.* p. 44; ac de plurali nominis *Win.* §. 27, 3), ῶν, αἱ, *Colossae*, antiquiore tempore urbs amplissima, sed Strabonis aetate πόλισμα Phrygiae majoris ad Lycum, non procul a loco, quo in hunc Maeander se effundit, neque procul a Laodicea et Hierapoli (Hdt. 7, 30. Xen. an. 1, 2, 6. Strab. 12, p. 576. Plin. h. n. 5, 41), quibuscum urbibus terrae motu anno post Chr. 66. subversa est (Oros. 7, 7); Col. 1, 2.*

**κόλπος, ου, ὁ** (cognatum videtur voci κοῖλος, cavus), hebr. חֵיק; *sinus*, i. e. ut ap. Graecos inde ab Hom.: 1) *anterior pars corporis, quae est inter brachia;* hinc ἀνακεῖσθαι ἐν τῷ κόλπῳ τινός, de eo, qui in convivio ita accubat, ut ejus caput sinum quasi et pectus alterius sibi proximi obtegat, Jo. 13, 23; hinc tropicae dictiones: ἐν τοῖς κόλποις (de quo plurali jam ap. Hom. Il. 9, 567 obvio cf. *Win.* §. 27, 3) τοῦ Ἀβραὰμ εἶναι, proximam ab Abrahamo sedem obtinere, i. e. ejusdem cum Abrahamo felicitatis in paradiso participem esse, Lc. 16, 23; ἀποφέρεσθαι εἰς τὸν κ. Ἀβρ. abduci ad eandem, quae Abrahami est, felicitatem fruendam, vs. 22 (οὕτω γὰρ παθόντας [ex al. l. θανόντας] Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ὑποδέξονται εἰς τοὺς κόλπους αὐτῶν, 4 Macc. 13, 16; de rabbinica dictione בחיקו של אברהם, *in sinu Abrahami*, felicitatem in paradiso designante, cf. *Lightfoot* Hor. hebr. et talmud. p. 851 ss.); ὁ ὢν εἰς τὸν κ. τοῦ πατρός, cubans ad (dei) patris sinum conversus, h. e. patri conjunctissimus et familiarissimus, Jo. 1, 18; cf. Cic. ad div. 14, 4: „tu vero sis in sinu semper et complexu meo.“ — 2) *sinus vestis*, i. e. cavitas, quam pars anterior et superior vestis laxioris cingulo constricti efficiebat, rebus excipiendis portandisque apta et inserviens (*Bausch des Kleides*) (Ex. 4, 6 s. Prov. 6, 27); ita in tropica dictione μέτρον καλὸν διδόναι εἰς τ. κ. τινός, largiter alicui retribuere, Lc. 6, 38 (ἀποδιδόναι εἰς τ. κ. Jes. 65, 6. Jer. 32, 18). — 3) *sinus maris* (cf. voc. ital. *Golfo*), Act. 27, 39.*

**κολυμβάω, ῶ**, f. ήσω, *me submergo, urinor, nato*, Act. 27, 43. (Plat. Prot. p. 350 a. Lach. p. 193 c. et ap. inferioris aetatis scriptores).*

**κολυμβήθρα, ας, ἡ** (κολυμβάω), *piscina;* Jo. 9, 7 [et t. vulg. vs. 11]; *aquarum receptaculum*, balneo inserviens, 5, 2. 4. (Plat. rep. 5, p. 453 d. Diod. Joseph. al; LXX 4 Reg. 18, 17. Neh. 2, 11. Nah. 2, 8.)*

**κολώνια** (t. vulg. *Grsb. Trg.*), κολωνία (*Lchm. Tdf.*), ἡ (vox latina), *colonia;* appellatur ita Act. 16, 12 Philipporum urbs, in quam Octavianus coloniam Romanam deduxerat (cf. Dio Cass. 51, 4. Digest. 15, 8). Difficultates hujus loci, ut *Meyerus* docet, optime ita tolluntur, ut κολωνία arcte nectatur c. πρώτη πόλις, *nobilissima urbs colonia* (*Coloniestadt*).*

**κομάω, ῶ** (κόμη), *comam alo, comatus sum;* 1 Co. 11, 14 s. (ap. Graecos inde ab Hom.)*

**κόμη, ης, ἡ**, *coma, capilli;* 1 Co. 11, 15.*

**κομίζω**, ptcp. fem. aor. 1. κομίσασα, fut. 1. med. κομίσομαι (Eph. 6, 8 *Lchm. Tdf. Trg.;* Col. 3, 25 *Lchm.*), formâ atticâ κομιοῦμαι (Col. 3, 25 t. vulg. *Grsb. Tdf. Trg.;* 1 Pet. 5, 4; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 33), ptcp. κομιούμενος (2 Pet. 2, 13), aor. 1. ἐκομισάμην, verbum ap. LXX rarum, sed ap. Graecos inde ab Hom. frequentissimum multiplici usu: 1) *curo, curam gero, procuro.* — 2) *curandi causa* vel *extollo* vel *aufero* vel *suscipio.* — 3) univ. *aufero, asporto.* — 4) *porto, fero, affero;* ita semel in N. T.: ἀλάβαστρον, Lc. 7, 37. — Med. (ut frequenter ap. profanos) *mihi aufero; aufero quod mihi sit, reporto;* i. e. *a*) *accipio, consequor;* τὴν ἐπαγγελίαν, promissum beneficium, Heb. 10, 36. 11, 39; τὰς ἐπαγγελίας, 11, 13 *Tdf. Trg.;* σωτηρίαν ψυχῶν, 1 Pet. 1, 9; τῆς δόξης στέφανον, 5, 4; μισθὸν ἀδικίας, 2 Pet. 2, 13 (τὸν ἄξιον τῆς δυσσεβείας μισθόν, 2 Macc. 8, 23; δόξαν ἐσθλήν, Eur. Hipp. 432; τὴν ἀξίαν παρὰ θεῶν, Plat. legg. 4, p. 718 a; et aliis ap. alios exemplis). — *b*) accipio, quod jam antea meum erat, *recipio, recupero;* τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ, Mt. 25, 27; filium (de Abrahamo, postquam Isaacum immolare voluerat), Heb. 11, 19 (2 Macc. 7, 29; τὸν ἀδελφὸν ἀνύπριστον, Philo de Josepho, §. 35; οἱ δὲ παρ᾽ ἐλπίδας ἑαυτοὺς κεκομισμένοι, *praeter spem sibi redditi*, de Abrahamo et Isaaco post hujus impeditam a deo immolationem, Jos. antt. 1, 13, 4; τὴν ἀδελφήν, Eur. Iph. T. 1362; dic. de obsides, captivos al. recuperantibus, Thuc. 1, 113. Pol. 1, 83, 80; 3, 51, 12. 3, 40, 10; urbem ac templum, 2 Macc. 10, 1; arcem, urbem, saepe ap. Polyb.; τὴν βασιλείαν, Arstph. av. 549; τὴν πατρῴαν ἀρχήν, Jos. antt. 13, 4, 1). — Quum in factorum praemiis et poenis quasi facta ipsa compensentur atque ita auctoribus eorum reddantur: satis intelligitur, quod dicitur aliquis κομίζεσθαι *id quod fecit* = facti vel praemium vel poenam, 2 Co. 5, 10. Col. 3, 25; add. παρὰ κυρίου, Eph. 6, 8. (ἕκαστος καθὼς ἐποίησε, κομιεῖται, Barn. ep. 4, 12.)*

**κομψότερον**, neutr. comparat. adjectivi κομψός (a κομέω, comptus, ornatus, elegans, bellus), adverbii vim habens, *elegantius, melius;* κομψότ. ἔχω, *me melius habeo*, de convalescente, Jo. 4, 52 (ὅταν ὁ ἰατρὸς εἴπῃ· κόμψως ἔχεις, Epict. diss. 3, 10, 13; eodem sensu lat. *belle habere*, Cic. epp. ad. div. 16, 15; etiam nos de aegroto melius se habente dicimus: *er befindet sich hübsch; es geht hübsch mit ihm*). Spectat huc glossa Hesychii: κομψότερον· βελτιώτερον, ἐλαφρότερον.*

**κονιάω, ῶ**, pf. pass. κεκονιαμένος (a κονία, quod non solum *pulverem*, sed etiam *calcem* denotat), *calce obduco, dealbo;* τάφοι κεκονιαμένοι (Judaei, ne polluerentur sepulcris attingendis, eorum portas dealbare solebant), Mt. 23, 27; τοῖχος κεκον. vocatur simulator, qui animo malitiam externae pietatis specie occultat, Act. 23, 3. (Dmsth. Arstot. Plut. al.; pro שִׂיד Deut. 27, 2. 4.)*

**κονιορτός, οῦ, ὁ** (ex κονία et ὄρνυμι, excito), 1) pr. *pulvis excitatus* (Hdt. Plat. Polyb.). — 2) univ. *pulvis;* Mt. 10, 14. Lc. 9, 5. 10, 11. Act. 13, 51. 22, 23. (pro אָבָק Ex. 9, 9. Nah. 1, 3; pro עָפָר Deut. 9, 21.*

**κοπάζω**, aor. 1. ἐκόπασα (κόπος), pr. *defatigor;* hinc *a furore et impetu cesso;* — ὁ ἄνεμος (Hdt. 7, 191), Mt. 14, 32. Mc. 4, 39. 6, 51. (Gen. 8, 1. Jon. 1, 11 s.)*

**κοπετός, οῦ, ὁ** (a κόπτομαι, v. in κόπτω), LXX pro מִסְפֵּד; *planctus*, i. e. *lamentatio, in qua prae dolore pectus ferimus;* κοπετὸν ποιεῖσθαι ἐπί τινι, Act. 8, 2; ἐπί τινα, Sach. 12, 10. (Eupolis ap. Bekk. in annott. ad Etym. m. p. 776. Dion. H. antt. 11, 31. Plut. Fab. 17.)*

**κοπή, ῆς, ἡ** (κόπτω), 1) ap. Graecos aliquoties *actus caedendi, incisio, incisum.* — 2) in sacro cod. *caedes, strages;* Heb. 7, 1. Gen. 14, 17. Deut. 28, 25. Jos. 10, 20. Judith 15, 7.*

**κοπιάω, ῶ**, aor. 1. ἐκοπίασα, pf. κεκοπίακα (2 ps. sing. κεκοπίακες, Ap. 2, 3 *Lchm. Tdf.;* cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 38), (κόπος q. v.), 1) ut ap. Arstph. Joseph. Plut. al. *lassesco, fatisco, defatigor* (labore vel onere vel moerore), Mt. 11, 28. Ap. 2, 3; κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, Jo. 4, 6 (ὑπὸ τῆς ὁδοιπορίας, Jos. antt. 2, 15, 3; δραμοῦνται καὶ οὐ κοπιάσουσι, Jes. 40, 31). — 2) in solo sacro cod. *laboro viribus intentis* (LXX pro יָגַע); de labore, qui *corpore* fit, absol. Mt. 6, 28. Lc. 5, 5. 12, 27. Jo. 4,

38. Act. 20, 35. 1 Co. 4, 12. Eph. 4, 28. 2 Tim. 2, 6; τί, in aliqua re, Jo. 4, 38; de labore et contentione *doctorum* in praedicanda et promovenda causa dei et Christi, 1 Co. 15, 10. 16, 16 (coll. Jo. 4, 38); sq. ἐν c. dat. rei, in qua aliquis laborat; ἐν λόγῳ κ. διδασκαλίᾳ, 1 Tim. 5, 17; ἐν ὑμῖν, inter vos, 1 Th. 5, 12; ἐν κυρίῳ (v. in ἐν, p. 146, col. 2), Ro. 16, 12; εἴς τινα, pro aliquo, in alicujus commodum, 16, 6. Gal. 4, 11; εἰς τοῦτο, id respiciens (sc. quod pietas promissionem vitae habet), 1 Tim. 4, 10; εἰς ὅ, quem in finem, Col. 1, 29; εἰς κενόν, frustra, Phil. 2, 16 (κενῶς ἐκοπίασα, de frustrato prophetarum labore, Jes. 49, 4).*

*κόπος, ου, ὁ* (κόπτω), 1) i. q. τὸ κόπτειν, *ictus*. — 2) i. q. κοπετός, *planctus, moestitia* (Jer. 45, 3). — 3) *labor* (ita LXX passim pro עָמָל), i. e. *a*) *molestia* (Aeschyl. Sophocl.), κόπους παρέχειν τινί, molestiam s. negotium facessere alicui, Mt. 26, 10. Mc. 14, 6. Lc. 11, 7. Gal. 6, 17; κόπον παρέχ. τινί, Lc. 18, 5. — *b*) *intenta opera molestiae conjuncta* (Eur. Arstph. al.); univ. plur. 2 Co. 6, 5. 11, 23; de labore manuum, junct. c. μόχθος, 1 Th. 2, 9; ἐν κόπῳ κ. μόχθῳ 2 Co. 11, 27 (ubi *Lchm.* et *Tdf. Trg.* ἐν omittunt); 2 Th. 3, 8; de christianae virtutis opera et labore, 1 Co. 15, 58. Ap. 2, 2; plur. 14, 13; ὁ κόπος τῆς ἀγάπης, labor pro aliorum salute molestias in se suscipiens et perferens, ad quem amor excitat, 1 Th. 1, 3 et in t. vulg. Heb. 6, 10; de doctorum opera et labore, Jo. 4, 38 (de q. l. v. in εἰς, B. 1, 3); 1 Th. 3, 5; de eo, quod eorum doctorum opera efficitur, 1 Co. 3, 8; plur. 2 Co. 10, 15 (cf. Sir. 14, 15).*

*κοπρία, ας, ἡ*, i. q. ἡ κόπρος, *fimus, stercus;* Lc. 13, 8 t. vulg.; 14, 35. (Job. 2, 8. 1 Sam. 2, 8. Neh. 2, 13. 1 Macc. 2, 62.)*

*κόπριον, ου, τό*, i. q. ἡ κόπρος, *fimus, stercus;* plur. Lc. 13, 8 (Heraclit. ap. Plut. mor. p. 669. Strab. 16, p. 784. Epict. diss. 2, 4, 5. Plut. Pomp. c. 48 et ap. al. inferioris aetatis).*

*κόπτω*, impf. 3 ps. plur. ἔκοπτον, med. impf. ἐκοπτόμην, fut. κόψομαι, aor. 1. ἐκοψάμην, *caedo, ferio, tundo* (LXX pro הִכָּה, כָּרַת al.); τὶ ἀπό sive ἔκ τινος, *abscindo*, Mt. 21, 8. Mc. 11, 8. — Med. pectus meum ferio prae moerore, lat. *plango;* Mt. 11, 17. 24, 30 (Aesch. Pers. 683. Plat. al.; LXX saepius ita pro סָפַד); τινά, lugeo aliquem, Lc. 8, 52. 23, 27 (Gen. 23, 2. 1 Sam. 25, 1 al.; Arstph. Lys. 397. Anthol. 11, 135, 1); ἐπί τινα, Ap. 1, 7 (2 Sam. 11, 28); ἐπί τινι, Ap. 18, 9 coll. Zach. 12, 10.*

*κόραξ, ακος, ὁ, corvus;* Lc. 12, 24.*

*κοράσιον, ίου, το* (demin. vocis κόρη), pr. familiaris sermonis vocabulum cum εὐτελισμοῦ dictum (ut nostr. *Mädel*), *puellula* (in epigr. quod Platoni tribuitur ap. Diog. L. 3, 33; Lucian. as. 6); ab inferioris aevi scriptoribus sine εὐτελισμῷ usurpatur, *puella; virgo;* Mt. 9, 24 s. 14, 11. Mc. 5, 41 s. 6, 22. 28. (passim, ita Epictet. diss., velut 2. 1, 18. 3, 2, 8. 4, 10, 32; LXX pro נַעֲרָה; bis etiam pro יַלְדָּה, Joel. 3, 3. Sach. 8, 5). Uberiora de vocis usu et forma v. ap. *Lobeck.* ad Phryn. p. 73 ss. coll. *Sturz* de dialecto maced. p. 42 s.*

*κορβᾶν*, indecl., et *κορβανᾶς*, acc. ᾶν, ὁ (vox hebr. קָרְבָּן, i. e. *oblatio*, LXX ubique δῶρον, qua voce omnia sacrificiorum genera, cruenta et incruenta, comprehenduntur); 1) κορβᾶν, *munus deo oblatum s. offerendum*, Mc. 7, 11. (Jos. antt. 4, 4, 4 de Nasiraeis: οἱ κορβᾶν αὑτοὺς ὀνομάσαντες τῷ θεῷ, δῶρον δὲ τοῦτο σημαίνει κατὰ Ἑλλήνων γλῶτταν, coll. contra Apion. 1, 22.) — 2) κορβανᾶς, *thesaurus sacer, aerarium sacrum*, Mt. 27, 6. (τὸν ἱερὸν θησαυρόν, καλεῖται δὲ κορβανᾶς, Jos. b. j. 2, 9, 4.)*

*Κορέ* (ap. Jos. antt. 4, 2, 1 ss. terminationibus graecis έου, ῇ, ῆν), *ὁ* (hebr. קֹרַח, i. e. glacies, grando), *Core* (ita Vulg.), homo quidam, qui cum aliis contra Mosen rebellavit (Num. 16.); Jud. vs. 11.*

*κορέννυμι* (κόρος, satietas), *satio, saturo;* pass. κορεσθέντες, ut ap. Graecos inde ab Hom. c. genit. rei, qua aliquis saturatur, τροφῆς, Act. 27, 38; trop. κεκορεσμένοι ἐστέ, messianae felicitatis usu expleta sunt desideria vestra, 1 Co. 4, 8.*

*Κορίνθιος, ίου, ὁ, Corinthius, Corinthi incola;* Act. 18, 8. 2 Co. 6, 11.

*Κόρινθος, ου, ἡ, Corinthus*, metropolis Achaiae propriae, sita in isthmo Peloponnesi inter duo maria, ionicum et aegaeum (unde *bimaris* dicta, Horat. od. 1, 7, 2. Ovid. metam. 5, 407), et duobus portibus instructa, quorum unus, Cenchreae dictus (v. in Κεγχρεαί), asianis navibus, alter, Lechaeon appellatus, italicis stationi inserviebat. Devastata est a L. Mummio, consule Romanorum, in bello Achaico, a. 147 ante Chr., sed elapso seculo a Julio Caesare restituta. Mercaturâ quidem ac divitiis, litteris artibusque, inprimis rhetorum et philosophorum studiis florebat, at vero etiam ob luxuriam et morum corruptelam, inprimis impurum Veneris cultum notata erat. Venit huc secundo suo apostolico itinere anno 53 s. 54 post Chr. Paulus ac coetum christianum condidit; Act. 18, 1. 19, 1. 1 Co. 1, 2. 2 Co. 1, 1. 23. 2 Tim. 4, 20.*

*Κορνήλιος, ίου, ὁ*, nomen latinum, *Cornelius*, centurio quidam romanus, Caesareae versans, a Petro ad Christum conversus; Act. 10, 1 ss.*

*κόρος, ου, ὁ* (hebr. כֹּר) *corus*, mensura maxime aridorum (ut tritici, farinae etc.), auctore Josepho (antt. 15, 9, 2) aequans decem medimnos atticos, Lc. 16, 7. (LXX 3 Reg. 4, 22. 5, 11. 2 Chr. 2, 10.)*

*κοσμέω, ῶ*, 3 ps. pl. impf. ἐκόσμουν, aor. 1. ἐκόσμησα, pf. pass. κεκόσμημαι (κόσμος), 1) *adorno, instruo, praeparo, adapto;* τὰς λαμπάδας (nostr. *zurechtmachen, herrichten*), Mt. 25, 7 (δόρπον, Hom. Od. 7, 13; τράπεζαν, Xen. Cyr. 8, 2, 6. 6, 11. LXX Ez. 23, 41 [ubi pro עָרַךְ]; Sir. 29, 26; προςφοράν, 50, 14 et aliis ap. alios exemplis). — 2) *orno* (ap. Graecos ita inde ab Hesiodo; LXX aliquoties pro עָדָה); propr. οἶκον, pass. Mt. 12, 44. Lc. 11, 25; τὰ μνημεῖα, ornamentis instruo, Mt. 23, 29 (τάφους Xen. mem. 2, 2, 13); τὸ ἱερὸν λίθοις καὶ ἀναθέμασι, pass. Lc. 21, 5; τοὺς θεμελίους τοῦ τείχους λίθῳ τιμίῳ, Ap. 21, 19; τινά (vestibus), νύμφην, pass. Ap. 21, 2; ἑαυτὰς ἔν τινι, 1 Tim. 2, 9 (de q. l. v. in καταστολή); — metaph. i. q. *honorem concilio, honesto* (Pind. nem. 6, 78. Thuc. 2, 42; κεκοσμ. τῇ ἀρετῇ, Xen. Cyr. 8, 1, 2); ἑαυτάς sq. ptcp. actum denotante, quo se aliqua honestat, 1 Pet. 3, 5; τὴν διδασκαλίαν ἐν πᾶσιν, omnibus in rebus, Tit. 2, 10.*

*κοσμικός, ή, όν* (κόσμος), *mundanus*, Vulg. *secularis;* i. e. 1) *ad rerum universitatem spectans;* τοὐρανοῦ τοῦδε καὶ τῶν κοσμικῶν πάντων, Aristot. phys. 2, 4; opp. ἀνθρώπινος, Lcian. paras. 11; κοσμικὴ διάταξις, Plut. consol. ad Apoll. c. 34. — 2) *terrestris;* τὸ ἅγιον κοσμικόν, sanctuarium terrestre, Heb. 9, 1. — 3) *hujus* (i. e. quod nunc est) *corrupti aevi indolem referens;* αἱ κοσμικαὶ ἐπιθυμίαι, Tit. 2, 12 (ita etiam in eccles. scriptis).*

*κόσμιος, ιον*, ap. Graecos trium terminationum, cf. *Win.* §. 11, 1 (κόσμος), *bene compositus, decorus, modestus;* 1 Tim. 2, 9; de homine decore vivente, 1 Tim. 3, 2. (Arstph. Xen. Plat. Isocr. Lys. al.)*

*κοσμοκράτωρ, ορος, ὁ* (κοσμος et κρατέω), *imperator mundi, hujus seculi princeps;* plur. οἱ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, dicuntur diabolus ac daemones, Eph. 6, 12 coll. vs. 11. Jo. 12, 31. 2 Co. 4, 4; v. in ἄρχων. (Habetur vox in Orph. 8, 11. 11, 11; in scriptis eccles. de

satana; ap. Rabbinos קוסמוקרטור tum de humanis principibus, tum de angelo mortis; cf. *Buxtorf* lex. talm. et rabb. p. 2006.)*

*κόσμος, ου, ὁ,* 1) ap. Graecos inde ab Hom. *apta* et *concinna dispositio* vel *constitutio, ordo.* — 2) ut ap. Graecos inde ab Hom. *mundus*, i. e. *ornatus, ornamentum, decus; ἐνδύσεως ἱματίων,* 1 Pet. 3, 3. (Sir. 6, 29. 21, 21. 2 Macc. 2, 2; LXX pro צָבָא de ordine stellarum tamquam ornatu coeli, Gen 2, 1. Deut. 4, 19. 17, 3. Jes. 24, 21. 40, 26; praeterea passim pro עֲדִי; bis pro תִּפְאֶרֶת, Prov. 20, 29. Jes. 3, 18.) — 3) *mundus*, i. e. *rerum universitas* („quem *κόσμον* Graeci nomine ornamenti appellarunt, eum nos a perfecta absolutaque elegantia mundum," Plin. h. n. 2, 3; quo sensu nomine primus Pythagoras usus esse dicitur, Plut. de plac. philos. 2, p. 886 b; sed ex aliorum relationibus ita dixit *coelum*, Diog. L. 8, 48., de quo passim etiam ab aliis Graecis dicitur); Act. 17, 24. Ro. 4, 13 (ad q. l. cf. *Meyer, Tholuck, Philippi*); 1 Co. 3, 22. 8, 4. Phil. 2, 15; praevalente spatii notione, in dictione hyperbolica, Jo. 21, 25 (Sap. 7, 18. 9, 3. 2 Macc. 8, 18; *κτίζειν τ. κόσμον,* Sap. 11, 18; *ὁ τοῦ κόσμου κτίστης,* 2 Macc. 7, 23. 4 Macc. 5, 24; quo significatu in reliquis V. Ti. libris non habetur, etsi ad eum respicitur Prov. 17, 6., de q. l. vide infra in n. 8); in phrasibus *πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι,* Jo. 17, 3; *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου* et *πρὸ κατ. κόσμου* (de quibus v. in *καταβολή*); *ἀπὸ κτίσεως κόσμου,* Ro. 1, 20; *ἀπ' ἀρχῆς κ.,* Mt. 24, 21 (de absentia articuli cf. *Win.* p. 117; *Buttm.* ntl. Gr. p. 78). — 4) *orbis terrarum, terra, tellus* (perraro sic ap. Graecos, nec nisi post Ptolemaeorum aetatem; ita in corp. inscrr. 1, nr. 394. 1306); Mc. 16, 15. 1 Tim. 6, 7; *βασιλεία τοῦ κόσμου,* Ap. 11, 15; plur. Mt. 4, 8 (pro quo Lc. 4, 5 *τῆς οἰκουμένης*); *τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου,* de sole, Jo. 11, 9; *ἐν ὅλῳ τῷ κ.* proprie Mt. 26, 13; hyperbolice i. q. longe lateque, diversissimis in locis, Ro. 1, 8; *ὁ τότε κόσμ.* 2 Pet. 3, 6; terra cum incolis: *ζῆν ἐν κόσμῳ,* opp. mortuis, Col. 2, 20 (*λῃστὴς ἦν καὶ κλέπτης ἐν τῷ κόσμῳ,* i. e. inter vivos in terra, Ev. Nicod. 26). — Ex usu a profanis alieno 5) *incolae mundi; θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις,* 1 Co. 4, 9; potissimum *incolae telluris, homines, genus humanum* (ita primum in libro sapientiae), Mt. 13, 38. 18, 7. Mc. 14, 9. Jo. 1, 10. 29. 3, 16 s. 6, 33. 51. 8, 26. 12, 47. 13, 1. 14, 31. 16, 28. 17, 6. 21. 23. Ro. 3, 6. 19. 1 Co. 1, 27 s. 4, 13. 5, 10. 14, 10. 2 Co. 5, 19. Jac. 2, 5. 1 Jo. 2, 2; *ἀρχαῖος κόσμος,* de hominibus ante diluvium, 2 Pet. 2, 5; *γεννᾶσθαι εἰς τ. κ.,* Jo. 16, 21; *ἔρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον* (Jo. 9, 39) et *εἰς τ. κ. τοῦτον,* prodire s. exsistere inter homines, dic. de lumine, quod in Christo hominibus illuxit, Jo. 1, 9. 3, 19 coll. 12, 46; de Messia, 6, 14. 11, 27; de Jesu Messia, 9, 39. 16, 28. 18, 37. 1 Tim. 1, 15; item *εἰςέρχεσθαι εἰς τ. κ.,* Heb. 10, 5; de falsis doctoribus, 2 Jo. vs. 7 (de iis *ἐξέρχ. εἰς τ. κ.* *Lchm. Tdf. Trg.*); *invadere,* de malis in humano genere exsistentibus et vim suam exercere incipientibus; de peccato et morte, Ro. 5, 12 (de morte Sap. 2, 24. Clem. Rom. 1 Co. 3, 4; de idololatria, Sap. 14, 14); — *ἀποστέλλειν τινὰ εἰς τ. κ.,* Jo. 3, 17. 10, 36. 17, 18. 1 Jo. 4, 9; *φῶς τοῦ κ.,* Mt. 5, 14. Jo. 8, 12. 9, 5; *σωτὴρ τοῦ κ.,* 4, 42. 1 Jo. 4, 14 (*σωτηρία τοῦ κ.,* Sap. 6, 24; *ἐλπὶς τοῦ κ.,* 14, 6; *πρωτόπλαστος πατὴρ τοῦ κ.,* de Adamo, 10, 1); *στοιχεῖα τοῦ κ.* (v. in *στοιχεῖον*); *ἐν τῷ κόσμῳ,* inter homines, Jo. 16, 33. 17, 13. Eph. 2, 12; *ἐν κόσμῳ* (v. *Win.* p. 117), 1 Tim. 3, 16; *εἶναι ἐν τῷ κ.,* inter homines versari, Jo. 1, 10. 9, 5. 17, 11 (vs. 12 t. vulg. *Grsb.*); 1 Jo. 4, 3; *εἶναι ἐν κόσμῳ,* adesse, Ro. 5, 13; *ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ κόσμου,* ex hominum societate secedere et extra eam domicilium quaerere, 1 Co. 5, 10; *ἀναστρέφεσθαι ἐν τῷ κ.,* se gerere, 2 Co. 1, 12; item *εἶναι ἐν τῷ κ. τούτῳ,* 1 Jo. 4, 17. — dic. speciatim de *universitate gentilium,* Ro. 11, 12 (ubi alternat cum *τὰ ἔθνη*), Ro. 11, 12. 15; — hyperbolice i. q. *plurimi in aliquo loco homines; multitudo* (quod nos dicimus *das Publicum*), Jo. 7, 4. 12, 19. 14, 19. 22. 18, 20. — i. q. *universitas, ἀσεβῶν,* 2 Pet. 2, 5. — 6) *profanum vulgus; universitas hominum perversorum, a deo alienorum ideoque causae Christi infestorum;* Jo. 7, 7. 14, 27. 15, 18 s. 16, 8. 20. 33. 17, 9. 14 s. 25. 1 Co. 1, 21. 6, 2. 11, 32. 2 Co. 7, 10. Jac. 1, 27. 1 Pet. 5, 9. 2 Pet. 1, 4. 2, 20. 1 Jo. 3, 1. 13. 4, 5. 5, 19; de impiorum et improborum universitate temporis V. Ti. Heb. 11, 38; temporis noachici, ibid. vs. 7; add. *οὗτος,* Eph. 2, 2 (de quo loco v. in *αἰών,* p. 13, col. 1); *εἶναι ἐκ τοῦ κόσμ.* et *ἐκ τοῦ κ. τούτου* (v. in *εἰμί,* p. 123, col. 2), Jo. 8, 23. 15, 19. 17, 14. 16. 1 Jo. 4, 5; *λαλεῖν ἐκ τοῦ κόσμου,* loqui ut fert ingenium et sentiendi ratio mundi, 1 Jo. 4, 5; *ὁ ἄρχων τοῦ κ. τούτου,* i. e. diabolus, Jo. 12, 31. 14, 30. 16, 11; *ὁ ἐν τῷ κ.,* qui in mundo efficax est (item de diabolo), 1 Jo. 4, 4; *τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου,* 1 Co. 2, 12; *ἡ σοφία τοῦ κ. τούτου,* ibid. 1, 20. 3, 19. — 7) *res mundanae; complexus terrestrium rerum, bonorum, facultatum, opium, divitiarum, commodorum, voluptatum, quae, etsi vanae et fragiles et interiturae, cupiditates excitant, a deo abducunt causaeque Christi impedimenta opponunt;* Gal. 6, 14. 1 Jo. 2, 16 s. 3, 17; *εἶναι ἐκ τοῦ κ.,* terrestris originis et naturae esse, Jo. 18, 36; paulo aliter 1 Jo. 2. 16, de quo loco v. p. 123, col. 2; *κερδαίνειν τὸν κ. ὅλον,* Mt. 16, 26. Mc. 8. 36. Lc. 9, 25; *οἱ χρώμενοι τῷ τούτῳ,* 1 Co. 7, 31; *μεριμνᾶν τὰ τοῦ κ.,* vs. 33 s.; *φίλος* et *φιλία τοῦ κ.,* Jac. 4, 4; *ἀγαπᾶν τὸν κ.,* 1 Jo. 2, 15; *νικᾶν τὸν κ.,* incitamenta ad peccandum a mundo proficiscentia, 5, 4 s.; impedimenta causae dei opposita, Jo. 16, 33. — *quaevis qualiumcunque singulorum complexus s. universitas; ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας,* omnium improbitatum complexus, Jac. 3, 6; *τοῦ πιστοῦ ὅλος ὁ κόσμος τῶν χρημάτων, τοῦ δὲ ἀπίστου οὐδὲ ὀβολός* (quod enuntiatum debetur soli alexandrino interpreti), Prov. 17, 6. — Inter N. Ti. scriptores voce *τοῦ κόσμου* nullus frequentius utitur quam Joannes; ap. Mc. ter, in Lucae scriptis quater, in apocalypsi ter offenditur. — Cf. *Kreiss* sur le sens du mot *κόσμος* dans le N. T. Strassb. 1837. *Düsterdieck* ad 1 Jo. 2, 15. p. 247—259. *Zezschwitz* Profangräcität u. bibl. Sprachgebrauch p. 21 ss. *Diestel* in *Herzog* Enc. 17, p. 676 ss.; de joanneo vocis usu cf. *Reuss* Histoire de la theologie chrétienne au siècle apostolique. T. II. p. 372 ss. coll. ejusd. Johanneische Theologie, in Beiträge zu den theol. Wissenschaften, Fasc. I, p. 29 ss.*

*Κούαρτος, ου, ὁ* (nom. lat.), *Quartus*, Christianus quidam ignotus; Ro. 16, 23.*

*κοῦμι, Trg. κοῦμ, Tdf. κούμ* (vox hebr. קוּמִי), *surge;* Mc. 5, 41.*

*κουστωδία, ας, ἡ* (vox latina), *custodia;* de militibus romanis sepulcrum Christi custodientibus, Mt. 27, 65 s. 28, 11. (Ev. Nic. c. 13.)*

*κουφίζω,* 3 ps. pl. impf. *ἐκούφιζον* (*κοῦφος,* levis), 1) intrans. *levis sum* (Hes. Eur. Dio C.). — 2) inde ab Hippocr. plerumque trans. *levo;* ejectis oneribus navem, Act. 27, 38 (LXX. Jon. 1, 5 et saepe ab Polyb.).*

*κόφινος, ου, ὁ, cophinus, corbis, canistrum;* Mt. 14, 20. Mc. 6, 43. Lc. 9, 17. Jo. 6, 13. (Judd. 6, 19. Ps. 81 7. Arstph. av. 1310. Xen. mem. 3, 8, 6 et ap. al.)*

*κράββατος*, (*Lchm. Tdf. Trg. κράβαττος*, Cod. Sin. *κραβακτος*); *ου, ὁ, grabatus* (lectus vilior, unum tantummodo hominem capiens, Graecis *σκίμπους, σκιμπόδιον*); Mc. 2, 4. 9. 11 s. 6, 55. Jo. 5, 8—12. Act. 5, 15. 9, 33. Cf. *Sturz* de dial. maced. p. 175 s. *Lob.* ad Phryn. p. 62. *Volkmar* Die Evangelien od. Marcus u. d. Synopsis, p. 131.*

*κράζω* (*α* producitur, unde ptcp. *κρᾶζον*, Gal. 4, 6. *Lchm. Tdf. Trg.*); impf. *ἔκραζον*, fut. *κεκράξομαι* (Lc. 19, 40 t. vulg. *Grsb. Lchm.*) et *κράξω* (ibid. *Tdf. Trg.*), quarum formarum illa Graecis usitatior est et a LXX interpretibus usurpatur, cf. Mich. 3, 4. Job. 35, 12 al.); aor. 1. *ἔκραξα* (semel Act. 24, 21 *Tdf. ἐκέκραξα*, e forma LXX interpretibus frequentata; nativis Graecis usitatior est aor. 2. *ἔκραγον*); pf. *κέκραγα*, significatu praesentis (Jo. 1, 15); cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 223; *Al. Bttm.* ntl. Gr. p. 53; *Kühner* I, p. 851; LXX pro צָעַק, זָעַק, קָרָא, שִׁוַּע; — 1) pr. *crocito*, nostr. *krächzen*; de corvorum vocibus (Theophr.), hinc univ. *clamo, clamorem* s. *altam vocem edo, vociferor*; potissimum de sonis non articulatis, Mc. 5, 5. 9, 26. 15, 39. Lc. 9, 39. Ap. 12, 2; *ἀπὸ τοῦ φόβου*, Mt. 14, 26; add. *φωνῇ μεγάλῃ*, Mt. 27, 50. Mc. 1, 26. Act. 7, 57. Ap. 10, 3; *ὄπισθέν τινος*, clamoribus prosequor aliquem, Mt. 15, 23; ut זָעַק et צָעַק (Gen. 4, 10. 18, 20), i. q. *vindictam posco* s. *imploro*, Jac. 5, 4. — 2) *exclamo, alta voce loquor* (*laut rufen*); *τί*, Act. 19, 32. 24, 21; sq. orat. directa Mc. 10, 48. 15, 14. Lc. 18, 39. Jo. 12. 13 t. vulg. *Grsb.*; Act. 19, 34. 21, 28. 36. 23, 6; add. *φωνῇ μεγάλῃ*, sq. orat. dir., Mc. 5, 7. Act. 7, 60; *ἐν φωνῇ μεγ.*, Ap. 14, 15 et ap. *Tdf.* 19, 17; *κράζω λέγων*, clamo his verbis utens, Mt. 8, 29. 14, 30. 20, 30 s. 21, 9. 27, 23. Mc. 3, 11. 11, 9. Jo. 19, 12. Act. 16, 17. 19, 28. Ap. 18, 18; *κράζω φωνῇ μεγάλῃ λέγων*, Ap. 6, 10. 7, 10. 19, 17; *κράξας ἔλεγε*, Mc. 9, 24; *κράζειν κ. λέγειν*. Mt. 9, 27. 21, 15. Mc. 10, 47. [Lc. 4, 41 t. vulg. *Grsb. Trg.*] Act. 14, 14; de iis, qui aliquid palam et solenniter pronuntiant s. docent, Ro. 9, 27; *κέκραγε* et *ἔκραξε λέγων*, sq. orat. dir., Jo. 1, 15. 7, 37; *ἔκραξε διδάσκων κ. λέγων*, vs. 28; *ἔκραξε κ. εἶπεν*, 12, 44; de iis, qui cum affectu preces ad deum fundunt, sq. orat. dir., Ro. 8, 15. Gal. 4, 6 (ita frequentissime in V. T., ut Job. 35, 12. Ps. 34, 7; plerumque add. *πρὸς κύριον, πρὸς τὸν θεόν*, Judd. 10, 12. Ps. 3, 5. 107, 13 al.) — *τινί, acclamo*; Ap. 7, 2. 14. 15 (coll. Ps. 119. 145; *ἕτερος πρὸς ἕτερον*, Jes. 6, 3).

*κραιπάλη, ης, ἡ* (a *ΚΡΑΣ*, caput, et *πάλλω*, jacto; ita vocis originem explicant Galen. et Clem. Alex. Paedag. 2, 2 et Phryn. in *Bekk.* anecd. p. 45, 13), *crapula* (i. e. affectio et vertigo capitis facta ex vino intemperantius hausto); Lc. 21, 34. (Arstph. Acharn. v. 276. Alciphr. 3, 24. Plut. mor. p. 127; Lucian. Hdian. 2, 5, 1.)*

*κρανίον, ου, τό* (demin. nominis *κρᾶνον*), *cranium, calva*; Vulg. *calvaria*; Mt. 27, 33. Mc. 15, 22. Lc. 23, 33. Jo. 19, 17; v. in *Γολγοθά*. (Judd. 9, 33. 3 Reg. 9, 35. Hom. Il. 8, 84. Pind. Eur. Plat. Lcian. Hdian.)*

*κράσπεδον, ου, τό*, ap. Graecos *extremitas* s. *prominens rei pars* (nostr. *Saum, Rand*); *fimbria vestimenti*; in N. T. pro hebr. צִיצִת, i. e. *pannulus ex ora pallii dependens*, textum laneum contortum (*Quaste, Troddel*); Mt. 9, 20. 14. 36. 23, 6. Mc. 6, 56. Lc. 8, 44. Cujusmodi pannulos adsutos palliis habebant Judaei, ut memores essent legis juxta Num. 15, 37 s. Cf. *Win.* RWB. s. v. *Saum.**

*κραταιός, ά, όν* (*κράτος*), LXX maxime pro חָזָק, *robustus, potens*; *ἡ κρ. χεὶρ τοῦ θεοῦ*, i. e. potentia dei, 1 Pet. 5, 6; *τοῦ κυρίου*. Bar. 2, 11. 3 Esr. 8. 47. 61 et saepe ap. LXX. (Antiquiore Graecorum aetate tantummodo poetae hoc nomine utebantur pro usitatiore *κρατερός*, inferiore demum aevo etiam solutae orationis scriptores.)*

*κραταιόω, ῶ*, 3 ps. sing. impf. *ἐκραταιοῦτο*, inf. aor. 1. pass. *κραταιωθῆναι* (*κράτος*), solius biblicae et ecclesiasticae graecitatis verbum pro Graecorum *κρατύνω*; LXX maxime pro חָזַק; passivum aliquoties pro אָמֵץ; — *roboro, validum reddo, vires addo*; Vulg. *conforto*; pass. *validus reddor, augeor viribus* (*erstarken*); pass. c. dat. relationis, *πνεύματι*, Lc. 1, 80. 2, 40 (quo altero loco *Tdf.* et *Trg. πνεύματι* omittunt); *δυνάμει*, Eph. 3, 16 (cf. *ἰσχύειν τοῖς σώμασι*, Xen. mem. 2, 7, 7); *ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε*, i. e. *fortes vos praestate*, 1 Co. 16, 13. (*ἀνδρίζεσθε κ. κραταιούσθω ἡ καρδία ὑμῶν*, Ps. 31, 24; *κραταιοῦσθε κ. γίνεσθε εἰς ἄνδρας*, 1 Sam. 4, 9; *ἀνδρίζου καὶ κραταιωθῶμεν*, 2 Sam. 10, 12.)*

*κρατέω*, aor. 1. *ἐκράτησα*, inf. pf. *κεκρατηκέναι*, 3 ps. pl. pf. pass. *κεκράτηνται* (*κράτος*), LXX maxime pro חָזַק, etiam pro אָחַז (capio) al.; inde ab Hom., 1) *potestatem habeo, potens sum, princeps sum, impero*; absol. pro מָלַךְ, Esth. 1, 1. 3 Esr. 4, 38; *ὁ κρατῶν*, Sap. 14, 19; *οἱ κρατοῦντες*, 2 Macc. 4, 50; *τινός*, impero alicui, Prov. 16, 32. 17, 2 (pro מָשַׁל); Sap. 3, 8; numquam ita in N. T. — 2) *potior*; i. e. *a*) *compos fio, consequor*; *τῆς προθέσεως*. Act. 27, 13. — *b*) *prehendo*; *τῆς χειρός τινος*, Mt. 9, 25. Mc. 1, 31. 5, 41. (9, 27 *Lchm. Tdf. Trg.*) Lc. 8, 54; *τινὰ τῆς χειρός*, manu prehendo aliquem, Mc. 9, 27 t. vulg. *Grsb.*; cf. *Matthiae* §. 331; *τινά*, prehensum teneo, ne me dimittat, Act. 3, 11; cf. *Meyer* ad l.; *τοὺς πόδας τινός*, genua alicujus amplector, Mt. 28, 9; trop., *τὸν λόγον*. mente arripio, Mc. 9, 10 (*πρὸς ἑαυτούς* junge c. *συζητοῦντες*). — *c*) *comprehendo*; *τινά*, manibus ei injectis, quem in meam potestatem recipiam, Mt. 14, 3. 18, 28. 21, 46. 22, 6. 26, 4. 48. 50. 55. 57. Mc. 3, 21. 6, 17. 12, 12. 14, 1. 44. 46. 49. 51. Act. 24, 6. Ap. 20. 2 (2 Sam. 6, 6. Ps. 137, 9) *τί*, Mt. 12, 11. — 3) *teneo*; i. e. *a*) *manu teneo*, *τὶ ἐν τῇ δεξιᾷ*, Ap. 2, 1 (*τῇ ἀριστερᾷ τὸν ἄρτον*, Plut. mor. p. 99 d). — *b*) *firmiter teneo*, i. e. trop. *non abjicio, sed diligenter et fideliter servo*; *ὃ ἔχετε, ἔχεις*, Ap. 2, 25. 3, 11; *τὸ ὄνομά μου*, 2, 13; alicujus auctoritatem, *τὴν κεφαλήν*, i. e. *ἐκεῖνον, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλή*, Christum, Col. 2, 19; *τὴν παράδοσιν*, Mc. 7, 3 s. 8; *τὰς παραδόσεις*, 2 Th. 2, 15; *τὴν διδαχήν*, Ap. 2, 14 s.; etiam c. gen. rei, de bonis, quorum *singuli sunt participes*; *τῆς ὁμολογίας*, Heb. 4, 14; *τῆς ἐλπίδος*, 6, 18 (cf. 2 Sam. 3, 6). — *c*) *retineo*, de morte aliquem retinente, pass. Act. 2, 24; *τὰς ἁμαρτίας* (opp. *ἀφίημι*), non dimitto peccata, i. e. non condono, Jo. 20, 23; *cohibeo, coërceo, impedio*; sq. *ἵνα μή*, Ap. 7, 1; sq. *τοῦ μή*, Lc. 24, 16. — De structura verbi c. genit. et accus. cf. *Matthiae* §. 359 s. *Win.* p. 190. *Bttm.* ntl. Gr. p. 140.*

*κράτιστος, η, ον*, superl. adjectivi *κρατύς* (*κράτος*), *potentissimus, fortissimus, nobilissimus, perillustris, optimus, praestantissimus*; vocat. *κράτιστε* in compellationibus virorum generis vel muneris dignitate conspicuorum, Act. 23, 26. 24, 3. 26, 25 (exempla ex inferioris aetatis scriptoribus congessit *Otto* de epistola ad Diognetum [Jen. 1844] p. 79 ss et in Epistola ad Diogn. ed. Lips. p. 53 ss.); fortasse etiam amicitiae declarandae inserviit, *optime, praestantissime* (ut Theophr. char. 5. Dion. Hal. de oratt. 1. Jos. antt. 4, 6, 8), Lc. 1, 3, quia Act. 1, 1 in compellatione ejusdem viri omittitur. Cf. *Grimm* in Jahrbb. f. deutsche Theol. 1871, p. 50 s.*

*κράτος, εος* (*ους*), *τό*, hebr. עֹז, 1) *vis, robur*. — 2) *potentia*; *τὸ κράτος τῆς ἰσχύος αὐτοῦ*, potentia roboris ejus, Eph. 1, 19. 6, 10; *τῆς δόξης αὐτοῦ*, Col. 1, 11; *κατὰ κράτος, potenter, magna vi*, *ηὔξανε*, Act. 19, 20; meton. *potenter factum, opus poten-*

*tiae; ποιεῖν κρ.* (cf. *ποιεῖν δυνάμεις*), Lc. 1, 51. — 3) *imperium;* in doxologia, 1 Tim. 6, 16. 1 Pet. 4, 11. 5. 11. Jud. vs. 25. Ap. 1, 6. 5, 13; *τινός* (gen. obj.), Heb. 2, 14 (*τὸ Περσέων κράτος ἔχοντα*, Hdt. 3, 69).*

*κραυγάζω*, 3 ps. pl. impf. *ἐκραύγαζον*, fut. *κραυγάσω*, aor. 1. *ἐκραύγασα* (*κραυγή*). *clamo, vociferor* (i. q. *κράζω*); Mt. 12, 19. Act. 22. 23; *exclamo*, sq. orat. dir., Jo. 19, 15 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* 12, 13; add. *λέγων*, clamo his verbis utens, sq. orat. dir. Jo. 18, 40. 19, 6 (quo l. *Tdf. λέγοντες* omittit); et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* etiam vs. 12; *κραυγάζειν κ. λέγειν*, Lc. 4, 41 *Lchm. Tdf.; κραυγάζ. φωνῇ μεγάλῃ*, sq. orat. dir., Jo. 11, 43. — *τινί, acclamo alicui* (v. in *κράζω*), sq. orat. dir. Mt. 15, 22 t. vulg. *Grsb.* Vox raro exstat ap. Graecos; Dem. p. 1258, 26; de acclamationibus in theatris, Epict. diss. 3, 4, 4; de corvo 3, 1, 37; Galen. al.; primum in fragm. poetae ap. Plat. rep. 10, p. 607 b; semel in V. T. Esr. 3, 13. Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 337.*

*κραυγή, ῆς, ἡ*, LXX pro צְעָקָה, זְעָקָה, שַׁוְעָה, תְּרוּעָה al. — *clamor, vociferatio;* Mt. 25, 6. (Lc. 1, 42 *Tdf. Trg.*) Act. 23, 9. Eph. 4, 31 et t. vulg. *Grsb.* Ap. 14, 18; de ejulatu afflictorum Heb. 5, 7. Ap. 21, 4.*

*κρέας*, plur. *κρέα* (cf. *Win.* p. 63), LXX persaepe pro בָּשָׂר, *caro* (animalis mactati), Ro. 14, 21. 1 Co. 8, 13.*

*κρείττων* et (1 Co. 7, 38. Phil. 1, 23; aliis locis variat lectio inter utramque formam, inpr. 1 Co. 7, 9. 11, 17. Heb. 6, 9) *κρείσσων, ονος*, neutr. *ον* (comparativus positivi *κρατύς*, v. in *κράτιστος*, cf. *Kühner* I, p. 436), *melior;* i. e. *a*) *utilior;* 1 Co. 11, 17 (12, 31 t. vulg. *Grsb.*); Heb. 11, 40. 12, 24; add. *πολλῷ μᾶλλον*, Phil. 1, 23; *κρεῖσσον* (adv.) *ποιεῖν*, 1 Co. 7, 38; *κρεῖττόν ἐστιν, magis conducit*, sq. inf. 1 Co. 7, 9. 2 Pet. 2, 21. — *b*) *praestantior;* Heb. 1, 4. 6, 9. 7, 7. 19. 22. 8, 6. 9, 23. 10, 34. 11, 16. 35; *κρ. ἐστιν*, sq. inf. 1 Pet. 3, 17.*

*κρέμαμαι*, v. vocem seq.

*κρεμάννυμι*, etiam *κρεμαννύω, κρεμάω, ῶ*, atque (LXX Job. 26, 7 et ap. Byzant.) *κρεμάζω* (in N. T. forma praesentis non exstat), aor. 1. *ἐκρέμασα*, pass. aor. 1. *ἐκρεμάσθην*, inde ab Hom., LXX pro תָּלָה, *suspendo* (*aufhängen*); *τὶ ἐπί τι* (t. vulg. *Grsb.*), *περί τι* (*Lchm. Tdf. Trg.*), Mt. 18, 6; *τινὰ ἐπὶ ξύλου*, Act. 5, 30. 10, 39 (Gen. 40, 19. 22. Deut. 21, 22. Esth. 6, 4 al.); simplic. *κρεμασθείς*, de cruci affixo, Lc. 23, 39. — Med. *κρέμαμαι* (pro *κρεμάννυμαι* cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 224), intrans. *suspensus sum, pendeo;* sq. *ἐκ* c. gen. rei, Act. 28, 4 (v. in *ἐκ*, I, 3); *ἐπὶ ξύλου*, de cruci affixo, Gal. 3, 13; trop. *ἔν τινι*, Mt. 22, 40, ubi sententia: his duobus praeceptis tota lex et prophetae (i. e. V. Ti. doctrina de moribus) comprehenduntur.*

*κρημνός, ου, ὁ* (a *κρεμάννυμι*), *locus praeruptus, praecipitium;* Mt. 8, 32. Mc. 5, 13. Lc. 8, 33. (2 Chr. 25, 12; ap. Graecos inde ab Hom.)*

*Κρής, ὁ*, plur. *Κρῆτες, Cretensis*, Cretae insulae incola; Act. 2, 11. Tit. 1, 12.*

*Κρήσκης, ὁ*, lat. *Crescens*, vir ignotus, 2 Tim. 4, 10.

*Κρήτη, ης, ἡ, Creta*, insula Archipelagi mediterranei maxima et fertilissima, hodie *Candia* dicta; Act. 27, 7. 12 s. 21. Tit. 1, 5.*

*κριθή, ῆς, ἡ* (ap. Graecos tantum in plur. *αἱ κριθαί*), LXX pro שְׂעֹרָה, *hordeum;* Ap. 6, 6 t. vulg. *Grsb. κριθῆς, Lchm. Tdf. Trg.* plur. *κριθῶν*.*

*κρίθινος, η. ον* (*κριθή*), *hordaceus; ἄρτοι* (4 Reg. 4, 42 coll. Judd. 7, 13), Jo. 6, 9. 13.*

*κρίμα* s. *κρῖμα* (de accentu v. in *κλίμα*), *τος, τό* (a *κρίνω*, q. v.; ut *κλίμα* a *κλίνω*), LXX persaepe pro מִשְׁפָּט; 1) *decretum;* plur. *τοῦ θεοῦ*, Ro. 11, 33 (Ps. 119, 75). — 2) *judicium;* i. e. censura vitiorum, judicium vel severius vel aequius, quod quis de aliorum vitiis fert; *κρίματί τινι κρίνειν*, Mt. 7, 2; sensu forensi: sententia *judicis;* c. gen. poenae, quae alicui decernitur. *θανάτου*, Lc. 24, 20; maxime sententia *dei* judicis; *τὸ κρίμα - - εἰς κατάκριμα*, sententia (qua deus peccatum morte puniendum dixit) in condemnationem cessit, i. e. condemnationi fuit omnibus, qui peccaverunt ideoque mortis poenam dederunt, Ro. 5, 16; inprimis ubi agitur de demonstranda dei in *puniendo* justitia, *sententia damnatoria* (*Strafurtheil*), 2 Pet. 2, 3. Jud. vs. 4; c. gen. ejus, qui sententiam fert, *τοῦ θεοῦ*, Ro. 2, 2 s.; *λαμβάνεσθαι κρίμα*, Mt. 23, 14 t. vulg.; Mc. 12, 40. Lc. 20, 47. Ro. 13, 2. Jac. 3, 1; is, de quo tulit deus sententiam, dic. *ἔχειν κρίμα*, 1 Tim. 5, 12; *βαστάζειν τὸ κρίμα*, sententiae damnatoriae vim sustinere in luendis poenis (v. in *βαστάζω*), Gal. 5, 10; *κρίμα ἐσθίειν ἑαυτῷ*, ita edere, ut in dei judicium s. poenam incurras, 1 Co. 11, 29; *εἰς κρίμα συνέρχεσθαι*, ut incurratis in sententiam dei damnatoriam, vs. 34; *εἶναι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι*, eidem censurae subesse, eandem poenam luere, Lc. 23, 40; c. genit. ejus, de quo fertur damnatoria sententia, Ro. 3, 8. 1 Tim. 3, 6. Ap. 17, 1. — *judicium, quod habetur s. exercetur;* a deo per ea, quae Christus in terris effecit, *εἰς κρίμα ἐγὼ εἰς τ. κόσμον τοῦτον ἦλθον*, ubi explicationis causa adduntur *ἵνα κτλ.*, eum in finem, ut .., Jo. 9. 39; *τὸ κρίμα ἄρχεται*, judicii exsecutio in sumendis poenis conspicua, 1 Pet. 4, 17; *judicium extremum* dicitur *τὸ κρ. τὸ μέλλον*, Act. 24, 25; *κρ. αἰώνιον*, aeternum valens, Heb. 6, 2; *juris, quod alicujus est, vindicatio, κρίνειν τὸ κρίμα τινὸς ἔκ τινος*, jus alicui vindicare vindictâ s. poenâ ab aliquo sumendâ, Ap. 18, 20 (v. in *ἐκ* I, 7); i. q. *judicandi potestas et negotium; κρ. διδόναι τινί*, Ap. 20, 4. — 3) *res judici decernenda, lis, causa* (*Rechtsstreitigkeit*); *κρίματα ἔχειν μετά τινος*, 1 Co. 6, 7.*

*κρίνον, ου, τό, lilium;* Mt. 6, 28. Lc. 12, 27.*

*κρίνω*, fut. *νῶ*, aor. 1. *ἔκρινα*, pf. *κέκρικα*, 3 ps. sing. plsqpf. sine augmento (*Win.* p. 70.) *κεκρίκει* (Act. 20, 16 *Lchm. Tdf. Trg.*); pass. pf. *κέκριμαι*, aor. 1. *ἐκρίθην*, fut. 1. *κριθήσομαι*, LXX pro שָׁפַט, tum etiam pro דִּין et רִיב; — Latinorum *cerno*, i. e. 1) *secerno, segrego; seligo, deligo, eligo* (Hom. Hdt. Aeschyl. Soph. Xen. Plat. al.; *μετὰ νεανίσκων ἀρίστων κεκριμένων*, 2 Macc. 13, 15; *κεκριμένοι ἄρχοντες*, Jos. antt. 11, 3, 10); hinc 2) *probo, approbo; ἡμέραν παρ' ἡμέραν*, diem prae die, i. e. diem diei *praefero*, Ro. 14, 5 (ut *τὶ πρὸ τίνος*, Plat. Phil. p. 57 e; *τὸν Ἀπόλλω πρὸ Μαρσύου*, rep. 3, p. 399 e); *πᾶσαν ἡμ.*, quemvis diem probare, i. e. sacrum habere, ibidem. — 3) *censeo; ὀρθῶς ἔκρινας*, recte censuisti (judicasti), Lc. 7, 43; sq. infin. Act. 15, 19; sq. interrog. dir. 1 Co. 11, 13; *τοῦτο, ὅτι* .., *existimo*, 2 Co. 5, 14; sq. acc. c. inf. Act. 16, 15; *τινὰ* vel *τὶ* seq. accusativo praedicati, *κρίνειν τινὰ ἄξιόν τινος*, aliquem dignum judicare aliqua re, Act. 13, 46; *ἄπιστον κρίνεται*, 26, 8. — 4) *decerno, constituo* (*beschliessen*); *τί*, 1 Co. 7, 37 (*κρῖναί τι καὶ προθέσθαι*, Pol. 3, 6, 7; *τὸ κριθέν*, quod aliquis decrevit, apud se constituit, 5, 52, 6; 9, 13, 7; *τοῖς κριθεῖσι ἐμμένειν δεῖ*, Epict. diss. 2, 15, 7 ss.); *δόγματα*, pass., Act. 16, 4; *τοῦτο κρίνατε*, sq. inf. praefixo art. *τό*, Ro. 14, 13; item, addito *ἐμαυτῷ*, in commodum meum (ne dolorem mihi pararem eo, quod cogerer vos contristare), 2 Co. 2, 1; sq. infin. Act. 20, 16. 25, 25. 1 Co. 2, 2 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* 5, 3. Tit. 3, 12 (1 Macc. 11, 33. 3 Macc. 1, 6. 6, 30. Judith 11, 13. Sap. 8, 9. Diod. 17, 95. Jos. antt. 7, 1, 5. 12, 10, 4. 13, 6, 1); praefixo *τοῦ*. 1 Co. 2, 2 t. vulg.; sq. acc. c. inf. Act. 21, 25 (2 Macc. 11, 36); praefixo *τοῦ*, 27, 1. (*κρίνεταί τινι*,

placet alicui, *wird für gut befunden*, 3 Esr. 6, 21 s. 8, 92.) — 5) *judico; sententiam fero* de justo et injusto, *de honesto et inhonesto; a*) sensu forensi: de judice humano; *τινά*, sententiam fero de aliquo, Jo. 7, 51; *κατὰ τὸν νόμον*, Jo. 18, 31. Act. 23, 3. 24, 6; additur argumentum sententiae in infin. Act. 3, 13; pass. *in jus vocor, ut causa mea cognoscatur et de ea judicium feratur*, Act. 25, 10. 26, 6. Ro. 3. 4 (e Ps. 51, 4); *περί* c. gen. rei, Act. 23, 6. 24, 21; add. *ἐπί* c. gen. judicis, *coram aliquo*, 25, 9. — Ubi fert sententiarum junctura. dic. de sententia damnatoria, i. q. *condemno;* simpliciter Act. 13, 27. — *β*) de deo aut Jesu Messia judicibus, hominum probitatem aut improbitatem dijudicantibus; absol. Jo. 5, 30. 8, 50; *δικαίως*, 1 Pet. 2, 23; *ἐν δικαιοσύνῃ*, Ap. 19, 11; *τινά*. 1 Co. 5, 13; pass. Jac. 2, 12; *ζῶντας κ. νεκρούς*, 2 Tim. 4, 1. 1 Pet. 4, 5; *νεκρούς*, pass. Ap. 11, 18; *τὴν οἰκουμένην*, orbis terrarum incolas, Act. 17. 31; *τὸν κόσμον*, Ro. 3, 6; *τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων*, 2, 16; *κρίνειν τὸ κρίμα τινὸς ἔκ τινος* (v. in *κρίμα*), Ap. 18, 20 coll. 6, 10; *κρίνειν κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον*, 1 Pet. 1, 17; *τοὺς νεκροὺς ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς βιβλίοις κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν*, pass. Ap. 20, 12 s.; c. accus. argumenti, *ταῦτα ἔκρινας*, hoc judicium exercuisti, 16, 5; pro sententiarum junctura dic. speciatim de actu *condemnantis et poenam alicui decernentis* vel infligentis, *τινά*. Jo. 3, 18. 5, 22. 12, 47 s. Act. 7, 7. Ro. 2, 12. 1 Co. 11, 31 s. 2 Th. 2, 12. Heb. 10, 30. 13, 4. 1 Pet. 4, 6. Jac. 5, 9 (ubi t. vulg. *κατακρ.*); Ap. 18, 8. 19, 2 (Sap. 12, 10. 22); *τὸν κόσμον*, opp. *σώζειν*, Jo. 3, 17. 12, 47; dic. de diabolo *ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται*, propterea quod victrici Christi causâ effectum est, ut summa diaboli pravitas omnium oculis pateat ejusque imperandi et nocendi vis exstincta sit, Jo. 16, 12. — *γ*) de Christianis Christo olim judici assessuris; *τὸν κόσμον*, 1 Co. 6, 2; *ἀγγέλους*, vs. 3. — *b*) *judicium fero; censurae subjicio;* de iis, qui judicum partes suscipiunt aut arbitros agunt in causis vitae communis, aut sententiam de aliorum factis dictisve ferunt; univ. et simpliciter, Jo. 8, 16. 26; *κατα τι*, 8, 15; *κατ᾽ ὄψιν*, 7, 27; *ἐν κρίματί τινι κρίνειν*, Mt. 7, 2; *τινά*, pass. Ro. 3, 7; *ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε*, ex ore tuo (i. e. ex eo, quod modo dixisti) judicium de te mihi ferendum sumam, Lc. 19, 22; *τί*, 1 Co. 10, 15; pass. 10, 29; *τὸ δίκαιον*, Lc. 12, 57; sq. *εἰ*, num, Act. 4, 19; c. accus. argumenti. *τί* = *κρίσιν τινά*, 1 Co. 4, 5; *κρίσιν κρίνειν* (Plat. rep. 2, p. 360 d) *δικαίαν*, Jo. 7, 24 (*ἀληθινὴν κ. δικαίαν*, Tob. 3, 2; *κρίσεις ἀδίκους*, Hist. Sus. vs. 53); dic. de disciplina, qua Christiani mores suorum judicio subjiciunt et prout res flagitat in eos animadvertunt, 1 Co. 5, 12; de iis, qui severius (sinistre) judicant hoc illudve in altero reprehendentes, Mt. 7, 1. Lc. 6, 37. Ro. 2, 1; *τινά*, ibid. vs. 1. 3. 14, 3 s. 10, 13; sq. *ἐν* c. dat. rei. Col. 2, 16. Ro. 14, 22; hinc i. q. *condemno*, Ro. 2, 27. Jac. 4, 11 s. — 6) ex hebr. i. q. *impero, guberno; praesum cum juris dicendi potestate*, quia regum et principum erat jus dicere; Mt. 19, 28. Lc. 22, 30. (*τὸν λαόν*, 4 Reg. 15, 5. 1 Macc. 9, 73. Jos. antt. 5, 3, 3; *οἱ κρίνοντες τ. γῆν*, Ps. 2, 10. Sap. 1, 1; cf. *Gesenii* Thes. III, p. 1463 s.) — 7) Pass. et med. *inter se pugnare*, de bellantibus et proeliantibus (Hom. Diod. al.); *verbis inter se certare* (Hdt. 3, 120. Arstph. nub. 66); sensu forensi *litigare, lites habere;* c. dat. pers. quacum litigatur, Mt. 5, 40 (Job. 9, 3. 13, 19. Eur. Med. 609); sq. *μετά* c. gen. pers., cum qua litigatur et *ἐπί* c. gen. judicis, 1 Co. 6, 1. 6.*

***κρίσις**, εως, ἡ*, LXX pro דִּין, רִיב (lis), maxime autem pro מִשְׁפָּט; ap. Graecos 1) *secretio, separatio; discidium; certamen, pugna.* — 2) *electio.* — 3) *judicium;* i. e. *sententia, quae de aliquo fertur*, potissimum de justo et injusto, de honesto et inhonesto; *a*) univ. Jo. 8. 16. 1 Tim. 5, 24 (de q. l. v. in *ἐπακολουθέω*); Jud. vs. 9. 2 Pet. 2, 11; *κρίσιν κρίνειν* (v. in *κρίνω*), Jo. 7, 24. — *b*) sensu forensi: de *dei* aut *Jesu Messiae* judicio; univ. Jac. 2, 13. 2 Th. 1, 5; Heb. 10. 27; plur. Ap. 16, 7. 19, 2; de *judicio extremo*, Heb. 9, 27; *ἡ ἡμέρα κρίσεως* atque *τῆς κρ.*, dies judicio statutus, v. in *ἡμέρα* p. 194, col. 2; *εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας*, Jud. vs. 6; *ἡ ὥρα τῆς κρίσεως αὐτοῦ*, i. e. *τοῦ θεοῦ*, Ap. 14, 7; *ἐν τῇ κρίσει*, tempore judicii; quando judicium habebitur, Mt. 12, 41 s. Lc. 10, 14. 11, 31 s.; *κρίσιν ποιεῖν κατὰ πάντων*, judicium habere in perniciem omnium, Jud. vs. 15; — speciat. *sententia damnatoria; judicium, quo aliquis condemnatur; damnatio et poena;* Heb. 10. 27. 2 Pet. 2, 4; c. gen. pers., quae condemnatur et punitur, Ap. 18, 10; *ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη*, poena, quae ei decreta erat, sublata, i. e. finita est, Act. 8, 33 e LXX Jes. 53, 8; *πίπτειν ὑπὸ κρίσιν*, obnoxium reddi damnationi. Jac. 5, 12; *αἰώνιος κρίσις*, damnatio aeterna, Mc. 3, 29; *ἡ κρ. τῆς γεέννης*, judicium, quo aliquis gehennae condemnatur, poena gehennae, i. e. in infernis luenda, Mt. 23, 33. — E joanneo dicendi usu *κρίσις* est *α*) illud judicium, cui Christus ansam dedit eo, quod pravi homines salutem ab eo oblatam repudiabant atque ita sua sponte miseriam et poenam sibi parabant; *αὕτη ἐστὶν ἡ κρίσις, ὅτι* .., judicium exercetur ingressu lucis in mundum atque odio, quod homines in hanc lucem habent, 3, 19; *κρίσιν ποιεῖν*, judicium habere, exercere, 5, 27; *ἔρχεσθαι εἰς κρ.*, incidere in statum condemnati, vs. 24; *κρ. τοῦ κόσμου τούτου*, sententia damnatoria, quae de hoc mundo fertur eo, quod pravitatis arguitur ejusque potestas perditur, 12, 31; *περὶ κρίσεως*, de facta condemnatione (v. in *κρίνω*, n. 5, a, *β*), 16, 8. 11. — *β*) extremum judicium, quo improbi damnantur; *ἀνάστασις κρίσεως*, sequacem habens damnationem, 5, 29. — *γ*) utriusque judicii notiones comprehenduntur 5, 30; *ἡ κρίσις πᾶσα*, totum judicandi negotium, v. 22. Cf. *Groos* der Begriff der *κρίσις* b. Johannes; in Theol. Studd. u. Kritiken 1868, p. 244 ss. — 4) Ut chald. דִּינָא (Dan. 7, 10. 26) et nostr. *Gericht*, i. q. *collegium judicum* (septem virorum in singulis Palaestinae locis, opp. *synedrio*, quod Hierosolymis sedem habebat); Mt. 5, 21 s. (cf. Deut. 16, 18. 2 Chr. 19. 5. Jos. antt. 4, 8, 14. b. j. 2, 20. 5). — 4) ut hebr. מִשְׁפָּט (cf. *Gesenii* Thes. III p. 1464, col. 2), *jus, justitia*, Mt. 23, 23. Lc. 11, 42; quod tamquam jus valeat. *ἀπαγγέλλειν τινί*. Mt. 12, 18; *justa causa*, Mt. 12, 20., de q. l. v. in *ἐκβάλλω*, n. 1, g.*

***Κρίσπος**, ου, ὁ. Crispus*, archisynagogus Corinthi; Act. 18, 8; baptismo initiatus a Paulo, 1 Co. 1, 14.*

***κριτήριον**, ίου, τό* (a *κριτήρ* i. q. *κριτής*), 1) pr. *instrumentum, quo aliquid exploratur* s. *judicatur; norma, ad quam judicatur* (Plat. Plut. al.). — 2) *locus, ubi judicium habetur; tribunal judicis; collegium judicum;* plur. 1 Co. 6, 2. Jac. 2, 6. (LXX. Plat. Polyb. Plut. al.) — 3) insolenti usu *id de quo judicatur, res decernenda, lis, causa;* plur. 1 Co. 6, 4.

***κριτής**, οῦ, ὁ* (*κρίνω*). LXX maxime pro שֹׁפֵט; *judex;* 1) univ. qui judicium de aliqua re fert vel sibi arrogat; c. gen. objecti, Jac. 4, 11; c. gen. qualitatis (v. in *διαλογισμός*), 2, 4; sensu forensi de causam cognoscente et jus dicente, Mt. 5, 25. Lc. 12 (vs. 14 *Lchm. Tdf. Trg.*), 58; c. gen. quali-

tatis, *τῆς ἀδικίας*, 18, 6; c. gen. objecti (rei), arbiter, Act. 18, 15; de procuratore romano jus dicente, 24, 10; de deo de hominum moribus et factis judicante et pro iis rependente, Heb. 12, 23. Jac. 4, 12; item de Christo ad judicium habendum redituro, Act. 10, 42. 2 Tim. 4, 8. Jac. 5, 9; singulari sensu is, e cujus actis norma petitur ad alterum judicandum et injuriae convincendum, c. gen. obj. (pers.), Mt. 12, 27. Lc. 11, 19. — 2) ut hebr. שֹׁפֵט dic. *de ducibus Israëlitarum*, Act. 13, 20 (Judd. 2, 16. 18 s. Ruth. 1, 1. Sir. 10, 1 s. 24 al.).*

**κριτικός**, *ή, όν* (*κρίνω*), *ad judicandum spectans; aptus ad judicandum; judicandi peritus* (Plat. Plut. Lucian. al.); c. gen. obj. *ἐνθυμήσεων κ. ἐννοιῶν καρδίας*, pervestigans et judicans cogitata mentis, Heb. 4, 12.*

**κρούω**, ptcp. aor. *κρούσας*, *pulso; τὴν θύραν*, fores pulso, Lc. 13, 25. Act. 12, 13 (Arstph. eccles. 317. 990. Xen. symp. 1, 11. Plat. Prot. p. 310 b. symp. 212 c.; sed praestare phrasin *κόπτειν τὴν θύραν*, docet Phryn. assentiente Lobeckio p. 177); abest *τὴν θύραν*, Mt. 7. 7 s. Lc. 11, 9. 10. 12, 36. Act. 12, 16. Ap. 3, 20, de quo loco v. in *θύρα*, b. *δ*.*

**κρυπτή** (sed sunt qui commendent scriptionem *κρύπτη*), *ῆς*, f., *crypta, cryptoporticus, cella concamerata; εἰς κρυπτήν*, Lc. 11, 33. (Athen. 5, 205 = *κρυπτὸς περίπατος* p. 206. Sueton. Calig. 58. Juven. 5, 106. Vitruv. 6, 8 et ap. al.). Cf. *Meyer*, ad l. *Win*. p. 223.*

λοιπός, ή, όν (λείπω, λέλοιπα), LXX pro יֶתֶר, נוֹתָר, שְׁאָר, *reliquus;* plur. *reliqui, ceteri;* c. nominibus subst., ut οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, Act. 2, 37. 1 Co. 9, 5; adde Mt. 25, 11. Ro. 1, 13. 2 Co. 12, 13. Gal. 2, 13. Phil. 4, 3. 2 Pet. 3, 16. Ap. 8, 13; absol., *reliqui ex aliquo numero vel ordine*, de quo agitur; simpliciter, Mt. 22, 6. 27, 49. Mc. 16, 13. Lc. 24, 10. Act. 17, 9. 27, 44; addita aliqua descriptione: οἱ λοιποὶ οἱ cett., Act. 28, 9. 1 Th. 4, 13. Ap. 2, 24; οἱ λοιποὶ πάντες, 2 Co. 13, 2. Phil. 1, 13; πᾶσι τοῖς λ., Lc. 24, 9; c. gen., οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, Ap. 9, 20; τοῦ σπέρματος, 12, 17; τῶν νεκρῶν, 20, 5; cum aliqua distinctione et oppositione, *reliqui, qui non hujus ordinis vel numeri sunt;* Lc. 8, 10. 18, 9. Act. 5, 13. Ro. 11, 7. 1 Co. 7, 12. 1 Th. 5, 6. 1 Tim. 5, 20. Ap. 11, 13. 19, 21; τὰ λοιπά, *reliqua, res reliquae*, Mc. 4, 19. Lc. 12, 26. 1 Co. 11, 34. Ap. 3, 2. — Neutr. singul. dic. adverbialiter, τὸ λοιπόν, *quod superest*, i. e. *a*) *posthac, in posterum tempus, abhinc* (saepe ita ap. Graecos inde a Pind.); Mc. 14, 41 t. vulg. *Grsb. Tdf.;* Mt. 26, 45. 1 Co. 7, 29. Heb. 10, 13; et sine articulo, Mc. 14, 41 *Lchm. Trg.;* 2 Tim. 4, 8; cf. *Herm.* ad Vig. p. 706; — τοῦ λοιποῦ, *posthac, postero tempore*, Eph. 6, 10 *Lchm. Tdf. Trg.;* Gal. 6, 17, Hdt. 2. 109. Arstph. pax 1084. Xen. Cyr. 4, 4, 10. Oec. 10, 9 et ap. al.; cf. *Herm.* ad Vig. p. 106; saepe etiam plene τοῦ λ. χρόνου. — *b*) *ad extremum; jam;* nostr. *bereits;* Act. 27, 20 (ita inferiore aetate; v. *Passow* s. v.). — *c*) missa temporis notione, τὸ λοιπόν, *ceterum, de cetero*, ut transitum faciat ad alia, ad quae auditor vel lector attendere jubeatur, Eph. 6, 10 t. vulg. *Grsb.;* Phil. 3, 1. 4, 8. (1 Th. 4, 1 t. vulg.) 2 Th. 3, 1; idem signif. ὃ δὲ λοιπόν, 1 Co. 4, 2 t. vulg. *Grsb.;* λοιπόν, 1 Co. 1, 16. (4, 2 *Lchm. Tdf. Trg.*) 1 Th. 4, 1 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*

Λουκᾶς, ᾶ, ὁ (contr. ex Λουκανός, v. *Win.* p. 97), *Lucas*, Christianus e gentilibus, Pauli apostoli in praedicatione evangelii compluriumque itinerum ab eo factorum (Act. 16, 10—17. 20, 5—15. 21, 1—18. 28, 10—16) socius idemque medicus atque ex ecclesiastica inde ab Irenaeo traditione, parum idoneis nuperrime argumentis a nonnullis impugnata, tertii

canonici evangelici et actorum apostol. auctor; Col. 4, 14. 2 Tim. 4, 11. Philem. vs. 24.*

*Λούκιος, ίου, ὁ* (nomen latin.), *Lucius*, Cyrenaeus, antiochenae Christianorum ecclesiae doctor et propheta, Act. 13, 1., fortasse idem, qui Ro. 16, 21 commemoratur Lucius.*

*λουτρόν, οῦ, τό* (*λούω*), inde ab Hom. (ap. quem *λοετρόν* a soluta forma *λοέω*), *lavatio, lavacrum;* i. e. tum actio se lavandi, tum locus, in quo lavatur, balneum; dic. in N. T. et scriptis eccles. de *baptismo;* add. *τοῦ ὕδατος*, Eph. 5, 26; *τῆς παλιγγενεσίας*, Tit. 3, 5.*

*λούω*, aor. 1. *ἔλουσα*, ptcp. pf. pass. *λελουμένος* atquae e deterioris graecitatis forma (*Lobeck* ad Soph. Aj. p. 324. *Stephani* Thes. V, p. 397 coll. *Kühner* I, p. 861) *λελουσμένος* (Heb. 10, 23 *Tdf.*), ptcp. aor. 1. med. *λουσάμενος*, inde ab Hom.; LXX pro רָחַץ; — *lavo, abluo;* pr. *τινά*, mortuum, Act. 9, 37; *τινὰ ἀπὸ τῶν πληγῶν*, lavando purgare a cruore vulnerum, 16, 33; *ὁ λελουμένος*, absol., qui lotus est, Jo. 13, 10 (de cujus loci sensu v. sub *καθαρός*); *λελ. τὸ σῶμα*, c. dat. instrum., *ὕδατι*, Heb. 10, 23; med., *me lavo*, 2 Pet. 2, 22; trop. Christus dic. *ὁ λούσας ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν*, i. e. qui cruentam vicariae hostiae mortem perpessus immunes culpae peccatorum nos reddidit, Ap. 1, 5 t. vulg. *Grsb.**

*Λύδδα, ης, ἡ*, et *Λύδδα, ων, τά* (Act. 9, 32, 35; cf. *Tdf.* Prolegg. p. XLI. *Bttm.* ntl. Gr. p. 16 s.), hebr. לֹד (1 Chr. 8, 12. Esr. 2, 33. Neh. 11, 35), *Lydda*, magnus Benjaminitarum vicus (*Λύδδα κώμη, πόλεως τοῦ μεγέθους οὐκ ἀποδέουσα*, Jos. antt. 20, 6, 2), romanorum imperatorum tempore etiam *Diospolis* vocatus, circa II germanica milliaria a mari mediterraneo distans, hodie vicus *Ludd;* Act. 9, 32. 35. 38. Cf. *Robinson* Palaestina III, a, p. 261—270. *Arnold* in *Herzog* Encykl. 8, p. 627 s.*

*Λυδία, ας, ἡ, Lydia*, mulier Thyatiris oriunda, purpurarum venditrix, a Paulo ad Christianorum fidem conversa; Act. 16, 14. 40. Nomen etiam aliarum erat mulierum, Horat. 1, 8. 3, 9. 6, 20.*

*Λυκαονία, ας, ἡ, Lycaonia*, regio Asiae minoris, inter Pisidiam, Ciliciam, Cappadociam, Galatiam, Phrygiam sita, cujus praecipuae urbes erant Lystra, Derbe, Iconium, incolae peculiari utebantur dialecto barbara, quae et qualis fuerit, enucleari nequit; Act. 14, 6. Cf. *Win.* RWB. s. v. *Lassen* in Zeitschr. d. deutschen morgenl. Gesellsch. T. 10 (1856), p. 378.*

*λυκαονιστί* (*λυκαονίζω*, Lycaonicorum lingua utor), adv., *lycaonice*, dialecto lycaonica; Act. 14, 11 (v. in *Λυκαονία*).*

*Λυκία, ας, ἡ, Lycia*, regio Asiae minoris montana, a mari mediterraneo atque Pamphyliae, Phrygiae, Cariae finibus terminata; Act. 27, 5 (1 Macc. 15, 23).*

*λύκος, ου, ὁ*, hebr. זְאֵב, *lupus;* Mt. 10, 16. Lc. 10, 3. Jo. 10, 12; luporum imagine adumbrantur homines saevi, avidi, rapaces, perniciosi, Mt. 7, 15. Act. 20, 29. (tropice jam ap. Hom. Il. 4, 471. 16, 156; in V. T. Ez. 22, 27. Zeph. 3, 3. Jer. 5, 6.)*

*λυμαίνομαι*, dep. med. (*λύμη*, noxa, pernicies, contumelia), inde ab Aeschl. et Hdt.; 1) *opprobrio afficio, maculas adspergo, deturpo* (Ez. 16, 25. Prov. 23, 8. 4 Macc. 18, 8); *contumeliose vel duriter tracto, devasto, perdo; ἐλυμαίνετο τὴν ἐκκλησίαν*, de Saulo saevo et violento ejus persecutore, Act. 8, 3.*

*λυπέω, ῶ*, aor. 1. *ἐλύπησα*, pf. *λελύπηκα*, aor. 1. pass. *ἐλυπήθην*, fut. *λυπηθήσομαι* (*λύπη*), *contristo; tristitia, moerore afficio; in tristitiam conjicio; τινά*, 2 Co. 2, 2. 5. 7, 8; pass. Mt. 14, 9. 17, 23. 18, 31. 19, 22. 26, 22. Mc. 10, 22. 14, 19. Jo. 16, 20. 21, 17. 2 Co. 2, 4. 1 Th. 4, 13. 1 Pet. 1, 6; junct. c. *ἀδημονεῖν*, Mt. 26, 37; opp. *χαίρειν*, 2 Co. 6, 10; *κατὰ θεόν*, eo modo, qui deo probatur, 2 Co. 7, 9. 11; sensu latiore: *offendo, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*, Eph. 4, 30 (v. in *πνεῦμα*); *sollicitum reddo aliquem, scrupulum injicio alicui*, Ro. 14, 15.*

*λύπη, ης, ἡ, tristitia, dolor, moeror;* dolentium, Jo. 16, 6. 2 Co. 2, 7; opp. *χαρά*, Jo. 16, 20. Heb. 12, 11; *λύπην ἔχω* (v. in *ἔχω*, p. 186, col. 1). Jo. 16, 21 s. Phil. 2, 27; add. *ἀπό* c. gen. personae, 2 Co. 2, 3; *λ. μοί ἐστι*, Ro. 9, 2; *ἐν λύπῃ ἔρχεσθαι* dic. qui adveniens et contristat et contristatur, 2 Co. 2, 1 (cf. enim *λυπῶ ὑμᾶς* vs. 2, et *λύπην ἔχω*, vs. 3); *ἀπὸ τῆς λύπης*, prae moerore, Lc. 22, 45; *ἐκ λύπης*, moroso et invito animo (opp. *ἱλαρός*), 2 Co. 9, 7; *ἡ κατὰ θεὸν λύπη*, tristitia deo probata, 7, 10 (v. in *λυπέω*), atque *ἡ λύπη τοῦ κόσμου*, dolor vulgarium hominum e jactura rerum terrestrium captus, 7, 10; objective *molestia, afflictio* (Hdt. 7, 152); *λύπας ὑποφέρειν*, 1 Pet. 2, 19.*

*Λυσανίας, ίου, ὁ, Lysanias;* 1) Ptolemaei filius, inde ab a. 40 ante Chr. dynastes Chalcidis sub Libano sitae, Cleopatrae insidiis anno 34 ante Christum interfectus; Jos. antt. 14, 7, 4 et 13, 3; 15, 4, 1; b. jud. 1, 13, 1 coll. b. j. 1, 9, 2. — 2) tetrarcha Abilenes (v. in *Ἀβιληνή*), tempore Joannis baptistae et Jesu; Luc. 3, 1. — Josephus quum inter regiones Agrippis I. et II. Herodianis a Caesaribus Caligula et Claudio attributas *τὴν Λυσανίου τετραρχίαν* (antt. 18, 6, 10 coll. 20, 7, 1) s. *βασιλείαν τὴν τοῦ Λυσανίου καλουμένην* (b. j. 2, 11, 5) s. *Ἄβιλαν τὴν Λυσανίου* (antt. 19, 5, 1) memoret, fuerunt, qui his Josephi locis Lysaniam Ptolemaei filium intelligendum et regionem, cui praefuisset, etiam post ejus obitum ab eo nomen gessisse opinarentur. Quid, quod alii (ut *Credner, Strauss, Gfrörer. Weisse*) Lysaniam II. exstitisse negantes Lucam illa Abilenes appellatione a Lysania petita et diu posthac retenta in errorem esse inductum contendunt, ut sibi fingeret Lysaniam aetate Christi tetrarcham. At vero huic sententiae obstat, quod Josephus antt. 20, 7, 1 et b. jud. 2, 12, 8 Chalcidem a Lysaniae tetrarchia diserte distinguit, neque regionem, cui Lysanias, Ptolemaei filius, per sex tantum annos praefuit, perpetuum ab eo nomen nactam esse probabile est. Quapropter locis Josephi, quibus Lysaniae tetrarchia memoratur, *secundum* Lysaniam, fortasse illius prioris nepotem, intelligendum eumque cum eo, cujus Lucas mentionem facit, unum esse rectius statuitur. Cf. *Winer* RWB s. v. *Abilene.* *Wieseler* in *Herzog* Enc. I, p. 64 ss. *Bleek* Erklär. d. drei ersten Evv. I, p. 154 ss. *Kneucker* in *Schenkel* BL. 1, p. 26 ss. *Schürer* Ntl. Zeitgesch. p. 313.*

*Λυσίας, ου, ὁ* (*Claudius*) *Lysias*, chiliarchus romanus; Act. 23, 26. 24, 7. 22.*

*λύσις, εως, ἡ* (*λύω*), *solutio;* vinculi alicujus, velut conjugii; hinc semel in N. T. de divortio, 1 Co. 7, 27.*

*λυσιτελέω, ῶ* (a *λυσιτελής*, et hoc ex *λύω*, solvo, et *τὰ τέλη*), pr. *solvo vectigalia; reddo sumtus*, hinc *utilis sum, prosum;* imperson., *λυσιτελεῖ, prodest;* sq. *ἤ* (v. in *ἤ* p. 192, col. 1), *praestat; τινί* sq. *εἰ*, Lc. 17, 2.*

*Λύστρα, ας, ἡ* et *ων, τά* (v. in *Λύδδα*), *Lystra*, urbs Lycaoniae; Act. 14, 6. 8. 21. 16, 1 s. 2 Tim. 3, 11.*

*λύτρον, ου, τό* (*λύω*), LXX passim pro כֹּפֶר, גְּאֻלָּה, פִּדְיוֹן al.; *pretium redemtionis* (pro servis Lev. 19, 20; pro captivis, Jes. 45, 13; pro redimenda vita,

Ex. 21, 30. Num. 35, 31 s.); *ἀντὶ πολλῶν*, ad multos a peccatorum miseria et poenis servandos. Mt. 20, 28. Mc. 10, 45. (Pind. Aesch. Xen. Plat. al.)*

*λυτρόω*, ῶ, aor. 1. pass. *ἐλυτρώθην*, 3 ps. sing. conj. aor. 1. med. *λυτρώσηται* (*λύτρον*, q. v.), LXX saepe pro גָּאַל et פָּדָה. 1) *pretio accepto dimitto;* Plat. Theaet. p. 165 e. Diod. 19. 73. LXX Num. 18, 15. 17. — *pretio dato redimo, libero*, quod plerumque exprimitur medio; univ. *libero; τινὰ ἀργυρίῳ* et simil. *ἐκ* c. gen. rei; pass. *ἐκ τῆς ματαιᾶς ἀναστροφῆς*, 1 Pet. 1, 18; med. *pretio soluto mihi dimitti facio*, i. e. *redimo;* univ. *libero;* sensu Judaeorum theocratico, *τὸν Ἰσραήλ*, videlicet ab omni externarum et internarum miseriarum genere, Lc. 24, 21; *ἀπὸ πάσης ἀνομίας*, Tit. 2, 14; *τινὰ ἐκ*, de deo dictum, Deut. 13, 5. 2 Sam. 7, 23. Hos. 13, 14.*

*λύτρωσις*, εως, ἡ (*λυτρόω*), *redemtio;* pr. *αἰχμαλώτων*, Plut. Arat. 11; pro גְּאֻלָּה, Lev. 25, 48; univ. *liberatio*, sensu theocratico (v. in *λυτρόω*) Lc. 1, 68. 2, 38; speciatim *liberatio a poenis peccatorum*, Heb. 9, 12.*

*λυτρωτής, ου, ὁ* (*λυτρόω*), *redemtor; vindex, liberator;* Act. 7, 35; pro גֹּאֵל, de deo, Ps. 19, 15. 78, 35. Ap. profanos non exstat.*

*λυχνία, ας, ἡ*, recentioris graecitatis vox pro antiquiore *λυχνίον*, v. *Lob.* ad Phryn. p. 313; LXX pro מְנוֹרָה; *lychnuchus, candelabrum;* Mt. 5, 15. Mc. 4, 21. Lc. 8, 16. Heb. 9, 2; cum candelabris comparantur duo insignes prophetae splendidum Christi e coelis reditum antecessuri, Ap. 11, 4; c. septem candelabris (Ex. 25, 37) septem asiaticae ecclesiae insigniores, 1, 12 s. 20. 2, 1; *κινεῖν τὴν λυχνίαν τινὸς* (*ἐκκλησίας*) *ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς*, coetum dimovere e loco, quem hucusque obtinuit inter ecclesias; tollere eum ex ecclesiarum numero, 2, 5.*

*λύχνος, ου, ὁ*, LXX pro נֵר; *lychnus, candela*, quae candelabro imponitur; Mt. 5, 15. Mc. 4, 21. (Lc. 12, 35. Ap. 22, 5; *φῶς τοῦ λύχνου*, Ap. 18, 23. opp. *φῶς ἡλίου*, 22, 5 *Lchm.; ἅπτειν λύχνον* (v. in *ἅπτω*). Comparantur cum *λύχνῳ* oculus, *ὁ λύχνος τοῦ σώματος*, h. e. adminiculum, quo corpori monstratur, quo se moveat et vertat. Mt. 6, 22. Lc. 11, 34; vaticinia V. Ti., utpote saltem nonnullam intelligentiam rerum ad splendidum Jesu e coelis reditum spectantium ad illud usque tempus praebentia, quo diei et luciferi instar idem illud per spiritum s. lumen animis illuxerit, quo ipsi prophetae fuissent illuminati, ad veram vaticiniorum mentem penitus perspiciendam utique necessarium, 2 Pet. 1, 19; c. *λύχνου* splendore intuentes exhilarante doctor, quem sibi vel ii gratulabantur, qui obsequi ei nolebant. Jo. 5, 35; Christus olim splendore suo subditos sibi regni divini cives collustraturus, Ap. 21, 23.*

*λύω*, impf. *ἔλυον*, aor. 1. *ἔλυσα*, pass. impf. *ἐλυόμην*, 2 ps. pf. *λέλυσαι*, aor. 1. *ἐλύθην*, fut. 1. *λυθήσομαι;* inde ab Hom.; LXX passim pro פָּתַח, aperio, הִתִּיר et chald. שְׁרָא (Dan. 3, 25. 5, 12); — *solvo;* h. e. 1) *solvo aliquem* (*aliquid*) *ligatum* s. *alligatum;* pr. ligamenta pedum, calceos, Mc. 1, 7. Lc. 3, 16. Jo. 1, 27. Act. 7, 33 (ita pro נָשַׁל, exuere, Exod. 3, 5. Jos. 5, 15); *πῶλον* (*δεδεμένον*), Mt. 21, 2. Mc. 11, 2. 4 s. Lc. 19, 30 s. 33; pravos angelos, Ap. 9, 14 s.; *τὸν βοῦν ἀπὸ τῆς φάτνης*, Lc. 13, 15; trop. de conjugibus matrimonii vinculo sibi invicem junctis, *λέλυσαι ἀπὸ γυναικός* (opp. *δέδεσαι γυναικί*), dic. de caelebe, sive uxorem jam habuerit, sive nondum duxerit, 1 Co. 7, 27. — 2) *vinctum solvo*, i. e. *a vinculo libero;* aliquem ligatum (ligamentis circumvolutum), Jo. 11, 44; vinculis constrictum (captivum), Act. 22, 30 (ubi t. vulg. addit *ἀπὸ τῶν δεσμῶν*); hinc i. q. *e carcere dimittere*, 24, 26 t. vulg. (ita jam inde ab Hom.); in visione apocalypt., diabolum (*κεκλεισμένον*), Ap. 20, 3; *ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ*, vs. 7; metaph. morbi vinculo (a Satana) constrictum sanitate restituenda libero (*ἀπὸ δεσμοῦ*), Lc. 13, 16; aliquem peccatorum vinculis constrietum, *ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν*, Ap. 1, 5 *Lchm. Tdf. Trg.* (v. in *λούω*). — 3) *dissolvo;* aliquid colligatum, constrictum, compactum; sigillum libri, Ap. 5, 2; trop. *τὸν δεσμὸν τῆς γλώσσης τινός*, loquelae impedimentum tollo, muto loquelam reddo, Mc. 7, 35 (Justin. hist. 13, 7, 1. 6: „Cui nomen Battus propter *linguae obligationem* fuit; - - *linguae nodis solutis* loqui primum coepit"); coetum congregatum i. e. *dimitto* (*aus einander gehen lassen*); *τὴν συναγωγήν*, pass. Act. 13, 43 (*ἀγορήν*, Hom. Il. 8, 2. Od. 9, 171 al. Apoll. Rh. 1, 708; *τὴν στρατιάν*, Xen. Cyr. 6, 1, 2); de vinculis mortis, *λύειν τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου*, Act. 2, 24 (v. in *ὠδίν*); cum vinculis conferuntur leges, ut quae vim obligandi habent, unde *λύειν* i. q. *irritum facere, subvertere; tollere; auctoritate sua privare* s. decretis s. factis; *ἐντολήν*, Mt. 5, 19; *τὸν νόμον*, Jo. 7, 23; *τὸ σάββατον*, praeceptum de sabbato, 5, 18; *τὴν γραφήν*, 10, 35; cf. *Kuinoel* ad Mt. 5, 17; e chald. et talmud. usu (= אַתֵּר, שְׁרָא), opp. *δέω* (q. v.), *licitum declarare*, Mt. 16, 19. 18, 18. — id quod compactum s. constructum est, *destruo, diruo;* pr. pass. *ἐλύθη ἡ πρύμνα*, dissolvebatur (*ging auseinander*). Act. 27, 41; *τὸν ναόν*, Jo. 2, 19; *τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ*, Eph. 2, 14 (*τὰ τείχη*, 3 Esr. 1, 52; *γέφυραν*, Xen. an. 2, 4, 17 s.); dissolvo aliquid, quod partibus cohaeret, *perdo*, pass. *τὰ στοιχεῖα* (*καυσούμενα*), 2 Pet. 3, 10; *οὐρανοί* (*πυρούμενοι*), vs. 12; metaph. *everto, e medio* tollo; *τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου*, 1 Jo. 3, 8.*

*Λωΐς, ΐδος, ἡ, Lois*, matrona christiana, avia Timothei; 2 Tim. 1, 5.*

*Λώτ, ὁ* (לוֹט, obvelatio, velamen), *Lot*, filius Harani, fratris Abrahami (Gen. 11. 27. 31. 12, 4 ss. 13, 1 ss. 14, 12 ss. 19, 1 ss.); Lc. 17, 28 s. 32. 2 Pet. 2, 7.*

# M.

*Μαάθ, ὁ* (מָעַט, parvus fuit), *Maath*, e majoribus Christi, Lc. 3, 26.*

*Μαγαδάν*, v. vocem seq.

*Μαγδαλά*, locus ad littus occidentale lacus galilaei situs quinque horae quadrantes septemtrionem versus a Tiberiade dissitus, e *Gesenii* (Thes. I, p. 267) non improbabili conjectura nihil differens a מִגְדַּל־אֵל (i. e. turris dei), munita urbe tribus Naphthalim (Jos. 19, 38), in talmude hierosol. מגדל (*Magdal* s. *Migdal*), hodie miserrimus vicus muhamm. *Medschel* s. *Medjdel*, cum antiquae turris ruinis (v. *Win.* RWB. s. v.; *Robinson* Palaest. III, p. 324 ss. *Arnold* in *Herzog* Encykl. 8, p. 661. *Kneucker* in *Schenkel* BL. 4, p. 84); Mt. 15, 39 t.

vulg. *Grsb.*; c. l. var. *Μαγαδάν* (*Lchm. Tdf. Trg.*), Vulg. *Magedan* (Syr.: ܡܓܕܘ), quarum formarum si qua ipsius evangelistae fuit, a liberariis facillime in notius nomen *Μαγδαλά* mutari potuit.*

*Μαγδαληνή, ῆς, ἡ* (*Μαγδαλά*, q. v.), *Magdalena, Magdalâ oriunda;* Mt. 27, 56. 61. 28, 1. Mc. 15, 40. 47. 16, 1. 9. Lc. 8, 2. 24, 10. Jo. 19, 25. 20, 1. 18.*

*μαγεία* (*Tdf. μαγία*), *ας, ἡ* (*μάγος*, q. v.), *magia;* plur. *artes magicae, praestigiae;* Act. 8, 11. (Theophr. Joseph. Plut. al.)*

*μαγία*, v. vocem praeced.

*μαγεύω* (*μάγος*), *magus sum; magicas artes exerceo;* Act. 8, 9. (Eur. Iph. t. 1338. Plut. Artax. 3. 6 et ap. al.)*

*μάγος, ου, ὁ* (hebr. מָג plur. מָגִים; vox est indogermanicae originis, cf. *Gesenii* Thes. II, p. 766. *J. G. Müller* in *Herzog* Enc. 8, p. 678), inde ab Hdt.; LXX Dan. 2, 2 et passim Theodot. ad Dan. pro אַשָּׁף; — *magus*, quo nomine apud Babylonios (Chaldaeos), Medos, Persas al. vocabantur sapientes, doctores, sacerdotes, medici, astrologi, vates, somniorum interpretes, augures, haruspices, artium magicarum actores al.; cf. *Win.* RWB. s. v. *J. G. Müller* in *Herzog* l. c. p. 675 ss. *Holtzmann* in *Schenkel* BL. 4, p. 84 s. — In N. T. *μάγων* nomine memorantur 1) sapientes (astrologi) orientales, qui, quum ex insignis stellae ortu Messiam recens natum esse cognovissent, Hierosolyma venerunt Messiam recens natum adoraturi; Mt. 2, 1. 7. 16. — 2) pseudoprophetae et praestigiatores; Act. 13, 6. 8 coll. 8, 9. 11.*

*Μαγώγ, ὁ*, v. supra in voce *Γώγ*.

*Μαδιάμ, ἡ* (hebr. מִדְיָן), *Madian* s. *Madiam*, nomen pr. regionis Midianitarum in Arabia, nomen nactae e Midian, filio Abraami et Keturae (Gen. 25, 1 s.); Act. 7, 29.*

*μαζός, οῦ, ὁ, mamma;* viri, Ap. 1, 13 *Lchm.**

*μαθητεύω*, aor. 1. *ἐμαθήτευσα*, aor. 1. pass. *ἐμαθητεύθην* (*μαθητής*), 1) intrans. *τινί, discipulus sum alicujus; alicujus praecepta et doctrinam sequor*, Mt. 27, 57 t. vulg. *Grsb.* coll. Jo. 19, 38 (ita Plut. mor. p. 837 c. Jamblich. vit. Pythag. c. 23). — 2) transit. (cf. *Win.* p. 23 et §. 38, 1), *discipulum facio; edoceo, instituo; τινά*, Mt. 28, 19. Act. 14, 21; pass. c. dat. personae, cujus discipulus aliquis redditur, Mt. 27, 57 *Lchm.*; *μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρ.* (v. in *γραμματεύς* n. 3), Mt. 13, 52 t. vulg., ubi dudum rectius legitur *τῇ βασ. τῶν οὐρ.*, sententiâ non mutatâ.*

*μαθητής, οῦ, ὁ*, (*μανθάνω*), *discipulus;* univ. opp. *διδάσκαλος*, Mt. 10, 24. Lc. 6, 40; *τινός*, qui alicujus sequitur disciplinam, *Ἰωάννου*, Mt. 9, 14. Lc. 7, 18. Jo. 3, 25; *τῶν Φαρισ.*, Mt. 22, 16. Mc. 2, 18. Lc. 5, 33; *Μωϋσέως*, Jo. 9, 28; *Jesu*, latiore sensu in evangeliis ii e Judaeis, qui ei favebant, a partibus Christi stabant, ejus assectatores, Jo. 6, 66. 7, 3. 19, 38; *ὄχλος μαθητῶν αὐτοῦ*, Lc. 6, 17; *οἱ μ. αὐτοῦ ἱκανοί*, 7, 11; *ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθ.* 19, 37; maxime vero *duodecim apostoli*, Mt. 10, 1. 11, 1. 12, 1. Mc. 8, 27. Lc. 8, 9. Jo. 2, 2. 3, 22 et saepissime; etiam simpliciter *οἱ μαθηταί*, Mt. 13, 10. 14, 19. Mc. 10, 24. Lc. 9, 16. Jo. 6, 11 al.; in actis apost. *οἱ μαθηταί* sunt quicunque Jesum Messiam profitentur, Christiani, Act. 6, 1 s. 7; 9, 19. 11, 26 et saepe; add. *τοῦ κυρίου*, 9, 1. Vox neque in V. T. neque in N. Ti. epistolis et apocalypsi habetur; ap. Graecos inde ab Arstph. Xen. Plat.*

*μαθήτρια, ας, ἡ* (forma feminini vocis *μαθητής;* cf. *ψάλτης, ψάλτρια* al. ap. *Bttm.* Gr. max. II, p. 425), *discipula;* i. q. *Christiana*, Act. 9, 36. (Diod. 2, 52. Diog. Laërt. 4, 2. 8, 42.)*

*Μαθθαῖος, Μαθθάν*, v. in *Ματθαῖος, Ματθάν*.

*Μαθθάτ*, v. in *Ματθάτ*.

*Μαθουσάλα*, *Tdf. Μαθουσαλά, ὁ* (מְתוּשֶׁלַח, vir teli, ex מְתוּ, forma constructa nominis inusitati מַת, vir, et שֶׁלַח, telum), *Methusala*, filius Henochi, avus Noachi (Gen. 5, 21); Lc. 3, 37.*

*Μαϊνάν* (*Tdf. Trg. Μεννά*), indecl. (*Lchm. Μέννας*, gen. *Μεννᾶ*), *ὁ, Mainan*, nom. propr. viri e majoribus Christi; Lc. 3, 31.*

*μαίνομαι, insanio, furo;* dicitur *μαίνεσθαι*, qui ita loquitur, ut videatur mentis non compos esse, 1 Co. 14, 23. Act. 12, 15. 26, 24; opp. *σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγεσθαι*, vs. 25; junct. c. *δαιμόνιον ἔχειν*, Jo. 10, 20.*

*μακαρίζω*, fut. att. *ιῶ* (*μακάριος*), inde ab Hom.; LXX pro אִשֵּׁר; *beatum praedico; τινά*, Lc. 1, 48. Jac. 5, 11; quo l. Vulg. *beatifico* *

*μακάριος, ία, ον* (poëtice *μάκαρ*), *beatus, felix;* adject. nominibus *dei*, 1 Tim. 1, 11. 6, 15 (*μάκαρες θεοί* ap. Hom. et Hes.); *ἐλπίς*, Tit. 2, 13; in loco praedicati, Act. 20, 35. 1 Pet. 3, 14. 4, 14; *ἡγοῦμαί τινα μακ.*, Act. 26, 2; *μακάρ. ἔν τινι*, Jac. 1, 25. — In formula gratulantium ratio, ob quam quis felix praedicandus sit, exprimitur nomine vel participio subjecti locum tenente, *μακάριος ὁ* - - (hebr. אַשְׁרֵי הַ״, Ps. 1, 1. Deut. 33, 29 al.), beatus praedicandus; o felicem eum, qui etc., Mt. 5, 3—11. Lc. 6, 20—22. Jo. 20, 29. Ap. 1, 3. 16, 15. 19, 9. 20, 6 s. 22, 14; addito ad nomen participio, quod praedicati locum teneat, Lc. 1, 45. 10, 23. 11, 27 s. Ap. 14, 13; sq. *ὅς* cum verbo fin. Mt. 11, 6. Lc. 7, 23. 14, 15. Ro. 4, 7 s.; interposito nomine subjecti. Lc. 12, 37. 43. 23, 29. Jac. 1, 12; *μακ.* - - *ὅτι*, Mt. 13, 16. 16, 17. Lc. 14, 14; sq. *ἐάν*, Jo. 13, 17. 1 Co. 7, 40.

*μακαρισμός, οῦ, ὁ* (*μακαρίζω*), *beatitatis praedicatio;* Ro. 4, 9. Gal. 4, 15; *λέγειν τὸν μακ. τινος, beatitatis praedicationem eloqui in aliquem*, verbosius i. q. *μακαρίζειν τινά*, Ro. 4, 6. (Plat. rep. 9, p. 591 d. Plut. mor. p. 471 c.; script. eccles.)*

*Μακεδονία, ας, ἡ, Macedonia*, regio ad meridiem Thessaliae et Epiro, ad orientem Thraciae et mari aegaeo, ad occidentem Illyriae, ad septentrionem Dardaniae et Moesiae opposita; Act. 16, 9 s. 12. 18, 5. 19, 21 s. 20, 1. 3. Ro. 15, 26. 1 Co. 16, 5. 2 Co. 1, 16. 2, 13. 7, 5. 8, 1. 11, 9. Phil. 4, 15. 1 Th. 1, 7 s. 4, 10. 1 Tim. 1. 3.*

*Μακεδών, όνος, ὁ, Macedo;* Act. 16, 9. 19, 29. 27, 2. 2 Co. 9, 2. 4.*

*μάκελλον, ου, τό*, vox latina, *macellum*, locus ubi veneunt carnes et cetera, quae ad victum pertinent; 1 Co. 10, 25. (Dio Cass. 61, 18: *τὴν ἀγορὰν τῶν ὄψων, τὸ μάκελλον.*)*

*μακράν* (pr. accus. fem. adjectivi *μακρός*, sc. *ὁδόν*, longam viam), adv., LXX pro רָחוֹק; — *procul, longe;* absol., *ἀπέχειν*, Lc. 15, 20; de termino *ad quem*, nostr. *weit hin: ἐξαποστελῶ σε*, Act. 22, 21; add. *ἀπό τινος*, Mt. 8, 30. Lc. 7, 6. Jo. 21, 8; *τὸν θεὸν* - - *οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα*, i. e. qui unicuivis nostrum vi sua et numine adest (ut non opus sit, extra nos eum quaerere cognoscendum), Act. 17, 27; *οἱ εἰς μακράν*, qui remoti sunt, remotarum regionum incolae, i. e. gentiles, Act. 2, 39 coll. Jes. 2, 2 ss. Sach. 6, 15. — metaph., *οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασ. τοῦ θεοῦ*, non longe abest, quin recipiaris in regnum dei, s. tantum non dignus es civitate regni divini, Mc. 12, 34; *οἱ ποτὲ ὄντες μακράν* (opp. *οἱ ἐγγύς*), de paganis (de sensu v. in *ἐγγύς*, p. 113, col. 1), Eph. 2, 13; item *οἱ μακράν*, vs. 17.*

*μακρόθεν* (*μακρός*), adv., potissimum recentioris graecitatis; LXX pro מֵרָחוֹק, רָחוֹק al. — *e longinquo, procul;* Mc. 8, 3. 11, 13. Lc. 18, 13. 23, 49.

22, 54; praemissa praepos. *ἀπό* (cf. *Win.* p. 393 et §. 65, 2. *Bttm.* ntl. Gr. p. 62). Mt. 26, 58. 27, 55. Mc. 5, 6. 14, 54. 15, 40. Lc. 16, 23. Ap. 18, 10. 15. 17; ap. *Lchm. Tdf. Trg.* etiam Mc. 11, 13; ap. *Lchm. Tdf.* Lc. 23, 49; ap. *Tdf. Trg.* Mc. 8, 3; — Ps. 138, 6. 4 Reg. 19, 25 e cod. alex.; Esr. 3, 13.*

*μακροθυμέω*, ῶ, imper. aor. 1. *μακροθύμησον* (a *μακρόθυμος*, et hoc ex *μακρός* et *θυμός*), *longo sum animo, animum non despondeo;* hinc 1) *patienter et fortiter persevero* (i. q. *καρτερῶ*, ita Plut. de gen. Socr. c. 22; Artem. oneir. 4, 11) *in sustinendis tempestatibus et molestiis;* absol. Heb. 6, 15. Jac. 5, 8; add. *ἕως* c. gen. desiderati eventi, v. 7; *ἐπί* c. dat. rei quae speratur, ibid.; adde Sir. 2, 4. — 2) *patiens sum in ferendis aliorum peccatis et injuriis; lenis et tardus sum in vindicando jure; tardus sum ad indignandum, irascendum, puniendum* (pro הֶאֱרִיךְ אַף, differre iram, Prov. 19, 11); absol. 1 Co. 13, 4; *πρός τινα*, 1 Th. 5, 14; *ἐπί* c. dat. personae (v. in *ἐπί*, p. 162, col. 1), Mt. 18, 26. 29. Sir. 18, 11. 29, 8; hinc. dic. de deo poenas peccatorum differente; *εἴς τινα*, adversus, erga aliquem, 2 Pet. 3, 9; *ἐπί* c. dat. pers., Lc. 18, 7., quo vexato loco neque constantem dictionis *μακροθυμεῖν* usum (v. paulo ante) servabis neque sanum sensum habebis, nisi e negligenti usu verba *ἐπ᾽ αὐτοῖς* (v. in *αὐτός*, II, 6; p. 59) retuleris ad *τῶν ἐκλεκτῶν* adversarios et *καὶ μακροθυμῶν ἐπ᾽ αὐτοῖς* reddideris: *etiamsi iis indulgeat;* cujus negligentiae causa in eo quaerenda est, quod Lucas e recordatione loci Sir. 32, 18, ubi *ἐπ᾽ αὐτοῖς* referendum est ad *τοὺς ἀνελεήμονας*, Jesum loquentem facere videtur. Lectio *καὶ μακροθυμεῖ ἐπ᾽ αὐτοῖς;* qua deo *τὸ μακροθυμεῖν* abjudicaretur, probari nequit, quia antecedens parabola utique flagitat notionem de dei in vindicando jure tarditate; cf. *de Wette* ad l.*

*μακροθυμία*, ας, ἡ (*μακρόθυμος*), *longanimitas* (Vulg.), i. e. 1) *patientia, constantia, perseverantia*, maxime in sustinendis incommodis et malis conspicua (Plut. Luc. 32 s.; *ἄνθρωπος ὢν μηδέποτε τὴν ἀλυπίαν αἰτοῦ παρα θεῶν, ἀλλὰ μακροθυμίαν*, Menand. fr. 19; p. 203 ed. Meineke); Col. 1, 11. 2 Tim. 3, 10. Heb. 6, 12. Jac. 5, 10 Clem. Rom. 1 Co. 64. Barnab. 2, 2. — 2) *patientia, lenitas, tarditas in castigandis et vindicandis injuriis conspicua* (pro אֶרֶךְ אַפַּיִם, Jer. 15, 15), Ro. 2, 4. 9, 22. 2 Co. 6, 6. Gal. 5, 22. Eph. 4, 2. Col. 3, 12. 1 Tim. 1, 16. 2 Tim. 4, 2. 1 Pet. 3, 20. 2 Pet. 3, 15. (Clem. Rom. 1 Co. 13, 1. Ignat. ad Eph. 3.)*

*μακροθύμως*, adv., *longanimiter* (Vulg. Heb. 6, 15), i. e. *patienter;* Act. 26, 3.*

*μακρός, ά, όν, longus;* de loco: *remotus, dissitus, longinquus; χώρα*, Lc. 15, 13. 19, 12. — de tempore: *longus, diu durans; μακρὰ προσεύχομαι*, longas preces fundo, Mt. 23, 13. Mc. 12, 40. Lc. 20, 47.*

*μακροχρόνιος, ον* (*μακρός* et *χρόνος*), *longaevus, vitae diuturnae;* Eph. 6, 3. (Ex. 20, 12. Deut. 5, 16; perraro ap. profanos.)*

*μαλακία*, ας, ἡ (*μαλακός*), 1) pr. *mollities.* — 2) in N. T. (ut *ἀσθένεια, ἀῤῥωστία*), *infirmitas, debilitas, languor corporis, aegritudo* (LXX pro חֳלִי, morbus Deut. 7, 15. 28, 61. Jes. 38, 9 al.); junct. c. *νόσος*, Mt. 4, 23. 9, 35. 10, 1.*

*μαλακός, ή, όν, mollis; tactu mollis; ἱμάτια*, Mt. 11, 8 t. vulg. *Grsb.;* Lc. 7, 25 (*ἱματίων πολιτελῶν κ. μαλακῶν*, Artem. oneir. 1, 80; *ἐσθής*, Hom. Od. 23, 290. Artem. 2, 3. *χιτών*, Il. 2, 42); et simpliciter *τὰ μαλακά*, vestes molles (v. in *λευκός*), Mt. 11, 8 *Tdf. Trg.* — ut lat. *mollis* metaph. et sensu malo: *effeminatus*, de cinaedo, homine, qui corpus exponit ad muliebria patienda, 1 Co. 6, 9 (Dion. Hal. antt. 7. c. 2 sub finem).*

*Μαλελεήλ* (*Μελελεήλ, Tdf.*), ὁ (מַהֲלַלְאֵל, deum laudans, ex מַהֲלַל et אֵל), *Malaleel*, filius Cainani, Lc. 3, 37.

*μάλιστα* (superlat. adverbii *μάλα*), adv., *maxime, potissimum, inprimis;* Act. 20, 38. 25, 26. Gal. 6, 10. Phil. 4. 22. 1 Tim. 4, 10. 5, 8. 17. 2 Tim. 4, 13. Tit. 1, 10. Philem. vs. 16. 2 Pet. 2, 10; *μάλιστα γνώστης*, gnarissimus, Act. 26, 3.

*μᾶλλον* (comparat. vocis *μάλα*, valde), adv., *magis, amplius; potius;* 1) verbis et adjectivis additum designat incrementum, majorem quantitatem, ampliorum modum, altiorem gradum, *magis, amplius* (germ. *in höherem Grade, Maasse*); *a*) associantur ei voces modum et amplitudinem definientes casu ablativo: *πολλῷ, multo*, Mc. 10, 48. Lc. 18, 39. Ro. 5, 15. 17 (cui utrique versui subest sententia: modum salutis, quae Christo debeatur, longe ampliorem esse quam cladis ab Adamo profectae; diversitas enim inter ea, quae ad Adamum et ad Christum redeunt, non solum qualitatis est, sed etiam quantitatis; cf. *Rückert* Comm. z. Br. an d. Röm. T. I, p. 281); 2 Co. 3, 9. 11. Phil. 2, 12; *πόσῳ, quanto*, Lc. 12. 24. Ro. 11, 12. Philem. vs. 16. Heb. 9, 14; *τοσούτῳ, tanto, ὅσῳ, quanto* (sc. *μᾶλλον*), Heb. 10, 25. — *b*) in comparatione ponitur saepe ita, ut cogitando addendum sit *quam ante*, velut Mt. 27, 24 (*μᾶλλον θόρυβος γίνεται*); Lc. 5, 15 (*διήρχετο μᾶλλον*); Jo. 5, 18 (*μᾶλλον ἐζήτουν*); 19, 8. Act. 5, 14. 9, 22. 22, 2. 2 Co. 7, 7. 1 Th. 4, 1. 10. 2 Pet. 1, 10; *ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον*, Phil. 1, 9; aut is vel id, cum quo comparatio fit, patet ex antegressis, ut Phil. 3, 4; adjungitur comparativis, Mc. 7, 36. 2 Co. 7, 13; *πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον*, Phil. 1, 23; cf. *Win.* §. 35, 1; verbis comparativam vim habentibus, *μᾶλλον διαφέρειν τινός*, praestantiorem esse aliquo, Mt. 6, 26. — *μᾶλλον ἤ, magis quam*, Mt. 18, 13; *μᾶλλον* c. genit., *πάντων ὑμῶν*, 1 Co. 14, 18. (Xen. mem. 3, 12, 1.) — positivis notionibus adjunctum periphrasin facit comparativi, sq. *ἤ*, ut *μακάριον μ.* pro *μακαριώτερον*, Act. 20, 35; adde 1 Co. 9, 15. Gal. 4, 27; *πολλῷ μᾶλλον ἀναγκαῖα*, 1 Co. 12, 22; interdum *μᾶλλον* ante *ἤ* omissum videtur; v. supra in *ἤ* n. 3. f. — *c*) *μᾶλλον δέ, quod vero majoris momenti est*, Ro. 8, 34 (2 Macc. 6, 23). — 2) indicat electionem alterius prae altero, vertendum *potius*, nostr. *eher, vielmehr, lieber; a*) significat id, quod *facilius* locum habet, quam hoc illudve, vertendum nostro *eher;* ita *πολλῷ μᾶλλον* in conclusionibus a minori ad majus, Mt. 6, 30. Rom. 5, 9 s. Heb. 12, 9; *πόσῳ μᾶλλον*, Mt. 7, 11. 10, 25. Lc. 12, 28. Ro. 11, 12. 24. Philem. vs. 16; *πόσῳ μᾶλλον* sc. *οὐκ ἐκφευξόμεθα*, i. e. quanto minus effugiemus (cf. *Win.* p. 588), vel etiam *ἔνδικον μισθαποδοσίαν ληψόμεθα* (Heb. 2, 2), vel aliquid simile (cf. *Matthiae* §. 634, 3), Heb. 12, 25; — in quaestione, *οὐ μᾶλλον; nonne potius?* 1 Co. 9, 12. — *b*) *opponitur* alteri idque tollit, vertendum nostro *vielmehr; α*) praecedente sententia negativa aut prohibitiva, Mt. 10, 6. 28. 25, 9. Mc. 5, 26. Ro. 14, 13. 1 Tim. 6, 2. Heb. 12, 13; *μᾶλλον δέ*, Eph. 4, 28. 5, 11. — *οὐχὶ μᾶλλον, nonne potius?* 1 Co. 5, 2. 6, 7. — *β*) ita ut *μᾶλλον* ad *rem*, quam aliquis alteri praefert, igitur ad *nomen*, non ad *verbum* pertineat, Jo. 3, 19 (*ἠγάπησαν μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς*, i. e. quum lucem diligere deberent, caliginem dilexerunt, illam oderunt, vs. 20); 12, 43. Act. 4, 19. 5, 29. 2 Tim. 3, 4; — id cui opponitur et quod tollitur, ex orationis contextu, Mc. 15, 11 (suppl. *ἢ τὸν Ἰησοῦν*); Phil. 1, 12 (sens.: tantum abest, ut e vinculis meis damnum afferatur doctrinae de Christo, ut inde incrementa capiat numero discentium aucto). — *γ*) in correctione, *μᾶλλον δέ, immo potius, ut rectius dicam*, Gal. 4, 9

(Jos. antt. 15, 11, 3. Ael. v. h. 2, 13 et saepe ap. profanos; cf. *Grimm* Exeg. Hdb. ad Sap. p. 176 s.). — c) μᾶλλον non tollit id, cui opponitur, sed id denotat, quod *praeponderat; lubentius;* nostr. *lieber;* θέλω μᾶλλον et εὐδοκῶ μᾶλλον, lat. *malo,* 1 Co. 14, 5. 2 Co. 5, 8 (βούλομαι μᾶλλον, Xen. Cyr. 1, 1, 1); ζηλοῦν, 1 Co. 14, 1 (μᾶλλον sc. ζηλοῦτε); χρῶμαι, 7, 21.

*Μάλχος* (מֶלֶךְ graece formatum; cf. *Delitzsch* in Zeitschrift f. luth. Theol. 1876, p. 605), ου, ὁ, *Malchus,* servus quidam summi sacerdotis; Jo. 18, 10.*

*μάμμη*, ης, ἡ, 1) in scriptis antiquiorum Graecorum *mater* (vox qua pueruli matrem compellare solent). — 2) ap. recentiores (Joseph. Plut. App. Hdian. Artem.) i. q. τήθη, *avia* (v. *Lob.* ad Phryn. p. 133—35), 2 Tim. 1, 5. 4 Macc. 16, 9.*

*μαμωνᾶς* (*Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*), falso μαμμωνᾶς (t. vulg.), ᾶ, ὁ, *mamonas* (chald. מָמוֹנָא, uti videtur, ab אָמַן deducendum, ut sit *id cui confiditur*), *divitiae;* Mt. 6, 24 et Lc. 16, 13 (ubi ut persona sistuntur deoque opponuntur; cf. Phil. 3, 19); Lc. 16, 9. 11 („*lucrum* punice *mammon* dicitur," *Augustin;* LXX hebr. אֱמוּנָה Jes. 33, 6 vertunt θησαυρούς, et Ps. 37, 3 πλοῦτον).*

*Μαναήν*, ὁ (מְנַחֵם, consolator), *Manahen;* propheta quidam ecclesiae antiochenae. Act. 13, 1.*

*Μανασσῆς*, gen. et acc. ῆ, ὁ (מְנַשֶּׁה, oblivisci faciens, a נָשָׁה, oblitus est), *Manasses;* 1) filius Josephi primogenitus (Gen. 41, 51); Ap. 7, 6. — 2) filius Ezechiae, regis Judae (2 Reg. 21, 1—18), Mt. 1, 10.*

*μανθάνω*, aor. 2. ἔμαθον, ptcp. pf. μεμαθηκώς, LXX pro לָמַד; *disco, edoceor; a)* univ.; absol. *scientiam augeo,* 1 Tim. 2, 11. 2 Tim. 3, 7; scientiâ augeor, 1 Co. 14, 31; τί, Ro. 16, 17. 1 Co. 14, 35. Phil. 4, 9. 2 Tim. 3, 14. Ap. 14, 3; supple αὐτά, Jo. 7, 15; sq. interrog. indir. Mt. 9, 13; Χριστόν, Christi cognitione imbui, Eph. 4, 20; τί sq. ἀπό c. gen. rei argumentum discendi praebentis, Mt. 24, 32. Mc. 13, 28; ἀπό c. genit. personae docentis, Mt. 11, 29. Col. 1, 7, ut ap. Graecos (cf. *Krüger* §. 68, 34, 1. *Buttm.* ntl. Gr. p. 279); sq. παρά c. gen. docentis personae, 2 Tim. 3, 14 coll. Jo. 6, 45; sq. ἐν c. dat. pers., in aliquo (nos *an einem*), i. e. alicujus exemplo, 1 Co. 4, 6. — *b)* i. q. *audio, comperio;* sq. ὅτι, Act. 23, 27; τὶ ἀπό τινος (gen. pers.), Gal. 3, 2. — *c) usu et exercitatione disco; assuesco, consuesco;* sq. inf. 1 Tim. 5, 4. Tit. 3, 14. Phil. 4, 11 (Aesch. Prom. 1067. Xen. an. 3, 2, 25); ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν, Heb. 5, 8. — Vexato loco 1 Tim. 5, 13 a verbo μανθάνουσι pendet neque ἀργαί (ut explicandum sit: „discunt desides esse" s. „discunt desidiam"; ita *Bretschneider* et *Winer* Gr. p. 325 s.), neque περιερχόμενοι („discunt obire domus"; ita plerique intpp.; etenim e constanti Graecorum usu participio ad subjectum pertinente voci μανθάνειν conjuncto denotatur *qualem se ipsum* aliquis *cognoscat s. intelligat,* velut ἔμαθεν ἔγκυος οὖσα, „gravidam se cognovit", Hdt. 1, 5), sed μανθάνειν absolute (v. supra in *a*) et emphatice sumendum est de iis, quae domos obeundo discuntur et quae disci dedeceat; cf. *Bengel* ad l. et *Bttm.* ntl. Gr. p. 260 s.*

*μανία*, ας, ἡ (μαίνομαι), *insania, furor;* Act. 26, 24.*

*μάννα*, τό, indecl.; ἡ μάννα ap. Joseph. (antt. 3, 13, 1), LXX τὸ μάν pro hebr. מָן (a radice מָנַן, ap. Hebraeos non usitata, arab. مَنَّ benignus fuit, benefecit, largitus est, unde substantiv. مَنٌّ, propr. donum), *manna,* indecl. (ita Vulg. in N. T.), *man* (ita Vulg. in V. T.; quamquam *manna,* gen. *ae,* a Plinio et Vegetio de granulo plantarum dicitur), e peregrinatorum relationibus succus dulcissimus roscidus, qui in Arabia aliisque terris orientalibus potissimum pluviosorum annorum aestatibus e foliis arborum quarundam et fruticum exsudatus, in granula alba et pellucida coagulatus ab istarum terrarum incolis ante solis ortum colligitur collectusque mellis instar jucundissimo alimento inservit. Cujusmodi cibi larga copia Israelitis per desertum olim peregrinantibus obtigerat, in quo postera fama, quam biblici scriptores sequuntur, panem ex ipsis coelis prodigialiter demissum vidit atque variis modis rem splendore miraculi illustravit (Exod. 16, 12 ss. Ps. 78, 24. 105, 40. Sap. 16, 20); cf. *Winer* RWB. sub voce *Manna; Knobel* ad Exod. p. 171 ss. *Furrer* in *Schenkel* BL. 4, p. 109 s. — In N. T. memoratur manna illa, qua Israelitae olim nutriti erant, Jo. 6, 31. 49 et t. vulg. *Lchm.* vs. 58; illa, quae in arca foederis asservabatur, Heb. 9, 4 (Ex. 16, 33); illa, quae in templo coelesti asservata alimento angelis beatisque hominibus esse dicitur in oratione symbolica Ap. 2, 17.*

*μαντεύομαι* (μάντις), inde ab Hom., *vatem ago, oraculum edo, vaticinor;* Act. 16, 16 de prophetissa mendace; LXX pro קָסַם, hariolatus est, quod pseudoprophetis tribuitur.*

*μαραίνω*, fut. 1. pass. μαρανθήσομαι, inde ab Hom. Il. 9, 212. 23, 228; *exstinguo* (flammam, ignem, lucem al.); *aridum reddo, contabefacio, marcescere facio,* pass. *marcesco, flaccesco* (Sap. 2, 8 de rosis; Job. 15, 30); trop. *tabesco, consumor, pereo* (νόσῳ, Eur. Alc. 203; τῷ λιμῷ, Jos. b. j. 6, 5, 1); i. q. *miser evado,* Jac. 1, 11., q. l. scriptor tropo invitatu ante dictorum (vs. 10) utitur.*

*μαραναθά*, verba chald. מָרַנָא אֲתָה, i. e. *dominus noster venit* s. *veniet;* 1 Co. 16, 22.

*μαργαρίτης*, ου, ὁ, *margarita, unio* (germ. *Perle*); Mt. 13, 45 s. 1 Tim. 2, 9. Ap. 17, 4. 18, 16. 21, 21; τοὺς μαργαρίτας βάλλειν ἔμπροσθεν χοίρων, dictio gnomica, i. e. sanctissima et praestantissima evangelii praecepta scelestissimis et perditissimis hominibus, ad ea excipienda invalidis eique infestis, obtrudere eoque modo profanare, Mt. 7, 6 (coll. Prov. 3, 15 s. Job. 28, 18 s.).

*Μάρθα*, ας (Jo. 11, 1), ἡ (chald. מָרְתָא, domina), *Martha,* soror Lazari Bethaniensis; Lc. 10, 38. 40 s. Jo. 11, 1. 5. 19—39. 12, 2.*

*Μαριάμ* indecl. et *Μαρία*, ας, ἡ (מִרְיָם, contumacia, notissimum nomen propr. sororis Mosis, targumice מַרְיָם; cf. *Delitzsch* in Zeitschr. f. luth. Theol. 1877, p. 2), *Maria;* cujus nominis mulieres in N. T. memorantur hae: 1) mater Jesu Christi, uxor Josephi, nomine scripto *Μαρία*, Mt. 1, 16. 18. 2, 11. Mc. 6, 3. Lc. 1, 41. Act. 1, 14; *Μαριάμ*, Mt. 13, 55. Lc. 1, 27. 30—56. 2, 5. 16. 34; variante lectione inter utramque formam Mt. 1, 20. Lc. 2, 19. Jo. 11, 19. 28. 31 s. 45; etiam in mentione reliquarum hujus nominis mulierum; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 15. — 2) *Maria Magdalena* (e vico Magdala oriunda), Mt. 27, 56. 61. 28, 1. Mc. 15, 40. 47. 16, 1. 9. Lc. 8, 2. 24, 10. Jo. 19, 25. 20, 1. 11. 16. 18. — 3) mater Jacobi minoris et Josis, uxor Clopae, soror matris Jesu, Mt. 27, 56. 61. 28, 1. Mc. 15, 40. 47. 16, 1. Lc. 24, 10. Jo. 19, 25 (v. in Ἰάκωβος, 2). Sunt vero etiam, qui *duas* vivas nominis Mariae sorores fuisse (quae vulgaris opinio est) parum verisimile censentes, Jo. 19, 25 non tres, sed quatuor mulieres easque in duo paria distinctas recenseri atque in τῇ ἀδελφῇ τῆς μητρὸς Ἰησοῦ Salomen, Zebedaei uxorem, cernendam opinantur; ita potissimum *Wieseler* in Theol. Studd. u. Kritiken, 1840, p. 648 ss. cui calculum adjiciunt

*Lücke, Meyer, Ewald* al.; contra quos cf. *Grimm* in *Ersch* et *Gruber* Encykl. sect. 2. T. XXII. p. 1 s. Neque desunt apud Judaeos exempla unius duorum vivorum fratrum nominis, *Oniae*, ap. Jos. antt. 12, 5, 1; *Herodum*, Herodis Magni filiorum, quorum alterum e Mariamne, alterum e Cleopatra hierosol. susceperat, Jos. antt. 17, 1, 3. b. jud. 1, 28, 4. — 4) soror Lazari et Marthae, Lc. 10, 39. 42. Jo. 11, 1—45. 12, 3. — 5) mater Joannis Marci, Act. 12, 12. — 6) mulier quaedam christiana, Ro. 16, 6.*

**Μάρκος**, ου, ὁ, *Marcus*, ex ecclesiae traditione auctor secundi canonici evangelii idemque *Joannes Marcus* in actis apostol. commemoratus (v. in Ἰωάννης, n. 5), Mariae, hierosolymitanae mulieris filius, fortasse a Petro ad religionem christianam conversus (Act. 12, 11 s.) indeque (1 Pet. 5, 13) Petri *filius* vocatus, Barnabae consobrinus, in quibusdam itineribus apostolicis Pauli et postremo etiam Petri comes et socius; Act. 12, 12. 25. 15, 37. 39. Col. 4. 10. 2 Tim. 4, 11. Philem. vs. 24. 1 Pet. 5, 13 coll. Euseb. h. e. 2, 15 s. 3, 39. Nonnulli, ut *Grotius* et *Kienlen* (in Theol. Studd. u. Kritiken, 1843, p. 423), duos Marcos distinguendos flagitant, alterum Pauli, in actis et paulinis epistolis memoratum, alterum Petri assectatorem et comitem, cujus 1 Pet. 5, 13 mentio fiat.*

**μάρμαρος**, ου, ὁ, ἡ (μαρμαίρω, splendeo, mico), 1) *lapis, saxum* (Hom. Eur.). — 2) *marmor* (Theophr. Strab. al.), Ap. 18, 12.*

**μάρτυρ**, ος, ὁ, v. μάρτυς.

**μαρτυρέω**, ῶ, 3 ps. plur. impf. ἐμαρτύρουν, fut. μαρτυρήσω, aor. 1. ἐμαρτύρησα, pf. μεμαρτύρηκα, aor. 1. pass. ἐμαρτυρήθην, inde ab Aeschl. et Hdt., *testis sum, testor*, i. e. *me aliquid vel vidisse, vel audivisse, vel expertum, vel* (ita in N. T.) *divina revelatione s. inspiratione edoctum scire affirmo* (dicuntur in N. T. nonnumquam apostoli μαρτυρεῖν, ut qui eximiorum Jesu dictorum, factorum, fatorum, quibus messiana ejus dignitas probaretur, auditores et spectatores fuissent; etiam Paulus, ut cui redivivus Christus conspiciendum se praebuisset; cf. Jo. 15, 27. 19, 35. 21, 24. Act. 23, 11. 1 Co. 15, 15. 1 Jo. 1, 2 coll. Act. 1, 22 s. 2, 32. 3, 15. 4, 33. 5, 32. 10, 39. 41. 13, 31. 26, 16); a) universe; absol. *testimonium dico* (*non retineo*), Jo. 15, 27. Act. 26, 5; sq. ὅτι recit. et orat. dir., Jo. 1, 32; item praemisso λέγων, 4, 39; μαρτυρεῖν εἰς c. acc. loci, in quem testimonium (de Christo) perferatur, Act. 23, 11; μαρτυρῶ, mediae orationi intersertum (*Win.* §. 62, 2), 2 Co. 8, 3; i. q. *testimonio comprobo* s. *confirmo*, 1 Jo. 5, 6 s.; dic. de Jesu id quod ipsi vere accidit praedicente, Jo. 13, 21; de deo, qui aliquid ita esse (sc. ita, ut auctor docet) ipse profiteatur in sacr. litteris, sq. ὅτι recit., Heb. 7, 17 t. vulg. *Grsb.*; — μαρτ. sq. περί c. genit. pers., *testimonium exhibeo de aliquo*, Jo. 1, 7 s.; περὶ τοῦ ἀνθρώπου, de homine, i. e. dico, quid de hominum ingeniis, moribus, factis ipse expertus sim, 2, 25; περί τινος sq. orat. dir., 1, 15; περὶ Ἰησοῦ testari dicuntur scriptura, h. e. ea proferre, e quibus eum vere a deo missum esse pateat, 5, 39; deus in s. scripturis, vs. 37 coll. 8, 18; per expiationem baptismo et morte Christo factam spiritumque s. animos hujus expiationis certos reddentem, 1 Jo. 5, 6—9; Joannes baptista, utpote *propheta*, Jo. 5, 32; res ab ipso gestae, vs. 36 (ibi sq. ὅτι); 10, 25; spiritus s., 15, 26; apostoli, vs. 27; ipse περὶ ἑαυτοῦ, 5, 31. 8, 13 s. 18; περί c. gen. rei, 21, 24; περὶ τοῦ κακοῦ, profero argumenta, quibus τὸ κακόν demonstretur, 18, 23. — c. accus. argumenti, μαρτυρίαν μαρτυρεῖν περί c. gen. pers., Jo. 5, 32. 1 Jo. 5, 9 (t. vulg. *Grsb.*); vs. 10 (τὴν αὐτὴν μαρτυρίαν μαρτυρεῖν, Plat. Eryx. p. 399 b.; τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ, ἣν τῇ ἀρετῇ μαρτυρεῖ, Epict. diss. 4, 8, 32); c. accus. rei, *testor aliquid; testimonium exhibeo de aliqua re*, Jo. 3, 11. 32; supple αὐτό, Jo. 19, 35; τινί τι, 1 Jo. 1, 2; ὃς ἐμαρτύρησε - - Χριστοῦ, qui testimonium exhibuit (videlicet in hoc libro, i. e. in libro apocalypseos) de iis, quae deus effatus et Jesus Christus testatus est (sc. de rebus futuris; v. in λόγος, I, 2, *b.* ε; p. 264, col. 1), Ap. 1, 2; ὁ μαρτυρῶν ταῦτα, qui haec per prophetam, legatum suum, *testanda curavit*, 22, 20; μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα ἐπὶ [*Lchm.* ἐν] ταῖς ἐκκλησίαις, haec vobis testanda curare *apud* coetus vel *propter* coetus, vs. 16; nisi ἐπί rectius expungitur, ut vertendum sit, *vobis*, i. e. (septem Asiae minoris) *coetibus* (ut redeat vatis oratio ad 1, 4); cf. *de Wette, Bleek* ad l.; — de testimonio, quod non *dicendo*, sed *facto* exhibetur, in phrasi de Christo, μαρτυρεῖν τὴν ὁμολογίαν, professionis (christianae) veritatem testimonio tolerati supplicii confirmare, 1 Tim. 6, 13., ubi cf. *Hofmann*; — pass. Ro. 3, 21 (probitas, qualem a deo credentibus adjudicari litterae sacrae testantur, cf. 4, 3); — μαρτ. sq. ὅτι, Jo. 1, 34. 12, 17. 1 Jo. 4, 14; περί c. gen. pers. sq. ὅτι, Jo. 5, 36. 7, 7; κατά τινος, contra aliquem, sq. ὅτι, 1 Co. 15, 15. — c. dat. *rei*; i. e. in commodum rei; τῇ ἀληθείᾳ, Jo. 5, 33. 18, 37; σοῦ τῇ ἀληθείᾳ (v. in ἀλήθεια, II), testimonium dico de veritate tua, qualis est. 3 Jo. v. 3. 6; dic. de testimonio, quod pro re aliqua adjuvanda *factis* exhibetur, τῷ λόγῳ, Act. 14, 3; c. dat. (rei) incommodi, μαρτυρεῖτε (*Tdf. Trg.* μάρτυρές ἐστε) τοῖς ἔργοις τῶν πατέρων, iis quae vos agitis, patrum vestrorum operibus testimonium adjungitis, quo ea esse patrata a patribus vestris constet, Lc. 11, 48. — c. dativo *personae, alicui* (commonefaciendo, edocendo) *testimonio affirmo*, Heb. 10, 15; sq. orat. dir., Ap. 22, 18 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*; *alicui testor id, quod me testari de se vult*, Act. 22, 5; sq. ὅτι, Mt. 23, 31. Jo. 3, 28. Ro. 10, 2. Gal. 4, 15. Col. 4, 13; sq. acc. c. infin. Act. 10, 43; testimonium edo in gratiam alicujus, quo commendetur, Jo. 3, 26. Act. 13, 22. 15, 8; pass. μαρτυροῦμαι, *testimonium mihi impertitur* s. *de me dicitur* (*Win.* §. 39, 1. *Buttm.* ntl. Gr. p. 163), sq. ὅτι, Heb. 7, 8; sq. ὅτι recitat. et orat. dir., Heb. 7, 17 *Lchm. Tdf. Trg.*; sq. infin. ad subjectum pertinente, 11, 4 s. — *b*) cum emphasi: *testimonium honorificum dico*; c. dat. pers. Lc. 4, 22; ἐπί τινι, propter aliquid, Heb. 11, 4; μεμαρτύρηταί τινι ὑπό τινος, 3 Jo. vs. 12; pass. μαρτυροῦμαι, *bonum testimonium mihi impertitur, testimonio honorifico ornor, celebror, probor*, Act. 6, 3 (Clem. Rom. 1 Co. 17, 1 s. 18, 1. 19, 1. 47, 4); sq. ἐν c. dat. rei, in qua praestantia cernitur, ob quam laus obtingit, 1 Tim. 5, 10. Heb. 11, 2 (ἐπί τινι, propter aliquid, Athen. 1, p. 25 f.); διά τινος, testimonium honorificum obtingit mihi per aliquid, vs. 39; ὑπό c. gen. personae testimonium honorificum impertientis; Act. 10, 22. 16, 2. 22, 12 (Clem. Rom. 1 Co. 38, 2. 44, 3. Ignat. ad Eph. 12. ad Philad. 5 et 11. Antonin. 7, 62); c. dat. personae testantis (i. q. ὑπό τινος), Act. 26, 22 t. vulg. *Grsb.* — *c*) med., e mendosa lectione, *obtestor*, 1 Th. 2, 12, ubi *Tdf.* et *Trg.* recte restituerunt μαρτυρόμενοι.*

**μαρτυρία**, ας, ἡ (μαρτυρέω; q. v.), 1) *testatio*; negotium de futuris rebus testandi prophetis mandatum, Ap. 11, 7. — 2) id quod aliquis testatur, *testimonium*; univ. Jo. 5, 34; sensu forensi de testimonio coram judice, Lc. 22, 71. Mc. 14, 56; c. genit. subjecti, Mc. 14, 59. Jo. 8, 17. 1 Jo. 5, 9; κατά τινος, adversus aliquem, Mc. 14, 55; sensu historico, de testimonio scriptoris historici, Jo. 19, 35. 21, 24; sensu ethico de testimonio de ali-

cujus moribus, 3 Jo. vs. 12. 1 Tim. 3, 7. Tit. 1, 13; praevalente dogmatico sensu in rebus ad christianae religionis veritatem spectantibus: de testimonio, quo Jesu dignitas messiana et divinitas comprobatur (v. in μαρτυρέω), quod exhibuerunt Joannes baptista, Jo. 1, 7. 5, 32; ἡ μαρτ. τοῦ Ἰωάννου, 1, 19; *Jesus ipse*, c. gen. subjecti, 5, 31. 8, 13 s.; *deus* in scripturae s. vaticiniis de Jesu Messia, in facultatibus quibus eum instruxit, in rebus ab eo gestis, 5, 36; per spiritum s. in beata Christianorum conscientia vitae aeternae et reconciliationis cum deo suscepto baptismo et expiatoria Christi morte impetratae, c. gen. subj. τοῦ θεοῦ, 1 Jo. 5, 9—11 coll. vs. 6—8; *apostoli*, σοῦ τὴν μαρτ. περὶ ἐμοῦ, Act. 22, 18; *reliqui Christi cultores*, Ap. 6, 9; c. gen. subj. αὐτῶν, 12, 11; c. gen. objecti, Ἰησοῦ, vs. 17. 19, 10. 20, 4 (ἔχειν hanc μαρτ. est *tenere testimonium*, in eo exhibendo constanter perseverare, 6, 9. 12, 17. 19, 10; ex aliorum interpretatione autem: *testandi officium sibi impositum habere*); alibi *testimonium* Christi est illud, quod dicit de rebus divinis, quarum ipse solus est gnarissimus, Jo. 3, 11. 32 s.; ἡ μαρτ. Ἰησοῦ, id test., quod dixit de futuris rebus ad consummationem divini regni spectantibus, Ap. 1, 2 (cf. 22, 16, 20); διὰ τὴν μ. Ἰησοῦ Χριστοῦ, ad accipiendum hoc test., vs. 9.*

μαρτύριον, ίου, τό (μάρτυρ), LXX pro עֵד, עֵדָה, saepius pro עֵדוּת (decretum, praeceptum); frequentissime pro מוֹעֵד (conventus), quasi id oriatur ab עוּד, testor, quum sit a יָעַד, condico; — *testimonium*; *a*) c. gen. subj. τῆς συνειδήσεως, 2 Co. 1, 12; c. gen. obj. ἀποδιδόναι τὸ μ. τῆς ἀναστάσεως Ἰησοῦ, Act. 4, 33. — *b*) τοῦ Χριστοῦ, de Christo servatore; appellatur ita apostolica pronuntiatio salutis (ob causam in μαρτυρέω a nobis memoratam), 1 Co. 1, 6; item τοῦ κυρίου ἡμῶν, 2 Tim. 1, 8; τοῦ θεοῦ, de deo, h. e. de iis, quae deus per Christum pro reparanda hominum salute fecit, 1 Co. 2, 1; c. gen. subj. ἡμῶν, quod a nobis dicitur, 2 Th. 1, 10. — εἰς μαρτ. τῶν λαληθησομένων, ut testimonium diceret de iis, quae (messiano tempore) eloquenda essent, i. e. de revelatione christiana, Heb. 3, 5; cf. *Delitzsch* ad h. l. — *c*) εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, ut exstet iis testim., s. ut testimonium habeant, i. e. argumentum, quo hoc illudve comprobetur, ut restituta leproso sanitas, Mt. 8, 4. Mc. 1, 44. Lc. 5, 14; ut res iis innotescat, cujus cognitio iis salutaris est, Mt. 10, 18. 24, 14. Mc. 13, 9; ut testimonium impuritatis suae habeant, Mc. 6, 11; de eadem re dic. εἰς μαρτύριον ἐπ' αὐτούς, ut exstet testimonium *contra* eos, Lc. 9, 5; ἀποβήσεται ὑμῖν εἰς μαρτ., eveniet vobis, ut testimonium de me et causa mea dicatis, Lc. 21, 13; εἰς μ. ὑμῖν ἔσται, vobis improbitatis convincendis inserviet, Jac. 5, 3; per appositionem ad totum antecedens enuntiatum (cf. *Win.* §. 59, 9), τὸ μαρτ. καιροῖς ἰδίοις, id quod (videlicet Jesum semet ipsum tradidisse pretium redemtionis) argumentum (*Inhalt*) esset testimonii = pronuntiandum esset (ab apostolis et evangelii praeconibus) temporibus rei accommodatis, 1 Tim. 2, 6; cf. quae copiosius de h. l. exponit *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. III, p. 12 ss. — ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, Act. 7, 44. Ap. 15, 5; ap. LXX persaepe pro אֹהֶל מוֹעֵד (v. supra), et passim pro אֹהֶל הָעֵדוּת ut Exod. 38, 26. Lev. 24, 3 al.*

μαρτύρομαι (a μάρτυρ), 1) *testem sumo, testem profero, testem invoco, contestor* (Tragg. Thuc. Plat. sqq.); *per deum affirmo, sancte affirmo*; ταῦτα, Plat. Phil. p. 47 c.; ὅτι, Act. 20, 26. Gal. 5, 3. — 2) *obtestor, per deum rogo, graviter adhortor*; τινί, Act. 26, 22 *Lchm. Tdf. Trg.*; sq. acc. c. inf. Eph. 4, 17; εἰς τό sq. acc. c. infin. 1 Th. 2, 12 *Tdf. Trg.**

μάρτυς (aeol. forma μάρτυρ in N. T. non legitur), υρος, acc. υρα, ὁ, pl. μάρτυρες, dat. plur. μάρτυσι, LXX pro עֵד; *testis* (qui, quae ipse vidit vel audivit vel alio modo edoctus novit, asseverat vel asseverare potest); *a*) sensu forensi, Mt. 18, 16. 26, 65. Mc. 14, 63. Act. 6, 13. 7, 58. 2 Co. 13, 1. 1 Tim. 5. 19. Heb. 10, 28. — *b*) sensu historico; Act. 10, 41. 1 Tim. 6, 12; qui alicui rei interest spectator, velut certamini, Heb. 12, 1; c. gen. obj. Lc. 24, 48. Act. 1, 22. 2, 32. 3, 15. (5, 32 *Lchm. Tdf.*) 10, 39. 26, 16. 1 Pet. 5, 1; c. gen. possessoris: qui pro aliquo testimonium dicit, Act. 1, 8 *Lchm. Tdf. Trg.*; 13, 31; c. genit. possessoris et objecti, 5, 32 t. vulg. *Grsb. Trg.*; μάρτυρα εἶναί τινι, testimonio rebus alicujus inservire, Act. 1, 8 t. vulg.; 22, 15; testis esse dicitur, ad cujus testimonium provocatur; hinc formulae μάρτυς μού ἐστιν ὁ θεός, Ro. 1, 9. Phil 1. 8; θεὸς μάρτυς, 1 Th. 2, 5; μάρτυρα τὸν θεὸν ἐπικαλοῦμαι, 2 Co. 1, 23; ὑμεῖς μάρτυρες κ. ὁ θεός, 1 Th. 2, 10; *testes dei* dicuntur qui consiliorum dei sunt fidi interpretes, Ap. 11, 3; in his Christus, 1, 5. 3, 14. — *c*) sensu ethico μάρτυρες Ἰησοῦ vocantur, qui suo exemplo etiam supplicio suscipiendo et perpetiendo fidei Christo habitae vim et veritatem probaverunt, Act. 22, 20. Ap. 2, 13. 17, 6.*

μασθός, dorice pro μαστός (q. v.), Ap. 1, 13 *Tdf.*

μασσάομαι (t. vulg. *Grsb.*), rectius μασάομαι (*Lchm. Tdf. Trg.*), (*ΜΑΩ*, μάσσω, depso), *mando, conficio, consumo, comedo* (κρέας, Arstph. plut. 321; τὰ δέρματα τῶν θυρεῶν, Jos. b. j. 6, 3, 3; ῥίζας ξυλῶν, LXX Job. 30, 4 et aliis ap. alios exemplis); ἐμασῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν, linguas mordebant (prae dolore), Ap. 16, 10.*

μαστιγόω, ῶ, f. ώσω, aor. 1. ἐμαστίγωσα (μάστιξ), inde ab Hdt.; LXX maxime pro הִכָּה; *flagellis caedo*; pr. τινά, Mt. 10, 17. 20, 19. 23, 34. Mc. 10, 34. Lc. 18, 33. Jo. 19, 1; metaph. de deo quasi patre homines ut liberos calamitatibus castigante et exercente, Heb. 12, 6; cf. Jer. 5, 3. Prov. 3, 12. Judith. 8, 27.*

μαστίζω, i. q. μαστιγόω, q. v.; τινά, Act. 22, 25. (Num. 22, 25. Sap. 5, 11 et saepe ap. Hom.)*

μάστιξ, ιγος, ἡ, *flagrum, flagellum, scutica* (pro שׁוֹט, 3 Reg. 12, 11, 14. Prov. 26, 3); Act. 22, 24. Heb. 11, 36; transl. *malum, calamitas*, potissimum a deo puniendi vel castigandi causa immissa (Ps. 89, 33; add. Διός, Hom. Il. 12, 37. 13, 812; θεοῦ, Aesch. sept. 607); de morbis, corpus cruciantibus, Mc. 3, 10. 5, 29. 34. Lc. 7, 21. 2 Macc. 9, 11.*

μαστός, οῦ, ὁ (μάσσω, depso), inde ab Hdt.; *mamma, uber* (pro שַׁד, Job. 3, 12. Cant. 1, 13 al.); plur. mammillae (viri), Ap. 1, 13 t. vulg. *Grsb. Trg.*; ubera (feminarum), Lc. 11, 27. 23, 29.*

ματαιολογία, ας, ἡ (ματαιολόγος), *vaniloquentia*; Vulg. *vaniloquium*; 1 Tim. 1, 6. (Plut. mor. p. 6 f. Porphyr. de abstin. 4, 16.)*

ματαιολόγος, ον, ὁ (μάταιος et λέγω), *vaniloquus, vana s. inepta loquens*; Tit. 1, 10.*

μάταιος, αία (1 Co. 15, 17), ον, etiam ος, ον (Jac. 1, 26. Tit. 3, 9), (a μάτην), LXX pro הֶבֶל, שָׁוְא, כָּזָב (mendacium) al.; ut ap. profanos *vanus; vi, veritate, successu, fructu destitutus*; univ. ἡ θρησκεία, Jac. 1, 26; *irritus*, ἡ πίστις, 1 Co. 15, 17; stultus ineptus, διαλογισμοί, 1 Co. 3, 20; ζητήσεις, Tit. 3, 9; vanis deditus et a salute abducens, ἀναστροφή, 1 Pet. 1, 18. — τὰ μάταια, *res vanae*, de diis gentilium eorumque cultu (הֲבָלִים, Jer. 2, 5. 10, 3; הָלַךְ אַחֲרֵי הַהֶבֶל, πορεύεσθαι ὀπίσω τῶν ματ., 4 Reg. 17, 15; הֲבָלִים, μάταια, Jer. 8, 19; εἴδωλα, Deut. 32, 21. Jer. 14, 22), Act. 14, 15.*

*ματαιότης, ητος, ἡ* (*μάταιος*, q. v.), vox solum biblica et eccles., LXX pro הֶבֶל (saepe in libro Coheleth), etiam pro שָׁוְא al.; *vanitas; a) id cui nihil veri et idonei subest; ὑπέρογκα ματαιότητος* (gen. qualitatis), 2 Pet. 2, 18. — *b) perversitas; τοῦ νοός*, Eph. 4, 17. — *c) fragilitas, id quod nihil in se habet roboris;* Rom. 8, 20.*

*ματαιόω* (*μάταιος*), *vanum, stultum reddo; ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν*, stulti, evaserunt in suis cogitatis, i. e. in errores delapsi sunt, Ro. 1, 21. (4 Reg. 17, 15. Jer. 2, 5. 1 Chr. 21, 8; nusquam ap. Graecos.)*

*μάτην* (accus. vocis *μάτη*, i. q. *ματία*, studium successu carens, stultitia, peccatum), adv., inde ab Aeschylo, *frustra, sine fructu;* Mt. 15, 9 et Mc. 7, 7 e LXX Jes. 29, 13.*

*Ματθαῖος* (*Lchm. Tdf. Trg. Μαθθαῖος*, cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 7), *ου, ὁ* (e vulgari sententia hebr. מַתִּתְיָה, donum dei, ex מַתָּן et יָהּ; sed מַתִּתְיָה graece dicitur *Ματθίας*, et analogia nominum חַגַּי [a חַג, festum], graece *Ἀγγαῖος*, זַכַּי, *Ζακχαῖος*, al. pariter atque syriaca nominis, de quo agitur, forma ܡܬܝ utique suadent statuere aramaeam formam מַתַּי, eamque deducere ab inusitato singulari מַת, vir, plur. מְתִים, ergo i. q. virilis; cf. *Grimm* in Theol. Studd. u. Kritt. 1870, p. 723 ss.); *Matthaeus*, olim vectigalium exactor, posthac Jesu apostolus, Mt. 9. 9 ss. (coll. Mc. 2, 14. Lc. 5, 27 ss. v. in *Λευΐ*); 10, 3. Mc. 3, 18. Lc. 6, 15. Act. 1, 13., qui teste Papia ap. Eus. h. e. 3, 39 *ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ* (*κυριακὰ*) *λόγια* i. e. *sermones domini* conscripsit, quam orationum compositionem fortasse jam ab alio retractatam et graece redditam, auctor primi canonici evangelii cum narrationibus de factis et fatis Christi conjunxit, unde factum est, ut hoc evangelium ab ecclesia Matthaeo auctori tribueretur.*

*Ματθάν* (*Lchm. Tdf. Trg. Μαθθάν*), *ὁ* (מַתָּן, donum), *Matthan*, e majoribus Christi, Mt. 1, 15.*

*Ματθάτ* (*Tdf. Μαθθάθ*), *ὁ* (מַתַּת, a נָתַן), *Matthat*, 1) unus e majoribus Christi, filius Levi, Lc. 3, 24. — 2) unus e proavis viri modo dicti, 3, 29.*

*Ματθίας* (*Tdf. Trg. Μαθθίας*, *α, ὁ* (v. in *Ματθαῖος*), *Matthias*, apostolus, qui in locum Judae Cariothensis successit; Act. 1, 23. 26.*

*Ματταθά, ὁ* (v. nomina praeced.), *Mattatha*, filius Nathanis, nepos Davidis; Lc. 3, 31.*

*Ματταθίας, ου, ὁ* (v. nomina praeced.), *Mattathias*, 1) unus e majoribus Christi, Lc. 3, 25. — 2) unus e proavis viri modo dicti, 3, 26.*

*μάχαιρα*, gen. *ας* et *ης*, dat *ᾳ* et *ῃ* (inter quas formas codd. variant, cf. *Win.* p. 61. *Bttm.* ntl. Gr. p. 11. *Delitzsch* ad Heb. 11, 34; p. 584), *ἡ* (cohaeret c. *μάχη* et lat. *mactare*); 1) *culter major*, mactandis animalibus et dissecandis carnibus inserviens; Hom. Pind. Hdt. al.; hinc Gen. 22, 6. 10. Judd. 19, 29 cod. alex. pro מַאֲכֶלֶת. — 2) *gladius minor*, distinct. a majore, *τῇ ῥομφαίᾳ* (Jos. antt. 6, 9, 5: *ἀποτέμνει τὴν κεφαλὴν τῇ ῥομφαίᾳ τῇ ἐκείνου* [Goliathi] *μάχαιραν οὐκ ἔχων αὐτός*), et *incurvatus, quo caesim feritur*, distinct. a *ξίφος, gladio recto, quo punctim feritur*, Xen. r. eq. 12, 11 coll. hist. graec. 3, 3, 7; sed non raro utrumque nomen promiscue usurpatur. — In N. T. univ. *gladius, ensis* (LXX saepe pro חֶרֶב), et quidem instrumentum impetum facientium aut depellentium, Mt. 26. 47. 51 s. Mc. 14, 43. 47 s. Lc. 22, 36. 38. 49. 52. Jo. 18, 10 s. Act. 16, 27. Heb. 11, 37. Ap. 6, 4. 13, 10 s.; ex hebr. *στόμα μαχαίρας, acies ensis* (פִּי חֶרֶב, Gen. 34, 26. Jos. 8, 24. 1 Sam. 13. 22. Jud. 3, 16 al.), Lc. 21, 24. Heb. 11, 34; *μάχαιρα δίστομος* (v. in *δίστομος*), Heb. 4, 12; de gladio, instrumento magistratus s. judicis: supplicium gladii, Ro. 8, 35; *ἀναιρεῖν τινα μαχαίρᾳ*, Act. 12, 2; *τὴν μ. φορεῖν, gladium gerere*, dic. is, cui gladius commissus est, sc. ut eo, quando supplicium de aliquo malefico sumendum est, utatur, igitur i. q. *jus vitae et necis habere*, Ro. 13, 4 (ita *ξίφος, ξίφη ἔχειν*, Philostr. v. Apoll. 7, 16; vit. sophist. 1, 25, 2 coll. Dion. Cass. 42, 27; et in talmudicis *rex qui portat gladium*, de rege hebraeo). — metaph. *μάχ.*, instrumentum bellicum, dic. pro bello s. pro rixis, discidiis, quibus pax tollitur; ita in phrasi *βαλεῖν μάχαιραν ἐπὶ τὴν γῆν*, bellum terrae immittere, Mt. 10, 34 (pro quo Lc. 12, 52 dicit *διαμερισμόν*); *ἡ μάχ. τοῦ πνεύματος*, gladius, quo incitamenta ad peccandum vincit suamque vim ac virtutem comprobat spiritus, pro quo gladio esse h. l. dicitur *ῥῆμα θεοῦ*, Eph. 6, 17.*

*μάχη, ης, ἡ*, LXX passim pro רִיב, מָדוֹן al.; *pugna;* 1) bellantium, *proelium.* — 2) discordium, disputantium, *lis, contentio; rixa*, 2 Co. 7, 5. 2 Tim. 2, 23. Jac. 4, 1; *μάχαι νομικαί*, contentiones de lege, Tit. 3, 9.*

*μάχομαι*, 3 ps. plur. impf. *ἐμάχοντο, pugno;* pr. de iis, qui manus conserunt, Act. 7, 26; trop. de iis, qui verbis pugnant, *discepto, contendo, altercor*, 2 Tim. 2, 24; *πρὸς ἀλλήλους*, Jo. 6, 52; de iis, qui de consequendis opibus et commodis litigant, Jac. 4, 2.*

*μεγαλαυχέω, ῶ* (*μεγάλαυχος*, et hoc ex *μεγάλα* et *αὐχέω*), *grandiloquus sum; grandia jacto, dicendo agendove me insolentem gero; ἡ γλῶσσα μεγαλαυχεῖ* (*Lchm. Tdf. Trg. μεγάλα αὐχεῖ*), Jac. 3, 5., ubi videntur significari arroganter dicta quaecunque, quibus alii laeduntur et lacessuntur et rixae conflantur. (Aesch. Ag. 1528. Pol. 12, 13, 10. 8, 23, 11. Diod. 15, 16 et ap. al.; med. *γυναῖκα πρὸς θεοὺς ἐρίζουσαν καὶ μεγαλαυχουμένην*, Plat. rep. 3, p. 395 d.; pro גָּבַהּ, superbe et arroganter se efferre, Ez. 16, 50. Zeph. 3, 11; adde 2 Macc. 15, 32. Sir. 48, 18.)*

*μεγαλεῖος, εία, ον* (*μέγας*), *magnificus, eximius* (Xen. Joseph. Artem. al.); absol. *μεγαλεῖα* (*ποιεῖν τινι*), magna et praeclara (beneficia alicui exhibere), Lc. 1, 49 t. vulg. *Grsb.; τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ*, Vulg. *magnalia dei*. i. e. magnae dei virtutes et insignia ejus facta (גְּדֹלוֹת, Ps. 71, 19. Sir. 36, 7. 42, 21), Act. 2, 11.* — Hinc voc. sq.

*μεγαλειότης, τητος, ἡ, magnitudo, magnificentia* (Athen. 4, 6; p. 130 in fine; pro תִּפְאֶרֶת, Jer. 40 (33), 9); *majestas* dei, Lc. 9, 43; *τῆς Ἀρτέμιδος*, Act. 19, 27; de externo divinae majestatis splendore in transfiguratione Christi conspicuo, 2 Pet. 1, 16.*

*μεγαλοπρεπής, οῦς, ές* (*μέγας* et *πρέπει*, decet), *magnum virum decens, magnificus, splendidus; majestatis plenus;* 2 Pet. 1, 17. (2 Macc. 8, 15. 15, 13. 3 Macc. 2, 9; — Hdt. Xen. Plat. al.)*

*μεγαλύνω*, impf. *ἐμεγάλυνον*, inf. aor. 1. pass. *μεγαλυνθῆναι*, fut. 1. pass. *μεγαλυνθήσομαι* (*μέγας*); inde a Thuc.; LXX maxime pro הִגְדִּיל; — 1) *magnum facio;* Vulg. *magnifico; τινά* vel *τί*, pr. de mensura, Mt. 23, 5; pass. *cresco*, de statura corporis, *ἐμεγαλύνθη τὸ παιδάριον*, 1 Sam. 2, 21; ita in imagine 2 Co. 10, 15 de Paulo, cujus apostolica inter Corinthios efficacia laetiora incrementa capiat et feliciorem successum habeat. — metaph. *illustrem facio*, Lc. 1, 58 (de q. l. v. in *ἔλεος*, 2, a). — 2) *magnum habeo s. declaro*, i. e. *magni aestimo, laudo, celebro;* Lc. 1, 46. Act. 5, 13. 10, 46. 19, 17 (saepe ita etiam ap. Graecos); pass. laudem et gloriam consequor, *ἔν τινι*, de aliquo, Phil. 1, 20.*

*μεγάλως*, adv., *valde*, Phil. 4, 10.*

*μεγαλωσύνη, ης, ἡ*, vox solum biblica et eccles. (*μέγας*), LXX pro גֹּדֶל et גְּדוּלָּה; *majestas;* de majestate dei, Heb. 1, 3. 8, 1. Jud. vs. 25 (ita

2 Sam. 7, 23. Ps. 145, 3. 6. Sap. 18, 24. Sir. 2, 18 et saepe).*

*μέγας, άλη, μέγα*, accus. *μέγαν, μεγάλην, μέγα*, plur. *μεγάλοι, αι, α*, compar. *μείζων* (accus. masc. et fem. *μείζονα*, semel forma contracta *μείζω*, Jo. 5, 36; neutr. plur. *μείζονα*, semel contracta forma *μείζω*, Jo. 1, 51) et *μειζότερος*, 3 Jo. vs. 4. (a compar. *μείζων*), compar. poët., de quo cf. quae supra in *ἐλαχιστότερος* notantur; *Matthiae* §. 136; superl. *μέγιστος* (qui exstat tantum 2 Pet. 1, 4) LXX pro גָּדוֹל; etiam pro רַב; *magnus;* 1) praedicatum, quod refertur *a*) ad rerum (vel personarum) formam et speciem externam sensibusque objectam, et quidem dicitur de spatio ejusque dimensionibus, habita ratione *α*) *molis* et *ponderis; λίθος*, Mt. 27, 60. Mc. 16, 4. Ap. 18, 21; *ὄρος*, Ap. 8, 8; *ἀστήρ*, vs. 10; *δράκων*, 12, 3. 9; *ἀετός*, 12, 14; *δένδρον*, Lc. 13, 19; *κλάδοι*, Mc. 4, 32; *ἰχθύες*, Jo. 21, 11. — *β*) *extensionis* ambitusque; *amplus; σκηνή* (*μείζων*), Heb. 9, 11; *ἀνάγαιον*, Mc. 14, 15; *ἀποθήκη*, Lc. 12, 18; *κάμινος*, Ap. 9, 2; *πόλις*, 11, 8. 16, 19. 17, 18. 18, 2. 16. 18. 19; *ποταμός*, 9, 14. 16, 12; *θύρα*, 1 Co. 16, 9; *ληνός*, Ap. 14, 19; *ὀθόνη*, Act. 10, 11. 11, 5; *χάσμα*, Lc. 16, 26 (2 Sam. 18, 17). — *γ*) *mensurae* et altitudinis; *οἰκοδομαί*, Mc. 13, 2; *θρόνος*, Ap. 20, 11; *longus, μάχαιρα*, 6, 4; staturae et aetatis, *μικροὶ καὶ μεγάλοι*, infantes puerique et adulti, Act. 8, 10. 26, 22. Heb. 8, 11. Ap. 11, 18. 13, 16. 19, 5. 18. 20, 12 (Gen. 19, 11. 4 Reg. 23, 2. 2 Chr. 34, 30). — *b*) ad *numerum et quantitatem*, i. q. *numerosus, copiosus; ἀγέλη*, Mc. 5, 11; *largus, πορισμός*, 1 Tim. 6, 6; *μισθαποδοσία*, Heb. 10, 35. — *c*) ad *aetatem; ὁ μείζων, natu major*, Ro. 9, 12 e Gen. 25, 23 (*Σκιπίων ὁ μέγας*, Pol. 18, 18, 9. 32, 12, 1). — *d*) dic. de *intensione* ejusque gradibus; *δύναμις*, Act. 4, 33. 8, 10; neutr. *ἐν μεγάλῳ*, data magna opera, Act. 26, 29 *Lchm. Tdf. Trg.;* de affectibus motibusque animi: *χαρά*, Mt. 2, 10. 28, 8. Lc. 2, 10. 24, 52. Act. 15, 3; *φόβος*, Mc. 4, 41. Lc. 2, 9. 8, 37. Act. 5, 5. 11. Ap. 11, 11; *θυμός*, Ap. 12, 12; *λύπη*, Ro. 9, 2; *ἔκστασις*, Mc. 5, 42. (Gen. 27, 33); *πίστις*, Mt. 15, 28; *χάρις*, Act. 4, 33; *ἀγάπη*, Jo. 15, 13; de naturae eventis sensum externum vehementer afficientibus, i. q. *vehemens, ingens; ἄνεμος*, Jo. 6, 18. Ap. 6, 13; *βροντή*, Ap. 14, 2; *χάλαζα*, 11, 19. 16, 21; *σεισμός*, Mt. 8, 24. 28, 2. Lc. 21, 11. Act. 16, 26. Ap. 6, 12. 11, 13. 16, 18; *λαῖλαψ*, Mc. 4, 37; *πτῶσις*, Mt. 7, 27; de aliis rebus externis, quae *auditu* percipiuntur, *κραυγή*, Act. 23, 9. Ap. 14, 18; *μεῖζον κράζειν*, vehementius clamare, Mt. 20, 31; *φωνή*, Mt. 24, 31. 27, 46. 50. Lc. 23, 23. Jo. 11, 43. Act. 8, 7. Ap. 1, 10. 5, 2. 12. 6, 10. 7, 2. 10. 8, 13. 10, 3. 11, 12. 15 al.; *γαλήνη*, Mt. 8, 26. Mc. 4, 39; de iis, quae *visui* objiciuntur et admirationem stuporemque excitant, *φῶς*, Mt. 4, 16; *σημεῖον*, Mt. 24, 24. Lc. 21, 11. Act. 6, 8. 8, 13. Ap. 13, 13; *ἔργα*, Ap. 15, 3; *μείζω, μείζονα τούτων*, his excellentiora, mirabiliora, Jo. 1, 51. 5, 20. 14, 12. — de iis, quae *sentiuntur, καῦμα*, 16, 9; *πυρετός*, Lc. 4, 38; de aliis eventis molestis: *ἀνάγκη*, Lc. 21, 23; *θλίψις*, Mt. 24, 21. Act. 7, 11. Ap. 2, 22. 7, 14; *διωγμός*, Act. 8, 1; *λιμός*, Lc. 4, 25. Act. 11, 28; *πληγή*, Ap. 16, 21. — 2) praedicatum *dignitatis*, quo ornantur *a*) *personae* facultatibus, virtute, auctoritate, potentia pollentes, ut deus ac numina, *θεός*, Tit. 2, 13; *Ἄρτεμις*, Act. 19, 27 s. 34 s.; *ἀρχιερεύς*, Heb. 4, 14; *ποιμήν*, Heb. 13, 20; *προφήτης*, Lc. 7, 16; absol. *οἱ μεγάλοι*, potentes, principes, Mt. 20, 25. Mc. 10, 42; univ. *eximius, insignis*, Mt. 5, 19. 20, 26. Lc. 1, 15. 32. Act. 8, 9. — *μείζονες* dic. qui alios superant vel *naturâ et potestate*, ut deus, Jo. 10, 29. 14, 28. Heb. 6, 13; 1 Jo. 4, 4; adde Jo. 4, 12. 8, 53; vel *praestantia, dignitate, auctoritate*, Mc. 11, 11. 18, 1. 23, 11. Mc. 9, 34. Lc. 7, 28. 9, 46. 22, 26 s. Jo. 13, 16. 15, 20. 1 Co. 14, 5; *δυνάμει μείζονες*, 2 Pet. 2, 11; neutr. *μεῖζον, aliquid excelsius s. eminentius* quam templum, videlicet excelsa Jesu Messiae persona et eximia ejus efficacia, Mt. 12, 6 *Lchm. Tdf. Trg.;* — ex adj. i. q. *severus in condemnando*, de deo, 1 Jo. 3, 20. — *b*) *res* ob *gravitatem* magni aestimandae, i. q. *gravis; qui est magni momenti, magni ponderis; ἐπαγγέλματα*, 2 Pet. 1, 4; *ἐντολή*, Mt. 22, 36. 38; *μυστήριον*, Eph. 5, 32. 1 Tim. 3, 16; *ἁμαρτία*, Jo. 19, 11; *μείζων μαρτυρία*, majorem probandi vim habens, Jo. 5, 36. 1 Jo. 5, 9 (*μαρτυρίαν μείζω καὶ σαφεστέραν*, Isocr. Archid. §. 32). — *μέγας* i. q. *sollemnis*, de diebus festis, *ἡμέρα*, Jo. 7, 37. 19, 31; *insignis, stupendus, ἡμέρα*, de die extremi judicii, Act. 2, 20. Jud. vs. 6. Ap. 6, 17. 16, 14. — neutr. *μέγα*, res magni momenti, 1 Co. 9, 11 (Gen. 45, 28. Jes. 49, 6); *οὐ μέγα*, 2 Co. 11, 15. — *c*) *res* ob praestantiam magni aestimandae, i. q. *praestans;* 1 Co. 13, 13; *τὰ χαρίσματα τὰ μείζονα* (t. vulg. *Grsb. κρείττονα*), 12, 31 *Lchm. Tdf. Trg.* — 3) *splendidus, magno apparatu instructus, sollemnis* (prae ceteris); *δοχή*, Lc. 5, 29 (Gen. 21, 8); *δεῖπνον*, Lc. 14, 16. Ap. 19, 17 (Dan. 5, 1); *οἰκία*, 2 Tim. 2, 20 (Jer. 52, 13. 2 Chr. 2, 5. 9). — 4) neutr. pl. *μεγάλα* dic. de excellentissimis dei beneficiis Lc. 1, 49 *Lchm. Tdf. Trg.* (v. in *μεγαλεῖος*); de iis, quae vim *creatae* naturae excedunt, *superba, arrogantiae plena*, quibus majestas dei laeditur; *λαλεῖν* junct. c. *βλασφημίας*, Ap. 13, 5. Dan. 7, 8. 11. 20; ut *μέγα εἰπεῖν*, Hom. Od. 3, 227. 16, 243, 22, 288.

*μέγεθος, ους, τό* (*μέγας*), *magnitudo*, Eph. 1, 19.*

*μεγιστάν, ᾶνος, ὁ* (a *μέγιστος*, ut *νεάν* a *νέος*, *ξυνάν* a *ξυνός*), nomen aevi posterioris (v. *Lob.* ad Phryn. p. 196), semel singular. Sir. 4, 7; plerumque numero plur., *οἱ μεγιστᾶνες, proceres, primores* civitatis, populi, regum familiares, convictores, comites; Vulg. *principes;* Ap. 6, 15; *τῆς γῆς*, 18, 23; *τοῦ Ἡρώδου*, Mc. 6, 21. (LXX pro אַדִּירִים, Jer. 14, 3. Nah. 2, 6. Sach. 11, 2; גְּדוֹלִים, Jon. 3, 7. Nah. 3, 10; רַבְרְבִין, Dan. 4, 33 Theod. al.; שָׂרִים, Jes. 34, 12. Jer. 24, 8 al.; 1 Macc. 9, 37; saepe ap. Siracid.; — Manetho 4, 41. Joseph. Artem.; — ap. Latinos *megistanes*, Tac. ann. 15, 27. Suet. Calig. 5.

*μέγιστος*, v. in *μέγας*.

*μεθ-ερμηνεύω, transfero in linguam ei, quem intelligere verba volo, cognitam; interpretor;* Mt. 1, 23. Mc. 5, 41. 15, 22. 34. Jo. 1, 39 (*Lchm. Trg.*); vs. 42. Act. 4, 36. 13, 8. (Polyb. Diod. Plut.)*

*μέθη, ης, ἡ* (vox affinis voci *μέθυ*, vinum; fortasse pr. quivis inebrians potus, lat. *temetum;* cf. nostr. *Meth*), *ebrietas; vinolentia, temulentia;* Lc. 21, 34; plur. Ro. 13, 13. Gal. 5, 21. (hebr. שֵׁכָר, potus inebrians, Prov. 20, 1. Jes. 28, 7; et שִׁכָּרוֹן, ebrietas, Ez. 23, 32. 39, 19; Xen. Plat. al.)*

*μεθ-ίστημι* et (1 Co. 13, 2 t. vulg. *Grsb.*) *μεθιστάνω*, aor. 1. *μετέστησα*, aor. 1. pass. conj. *μετασταθῶ*, inde ab Hom.; pr. *transpono, transfero, moveo de loco in alium locum;* pr. de mutatione sedis et loci, *ὄρη*, 1 Co. 13, 2 (Jes. 54, 10); *τινὰ εἴς τι*, Col. 1, 13; *τινὰ τῆς οἰκονομίας*, removeo a munere administrandae rei familiaris, pass. Lc. 16, 4 (*τῆς χρείας*, 1 Macc. 11, 63); *τινὰ ἐκ τοῦ ζῆν*, tollere e vita, Diod. 2, 57. 4, 55; omisso *ἐκ τοῦ ζῆν*, Act. 13, 22 (ap. Graecos etiam in med. et in activi temporibus intrans. *decedere e vita, mori*, Eur. Alc. 21. Pol. 32, 21, 3. Heliod. 4, 14); — metaph. *τινά* simpliciter, ut nos *verrücken*, i. e. *in aliam transfero s. deduco sententiam*, Act. 19, 26 (*τὴν καρδίαν τοῦ λαοῦ*, Jos. 14, 8).*

*μεθοδεία* (*Tdf. μεθοδία*), *ας, ἡ* (a *μεθοδεύω*,

i. e. 1) via et arte aliquid persequor s. investigo; 2) dolose insequor, insidias struo, decipio, Diod. 7, 16. 2 Sam. 19, 27), nomen neque in V. T., neque ap. profanos obvium, *artes callidae, dolus, astutia; ἡ μεϑ. τῆς πλάνης*, qua utitur *ἡ πλάνη*, Eph. 4, 14; *τοῦ διαβόλου*, plur. 6, 11.*

*μεϑόριον, ίου, τό* (neutr. adj. *μεϑόριος, ία, ιον;* ex *μετά*, cum, et *ὅρος*, terminus), *confinium; τά μεϑόριά τινος*, confinia alicujus (terrae vel urbis) i. e. loca alicui regioni adjacentia, vicina, Mc. 7, 24 t. vulg. *Grsb.* (Thuc. Xen. Plat. al.)*

*μεϑύσκω*, aor. 1. pass. *ἐμεϑύσϑην* (a *μέϑυ*, vid. in *μέϑη*), inde ab Hdt., LXX pro רָוָה, הִרְוָה (Cal. רָוָה) et שָׁכַר, — *inebrio, ebrium reddo;* pass. *inebrior*, Lc. 12, 45. Jo. 2, 10. 1 Th. 5, 7; *οἴνῳ*, Eph. 5, 18; *ἐκ τοῦ οἴνου*, Ap. 17, 2 (v. in *ἐκ*, p. 132. col. 1); *τοῦ νέκταρος*, Plat. symp. p. 203 b. Lucian. dial. deor. 6, 3; *ἀπό τινος*, Sir. 1, 16. 35, 13.*

*μέϑυσος, ύση, ον*, inferiore aevo etiam duarum terminationum (*μέϑυ*, v. supra in *μέϑη*), *vinolentus, temulentus, ebrius;* 1 Co. 5, 11. 6, 10. (Phryn.: *μέϑυσος ἀνήρ, οὐκ ἐρεῖς, ἀλλὰ μεϑυστικός· γυναῖκα δὲ ἐρεῖς μέϑυσον καὶ μεϑύσην;* sed Menand. Plut. Lucian. Sext. Empir. al. etiam de viris dicunt; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 151.)*

*μεϑύω* (a *μέϑυ*, v. in *μέϑη*), inde ab Hom.: LXX pro רָוָה et שָׁכַר; — *ebrius sum;* Mt. 24, 49. Act. 2, 15. 1 Co. 11, 21. 1 Th. 5, 7; *ἐκ τοῦ αἵματος*, de eo, qui largiter sanguinem profudit, Ap. 17, 6 (Plin. h. n. 14, 28: „ebrius jam sanguine civium et tanto magis eum sitiens").*

*μειζότερος, α, ον*, v. in *μέγας*.

*μείζων*, v. in *μέγας*.

*μέλαν, ανος, τό*, v. in voce sq.

*μέλας, αινα, αν*, gen. *ανος, αίνης, ανος*, LXX aliquoties pro שָׁחוֹר, *ater, niger;* Ap. 6, 5. 12; opp. *λευκός*, Mt. 5, 36. — Neutr. *τὸ μέλαν* substant., *atramentum* (Plat. Phaedr. p. 276 c. Dem. p. 313, 11. Plut. mor. p. 841 e et ap. al.), 2 Co. 3, 3. 2 Jo. vs. 12. 3 Jo. vs. 13.*

*Μελεᾶς*, gen. *ᾶ* (*Tdf. Trg. Μελεά*, indecl.), *ὁ* (מְלֵאָה, abundantia), *Meleas*, e posteris Davidis regis; Lc. 3, 31.*

*μέλει*, 3 pers. praes. verbi *μέλω* imperson. dict., imperf. *ἔμελεν, curae est; τινί*, alicui; ut ap. Graecos c. nomin. rei, *οὐδὲν τούτων*, Act. 18, 17; c. gen. rei (ut saepe ap. Atticos), *μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ ϑεῷ;* 1 Co. 9, 9; res, quae alicui curae est s. de qua sollicitus est, patet e contextis, 1 Co. 7, 21; *περί τινος*, gen. objecti, *curo aliquem* vel *aliquid, rationem habeo alicujus*, Mt. 22, 16. Mc. 12, 14. Jo. 10, 13. 12, 6. 1 Pet. 5, 7. Hdt. 6, 101. Xen. mem. 3, 6, 10. Cyr. 4, 5, 17. Hier. 9, 10. 1 Macc. 14, 43. Sap. 12, 13. Barnab. 1, 5; cf. *Win.* p. 193; sq. *ὅτι*, Mc. 4, 38. Lc. 10, 40.*

*μελετάω, ῶ*, aor. 1. *ἐμελέτησα* (*μελέτη*, cura, exercitatio), vb. potissimum inde a Soph. et Thuc. a Graecis frequentatum; LXX maxime pro הָגָה; *curam gero, studiose tracto, exerceo; τί*, 1 Tim. 4, 15; *meditor* i. q. *molior, machinor*, Act. 4, 25 e Ps. 2, 1; dic. a Graecis de oratorum rhetorumque meditationibus et exercitationibus, velut *μ. τὴν ἀπολογίαν ὑπὲρ ἑαυτῶν*, Dem. p. 1129, 9 (cf. *Passow* II, p. 163, col. 2), qui usus verbi respici videtur Mc. 13, 11.*

*μέλι, τος, τό*, LXX pro דְּבַשׁ; *mel;* Ap. 10, 9 s.; *ἄγριον* (v. in hoc voce), Mt. 3, 4. Mc. 1, 6.*

*μελίσσιος, α, ον* (a *μέλισσα*, apis, ut *ϑαλάσσιος* a *ϑάλασσα*, *μέλισσα* autem a *μέλι*), *ab apibus proficiscens;* Lc. 24, 42. (Praeterea non obvenit; ap. Nic. th. 611 habetur *μελισσαῖος, α, ον*, ap. Eust. *μελίσσειος*.)

*Μελίτη, ης, ἡ, Melita*, nomen insulae in mari mediterraneo inter Africam et Siciliam sitae, quae hodie *Malta* vocatur (distinguenda haec *Sicula Melita* est a *Melita Illyrica* in mari adriatico sita, hodie *Meleda* dicta), Act. 28, 1.*

*μέλλω*, f. *ήσω* (Mt. 24, 6 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* 2 Pet. 1, 12), impf. *ἔμελλον* et *ἤμελλον* (v. in *βούλομαι*), *futurus sum;* ita 1) partic. *ὁ μέλλων* absol.; sibi opponuntur *τὰ μέλλοντα* et *τὰ ἐνεστῶτα*, Ro. 8, 38. 1 Co. 3, 22; *εἰς τὸ μέλλον*, in futurum, Lc. 13, 9. 1 Tim. 6, 19; *τὰ μέλλοντα*, res futurae, i. e. ex adj. perfectior rerum status, qualis erit *ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι*, Col. 2, 17; c. nominibus, *ὁ αἰὼν ὁ μέλλων*, Mt. 12, 32. Eph. 1, 21; *ἡ μέλλ. ζωή*, 1 Tim. 4, 8; *ἡ οἰκουμένη ἡ μελλ.* Heb. 2, 5; *ἡ μ. ὀργή*, Mt. 3, 7; *τὸ κρίμα τὸ μέλλον*, Act. 24, 25; *πόλις*, Heb. 13, 14; *τὰ μέλλοντα ἀγαϑά*, 9, 11. 10, 1; *τοῦ μέλλοντος* sc. *Ἀδάμ*, i. e. Messiae, Ro. 5, 14. — 2) infinitivis conjunctum, *a*) *in eo sum, ut aliquid faciam vel patiar* (nos: *im Begriff sein, etwas zu thun, oder zu erfahren*); c. inf. praes. *ἤμελλεν ἑαυτὸν ἀναιρεῖν*, Act. 16, 27; *τελευτᾶν*, Lc. 7, 2; *ἀποϑνήσκειν*, Jo. 4, 47; adde Lc. 21, 7. Act. 3, 3. 18, 14. 20, 3. 22, 26. 23, 27; c. inf. pass., Act. 21, 27. 27, 33 al. — *b*) *in mentem sumsi, in consiliis habeo, propositum mihi est* (nostr. *vorhaben, den Sinn auf etwas gerichtet haben, bedacht seyn*); c. inf. praes. Mt. 2, 13. Lc. 10, 1. 19, 4. Jo. 6, 6. 15. 7, 35. 12, 4. 14, 22. Act. 5, 35. 17, 31. 20, 7. 13. 22, 26. 26, 2. 27, 30. Heb. 8, 5. (2 Pet. 1, 12 *Lchm. Tdf. Trg.*) Ap. 10, 4; c. inf. aor. (quem usum a Phrynicho p. 336 reprobatum recentiores non exiguo exemplorum ex optimis scriptoribus inde ab Hom. petitorum numero comprobaverunt, cf. *Win.* p. 313 s. *Lob.* ad Phryn. p. 745 ss.), Act. 12, 6 *Lchm. Tdf.;* Ap. 2, 10 (*βαλεῖν*); 3, 16. 12, 4; c. inf. fut. *ἔσεσϑαι*, Act. 23, 30 t. vulg. *Grsb.* — *c*) ut ap. Graecos inde ab Hom. dic. de iis, quae e fati necessitate vel e divino decreto eventura sunt aut aliquis acturus vel passurus est (nostr. *sollen*); c. inf. praes. verbi activi, Mt. 16, 27. 17, 12. 20, 22. Lc. 9, 31. Jo. 6, 71. 7, 39. 11, 51. 12, 33. 18, 32. Act. 20, 38. 26, 22 s. Heb. 1, 14. 11, 8. Ap. 1, 19. 3, 10. 8, 13 al.; *Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσϑαι*, Mt. 11, 14; *ὁ μέλλων λυτροῦσϑαι*, Lc. 24, 21; *κρίνειν*, 2 Tim. 4, 1; c. infin. praes. verbi pass. Mt. 17, 22. Mc. 13, 4. Lc. 9, 44. 19, 11. 21, 36. Act. 26, 22. Ro. 4, 24. 1 Th. 3, 4. Jac. 2, 12. Ap. 1, 19. 2, 10 (*πάσχειν*); 6, 11; *τῆς μελλούσης ἀποκαλύπτεσϑαι δόξης*, 1 Pet. 5, 1; c. infin. aor., *τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφϑῆναι*, Ro. 8, 18; *τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφϑῆναι*, Gal. 3, 23; dic. etiam de iis, quae e factis quibusdam necessario consecutura esse colligimus, c. inf. praes. Act. 28, 6. Ro. 8, 13; c. infin. fut. Act. 27, 10. — *d*) omnino de iis, quae certo eventura sunt, c. inf. praes. Mt. 24, 6. Jo. 6, 71. 1 Tim. 1, 16. Ap. 12, 5. 17, 8; c. inf. fut. *ἔσεσϑαι*, Act. 11, 28. 24, 15. — *e*) semper in eo sum ut faciam, neque vero facio, i. e. *cunctor; τί μέλλεις;* Act. 22, 16 (Aesch. Prom. 36; *τί μέλλετε*, Eur. Hec. 1094. Luc. dial. mort. 10, 13 et saepe ap. profanos; 4 Macc. 6, 23. 9, 1).

*μέλος, ους, τό, membrum;* pr. membrum corporis humani, Ro. 12, 4. 1 Co. 12, 12. 14, 18—20. 25 s. Jac. 3, 5; *τὰ μ. τοῦ σώματος*, 1 Co. 12, 12. 22; *μοῦ, σοῦ, ἡμῶν, ὑμῶν*, Mt. 5, 29 s. Ro. 6, 13. 19. 7, 5, 23. Col. 3, 5. Jac. 3, 6. 4, 1; *πόρνης μέλη* dic. corpora scortando tradita quippe quasi membra ad scorti corpus pertinentia, 1 Co. 6, 15. Quum Christianorum, quippe unius ejusdemque mentis vinculo et inter semet ipsos et cum Christo tamquam capite arctissime conjunctorum societas cum *corpore* centendatur: translate singuli Christiani dicuntur

*μέλη* tum alter alterius, *ἀλλήλων*, Ro. 12, 5. Eph. 4, 25. Clem. Rom. 1 Co. 46, 7 (cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. III, p. 45), tum mystici corporis, i. e. ecclesiae, Eph. 5. 30. 1 Co. 12, 27; *τὰ σώματα* Christianorum dicuntur *μέλη* Christi, propterea quod corpus est sedes mentis Christi et ministerio Christi destinatum, 1 Co. 6, 15.*

**Μελχί** (*Tdf.* *Μελχεί*), ὁ (מַלְכִּי, rex meus), *Melchi*, 1) unus e majoribus Christi, Lc. 3, 24. — 2) alius e majoribus ejusdem, 3, 28.*

**Μελχισεδέκ** (ap. Jos. antt. 1, 10, 2 *Μελχισεδέκης, ου*), ὁ (מַלְכִּי־צֶדֶק, rex justitiae), *Melchisedecus*, rex urbis Salem (v. infra in *Σαλήμ*), et summi dei sacerdos, qui Abrahami aetate vixit; Heb. 5, 6. 10. 6, 20. 7, 1. 10 s. 15. 17. 21 coll. Gen. 14, 18 ss. Ps. 110, 4.*

**μεμβράνα**, *ας, ἡ*, lat. *membrana*, i. e. *charta pergamena* e pellibus primum Pergami facta, unde nomen accepit; 2 Tim. 4, 13.*

**μέμφομαι**, aor. 1. *ἐμεμψάμην*, ap. Graecos inde ab Hes. op. 184; *objurgo, vitupero;* absol. Ro. 9, 19; ita ut ex antecedentibus pateat, quid objurgetur, Mc. 7, 2 t. vulg.; *αὐτούς*, Heb. 8, 8 *Lchm. Tdf.*, ubi t. vulg. *Grsb. Trg.* *αὐτοῖς*, quod multi jungunt c. *μεμφόμενος* (additur enim res vel persona, quae vituperatur, a Graecis tum in dat. tum in accus.; cf. *Passow* s. v. coll. *Krüger* §. 46, 7, 3), sed rectius cogitando adde *αὐτήν*, i. e. *διαθήκην*, quam scriptor *ἄμεμπτον* non fuisse probare vult, cf. vs. 7, *αὐτοῖς* autem junge cum *λέγει*.*

**μεμψίμοιρος**, *ον* (*μέμφομαι* et *μοῖρα*, fatum, sors), *de sua sorte conquerens, querulus, haud contentus;* Jud. vs. 16 (Isocr. p. 234 c. Arist. h. a. 9, 1. Theophr. char. 17 [19], 1. Lucian. diall. deor. 20, 5. Plut. de ira cohib. c. 13.)*

**μέν**, attenuatum *μήν* indeque proprie particula *affirmans, sane, profecto, certe*, attenuatâ scilicet affirmationis vi, quam maxime apud ionicos epicos et Herodotum sibi servavit neque ap. Atticos et Hellenistas ubique deposuit (*μέν confirmativum;* cf. 4 Macc. 18, 18). Qua nativa ejus potestate fit, ut notionibus vel enuntiationibus, quibus apponitur, quandam vim addat eoque modo eas aliis opponat aut ab iis distinguat. Ita naturam particulae *concessivae* et saepissime mero *distinctivae* induit, quae ad sequens *δέ* aut aliam conjunctionem adversativam sive expressam sive mente addendam refertur atque in oratione membratim divisa ita ponitur, ut primum distinguat membrum, cui alterum, particulâ adversativâ notatum, aut juxta ponatur aut opponatur. Respondet quidem latino *quidem*, nostro *zwar* (i. e. pr. *zu Wahre*, i. e. *in Wahrheit*), sed saepenumero ejus vis neque latine neque germanice reddi potest. Quis ejus usus ap. Graecos sit, exponunt *Devarius* I, p. 122 ss. et ad eundem *Klotzius* T. II, p. 656 ss. *Viger*. I, p. 531 ss. et ad eundem *Hermann* p. 824 s. al.; *Matthiae* §. 622. *Kühner* II, p. 806 ss. 691 ss. *Passow* atque *Pape* s. v.

I) Exempla, quibus particulam *μέν* sequitur in altero membro particula adversativa vere expressa. Quorum exemplorum duplex ratio est: 1) *μέν* vim habet concessivam, *δέ* vero (aut *ἀλλά*) ea infert, quae priore membro dictis restringendis, emendandis aut amplificandis inserviant, lat. *quidem - - sed, tamen, contra*. Ita opponuntur sibi vel personae vel res vel ea, quae de utrisque praedicantur, Mt. 3, 11 coll. Mc. 1, 8 (q. l. *Tdf.* et *Trg.* *μέν* expunxerunt); Lc. 3, 16 (sensus: ego quidem aeque baptismum administro atque is, qui venturus post me est, sed hujus baptismus majore vi pollet, cf. Act. 1, 5); Mt. 9, 37 et Lc. 10, 2 (quamquam largam arva praebent messem, pauci tamen sunt messores); Mt. 17, 11 s. (recte quidem Elias ad efficiendam *τὴν ἀποκατάστασιν* venturus esse dicitur, sed hanc ipsam effecturus jam venit); 20, 23. 22, 8. 23, 28. Jo. 16, 22. 19, 32 s. Act. 21, 39 (etsi Judaeus sum, neque ille Aegyptius, tamen); — 22, 3. Ro. 2, 25. 6, 11. 1 Co. 1, 18. 9, 24. 11, 14 s. 12, 20. 15, 51. 2 Co. 10, 10. Heb. 3, 5 s. 1 Pet. 1, 20 et saepius. — *μέν* et *δέ* articulis et pronominibus adduntur: *οἱ μὲν - - οἱ δέ*, hi quidem, illi vero (quamquam hi, illi tamen). Phil. 1, 16 s.; *ὃς μὲν - - ὃς δέ*, alter quidem, alter vero (tamen), Jud. vs. 22 s., *τινὲς μὲν - - τινὲς δὲ καί*, Phil. 1, 15; c. conjunctionibus: *εἰ μὲν οὖν*, si quidem igitur; *εἰ δέ*, sin autem, Act. 18, 14 s. 19. 38 s. 25, 11; *εἰ μὲν - - νῦν δέ*, si vere (fac, hoc illudve ita esse) - -, atqui, Heb. 11, 15; *κἂν μὲν - - εἰ δὲ μήγε*, Lc. 13, 9; *μὲν γὰρ - - δέ*, 1 Co. 11, 7. Ro. 2, 25; *μὲν οὖν - - δέ*, Lc. 3, 18; *εἷς μὲν - - εἷς δέ*, Heb. 9, 6 s. — *μὲν - - ἀλλά, quidem - - sed; etsi - - tamen*, Ro. 14, 20. 1 Co. 14, 17; *μὲν - - πλήν*, Lc. 22, 22. — 2) *μέν* abjectâ concessiva vi soli *distinctioni* inservit, sed *δέ* adversativam potestatem retinet; Lc. 11, 48. Act. 13, 36 s. 23, 8. 1 Co. 1, 12. 23. Phil. 3, 1. Heb. 7, 8; *ἀπὸ μὲν - - ἐπὶ δέ*, 2 Tim. 4, 4; *ὁ μὲν οὖν* (nos: *er nun*) - - *οἱ δὲ*, Act. 28, 5 s.; *ὃς μὲν - - ὃς δέ*, alius - - alius autem, 1 Co. 11, 21; *οἱ μὲν - - ὁ δέ* (hic contra), Heb. 7, 20 s. 23 s.; *ἐκεῖνοι μὲν οὖν - - ἡμεῖς δέ*, 1 Co. 9, 25; *εἰ μὲν οὖν - - εἰ δέ*, Act. 18, 14 s. 19, 38. 25, 11; idque maxime fit, quando quae verbis proxime antecedentibus jam comprehensa sunt, in partes dispescuntur ita, ut adversativa particula id opponat, quod opponere auctorem maxime interest, *ἑκάστῳ - - τοῖς μὲν ζητοῦσιν - - τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας - -*, Ro. 2, 6—8; *πᾶς - -, ἐκεῖνοι μέν - -, ἡμεῖς δέ*, 1 Co. 9, 25; adde Mt. 25, 14 s. 33. Ro. 5, 16. 11, 22. — 3) *μὲν - - δέ* tantummodo *partitioni* inservit: *et - - et; tum-tum*, Jo. 16, 9—11. Ro. 8, 17. Jud. vs. 8: *πρῶτον μὲν - - ἔπειτα δέ*, Heb. 7, 2; *ὃ μὲν - - ὃ δὲ - - ὃ δέ*, aliud-aliud-aliud, Mt. 13, 8. 1 Co. 7, 7; *ὃς μὲν - ὃς δέ*, alius - alius, Mt. 21, 35. Act. 17, 32; *οἱ μὲν - - ἄλλοι δὲ - - ἕτεροι δέ*, Mt. 16, 14; *ᾧ μὲν γὰρ - - ἄλλῳ δέ - -, ἑτέρῳ δέ*, 1 Co. 12, 8—10; *ἃ μέν - -* sq. *ἄλλα δέ*, Mt. 13, 4 s. 7 s.; *ἄλλος μέν, ἄλλος δέ*, 1 Co. 15. 39; *τοῦτο μὲν - - τοῦτο δέ, tum - tum; partim - - partim*, Heb. 10, 33; etiam apud profanos; cf. *Win.* p. 135. — *μέν* excipitur ab alia particula; *ἔπειτα*, Jo. 11, 6. 1 Co. 12, 28. Jac. 3, 17; *καὶ νῦν*, Act. 26, 4. 6; *τὰ νῦν*, Act. 17, 30; *πολὺ μᾶλλον*, Heb. 12, 9.

II) Exempla, quibus voculam *μέν* neque *δέ*, neque alia adversativa particula sequitur (*μέν* solitarium); cf. *Win.* p. 534 s. *Bttm.* ntl. Gr. p. 313 s. Quae exempla varii generis sunt; aut enim 1) e sententiarum junctura oppositio facile patet, ut Col. 2, 23 („speciem quidem sapientiae referunt“, sed sunt insipientia); *ἡ μὲν - - σωτηρίαν*, sc. sed ipsi salutem suam impediunt, Ro. 10, 1; *τὰ μὲν - - δυνάμεσιν*, sc. sed apostolicam auctoritatem meam non tenetis, 2 Co. 12, 12; *ἄνθρωποι μὲν - - ὀμνύουσιν*, sc. *ὁ δὲ θεος καθ᾽ ἑαυτοῦ ὀμνύει*, Heb. 6, 16. — Aut 2) opposita sententia aliâ orationis conformatione enuntiatur; Act. 19, 4, ubi alterum, quod exspectaveris membrum, *Ἰησοῦς δέ ἐστιν ὁ ἐρχόμενος*, in *τοῦτ᾽ ἔστιν εἰς τὸν Ἰησοῦν* latet; *ἐφ᾽ ὅσον μὲν κτλ.*, ubi oppositio *παραζηλῶ δὲ κτλ.* inest in *εἴπως παραζηλώσω*, Ro. 11, 13; *ὁ μὲν νόμος κτλ.*, 7, 12., ubi alterius membri sententia: „sed peccatus lege abutitur“ aliâ formâ exponitur vs. 13 ss. — per anacoluthon, quo a disjunctione ad conjunctionem transitur (cf. *Herm.* ad Vig. p. 841), dic. *μὲν - τέ*, Act. 27, 21; *μὲν - - καί*, 1 Th. 2, 18; in partitionibus Mc. 4, 4—8. Lc. 8, 5—8; aut denique ea pars, in qua *δέ* sequi debebat, modo praecedit

(*Herm.* ad Vig. p. 841 s.), Act. 28, 22. — Aut 3) scriptor *μέν* ponens fortasse alterum membrum voculâ *δέ* inferendum in mente habuit, sed ab eo addendo expositionibus ad prius membrum pertinentibus abductus est; ita Act. 3, 13 (*ὃν ὑμεῖς μέν* [hoc *μέν* in t. vulg. omittitur] - -, ubi pergendum erat, *ὁ θεὸς δὲ ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν*, vs. 15); inprimis (ut passim etiam ap. Graecos) post *πρῶτον μέν* - -, Ro. 1, 8. 3, 2. 1 Co. 11, 18; *τὸν μὲν πρῶτον λόγον κτλ.*, ubi opponendum erat *τὸν δὲ δεύτερον λόγον κτλ.*, Act. 1, 1. — 4) *μὲν οὖν*, *quidem igitur* (ubi *μέν* rem, de qua agitur, confirmat, *οὖν* vero conclusionem vel transitionem efficit; cf. *Klotz* ad Dev. p. 663), Act. 1, 18. 5, 41. 13, 4. 17, 30. 23, 22. 26, 9. 1 Co. 6, 4. 7; *ἀλλὰ μὲν οὖν*, Phil. 3, 8 *Grsb. Lchm.*; *εἰ μὲν οὖν*, Heb. 7, 11. — 5) *μέν* solitarium habet vim concedentem et restringentem, *quidem*, nostr. *freilich; εἰ μέν*, 2 Co. 11, 4; *μὲν οὖν*, nostr. *nun freilich*, Heb. 9, 1. — 6) *μενοῦνγε*, de quo v. suo in loco.

III) *Sedem* particulae quod attinet, numquam quidem initio enuntiati, sed tamen tam prope quam fieri potest ab initio, plerumque secundo vel tertio loco, lubentissime inter articulum et nomen ponitur, aut vero etiam in medio enuntiato ei notioni additur, cujus vis confirmanda est, ut *καὶ ὑμεῖς οὖν λύπην μὲν νῦν ἔχετε*, Jo. 16, 22. Cf. *Win.* p. 520. — Non habetur vocula in apocalypsi et joanneis epistolis.

*Μεννά* s. *Μέννας*, v. in *Μαϊνάν*.

*μενοῦν* i. q. *μὲν οὖν*, v. in *μέν*.

*μενοῦνγε* (*μέν, οὖν, γέ*), *imo vero, imo potius;* ter in responsis, quibus antea dicta corriguntur (et quidem initio enuntiati contra Atticorum usum, qui *μὲν οὖν* nusquam ita ponunt; cf. *Sturz* de dial. mac. p. 203 s. *Lob.* ad Phryn. p. 342), Lc. 11, 28 (ubi *Tdf. Trg. μενοῦν*); Ro. 9, 20. 10, 18; praeterea Phil. 3, 8 t. vulg. *Tdf.* et Nicet. ann. 21, 11. 415.

*μέντοι* (*μέν, τοί*), particula asseverantis indeque etiam saepe opponentis (de cujus vario ap. Graecos usu cf. *Devar.* p. 124 s. et ad eum *Klotz* T. II, p. 60 et 663 ss. *Hermann.* ad Vig. p. 842), *verumtamen, tamen;* nostr. *jedoch, gleichwohl;* Jo. 4, 27. 7, 13. 20, 5. 21, 4. 2 Tim. 2, 19. Jud. vs. 8 (qui versus antecedentibus ita nectitur: etsi haec exempla ad deterrendum proposita sunt, tamen . .); *ὅμως μέντοι*, nihilosecius tamen, Jo. 12, 42; *μέντοι* i. q. *potius*, Jac. 2, 8 (si non personam respicitis, sed potius legem de amore observatis, cum qua *προσωποληψία* parum convenit).*

*μένω*, impf. *ἔμενον*, fut. *μενῶ*, aor. 1. *ἔμεινα*, plsqpf. *μεμενήκειν*, sine augm. (1 Jo. 2, 19; v. in *ἐκβάλλω*), LXX maxime pro עָמַד et קוּם, etiam pro חָיָה, יָשַׁב al.; — *maneo;* I) intrans.; refertur 1) ad *locum;* a) propr. lat. *commoror* (i. e. *diutius me teneo*); *ἐν* c. dat. loci, Lc. 8, 27. 10, 7. Jo. 7, 9. 11, 6. Act. 20, 15. 27, 31. 28, 30. 2 Tim. 4, 20; c. advv. loci, *ἐκεῖ*, Mt. 10, 11. Jo. 2, 12. 10, 40; *ὧδε*, Mt. 26, 38. Mc. 14, 34; *παρά τινι*, apud aliquem, Jo. 1, 40. 14, 25. Act. 18, 20. 21, 7; *σύν τινι*, Lc. 1, 56; *καθ' ἑαυτόν*, domi suae, Act. 28, 16 coll. vs. 30; i. q. *deversor* (*einkehrend verweilen, herbergen, logiren*), *ποῦ*, Jo. 1, 39; *ἐν* c. dat. loci, Lc. 19, 5. Act. 9, 43; *παρά τινι*, in alicujus domo, Act. 9, 43. 18, 3. 21, 8; ita de pernoctantibus, *μετά τινος*, *σύν τινι*, Lc. 24, 29; i. q. *detineor*, necata corpora *ἐπὶ τοῦ σταυροῦ*, Jo. 19, 31; *τὸ κλῆμα ἐν τῇ ἀμπέλῳ*, Jo. 15, 4. — b) trop. *α*) i. q. *non recedo, non desero, adesse pergo; μετά τινος* (gen. pers.), communionem cum aliquo constanter teneo, partes ejus constanter sequor, 1 Jo. 2, 19; perpetuo alicui adsum adjutor, de spiritu s., Jo. 14, 16 t. vulg. *Grsb.;* item *παρά* c. dat. pers., 14, 17; *ἐπί τινα*, perpetuo in aliquem vim meam exsero, de spiritu s., 1, 32 s.; item de ira dei, 3, 36; *τὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει*, dic. de eo, quod semper impedit, quo minus quae leguntur recte intelligantur, 2 Co. 3, 14; — in mysticis joanneis dictionibus dic. deus in Christo *μένειν*, i. e. sanctâ suâ vi et efficaciâ in eo semper quasi habitare et efficax esse, Jo. 14, 10; Christiani dic. *μένειν ἐν τῷ θεῷ*, ejus numini in perpetuum quasi infixi esse, videlicet mentis ab eo acceptae vinculo, 1 Jo. 2, 6. 24. 27. 3, 6; hinc dic. aliquis *μένειν* in Christo vel in deo et vice versa Christus vel deus *μένειν* in aliquo, Jo. 6, 56. 15, 4 s. 1 Jo. 3, 24. 4, 13. 16; *ὁ θεὸς μένει ἐν αὐτῷ κ. αὐτὸς ἐν τῷ θεῷ*, 1 Jo. 4, 15; cf. *Rückert* das Abendmahl, p. 268 s.; — *μένει τι ἐν ἐμοί*, in perpetuum aliquid animo meo est infixum vel infusum, semperque vim suam in me exercet; *τὰ ῥήματά μου*, Jo. 15, 7; *ὁ λόγος τοῦ θεοῦ*, 1 Jo. 2, 14; *ἡ χαρὰ ἡ ἐμή* (non gaudium *de me*, sed gaudium, quo perfundor), Jo. 15, 11 t. vulg. *Grsb.; ὃ ἠκούσατε*, 1 Jo. 2, 24; spiritus s., 2, 17. 3, 9; *ἡ ἀλήθεια*, 2 Jo. vs. 2; amor in deum, 1 Jo. 3, 17; eadem notione dic. *ἔχειν τι μένον ἐν ἑαυτῷ*, ut *τὸν λόγον τοῦ θεοῦ*, Jo. 5, 38; *ζωὴν αἰώνιον*, 1 Jo. 3, 15. — i. q. *persevero; ἔν τινι*, de eo, qui constanter aliquid tenet; *ἐν τῷ λόγῳ*, Jo. 8, 31; *ἐν τῇ ἀγάπῃ*, 1 Jo. 4, 16; *ἐν πίστει*, 1 Tim. 2, 15; *ἐν οἷς* (*ἐν τούτοις, ἃ*) *ἔμαθες*, 2 Tim. 3, 14; *ἐν τῇ διδαχῇ*, 2 Jo. vs. 9 (*ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ*, 2 Macc. 8, 1); aliter *ἐν τῇ ἀγάπῃ τινός*, i. e. alicujus amore dignum constanter se servare, Jo. 15, 9 s. — *β*) *in perpetuum detineor; ἐν τῷ θανάτῳ*, in statu mortis, 1 Jo. 3, 14; *ἐν τῇ σκοτίᾳ*, Jo. 12, 46; *ἐν τῷ φωτί*, 1 Jo. 2, 10. — 2) *ad tempus; esse pergo*, i. e. *non intereo, non tollor, perduro;* de personis, *superstes sum, vivo* (exempla e profanis praebet *Kypke* observv. I, p. 415), Phil. 1, 25 (ita *ἐμμένειν*, Sir. 39, 11); add. *εἰς τὸν αἰῶνα*, Jo. 12, 34. Heb. 7, 24; eadem dictio de eo, qui particeps fit vitae vitalis in aeternum futurae, opp. *παράγεσθαι*, 1 Jo. 2, 17; *ἕως ἄρτι*, opp. *οἱ κοιμηθέντες*, 1 Co. 15, 6; *ὀλίγον*, Ap. 17, 10; *ἕως ἔρχομαι*, Jo. 21, 22 s.; de rebus, *non intereo;* de urbibus, Heb. 13, 14. Mt. 11, 23; de operibus, opp. *κατακαίεσθαι*, 1 Co. 3, 14; de consiliis, virtutibus, Ro. 9, 11. 1 Co. 13, 13. Heb. 13, 1; *λόγος θεοῦ*, 1 Pet. 1, 23 (ubi t. vulg. add. *εἰς τ. αἰῶνα*); de institutis, Heb. 12, 27; — *ὁ καρπός*, Jo. 15, 16; *ὕπαρξις*, Heb. 10, 34; *ἁμαρτία*, Jo. 9, 41; *βρῶσις*, opp. *ἡ ἀπολλυμένη*, Jo. 6, 27; alicujus *δικαιοσύνη*, add. *εἰς τὸν αἰῶνα*, 2 Co. 9, 9; *τὸ ῥῆμα κυρίου*, 1 Pet. 1, 25. — res, quarum jacturam aliquis non facit, dic. *μένειν* ei, i. e. *porro possideri*, Act. 5, 4 (1 Macc. 15, 7). — 3) *ad statum; maneo is, qui sum; non fio alius;* c. nominativo praedicati, *μόνος*, Jo. 12, 24; *ἀσάλευτος*, Act. 27, 41; *ἄγαμος*, 1 Co. 7, 11; *πιστός*, 2 Tim. 2, 13; *ἱερεύς*, Heb. 7, 3; c. advv. *οὕτως*, 1 Co. 7, 40; *ὡς κἀγώ*, vs. 8; *ἐν* c. dat. status, vs. 20. 24. — II) trans. *τινά*, *maneo aliquem, exspecto;* Act. 20, 23; add. *ἐν* c. dat. loci, vs. 5.

*μερίζω*, aor. 1. *ἐμέρισα*, pf. *μεμέρικα* (1 Co. 7, 17 *Tdf. Trg.*); pass. pf. *μεμέρισμαι*, aor. 1. *ἐμερίσθην*, med. aor. 1. infin. *μερίσασθαι* (a *μέρος*, ut *μελίζω* a *μέλος*), inde a Xen.; LXX pro חָלַק; — *divido;* i. e. a) *in partes dissolvo, disseco;* pass. *μεμέρισται ὁ Χριστός;* i. e. num, ut vos, Christus ipse, quem vestrum esse vultis, in partes dissectus est, ut aliis alia ejus pars sit, 1 Co. 1, 13; trop. *μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος*, studiis inter se differunt, diversa sequuntur commoda, 1 Co. 7, 34; in partes i. e. *in factiones discindor* (Pol. 8, 23, 9); *καθ' ἐμαυτοῦ*, mecum ipso discordo, contra me ipsum insurgo, Mt. 12, 25; item *ἐπ'*

*ἐμαυτόν*, vs. 26. Mc. 3, 24—26. — *b*) *distribuo*, *τί τισι*, aliquid inter aliquos, Mc. 6, 41; *attribuo*, *impertior*, *τινί*, 1 Co. 7, 17; *τί τινι*, Ro. 12, 3. 2 Co. 10, 13. Heb. 7, 2 (Sir. 45, 20. Pol. 11, 28, 9); med. *μερίζομαί τι μετά τινος*, divido (mihi) aliquid cum aliquo, Lc. 12, 13 (Dem. p. 913, 1).*

*μέριμνα, ας, ἡ* (a *μερίζω, μερίζομαι*, diversas in partes distrahor, cf. Ter. Andr. 1, 5, 25. Virg. Aen. 4, 285 s.), *cura*, *sollicitudo;* 1 Pet. 5, 7 (e Ps. 55, 23); Lc. 8, 14. 21, 34; c. gen. obj., cura alicujus rei gerenda, 2 Co. 11, 28; *τοῦ αἰῶνος τούτου*, sollicitudo de rebus ad hanc terrestrem vitam pertinentibus, Mt. 13, 22. Mc. 4, 19.*

*μεριμνάω, ῶ*, f. *ήσω*, 2 ps. pl. conj. aor. 1. *μεριμνήσητε* (*μέριμνα*), *a*) *sollicitus sum; curis sollicitor;* absol. Mt. 6, 27. 31. Lc. 12, 25; *μηδὲν μερ.*, nihil solliciti sitis, Phil. 4, 6; c. dat. rei, de cujus commodis aliquis sollicitus est; *τῇ ψυχῇ*, de vita sustentanda, *τῷ σώματι*, Mt. 6, 25. Lc. 12, 22; *περί τινος*, propter aliquid, Mt. 6, 28. Lc. 12, 26; *εἰς τὴν αὔριον*, in posterum diem, i. e. de rebus, quae postero die praesto sint, Mt. 6, 34; sq. interrog. indir. *πῶς ἢ τί*, 10, 19. Lc. 12, 31; junct. c. *τυρβάζεσθαι* sq. *περὶ πολλά*, Lc. 10, 41. — *b*) *prospicio; curae mihi habeo* (aliquid); *efficere studeo, ut alicui consulatur; τὰ ἑαυτῆς*, Mt. 6, 34 t. vulg. *Grsb.; τὰ τοῦ κυρίου*, 1 Co. 7, 32—34; *τὰ τοῦ κόσμου*, 7, 34; *ἑαυτῆς*, Mt. 6, 34 *Lchm. Tdf. Trg.* (usu a Graecis alieno, etsi ab iis alia verba *curandi*, *prospiciendi*, ut *ἐπιμελεῖσθαι, φροντίζειν, προνοεῖν*, genitivum sibi jungunt, cf. *Krüger* §. 47, 11. *Win.* p. 193. *Bttm.* ntl. Gr. p. 161, 25); *τὰ περί τινος*, Phil. 2, 20; *ἵνα τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη*, ut membra unum idemque curent pro se invicem, 1 Co. 12, 25 (LXX pro דָּאַג, sollicitus fuit, Ps. 38, 19; רָגַז, commotus, irritatus est animo, 2 Sam. 7, 10. 1 Chr. 17, 9; — ap. Graecos inde a Soph. et Xen.)*

*μερίς, ίδος, ἡ* (v. in *μέρος*). LXX maxime pro חֵלֶק, חֶלְקָה, מָנָה; — *pars;* i. q. 1) *id, quod non totum est; τῆς Μακεδονίας*, Act. 16, 12. — 2) *pars assignata; portio*, nostr. *Antheil*, Lc. 10, 42 (v. in *ἀγαθός*, 2); *ἔστι μοι μερὶς μετά τινος*, est mihi consortium cum aliquo, 2 Co. 6, 15. — *ἔστι μοι μερὶς ἢ κλῆρος ἔν τινι*, alicujus rei particeps fio, Act. 8, 21; *ἱκανοῦν τινα εἰς τὴν μερίδα τινός*, aptum aliquem reddere ad obtinendam partem in aliqua re, Col. 1, 12.*

*μερισμός, οῦ, ὁ* (*μερίζω*), *partitio* (Plat. Polyb. Strab.); *distributio;* plur., distributiones varii generis, *πνεύματος ἁγίου*, gen. obj. Heb. 2, 4. — 2) *discretio, disjunctio; ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς κ. πνεύματος*, quod plurimi intelligunt active: „eo usque ut discernat s. separet“; sed parum intelligitur, quid sit *separatio* animae; unde rectius et sententiarum juncturae accommodatius vocem intelligimus passive (quemadmodum etiam alia substantiva verbalia terminationis *μός* usurpantur, ut *ἁγιασμός, πειρασμός*), ut reddendum sit *usque ad discrimen*, h. e. usque ad absconditissimum illum locum, quo anima et animus a se discernuntur, s. quo illa in hunc abit, Heb. 4, 12.*

*μεριστής, οῦ, ὁ* (*μερίζω*), *divisor;* haereditatis (Luth.: *Erbschichter*), Lc. 12, 14. (Poll.)*

*μέρος, ους, τό* (*μείρομαι*, partior, competentem mihi partem accipio), *pars;* i. e. 1) *pars alicui competens* vel *assignata*, nostr. *Antheil*, *ἀφαιρεῖν τὸ μέρος τινὸς* (gen. pers.) *ἀπό* s. *ἔκ τινος* (gen. rei), Ap. 22, 19; *ἔχειν μέρος ἐν* c. dat. rei, 20, 6; *μέρος ἔχειν μετά τινος*, (ejusdem rei communionem, i. e.) consortium habere cum aliquo, Jo. 13, 8; hinc ut nonnumquam ap. Graecos (Eur. Alc. 477) *sors*, quae alicui assignatur, Ap. 21, 8; *τιθέναι τὸ μέρος τινὸς μετά τινων*, decernere alicui sortem inter aliquos, Mt. 24, 51. Lc. 12, 46. — 2) *id quod cum alio ad unum pertinet; a*) univ.; ita ut in contexta oratione totum ejusque partes dignoscantur, Lc. 11, 36. Jo. 19, 23. Ap. 16, 19; c. gen. totius, Lc. 15, 12. 24, 42; ita ut e contextis pateat, cujus totius pars dicatur, Act. 5, 2. Eph. 4, 16; *τὸ ἓν μέρος*, sc. *τοῦ συνεδρίου*, Act. 23, 6; *τοῦ μέρους τῶν Φαρισαίων*, ejus partis synedrii, quae constabat e Pharisaeis, vs. 9; *τὰ μέρη*, c. gen. provinciae s. terrae, tractus s. regiones, e quibus constat provincia vel terra, Mt. 2, 22. Act. 2, 10; c. gen. urbis: regiones ad urbem pertinentes, ager urbis, Mt. 15, 21. 16, 13. Mc. 8, 10; *τὰ ἀνωτερικὰ μέρη*, superiores regiones (quibus tacite opponuntur *τὰ κατώτερα*, c. illis ad unum totum pertinentia), Act. 19, 1; *τὰ μέρη ἐκεῖνα*, illae regiones (quae partes sunt terrae modo dictae, i. e. Macedoniae), 20, 2; *τὰ κατώτερα μέρη*, c. gen. appositionis *τῆς γῆς*, Eph. 4, 9 (de quo loco v. in *κατώτερος*); *εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου*, h. e. in partes (i. e. in loca sc. lacus) a navi dextras, s. ad latus dextrum, Jo. 21, 6. — Phrases adverbiorum vim habentes, *ἀνὰ μέρος* (v. in *ἀνά*), 1 Co. 14, 27; *κατὰ μέρος*, *singillatim*, *singulis partibus*, Heb. 9, 5; *μέρος τι* (acc. absolute pos.), *ex parte*, 1 Co. 11, 18 (Thuc. 2, 64. 4, 30. Isocr. p. 426 d); *ἀπὸ μέρους*, *ex parte*, i. e. *aliquantum*, 2 Co. 1, 14; *quodammodo*, 2, 5; *si partem spectaveris*, Ro. 11. 25; *hic illic*, 15, 15; *ἐκ μέρους*, si ad singulos (singula) respicitur, *singuli*, 1 Co. 12, 27; ex parte, i. e. *imperfecte*, 13, 9. 12; *τὸ ἐκ μέρους*, opp. *τὸ τέλειον*, *imperfectum* (Luth. bene: *das Stückwerk*), vs. 10. — *b*) *singulare aliquid*, nostr. *Stück* (ubi auctor significaturus est, esse alia ab eo, quod posuerit, separanda); *ἐν τῷ μέρει τούτῳ*, *hac parte*, i. e. *quod hoc attinet*, *hac ratione;* 1 Pet. 4, 16 t. vulg. *Grsb.;* 2 Co. 3, 10. 9, 3; c. gen. rei, Col. 2, 16; *τοῦτο τὸ μέρος* sc. *τῆς ἐργασίας ἡμῶν* (*Erwerbszweig*), Act. 19, 27 coll. v. 25.*

*μεσημβρία, ας, ἡ* (*μέσος, ἡμέρα*), inde ab Hdt., *meridies; a*) *tempus meridianum*, Act. 22, 6. — *b*) *plaga meridionalis*, Act. 8, 26.*

*μεσιτεύω*, aor. 1. *ἐμεσίτευσα* (*μεσίτης*), 1) *intercessorem ago* inter partes sive litigantes sive paciscentes; trans. *inter duas partes interveniens efficio aliquid*, nostr. *vermitteln; τὴν διάλυσιν*, Pol. 11. 34, 3; *τὰς συνθήκας*, Diod. 19, 71. Dion. H. antt. 9, 59. — 2) ut *μεσίτης* est *sponsor*, nostr, *Bürge* (Jos. antt. 4, 6, 7: *ταῦτα ὀμνύντες ἔλεγον καὶ τὸν θεὸν μεσίτην ὧν ὑπισχνοῦντο ποιούμενοι*), ita *μεσιτεύω* *spondeo; ὅρκῳ*, Heb. 6, 17.*

*μεσίτης, ου, ὁ* (*μέσος*), is qui inter duos intervenit vel paci et amicitiae faciendae restituendaeve, vel pacto ineundo, vel foederi sanciendo consulturus; *internuntius*, *intercessor;* Vulg. *mediator; ὁ μεσίτης*, i. e. quicunque mediatorem agit. *ἑνὸς οὐκ ἔστι*, non unius est, sed duorum pluriumve. Gal. 3, 20; dic. de Mose, ut qui mandata dei ad populum israëliticum perferebat et pro populo cum deo agebat internuntius, vs. 19 (coll. Deut. 5, 5: unde idem a Philone vit. Mos. III, §. 19 *μεσίτης καὶ διαλλακτής* appellatur); Christus dic. *μεσ. θεοῦ κ. ἀνθρώπων*, ut qui moriendo se interponens concordiam deum inter hominesque peccatis hominum turbatam restituerit, 1 Tim. 2, 5; item *μεσ. διαθήκης*, Heb. 8, 6. 9, 15. 12, 24. (Pol. 28, 15, 8. Diod. 4, 54. Philo de somn. §. 22. Jos. antt. 16, 2, 2. Plut. de Is. et Os. 46; semel LXX Job. 9. 33.) Cf. *Fischer* de vitiis lexx. N. T. p. 351 ss.*

*μεσονύκτιον, ίου, τό* (neutr. adjectivi *μεσονύκτιος* ap. Pind. al., ex *μέσος* et *νύξ, νυκτός*), *media nox; μεσονυκτίου*, media nocte, Mc. 13, 35. Lc. 11, 5; *κατὰ τὸ μ.*, circa mediam noctem, Act. 16, 25; *μέχρι*

*μ.*, usque ad, 20, 7. (LXX Hippocr., Arstot., Diod., Strabo, Lucian., Plutarch.; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 53.)*

***Μεσοποταμία***, *ας*, *ἡ* (fem. adjectivi *μεσοποτάμιος*, *α*, *ον*, sc. *χώρα*, ex *μέσος* et *ποταμός*), *Mesopotamia*, minus politicum quam geographicum nomen, vix ultra Alexandri Magni aetatem usitatum, regionis in Asia majore inter Euphratis et Tigridis amnes sitae (unde nomen accepit; cf. Arrian. anab. 7, 7. Tac. ann. 6, 37; אֲרַם נַהֲרַיִם, *Aramaea duorum amnium*, Gen. 24, 10), meridiem versus mari persico, ad septentrionem Tauri jugis terminatae, in qua multi Judaei sedem fixerant (Jos. antt. 12, 3, 4); Act. 2, 9. 7, 2.*

***μέσος***, *η*, *ον*, *medius*, *a*, *um*; 1) adjective: *μέσης νυκτός*, media nocte, Mt. 25, 6; *μέσης ἡμέρας*, Act. 26, 13 (melioris notae scriptores dixisse *μέσον ἡμέρας*, *μεσοῦσα ἡμέρα*, *μεσημβρία*, docet *Lob.* ad Phryn. p. 53. 54. 465); c. genit. *μέσος ὑμῶν ἕστηκε*, medios inter vos stat, Jo. 1, 26 (Plat. de rep. 1, p. 330 b. Polit. p. 303 a); *ἐσχίσθη μέσον*, (aulaeum) medium discissum est, Lc. 23, 45; *ἐλάκησε μέσος*, Act. 1, 18; (*ἐσταύρωσαν*) *μέσον τὸν Ἰησοῦν*, Jo. 19, 18. — 2) neutr. *τὸ μέσον* vel (sine articulo in adverbialibus phrasibus, ut *διὰ μέσον*, *ἐν μέσῳ*, cf. *Win.* p. 113), *μέσον*, substantive dicitur; LXX pro תָּוֶךְ, stat. constr. תּוֹךְ, et קֶרֶב; nos *die Mitte*; *ἀνὰ μέσον* (v. in *ἀνά*); *διὰ μέσου* (*τινός*), per medium (Am. 5, 17. Jer. 37, 4), *αὐτῶν*, per medios eos, Lc. 4, 30. Jo. 8, 59; *Σαμαρείας*, Lc. 17, 11; *εἰς τὸ μέσον*, in medium, i. e. in locum medium, ex adj. in medium conclave vel in medios congregatos, Mc. 3, 3. [14, 60 t. vulg.], Lc. 4, 35. 5, 19. 6, 8. Jo. 20, 19. 26; *εἰς μέσον*, nostr. *mittenhin*, Mc. 14, 60 *Grsb. Lchm. Tdf.*; *ἐν τῷ μέσῳ*, in medio conclavi s. coram convivis, Mt. 14, 6; *ἐν μέσῳ*, *in media parte loci*, de quo agitur, Jo. 8, 3. 9; in medio conclavi, coram omnibus, Act. 4, 7; c. genit. loci, Ap. 2, 7 t. vulg.; Lc. 21, 21; ubi nos *mittenauf*, *τῆς πλατείας*, Ap. 22, 2; adde Lc. 22, 55. Act. 17, 22; *τῆς θαλάσσης*, media in superficie maris, Mc. 6, 47; c. gen. plur. *medius inter* (*mitten unter*, *inmitten von*); c. gen. rerum, Mt. 10, 16. Lc. 8, 7. 10, 3. Ap. 1, 13. 2, 1; c. gen. pers. Mt. 18, 20. Mc. 9, 36. Lc. 2, 46. 22, 55. 24, 36. Act. 1, 15. 2, 22. 27, 21. Ap. 5, 6; trop. *ἐν μέσῳ αὐτῶν εἰμι*, numine meo iis intersum, Mt. 18, 20; c. gen. nominis collectivi, Phil. 2, 15 t. vulg. *Grsb.*; Heb. 2, 12; ubi de societate, conversatione agitur, i. q. *inter*; *conversans cum aliquibus*, Lc. 22, 27. 1 Th. 2, 7; — *medio loco intra*, *τοῦ θρόνου* (qui semicirculi formam referens cogitandus est), Ap. 4, 6. 5, 6., ubi cf. *de Wette* atque *Bleek*. — *κατὰ μέσον τῆς νυκτός*, circa mediam noctem, Act. 27, 27. — *ἐκ τοῦ μέσου* ut lat. *e medio*, i. e. *e conspectu*; *αἴρω τι*, tollo, aboleo, Col. 2, 14; *γίνομαι ἐκ μέσου*, tollor, dispareo, 2 Th. 2, 7; c. gen. pers. *ἐκ μέσου τινῶν*, ex aliquorum societate, coetu, Mt. 13, 49. Act. 17, 33. 23, 10. 1 Co. 5, 2. 2 Co. 6, 17 (Ex. 31, 14. Num. 14, 44 cod. alex.) — 3) neutr. *μέσον* dic. adverbialiter c. genit., *in medio alicujus*; *ἦν μέσον τῆς θαλάσσης*, Mt. 14, 24 (*Τέων γὰρ μέσον εἶναι τῆς Ἰωνίης*, Hdt. 1, 170); *γενεᾶς σκολιᾶς*, Phil. 2, 15 *Lchm. Tdf. Trg.* (*τῆς ἡμέρας*, medio die, hist. Sus. vs. 7); cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 107 s.

***μεσότοιχον***, *ου*, *τό* (*μέσος*, *τοῖχος*, paries), *paries intergerinus s. intermedius* (*Scheidewand*), *τὸ μ. τοῦ φραγμοῦ* (i. e. *τὸν φραγμὸν τὸν μεσότοιχον ὄντα*, Eph. 2, 14. (praeterea tantum semel et quidem mascul. forma: *τὸν τῆς ἡδονῆς κ. ἀρετῆς μεσότοιχον*, Eratosth. ap. Athen. 7, p. 281 d.)

***μεσουράνημα***, *τος*, *τό* (a *μεσουρανέω*; *-εῖν* sol dicitur medium coelum nactus), *locus coeli altissimus*, quem sol horâ meridianâ occupat, quo loco quae fiunt ab omnibus conspici vel audiri possunt, Ap. 8, 13 (ubi cf. *Düsterdieck*); 14, 6. 19, 17. (Manetho, Plut., Sext. Emp.)*

***μεσόω*** (*μέσος*), *medius*, *dimidius sum*; *τῆς ἑορτῆς μεσούσης*, medio festi tempore, Jo. 7, 14 (*μεσούσης τῆς νυκτός*, Exod. 12, 29. Judith. 12, 5; *τῆς ἡμέρας* Neh. 8, 5; ap. Graecos inde ab Aeschl. et Hdt.; *θέρους μεσοῦντος*, Thuc. 6, 30).*

***Μεσσίας***, *ου*, *ὁ*, *Messias*; chald. מְשִׁיחָא, hebr. מָשִׁיחַ, i. q. graec. *χριστός*, q. v., Jo. 1, 42. 4, 25. Cf. *Delitzsch* in Zeitschrift f. d. luth. Theol. 1876, p. 603.*

***μεστός***, *ή*, *όν*, inde ab Hom., LXX pro מָלֵא, — *plenus*, *refertus*; c. gen. rei, propr. Jo. 19, 29. 21, 11. Jac. 3, 8; trop. ad personas transfertur, quarum animus quasi refertus est sensis et motibus s. bonis s. malis, Mt. 23, 28. Ro. 1, 29. 15, 14. 2 Pet. 2, 14. Jac. 3, 17 (Prov. 6, 34).*

***μεστόω***, *ῶ* (*μεστός*), *impleo*; *γλεύκους μεμεστωμένος*, Act. 2, 13 (Soph. Plat. Arstot. al.; 3 Macc. 5, 1. 10.)*

***μετά***, praepositio, voci *μέσος* cognata (ut nostr. *mit* vocibus *Mitte*, *mitten*) indeque *pr. inter* (nostr. *inmitten*, *zwischen*), societatem, conjunctionem, comitatum denotans, quae sibi associat genitivum et accusativum (ap. graecos poetas etiam dativum);

I) *c. genitivo* (LXX pro אֶת, עִם, אַחַר al.); *inter*, *cum*; — 1) *inter*; *a*) pr. *μετὰ τῶν νεκρῶν*, inter mortuos, Lc. 24, 5 (*μετὰ νεκρῶν κείσομαι*, Eur. Hec. 209; *θάψετέ με μετὰ τῶν πατέρων μου*, LXX Gen. 49, 29; *μετὰ ζώντων εἶναι*, inter vivos esse, Soph. Phil. 1312); *λογίζεσθαι μετὰ ἀνόμων*, referri, numerari inter improbos, Mc. 15, 28 et Lc. 22, 37 e Jes. 53, 12 (ubi LXX *ἐν ἀνόμοις*); *μετὰ τῶν θηρίων εἶναι*, Mc. 1, 13; *γογγύζειν μετ᾽ ἀλλήλων*, Jo. 6, 43; *σκηνὴ τοῦ θεοῦ μετὰ τ. ἀνθρώπων*, Ap. 21, 3; adde Mt. 24, 51. 26, 58. Mc. 14, 54. Lc. 12, 46. Jo. 18, 5. 18. Act. 1, 26 al. — *b*) trop. *μετὰ διωγμῶν*, inter persecutiones, Mc. 10, 30 (*μετὰ κινδύνων*, inter pericula, Thuc. 1, 18); *ἡ ἀγάπη μεθ᾽ ἡμῶν*, amor inter nos, mutuus amor, 1 Jo. 4, 17. — Hinc dic. 2) de *societate* et *comitatu*, lat. *cum* (germ. *mit*; saepius etiam reddi potest *bei*); *a*) post verba *eundi*, *veniendi*, *proficiscendi*, *commorandi* al. c. genit. ejus, quem alter socium s. comitem habet; Mt. 20, 20. 26, 36. Mc. 1, 29. 3, 7. 11, 11. 14, 17. Lc. 6, 17. 14, 31. Jo. 3, 22. 11, 54. Gal. 2, 1; dic. Jesus Messias olim venturus esse *μετὰ τῶν ἀγγέλων*, Mt. 16, 27. Mc. 8, 38. 1 Th. 3, 13. 2 Th. 1, 7; vice versa c. gen. ejus, cui alter comitem se associat, Mt. 5, 41. Mc. 5, 24. Lc. 2, 51. Ap. 22, 12; *ἄγγελοι μετ᾽ αὐτοῦ*, Mt. 25, 31; *μετά τινος*, ex adj. i. q. *aliquo duce*, Mt. 25, 10. 26, 47. Mc. 14, 43. Act. 7, 45. — *περιπατεῖν μετά τινος*, comitem et assectatorem cum aliquo versari, Jo. 6, 66; *γίνομαι μ. τινος*, in societatem et commercium venio c. aliquo, Mc. 16, 10. Act. 7, 38. 9, 19. 20, 18. — *παραλαμβάνειν τινὰ μεθ᾽ ἑαυτοῦ*, secum s. sibi adjungere comitem s. socium Mt. 12, 45. 18, 16. Mc. 14, 33; *ἄγειν*, 2 Tim. 4, 11; *ἔχειν μεθ᾽ ἑαυτοῦ*, secum habere, *τινά*, Mc. 2, 19. Mt. 15, 30. 26, 11. Mc. 14, 7. Jo. 12, 8; *τί*; Mc. 8, 14; *λαμβάνειν*, Mt. 25, 31; *ἀκολουθεῖν μετά τινος*, v. in *ἀκολουθέω*. — *b*) vario sensu dic. *εἶναι μετά τινος*, *α*) propr. de iis, qui cum aliquo versantur eumque, quocunque se confert, comitantur, quo sensu discipuli Jesu cum eo dicuntur esse vel fuisse, Mc. 3, 14. Mt. 26, 69. 71. Lc. 22, 59 coll. Mc. 5, 18; add. *ἀπ᾽ ἀρχῆς*, Jo. 15, 27; de iis, qui certo tempore cum aliquo alicubi versantur vel eum co-

mitantur, Mt. 5, 25. Jo. 3, 26. 9, 40. 12, 17. 20, 24. 26. 2 Tim. 4, 11; nonnumquam cogitando addendum est ptcp. *ὤν, ὄντα* al.; Mt. 26, 51. Mc. 9, 8. Jo. 18, 26; *οἱ ὄντες μετά τινος*, comites vel socii alicujus, Mt. 12, 4. Mc. 2, 25. Lc. 6, 3. Act. 20, 34., sc. *ὄντες*, Tit. 3, 15. — Jesus se dicit esse et fuisse apud discipulos suos Jo 13, 33. 14, 9; et ita quidem, ut iis adesset consilio, auxilio, 16, 4. Mt. 17, 17 (Mc. 9, 19 et Lc. 9, 41 *πρὸς ὑμᾶς*), veluti is, quem illi dici possent secum habere, Mt. 9, 15. Lc. 5, 34; quemadmodum ipse vicissim optat, ut sui discipuli olim sint secum ipso, Jo. 17, 20. — dicuntur etiam *naves* cum aliquo in navi iter faciente esse, i. e. eum comitari, Mc. 4, 36. — *β*) trop. phrasis dic. de deo, qui alicui adsit dux et auxiliator, Jo. 3, 2. 8, 29. 16, 32. Act. 7, 9. 10, 38. 2 Co. 13, 11. Phil. 4, 9; abest *εἶναι*, Mt. 1, 23. Lc. 1, 28. Ro. 15, 33; refer huc *ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς μετ' αὐτῶν* sc. *ὤν*, numine suo et auxilio ipsis praesens, Act. 14, 23. 15, 4; et vice versa *πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου*, sc. *ὄντα*, i. e. tuae faciei praesentem, 2, 28 e Ps. 16, 11; pro ipso deo dic. *ἡ χεὶρ κυρίου* (ex hebr.), Lc. 1, 66. Act. 11. 21; de Christo numine suo et auxilio suis adfuturo, Mt. 28, 20. Act. 18, 10 (de spiritu s. perpetuo adjutore dic. *μένειν*, Jo. 14. 16); precantur in finibus epistolarum scriptores, ut cum lectoribus sit (h. e. perpetuo iis adsit) *ὁ θεός*, 2 Co. 13, 11; *ὁ κύριος*, 2 Th. 3, 16. 2 Tim. 4, 22; *ἡ χάρις τοῦ κ. Ἰησοῦ Χρ.* (cui formulae cogitando addendum est *ἔστω*), Ro. 16, 20. 24. 1 Co. 16, 23. 2 Co. 13, 13. Gal. 6, 18. Phil. 4, 23. 1 Th. 5, 28. 2 Th. 3, 18. Philem. vs. 25. Ap. 22, 21; *ἡ χάρις* simpliciter, Eph. 6, 24. Col. 4, 18. 1 Tim. 6, 21. Tit. 3, 15. Heb. 13, 25. 2 Jo. vs. 3; *ἡ ἀγάπη μου*, 1 Co. 16, 24; idem dic. de veritate cum duce comparata, 2 Jo. vs. 2. — *γ*) opp. *εἶναι κατά τινος*, *stare a partibus alicujus*, Mt. 12, 30. Lc. 11, 23 (et saepe ap. Graecos); similiter *μένειν μετά τινος*, partes alicujus constanter sequi, 1 Jo. 2, 19. — *c*) c. genit. ejus, quem aliquis vel in agendo vel in iis, quae ipsi accidunt, socium habet; ita post verba edendi, bibendi, coenandi al., Mt. 8, 11. 9, 11. 24, 49. 26, 18. 23, 29. Mc. 14, 18. 20. Lc. 5, 30. 7, 36. 22, 11. 15. 24, 30. Jo. 13, 18. Gal. 2, 12. Ap. 3, 20 al.; *γρηγορεῖν*. Mt. 26, 38. 40; *χαίρειν, κλαίειν*, Ro. 12, 15. *εὐφραίνεσθαι*, 15, 10; *παροικεῖν*, Heb. 11, 9; *δουλεύειν*, Gal. 4, 25; *βασιλεύειν*, Ap. 20, 4. 6; *ζῆν*, Lc. 2, 36; *ἀποθνήσκειν*, Jo. 11, 16; *βάλλεσθαι εἰς τὴν γῆν*, Ap. 12, 9; *κληρονομεῖν*, Gal. 4, 30; *συνάγειν*, Mt. 12, 30. Lc. 11, 23 et aliis exemplis. — *d*) c. gen. personae, cum qua alter aliquid *invicem et mutuo* agit; ita post *συναίρειν λόγον*, rationes conferre, Mt. 18, 23. 25, 19; *συνάγεσθαι*, 28, 12. Jo. 18, 2; *συμβούλιον ποιεῖν*, Mc. 3, 6; *λαλεῖν* (v. in *λαλέω*); *συλλαλεῖν*, Mt. 17, 3. Act. 25, 12; *μοιχεύειν*, Ap. 2, 22; *μολύνεσθαι*, 14, 4; *πορεύειν*, 17, 2. 18, 3. 9; *μερίζομαι*, Lc. 12, 13; post verba *altercandi, bellandi, litigandi: πολεμεῖν*, Ap. 2, 16. 12, 7 (ubi t. vulg. *κατά*), 13, 4. 17, 14 (ita pro נִלְחַם עִם פ״ 1 Sam. 17, 33. 1 Reg. 12, 24., usu a nativis Graecis alieno, qui dicunt *πολεμεῖν τινι*, etiam *πρός τινα, ἐπί τινα, bellare adversus aliquem; πολεμεῖν μετά τινος* autem *bellare aliquo socio et adjutore*, Thuc. 1, 18. Xen. h. g. 7, 1, 27); *πόλεμον ποιεῖν*, 11, 7. 12, 17. 13, 7. 19, 19 (ita lat. *bellare cum* .., Cic. Verr. 2, 4, 33; *bellum gerere*, Cic. de divinat. 1, 46); *ζήτησις ἐγένετο*, Jo. 3, 25; *ζητεῖν*, Jo. 16, 19; *κρίνεσθαι, κρίματα ἔχειν*, 1 Co. 6, 6 s.; post verba et phrases, quae studia mutua, pactionem, rationes cum aliquo initas indicant, ut *εἰρηνεύειν*, *εἰρήνην διώκειν*, Ro. 12, 18. 2 Tim. 2, 22. Heb. 12, 14; *φίλος*, Lc. 23, 12; *συμφωνεῖν*, Mt. 20, 2; *μερὶς μετά τινος*, 2 Co. 6, 15; *ἔχειν μέρος*, Jo. 13, 8; *συγκατάθεσις*, 2 Co. 6, 16; *κοινωνίαν ἔχειν*, 1 Jo. 1, 3. 6 s.; *αἰτία* (v. in h. v.), Mt. 19, 10. — *e*) de alia varii generis personarum vel rerum consociatione; — ubi actio vel conditio verbo expressa ad personas vel res spectat praeter eas, quae dativo vel accusativo notantur (rarius ita ap. Graecos, velut *ἰσχύν τε καὶ κάλλος μετὰ ὑγιείας λαμβάνειν*, Plat. rep. 9, p. 591 b); *εἶδον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας*, Mt. 2, 11; *ἀνταποδοῦναι -- ὑμῖν -- μεθ' ἡμῶν*, 2 Th. 1, 6 s.; post *ἐκδέχεσθαι*, 1 Co. 16, 11; post verba mittendi, Mt. 22, 16. 2 Co. 8, 18; — *ἀγάπη μετὰ πίστεως*, Eph. 6, 23; *ἐν πίστει -- μετὰ σωφροσύνης*, 1 Tim. 2, 15; *ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας*, 1 Tim. 6, 6; nimirum ita posterior notio ut secundaria associatur priori tamquam primariae; interposita autem copula *καί* cum altera exaequatur. — Col. 1, 11. 1 Tim. 1, 14. — de admixtione, *μίγνυμί τι μετά τινος* (ap. Graecos *τί τινι*), Lc. 13, 1; pass. Mt. 27, 34. — *f*) c. genit. sensuum, studiorum, motuum animi, motuum corporis aliorumque actuum, qui eorum quae aguntur vel eveniunt quasi comites sunt, ita ut tali modo *forma* actionum vel eventuum describatur, quae in plerisque exemplis cognato adverbio aut participio significari potest, *μετὰ αἰδοῦς*, 1 Tim. 2, 9. Heb. 12, 28; *αἰσχύνης*, Lc. 14, 9; *ἡσυχίας*, 2 Th. 3, 12; *χαρᾶς*, Mt. 13, 20. Mc. 4. 16. Lc. 8, 13. 10, 17. 24, 52. Phil. 2, 29. 1 Th. 1, 6. Heb. 10, 34; *προθυμίας*, Act. 17, 11; *φόβου κ. τρόμου*, 2 Co. 7, 15. Eph. 6, 5. Phil. 2, 12; *φόβου κ. χαρᾶς*, Mt. 28, 8; *πραότητος κ. φόβου*, 1 Pet. 3, 15; *παῤῥησίας*, Act. 2, 29. 4, 29. 31. 28, 31. Heb. 4, 16; *εὐχαριστίας*, Act. 24, 3. Phil. 4, 6. 1 Tim. 4, 3 s.; *ἀληθινῆς καρδίας*, Heb. 10, 22; *ταπεινοφροσύνης κτλ.*, Eph. 4, 2. Act. 20, 19; *ὀργῆς*, Mc. 3, 5; *εὐνοίας*, Eph. 6, 7; *βίας*, Act. 5, 26 et in t. vulg. 24, 7; *μετὰ δακρύων* (ubi nos: *unter Thränen*), Mc. 9, 24. Heb. 5, 7. 12, 17 (Plat. apol. p. 34 c); *εἰρήνης*, Act. 15, 33. Heb. 11, 31; *ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν*, 1 Tim. 4, 14; *φωνῆς μεγάλης*, Lc. 17, 15; *νηστειῶν*, Act. 14, 23; *ὅρκου* s. *ὁρκωμοσίας*, Mt. 14, 7. 26, 72. Heb. 7, 21; *θορύβου*, Act. 24, 18; *παρακλήσεως*, 2 Co. 8, 4; *παρατηρήσεως*, Lc. 17, 20; *σπουδῆς*, Mc. 6, 25. Lc. 1, 39; *ὕβρεως κ. ζημίας*, Act. 27, 10; *φαντασίας*, 25, 23; *ἀφροῦ*, Lc. 9, 39; referre huc licet *μετὰ κουστωδίας*, appositis custodibus, Mt. 27, 66. — *g*) post verba veniendi, proficiscendi, mittendi c. genit. rerum, quibus aliquis instructus est; *μετὰ δόξης κ. δυνάμεως*, Mt. 24, 30. Mc. 13, 26. Lc. 21, 27; *ἐξουσίας κ. ἐπιτροπῆς*, Act. 26, 12; *μαχαιρῶν κ. ξύλων*, Mt. 26, 47. 55. Mc. 14, 43. 48. Lc. 22, 52; *φανῶν κ. ὅπλων*, Jo. 18, 3; *μετὰ σάλπιγγος*, Mt. 24, 31; — ubi poni poterat dativ. instrumentalis, *μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ ἐξάγειν τινά*, Act. 13, 17. — *h*) ex imitatione hebr. *ἔλεος ποιεῖν μετά τινος*, prosequi aliquem misericordiâ, et *μεγαλύνειν ἔλ. μ. τ.*, insigni aliquem prosequi misericordiâ, v. in *ἔλεος*. Referunt huc plerique *ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς μετ' αὐτῶν*, Act. 14, 27. 15, 4., sed v. supra in 2, b. *β*.

II) cum *accusativo;* 1) pr. *inter*, i. e. *in medium* (*in die Mitte von ..; mitten-* s. *zwischen hinein*), post verba veniendi, ferendi, movendi; ita maxime ap. Hom. — 2) denotat *subsequentem comitatum*, i. e. *ordinem*, quo aliud ab alio excipitur; *a*) de ordine *loci; pone, post* (ita inde ab Hom.); semel in N. T. Heb. 9, 3 (Judith. 2, 4). — *b*) de ordine *temporis; post* (LXX pro אַחַר, אַחֲרֵי, מִקֵּץ al.); *μεθ' ἡμέρας ἕξ*, exactis sex diebus, Mt. 17, 1. Mc. 9, 2; adde Mt. 26, 2. Mc. 14, 1. Lc. 1, 24. 2, 46 al.; cf. *Fritzsche* ad Mt. p. 22 s.; *μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας*, Lc. 15, 13; *μετά τινας ἡμ.* Act. 15, 36. 24, 24; *οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας*, non diu post hos dies,

Act. 1, 5; cf. *de Wette* ad l. et *Win.* p. 152 s.; *μ. τρεῖς μῆνας*, Act. 28, 11; *μ. ἔτη τρία*, Gal. 1, 18 al.; *μ. χρόνον πολύν*, Mt. 25, 19; *μ. τοσοῦτον χρ.* Heb. 4, 7; — add. nominibus eventorum s. rerum gestarum ac festorum; *μ. τὴν μετοικεσίαν Βαβ.*, Mt. 1, 12; *μ. τὴν θλίψιν*, Mt. 24, 29. Mc. 13, 24., adde Mt. 27, 53. Act. 10, 37. 20, 29. 2 Pet. 1, 15; *μ. τὴν ἀνάγνωσιν*, Act. 13, 15; *μ. μίαν κ. δευτέραν νουθεσίαν*, Tit. 3, 10; *μ. τὸ πάσχα*, Act. 12, 4 coll. 20, 6; add. personarum aut rerum nominibus, quibus temporis notio adjungitur; *μετὰ τοῦτον, αὐτόν* al. Act. 5, 37. 7, 5. 13, 25. 19, 4; *μ. τὸν νόμον*, Heb. 7, 28; *μετὰ τὸ ψωμίον*, offâ sumtâ, Jo. 13, 27; sq. neutr. pronom. demonstr., *μετὰ τοῦτο*, Jo. 2, 12. 11, 7. 11. 19, 28. Heb. 9, 27; *μετὰ ταῦτα*, Mc. 16, 12. Lc. 5, 27. 10, 1. 12, 4. 17, 8. 18, 4. Act. 7, 7. 13, 20. 15, 16. 18, 1. Jo. 3, 22. 5, 1. 14. 6, 1. 7, 1. 13, 7. 19, 38. 21, 1. Heb. 4, 8. 1 Pet. 1, 11. Ap. 1, 19. 4, 1. 7, 1. 9. 9, 12. 15, 5. 18, 1. 19, 1. 20, 3 et saepissime ap. Graecos; — praefigitur neutro generi adjectivorum de quantitate et mensura dictorum et ad tempus relatorum; *μετ' οὐ πολύ*, non multo post, Act. 27, 14; *μετὰ μικρόν*, brevi post, Mt. 26, 73. Mc. 14, 70; *μετὰ βραχύ*, Lc. 22, 58; verborum infinitivis articulo (neutr. gen.) notatis, lat. *postquam* c. verbo finito; — infinit. aor., Mt. 26, 32. Mc. 1, 14. 14, 28. 16, 19. Lc. 12, 5. 22, 20. Act. 1, 3. 7, 4. 10, 41. 15, 13. 20, 1. 1 Co. 11, 25. Heb. 10, 26.

III) In *compositis μετά* denotat 1) societatem, communitatem, communicationem, *cum*, ut in *μεταδιδόναι, μεταλαμβάνειν, μετέχειν, μετοχή*. — 2) permutationem, transmutationem, translationem; *trans*, nostr. *um; μεταλλάσσω, μεταμέλομαι, μετοικίζω, μεταμορφόω* al. — 3) *post; μεταμέλομαι*. Cf. *Viger*. ed. Herm. p. 639.

*μετα-βαίνω*, f. *-βήσομαι*, aor 2. *μετέβην*, imper. *μετάβηθι* et (Mt. 17, 20 *Lchm. Tdf. Trg.*) *μετάβα* (cf. *Win.* §. 14, 1), pf. *μεταβέβηκα*, inde ab Hom., *transmigro, demigro;* sq. *ἀπό* c. gen. loci, Mt. 8, 34; *ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν*, Lc. 10, 7; *ἐκ τοῦ κόσμου πρὸς τὸν πατέρα*, Jo. 13, 1; *ἐντεῦθεν*, 7, 3; *ἐκεῖθεν*, Mt. 11, 1. 12, 9. 15, 29. Act. 18, 7; *ἐντεῦθεν ἐκεῖ* (pro *ἐκεῖσε*), de re i. q. *dimoveor*, Mt. 17, 20; metaph. *ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν*, Jo. 5, 24. 1 Jo. 3, 14.*

*μετα-βάλλω*, pr. *inverto; converto;* pass. et med. *converto* s. *transmuto me;* trop. *sententiam meam muto; μεταβαλλόμενοι εἶπον*, sententiâ mutatâ dixerunt, Act. 28, 6 (*μεταβαλόμενος λέγεις*, mutatâ sententiâ dicis, Plat. Gorg. p. 481 e; eodem significatu Thuc. Xen. Dem.)*

*μετ-άγω, transfero, traduco* (Pol. Diod.); hinc univ. *dirigo*, Jac. 3, 3 s.*

*μετα-δίδωμι*, aor. 2. conj. *μεταδῶ*, imper. 3 ps. *μεταδότω, communico cum* aliquo, *impertio;* absol. *ὁ μεταδιδούς*, qui de suo largitur, Ro. 12, 8; cf. *Fritzsche* ad l.; *τινί*, Eph. 4, 28; *τινί τι* (e structura ap. Graecos rariore, quibus usitatius est *μεταδ. τινί τινος*, cf. *Matth.* II, p. 634), Ro. 1, 11. 1 Th. 2, 8; accusativo ex antecedentibus patente, Lc. 3, 11.*

*μετάθεσις, εος, ἡ* (*μετατίθημι*), 1) *translatio;* ex uno loco in alterum (Diod. 1, 23), *τινός* (gen. obj.), alicujus personae translatio in coelum, Heb. 11, 5. — 2) *mutatio* (eorum, quae stabilita erant, ut *ἱερωσύνης, νόμου*), Heb. 7, 12; *τῶν σαλευομένων*, 12, 27. (Thuc. 5, 29. Arstot. Plut.)*

*μετ-αίρω*, aor. 1. *μετῆρα*, 1) trans. *tollo e loco in locum; transfero* (Eur. Theophr. al.). — 2) in N. T. intrans. (cf. *Win.* §. 38, 1), *abeo, discedo* (*aufbrechen*); *ἐκεῖθεν*, Mt. 13, 53 (Aquila, Gen. 12, 9); sq. *ἀπό* c. gen. loci, 19, 1.*

*μετα-καλέω, ῶ*, aor. 1. med. *μετεκαλεσάμην*, fut. 1. med. *μετακαλέσομαι*, — *ex uno loco in alium voco* (Hos. 11, 1 s.; Plat. Ax. in fine); med. *ad me voco. arcesso; τινά*, Act. 7, 14. 10, 32. 20, 17. 24, 25.*

*μετα-κινέω, ῶ, loco moveo, dimoveo;* Deut. 32, 30; ap. Graecos passim inde ab Hdt.; pass. trop. *ἀπὸ τῆς ἐλπίδος*, a spe, quam teneo, in qua nitor, Col. 1, 23.*

*μετα-λαμβάνω*, impf. *μετελάμβανον*, infin. aor. 2. *μεταλαβεῖν*, — *particeps sum vel reddor;* c. gen. rei, 2 Tim. 2, 6. Heb. 6, 7. 12, 10; *τροφῆς, cibum capio*, Act. 2, 46. 27, 33 s.; c. acc. rei, *nanciscor* (aliquid totum), *καιρόν*, Act. 24, 25; cf. de structura verbi c. gen. et accus. *Krüger* I, p. 254 coll. *Win.* §. 30, 8.*

*μετάληψις* (*Lchm. Tdf. Trg. μετάλημψις*), *εως, ἡ* (*μεταλαμβάνω*), *perceptio* (Plat. Plut. al.); de ciborum usu: *εἰς μετάλ.*, ut capiantur s. accipiantur, 1 Tim. 4, 3.*

*μετ-αλλάσσω*, aor. 1. *μετήλλαξα*, inde ab Hdt., *permuto; τὶ ἔν τινι*, aliquid aliqua re (de qua structura v. in *ἀλλάσσω*), Ro. 1, 25; *τὶ εἴς τι*, aliquid in aliquid 1, 26.*

*μεταμέλομαι*, impf. *μετεμελόμην*, aor. 1. pass. *μετεμελήθην*, fut. 1. pass. *μεταμεληθήσομαι* (a *μέλομαι*, med. verbi *μέλω*), inde a Thuc.; LXX pro נִחַם; vb. depon. pass., pr. *posthac mihi curae est*, i. e. *poenitet me;* Mt. 21, 29. 32. 27, 3. 2 Co. 7, 8. Heb. 7, 21 e Ps. 110, 4.*

*μετα-μορφόω, ῶ, in aliam formam converto, transfiguro, transformo; μετεμορφώθη*, de Christo, *species ejus mutata est*, i. e. resplenduit divino fulgore, Mt. 17, 2. Mc. 9, 2 (pro quo enuntiato Lc. 9, 29: *ἐγένετο τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον*); de Christianis: *τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα*, immutamur in eandem (absolutae praestantiae) imaginem (quae in Christo resplendet), i. e. eo res devenit, ut referamus eandem imaginem. 2 Co. 3, 18; de nudo accus. post verba motus, mutationis, divisionis, cf. *Bos*. Ellips. ed. Schaefer, p. 679 ss. *Matthiae* §. 409; de vitae et morum in melius immutatione dic. Ro. 12, 2; cui loco compara Sen. epp. 6 initio: „intelligo non emendari me tantum, sed *transfigurari*.“ (Philo vit. Mos. I, §. 10 sub. fin.; leg. ad Caj. §. 13. Athen. 8, p. 334 c. Ael. v. h. 1, 1. Lucian. as. 11.)*

*μετα-νοέω, ῶ*, f. *ήσω*, aor. 1. *ἐμετανόησα*, inde a Xen.; LXX passim pro נִחַם; — *mentem muto*, i. e. *poenitet me* (doleo me hoc vel illud fecisse, Jon. 3, 9), velut quod aliquem offenderim, Lc. 17, 3 s.; add. *ἐπί τινι* (dat. vitii, hebr. עַל, Am. 7, 3. Joël. 2, 13. Jon. 3, 10. 4, 2), *propter aliquid*, lat. *me poenitet alicujus rei*, 2 Co. 12, 21; speciat. dic. de iis, qui peccatorum sibi conscii ac doloris signa prae se ferentes de deo placando cogitant; *poenitentiam ago; μετανοῶ ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ*, cilicio circumdatus et cinere conspersus, Mt. 11, 21. Lc. 10, 13. — *mentem muto in melius, animum emendo, detestans peccata, quae commisi*, Mt. 3, 2. 4, 17. Mc. 1, 15 (coll. Mt. 3, 6: *ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν*, et vs. 8. Lc. 3, 8: *καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας*, i. e. facta animo emendato peccataque detestante digna); Lc. 13, 3. 5. 15, 7. 10. 16, 30. Act. 2, 38. 3, 19. 17, 30. Ap. 2, 5. 16. 3, 3. 19; de phrasi *μετανοεῖν εἰς τὸ κήρυγμά τινος*, Mt. 12, 41. Lc. 11, 32., v. in *εἰς*, p. 127, col. 2. — Quum sit *τὸ μετανοεῖν* in mentis directione, notantur termini a quo et ad quem: *ἀπὸ τῆς κακίας*, animum abducere ab.., Act. 8, 22; *ἔκ τινος*, Ap. 2, 21. 22. 9, 20 s. 16, 11 (v. p. 129, col. 1 sub fin.); *μετανοεῖν κ. ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν θεόν*, Act. 26, 20; sq. infin. finem indicante, Ap. 16, 9.*

*μετάνοια, οίας, ἡ* (*μετανοέω*), *mutatio mentis;*

in eo animadvertenda, quem consilii capti s. alicujus facti poenitet, Heb. 12, 17., de q. l. cf. p. 182, col. 2 sub finem (Pol. 4, 66, 7. Plut. Pericl. c. 10. moral. p. 26 a; *τῆς ἀδελφοκτονίας μετάνοια*, Jos. antt. 13, 11, 3); speciatim eorum, qui errores ac scelera sua detestari coeperunt sibique meliorem vitae rationem ineundam praescripserunt, ut complectatur et peccatorum agnitionem doloremque et animi emendationem, cujus fructus et signa sunt bene facta (quam notionem Lact. 6, 24 latine reddere jubet *resipiscentiam*), Mt. 3, 8. 11. Lc. 3, 8. 15, 7. 24, 47. Act. 26, 20; *βάπτισμα μετανοίας*, baptismus ad resipiscentiam obstringens, Mc. 1, 4. Lc. 3, 3. Act. 13, 24. 19, 4; *διδόναι τινὶ μετάνοιαν*, facultatem resipiscendi alicui facere, s. efficere, ut aliquis resipiscat, Act. 5, 31. 11, 18. 2 Tim. 2, 25; *τινὰ εἰς μετάνοιαν καλεῖν*, Lc. 5, 32 atque in t. vulg. Mt. 9, 13. Mc. 2, 17; *ἄγειν*, Ro. 2, 4 (Jos. antt. 4, 6, 10 fin.); *ἀνακαινίζειν*, Heb. 6, 6; *χωρῆσαι εἰς μετάν.*, eo procedere, ut resipiscamus, s. perduci ad poenitentiam, 2 Pet. 3, 9; *μετ. ἀπὸ νεκρῶν ἔργων*, ea mentis mutatio, qua abducimur s. desistimus ab .., Heb. 6, 1; dic. de sola *animi emendatione*, quae e serio peccatorum dolore evadit, 2 Co. 7, 9 s. (Sir. 44, 16. Sap. 11, 23. 12, 10. 19. Or. Man. vs. 7 s. Phil. quod det. pot. insid. §. 26 initio. Antonin. 8, 10.)*

*μεταξύ* (ex *μετά* et *ξύν*, i. q. *σύν*), adv., 1) *inter*, *dazwischen* (*in medio*, Hom. Il. 1, 156. Sap. 18, 23); *a*) adverbial. de tempore; *ἐν τῷ μεταξύ*, *interim*, *interea* (*inzwischen*); cf. *ἐν τῷ καθεξῆς* (cf. p. 217, col. 2), Jo. 4, 31 (Xen. symp. 1, 14; add. *χρόνῳ*, Plat. rep. 5, p. 440 c. Jos. antt. 2, 7, 1; *ὁ μεταξὺ χρόνος*, Hdian. 3, 8, 20). — *b*) instar praepositionis c. genit., de loco, Mt. 23, 35. Lc. 11, 51. 16, 26. Act. 12, 6; de partibus (*Parteien*), Mt. 18, 15. Act. 15, 9. Ro. 2, 15. — 2) e rariore fatiscentis graecitatis usu (Jos. c. Ap. 1, 21. b. jud. 5, 4. 2. Plut. inst. Lac. 42; de discr. amici et adul. c. 22. Theoph. Aut. 1, 8 ibique *Otto* p. 26 ss.): *posthac, postea; τὸ μεταξὺ σαββ.*, proxime sequens sabbatum, Act. 13, 42.*

*μετα-πέμπω*, ptcp. aor. 1. pass. *μεταπεμφθείς* aor. 1. med. *μετεπεμψάμην*, — 1) *mitto aliquem post* alium. — 2) ut nostr. *nach einem schicken*, i. e. *arcesso; μεταπεμφθείς*, *arcessitus*, Act. 10, 29; med. *arcesso ad me*, *arcessendum curo*, 10, 5. 29. 11, 13. 24, 24. 26; sq. *εἰς*, c. acc. loci, 10, 22. 25, 3. (Num. 23, 7. Gen. 27, 45. 2 Macc. 15, 31. 4 Macc. 12, 3. 6; ap. profanos inde ab Hdt.)*

*μετα-στρέφω*, inf. aor. 1. *μεταστρέψαι*, 3 ps. sing. imper. aor. 2 pass. *μεταστραφήτω*, fut. 2. pass. *μεταστραφήσομαι*, inde ab Hom.; LXX pro הָפַךְ; — *inverto*, *converto; τὶ εἴς τι*, pass. Act. 2, 20 (e Joël. 2, 31); Jac. 4, 9; i. q. *perverto*, *corrumpo*, *τί* (Sir. 11, 31. Arstot. rhet. 1, 15), Gal. 1, 7.*

*μετα-σχηματίζω*, f. *ίσω*, aor. 1. *μετεσχημάτισα*, *transfiguro*, *transformo; τί*, Phil. 3, 21; med. sq. *εἴς τινα*, me transformo in aliquem, alicujus speciem induo, 2 Co. 11, 13 s.; sq. *ὥς τις*, ita me transformo, ut referam alicujus speciem, vs. 15; *μετασχηματίζω τὶ εἴς τινα*, ita orationem formo, ut in me transferam ea, quae de toto genere valent, cujus ego sum, h. e. ut iis, quae de me dico, illustrem ea, quae de toto genere valent, 1 Co. 4, 6., ubi sententia haec est: iis, quae de me et Apollonio dixi, ea quae de omnibus christianis praeceptoribus valent, illustravi. (4 Macc. 9, 22. Plato legg. 10, p. 903 e. Jos. antt. 7, 10, 5. 8, 11, 1. Plut. Ages. 14; def. orac. c. 30. Sext. Empir. 10, p. 688 ed. Fabric.)*

*μετα-τίθημι*, pf. *μετέθηκα*, aor. 1. pass. *μετετέθην*, *transpono* (duas res, quarum altera in alterius loco ponitur, nostr. *versetzen*, *umsetzen*, i. e. 1) *transfero; τινά* sq. *εἰς* c. acc. loci, pass. Act. 7, 16; sine mentione loci quippe lectoribus satis noti, Heb. 11, 5 (Gen. 5, 24. Sir. 44, 16 coll. Sap. 4, 10). — 2) *immuto* (Hdt. 5, 68); pass. de munere, cujus conferendi ratio mutatur, Heb. 7, 12; *τὶ εἴς τι*, converto aliquid in aliquid (*τινὰ εἰς πτηνὴν φύσιν*, Anth. 11, 367, 2); translate, *τὴν - - χάριν εἰς ἀσέλγειαν*, gratiâ dei abuti ad lasciviam, i. e. e gratia dei petere argumentum ad defendendam lasciviam, Jud. vs. 4. — 3) pass. s. med. *me transfero* vel *transferri me patior* i. e. *transeo; ἀπό τινος εἴς τι*, *deficio* s. *descisco ab aliquo ad aliquid*, Gal. 1, 6 (cf. 2 Macc. 7, 24. Pol. 3, 111, 8. 26, 2, 6. Diod. 11, 4).*

*μετ-έπειτα*, adv., inde ab Hom., *posthac, deinde;* Heb. 12, 17 (Judith. 9, 5. 3 Macc. 3, 24.)*

*μετ-έχω*, aor. 2. *μετέσχον*, pf. *μετέσχηκα*, *particeps sum* vel *fio; percipio; τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ*, rei, quam sperat, 1 Co. 9, 10 t. vulg.; sed *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* recte restituerunt *ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν*, percipiendarum frugum; — add. gen. rei, vs. 12. 10, 21. Heb. 2, 14; *φυλῆς ἑτέρας*, ad alium tribum pertinere, ex alia tribu esse, Heb. 7, 13; sc. *τῆς τροφῆς*, fruor, edo, 1 Co. 10, 30; *γάλακτος*, lacte frui, Heb. 5, 13; *ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου* sc. *τί* vel *τινός* (v. in *ἐκ* I, 2, b; p. 131, col. 1), 1 Co. 10, 17; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 138.*

*μετεωρίζω* (a *μετέωρος*, *sublimis*, *altus; in altum sublatus;* metaph. *a*) *spe erectus*, Diod. 13, 46; *elatus*, *superbus*, Pol. 3, 82, 2. 16. 21, 2. LXX Jes. 5, 15. *b*) *animo fluctuans*, *incertus*, *dubius*, *haesitans;* Pol. 24, 10, 11. Jos. antt. 8, 8, 2. b. j. 4, 2, 5. Cic. ad Att. 5, 11. 15, 14; unde *μετεωρίζω*), 1) pr. *in altum tollo* (velut *ναῦν εἰς τὸ πέλαγος*, navem propello in altum, Philostr. v. Ap. 6, 12; *τὸ ἔρυμα*, munimenta attollo, Thuc. 4, 90); *ἑαυτόν*, de avibus, Ael. h. a. 11, 33; pass. *μετεωρίζεσθαι ἢ καπνὸν ἢ κονιορτόν*, Xen. Cyr. 6, 3, 5; de vento, *ἄνεμος ξηρὸς μετεωρισθείς*, Arstph. nub. 403; multis aliis quoque ap. profanos exemplis; e LXX cf. Mich. 4, 1. Ez. 10, 16. Obad. 4. — 2) metaph. *a*) *effero alicujus animum; animum addo; spe extollo; superbiâ inflo;* Pol. 24, 3, 6 al.; junct. c. *φυσᾶν*, Dem. p. 169, 23. Philo vit. Mos. 1, §. 35 (ed. Mang. T. II, p. 112); pass. *erigor animo; spiritum sumo, superbio;* Arstph. av. 1447; saepe ap. Polyb.; Diod. 11, 32. 41. 16, 18 al.; Ps. 131, 1. 2 Macc. 7, 34; add. *τὴν διάνοιαν*, 5, 17. Unde *μὴ μετεωρίζεσθε*, Lc. 12, 29. praeeunte interpr. vulgato: „*nolite in sublime tolli*" explicandum putant: *ne magna expetite* (*Luth.*: „*fahret nicht hoch her*"); sed parum quadrat haec explicatio ad antecedentia. — *b*) metaphorâ desumtâ a navibus, quae vento et fluctibus in alto jactantur: *efficio, ut aliquis fluctuet animo*, Pol. 5, 70, 10; *curis sollicito; sollicitum reddo;* Philo de monarch. §. 6 (T. II, p. 218); schol. ad Soph. Oed. tyr. 914. ad Eur. Or. 1537; unde Lc. 12, 29 orationis seriei convenientissimo explicatur: *neque sollicitamini* s. *neque inter spem metumque fluctuate.* — Uberius de verbo agit *Kuinoel* ad Lc. l. c.; exempla e Philone larga manu offert *Loesner* observv. p. 115 ss.*

*μετοικεσία*, *ας*, *ἡ* (pro meliore *μετοίκησις*, a *μετοικέω*), *demigratio ex una sede in aliam;* specialiter ea, ad quam aliquis ab alio cogitur; add. *Βαβυλῶνος* (de quo genit. v. *Win.* §. 30, 2) dic. de exilio babylonico, Mt. 1, 11 s. 17. (LXX pro גֹּלָה, i. e. migratio, potissimum in captivitatem, de exilio babylon. 4 Reg. 24, 16. 1 Chr. 5, 22. Ez. 12, 11; pro גָּלֻת, Obad. vs. 20. Nah. 3, 10. Praeterea tantum Anthol. 7, 731, 6.)

*μετ-οικίζω*, fut. (att.) *ιῶ*, *μετῴκισα*, *transfero in-*

*colas, migrare in aliam terram jubeo;* τινὰ sq. εἰς c. acc. loci, Act. 7, 4; ἐπέκεινα c. gen. loci (Amos. 5, 27), vs. 43. (Thuc. 1, 12. Arstph. Arstot. Philo, Plut. Ael.; LXX passim pro הִגְלָה.)*

*μετοχή, ῆς, ἡ* (μετέχω), *participatio* (Vulg.); *communio, communitas; consortium;* 2 Co. 6, 14. (Ps. 122, 3; Hdt. Anthol. Plut. al.)*

*μέτοχος, ον* (μετέχω), 1) *particeps,* c. gen. rei, Heb. 3, 1. 6, 4. 12, 8; τοῦ Χριστοῦ, i. e. mentis, quae ejus est, et salutis ab eo partae, 3, 14; cf. *Bleek* ad l. — 2) *socius* (opificii, muneris, dignitatis), Heb. 1, 9 (e Ps. 45, 7); Lc. 5, 7 (Hdt. Eur. Plat. Dmsth. al.).*

*μετρέω, ῶ,* aor. 1. ἐμέτρησα, fut. 1. pass. μετρηθήσομαι (μέτρον), inde ab Hom. Od. 3, 179; LXX aliquoties pro מָדַד; — *metior;* i. e. 1) *dimetior* (*ausmessen*), *a*) pr. aliquod spatium calamo mensoris, τὸν ναόν, τὴν αὐλήν al., Ap. 11, 2. 21, 15. 17; add. τῷ καλάμῳ, 21, 16; ἐν αὐτῷ, i. e. τῷ καλάμῳ, 11, 1. — *b*) metaph. *ad aliquam normam judico, aestimo;* ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ad quam normam (alios) aestimatis, Mt. 7, 2. Mc. 4, 24; pass. de me judicatur, aestimor, ibid.; μετρεῖν ἑαυτὸν ἐν ἑαυτῷ, se e semet ipso metiri, normam, ad quam aliquis se aestimat, e semet ipso repetere, 2 Co. 10, 12. — *emetior* (*zumessen*), i. e. *metiendo attribuo;* in gnomico sermone, τῷ αὐτῷ μέτρῳ, ᾧ μετρεῖτε, i. e. extra tropum: pro modo vestrae beneficentiae, Lc. 6, 38.*

*μετρητής, οῦ, ὁ* (μετρέω), pr. *mensor,* nomen instrumenti, quo insignitur amphora, mensurae genus in rebus liquidis adhibitum, continens 72 sextarios s. ξέστους (hebr. בַּת, 2 Chr. 4, 5), Jo. 2, 6. (Pol. 2, 15, 1. Dem. p. 1045, 6. Arstot. h. a. 8, 9.)*

*μετριοπαθέω, ῶ* (a μετριοπαθής, justum modum tenens in perturbationibus s. affectibus; ἔφη [Aristoteles] τὸν σοφὸν μὴ εἶναι μὲν ἀπαθῆ, μετριοπαθῆ δέ, Diog. L. 5, 31; μετριοπάθεια, mediocritas perturbationum, maxime irae et doloris, τῇ ἀπαθείᾳ Stoicorum opposita, a μέτριος et πάθος), i. q. μετρίως s. κατὰ τὸ μέτρον πάσχω, *mediocriter s. modice perturbor; mediocritatem teneo in perturbationibus,* maxime *in ira vel dolore; mediocriter irascor vel doleo* (Philo de Abrah. §. 44; de Josepho §. 5), hinc de eo, qui aliorum erroribus, delictis, peccatis non vehementius permovetur, sed in ferendis iis facilem se praebet, ut alia verba affectuum (*Krüger* §. 48, 8) c. dat. pers., cui indulgetur, Heb. 5, 2; cf. quae ad h. l. uberius exponit *Bleek.**

*μετρίως* (μέτριος), adv., *a*) *moderate.* — *b*) *mediocriter;* οὐ μετρίως, valde, eximie (Plut. Flam. 9 et ap. al.), Act. 20, 12.*

*μέτρον, ου, τό,* LXX maxime pro מִדָּה, *mensura, modus;* 1) *instrumentum metiendi; a*) *vas res aridas vel fluidas capiens earumque quantitati definiendae et cognoscendae inserviens;* in gnomico sermone, μετρεῖν μέτρῳ, de beneficiorum, quae quis in alios confert mensura, Lc. 6, 38; μέτρον πεπιεσμένον καὶ σεσαλευμένον, trop. i. q. largissima retributio, ibid.; πληροῦν τὸ μέτρον τῶν πατέρων, addere ea, quae definitae scelerum a majoribus patratorum copiae desunt, Mt. 23, 32; ἐκ μέτρου, i. e. *parce,* Jo. 3, 34 (item ἐν μέτρῳ Ez. 4, 11). — *b*) *baculus, quo utuntur mensores, virga geometrica;* Ap. 21, 15; add. ἀνθρώπου, quo homo utitur, vs. 17; hinc in gnomica orat. *regula judicandi,* Mt. 7, 2. Mc. 4, 24. — 2) *demensum, demensa portio, modus;* c. gen. rei acceptae, Ro. 12, 3. 2 Co. 10, 13; ἐν μέτρῳ, pro modo, Eph. 4, 16; *is qui requiritur, s. justus, idoneus modus;* τῆς ἡλικίας, idonea i. e. matura, plena aetas (hominis), v. 13 (ἥβης, Hom. Il. 11, 225. Od. 11, 317; σοφίας, Sol. 5, 52).*

*μέτωπον, ου, τό* (μετά, ὤψ), inde ab Hom.; LXX pro מֵצַח, *frons* (*die Stirn*); Ap. 7, 3. 9, 4. 13, 16. 14, 1. 9. 17, 5. 20, 4. 22, 4.*

*μέχρι* et *μέχρις* (quorum hoc in N. T. numquam ante consonantem, illud vero etiam ante vocalem ponitur, Lc. 16, 16 *Tdf. Trg.;* v. *Win.* p. 42; et de discrimine inter ἄχρι et μέχρι v. supra in ἄχρι), particula *terminum ad quem* indicans, *usque ad; donec;* 1) obtinet vim *praepositionis* c. genit. ac dic. *a*) de tempore; Mt. 13, 30 t. vulg. *Grsb. Tdf.;* Lc. 16, 16 *Tdf. Trg.;* Act. 20, 7. 1 Tim. 6, 14. Heb. 9, 10; μ. θανάτου, Phil. 2, 30; μέχρι τῆς σήμερον sc. ἡμέρας, Mt. 11, 23. 28, 15; μέχρι τέλους, Heb. 3, 6, 14; ἀπὸ -- μέχρι, Act. 10, 30. Ro. 5, 14; μέχρις οὗ (v. ἄχρι) sq. conj. aor. vim futuri exacti Latinorum habente, Gal. 4, 19 *Tdf. Trg.;* Mc. 13, 30. — *b*) de loco; ἀπὸ -- μέχρι, Ro. 15, 19. — *c*) de modo et gradu; μέχρι θανάτου, ut ne mortem quidem subeundam reformidaret, Phil. 2, 8 (2 Macc. 13, 14; Plat. de rep. p. 361, d; μ. φόνου, Clem. hom. 1, 11); κακοπαθεῖν μ. δεσμῶν, 2 Tim. 2, 9; μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, Heb. 12, 4. — 2) vim conjunctionis habet, *donec,* sq. conjunct., Eph. 4, 13.*

*μή,* LXX pro אַל, אַיִן, אֵין, particula negationis, quae ab οὐ (quod semper est adverbium) ita differt, ut οὐ neget *rem ipsam* (sive, ut technice dici solet, neget simpliciter, absolute, categorice, directe, objective), μή autem neget *cogitationem rei* s. rem ex alicujus judicio, opinione, voluntate, consilio, optatione (igitur quod technice dicitur indirecte, hypothetice, subjective). Quod discrimen valet etiam de compositis οὐδείς, μηδείς, οὐκέτι, μηκέτι al. Est autem μή aut *adverbium* negativum: *non; ne;* aut *conjunctio: ne;* aut particula interrogationis: *num.* Cf. *Hermann.* ad Vig. p. 796 ss. *Matthiae* §. 608. *Bttm.* §. 148 (coll. *Al. Bttm.* ntl. Gr. p. 296 ss.); *Kühner* II, p. 739 ss. *Rost* §. 135. *Win.* §. 55 et 56. *F. Franke* de particulis negantibus. 2 Commentt. Rintel. 1832 s. *G. F. Gayler* particularum graeci sermonis negantium accurata disputatio. Tub. 1836. *E. Prüfer* de μή et οὐ particulis epitome. Vratisl. 1836.

I) *Adverbium negans;* 1) univ.; ᾧ μὴ πάρεστι ταῦτα, ita dic., quia ad solam cogitationem refertur, esse quosdam, quibus haec desint, 2 Pet. 1, 9; ἃ μὴ ἑώρακεν, quae (ut judico) non vidit (quia adspectui non patent), Col. 2, 18; ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν, *quod non crediderit,* dic. a scriptore e mente τοῦ κρίναντος, Jo. 3, 18 (aliter 1 Jo. 5, 10, ubi fides denegata cogitatur ut res in facto posita); ἃ μὴ δεῖ, dic. scriptor e suo judicio, Tit. 1, 11. — 2) *in interrogationibus deliberativis c. conjunctivo;* δῶμεν ἢ μὴ δῶμεν, Mc. 12, 14 (πότερον βίαν φῶμεν ἢ μὴ φῶμεν εἶναι, Xen. mem. 1, 2, 45); μὴ ποιήσωμεν τὰ κακά (ita enim sine anacolutho dicendum erat; sed Paulus interposito enuntiato ab incepta structura abductus pergit ὅτι ποιήσωμεν κτλ., ut haec verba pendeant a λέγειν in interposito enuntiato), Ro. 3, 8. — 3) ponitur in *enuntiationibus conditionalibus et finalibus* (cf. *Win.* §. 55, 2); ἐὰν μή, *nisi,* v. exempla in ἐάν, p. 112, col. 1; ἐάν --, καὶ μή, Mc. 12, 19; ἐὰν --, - δὲ μή, Jac. 2, 14; ἐάν τις ἴδῃ -- μὴ πρὸς θάνατον, 1 Jo. 5, 16; εἰ μή, εἰ δὲ μή, εἰ δὲ μήγε al., v. in εἰ p. 117, col. 2. — Referre huc licet formulas particulâ ἄν s. ἐάν temperatas (*Win.* §. 55, 3), ὅς, ὅστις, ὅσοι ἄν s. ἐὰν μή, Mt. 10, 14. 11, 6. Mc. 6. 11. 10, 15. Lc. 7, 23. 9, 5. 18, 17. Ap. 13, 15; ὃς ἄν --, καὶ μή, Mc. 11, 23. Lc. 10, 10; ὃς ἄν -- μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, Mt. 19, 9 t. vulg. *Grsb. Tdf. Trg.;* ejusdem naturae est πᾶν πνεῦμα, ὃ μὴ ὁμολογεῖ, 1 Jo. 4, 3. — ἵνα μή, Mt. 7, 1. 17, 27.

Mc. 3, 9. Gal. 5, 17. 6, 12 al.; *ἵνα - -, καὶ μή*, Mt. 5, 29 s. Mc. 4, 12. Jo. 6, 50. 11, 50. 2 Co. 4, 7 al.; *ἵνα - - μή*, 2 Co. 13, 10; *ἵνα ὁ - - μή*, Jo. 12, 46; *ἵνα* (attenuatum, v. in *ἵνα* II, 2; p. 210, col. 2) *μή*. post *διαστέλλομαι*, Mt. 16, 20; *τὸ θέλημά ἐστιν, ἵνα μή*, Jo. 6, 39; *οὕτως - -, ἵνα ὁ - - μή*, 3, 16; *παρακαλῶ, ἵνα - -, καὶ μή*, 1 Co. 1, 10; *ὅπως μή*, Mt. 6, 18. Act. 20, 16. 1 Co. 1, 29; *ὅπως οἱ - - μή*, Lc. 16, 26. — 4) consociatur c. *infinitivo* (*Win.* §. 55, 4); *a*) post verba *dicendi, declarandi, negandi, imperandi* al.; *ἀποκριθῆναι*, Lc. 20, 7; *ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον μὴ ἰδεῖν*, nos: *er solle nicht sehen*, Lc. 2, 26; *χρηματισθέντες μὴ ἀνακάμψαι*, Mt. 2, 12; *ὤμοσε* (*αὐτοῖς*) *μὴ εἰςελεύσεσθαι*, Heb. 3, 18; post *λέγω*, Mt. 5, 34. 39. 22, 23. Mc. 12, 18. Act. 21, 4. 23, 8. Ro. 2, 22. 12, 3; *κηρύσσω*, 2, 21; *γράφω*, 1 Co. 5, 9. 11; *παραγγέλλω*, Act. 1, 4. 4, 18. 5, 28. 40. 1 Co. 7, 10 s. 1 Tim. 1, 3. 6, 17; *παρακαλῶ*, Act. 9, 38 t. vulg. *Grsb.*; 19, 31. 2 Co. 6, 1; *αἰτοῦμαι*, Eph. 3, 13; *διαμαρτύρομαι*, 2 Tim. 2, 14; *εὔχομαι*, 2 Co. 13, 7; *παραιτοῦμαι*, Heb. 12, 19; *ἀξιῶ*, Act. 15, 38; *ἐπιβοῶ*, Act. 25, 24; *ἀντιλέγω* (cf. *Win.* p. 561), Lc. 20, 27; *ἀπαρνοῦμαι* (q. v.), Lc. 22, 34; item post verba *decernendi*; Lc. 21, 14; *κρίνω*, Act. 15, 19; *κρίνω τοῦτο, τὸ μή*, Ro. 14, 13. 2 Co. 2, 1; *θέλω*, Ro. 13, 3; post verba *impediendi, cavendi* al.; *ἐγκόπτω τινά μή*, Gal. 5, 7 (cf. *Win.* p. 561); *τοῦ μή*, *ne*, post *κατέχω*, Lc. 4, 42; *κρατοῦμαι*, 24, 16; *κωλύω*, Act. 10, 47; *καταπαύω*, 14, 18; *παύω*, 1 Pet. 3, 10; *ὑποστέλλομαι*, Act. 20, 20. 27; *προςέχω μή*, Mt. 6, 1; sed *τοῦ μή* etiam aliis dictionibus additur ita, ut sit *ut ne*, Ro. 7, 3; *ὀφθαλμοὶ τοῦ μὴ βλέπειν, ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν*, Ro. 11, 8. 10; — post enuntiationes *necessitatem, utilitatem. potestatem, decentiam* designantes cum infinitivo rem denotante, *καλόν ἐστι μή*, 1 Co. 7, 1. Gal. 4, 18; sq. *τὸ μή*, Ro. 14, 21; *ἄλογον μή*. Act. 25, 27; *κρεῖττον ἦν*, 2 Pet. 2, 21; *ἐξουσία τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι*, licentia non operandi, 1 Co. 9, 6; *δεῖ*, Act. 27, 21; *οὐ δύναμαι μή*, *non possum non*, 4, 20; *ἀνένδεκτόν ἐστι τοῦ μή*, Lc. 17, 1. — *b*) *μή* c. infin., qui articulo notatus sequitur praepositionem, ut indicetur consilium s. finis, velut *πρὸς τὸ μή*, *ne*, 2 Co. 3, 13. 1 Th. 2, 9. 2 Th. 3, 8; *εἰς τὸ μή* (*in id, ne*), *idcirco ne*, Act. 7, 19. 1 Co. 10, 6. 2 Co. 4, 4; sq. acc. c. inf. 2 Th. 2, 2. 1 Pet. 3, 7; *διὰ τὸ μή*, *propterea quod non*, Mt. 13, 5 s. Mc. 4, 5 s. Lc. 8, 6. Jac. 4, 2 (2 Macc. 4. 19). — *c*) aliis in dicendi modis, quibus infinitivus c. articulo substantive ponitur; *τῷ μή* (dativus rationem indicans), 2 Co. 2, 13; in casu accus., *τὸ μή*, Ro. 14, 13. 1 Co. 4, 6. 2 Co. 2, 1. 10, 2. 1 Th. 4, 6 coll. vs. 3. — *d*) in enuntiatis *consequentiam* indicantibus; *ὥστε μή*, *ita ut non*, Mt. 8, 28. Mc. 3, 20. 1 Co. 1, 7. 2 Co. 3, 7. 1 Th. 1, 8. — 5) componitur cum participio (*Win.* §. 55, 5); *a*) in enuntiatis imperantibus, adhortantibus, finalibus al.; Act. 15, 38. 20, 29. Lc. 3, 11. Jo. 9, 39. Ro. 8, 4. 14, 3. 2 Co. 12, 21. Eph. 5, 27. Phil. 1, 28. 2, 4. 1 Th. 4, 5. 2 Th. 1, 8. 1 Pet. 2, 16. Heb. 6, 1. 13, 17 al. — *b*) in sententiis universis, in quibus non certa quaedam persona intelligitur, sed tantum sumitur aliquem esse ea qualitate, quae participio denotatur; velut *ὁ μὴ ὢν μετ᾽ ἐμοῦ*, *qui non stat a partibus meis*, quicunque est, vel si quis talis est, Mt. 12, 30. Lc. 11, 23; *ὁ δὲ μὴ πιστεύων*, si quis non credit, Jo. 3, 18; *οἱ μὴ ὁμολογοῦντες Ἰησοῦν Χρ.*, quicunque non profitentur, s. cujus generis sunt, qui non profitentur, 2 Jo. vs. 7; adde Mt. 10, 28. Lc. 6, 49; 12, 21. 47 s. 22, 36. Jo. 5, 23. 10, 1. 12, 48. 14, 24. Ro. 4, 5. 5, 14. 10, 20. 1 Co. 7, 38. 11, 22. 2 Th. 1, 8. Jac. 2, 13. 1 Jo. 2, 4 al.; *πᾶς ὁ μή*, Mt. 7, 26. 3, 10. 7, 19. 1 Jo. 3, 10. 2 Jo. vs. 9. 2 Th. 2, 12; *μακάριος ὁ μή*, Jo. 20, 29. Ro. 14, 22. — *c*) ubi de certa quidem persona vel re agitur, sed ita, ut ejus qualitas vel actio participio indicata aut e scriptoris aut ex alicujus alius mente vel judicio negetur; *τὰ μὴ ὄντα*, quae pro nihilo habentur, 1 Co. 1, 28; *ὡς μὴ λαβών*, quasi non acceperis, 1 Co. 4, 7; *ὡς μὴ ἐρχομένου μου*, quasi non venturus essem, vs. 18; *ὡς μὴ ἐφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς*, 2 Co. 10, 14; adde 1 Co. 7, 29. — *ᾔδει - -, τίνες εἰσὶν οἱ μὴ πιστεύοντες* (dic. e mente *τοῦ εἰδότος*), Jo. 6, 64; eadem ratio est loci Act. 20, 29; *τὰ μὴ βλεπόμενα* (dic. e mente *τῶν μὴ σκοπούντων*), 2 Co. 4, 18 (contra Heb. 11, 1 *οὐ βλεπόμ.*, invisibilia); *τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν* (dic. *μὴ γνόντα* e mente et sententia *τοῦ ποιήσαντος*), 5, 21 (*τὸν οὐ γνόντα* foret i. q. *ἀγνοοῦντα*); in praedictionibus e mente praedicentium: *ἔσῃ σιωπῶν καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι*, Lc. 1, 20; *ἔσῃ τυφλὸς μὴ βλέπων*, Act. 13, 11; ubi scriptor vel is qui loquitur, non tam ipsam rem, quam potius cogitationem rei spectat, quam vult ex animo legentis vel audientis amovere (*Klotz* ad Dev. p. 660), ut germanice reddi possit *ohne zu* c. infin.; *ἐξῆλθε μὴ ἐπιστάμενος, ποῦ ἔρχεται*, Heb. 11, 8; adde Mt. 22, 12. Lc. 13, 11. Act. 5, 7. 20, 22. Heb. 9, 9; ubi participiis est vis *conditionalis* vel *causalis* vel *concessiva*, ut resolvi possint in enuntiata, quae latino sermone inferuntur vocibus: *si; ea conditione, ut; θερίσομεν μὴ ἐκλυόμενοι*, Gal. 6, 9; *μὴ ὄντος νόμου*, Ro. 5, 13; *etsi; quamquam: νόμον μὴ ἔχοντες*, Ro. 2, 14; *μὴ ὢν αὐτὸς ὑπὸ νόμον*, 1 Co. 9, 20; utramque negantem particulam habes: *ὃν οὐκ εἰδότες - -, μὴ ὁρῶντες*, quem (de facie) ignorantes - -, etsi non cernentes, 1 Pet. 1, 8; etiam c. articulo; *τὰ μὴ νόμον ἔχοντα* (nos: *die doch nicht haben*), Ro, 2. 14; *ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος, ille vero, etsi non* .., Heb. 7, 6; *quum; quia; quippe qui: μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα νενεκρωμ.* (*οὐκ ἀσθενήσας* foret i. q. *δυνατός*), Ro. 4, 19; *πῶς οὗτος γράμματα οἶδε μὴ μεμαθηκώς; quum non didicerit*, Jo. 7, 15; adde Mt. 18, 25. 22, 25. 29. Lc. 2, 45. 7. 30. 11, 24. 12, 47. 24, 23. Act. 9, 26. 17, 6. 21, 34. 27, 7. 2 Co. 3, 14. 5, 19; etiam c. articulo: *ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον*, quum non noverit legem, Jo. 7, 49; adde Jud. vs. 5. — *d*) ita, ut resolvi possit: *talis, ut non, ejusmodi, qui non; μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον*, 1 Co. 10, 33; adde Act. 9, 9. Gal. 4, 8; neutr. plur. substantive, *τὰ μὴ ὄντα*, Ro. 4, 17; *τὰ μὴ σαλευόμενα*, Heb. 12, 27; *τὰ μὴ δέοντα*, 1 Tim. 5, 13; *τὰ μὴ καθήκοντα*, Ro. 1, 28. 2 Macc. 6, 4 (contra in *τὰ οὐκ ἀνήκοντα*, Eph. 5, 4., *οὐκ* cum *ἀνήκοντα* in unam coalescit notionem: *indecentia, illicita*). — 6) in enuntiatis aliunde non pendentibus *μή* est particula *prohibens* vetantium, dehortantium, admonentium, optantium (cf. *Win.* §. 56, 1); lat. *ne*; *a*) c. prima pers. conjunct. plur. praes., *μὴ γινώμεθα κενόδοξοι*, Gal. 5, 26; adde 6, 9. 1 Th. 5, 6. 1 Jo. 3, 18; aorist. Jo. 19, 24; ante vocem, quae ab adhortatione pendet, 1 Co. 5, 8. — *b*) c. imperativo praesentis, plerumque ubi aut coepta aut ea quae repetuntur aut durant omitti jubentur; Mt. 6, 16. 19. 19, 6. Mc. 9, 39. 13, 11. Lc. 6, 30. 8, 49. 52. 10, 4. 7. Jo. 2, 16. 5, 28. 45. 7, 24. 14, 1. 27. 19, 21. Act. 10, 15. 11, 9. 20, 10. Ro. 6, 12. 12, 2. 14. 1 Co. 6, 9. 7, 5. 2 Co. 6, 14. 17. Gal. 5, 1. 6, 7. Eph. 4, 26. Col. 3, 9. 19, 21. 1 Th. 5, 19. 2 Th. 3, 15. 1 Tim. 4, 14. 5, 16. 19. Heb. 12, 5. 13, 2. Jac. 1, 7. 16. 1 Pet. 4, 12. 15 s. 1 Jo. 2, 15. 3, 14. Ap. 5, 5 et saepissime. — *c*) c. tertia (nusquam in N. T. c. secunda) persona imperat. aor., ubi de re non incipienda agitur et fieri futura vetantur; *μὴ ἐπι-*

στρεψάτω, Mt. 24, 18. Lc. 17, 31; μὴ καταβάτω, Mc. 13, 15 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* etiam Mt. 24, 17 (ubi t. vulg. et *Grsb.* male καταβαινέτω); μὴ γνώτω, Mt. 6, 13; γενέσθω, Lc. 22, 42; cf. Xen. Cyr. 7, 3, 73. Aesch. sept. c. Theb. 1036. — *d*) ut ap. elegantiores Graecos, ubi futura fieri vetantur (cf. *Herm.* ad Vig. p. 809); c. 2. pers. conjunctivi aoristi: μὴ δόξητε, Mt. 3, 9. 5, 17; μὴ φοβηθῇς, Mt. 1, 20. 10, 26. 31 (alternans c. imper. praes. φοβεῖσθε, vs. 28); μὴ ἅψῃ, Col. 2, 21; μὴ ἀποστραφῇς, Mt. 5, 42; μὴ κτήσησθε, 10, 9; adde 6, 2. 7. 13. 31. Mc. 5, 7. 10, 19. Lc. 6, 29. 8, 28. 14, 8. Jo. 3, 7. Act. 7, 60. Ro. 10, 6. 1 Co. 16, 11. 2 Co. 11, 16. 2 Th. 2, 3. 1 Tim. 5, 1. 2 Tim. 1, 8. Ap. 6, 6. 10, 4 (μὴ γράψῃς. praecedit enim ἔμελλον γράφειν, sed Jo. 19, 21 dic. μὴ γράφε, quia Pilatus jam scripserat); Ap. 11, 2. 22, 10 et saepissime. Imperat. praes. et conjunctiv. aor. habes Lc. 10, 4. Act. 18, 9. — *e*) c. 2. pers. conjunctivi praesentis; μὴ σκληρύνητε, Heb. 3, 8. 15 (e structura rariore, etsi Graecis non prorsus inusitatâ, v. *Delitzsch* ad l. p. 128 et *Schaefer.* ad Greg. Cor. p. 1006). — *f*) c. optativo, in optationibus; in frequentissimo illo μὴ γένοιτο, absit! v. p. 79, col. 1; μὴ αὐτοῖς λογισθείη, 2 Tim. 4, 16. (Job. 27, 5.)

II) *Conjunctio*, lat. *ne* c. conjunctivo; 1) nostr. *dass nicht* (cf. *Win.* §. 52, 2); post verba *metuendi, cavendi: a*) c. conjunctivo praes. de rebus, ubi quis veretur, ne quid nunc sit, simulque nescire se, utrum sit nec ne, significat (*Hermann.* ad Soph. Aj. 272); ἐπισκοποῦντες, μή - - ἐνοχλῇ, Heb. 12, 15. — *b*) c. conj. aor. de iis, quae statim vel mox fieri possunt; praecedente aoristo, εὐλαβηθείς, μὴ διασπασθῇ, Act. 23, 10; praeced. praes. φοβοῦμαι, Act. 27, 17; βλέπω, Mt. 24, 4. Mc. 13, 5. Lc. 21, 8. Act. 13, 40. 1 Co. 10, 12. Gal. 5, 15. Heb. 12, 25; σκοπέω ἐμαυτόν. Gal. 6, 1; ὁράω, Mt. 18, 10. 1 Th. 5, 15; elliptice: ὅρα μή (sc. τοῦτο ποιήσῃς, Ap. 19, 10. 22, 9. — *c*) c. indicativo futuri (ut qui conjunctivo cognatus est; φοβοῦμαι, μὴ ταπεινώσει με ὁ θεός μου, 2 Co. 12, 20 s.; adde Col. 2, 8. — 2) *eo consilio, ne;* nostr. *damit nicht; a*) c. optativo; τῶν στρατιωτῶν βουλὴ ἐγένετο, ἵνα τοὺς δεσμώτας ἀποκτείνωσι, μή τις-διαφύγοι, Act. 27, 42 t. vulg. (dicitur ita convenienter cum elegantiore graecitate e mente et consilio militum; sed optimi codd. praebent διαφύγῃ, quod receperunt *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* — *b*) c. conjunctivo aor.; praecedente praes., Mc. 13, 36. 2 Co. 8, 20. 12, 6. Col. 2, 4 (q. l. *Lchm. Tdf. Trg.* ἵνα μηδείς pro t. vulg. μή τις).

III) Particula interrogantis ejusque negantem responsionem exspectantis, lat. *num;* nostr. *doch nicht* (*Win.* §. 57, 3); 1) in interrogatione *directa;* Mt. 7, 9 s. 9, 15. Mc. 2, 19. Lc. 17, 9. Jo. 3, 4. 4, 12. 33. 6, 67. 7, 35. 51 s. Act. 7, 28. Ro. 3, 3. 9, 20. 1 Co. 1, 13. 9, 8. 9. 10, 22. Jac. 2, 14. 3, 12 al.; μὴ γάρ (v. in γάρ, I), Jo. 17, 41; μὴ οὐκ (ubi οὐκ pertinet ad verbum, μή infert quaestionem), Rom. 10, 18 s. 1 Co. 9, 4 s.; μὴ γάρ - - οὐ, 1 Co. 11, 22. — 2) in quaestione obliqua c. indicativo, nostr. *ob etwa, ob wohl,* ubi alium admonentes significamus, ita fortasse esse ut veremur; Lc. 11, 35; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 209 s. *Ast* Lex. platon. II, p. 334 s.

IV) Particulae οὐ μή sibi conjunctae vim negationis augent et intendunt, ut significent *minime, nullo modo, nequaquam* (qui loquendi modus originem traxit e plenioribus οὐ δεινὸν s. δέος s. φόβος, μή, quae etiamnunc nonnumquam ap. Graecos leguntur, cf. *Kühner,* II, p. 773 ss.; sed haec dictionis origo ita in oblivionem venit, ut οὐ μή etiam de rebus nequaquam timendis, sed potius expetendis usurpetur; ita in N. T. Mt. 5, 18. 26. 18, 3. Lc. 18, 17. 22, 16. Jo. 4, 48. 20, 25. 1 Th. 5, 3); cf. *Matthiae* §. 517. *Kühner* II, p. 775. *Bnhdy* p. 402 ss. *Win.* §. 56, 3. — 1) c. indicat. fut., οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο, hoc tibi minime accidet, Mt. 16, 22; adde 26, 35. Lc. (22, 34 t. vulg. *Grsb. Lchm.*) 10, 19 (ubi *Grsb.* ἀδικήσῃ); Jo. 6, 35 (*Tdf. Trg.*); 13, 38 (t. vulg. *Grsb.*); Mc. 13, 31 *Tdf. Trg.;* Heb. 10, 17 *Lchm. Tdf. Trg.;* permultis enim locis, quos recenset *Win.* p. 472, codd. fluctuant inter fut. et conjunct. aor.; — in interrogatione: οὐ μὴ ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν; Lc. 18, 7 t. vulg. *Grsb.* — 2) c. conjunctivo aor. (ita, ut ejus usus vix quidquam in N. T. differat ab usu futuri, cf. *Win.* §. 56, 3), in oratione asseverantium; c. conj. aor. 1., Mt. 24. 2. Mc. 13, 2. Lc. 6, 37. Jo. 13, 8. Heb. 8, 12. 1 Pet. 2, 6. Ap. 2. 11. 7, 16. 18, 21. 22. 23. 21, 27 al.; c. aor. 1. med. Jo. 8, 52 (ubi t. vulg. γεύσεται); probatur itaque etiam his N. Ti. exemplis, *Dawesium* vehementer errasse, qui Miscellaneis criticis p. 221 ss. conjunctivo aor. 1. post οὐ μή locum esse negaret; — c. aor. 2. Mt. 5, 18. 20. 26. Mc. 10. 15. Lc. 1, 15. 12, 59. Jo. 10, 28. 11, 26. 1 Co. 8, 13. Heb. 13, 5. Ap. 3, 3 et saepius; — in quaestionibus, c. aor. 1. Lc. 18, 7 *Lchm. Tdf. Trg.;* Ap. 15, 4 (ap. *Lchm. Tdf. Trg.* c. conj. aor. et fut.); c. aor. 2. Jo. 18, 11; — in enuntiationibus voculâ ὅτι illatis c. aor. 1. 1 Th. 4, 15; c. aor. 2. Mt. 24, 34. 26, 29. Lc. 13, 35. 22, 16. Jo. 11, 56; in enuntiatis relativis, c. aor. 1. Mt. 16, 28. Mc. 9, 1. Act. 13, 41. Ro. 4, 8; c. aor. 2. Lc. 18, 30. — 3) c. conjunctivo praes. (ut nonnumquam ap. Graecos, cf. *Win.* p. 473), οὐδὲ οὐ μή σε ἐγκαταλείπω, Heb. 13, 5 *Tdf.* pro l. vulg. ἐγκαταλίπω.

μήγε, εἰ δὲ μήγε, v. in γέ.

μηδαμῶς (adv. vocis μηδαμός et hoc ex μηδέ et ἀμός, aliquis), *minime, nequaquam;* sc. τοῦτο γένοιτο, in responsis post imperat., Act. 10, 14. 11, 8. (LXX pro חָלִילָה.)*

μηδέ (μή, q. v., δέ), conjunctio disjunctive negans, 1) ubi pergitur in negando vel prohibendo, *neque* (*und nicht, auch nicht*); praecedente μή, vel ita, ut cum eo unum idemque verbum commune habeat; praeced. μή c. participio, Mt. 22, 29. Mc. 12, 24; μή c. conj. praes. 1 Co. 5, 8. 1 Jo. 3, 18; μή c. imperativo, Mt. 6, 25. Lc. 10, 4. 12, 22. 14, 12. 1 Jo. 2, 15; praeced. μή c. 2. pers. conj. aor. Mt. 10, 9 s.; praeced. εἰς τὸ μή, 2 Th. 2, 2 *Lchm. Tdf. Trg.;* — vel ita, ut verbum habeat sibi proprium; praecedente ὃς ἐὰν μή, Mt. 10, 14. Mc. 6, 11; praec. ἵνα μή, Jo. 4, 15; ὅπως μή, Lc. 16, 26; c. ptcp. post μή c. ptcp. Lc. 12, 47. 2 Co. 4, 2; c. imperat. post μή c. imperat. Jo. 14, 27. Ro. 6, 12 s. Heb. 12, 5; - - μηδενὶ ἐπιτίθει sq. μηδέ c. imper., 1 Tim. 5, 22; c. 2. pers. conj. aor. post μή c. 2. pers. conj. aor., Mt. 7, 6. 23, 9 s. Lc. 17, 23. Col. 2, 21. 1 Pet. 3, 14; post μηδέ c. conj. aor. Mc. 8, 26; post μηδένα c. conj. aor. Lc. 3, 14; μή - -, μηδέ c. 1. pers. conj. praes. 1 Co. 10, 8 s.; παραγγέλλω sq. μή c. inf., - - μηδέ c. inf. Act. 4, 18. 1 Tim. 1, 4. 6, 17; καλὸν τὸ μή - - μηδέ, c. inf. Ro. 14, 21; c. genit. absol. post μήπω c. gen. abs. Ro. 9, 11; c. imperat. praeced. εἰς τὸ μή, 1 Co. 10, 7; μηδέ saepius repetitur, in oratione dehortantis praeced. εἰς τὸ μή, 1 Co. 10, 7—10. — 2) *ne - - quidem* (nostr. *nicht einmal, auch nicht*); c. inf. post ἔγραψα, 1 Co. 5, 11; post ὥστε, Mc. 2, 2. 3, 20 (ubi t. vulg. et *Tdf.* male μήτε); c. imper. praes. Eph. 5, 3. 2 Th. 3, 10.

μηδείς, μηδεμία, μηδέν (et μηθέν, Act. 27, 33 *Lchm. Tdf. Trg.* e forma inde ab Aristot. non raro obvia, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 181 s. *Win.* p. 44. *Kühner* I, p. 487 s.), (ex μηδέ et εἷς), legitur aut cum nomine junctum, *nullus, a, um,* aut absolute dicitur,

*nullus, nemo*, neutr. *nihil*, poniturque in iisdem ac *μή* structuris; itaque *a*) c. imperativo, ita, ut *μηδείς* sit is, qui aliquid vetatur, 1 Co. 3, 18. 21. 10, 24. Gal. 6, 17. Eph. 5, 6. Col. 2, 18. 1 Tim. 4, 12. Tit. 2, 15. Jac. 1, 13. 1 Jo. 3, 7; neutr. *μηδέν*, *nihil rei*, sc. *ἔστω*, Mt. 27, 19; ita, ut *μηδείς*, casu dat. aut acc. positum pendeat ab imperativo, Ro. 13, 8. 1 Tim. 5, 22; *μηδὲν* (accusat.), Lc. 3, 13. 9, 3. *μ. φοβοῦ*, Ap. 2, 10. — *b*) *μηδείς* c. optativo, semel in N. T., Mc. 11, 14 (ubi t. vulg. *οὐδείς*). — *c*) c. 2. pers. conj. aor. ita, ut *μηδείς* a verbo pendeat, ut *μηδενὶ εἴπῃς*, Mt. 8, 4. 17, 9; accus. Lc. 3, 14. 10, 4; *μηδέν* (acc.), Act. 16, 28; *κατὰ μηδένα τρόπον*, 2 Th. 2, 3. — *d*) cum particulis *ἵνα* et *ὅπως* (v. in *μή*, I, 3); c. *ἵνα*, Mt. 16, 20. Mc. 5, 43. 6, 8. 7, 36. 9, 9. Ap. 3, 11; c. *ὅπως*, Act. 8, 24. Tit. 3, 13. — *e*) c. infinitivo, *α*) eo, qui ab alio pendet verbo, velut a *παραγγέλλω*, Lc. 8, 56. 9, 21. Act. 23, 22; a *δείκνυμι*, Act. 10, 28; a *διατάσσομαι*, Act. 24, 23; *ἀναθεματίζω ἐμαυτόν*, 23, 14; *κρίνω* (acc. c. inf.), 21, 25; *εὔχομαι*, 2 Co. 13, 7; *βούλομαι* (acc. c. inf.), 1 Tim. 5, 14; *ὑπομιμνήσκω τινά*, Tit. 3, 2 et al. exemplis; *παρακαλῶ τινά* sq. *τὸ μή* c. acc. c. infin. 1 Th. 3, 3 *Lchm.* ed. min. et *Tdf. Trg.* — *β*) c. infin., qui pendet a *διὰ τό*, Act. 28, 18. Heb. 10, 2. — *f*) c. participio (v. in *μή*, I, 5), in casu dat. Act. 11, 19 (ubi redde germanico: *ohne zu einem zu reden*); Ro. 12, 17; acc. *μηδένα*, Jo. 8, 10. Act. 9, 7; *μηδέν*, Act. 4, 21. 27, 33. 1 Co. 10, 25. 27. 2 Co. 6, 10. 2 Th. 3, 11. 1 Tim. 6, 4. Tit. 2, 8. Jac. 1, 6. 3 Jo. vs. 7; *μηδεμίαν προςκοπήν*, 2 Co. 6, 3; *μηδεμίαν πτόησιν*, 1 Pet. 3, 6; *μηδεμίαν αἰτίαν*, Act. 28, 18; *ἀναβολὴν μηδ.* 25, 17. — *g*) Notanda sunt: *μηδείς* c. genit. Act. 4, 17. 24, 23; *μηδέν* sc. *τούτων*, Ap. 2, 10; *ἐν μηδενί*, nulla in re, 1 Co. 1, 7. 2 Co. 7, 9. Phil. 1, 28. Jac. 1, 4. — *μηδὲν εἶναι*, nihil, i. e. nullius momenti s. pretii esse, opp. *εἶναί τι*, Gal. 6, 3 (Soph. Aj. 754; alia exempla e Graecis v. ap. *Passow* II, p. 231, col. 2); *μηδέν* (accus.), *nihil*, i. e. *plane non, nulla ratione*, Act. 10, 20. 11, 12 (Lucian. dial. deor. 2, 4. Tim. 43); acc. objecti post verba noxae, damni, utilitatis, curae; ut *βλάπτειν*, Lc. 4, 35; *ὠφελεῖσθαι*, Mc. 5, 26; *ὑστερεῖν*, 2 Co. 11, 5; *μεριμνᾶν*, Phil. 4, 6. — *h*) Exempla duplicis negationis, qua fortius negatur, ubi Latini post negationem ponunt *quisquam* (cf. *Win.* §. 55, 9); *μηκέτι μηδείς*, Mc. 11, 14. Act. 4, 17; *μηδενὶ μηδέν*, Mc. 1, 44. Ro. 13, 8; *μηδεμίαν ἐν μηδενί*, 2 Co. 6, 3; *μὴ - - ἐν μηδενί*, Phil. 1, 28; *μὴ - - μηδέν*, 2 Co. 13, 7; *μὴ - μηδεμίαν*, 1 Pet. 3, 6; *μή τις - - κατὰ μηδένα τρόπον*, 2 Th. 2, 3.

*μηδέποτε* (*μηδέ, ποτέ*), adv., *nunquam;* 2 Tim. 3, 7.*

*μηδέπω* (*μηδέ, πω*), adv., *nondum;* Heb. 11, 7.*

*Μῆδος, ου, ὁ, Medus*, oriundus ex Media, vel incola Mediae, notissimae regionis asiaticae, cujus urbs primaria erant Ecbatana; Act. 2, 9.*

*μηθέν*, v. in *μηδείς*.

*μηκέτι* (ex *μή* et *ἔτι*), adv., quod in iisdem ac *μή* structuris locum habet, *non jam; non amplius, ne amplius; non posthac; ne posthac; a*) c. 3. pers. conjunctivi aor. 2. Mt. 21, 19 t. vulg. *Grsb. Trg.;* c. 2. pers. Mc. 9, 25. — *b*) c. 1. pers. plur. conjunct. praes. Ro. 14, 13. — *c*) c. imperat. praes. Jo. 5, 14. 8, 11. Eph. 4, 28. 1 Tim. 5, 23. — *d*) c. optativo, Mc. 11, 14. — *e*) *ἵνα μηκέτι*, 2 Co. 5. 15. Eph. 4, 14. — *f*) c. infin. pendente ab alio verbo; ab *ἐπιβοῶ*, Act. 25, 24; ab *ἀπειλῶ*, Act. 4, 17; a *λέγω κ. μαρτύρομαι*, Eph. 4, 17; ab *εἰς τό*, 1 Pet. 4, 2; ab *ὥςτε*, Mc. 1, 45. 2, 2; *τοῦ μηκέτι δουλεύειν*, Ro. 6, 6. — *g*) c. participio; Act. 13, 34. Ro. 15, 23. 1 Th. 3, 1. — *h*) *οὐ μηκέτι* (v. in *μή*, IV), c. conjunctivo aor. 2., Mt. 21, 19 *Lchm. Tdf.**

*μῆκος, εος* (*ους*), *τό*, inde ab Hom.; LXX persaepe pro אֹרֶךְ; *longitudo;* Ap. 21, 16; *τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος*, in adumbratione magnitudinis, amplitudinis, multitudinis beneficiorum, quae debeantur Christo, Eph. 3, 18.*

*μηκύνω* (*μῆκος*), inde ab Hdt. et Pind., *longum facio; in longum produco;* in sacro cod. bis de plantis: i. q. *crescere facio, incrementa praebeo; ὃ ἐφύτευσεν ὁ κύριος καὶ ἐμήκυνεν* (יְגַדֵּל), Jes. 44, 14; hinc pass. *excresco*, Mc. 4, 27.*

*μηλωτή, ῆς, ἡ* (a *μῆλον*, ovis; etiam *capra;* ut *καμηλωτή* a *κάμηλος*), *pellis ovina;* Heb. 11, 37 et exinde ap. Clem. Rom. 1 Co. 17, 1. — Pro אַדֶּרֶת, pallium, LXX 3 Reg. 19, 13. 19. 4 Reg. 2, 8. 13 s., sine dubio propterea quod haec pallia erant pellicia, unde accuratius dic. אַדֶּרֶת שֵׂעָר, pallium pilosum, Sach. 13, 4 (ubi LXX *δέῤῥις τριχίνη*). Apud Byzantinos *μηλωτή* dic. vestimentum monachorum.

*μήν*, partic. affirmantis, *certo, sane* (Sap. 6, 23); *ἦ μήν*, q. v. in *ἤ*.

*μήν, νός, ὁ* (c. acc. alex. formae *μῆναν*, Ap. 22, 2 *Lchm.;* de qua v. in *ἄρσην*), 1) *mensis;* Lc. 1, 24. 26. 36. 56. 4, 25. Act. 7, 20. 18, 11. 19, 8. 20, 3. 28, 11. Jac. 5, 17. Ap. 9, 5. 10. 15. 11, 2, 13. 5. 22, 2. — 2) *intermenstruum* s. *interlunium* s. barbare *novilunium* (ex usu hebr. חֹדֶשׁ, quod et *mensem* denotat et *novilunium*, ut Num. 28, 11. 29, 1), Gal. 4, 10. (primus cujusvis mensis dies, quo luna nova apparebat, festus erat Hebraeis; cf. Lev. 23, 24. Num. 28, 11. Ps. 81, 4.)*

*μηνύω*, aor. 1. *ἐμήνυσα*, ptcp. fem. aor. 1. pass. *μηνυθεῖσα*, ut ap. Graecos inde ab Hdt. et Pind.: 1) *occultum patefacio s. notum facio;* sensu forensi *indico, defero;* sq. *ποῦ ἔστιν*, Jo. 11, 57; *τινί τι*, pass, Act. 23, 30. — 2) univ. *indico, notum facio;* 1 Co. 10, 28. — 3) *significo, innuo*, de docente, sq. *ὅτι*, Lc. 20, 37.*

*μὴ οὐκ*, v. *μή*, IV.

*μήποτε* (ex *μή* et *ποτέ*), ita differens ab *οὔποτε*, ut *οὐκ* a *μή*. Itaque est 1) particula *negantis: non unquam, nunquam; ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει, quum nunquam valeat*, quia scriptor ipsam *notionem* valendi negandam censet, Heb. 9, 17., de q. l. cf. *Win.* p. 447 coll. *Bttm.* ntl. Gr. p. 304. Sed alii hunc locum referunt inter exempla infra num. 3 afferenda. — 2) *conjunctio prohibentis: ne unquam; ne quando; ne fortasse* (ita etiam divisim scribitur *μή ποτε*), ita ut ad verbum praecedens referatur et designatae actionis finem indicet; c. conj. praes. Lc. 12, 58; c. conj. aor. Mt. 4, 6 et Lc. 4, 11 e Ps. 91, 12 (ubi LXX pro פֶּן); Mt. 5, 25. 7, 6. 13, 15 et Act. 28, 27 (hoc utroque loco e Jes. 6, 10, ubi LXX pro פֶּן); Mt. 13, 29 (*οὒ* sc. *θέλω*); 15, 32. 27, 64. Mc. 4, 12. Lc. 14, 12; praefixo *ἵνα*, v. 29; *μήποτε* c. indic. fut. Mc. 14, 2; — post verba *timendi, cavendi;* c. conj. aor.; ita post *προςέχω;* caveo, ne, Lc. 21, 34. Heb. 2, 1 (Sir. 11, 33); ita ut cogitatione praemittendum sit *φοβούμενοι* vel *προςέχοντες*, Act. 5, 39; *μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ, ne fortasse deficiat* (ut *οὐκ ἀρκέσῃ* unam efficiat notionem et ante *μήποτε* cogitando addatur *φοβούμεθα*), Mt. 25, 9 t. vulg.; sed rectius *Lchm. Trg. Meyerus* al. restituerunt *μήποτε* (sc. *τοῦτο γενέσθω*)· *οὐ μὴ ἀρκέσῃ*, i. e. *minime! certissime non sufficiet* (v. in *μή*, IV); cf. *Bornemann* in Studd. u. Kritiken, 1843, p. 110 s. — post *φοβοῦμαι*, c. conj. praes. Heb. 4, 1; ita ut cogitatione praemittendum sit *φοβούμενος*, Lc. 14, 8; — post *βλέπειν* c. indicat. fut. Heb. 3, 12. — 3) particula *interrogantis* cum dubitatione (v. in *μή*, III), *num unquam, num quando; num fortasse;* nostr. *doch nicht etwa; ob nicht etwa; a*) in interrog. directa, quae infertur

voce *ἐπεί, nam* (v. in *ἐπεί*); ita e non improbabili nonnullorum intpp. sententia Heb. 9, 17; v. supra in nr. 1. In reliquis N. Ti. locis usurpatur ita, ut interrogans, etsi dubitat et negantem responsionem exspectat, tamen propendeat ad credendum id, quod dubitanter quaerit; ita in interrog. directa, Jo. 7, 26. — *b*) in interrog. indir. *α*) c. optativo (ubi verba ut ab aliquo cogitata spectantur), Lc. 3, 15. — *β*) c. conjunctivo 2 Tim. 2, 25., ubi *μήποτε κτλ.* pendent e suppressa notione *τοῦ διαλογιζομένου.**

*μήπου* vel *μή που, necubi, ne quo loco;* Act. 27, 29 *Tdf. Trg.* (Hom. al.)*

*μήπω* (*μή* et *πώ*), adv. 1) *nondum;* in structura acc. c. inf. Heb. 9, 8; c. ptcp. *μήπω γὰρ γεννηθέντων,* etsi nondum nati erant, Ro. 9, 11., ubi cf. *Fritzsche.* — 2) *ne quo modo;* Act. 27, 29 *Lchm.**

*μήπως* (*μή* et *πώς*), 1) conjunctio, *ne quo modo; ne forte; a*) in sententiis finalibus, c. conj. aor., praeced. praes., 1 Co. 9, 27; praeced. aoristo, 2 Co. 2, 7. 9, 4. — *b*) post verba *cavendi, timendi;* c. conj. aor. post *βλέπειν*, 1 Co. 8, 9; post *φοβεῖσθαι*, Act. 27, 29 t. vulg. *Grsb.;* 2 Co. 11, 3. 12, 20; c. indic. perfecti, ut indicetur accidisse id, quod timeatur, Gal. 4, 11; suppressa notione timendi, c. conj. aor. Ro. 11, 21 t. vulg. *Grsb.;* cf. *Win.* p. 469. — 2) particula interrogantis, *num quo modo;* in quaestione indirecta c. indic. praes. (de re durante) et aor. (de re jam facta), Gal. 2, 2 („evangelium iis proposui" - -, sc. interrogans, „num forte" - -; Paulus exspectat negantem responsionem, qua suam de Christo et ejus causa doctrinam ab hierosolymitanis apostolis approbari voluit, minime vero quod ejus veritas ipsi dubia fuisset, sed ne adversarii ad impugnandam hanc doctrinam auctoritate illorum apostolorum abuterentur eoque modo operam, quam in evangelium impenderet atque jam impendisset, irritam facerent; cf. *Hofmann* ad h. l.); — in eodem enuntiato c. indicativo (de re fortasse jam facta, sed quam scriptor non factam esse optat) et conjunctivo aor. (de re futura et incerta, quam deus avertat), 1 Th. 3, 5 (ubi *μήπως* pendet a *γνῶναι*, cf. *Schott* et *Lünemann* ad l.)*

*μηρός, οῦ, ὁ, femur;* Ap. 19, 16 (inde ab Hom.; LXX pro יָרֵךְ).*

*μήτε* (*μή* et enclit. *τέ*), conjunctio negans adjunctiva, *neque, nec* (differt ab *οὔτε*, ut *μή* ab *οὐ*, a *μηδέ* differt eo, quod *μηδέ* separat diversa, *μήτε* vero, quae ejusdem generis sunt s. quae partes sunt unius rei, cf. *Win.* §. 55, 6); *μήτε - - μήτε, neque - - neque,* Lc. 7, 33. 9, 3 (ibi quinquies ponitur); Act. 23, 12. 21. 27, 20. Heb. 7, 3 (sed Eph. 4, 17 pro *μή - μήτε* c. *Lchm. Tdf. Trg.* rescribendum est *μή - μηδέ*);—*μή - - μήτε - - μήτε,* Mt. 5, 34—36 (quater); 1 Tim. 1, 7. Jac. 5, 12. Ap. 7, 3; *ἵνα μή - - μήτε - - μήτε,* Ap. 7, 1; *μηδέ - - μήτε - - μήτε,* 2 Th. 2, 2 *Lchm. Tdf. Trg.; μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον* (nam id aliud quid est quam *ἀνάστασις*), *μήτε πνεῦμα* (quia angeli sunt ex genere *τῶν πνευμάτων*), Act. 23, 8 t. vulg. *Grsb.;* cf. *Win.* p. 459.*

*μήτηρ, μητρός,* dat. *μητρί,* acc. *μητέρα, ἡ,* hebr. אֵם, *mater;* pr. Mt. 1, 18. 2, 11 et saepius; trop. de ea, quae instar matris est, Mt. 12, 49 s. Mc. 3, 35. Jo. 19, 27. Ro. 16, 13 coll. 1 Tim. 5, 2; (urbs) *ἡ μήτηρ τῶν πορνῶν,* quae parit et fovet *τὰς πόρνας,* Ap. 17, 5; de urbe, unde originem duxerunt stirpes hominum, Gal. 4, 26.*

*μήτι* (*μή* et *τί*), *num quid, num fortasse,* est interrogantis, qui responsum negans exspectat, in quaestione directa, nostr. *doch nicht etwa?* Mt. 7, 16. 26, 22. 25. Mc. 4, 21. 14, 19. Lc. 6, 39. Jo. 7, 31. 8, 22. 18, 35. 21, 5. Act. 10, 47. 2 Co. 12, 18. Jac. 3, 11; *μήτι ἄρα,* 2 Co. 1, 17; est dubitanter quidem interrogantis, sed ad credendum id quod quaerit, propendentis (v. in *μήποτε,* III, a), Mt. 12, 23. Jo. 4, 29. — *εἰ μήτι,* v. in *εἰ,* III, 10. — *μήτιγε,* v. suo in loco.*

*μήτιγε* (ex *μή, τί, γέ*), *nedum,* quod pro sententiarum junctura est *a*) *multo minus.* — *b*) *multo magis, multo potius;* ita semel in N. T. 1 Co. 6, 3. Cf. *Herm.* ad Vig. p. 803 s.

*μήτις,* rectius divisim *μή τίς,* 1) est prohibentis: *ne quis;* c. conj. aor. 2 Th. 2, 3. — 2) interrogantis: *num quis?* Jo. 7, 48; ita ut aliquis lubenter credat id quod dubitanter quaerit (v. in *μήτι*), 4, 33.*

*μήτρα, ας, ἡ* (*μήτηρ*), *matrix, uterus;* Lc. 2, 23 (de q. l. v. in *διανοίγω*); Ro. 4, 19. (Hdt. Plat. al.; LXX pro רֶחֶם.)*

*μητραλῴας* (etiam *μητραλοίας*), *Lchm. Tdf. Trg.: μητρολῴας, ου, ὁ* (*μήτηρ* et *ἀλοιάω,* trituro, percutio), *matricida;* 1 Tim. 1, 9. (Aeschl. Plat. Lcian. al.)*

*μητρόπολις, εως, ἡ* (*μήτηρ, πόλις*), *metropolis, urbs primaria;* in subscriptione spuria 1 Tim. 6, 23.*

*μία,* v. in *εἷς.*

*μιαίνω,* 3 ps. pl. aor. 1. pass. *μιανθῶσιν,* 3 ps. sing. pf. pass. *μεμίανται* (nisi haec forma aptius pro plurali habetur, cf. *Krüger* §. 33, 3, Anm. 9. *Bttm.* Gr. p. 167. Gr. max. II, p. 442. *Alex. Bttm.* ntl. Gr. p. 36); ptcpt. *μεμιασμένος* (Tit. 1, 15 t. vulg. *Grsb.*) et *μεμιαμμένος* (ibid. *Lchm. Tdf. Trg.;* item Sap. 7, 25. Tob. 2, 9. Jos. b. jud. 4, 5, 2 ed. *Bekk.;* cf. *Matthiae* I, p. 415. *Krüger* I, p. 180. *Lob.* ad Phryn. p. 35. *Otto* ad Theoph. Ant. 1, 1; p. 2 s.), inde ab Hom., 1) *tingo colore alieno; ἐλέφαντα φοίνικι,* Hom. Il. 4, 141. — 2) *polluo, inquino, foedo, contamino, conspurco* (LXX saepe pro טִמֵּא); sensu physico et ethico *σάρκα* (de re venerea), Jud. vs. 8; sensu ethico *τὴν συνείδησιν, τὸν νοῦν,* pass. Tit. 1, 15; absol. *peccando contamino,* pass. ibid. et Heb. 12, 15; pro הֶחֱטִיא, Deut. 24, 6(4); sensu levit. de hominibus, pass. Jo. 18, 28 (Lev. 22, 5. 8. Num. 19, 13. 20. Tob. 2, 9).*

*μίασμα, τος, τό* (*μιαίνω*), *id quod polluit; pollutio;* Vulg. *coinquinatio;* trop. *μιάσματα τοῦ κόσμου,* flagitia, quorum spurcitie aliquis commercio cum profana multitudine contaminatur, 2 Pet. 2, 20. (Tragg. Antiph. Dem. Polyb. Jos. Plut.; LXX Lev. 7, 8. Jer. 32, 34. Judith. 9, 2. 1 Macc. 13, 50.)*

*μιασμός, οῦ, ὁ* (*μιαίνω*), *actio inquinandi, pollutio; ἐπιθυμία μιασμοῦ,* foedans libido, 2 Pet. 2, 10. (Sap. 14, 26. 1 Macc. 4, 43. Plut. mor. p. 393 c. Test. XII patr.)*

*μίγμα* vel (*Lchm. Tdf.*) *μῖγμα* (cf. de accentu *Lipsius* Gramm. Untersuch. p. 32 et 34), *τος, τό* (*μίγνυμι*), *id quod miscendo ortum est, mixtura;* Jo. 19, 39. (Sir. 38, 8. Aristot. Plut. al.)*

*μίγνυμι* et *μίσγω,* aor. 1. *ἔμιξα,* ptcp. pf. pass. *μεμιγμένος,* inde ab Hom., *misceo,* nostr. *mischen; τί τινι,* aliquid aliqua re, Ap. 8, 7 t. vulg.; 15, 2; item *τὶ ἔν τινι,* Ap. 8, 7 *Grsb. Lchm. Tdf.; μετά τινος,* cum aliqua re, Mt. 27, 34. Lc. 13, 1., de q. l. v. in *αἷμα,* 2, a.*

*μικρός, ά, όν,* comparat. *μικρότερος, έρα, ον,* LXX pro קָטֹן, קָטָן, מְעַט, *parvus;* dic. *a*) de altitudine Mt. 13, 32. Mc. 4, 31; hinc de statura, *τῇ ἡλικίᾳ,* Lc. 19, 3; de mensura, Jac. 3, 5. — *b*) de spatio; neutr. *προελθὼν μικρόν,* paullulum progressus, Mt. 26, 39. Mc. 14, 35. — *c*) de aetate: *natu* minor, Mc. 15, 40; *οἱ μικροί,* infantes, Mt. 18, 6. 10. 14.

Mc. 9, 42; *ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου*, Act. 8, 10. Heb. 8, 11 (Jer. 6, 13. 31, 34); *μικρός τε κ. μέγας*, i. e. omnes, Act. 26, 22; plur. Ap. 11, 18. 13, 16. 19, 5. 18. 20, 12. — *d*) de tempore; *exiguus, brevis;* neutr. nomin., *ἔτι μικρὸν* (sc. *ἔσται*) *καί*, i. e. brevi post (hoc fiet), Jo. 14, 19. 16, 16 s. 19; *ἔτι μικρὸν ὅσον ὅσον* (v. in *ὅσος*), sine *καί*, Heb. 10, 37 (Jes. 26, 20); *τὸ μικρόν*, Jo. 16, 18; *μικρόν* accus. (quamdiu?), 13, 33 (Job. 36, 2); *μικρὸν χρόνον*, 7, 33. 12, 35. Ap. 6, 11 (t. vulg.); 20, 3; *μετὰ μικρόν, paulo post;* Mt. 26, 73; Mc. 14, 70 (*πρὸ μικροῦ*, Sap. 15, 8). — *e*) de quantitate, i. e. copia ac multitudine (*Stoffmenge*); *μικρὰ ζύμη*, 1 Co. 5, 6. Gal. 5, 9; de numero, *μικρὸν ποίμνιον*, Lc. 12, 32; de quantitate, *μικρὰ δύναμις*, Ap. 3, 8; neutr. *μικρόν* (*τι*), *paululum*, 2 Co. 11, 1. 16. — *f*) de dignitate vel auctoritate; Mt. 10, 42. Lc. 9, 48. 17, 2; *ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρ.*, qui evangelii intelligentiâ reliquis regni divini civibus cedit, Mt. 11, 11. Lc. 7, 28.

*Μίλητος, ου, ἡ, Miletus.* urbs maritima Cariae s. Ioniae prope ostia Maeandri, haud procul ab Epheso sita, coloniarum multarum mater, Thaletis, Anaximandri aliorumque celeberrimorum hominum patria; Act. 20, 15. 17. 2 Tim. 4, 20.*

*μίλιον, ίου, τό* (vox latinae originis), milliarium (germ. *Meile*), ap. Romanos spatium mille passuum s. octo stadiorum, quintam partem milliarii germanici aequans, Mt. 5, 41. (Polyb. Strab. Plut.)*

*μιμέομαι, οῦμαι* (*μῖμος*), *imitor; τινά*, aliquem, 2 Th. 3, 7. 9; *τί*, Heb. 13, 7. 3 Jo. vs. 11.*

*μιμητής, οῦ, ο, imitator; γίνομαί τινος* (gen. pers.), 1 Co. 4, 16. 11, 1. Eph. 5, 1. 1 Th. 1, 6. 2, 14. Heb. 6, 12; c. gen. rei, 1 Pet. 3, 13 t. vulg. *Grsb.**

*μιμνήσκω* (*ΜΝΑΩ*), *in memoriam revoco;* Hom. Pind. Theogn. Eur. al.; — pass. et med. *μιμνήσκομαι* (Heb. 2, 6. 13, 3; raro ap. Atticos), aor. 1. *ἐμνήσθην*, pf. *μέμνημαι*, fut. 1. pass. sensu medii, *μνησθήσομαι* (Heb. 10, 17 *Lchm. Tdf. Trg.*); LXX pro זָכַר, *revocatur s. redit mihi in memoriam, recordor, memini; ἐμνήσθην*, passiva signif. *in memoriam revocatus sum, mentio mei facta est; ἐνώπιόν τινος*, apud animum alicujus (v. in *ἐνώπιον*, 1, c), Act. 10, 31. Ap. 16, 19 (passive etiam Ez. 18, 22., et *ἀναμνησθῆναι*, Num. 10, 9. Ps. 109, 16); signific. med. c. gen. rei, *memini alicujus*, Mt. 26, 75. Lc. 24, 8. Act. 11, 16. 2 Pet. 3, 2. Jud. vs. 17; *μνησθῆναι ἐλέους*, pristini amoris recordari, Lc. 1, 54 (cf. Ps. 25, 6); *τῆς διαθήκης*, 1, 72 (Gen. 9, 15. Ex. 2, 24. 1 Macc. 4, 10. 2 Macc. 1, 2); *μὴ μνησθ. τῶν ἁμαρτιῶν τινος*, i. e. condonare peccata, Heb. 8, 12. 10, 17 (ex hebr., v. Ps. 25, 7. 79, 8. Jes. 43, 25; et opp. *recordari peccatorum* de punituro ea, Jer. 14, 10. 1 Macc. 5, 4. 6, 12); c. gen. pers.: recordor alicujus, cui consulam, Lc. 23, 42; sq. *ὅτι*, Mt. 5, 23. 27, 63. Lc. 16, 25. Jo. 2, 17. 22. 12, 16; sq. *ὡς*, Lc. 24, 6. — perf. *μέμνημαι*, sensu praesentis, *memor sum*, c. gen. rei, 2 Tim. 1, 4; *πάντα μου μέμνησθε*, in omnibus mei memores estis, 1 Co. 11, 2; praes. *μιμνήσκομαι*, c. gen. personae, recordor alicujus, cui consulam, Heb. 2, 6 (e Ps. 8, 5); 13, 2.*

*μισέω, ῶ*, f. *ήσω*, aor. 1. *ἐμίσησα*, pf. *μεμίσηκα*, ptcp. pf. pass. *μεμισημένος* (Ap. 18, 2), LXX pro שָׂנֵא, — *odi, odio habeo, odio prosequor, detestor;* pass. *odio sum, invisus sum; τινά*, Mt. 5, 43 [et vs. 44 t. vulg.]; 24, 10. Lc. 1, 71. 6, 22. 27. 19, 14. Jo. 7, 7. 15, 18 s. 23—25. 17, 14. Tit. 3, 3. 1 Jo. 2, 9. 3, 13. 15. 4, 20. Ap. 17, 16; pass. Mt. 10, 22. 24, 9. Lc. 21, 17; *τί*, Jo. 3, 20. Ro. 7, 15. Eph. 5, 29. Heb. 1, 9. Jud. vs. 23. Ap. 2, 6 et in t. vulg. vs. 15; pass. 18, 2. — Fuerunt haud pauci, qui locis Gen. 29, 31 (coll. vs. 30). Deut. 21, 15 s. Mt. 6, 24. Lc. 14, 26. 16, 13. Ro. 9, 13 verbo *μισεῖν* significationem *minus diligendi, posthabendi, negligendi* tribuerent, scilicet parum perpendentes, „homines orientales pro majore sua animi concitatione ibi *rei amorem* aut *odium* et sentire et enuntiare, ubi nos, qui sumus in occidentalibus plagis minus irritabiles, nihil nisi *rei studium* aut *neglectionem et incuriam* sentimus et eloquimur“; *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 304 coll. *Rückert* Magazin f. Exegese u. Theologie des N. T. p. 27 ss.*

*μισθαποδοσία, ας, ἡ* (*μισθός, ἀποδίδωμι*, cf. Graecorum *μισθοδοσία*), *solutio mercedis promeritae, merces;* de praemio, Heb. 10, 35. 11, 26; de poena, 2, 2. (aliquoties in scriptis eccles.)*

*μισθαποδότης, ου, ὁ* (*μισθός, ἀποδίδωμι*, cf. Graecorum *μισθοδότης*), *remunerator* (Vulg.); *is qui mercedem persolvit;* Heb. 11, 6. (aliquoties in scr. eccles.)

*μίσθιος, ία, ιον*, etiam duarum terminationum (*μισθός*), *mercenarius, mercede conductus;* Lc. 15. 17. 19. (LXX pro שָׂכִיר, Lev. 25, 50. Job. 7, 1. — Tob. 5, 11. Sir. 7, 20. 31, 22. 37, 11. — Anth. 6, 283, 3. Plut.)*

*μισθός, οῦ, ὁ*, LXX pro שָׂכָר, etiam pro מַשְׂכֹּרֶת al.; — 1) *quidquid officii causa pro opera solvitur; merces*, Ro. 4, 4 (*κατὰ ὀφείλημα*); Lc. 10, 7 et 1 Tim. 5, 18. Mt. 20, 8. Jac. 5, 4. Jud. vs. 11 (de quo loco v. in *ἐκχέω, b*); *μισθὸς ἀδικίας*, merces scelere parta, Act. 1, 18. 2 Pet. 2, 15. — 2) *praemium;* dic. de studiorum et laborum fructu sponte ex iis nascente, Jo. 4, 36. 1 Co. 9, 18; de *divina retributione; a*) in utramque partem de praemiis et poenis, Ap. 22, 12. — *b*) de praemiis, quae deus bonis studiis et factis tribuit vel tributurus est (de quorum notione recte aestimanda cf. *Weiss*, die Lehre Christi vom Lohn, in Deutsche Zeitschrift für christl. Wissenschaft, 1853, p. 319 ss. *Mehlhorn*, der Lohnbegriff Jesu, in Jahrbb. f. protest. Theologie 1876, p. 721 ss.), Mt. 5, 12. 6, 2. 5. 16. 10, 41 s. Mc. 9, 41. Lc. 6, 23. 35. 1 Co. 3, 8. 14. 2 Jo. vs. 8. Ap. 11, 18; *ἔχειν μισθόν* dic. ii, quibus praemium reservatur a deo s. quos manet divinum praemium, Mt. 5, 46. 1 Co. 9, 17; add. *παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν ἐν τ. οὐρ.*, Mt. 6, 1. — *c*) de poenis; *μισθὸς ἀδικίας*, 2 Pet. 2, 13; *τῆς δυσσεβείας*, 2 Macc. 8, 33.*

*μισθόω* (*μισθός*), aor. 1. med. *ἐμισθωσάμην, loco alteri mercede* (*verdingen, verpachten, vermiethen*), *conduco* (*ich miethe, dinge*); *τινά*, Mt. 20, 1. 7. (Hdt. Arstph. Xen. Plat. al.; LXX pro שָׂכַר, Deut. 23, 4. 2 Chr. 24, 12.)*

*μίσθωμα, τος, τό* (*μισθόω*), *merces, qua aliquid utendum vel locatur vel conducitur* (Hdt. Isocr. Dem. Ael. al.; de mercede meretricia, Hos. 2, 12. Deut. 23, 19. Mich. 1, 7. Prov. 19, 13. Ez. 16, 31—34 et ap. Graecos). — 2) *id quod mercede vel locatur vel conducitur*, velut aedificium, domicilium, deversorium; Act. 28, 30.*

*μισθωτός, οῦ, ὁ* (*μισθόω*), *mercede conductus, mercenarius;* Mc. 1, 20. Jo. 10, 12 s. (Arstph. Plat. Dem. al.; LXX pro שָׂכִיר.)*

*Μιτυλήνη, ης, ἡ, Mitylene*, urbs primaria et littoralis insulae Lesbi in mari aegaeo; Act. 20, 14.*

*Μιχαήλ, ὁ* (מִיכָאֵל, i. e. *quis est sicut deus*), *Michaël*, nomen archangeli, qui putabatur esse angelus tutelaris Israelitarum (Dan. 12, 1. 10, 13. 21); Jud. vs. 9. Ap. 12, 7.*

*μνᾶ, ᾶς, ἡ*, vox orientalis originis, arab. مَنّ syr. ܡܢܝܐ, hebr. מָנֶה (a מָנָה, determinavit, definivit, numeravit, al.), *mina;* 1) in V. T. pondus et fictus nummus centum siclorum, 1 Reg. 10, 17 coll. 2 Chron. 9, 16. Esr. 2, 69 (aliter Ez. 45, 12). —

2) Apud Atticos pondus et nummus centum drachmarum (v. in δραχμή); Lc. 19, 13. 16, 18. 20. 24 s.*

μνάομαι, v. μιμνήσκομαι.

Μνάσων, ωνος, ὁ (ΜΝΑΣΩ). *Mnason*, Christianus, patriâ Cyprius, Act. 21, 16. (Nomen usitatum etiam inter Graecos.)*

μνεία, ας, ἡ (μιμνήσκω), *recordatio, memoria, mentio; ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν*, quoties vestri recordor, Phil. 1, 3; *ποιεῖσθαι μνείαν τινός*, mentionem facere alicujus, Ro. 1, 9. Eph. 1, 16. 1 Th. 1, 2. Philem. vs. 4 (Plat. Phaedr. p. 254 a. Diog. Laërt. 8, 2; LXX Ps. 110, 4); *μν. ἔχειν τινός*, memorem alicujus esse, 1 Th. 3, 6 (Arstph. Soph. Eur. al.); *ἀδιάλειπτον ἔχειν τὴν περί τινος μνείαν*, 2 Tim. 1, 3.*

μνῆμα, τος, τό (μνάομαι, pf. pass. μέμνημαι), 1) *monumentum*, quo memoria rei vel hominis alicujus conservatur (Hom. Pind. Soph. al.) — 2) *monumentum sepulcrale* (Hom. Eur. Xen. Plat. al.). — 3) *sepulcrum* (receptaculum, in quo conditur corpus mortuum); Mc. 5, 3 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*; 5, 5 (15, 46 *Tdf.*); Lc. 8, 27. 23, 53. 24, 1. Act. 2, 29. 7, 16. Ap. 11, 9 (Jos. antt. 7, 1, 3; LXX pro קֶבֶר).*

μνημεῖον, ου, τό, 1) *quodvis signum, quo alicujus rei hominisve memoria vel conservatur vel recolitur; monumentum* (Aesch. Pind. Soph. et sqq.), in sacro cod. ita Sap. 10, 7; specialiter *monumentum sepulcrale; οἰκοδομεῖν μνημεῖα*, Lc. 11, 47 t. vulg. Jos. antt. 13, 6, 5. — 2) in sacro cod. *sepulcrum;* Mt. 23, 29. 27, 52. 60. 28, 8. Mc. 5, 2. 6, 29. Lc. 11, 44. Jo. 5, 28. 11, 17. 31 et saepius in evangeliis; Act. 13, 29; LXX pro קֶבֶר, Gen. 23, 6. 9. 50, 5. Jes. 22, 16 al.

μνήμη, ης, ἡ (μνάομαι), *a) memoria; b) mentio; μνήμην ποιεῖσθαί τινος*, meminisse alicujus, 2 Pet. 1, 15; eadem dictio ap. Graecos inde ab Hdt., sed *mentionem alicujus facere* significans.

μνημονεύω, 3 ps. plur. impf. ἐμνημόνευον, aor. ἐμνημόνευσα (μνήμων, memor), inde ab Hdt.; LXX pro זָכַר; 1) *memor sum, memini, recordor;* absol. Mc. 8, 18; *τινός*, Lc. 17, 32. Jo. 15, 20. 16, 4. 21. Act. 20, 35. 1 Th. 1, 3; ex adj. i. q. *curae cordique mihi est aliquid* vel *aliquis;* c. gen. rei, Col. 4, 18; *τῶν πτωχῶν*, Gal. 2, 10 (v. in μιμνήσκω in fine); c. acc. objecti, *memoriâ teneo s. servo; τινά*, 2 Tim. 2, 8; *τί*, Mt. 16, 9. 1 Th. 2, 9; *τὰ ἀδικήματα*, de deo puniente, Ap. 18, 5 (v. in μιμνήσκω); cf. *Matthiae* §. 347, not. 2. *Win.* p. 193. — sq. *ὅτι*, Act. 20, 31. Eph. 2, 11. 2 Th. 2, 5., sq. interrog. indir. Ap. 2, 5. 3, 3. — 2) *mentionem facio; τινός*, Heb. 11, 15 (Plut. Them. 32; *τί*, Plat. de rep. 4, p. 441 d. legg. 4, p. 723 c.); *περί τινος* (ut ap. Graecos *μνᾶσθαι*, v. *Matthiae* §. 347, not. 1), Heb. 11, 22; eodem modo lat. *memini de aliquo;* cf. *Ramshorn* Lat. Gr. §. 111, not. 1.*

μνημόσυνον, ου, τό (μνήμων), *monumentum (id, quo memoria alicujus servatur), memoria, recordatio; εἰς μνημόσυνόν τινος*, ad conservandam alicujus memoriam, Mt. 26, 13. Mc. 14, 9; *αἱ προςευχαί σου - - ἀνέβησαν εἰς μνημ. ἐνώπιον τ. θεοῦ*, praeter tropum: innotuerunt deo ita, ut tui memor sit tibi consulturus, Act. 10, 4. (Hdt. Arstph. Thuc. Plut. al.; LXX pro זֵכֶר, זִכָּרוֹן, etiam pro אַזְכָּרָה, i. e. ea sacrificorum pars, quae una cum thure in altari comburebatur, cujus suavis odor in coelum adscenderet memoriamque sacrificium offerentis deo commendaret, Lev. 2, 9. 16. 5, 12. Num. 5, 26; hinc *εὐωδία εἰς μνημόσυνον*, Sir. 45, 16; — saepe ap. Siracid. 1 Macc. al.)*

μνηστεύω, ptcp. pf. pass. μεμνηστευμένος (t. vulg. *Grsb.*) et ἐμνηστευμένος (*Lchm. Tdf. Trg.*), aor. 1. pass. μνηστευθείς (μνηστός, desponsatus, sponsus), inde ab Hom.; LXX pr. אֵרַשׂ; *τινα (γυναῖκα), aliquam ambio mihique desponderi posco;* pass. *despondeor, τινί*, Mt. 1, 18. Lc. 1, 27. 2, 5.*

μογγιλάλος (ex μόγγος, qui obtusa voce est, et λάλος), *rauca vel obtusa voce loquens;* Mc. 7, 32 *Trg.;* sed ibi praeferenda est vulgata lectio μογιλάλος, cf. *Fritzsche* ad l. p. 302 s. (Etym. m.)

μογιλάλος, ον (μόγις et λάλος), *aegre s. difficulter loquens;* Mc. 7, 32. (Aët. 8, 38. Schol. ad Lucian. Jov. trag. c. 27. *Bekk.* Anecd. p. 100, 22; LXX pro אִלֵּם, mutus, Jes. 35, 6.)*

μόγις (μόγος, labor), inde ab Hom., *aegre, difficulter;* Lc. 9, 39. (3 Macc. 7, 6.)*

μόδιος, ου, ὁ (vox latina), *modius*, mensura aridorum capiens 16 sextarios (sex modios continebat medimnus atticus; Corn. Nep. Att. 2); Mt. 5, 15. Mc. 4, 21. Lc. 11, 33.*

μοιχαλίς, ίδος, ἡ (μοιχός), vox veteribus ignota, ap. Plut. Heliod. al. obvia, v. *Lob.* ad Phryn. p. 452; LXX pro נֹאֶפֶת (Ez. 16, 37. 23, 45) et מְנָאֶפֶת (Hos. 3, 1. Prov. 30, 20); *moecha, adultera; a)* pr. Ro. 7, 3; *ὀφθαλμοὶ μεστοὶ μοιχαλίδος*, oculi, quibus semper obversatur adultera s. e quibus adulterae cupido elucet, 2 Pet. 2, 14. — *b)* Quum intima dei cum israelitico populo necessitudo matrimonio comparetur: ii qui a deo ad idololatriam deficiunt, *moechari* vel *scortari* dicuntur (Ez. 16, 15 ss. 23, 43 ss. al.); unde μοιχαλίς trop. est i. q. *a deo abalienata, impia, impura;* Jac. 4, 4; adjective (cf. *Matthiae* §. 429, 4), *γενεὰ μοιχ.*, Mt. 12, 39. 16, 4. Mc. 8, 38.*

μοιχάω, ῶ, *stuprum facio cum alius conjuge; τινά*, — in sacro cod. med. μοιχῶμαι, *adulterium committo, moechor;* de viro, Mt. 5, 32. 19, 9; *ἐπ' αὐτήν*, adulterii peccatum committit in illam, i. e. dimissam, Mc. 10, 11; de femina, Mt. 5, 32 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* μοιχευθῆναι pro μοιχᾶσθαι); Mc. 10, 12. (LXX pro נָאַף, Jer. 3, 8. 5, 7. 9, 2 al.; ap. Graecos activum trop. *τὴν θάλασσαν*, maris imperium contra jus sibi vindicare, Xen. h. g. 1, 6, 15; *τὸ λεχθέν*, adulterare, Ael. n. a. 7, 39.)*

μοιχεία, ας, ἡ (μοιχεύω), *adulterium;* Jo. 8, 3; t. vulg. Gal. 5, 19; plur. Mt. 15, 19. Mc. 7, 21. (Jer. 13, 27. Hos. 2, 2. 4, 2. Plat. Aeschin. Lucian. al.)*

μοιχεύω, f. εύσω, aor. 1. ἐμοίχευσα, infin. aor. 1. pass. μοιχευθῆναι (μοιχός), inde ab Arstph. et Xen., LXX pro נָאַף, *adultero; a)* absol. *adulter sum;* Mt. 5, 27. 19, 18. Mc. 10, 19. Lc. 16, 18. 18, 20. Ro. 2, 22. 13, 9. Jac. 2, 11. — *b) τινά (γυναῖκα), stuprum facio cum alius uxore;* Mt. 5, 28. (Deut. 5, 18. Lev. 20, 10. Arstph. av. 559. Plat. rep. 2, p. 360 b. Lucian. dial. deor. 6, 4. Aristaenet. epp. 1, 20. Aeschin. dial. Socr. 2, 14); pass. de uxore: *adulterium patior;* Mt. 5, 32 *Lchm. Tdf. Trg.;* Jo. 8, 4 t. vulg.—Ex hebr. (v. in μοιχαλίς, b) trop. *μετά τινος (γυναικός) μοιχεύειν* de iis, qui instigante aliqua ad idololatriam, i. e. vescenda idolothyta, abripiuntur, Ap. 2, 22; cf. Jer. 3, 9 al.*

μοιχός, οῦ, ὁ, *adulter;* Lc. 18, 11. 1 Co. 6, 9. Heb. 13, 4; ex hebr. (v. in μοιχαλίς, b) trop. *perfidus in deum, impius*, Jac. 4, 4 t. vulg. *Grsb.* (Soph. Arstph. Xen. Plut. sqq. LXX.)*

μόλις (μόλος, labor); adv., quo scriptores post Hom. promiscue cum μόγις utuntur; *a) difficulter, aegre* (cf. Sap. 9, 16., ubi voculae in parallelo membro respondet *μετὰ πόνου*); Act. 14, 18. 27, 7 s. 16. 1 Pet. 4, 18. — *b) non facile*, i. e. *vix, perraro;* Ro. 5, 7.*

Μολόχ, ὁ (hebr. מֹלֶךְ, מַלְכָּם, etiam מִלְכֹּם, cf. *Gesenii* Thes. p. 794 s.), *Moloch*, nomen indecl. idoli Ammonitarum, cui homines, potissimum filioli et filiolae, immolabantur. E Jalcuti (in Jer. 7) de-

scriptione ejus figura erat aerea, intus cava, ab imo candefacta, capite bovino, expansis brachiis humanis, quibus parvuli lente concremandi imponebantur, quorum pereuntium clamores ne audirentur a parentibus, sacrificuli tympana pulsabant (v. in *γέεννα*); Act. 7, 43 e LXX Am. 5, 26., ubi hebr. מַלְכְּכֶם, quod vertendum fuerat *βασιλέως ὑμῶν*, i. e. idoli vestri. Cf. *Win.* RWB. s. v. Moloch; *J. G. Müller* in Herzog Enc. 9, p. 714 ss. *Merx* in *Schenkel* BL. 5, p. 194 ss.*

*μολύνω*, inde ab Arstph., *polluo, inquino, contamino, conspurco;* in N. T. non dic. nisi in symbolica et tropica oratione; *οὐκ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν*, dic. qui flagitiorum puros se servarunt, Ap. 3, 4 (cf. Zach. 3, 3 s.); *μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν* dic. qui scortationibus et adulteriis se non deturparunt, 14, 4; *ἡ συνείδησις μολύνεται* dic. ea, cui peccata sunt opprobrio, 1 Co. 8, 7 („inexplebili quodam laedendi proposito conscientiam polluebat," Amm. Marcell. 15, 2; opp. *καθαρὰ συνείδησις*, 1 Tim. 3, 9. 2 Tim. 1, 3; *μολύνειν τὴν ψυχήν*, Sir. 21, 28; ceterum v. in *μιαίνω*).*

*μολυσμός, οῦ, ὁ* (*μολύνω*), *pollutio:* Vulg. *inquinamentum;* actio, qua polluitur aliquid, c. genit. rei, quae polluitur, *σαρκὸς καὶ πνεύματος*, 2 Co. 7, 1. (Jer. 23, 15. 3 Esr. 8, 82. 2 Macc. 2, 27. Plut. mor. p. 779 c.; saepius in scriptis eccles.)*

*μομφή, ῆς, ἡ* (*μέμφομαι*), *vituperium; ἔχειν μομφὴν πρός τινα*, materiam habere de aliquo conquerendi, Col. 3, 13. (Pind. Tragg. al.)*

*μονή, ῆς, ἡ* (*μένω*), *mansio, habitatio, domicilium;* Jo. 14, 2; *μονὴν ποιεῖν* (*Lchm. Tdf. Trg. ποιεῖσθαι*, ut ap. Thuc. 1, 131. Jos. antt. 8, 13, 7. 13, 2, 1), *sedem figere, commorari, habitare, παρά τινι* metaph. de deo et Christo vi et mente sua in fidelium animis saluberrimam efficaciam exercentibus, Jo. 14, 23; v. infra in *ποιῶ.**

*μονογενής, ές* (*μόνος, γένος*), *unigena* (Cic.), *unigenitus* (Vulg. et script. eccles.), *unicus;* dic. de unicis parentum filiis vel filiabus, Hes. theog. 426. 448. Hdt. 7, 221. Plat. Crit. 113 d. Jos. antt. 1, 13, 1. 2, 7, 4; *μονογενὲς τέκνον πατρί*, Aesch. Ag. 898; ita in sacro cod. Heb. 11, 17; *μονογενῆ* (filium vel filiam) *εἶναί τινι*, Judd. 11, 34. Tob. 3, 15. Lc. 7, 12. 8, 42. 9, 38. Hinc *ὁ μονογ. υἱὸς τοῦ θεοῦ* et *υἱ. τοῦ θεοῦ ὁ μονογ.* Jo. 3, 16. 18. 1, 18. 1 Jo. 4. 9; *μονογενὴς παρὰ πατρός*, Jo. 1, 14., de Christo dictum, est *unicus filius dei* s. qui ea, qua ipse filius dei est, notione fratres non habet. Dicitur autem ita a Joanne non propterea, quod *ὁ λόγος* in eo *ἐνσαρκωθείς* ab aeternis a deo patre generetur (quae Orthodoxorum interpretatio est) aut proxime ante mundi initia e dei natura prodierit (id quod Subordinatiani existimant), sed quod per *τοῦ λόγου* deo conjunctissimi *ἐνσάρκωσιν* in ipso factam *naturâ suâ* filius dei est indeque longe alio sensu quam ii, qui per ipsum *τέκνα τοῦ θεοῦ* redduntur (Jo. 1, 13). Etenim quum in joanneis scriptis titulus *τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ* soli *historico* quem nos dicimus Christo tribuatur; neque *ὁ λόγος* solus, neque *Jesus* solus, sed *ὁ λόγος ὁ ἐνσαρκωθείς*, s. Jesus per *τὸν λόγον* cum deo conjunctus, est *ὁ μονογ. υἱὸς τοῦ θεοῦ*. Lectio *μονογενὴς θεός* (sine articulo ante *μονογ.*), Jo. 1, 18, haud levi quidem quorundam antiquorum testimoniorum auctoritate commendata, a *Tregellio* in textum recepta, ab *Hort*, anglico theologo (in commentatione On *μονογενὴς θεός*, Cantabr. and Lond. 1876), eruditissime defensa neque *Harnackio* (in Theol. Lit.-Zeit. 1876, p. 541 ss.) improbabilis visa, sed extra joanneum sentiendi dicendique modum (3, 16. 18. 1 Jo. 4, 9) absona et absurda, dogmaticae cupiditati jam post ecclesiae initia erumpenti originem debere videtur. — Cf. praeterea *Grimm* Exgt. Hdb. ad Sap. p. 152 s.*

*μόνος, η, ον*, LXX maxime pro לְבַד, 1) adjectiv. *solus* (*sine socio*), *a*) c. verbis: *εἶναι, εὑρίσκεσθαι, καταλείπεσθαι* al., Mt. 14, 23. Mc. 6, 47. Lc. 9, 36. Jo. 8, 9. 1 Th. 3, 1; additum pronominibus, *ἐγώ, αὐτός, σύ* al., Mt. 18, 15. Mc. 9, 2. Lc. 24, 18. Ro. 11, 3. 16, 4 al. — *b*) refertur cum nomine suo etiam ad alia verba, ut id, quod praedicati locum teneat, dicatur alicui soli convenire, Mt. 4, 10. Lc. 4, 8. 24, 12. Jo. 6, 22. Heb. 9, 7. 2 Tim. 4, 11; c. negat. sq. *ἀλλά*, Mt. 4, 4. — *ὁ μόνος θεός*, is qui solus deus est, Jo. 5, 44. 17, 3. Ro. 16, 27; *ὁ μόνος δεσπότης*, Jud. vs. 4. — *οὐκ -- εἰ μη μόνος*, Mt. 12, 4. 17, 8. 24, 36. Lc. 6, 4; *οὐδείς -- εἰ μὴ μόνος*, Phil. 4, 15. i. q. *desolatus, auxilio destitutus*, Lc. 10, 40. Jo. 8, 16. 16, 32 (Sap. 10, 1). — 2) Neutr. *μόνον* adverb. *solum, tantum, modo;* add. objecto, Mt. 5, 47. 10, 42. Act. 18, 25. Gal. 3, 2; genitivo, Ro. 3, 29; relatum ad actionem verbo expressam, Mt. 9, 21. 14, 36. Mc. 5, 36. Lc. 8, 50. Act. 8, 16. 1 Co. 15, 19. Gal. 1, 23. 2, 10. — *μόνον μή*, Gal. 5, 13; *οὐ* (*μὴ*) *μόνον*, Gal. 4, 18. Jac. 1, 22. 2, 24; sq. *ἀλλά*, Act. 19, 27; sq. *ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον*, Phil. 2, 12; *ἀλλὰ καί*, Mt. 21, 21. Jo. 5, 18. 11, 52. 12, 9. 13, 9. 17, 20. Act. 19, 26. 21, 13. 26, 29. 27, 10. Ro. 1, 32. 4, 12. 16. 23. 2 Co. 7, 7 al.; *οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καί*, Act. 19, 27. 26, 29 et saepe ap. Paulum, Ro. 5, 3. 11. 8, 23. 9, 10. 24. 2 Co. 7, 7. 8, 19. Phil. 2, 27. 1 Tim. 5, 13.

*μονόφθαλμος, ον* (*μόνος, ὀφθαλμός*), *luscus* (Vulg. Mc. 9, 47), *altero oculo privatus;* Mt. 18, 9. Mc. 9, 47. (Hdt. Apollod. Strab. Diog. Laert. al.)*

*μονόω, ῶ* (*μόνος*), inde ab Hom., *solum facio; solum relinquo; desolo; χήρα μεμονωμένη*, i. e. liberos non habens, 1 Tim. 5, 5 coll. vs. 4.*

*μορφή, ῆς, ἡ*, inde ab Hom., *forma, qua aliquis vel aliquid cadit in conspectum; species externa;* infantes dic. *ψυχῆς τε καὶ μορφῆς* (parentum) *ὁμοιότητα* referentes, 4 Macc. 15, 3; *ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ*, Mc. 16, 12; *ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων*, Phil. 2, 6; *μορφὴν δούλου λαβών*, vs. 7; quem totum locum (id quod uberius exposuimus in Zeitschr. f. wissensch. Theologie 1873, p. 33 ss., cum quibus contende, quae de loco aliter ac nos docet *Holsten* in Jahrbüch. f. protestant. Theol. 1875, p. 449 ss.) ita expediendum putamus: *qui quamvis* (olim quum esset *λόγος ἄσαρκος*) *dei* (imperatoris, opp. *μορφ. δούλου*) *formam* (quo coelitibus animadvertendum se praebebat) *referret, tamen hanc dei aequalitatem non cupide retinendam putavit* (v. in *ἁρπαγμός*), *sed eâ se abdicavit* (v. in *κενόω*), *ita, ut formam servi indueret eo, quod hominibus* (nam etiam angeli sunt *δοῦλοι τοῦ θεοῦ*, Ap. 19, 10. 22, 8 s.) *simillimus factus et habitu repertus est ut homo.* (deus *μένει ἀεὶ ἁπλῶς ἐν τῇ αὑτοῦ μορφῇ*, Plat. de rep. 2, p. 381 c. negaturque deum *φαντάζεσθαι ἄλλοτε ἐν ἄλλαις ἰδέαις -- καὶ ἀλλάττοντα τὸ αὑτοῦ εἶδος εἰς πολλὰς μορφὰς -- καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἰδέας ἐκβαίνειν*, ibid. p. 380 d; *ἥκιστ' ἂν πολλὰς μορφὰς ἴσχοι ὁ θεός*, p. 381 b; — *ἑνὸς σώματος οὐσίαν μετασχηματίζειν καὶ μεταχαράττειν εἰς πολυτρόπους μορφάς*, Philo leg. ad Caj. §. 11; *οὐ γὰρ ὥσπερ τὸ νόμισμα παράκομμα καὶ θεοῦ μορφὴ γίνεται*, ibid. §. 14 in fine; deus *ἔργοις μὲν καὶ χάρισιν ἐναργὴς καὶ παντὸς οὑτινοσοῦν φανερώτερος, μορφὴν δὲ καὶ μέγεθος ἡμῖν ἀφανέστατος*, Jos. c. Ap. 2, 22.*

*μορφόω, ῶ, formo;* in tropico sermone: *ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν*, i. e. extra tropum: donec mens et vita menti vitaeque Christi prorsus consentanea in vobis fuerit formata, Gal.

4, 19. (Arat. phaen. 375. Anth. 1, 33, 1. LXX Jes. 44, 13.)*

μόρφωσις, εως, ἡ (μορφόω), 1) *formatio; τῶν δένδρων*, Theophr. c. pl. 3, 7, 4. — 2) *forma;* i. e. *a*) *sola species, mera umbra; εὐσεβείας*, 2 Tim. 3, 5. —*b*) *forma rei conveniens* s. *id quo aliquid vere exprimitur; τῆς γνώσεως κ. τῆς ἀληθείας*, Ro. 2, 20.*

μοσχοποιέω, ῶ, aor. 1. ἐμοσχοποίησα (μόσχος, ποιέω), *vituli imaginem fabricor*, Act. 7, 41., pro quo Ex. 32, 4 ἐποίησεν μόσχον. (script. eccles.)*

μόσχος, ου, ὁ, 1) *ramulus tenellus et suculentus; surculus*, plantarum, arborum. — 2) ὁ, ἡ μ., *suboles; a*) hominum, *puer, puella*, potissimum vegete et graciliter succrescens. — *b*) animalium *pullus*. — 3) *vitulus, juvencus, juvenca* (*Stier; junge Kuh*); ita ubique in sacro cod. et quidem gen. mascul.; Lc. 15, 23. 27. 30. Heb. 9, 12. 19. Ap. 4, 7. (LXX maxime pro פַּר, taurus, inpr. juvencus; tum pro בָּקָר, armentum, *Rindvieh;* pro שׁוֹר, bos; etiam pro עֵגֶל, vitulus.)*

μουσικός, ή, όν (μοῦσα), Graecis frequentatum, pr. *artium musis sacrarum studiosus et peritus; artium liberalium studio politus;* speciatim *musices peritus; instrumentis musicis canens;* ita Ap. 18, 22.*

μόχθος, ου, ὁ, *labor molestus ac difficilis; miseria, calamitas, aerumna;* 2 Co. 11, 27. 1 Th. 2, 9. 2 Th. 3, 8; v. in κόπος. (Hes. scut. 306. Pind. Tragg. Xen. al.; LXX maxime pro עָמָל.)*

μυελός, οῦ, ὁ (intimo inclusum, a μύω, claudo), *medulla;* Heb. 4, 12. (inde ab Hom.; LXX Job. 21, 24.)*

μυέω, ῶ (a μύω, claudo), *a*) *arcanis sacris* s. *mysteriis initio* (Hdt. Arstph. Plat. Plut. al.; 3 Macc. 2, 30). — *b*) univ. *edoceo, instituo; assuefacio; efficio, ut aliquis cum aliqua re intimam contrahat familiaritatem; ἐν παντὶ κ. ἐν πᾶσι μεμύημαι*, cuivis rerum statui et omnibus singulis vitae casibus assuefactus sum; ita usu exercitatus sum, ut in quemvis incidam statum perferre possim, Phil. 4, 12.*

μῦθος, ου, ὁ, inde ab Hom.; 1) *oratio, sermo, dictum, effatum.* — 2) *narratio;* et quidem *a*) *narratio vera. b*) *narratio ficta, fabula;* univ. *commentum*, 2 Pet. 1, 16; dic. μῦθοι judaicorum theosophorum et Gnosticorum commenta potissimum de aeonum emanationibus et ordinibus, 1 Tim. 1, 4. 4, 7. 2 Tim. 4, 4. Tit. 1, 14.*

μυκάομαι, ῶμαι (a μύ s. μῦ, sono quem bos edit), *mugio*, pr. de bubus et tauris; Hom. Aesch. Eur. Plat. al.); *rugio*, de leone, Ap. 10, 3.*

μυκτηρίζω (μυκτήρ, nasus, nares), pr. *naso adunco* s. *naribus suspensis derideo; irrideo, illudo; τινά*, pass. οὐ μυκτηρίζεται, non patitur sibi illudi, Gal. 6, 7. (pro לַעַג Job. 22, 19. Ps. 80, 7. Jer. 20, 7; נָאַץ Prov. 1, 30; pro בָּזָה, 15, 20. — 1 Macc. 7, 34. Sext. Emp. adv. math. 1, 217.)*

μυλικός, ή, όν (μύλη, mola), *ad molam pertinens, molaris;* Mc. 9, 42 t. vulg. *Grsb.;* Lc. 17, 2 *Lchm. Tdf. Trg.**

μύλινος, η, ον, 1) *e molaribus lapidibus confectus;* Inscrr. II, p. 784, n. 3371. — 2) i. q. μυλικός, v. voc. anteced.; Ap. 18, 21 *Lchm.**

μύλος, ου, ὁ, 1) *lapis molaris;* Ap. 18, 21; μύλος ὀνικός, Mc. 9, 42 *Lchm. Tdf. Trg.;* Lc. 17, 2 t. vulg. *Grsb.;* Mt. 18, 6; nam mola major duobus constabat lapidibus, superiore et inferiore, quorum ille mobilis, hic immobilis erat, ille asini opera versari solebat, unde nomen μ. ὀνικός. — 2) i. q. μύλη, *mola;* Mt. 24, 41 *Lchm. Tdf. Trg.; φωνὴ μύλου*, strepitus, quem faciunt molae, Ap. 18, 22.*

μυλών, ῶνος, ὁ, *locus, in quo mola versatur; pistrinum;* Mt. 24, 41 t. vulg. *Grsb.* (Eur. Thuc. Dem. Arstot. al.)*

Μύρα (*Lchm. Tdf. Trg.* Μύῤῥα), ων, τά, *Myra, orum*, urbs littoralis Lyciae, quae erat minoris Asiae regio littoralis inter Cariam et Pamphyliam; Act. 27, 5.*

μυριάς, άδος, ἡ (μυρίος), LXX pro רְבָבָה et רִבּוֹ, *a*) *numerus decem millium, decem millia*, Act. 19, 19 (de q. l. v. supra in ἀργύριον).—*b*) plur. c. genit. i. q. *innumerabilis multitudo, numerus infinitus*, ut lat. *sexcenti*, nostr. *Tausend;* Lc. 12, 1. Act. 21, 20. Ap. 5, 11. 9, 16; dic. simpliciter de ingentibus *angelorum* turbis, Heb. 12, 22. Jud. vs. 14. Deut. 33, 2. Dan. 7, 10.*

μυρίζω, inf. aor. 1. μυρίσαι (μύρον), inde ab Hdt., *ungo, inungo;* Mc. 14, 8.*

μυρίος, ία, ίον, 1) *innumerabilis, infinitus;* 1 Co. 4, 15. 14, 19. — 2) accentu retracto (cf. *Bttm.* Gr. max. I, p. 278. *Passow* s. v.), μύριοι, ιαι, ια, *decem millia, decies mille*, Mt. 18, 24.*

μύρον, ου, τό (quod Grammatici deducunt a μύρω, fluo, ut sit succus profluens; sed rectius pro orientali voce haberi videtur cognata vocabulo μύῤῥα, hebr. מֹר, מוֹר), *unguentum;* Mt. 26, 7 (v. 9 t. vulg.); vs. 12. Mc. 14, 3—5. Lc. 7, 37. 38. 23, 56. Jo. 11, 2. 12, 3. 5. Ap. 18, 13; distinguitur ab ἐλαίῳ, Lc. 7, 46. (LXX pro שֶׁמֶן, pinguedo, oleum, Prov. 27, 9; pro שֶׁמֶן טוֹב Ps. 133, 2.)*

Μυσία, ας, ἡ, Mysia, provincia Asiae minoris ad littus maris Aegaei, Lydiam inter et Propontidem; habuit inter urbes suas Pergamum, Troada et Assum, Act. 16, 7 s.*

μυστήριον, ίου, τό (μυστής), ap. Graecos *res arcana, secretum; μυστήριόν σου μὴ κατείπῃς τῷ φίλῳ*, Menand.; plur. maxime *arcana sacra* solis initiatis commissa neque ab iis cum profanis hominibus communicanda. In sacro cod. 1) *res arcana, intellectui non patens;* 1 Co, 13, 2. 14, 2 (de arcanis gentilium sacris Sap. 14, 15. 23). — 2) *reconditum consilium* s. *decretum; voluntas secreta;* hominum, τοῦ βασιλέως, Tob. 12, 6. 11; τῆς βουλῆς αὐτοῦ, Judith. 2, 2; dei; μυστήρια θεοῦ, arcana consilia, quae deus in piorum fatis sequitur, profanis et impiis hominibus abscondita, piis perspicua, Sap. 2, 22; in N. T. consilium *dei* de salute per Christum hominibus paranda, olim absconditum nunc vero patefactum, Ro. 16, 25. 1 Co. 2, 7 (de quo loco v. p. 146, col. 1); Eph. 3, 9. Col. 1, 26 s.; add. τοῦ θελήματος αὐτοῦ, Eph. 1, 9; τοῦ θεοῦ, quod deus cepit, Col. 2, 2; τοῦ Χριστοῦ, ad Christum spectans, 4, 3; τοῦ εὐαγγελίου, quod evangelio continetur et nuntiatur, Eph. 6, 19; ἐτελέσθη τὸ μυστ. τοῦ θεοῦ, dic. de integra hujus consilii exsecutione, quando Christus redierit, sperandâ, Ap. 10, 7; τὰ μ. τῆς βασιλείας τῶν οὐρ. s. τοῦ θεοῦ, arcana decreta ad regnum dei pertinentia, Mt. 13, 11. Mc. 4, 11. Lc. 8, 10; dic. de singulis quibusdam eventis a deo decretis regnum suum vel salutem hominum spectantibus, Ro. 11, 25. 1 Co. 15, 51; de consilio dei etiam gentilium christiana salute beandorum, Eph. 3, 3 coll. vs. 5; add. τοῦ Χριστοῦ, vs. 4; οἰκονόμοι μυστηρίων θεοῦ, dispensatores arcanorum dei, i. e. ii, quibus arcana dei consilia commissa sunt hominibus nuntianda, 1 Co. 4, 1; dic. univ. de veritate christiana profanis hominibus abscondita, addito τῆς πίστεως, τῆς εὐσεβείας, quam amplectatur et servet fides vel pietas, 1 Tim. 3, 9. 16; decreto *salutari* tacite opponi videtur τὸ μυστ. τῆς ἀνομίας, arcanum consilium ab improbitate captum, 2 Th. 2, 7. — 3) Ut רָזָא et סוֹד ap. Rabbinos, *arcanus sensus*, alicujus dicti V. Ti., Eph. 5, 32; nominis, Ap. 17, 5; imaginis in viso

oblatae, 1, 20. 17, 5; somnii, Dan. 2, 18 s. 27—30., ubi ita LXX pro רָז. (Vulgatus vocem vertit nomine *sacramenti* his locis Dan. 2, 18. 4, 6. Tob. 12, 7. Sap. 2, 22. Eph. 1, 9. 3, 3. 9. 5, 32. 1 Tim. 3, 16. Ap. 1, 20.)*

*μυωπάζω*, (*μύωψ* et hoc a *μύειν τοὺς ὦπας*), *caecutio, proxima tantum cerno;* 2 Pet. 1, 9. (Aristot. problem. 31, 16).*

*μώλωψ, ωπος, ὁ* (Hesych.: *τραῦμα καὶ ὁ ἐκ πληγῆς αἱματώδης τόπος ἢ καὶ τὰ ἐξερχόμενα τῶν πληγῶν ὕδατα*), *vibix, vulnus sanguine manans;* 1 Pet. 2, 24 e Jes. 53, 5. (Gen. 4, 23. Ex. 21, 25. Jes. 1, 6. Arstot. Plut. Anthol. al.)*

*μωμάομαι, ῶμαι*, aor. 1. med. *ἐμωμησάμην*, aor. 1. pass. *ἐμωμήθην* (*μῶμος*, q. v.), inde ab Hom., *vitupero, carpo, irrideo;* 2 Co. 6, 3. 8, 20. (Prov. 9, 7. Sap. 10, 14.)*

*μῶμος, ου, ὁ, macula, dedecus;* 1) *vituperatio.* — 2) *contumelia*, de hominibus, qui alicui societati sunt dedecori, 2 Pet. 2, 13. (inde ab Hom.; LXX pro מוּם, de corporis vitiis Lev. 21, 16 ss. Deut. 15, 21. Cant. 4, 7. Dan. 1, 4; de animi vitio Sir. 20, 23.)*

*μωραίνω*, aor. 1. *ἐμώρανα*, aor. 1. pass. *ἐμωράνθην* (*μωρός*), 1) ap. Graecos *stultus sum, stulte ago.* — 2) in sacro cod. *a*) *stultum reddo;* pass. Ro. 1, 22 (Jes. 19, 11. Jer. 10, 14. 2 Sam. 24, 10); i. q. aliquem vel aliquid *stultum esse evinco; τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου*, 1 Co. 1, 20 (*τὴν βουλὴν αὐτῶν*, Jes. 44, 25. — *b*) *fatuum et insipidum reddo;* pass. de sale vim et saporem amittente, Mt. 5, 13. Lc. 14, 34.*

*μωρία, ας, ἡ* (*μωρός*), primum ap. Hdt. 1, 146. *stultitia;* 1 Co. 1, 18. 21. 23. 2, 14. 3, 19 (Sir. 20, 31).*

*μωρολογία, ας, ἡ* (*μωρολόγος*), *stultiloquium* (Plaut. Vulg.), *sermo ineptus;* Eph. 5, 4. (Arstot. h. a. 1, 11. Plut. mor. p. 504 b.)*

*μωρός, ά, όν, stultus insipiens;* c. *τυφλός*, Mt. 23, 17. 19; *τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ*, factum vel institutum dei ab hominibus pro stulto habitum, 1 Co. 1, 25; i. q. doctrina et eruditione carens, vs. 27, 3, 18. 4, 10; imprudens, consilii expers, Mt. 7, 26. 23, 17. 19. 25, 2 s. 8; i. q. futilis, inanis, *ζητήσεις*, 2 Tim. 2, 23. Tit. 3, 9; ex imitatione hebr. נָבָל (cf. Ps. 14, 1. Job. 2, 10) i. q. *impius* (quia impius spernit et negligit ea quae ad salutem conducunt), Mt. 5, 22. (LXX pro נָבָל, Deut. 32, 6. Jes. 32, 5 s., pro כְּסִיל, Ps. 93, 8.)*

*Μωσῆς* (ita constanter in textu vulg. N. Ti. et ap. Philonem, secundum hebraeam formam מֹשֶׁה, quod Exod. 2, 10 a מָשָׁה, *extraxit*, deducitur) et *Μωϋσῆς* (ita ap. LXX, Joseph. et in N. T. *Tdf.*, quod in aegyptiaca lingua denotat *ex aqua servatum;* cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 313 et prae ceteris *Gesenii* Thes. II, p. 824. *Knobel* ad Exod. 2, 10., e quorum expositionibus etiam elucet nomen trium syllabarum esse ideoque non cum *Lchm.* et *Trg.* scribendum esse *Μωυσῆς* (etenim *ωυ* diphthongus est, quod elucet ex *ἑωυτοῦ, τωὐτό* = *ἑαυτοῦ, ταὐτο* ap. Iones); adde *Win.* Gramm. p. 44. *Ewald* Gesch. des Volkes Israel, T. II, p. 108 s. ed. 2.), *έως, ὁ, Moses;* Itala et Vulg. *Moyses*, Israëlitarum, quum ex Aegypto in Palaestinam migrarent, dux et legislator longe celeberrimus. Flexionem quod attinet, in N. T. ubique genitivi terminatio est *έως* (quasi a nominativo *Μωϋσεύς*), ap. LXX *ῆ*, ut Num. 4, 41. 45. 49 al. — dat. *ῇ* (ut ap. LXX; cf. Ex. 5, 20. 12, 28. 24, 1. Lev. 8, 21 al.) et *εῖ* (nam codd. indeque edd. variant inter utramque formam), Mt. 17, 4. Mc. 9, 4. Jo. 5, 46. 9, 29. Act. 7, 44. Ro. 9, 15. 2 Tim. 3, 8. — Acc. *ῆν* (ut LXX), Act. 6, 11. 7, 35. 1 Co. 10, 2. Heb. 3, 3; semel *έα*, Lc. 16, 29; cf. *Win.* p. 665. *Bttm.* ntl. Gr. p. 17. — meton. i. q. *libri Mosis*, Lc. 16, 29. 24, 27. Act. 15, 21. 2 Co. 3, 15.

# N.

*Ναασσών* (נַחְשׁוֹן), *ὁ*, indecl., *Naasson*, vir (Ex. 6, 23. Num. 1, 7. Ruth. 4, 20) Mt. 1, 4. Lc. 3, 32 commemoratus.*

*Ναγγαί* (a נָגַהּ, splenduit), *ὁ*, indecl., *Nagge* (Vulg.), *Naggai*, unus e majoribus Christi; Lc. 3, 25.*

*Ναζαρέτ* (ita ubique text. vulg.; praeterea ap. *Tdf.* Mc. 1, 9. Jo. 1, 46 s. et ap. *Trg.* Lc. 1, 26. 2, 4. 4, 16. Jo. 1, 46 s.), *Ναζαρέθ* (ita *Tdf.* et *Trg.* praeter locos modo notatos et statim notandos; ubique *Lchm.* praeter Mt. 4, 13), *Ναζαράθ* (Mt. 4, 13 *Lchm.*), *Ναζαρά* (Lc. 4, 16 *Tdf.* et Mt. 4, 13 *Lchm. Trg.*), *ἡ*, indecl. (et *τὰ Νάζαρα* ap. Orig. et Jul. African. ap. Euseb. h. e. 1, 7, 14; cf. *Keim* I, p. 319 s. et II, p. 421 s., qui formam *Nazara* reliquis praeferendam judicat), *Nazareth*, oppidum inferioris Galilaeae, neque in V. T., neque a Josepho, neque in Talmude (nisi ibi nomen in appellatione בֶּן נֵצֶר, Jesu Christo tributa, agnoscendum statuitur) commemoratum, in amoenissima regione (cf. *Renan* Vie de Jésus, p. 19 s. ed. berol.) in colle exstructum (Lc. 4, 29), ab Hierosolymis tridui, a Tiberiade octo horarum spatio dissitum, patria Jesu (Mt. 13, 54. Mc. 6, 1), hodie *en Nazirah*, circiter 5—6000 incolarum (cf. *Baedeker* Palästina u. Syrien, p. 374); Mt. 2, 23. 4, 13. 21, 11. Mc. 1, 9. Lc. 1, 26. 2, 4. 39. 51. 4, 16. Jo. 1, 46 s. Act. 10, 39. — Hebraeam nominis formam quod attinet, disceptatur, utrum fuerit נֵצֶר surculus, virgultum (ita praeter alios *Hengstenberg* Christologie des A. T. II, p. 124 ss.; sed cf. *Gieseler* in Theol. Studd. u. Kritik., 1831, p. 588 ss.), an נֹצְרָה, excubitrix (cf. 2 Reg. 17, 9; ita *Keim* ll. cc.), an נֹצֶרֶת, excubitrix (ita *Delitzsch* in Zeitschrift f. luth. Theol. 1876, p. 401), an נְצֹרָה, specula, turris excubitorum (ita *Ewald* Götting. gel. Anzeiger, 1867, p. 1602 s.). — Ceterum de oppido cf. *Robinson* Palaestina, III, p. 419—438. *Tobler* Nazareth in Palästina. Brl. 1868.*

*Ναζαρηνός, οῦ, ὁ, Nazarenus, Nazarethanus, Nazaretha oriundus*, nomen gentile a Judaeis Jesu tributum, quod a natalibus inde usque ad illud tempus, quo in publicum prodiit, cum parentibus Nazarethae vixerat; Mc. 1, 24. 14, 67. 16, 6. Lc. 4, 34 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Mc. 10, 47.*

*Ναζωραῖος, ου, ὁ*, i. q. *Ναζαρηνός*, q. v.; dic. ita Jesus Mt. 2, 23. 26, 71. (Mc. 10, 47 t. vulg. *Grsb.*); Lc. 18, 37. 24, 19. Jo. 18, 5. 7. 19, 19. Act. 2, 22. 3, 6. 4, 10. 6, 14. 22, 8. 26, 9; — *οἱ Ναζωραῖοι*, asseclae *Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου*, cognomen Christianis tributum a Judaeis, Act. 24, 5.*

***Ναθάν*** s. (*Tdf.*) *Ναθάμ*, *ὁ* (נָתָן), *Nathan*, filius Davidis regis (2 Sam. 5, 14); Lc. 3, 31.*

*Ναθαναήλ*, *ὁ* (נְתַנְאֵל, deus dedit), *Nathanael*, discipulus Jesu interioris admissionis; Jo. 1, 46—50. 21, 2. Vulgo nihil eum a *Bartholomaeo* differre censetur, propterea quod quemadmodum ap. Jo. 1, 46 Nathanael cum Philippo, ita cum eodem ap. Mt. 10, 3. Mc. 3, 18. Lc. 6, 14 Bartholomaeus componatur, ita, ut *Nathanael* nomen proprium fuerit, *Bartholomaeus* autem cognomen a patre desumtum (v. in *Βαρθολομαῖος*). At vero Act. 1, 13 Philippo et Bartholomaeo interponitur Thomas. — Nomen ad designandum eum discipulum, quem Jesus prae ceteris dilexisse dicitur (v. in *Ἰωάννης*, 2), a quarto evangelista effictum esse, acute quidem, sed frustra probare studuit *Späth* in Zeitschr. f. wissensch. Theologie, 1868, p. 168 ss. et p. 309 ss.*

***ναί***, particula affirmantis vel confirmantis, inde ab Hom., *nae, sane, profecto, utique, ita;* Mt. 11, 26. Lc. 10, 21. Philem. vs. 20. Ap. 1, 7. 16, 7. 22, 20; *ναί, λέγω ὑμῖν, κτλ.*, Mt. 11, 9. Lc. 7, 26. 11, 51. 12, 5; *ναί, λέγει τὸ πνεῦμα*, Ap. 14, 13; est respondentis et interrogationis vel dicti alicujus argumentum confirmantis, Mt. 9, 28. 13, 51. 15, 27. 17, 25. 21, 16. Mc. 7, 28. Jo. 11, 27. 21, 15 s. Act. 5, 8. 22, 27. Ro. 3, 29; duplicatum *ναί*, *verissime*, est graviter asseverantis, Mt. 5, 37; *ἤτω ὑμῶν τὸ ναὶ ναί*, vestrum *ναί* esto *ναί*, h. e. affirmatio vestra habeto veritatem, Jac. 5, 12; *εἶναι* vel *γίνεσθαι ναὶ καὶ οὔ*, esse vel se praestare bilinguem, i. e. infidum, ancipitem, non veracem, 2 Co. 1, 18 s.; *ἵνα παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ ναὶ καὶ τὸ οὒ οὔ*, ut in me deprehendatur et sancta affirmatio et certissima negatio, h. e. ut quae apud me constituo ita constituam, ut, si libuerit vel commodum flagitaverit, non exsequar, vs. 17; *ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν*, obtigerunt per eum quae promisit, vs. 19; *ἐπαγγελίαι ἐν αὐτῷ τὸ ναί* sc. *γεγόνασιν*, eventum habuerunt, eventu comprobatae sunt, vs. 20. — Est obsecrantis in petitionibus, ut nostr. *ja*, c. imperativo, *ναί, - -, συλλαμβάνου αὐταῖς*, Phil. 4, 3 (ubi t. vulg. *καί* pro *ναί*); *ναὶ ἔρχου*, Ap. 22, 20 t. vulg.; ita *ναὶ ναί*, Judith. 9, 22.*

*Ναιμάν*, v. in *Νεεμάν*.

*Ναΐν* (נָאִין pascuum; cf. *Simonis* Onomast. N. Ti. p. 115), *ἡ*, *Nain*, oppidum Galilaeae, ad septentrionales radices minoris Hermonis situm, hodie *Nein*, exiguus viculus a paucissimis familiis habitatus, cum ejusdem nominis vico trans Jordanem sito (Jos. b. jud. 4, 9, 4) non confundendum; Lc. 7, 11.*

***ναός, οῦ, ὁ*** (*ναίω*, habito), LXX pro הֵיכָל, dic. de templo hierosolymitano et quidem de sola *aede sacra*, cujus partes erant *sanctum* et *sanctissimum* (ap. Graecos de aede sacra, in qua simulacrum numinis statutum erat, etiam *δόμος, σηκός* appellatâ, a qua distinguitur *τὸ ἱερόν*, *totum* fanum; quod discrimen observatur etiam in sacro cod.; v. supra in *ἱερόν*), Mt. 23, 16 s. 35. 27, 40. Mc. 14, 58. 15, 29. Jo. 2, 19 s. Ap. 11, 2; neque excipiendus est ab hoc usu locus Mt. 27, 5., dummodo statueris, *desperatum* Judam ingressum esse sanctum, quod ingredi non licebat nisi sacerdotibus; — add. *θεοῦ, τοῦ θεοῦ*, Mt. 26, 61. 1 Co. 3, 17. 2 Co. 6, 16. 2 Th. 2, 4. Ap. 11, 1; speciatim dic. de sancto, in quo sacerdotes sacris operabantur, Lc. 1, 9. 21 s.; de sanctissimo (v. in *καταπέτασμα*), Mt. 27, 51. Mc. 15, 38. Lc. 23, 45; — in visionibus apocalypseos de templo *τῆς καινῆς Ἱερουσαλήμ*, Ap. 3, 12. 7, 15. 11, 19. 14, 15. 17. 15, 5 s. 8. 16, 1. 17; de quibusvis quae comparare licet veri dei templis, Act. 7, 48 t. vulg.; 17, 24; — de argenteis aediculis ad exemplum ephesini Dianae templi fabricatis, 19, 24; — *ὁ θεὸς ναὸς αὐτῆς ἐστιν*, templi locum in ea obtinet, Ap. 21, 22. — metaph. de Christianorum coetu ut quem inhabitet spiritus dei, 1 Co. 3, 16. 2 Co. 6, 16. Eph. 2, 21; eandem ob causam de Christianorum corporibus, 1 Co. 6, 19; — de corpore Christi *ὁ ναὸς τοῦ σώματος αὐτοῦ* (genit. epexeget.), Jo. 2, 21 atque ex mente evangelistae etiam vs. 19.*

*Ναούμ* (נַחוּם, solatium), *ὁ*, *Nahum*, Israelita quidam; Lc. 3, 25.*

***νάρδος, ου, ἡ*** (vox sanscrit.; hebr. נֵרְדְּ, Cantic. 1, 12. 4, 13 s.), *a*) *nardus*, spica indica suavissimi odoris, e genere plantarum, quae *Valeriana* dicuntur, succum praebens optime fragrantem, quo jam veteres vel puro vel mixto utebantur ad oleum praestantissimum parandum; hinc *b*) *oleum nardinum;* ita Mc. 14, 3. Jo. 12, 3. Cf. *Winer* RWB. s. v. Narde; *Rüetschi* in *Herzog* Enc. 10, p. 203. *Furrer* in *Schenkel* BL. 4, p. 286 s.*

*Νάρκισσος, ου, ὁ*, *Narcissus*, Romanus, Ro. 16, 11 commemoratus, quem multi intpp. temere putant esse notissimum Claudii imperatoris libertum (Suet. Claud. 28. Tac. ann. 11, 29 s. 12, 57 al.), contra quos cf. *Win.* RWB. s. v.; *Rüetschi* in *Herzog* Enc. 10, p. 202 s.*

***ναυαγέω, ῶ***, aor. 1. *ἐναυάγησα* (ex *ναυαγός*, naufragus, et hoc ex *ναῦς* et *ἄγνυμι*, frango), passim ap. Graecos inde ab Aeschl. et Hdt., *naufragium facio;* pr. 2 Co. 11, 25; metaph. *περὶ τὴν πίστιν* (fidem quod attinet), 1 Tim. 1, 19.*

***ναύκληρος, ου, ὁ*** (*ναῦς* et *κλῆρος*), inde ab Hdt. *nauclerus, navicularius*, i. e. dominus navis, qui navem vel singula navis spatia trajecturis mercede locat; Act. 27, 11.*

***ναῦς***, acc. *ναῦν*, *ἡ* (a *νάω* s. *νέω*, fluo, nato), *navis*, et quidem navis major; Act. 27, 41. (inde ab Hom.; LXX aliquoties pro אֳנִי et אֳנִיָּה).

***ναύτης, ου, ὁ***, *nauta, navita, navigator;* Act. 27, 27. 30. Ap. 18, 17. (inde ab Hom.)*

*Ναχώρ*, *ὁ* (נָחוֹר a חָרַר, exarsit), nom. propr., *Nachor* (Gen. 11, 21), e majoribus Christi; Lc. 3, 34.

***νεανίας, ου, ὁ*** (a *νεάν* et hoc a *νέος*, cf. *ξυνάν. μεγιστάν*), inde ab Hom.; hebr. נַעַר et בָּחוּר; *adolescens, juvenis;* Act. 20, 9. 23, 17 et in t. vulg. *Grsb.* vs. 18. 22; ut ap. Graecos dic. ut lat. adolescens et hebr. נַעַר (Gen. 41, 12) de viris junioribus aetatem annorum 24—40 nondum egressis, Act. 7, 58.*

***νεανίσκος, ου, ὁ*** (a *νεάν*, v. in *νεανίας*, — de terminatione *ισκος, ισκη* deminutivae notionis indice, *ἀνθρωπίσκος, βασιλίσκος, παιδίσκη* al. cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 443), inde ab Hdt.; LXX maxime pro בָּחוּר et נַעַר; *juvenis, adolescens;* Mt. 19, 20. 22. Mc. 14, 51. 16, 5. Lc. 7, 14. Act. 2, 17. 1 Jo. 2, 13. 14; ut נַעַר (2 Sam. 2, 14. Gen. 14, 24 al.; cf. nostr. *Bursche, Knappe* i. q. *Knabe*) dic. de *famulo juniore;* ita in plur. Mc. 14, 51 t. vulg.; Act. 5, 10.*

*Νεάπολις, εως, ἡ*, *Neapolis*, urbs Macedoniae in littore maris aegaei, sita in sinu strymonico, portu instructa, colonia Chalcidensium, Act. 16, 11 (Strab. 7, p. 330. Plin. 4, 18).*

*Νεεμάν* et (ita *Lchm. Tdf. Trg.* e LXX) *Ναιμάν*, *ὁ* (נַעֲמָן, amoenitas), *Naaman* (Vulg.), dux militiae Syrorum (2 Reg. 5, 1); Lc. 4, 27.*

***νεκρός, ά, όν*** (cognat. latinis vocibus *neco, nex*), LXX maxime pro מֵת; *mortuus*, i. e. 1) proprie, *a*) *qui exspiravit, exanimis* (*entseelt*); Mt. 28, 4. Mc. 9, 26. Lc. 7, 15. Act. 5, 10. 20, 9. 28, 6. Heb. 11, 35. Ap. 1, 17; *ἐπὶ νεκροῖς*, si qui exspiraverint (*bei eingetretenen Todesfällen*), Heb. 9, 17; *ἐγεί-*

ρειν νεκρούς, Mt. 10, 8. 11, 5. Lc. 7, 22; hyperbolice et per prolepsin i. q. *quasi jam mortuum, certissime moriturum, mortis necessitati obnoxium;* τὸ σῶμα, Ro. 8, 10 (τὸ σῶμα et τὸ σωμάτιον φύσει νεκρόν, Epict. diss. 3, 10, 15 et 3, 22, 41; quo sensu Lutherus corpus humanum etsi vivum appellavit *einen alten Madensack*); dic. de corpore hominis mortui (ita jam saepius ap. Hom.; pro נְבֵלָה, cadaver, Deut. 28, 26. Jes. 26, 19. Jer. 7, 33. 9, 22. 19, 7), μετὰ τῶν νεκρῶν, inter mortuos, i. e. sepultos, Lc. 24, 5; θάψαι τοὺς νεκρούς, Mt. 8, 22. Lc. 9, 60; ὀστέα νεκρῶν, Mt. 23, 27; dic. de cadavere trucidati, αἷμα ὡς νεκροῦ, Ap. 16, 3 (pro הָרוּג, Ez. 37, 9; pro חָלָל, confossus, 9, 7. 11, 6). — *b) vitâ defunctus, cujus anima in orco est* (*ein Verstorbener, Abgeschiedener*); Ap. 1, 18. 2, 8; νεκρὸς ἦν, instar mortui erat, Lc. 15, 24. 32; pl. 1 Co. 15, 29. Ap. 14, 13; ἐν Χριστῷ, ii mortui, qui sunt Christiani (v. in ἐν p. 146, col. 2), 1 Th. 4, 16; frequentissime οἱ νεκροί ac νεκροί (sine articulo; cf. *Win.* p. 117 coll. *Bttm.* ntl. Gr. p. 78) dic. de coetu mortuorum (v. in ἀνάστασις et ἐγείρω); 1 Pet. 4, 6. Ap. 20, 5. 12 s.; τὶς ἀπὸ τῶν νεκρῶν, aliquis e mortuorum coetu redux, Lc. 16, 30; sexcenties exstat ἐκ νεκρῶν, e coetu mortuorum (v. in ἀνάστασις, ἀνίστημι, ἐγείρω); ἀνάγειν τινὰ ἐκ ν., Ro. 10, 7. Heb. 13, 20; ζωὴ ἐκ νεκρῶν, vita e mortuis emicans, i. e. reditio mortuorum in vitam, Ro. 11, 15: πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρ., qui e coetu mortuorum rediit primus in vitam, Col. 1, 18; item πρωτότ. τῶν νεκρ.. Ap. 1, 5; ζωοποιεῖν τοὺς ν., Ro. 4, 17; ἐγείρειν τινὰ ἀπὸ τῶν ν., suscitare aliquem ita, ut relinquat coetum mortuorum, Mt. 14, 2. 27, 64. 28, 7; κρίνειν ζῶντας κ. νεκρούς, 2 Tim. 4, 1. 1 Pet. 4, 5; κριτὴς ζώντων κ. νεκρῶν, Act. 10, 42; νεκρῶν κ. ζώντων κυριεύειν, Ro. 14, 9. — *c) vitae expers, vitâ carens, inanimus* (i. q. ἄψυχος); τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστιν, Jac. 2, 26; οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων, deus est tutelaris deus non mortuorum sed vivorum, Mt. 22, 32. Mc. 12, 27. Lc. 20, 38. — 2) trop.; *a) expers vitae dei sibi consciae deoque dicatae, quippe peccatis et flagitiis deditus; iners ad honeste agendum;* Jo. 5, 25. Ro. 6, 13. Eph. 5, 14. Ap. 3, 1; add. τοῖς παραπτώμασιν (dativ. causae), Eph. 2, 1. 5; ἐν τοῖς παραπτ., Col. 2, 13; in sententia acuta: ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς, sepelienda mortuorum suorum corpora relinque iis, qui inertes sunt ad amplectendam salutem evangelio ipsis oblatam, Mt. 8, 22. Lc. 9, 60. — *b)* univ. *vi carens, iners;* τῇ ἁμαρτίᾳ, dic. quem non tangit peccandi libido, Ro. 6, 11; de rebus: ἁμαρτία, Ro. 7, 8; πίστις, Jac. 2, 17. 20. 26; ἔργα, vi et fructu carentia (v. in ἔργον, p. 173, col. 1), Heb. 6, 1. 9. 14.

**νεκρόω**, ῶ, *mortifico* (Vulg. et lat. patres), *neco, interimo;* τινά, pr. Anthol. app. 313, 5; pass. νενεκρωμένος hyperbol. i. q. *effetus*, de sene decrepito, Heb. 11, 12; item σῶμα νενεκρ., Ro. 4, 19; i. q. *omni vi privo, exstinguo;* τὰ μέλη, i. e. libidinem membris (corporis) insidentem, Col. 3, 5 (τὰ δόγματα, Antonin. 7, 2; τὴν ἕξιν, Plut. de primo frig. 21).*

**νέκρωσις**, εως, ἡ (νεκρόω), 1) pr. *mortificatio* (ita Vulg. 2 Co. 4, 10), *interfectio.* — 2) i. q. τὸ νεκροῦσθαι, add. τοῦ Ἰησοῦ, quale Jesus expertus est pro causa dei, dicit ita Paulus signa perpetuarum molestiarum, calamitatum, vexationum cum mortis periculo conjunctarum, in corpore suo conspicua, 2 Co. 4, 10. — 3) i. q. τὸ νενεκρωμένον εἶναι, *status emortui, effeti, summus torpor* (membrorum, Galen.); Ro. 4, 19.*

**νεομηνία**, v. in νουμηνία.

**νέος**, α, ον, ut ap. Graecos inde ab Hom. 1) *recens natus, juvenis, juvenilis;* Tit. 2, 4 (pro נַעַר, Gen. 37, 2. Exod. 33, 11); οἶνος νέος, recens vinum, Mt. 9, 17. Mc. 2, 22. Lc. 5, 37—39 (Sir. 9, 10). — 2) *novus;* 1 Co. 5, 7. Heb. 12, 24; i. q. regenitus, ἄνθρωπος (v. in hac voce p. 31, col. 2), Col. 3. 10.*

**νεοσσός** et (ita *Tdf.*) νοσσός, οῦ, ὁ (νέος), *pullus;* Lc. 2, 24; formam νοσσός LXX e textu vatic. exhibet; sed in cod. alex. ubique exstat νεοσσός; cf. *Sturz* de dial. maced. p. 185 s. *Lob.* ad Phryn. p. 206, 5. (ap. Graecos inde ab Hom.; LXX saepius pro בֵּן de pullis animalium, velut Lev. 12, 6. 8. Job. 38, 41.)*

**νεότης**, τητος, ἡ (νεός), inde ab Hom.; LXX maxime pro נְעוּרִים; *juventus, adolescentia* (*aetas juvenilis*); 1 Tim. 4, 12; ἐκ νεότητός μου, inde a pueris, Mt. 19, 20. Mc. 10, 20. Lc. 18, 21. Act. 26, 4. Gen. 8, 21. Job. 31, 18 al.*

**νεόφυτος**, ον (νέος, φύω), *recens plantatus* (Job. 14, 9. Jes. 5, 7 al.); trop. *novitius* (qui recens Christianus factus est), 1 Tim. 3, 6. (script. eccles.)*

**Νέρων**, ωνος, ὁ, *Nero*, notissimus Romanorum imperator; 2 Tim. 4, 23 t. vulg.*

**νεύω**, ptcp. aor. νεύσας, *nutum do; nutu signum do* s. *significo;* τινί sq. inf. de eo, quod fieri volo, Jo. 13, 24. Act. 24, 10. (inde ab Hom.; LXX Prov. 4, 25.)*

**νεφέλη**, ης, ἡ (νέφος), LXX maxime pro עָנָן. tum vero etiam pro עָב et שַׁחַק; — *nubes;* Mt. 24, 30. 26, 64. Mc. 9, 7. 13, 26. 14, 62. Lc. 9, 34 s. 12, 54. 21, 27. Act. 1, 9. 1 Th. 4, 17. 2 Pet. 2, 17. Jud. vs. 12. Ap. 1, 7. 10, 1. 11, 12. 14, 14 s.; dic. de illa nube, qua Jehova involutus agmina Israelitarum in desertis praeivisse traditur (Exod. 13, 21 s. al.), quam Paulus super iis expansam fuisse statuit (ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, cf. Ps. 105, 39. Sap. 10, 17), 1 Co. 10, 1 s.*

**Νεφθαλείμ**, ὁ (נַפְתָּלִי, i. e. „luctatio mea“, vel e rectiore, uti videtur, interpretatione „versutia mea“, a פָּתַל in Cal. inusitato; cf. *Rüetschi* in *Herzog* Enc. 10, p. 200 s.; Gen. 30, 8), *Naphthali*, Jacobi patriarchae filius sextus, ex Bilha, Rachelis serva, susceptus; Ap. 7, 6; meton. posteri, tribus Naphthalim, Naphthalitae, Mt. 4. 14 s.*

**νέφος**, ους, τό, LXX pro עָב et עָנָן, *nubes;* in N. T. semel trop. *ingens et conferta multitudo s. caterva;* μαρτύρων, Heb. 12, 1; ita saepe ap. profanos; velut νέφ. Τρώων, πεζῶν, ψαρῶν, κολοιῶν, Hom. Il. 4, 274. 16, 66. 17, 755. 23, 133; ἀνθρώπων Hdot. 8, 109; στρουθῶν, Arstph. av. 578; ἀκρίδων, Diod. 3, 29; *peditum equitumque nubes*, Liv. 35, 49.

**νεφρός**, οῦ, ὁ, *ren* (Plat. Arstph.), pl. *renes*, ut a LXX pro כְּלָיוֹת, dic. de intimis humani animi cogitatis, sensis, consiliis, add. καρδίας, Ap. 2, 23., quo c. l. cf. Ps. 7, 10. Jer. 11, 20. 17, 10. Sap. Sap. 1, 6.*

**νεωκόρος**, ου, ὁ, ἡ (νεώς s. ναός, et κορέω, *verro*). 1) pr. *qui templum verrit, purgat.* — 2) *cui templi tuendi ornandique cura commissa est;* Xen. an. 5, 3. 6. Plat. legg. 6, 759 a. — 3) *dei deaeve cultor* vel *cultrix* (οὓς [Israelitas] ὁ θεὸς ἑαυτῷ νεωκόρους ἦγεν [per desertum], Jos. b. jud. 5, 9, 4), ut ex nummis ad nostram memoriam servatis patet, honoris titulus urbium, maxime Asiae minoris, in quibus exquisitus cujusdam dei deaeve vel etiam humani imperatoris cultus constitutus erat (cf. *Stephani* Thes. T. 5, p. 1472 s.); ita τῆς Ἀρτέμιδος, de Epheso, Act. 19, 35.*

**νεωτερικός**, ή, όν (νεώτερος q. v.), *juvenili aetati proprius;* ἐπιθυμίαι, 2 Tim. 2, 22. (3 Macc. 4, 8. Pol. 10, 24, 7. Jos. antt. 16, 11, 8.)*

*νεώτερος, α, ον* (comparat. adjectivi *νέος*, q. v.), *junior;* i. e. *a*) *aetate junior* (quam nunc), Jo. 21, 18. — *b*) *qui juvenili aetate est;* 1 Tim. 5, 11. 14. Tit. 2, 6; opp. *πρεσβύτεροι*, 1 Tim. 5, 1 s. 1 Pet. 5, 5. — *c*) *minor natu;* Lc. 15, 12 s. (4 Macc. 12, 1). — *d*) i. q. *famulus* (v. in *νεανίσκος*), Act. 5, 6; *dignitate inferior.* opp. *ὁ μείζων*, Lc. 22, 26.*

*νή*, particula affirmantium et jurantium, Atticis frequentata, c. acc. personae (maxime dei alicujus deaeve) vel rei, per quam affirmatur vel juratur; lat. *per*, nos *bei;* 1 Co. 15, 31 (Gen. 42, 15 s.).*

*νήθω*, *neo*, *filum duco;* Mt. 6, 28. Lc. 12, 27. (Plat. polit. p. 289 c. Anthol.; pro טָוָה, Ex. 35, 25 s.)*

*νηπιάζω* (*νήπιος*, q. v.), *infans sum;* 1 Co. 14, 20. (Hippocr.; scr. eccles.)*

*νήπιος, ία, ον* (ex *νη*, syllaba inseparabili negandi vim habente, et *ἔπος*); ut ap. Graecos inde ab Hom. *a*) *infans*, *parvulus;* Mt. 21, 16 (e Ps. 8, 3); 1 Co. 13, 11; LXX maxime pro עוֹלֵל et עוֹלָל. — *b*) *puer nondum adultus, necdum sui juris* (nostr. *unmündig*); Gal. 4, 1. — *c*) metaph. *rudis, imperitus, indoctus* (LXX pro פְּתִי, Ps. 19, 8. 119, 130. Prov. 1, 32); Mt. 11, 25. Lc. 10, 21. Ro. 2, 20. Gal. 4, 3. Eph. 4, 14; opp. *νήπιοι* et *τέλειοι* intelligentiâ et doctrinâ provectiores, Heb. 5, 13 s. Philo de agric. §. 2; *νήπ. ἐν Χριστῷ*, in rebus ad Christum spectantibus, 1 Co. 3, 1. — Temere *νήπιοι* pro lect. vulg. *ἤπιοι* recepit *Lchm.* 1 Th. 2, 7.*

*Νηρεύς, έως, ὁ*, *Nereus*, Christianus quidam, qui Romae versabatur, Ro. 16, 15.*

*Νηρί* et (ita *Tdf.* et *Trg.*) *Νηρεί, ὁ* (a נֵר, lucerna), *Neri*, avus Sorobabelis, Lc. 3, 27.

*νησίον, ου, τό* (deminut. vocis *νῆσος*), *parva insula;* Act. 27, 16.*

*νῆσος, ου, ἡ* (*νέω*, nato. pr. *natans terra*), *insula;* Act. 13, 6. 27, 26. 28, 1. 7. 9. 11. Ap. 1, 9. 6, 14. 16, 20. (LXX pro אִי.)*

*νηστεία, ας, ἡ* (*νηστεύω*, q. v.), *inedia, jejunium*, i. e. abstinentia a cibo, et quidem *a*) *voluntaria*, qua quis pietatem prodit et exercet; dic. de jejunio privato, Mt. 17, 21. Mc. 9, 29. Lc. 2, 37. Act. 14, 23 atque in t. vulg. 1 Co. 7, 5; — de jejunio publico lege mosaica praescripto (Lev. 16, 29 ss. 23, 27 ss.) et quotannis dio expiationis magno, qui erat dies 10. mensis Tisri, agi solito, Act. 27, 9 (continet mensis Tisri partes nostrorum mensium Septembris et Octobris; incidit ergo in tempus auctumnale, in *τὴν χειμήριον ὥραν*, quo tempore navigationes propter procellas solebant esse periculosiores, ut ea, de qua h. l. narratur). — *b*) *inedia, ad quam aliquis inopia cogitur;* 2 Co. 6, 5. 11, 27. (Hippocr. Arstot. Philo, Jos. Plut. Ael. Athen. al.; LXX pro צוֹם.)*

*νηστεύω*, f. *εύσω*, ptcp. aor. 1. *νηστεύσας* (a *νῆστις*, q. v.), *jejunus sum, jejuno* (Vulg. et script. eccles.), i. e. *exercendae pietatis causa cibo potuque abstineo*, et quidem vel omni, si jejunio unius diei spatium explendum est, Mt. 6, 16—18. 9, 14 s. Mc. 2, 18—20. Lc. 5, 33. 18, 12. Act. (10, 30 t. vulg. *Grsb.*) 13, 2; vel consueto et delicatiore, si per plures dies continuatur, Mt. 4, 2 coll. 11, 18; *νηστεύει συνεχῶς καὶ ἄρτον ἐσθίει μόνον μετὰ ἅλατος καὶ τὸ ποτὸν αὐτοῦ ὕδωρ*, Acta Thom. §. 20. (Arstph. Plut. mor. p. 626 s. Ael. v. h. 5, 20; LXX pro צוּם.)*

*νῆστις*, acc. plur. *νήστεις* atque (ita *Tdf.*) *νήστις* (v. *Lob.* ad Phryn. p. 326. *Fritzsche* ad Mc. p. 796 s. coll. *Bttm.* ntl. Gr. p. 23), *ὁ, ἡ* (ex *νη* et *ἐσθίω*, v. supra in *νήπιος*), *jejunus, impransus;* Mt. 15, 32. Mc. 8, 3. (Hom. Aeschyl. Hippocr. Arstph. al.)*

*νηφάλεος* (ita t. vulg. 1 Tim. 3, 2. 11 e forma recentioris aetatis) et *νηφάλιος, ον* (ap. Graecos plerumque trium terminationum; a *νήφω*), *sobrius; vino* vel *omni* (Jos. antt. 3. 12, 2), vel saltem *immodico ejus usu abstinens;* 1 Tim. 3, 2. 11. Tit. 2, 2. (ap. profanos, maxime Aeschl. et Plut., dic. de rebus, quibus nihil vini sive infusum sive additum est, velut vasis, libationibus.)*

*νήφω*, imper. plur. aor. 1. *νήψατε*, inde a Theogn. Soph. Xen., *sobrius sum;* in N. T. ubique trop. *non perturbato sed bene composito animo sum; sum temperans, modestus, providus;* 1 Th. 5, 6. 8. 2 Tim. 4, 5. 1 Pet. 1, 13. 5, 8; *εἰς τὰς προσευχάς*, ad preces fundendas, 1 Pet. 4, 7.*

*Νίγερ, ὁ* (nom. lat.), *Niger*, cognomen Simeonis prophetae; Act. 13, 1.*

*Νικάνωρ, ορος, ὁ*, *Nicanor*, Antiochenus, unus e septem diaconis ecclesiae hierosolymitanae, Act. 6, 5.*

*νικάω, ῶ*, ptcp. praes. *νικοῦντι*, Ap. 2, 7 *Lchm.;* 17 *Lchm. Trg. Trg.* (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 38); fut. *νικήσω*, aor. 1. *ἐνίκησα*, pf. *νενίκηκα* (*νίκη*), *vinco; a*) absol. *victoriam reporto, superior discedo;* de Christo omnium adversariorum victore, Ap. 3, 21. 6, 2; *ἐνίκησεν - - ἀνοῖξαι κτλ.*, vicit adeo, ut nunc jus ac potestatem habeat aperiendi cett. 5, 5; de Christianis contra adversariorum vim eorumque tentationes et vexationes constanter fidem ad mortem usque tenentibus, 2, 7. 11. 17. 26. 3, 5. 12. 21. 21, 7; add. *ἐκ τοῦ θηρίου*, vincendo se liberare e potestate belluae, 15, 2; — ubi aliquis in jus vocatur: *causam teneo* s. *obtineo* (*Recht behalten; den Process gewinnen;* ita etiam ap. atticos oratores; etiam *νικᾶν δίκην*, Eur. El. 955); Ro. 3, 4 (e LXX Ps. 51, 6). — *b*) c. acc. objecti; *τινά*, vi et armis, Lc. 11, 22. Ap. 11, 7. 13, 7; de Christo adversariorum victore, 17, 14; *τὸν κόσμον*, nocendi vi privare, potestatem ejus evertere, Jo. 16, 33; *νικᾶν τινά* vel *τί* dic. qui christianae fidei constantiâ et fortitudine integrum et incorruptum se servat ab alicujus moliminibus, sollicitationibus, vexationibus; *diabolum*, 1 Jo. 2, 13 s. Ap. 12, 11; falsos doctores, 1 Jo. 4, 4; *τὸν κόσμον*, 5, 4 s. — *νικᾶν τὸ πονηρὸν ἐν τῷ ἀγαθῷ*, per vim, quae in bono i. e. in beneficiendo inest, efficere, ut adversarium factae injuriae poeniteat, Ro. 12, 21; *νικᾶσθαι ὑπὸ τοῦ κακοῦ*, injuriâ perturbari et ad vindictam abripi, ibid.*

*νίκη, ης, ἡ*, *victoria;* 1 Jo. 5, 4.*

*Νικόδημος* (*νίκη, δῆμος*), *ου, ὁ*, *Nicodemus* (rabbin. נַקְדִּימוֹן), assessor synedrii magni, fautor Jesu, Jo. 3, 1. 4. 9. 7, 50. 19, 39.*

*Νικολαΐτης, ου, ὁ*, *Nicolai sectator;* plur. Ap. 2, 6, 15., quo nomine vix dubitari potest, quin symbolice iidem significentur, quibus vs. 14 vitio vertitur, quod teneant *τὴν διδαχὴν Βαλαάμ*, i. e. ad Bileami exemplum offendiculum ponant ecclesiae dei (Num. 24, 1—3) idolothytis vescendi pariter ac scortandi licentiam stabilituri; graecum enim nomen *Νικόλαος* nihil differt ab hebr. בִּלְעָם ex ea interpretatione, qua *perniciem populi* denotare putatur; v. supra in *Βαλαάμ*.*

*Νικόλαος, ου, ὁ* (*νίκη* et *λαός*), *Nicolaus*, proselytus antiochenus idemque unus e septem diaconis ecclesiae hierosolymitanae; Act. 6, 5.*

*Νικόπολις, εως, ἡ*, (urbs victoriae) *Nicopolis;* Tit. 3, 12. Plures exstabant hujus nominis urbes, plerumque a victore quodam in victoriae de hostibus reportatae memoriam exstructae aut mutato nomine appellatae, in Armenia, Ponto, Cilicia, Epiro, Thracia. Quae h. l. commemoratur, videtur intelligenda esse ea, quam Augustus in gratam victoriae, quam ad Actium de Antonio reporta-

verat, memoriam in Epiri lingula condiderat. Qui spuriam epistolae subscriptionem addidit, quum oppidum *τῆς Μακεδονίας* dicat, de Nicopoli Thraciae ad Nestum fluvium a Trajano condita cogitasse videtur.*

***νῖκος, ους, τό***, e recentioris aetatis forma i. q. *νίκη* (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 647), *victoria;* 1 Co. 15, 55. 57 (2 Macc. 10, 38); *εἰς νῖκος*, donec obtinuerit victoriam, Mt. 12, 20; *κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος*, mors absumta est in victoriam, i. e. prorsus devicta est, 1 Co. 15, 54. (LXX hebr. לָנֶצַח, quod est *in perpetuum*, nonnumquam vertunt *εἰς νῖκος*, 2 Sam. 2, 26. Job. 36, 7. Thren. 3, 18. 5, 20. Am. 1, 11. 8, 7., quia נֵצַח denotat etiam *splendorem*, 1 Chr. 29, 11 et ap. Syros *victoriam.*)*

***Νινευΐ***, ἡ, hebr. נִינְוֵה (quod putatur compositum esse ex נִין et נָוֶה, habitatio Nini), Graecis et Romanis ἡ *Νῖνος*, *Ninus*, Vulg. *Ninive*, urbs ingentis magnitudinis, metropolis regni assyrii, exstructa, ut videtur, circa annum 2000 ante Chr., ad orientalem Tigridis ripam e regione hodiernae urbis *Mosul* sita, diruta anno 606 ante Chr., cujus ruinae cum inaestimabilibus artis et antiquitatis monumentis nuper (inde ab a. 1840), potissimum *Bottae* Galli et *Layardi* Angli operâ et studiis effodi coeptae sunt; cf. *Layard* Niniveh and its remains. Lond. 1849. 2 Tomi (germanice vertit *Meissner*, Lips. 1850); ejusd. discoveries in the ruins of Niniveh and Babylon. Lond. 1853. *H. J. C. Weissenborn* Ninive u. s. Gebiet etc. 2 PP. Erf. 1851—56. *Tuch* de Nino urbe. Lips. 1844. *Spiegel* in *Herzog* Enc. 10, p. 361 ss. *Hitzig* in *Schenkel* BL. 4, p. 334 ss. — In N. T. semel Lc. 11, 32 t. vulg. *Grsb.*

***Νινευΐτης*** s. (ita *Tdf. Trg.*) ***Νινευείτης, ου, ὁ*** (*Νινευΐ*, q. v.), i. q. *Νίνιος* ap. Hdt. Strab., *Ninivites*, Ninives incola; Mt. 12, 41. Lc. 11, 30 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* vs. 32.*

***νιπτήρ, ῆρος, ὁ*** (*νίπτω*), vas manibus pedibusque lavandis aptum, *pelvis;* Jo. 13, 5. (scr. eccles.)*

***νίπτω*** (recentior forma pro antiquiore *νίζω*, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 241), aor. 1. *ἔνιψα*, aor. 1. med. *ἐνιψάμην*, LXX pro רָחַץ, — *madefacio; lavo; τινά*, Jo. 13, 8; *τοὺς πόδας τινός*, vs. 5 s. 8. 12. 14. 1 Tim. 5, 10; med. *me lavo*, Jo. 9, 7. 11. 15; *τὰς χεῖρας*, lavo manus meas, Mc. 7, 3; *τοὺς πόδας*, Jo. 13, 10; *νίψαι τὸ πρόσωπόν σου*, Mt. 6, 17; *νίπτονται τὰς χεῖρας αὐτῶν*, 15, 2.*

***νοέω, ῶ***, aor. 1. *ἐνόησα* (*νοῦς*), inde ab Hom.; LXX pro הֵבִין et הִתְבּוֹנֵן, et pro הִשְׂכִּיל, — 1) *mente percipio, intelligo, cognosco;* absol., add. *τῇ καρδίᾳ*, Jo. 12, 40 (Jes. 44, 18); c. acc. rei, Eph. 3, 4. 20. 1 Tim. 1, 7; pass. Ro. 1, 20; sq. *ὅτι*, Mt. 15, 17. 16, 11. Mc. 7, 18; sq. acc. c. inf., Heb. 11, 3; absol. i. q. *sapio*, Mt. 15, 17. Mc. 7, 18. — 2) *mente agito, animum adverto, perpendo; νοείτω*, sc. attendito animum ad ea quae fiunt, e quibus tempus fugiendi esse pateat, Mt. 24, 15. Mc. 13, 14.*

***νόημα, τος, τό***, inde ab Hom.; 1) *mente perceptum, cogitatum mentis.* — 2) speciatim *consilium*, pravum; *αἰχμαλωτίζειν πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ*, efficere, ut qui prava moliatur contra Christum, ab eo consilio desistat Christoque (qualem Paulus eum docet) se subjiciat, 2 Co. 10, 5; plur. 2 Co. 2, 11 (*τοῦ διαβόλου*, Ignat. ad Eph. 14; *τῆς καρδίας αὐτῶν πονηρᾶς*, Bar. 2, 8). — 3) id quod cogitat, *mens, animus;* plur. (ubi de plurium animis sermo est), 2 Co. 3, 14. 4, 4 et fortasse Phil. 4, 7., nam h. l. etiam cogitata et consilia intelligere licet.*

***νόθος, η, ον, nothus***, i. e. non legitimo conjugio, sed a pellice aut serva natus; Heb. 12, 8; cf. *Bleek* ad l. (Sap. 4, 3; inde ab Hom.)*

***νομή, ῆς, ἡ*** (*νέμω*, pasco), inde ab Hom., 1) pr. *pastus, pabulum;* in sermone parabolico *εὑρήσει νομήν*, i. e. non deerunt ei praesidia ad vitam vitalem necessaria, Jo. 10, 9. (LXX pro מִרְעֶה, מַרְעִית, נָוֶה.) — 2) trop. *incrementum* (*Umsichfressen, Umsichgreifen*); de malis gangraenae instar latius serpentibus, 2 Tim. 2, 17 (de ulceribus: *νομὴν ποιεῖται ἕλκος*, Pol. 1, 81, 6; de incendio: *τὸ πῦρ λαμβάνει νομήν*, 11, 5, 4 coll. 1, 48, 5. Jos. b. jud. 6, 2, 9).*

***νομίζω***, impf. *ἐνόμιζον*, aor. 1. *ἐνόμισα*, impf. pass. *ἐνομιζόμην* (*νόμος*), ut ap. Graecos inde ab Aeschylo et Hdt. 1) *more s. usu et consuetudine receptum habeo; morem s. consuetudinem sequor;* pass. *νομίζεται, moris est, consuetudine s. usu receptum est; οὗ ἐνομίζετο προςευχὴ εἶναι*, ubi ex more locus precandi erat, Act. 16, 13. (2 Macc. 14, 4.) — 2) *statuo, existimo, puto;* sq. inf. Act. 8, 20. 1 Co. 7, 36; sq. acc. c. inf. Lc. 2, 44. Act. 7, 25. 14, 19. 16, 27. 17. 29. 1 Co. 7, 26. 1 Tim. 6, 5; sq. *ὅτι*, Mt. 5, 17. 10, 34. 20, 10. Act. 21, 29; *ὡς ἐνομίζετο*, ut existimari solebat, Lc. 3, 23.*

***νομικός, ή, όν*** (*νόμος*), *ad legem pertinens* (Plat. Arstot. al.); *μάχαι*, Tit. 3, 9; *ὁ νομικός, legis peritus*, in N. T. interpres et doctor legis mosaicae, Mt. 22, 35. Lc. 10, 25. Tit. 3, 13; plur. Lc. 7, 30. 11, 45 s. 52. 14, 3.*

***νομίμως***, adv. (*νόμιμος*); *legitime, legi convenienter, ut decet;* 1 Tim. 1, 8. 2 Tim. 2, 5. (Thuc. Xen. Plat. al.)*

***νόμισμα, τος, τό*** (*νομίζω*, q. v.), 1) *id quod more s. lege receptum sancitumque est.* (Tragg. Arstph.) 2) *numisma, nummus, moneta;* Mt. 22, 19 (et ap. Graecos inde ap. Eur. et Arstph.)*

***νομοδιδάσκαλος, ου, ὁ*** (*νόμος, διδάσκαλος*, cf. *ἑτεροδιδάσκαλος, ἱεροδιδάσκαλος, χοροδιδάσκαλος*), *legis doctor et interpres;* apud Judaeos, Lc. 5, 17. Act. 5, 34; de iis, qui etiam inter Christianos legis mosaicae propugnatores et interpretes agebant, 1 Tim. 1, 7. (Praeterea non offenditur.)

***νομοθεσία, ας, ἡ*** (*νόμος, τίθημι*), *legislatio;* Ro. 9, 4. (Plat. Aristot. Polyb. Diod. Philo al.)*

***νομοθετέω, ῶ*** (*νομοθέτης*), inde a Xen. a Plat.; LXX aliquoties pro הוֹרָה, — 1) *leges fero;* pass. *leges mihi scribuntur* s. *imponuntur* (saepe ita ap. Plat.; cf. *Ast* Lex. platon. II, p. 301); *ὁ λαὸς ἐπ' αὐτῆς* (t. vulg. *ἐπ' αὐτῇ*) *νενομοθέτηται* (t. vulg. *νενομοθέτητο*, de plsqpf. sine augmento v. *Win.* p. 70), populus legem mosaicam accepit fundamento sacerdotii superstructam, Heb. 7, 11. — 2) *lege sancio; τί*, pass. Heb. 8, 6.*

***νομοθέτης, ου, ὁ*** (*νόμος, τίθημι*), *legislator*, Jac. 4, 12 (Xen. Plat. Dem. Joseph. al.; LXX Ps. 9, 21).*

***νόμος, ου, ὁ*** (*νέμω*, divido, partem decerno, assigno), ap. profanos inde ab Hesiode, *quidquid constitutum, quidquid usu receptum est, consuetudo, mos, lex;* ap. LXX persaepe pro תּוֹרָה, praeterea pro חֻקָּה, דָּת al.; — in N. T. *praeceptum, lex;* ac dic. *a*) *de qualicunque lege; διὰ ποίου νόμου;* Ro. 3, 27; *νόμος δικαιοσύνης*, lex s. regula conditionem deo probatam gignens, i. e. cujus observatione deo probamur, Ro. 9, 31; cf. *Meyer, Fritzsche, Philippi* ad l.; *praeceptum; κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκ.*, Heb. 7, 16; plur. de divinae voluntatis praeceptis, Heb. 8, 10. 10, 16; *νόμος τοῦ νοός*, agendi norma, quam ratio (*Vernunft*) praescribit, Ro. 7, 23; mentio divinae legis ita fert, ut etiam ea, quae contra hanc legem *ad agendum* compellunt ideoque instar legis esse videntur, *νόμου* nomine denotentur, ut *ἕτερος νόμος ἐν τοῖς μέλεσί μου*, alia lex quam ea, quam deus dedit, i. e. impetus ad peccandum humanae naturae insidens, sive *ὁ νό-*

*μος τῆς ἁμαρτίας* (gen. auctoris), Ro. 7, 23. 25. 8, 2; item *ὁ ν. τοῦ θανάτου*, a vi mortis proficiscens, 8, 2.; quibus opponitur *ὁ νόμος τοῦ πνεύματος*, impetus ad (bene) agendum a spiritu proficiscens, ibid. — 2) *de lege mosaica*, item quidem, ut prout sententiarum junctura fert, aut *codex* aut *argumentum* legis intelligatur; c. articulo, Mt. 5, 18. 12, 5. 22, 36. Lc. 2, 27. 10, 26. 16, 17. Jo. 1, 17. 46. 7, 51. 8, 17. 10, 34. 15, 25. Act. 6, 13. 7, 53. 18, 13. 15. 21, 20. 23, 3. Ro. 2, 13. 15. 18. 20. 23. 26. 4, 15. 7, 1. 5. 14. 21 (de quo difficili loco recte interpretando cf. *Knapp* Scripta varii argumenti, II, p. 385 ss. et *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 57); 8, 3 s. 1 Co. 9, 8. 15, 56. Gal. 3, 13. 24. Eph. 2, 15 (de quo loco v. in *δόγμα*); 1 Tim. 1, 8. Heb. 7, 19. 28. 10, 1 al.; add. *Μωϋσέως*, Lc. 2, 22. Jo. 7, 23. 8, 5. Act. 13, 39. 15, 5. 28, 23. 1 Co. 9, 9; *κυρίου*, Lc. 2, 39; *τοῦ θεοῦ*, Ro. 7, 22. 8, 7; — *κατὰ τὸν νόμον*, ad legis normam, Act. 22, 12. Heb. 7, 5. 9, 22; — *νόμος*, sine articulo (in epistolis Pauli et Jacobi et epist. ad Heb.; cf. *Win.* p. 117. *Bttm.* ntl. Gr. p. 78), Ro. 2, 23. 25. 3, 31. 4, 15. 5, 13. 7, 1 s. 10, 4. 13, 10. Gal. 3, 21. 5, 23. 1 Tim. 1. 9. Heb. 7, 12 al.; add. *κυρίου*, Lc. 2, 23 s.; *θεοῦ*, Ro. 7, 25; *Μωϋσέως*, Heb. 10, 28; maxime post praepositiones, ut in *διὰ νόμου*, Ro. 2, 12. 3, 20. Gal. 2, 21; *χωρὶς νόμου*, sine opera legis, Ro. 3, 21; expers s. ignarus legis, 7, 9; ubi non lata est lex, vs. 8; *οἱ ἐκ νόμου*, quorum vita regitur lege, Judaei, Ro. 4, 14. 16; *οἱ ἐν νόμῳ*, qui sunt in potestate legis, i. e. ei obstricti, 3, 19; *ὑπὸ νόμον*, sub imperio legis, Ro. 6, 14 s. Gal. 3, 23. 4. 4. 21. 5, 18; *οἱ ὑπὸ νόμον*, 1 Co. 9, 20; *δικαιοῦσθαι ἐν νόμῳ*, Gal. 5, 4; *ἔργα νόμου* (v. in *ἔργον*, p. 173, col. 1); *ἐν νόμῳ ἁμαρτάνειν* (nos: *bei Gesetz*, i. e. *bei Gesetzeskenntniss*), Ro. 2, 12 (=*ἔχοντες νόμον*, cf. vs. 14); *νόμον μὴ ἔχειν* dicuntur ii, quibus mosaica lex non innotuit, vs. 14; *ἑαυτοῖς εἰσι νόμος*, nativa honesti conscientia obtinet apud eos locum legis mosaicae, ibid.; *νόμος ἔργων*, lex opera postulans, 3, 27; *διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον*, ipsa lex (quum mihi persuaderet, ejus observatione salutem me consequi non posse, cf. Ro. 7, 9—24) effecit, ut prorsus ab ea abalienarer, Gal. 2, 19; — *κατὰ νόμον*, legis interpretationem et observationem quod attinet, Phil. 3, 5. — *Observatio* legis designatur his dictionibus: *πληροῦν νόμον*, Ro. 13, 8; *τὸν ν.*, Gal. 5, 14; *πληροῦν τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου*, Ro. 8, 4; *φυλάσσειν τὸν ν.*, Act. 21, 24. Gal. 6, 13; *τὰ δικαιώμ. τοῦ ν.*, Ro. 2, 26; *πράσσειν νόμον*, Ro. 2, 25; *ποιεῖν τὸν ν.*, Jo. 7, 19. Gal. 5, 3; *τηρεῖν*, Act. 15, 5. 24. Jac. 2, 10; *τελεῖν*, Ro. 2, 27 (coll. Jac. 2, 8); — dic. *ὁ νόμος* de singulari quodam legis mos. decreto, Jo. 19, 7. Jac. 2, 8; add. gen. objecti, *τοῦ ἀνδρός*, lex de marito lata, i. e. quo uxor devincitur marito, Ro. 7, 2 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* (ita *ὁ νόμος τοῦ πάσχα*, Num. 9, 12; *τοῦ λεπροῦ*, Lev. 14, 2; alia exempla affert *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 9; adde *Win.* p. 177). — Etsi Judaei non ut nos inter *moralia*, *ritualia*, *civilia* legis praecepta distinguebant, sed omnia eâdem religione et pietate colenda et observanda putabant: tamen in N. T. non raro lex ita commemoratur, ut loquens vel scribens ad solam *ethicam* ejus partem tamquam primariam et inter Christianos quoque in perpetuum valituram respiciat, ritualia autem et civilia tamquam solis Judaeis scripta non curet; ita Gal. 5, 14. Ro. 13, 8. 10. 2, 26 s. 7, 21. 25. Mt. 5, 18 et saepius; *τὰ τοῦ νόμου*, legis praecepta, Ro. 2, 14. In epist. Jacobi *νόμος* (sine articulo) solam ethicam mosaicae legis partem christianae religionis auctoritate confirmatam designat: 2, 9—11. 4, 11. Contra in ep. ad Hebr. praevalet notio de *caeremoniali* legis parte. — 3) *de religione christiana; νόμ. πίστεως*, lex fidem postulans, Ro. 3, 27; *τοῦ Χριστοῦ*, morum doctrina a Christo tradita, maxime praeceptum de caritate, Gal. 6, 2; *τῆς ἐλευθερίας* (v. in *ἐλευθερία*), Jac. 1, 25. 2, 12; *ὁ καινὸς νόμος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἄνευ ζυγοῦ ἀνάγκης ὤν*, Barnab. 2, 6. — 4) per denominationem a parte potiore (i. e. pentateucho) *ὁ νόμος* dic. de *universo codice librorum sacrorum V. Ti.*, Jo. 7,49. 10, 34 (Ps. 82, 6); 12, 34 (Ps. 110, 4. Dan. 2, 44. 7, 14); 15, 25 (Ps. 35, 19. 69, 14); Ro. 3, 19. 1 Co. 14, 21 (Jes. 28, 11 s. 2 Macc. 2, 18., ubi cf. *Grimm*); *ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται*, Mt. 11, 13. Jo. 1, 46. Act. 13, 15. 24, 14. 28, 23. Ro. 3, 21 (2 Macc. 15, 9); i. q. morum doctrina in V. To. tradita, Mt. 5, 17. 7, 12. 22, 40; religionis oeconomia, quae e V. To. cognoscitur, Lc. 16, 29; *ὁ νόμ., οἱ προφ. καὶ ψαλμοί*, Lc. 24, 44 (*ὁ νόμος, οἱ προφ. κ. τὰ ἄλλα πάτρια βιβλία*, prolog. in libr. Sir.). — Paulinam de *τῷ νόμῳ* doctrinam praeter alios exponunt *Weiss* Bibl. Th. p. 259 ss. *Pfleiderer* Paulinism. p. 69 ss. — Non habetur nomen *τοῦ νόμου* in his N. T. libris: 2 Co. Coloss. Thess. 2 Tim., Petri, Judae, Joann., apocal.

*νόος*, v. *νοῦς*.

*νοσέω, ῶ* (*νόσος*), inde ab Hdt., *aegroto*; metaph. dic. de quibusvis etiam *animi* vitiis (*ἀνηκέστῳ πονηρίᾳ νοσεῖν Ἀθηναίους*, Xen. mem. 3, 5, 18 et permultis aliis ap. Graecos exemplis); *περί τι*, teneri studio alicujus rei ut morbo, 1 Tim. 6, 4 (*περὶ δόξαν*, Plat. mor. p. 546 d.).*

*νόσημα, τος, τό*, *morbus*, *aegritudo;* Jo. 5, 4. (Tragg. Arstph. Thuc. Xen. Plat. ss.)*

*νόσος, ου, ἡ*, *morbus*, *aegritudo;* Mt. 4, 23 s. 8, 17. 9, 35. 10, 1. Mc. 1, 34. 3, 15. Lc. 4, 40. 6, 17. 7, 21. 9, 1. Act. 19, 12. (Deut. 7, 15. 28, 59. Ex. 15, 26 al.)*

*νοσσιά, ᾶς, ἡ* (pro *νεοσσιά*, antiquioribus Graecis usitatiore, a *νεοσσός*, q. v.). LXX pro קֵן, 1) *nidus avium*. — 2) *pullus avium;* Lc. 13, 34 t. vulg. *Grsb. Tdf. Trg.* (Deut. 32, 11).*

*νοσσίον, ου, τό* (v. in *νοσσιά*), *pullus avium;* Mt. 23, 37 et ap. *Lchm.* Lc. 13, 34 (Arstph. Arstot. Ael.; pro אֶפְרֹחִים Ps. 84, 4).*

*νοσσός*, v. *νεοσσός*.

*νοσφίζω*, aor. 1. med. *ἐνοσφισάμην* (*νόσφι*, procul, seorsum), *separo;* med. *sepono s. separo mihi*, i. e. *interverto*, *clam subduco et in usus meos converto*, nostr. *unterschlagen; χρήματα*, Xen. Cyr. 4. 2, 42. Plut. Lucull. 37. Aristid. 4; *μηδὲν τῶν ἐκ τῆς διαρπαγῆς*, Pol. 10, 16, 6; *χρυσώματα*, 2 Macc. 4, 32; *ἀλλότρια*, Jos. antt. 4, 8, 29; absol. Tit. 2, 10; (*τὶ*) *ἀπό τινος*, Act. 5, 2. 3. LXX Jos. 7, 1; *ἔκ τινος*, Athen. 6, p. 234 a.*

*νότος, ου, ὁ*, *notus*, *auster; a*) pr. Lc. 12, 55. Act. 27, 13. 28, 13. — *b*) *plaga australis* (cf. *βοῤῥᾶς*); Mt. 12, 42. Lc. 11, 31. 13, 29. Ap. 21, 13. (inde ab Hom.; LXX maxime pro נֶגֶב, regio meridionalis; tum pro דָּרוֹם meridionalis et ventus et plaga; תֵּימָן, idem; קָדִים, orientalis et plaga et ventus.)*

*νουθεσία, ας, ἡ* (*νουθετέω*, q. v.); *admonitio*, *adhortatio;* Sap. 16, 6. 1 Co. 10, 11. Tit. 3, 10; *κυρίου*, qualis domini (Christi) est s. ab eo proficiscitur, Eph. 6, 4. (Arstph. ran. 1009; Diod. 15, 7; praeterea ap. Philon. Joseph. et alios recentiores pro *νουθέτησις* et *νουθετία*, quae formae antiquioribus usitatiores erant; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 512.)*

*νουθετέω, ῶ* (*νουθέτης* et hoc a *νοῦς* et *τίθημι*, ergo pr. i. q. *ἐν τῷ νῷ τίθημι*, nostr. *an das Herz legen*), *admoneo*, *adhortor; τινά*, Act. 20, 31. Ro. 15. 14. 1 Co. 4, 14. Col. 1, 28. 3, 16. 1 Th. 5, 12. 14. 2 Th. 3, 15. (Job. 4, 3. Sap. 11, 10. 12, 2. Tragg. Arstph. Xen. Plat. al.)*

**νουμηνία** et e rariore forma soluta (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 148) νεομηνία (ita *Lchm.* et *Trg.*), ας, ἡ (νέος, μήν, mensis), *neomenia* (Vulg.), *intermenstruum, interlunium;* barbare *novilunium* (*Neumond*); de judaico interlunii festo, Col. 2, 16. (LXX maxime pro חֹדֶשׁ; etiam pro אֶחָד בַּחֹדֶשׁ, Exod. 40, 2; et רָאשֵׁי חֹדֶשׁ, Num. 10, 10. 28, 11; v. supra in μήν. — Pind. Arstph. Thuc. Xen. al.)*

**νουνεχῶς** (νοῦς, ἔχω), adv. *sapienter, prudenter;* Mc. 12, 34 (Pol. 1, 83, 3: νουνεχῶς καὶ φρονίμως; 5, 88, 2: νουνεχῶς καὶ πραγματικῶς.)*

**νοῦς** (contr. ex νόος), gen. νοός, dat. νοΐ (ita e fatiscentis graecitatis flexione pro antiquioribus formis νοῦ, νῷ, contr. ex νόου, νόῳ, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 453. *Win.* §. 8, 2), acc. νοῦν (contr. ex νόον), LXX pro לֵב et לֵבָב; — *mens;* respondet maxime germanico *Sinn;* i. e. 1) *animus*, quo nomine comprehendas *facultates tum percipiendi et intelligendi, tum judicandi, sentiendi* ac *decernendi;* hinc speciatim est *a*) *facultas intelligendi, intelligentia;* Lc. 24, 45 (de q. l. v. in διανοίγω); Phil. 4, 7. Ap. 13, 18. 17, 9; opp. τῷ πνεύματι, animo acrius et fervidius concitato totique in divinas res defixo sed claris earum notionibus carente, 1 Co. 14, 14 s. 19; ἔχειν τὸν νοῦν κυρίου, intelligentiâ Christi instructum esse, 1 Co. 2, 16. — *b*) *ratio* (quod nos dicimus *die Vernunft im engeren Sinne als die Befähigung für das Ideale*), suprema animi vis, *facultas res divinas percipiendi, honesta cognoscendi, prava detestandi;* Ro. 1, 28. 7, 25. Eph. 4, 17. 1 Tim. 6, 5. 2 Tim. 3, 8. Tit. 1, 15; opp. τῇ σαρκί, Ro. 7, 25; ἀνανεοῦσθαι τῷ πνεύματι τοῦ νοός, ita immutari, ut recentetur spiritus, quo ratio agitur, Eph. 4, 23. — *c*) *facultas sobrie, tranquille, aeque res considerandi et judicandi*, 2 Th. 2, 2. — 2) *sentiendi ac decernendi ratio;* Ro. 14, 5. 1 Co. 1, 10; i. q. *cogitata, sensa, consilia;* τοῦ κυρίου (e Jes. 40, 13), Ro. 11, 34. 1 Co. 2, 16; i. q. *studia*, τῆς σαρκός, Col. 2, 18.*

*Νυμφᾶς*, ᾶ, ὁ, *Nymphas*, incola quidam Laodiceae christianus; Col. 4, 15.*

**νύμφη**, ης, ἡ, LXX pro כַּלָּה, 1) *sponsa;* Jo. 3, 29. Ap. 18, 23. 21, 2. 9. 22, 17. — 2) ap. Graecos inde ab Hom. *recens nupta; mulier junior;* hinc in bibl. et eccles. graecitate, ut hebr. כַּלָּה (quod et sponsam et nurum significat), *nurus;* Mt. 10, 35. Lc. 12, 53. (Mich. 7, 6. Gen. 11, 31. Ruth. 1, 6; etiam Jos. antt. 5, 9. 1.)*

**νυμφίος**, ίου, ὁ (νύμφη), *sponsus;* Mt. 9, 15. 25, 1. 5 s. 10. Mc. 2, 19 s. Lc. 5, 34 s. Jo. 2, 9. 3, 29. Ap. 18, 23. (inde ap. Hom.; LXX pro חָתָן.)*

**νυμφών**, ῶνος, ὁ (νύμφη), *conclave, in quo est lectus conjugalis;* οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος (v. in υἱός) dic. amici sponsi, quorum erat curare et parare ea quae ad thalamum pertinebant, i. e. ea quae ad nuptias rite ineundas et celebrandas requirebantur, Mt. 9, 15. Mc. 2, 19. Lc. 5, 34 (Tob. 6, 13. 16; script. eccles.; Heliod. 7, 8); *conclave, in quo nuptiarum solemnia celebrantur*, Mt. 22, 10 *Tdf.**

**νῦν** et (de quo v. suo in loco) νυνί, adv., *nunc;* (LXX pro עַתָּה); est autem 1) adv. *temporis, nunc*, i. e. *praesenti tempore; a*) ita, ut praesens tempus per rem, quae esse nunc aut fieri dicitur, *praeterito* tempori opponatur; Jo. 4, 18. 9, 21. Act. 16, 37. 23, 21. Ro. 13, 11. 2 Th. 2, 6. 2 Co. 7, 9. 13, 2. Phil. 1, 30. 2, 12. 3, 18. Col. 1, 24 al.; non raro notat longius praesentis temporis spatium pristino rerum statui oppositum, Lc. 16, 25. Act. 7, 4. Gal. 1, 23. 3, 3; speciat. tempus, ex quo aliqui religionem christ. receperunt, Ro. 5, 9. 11. 6, 19. 21. 8, 1. Gal. 2, 20. 4. 29. 1 Pet. 2, 10. 25; vel tempus, inde a quo evangelii beneficium hominibus obtigit, praeteritis temporibus opponitur, i. q. *nostra aetate*, Act. 7, 52. Ro. 16, 26. 2 Co. 6, 2. Eph. 3, 5. 10. 2 Tim. 1, 10. 1 Pet. 1, 12. 3, 31. — *b*) opponitur tempori *futuro*, Jo. 12, 27. 13, 36 (opp. ὕστερον); 16, 22. Ro. 11, 31. 1 Co. 16, 12; νῦν κ. εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας, Jud. vs. 25; ita dic., ut hanc ante Christi reditum aetatem distinguat ab aetate post hunc reditum, Lc. 6, 21. 25. Eph. 2, 2. Heb. 2, 8. 2 Pet. 3, 18. 1 Jo. 2, 28; add. ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, Mc. 10, 30. — *c*) Nonnumquam νῦν c. praes. dic. de eo quod *statim* vel *mox* futurum est; Lc. 2, 29. Jo. 12, 31. 16, 5. 17, 13. Act. 26, 17; — c. praeterito de iis, quae facta sunt *modo* (*so eben*), Mt. 26, 65. Jo. 21, 10; aut *nuperrime* (*eben erst*, hyperbolice i. q. *vor Kurzem*); νῦν ἐζήτουν σε λιθάσαι οἱ Ἰουδαῖοι, Jo. 11, 8; cf. *Kypke* ad. l.; *Viger.* ed. Herm. p. 425 s. — c. futuro de iis rebus futuris, quae fieri jam coepta cogitantur, Jo. 12, 31; aut de iis, quae *illico* fient, Act. 13, 11; aut *mox*, Act. 20, 22. — *d*) cum imperativo saepe denotat tempus rei faciendae opportunum, Mt. 27, 42 s. Mc. 15, 32. Jo. 2, 8. Unde intendendae exhortationi inservit in ἄγε νῦν, *age nunc, agedum*, Jac. 4, 13. 5, 1 (ubi rectius scribitur ἄγε νυν, cf. *Passow* II, p. 372). — *e*) c. aliis particulis, quibus oppositio temporum accuratius notetur: καὶ νῦν, *etiam nunc*, Jo. 11, 22. Phil. 1, 20; *atque nunc*, Jo. 17, 5. Act. 7, 34. 10, 5. 20, 25. 22, 16; ἀλλὰ νῦν, Lc. 22, 36; ἀλλὰ καὶ νῦν, *at vel nunc*, Jo. 11, 22; ἔτι νῦν, 1 Co. 3, 2; νῦν δέ (v. infra in νυνί), *nunc autem*, Jo. 16, 5. 17, 13. Heb. 2, 8; τότε - - νῦν δέ, Gal. 4, 9. Ro. 6, 21. Heb. 12, 26; ποτὲ - - νῦν δέ, Ro. 11, 30. Eph. 5, 8. 1 Pet. 2, 10; νῦν ἤδη, *nunc jam*, 1 Jo. 4, 3. — νῦν οὖν, *nunc igitur*, Act. 10, 33. 15, 10. 16, 36. 23, 15 (Gen. 27, 8. 43. 31, 13. 30. 45, 8. 1 Macc. 10, 71). — τὸ νῦν ἔχον, v. in ἔχω, p. 186, col. 2 sub finem. — *f*) c. articulo; *α*) c. accus. absol. articuli, τὰ νῦν, *praesens tempus quod attinet; in praesenti, nunc* (quo sensu si dic., scribitur etiam τανῦν), Act. 4, 29. 17, 30. 20, 32. 27, 22 (2 Macc. 15, 8; saepe ap. Graecos; etiam τὸ νῦν, 1 Macc. 7, 35. 9, 9; cf. *Krüger* §. 50, 5, 13. *Bnhdy* p. 328. *Bttm.* §. 125, 8. Anm. 5); *ea quae nunc sunt, res praesentes*, Judith. 9, 5; acc. absol. *quod attinet ea quae nunc fiunt = causam de qua nunc agitur*, Act. 4, 29. — *β*) ὁ, ἡ, τὸ νῦν, *praesens*, add. substantivis, ut ὁ νῦν αἰών, 1 Tim. 6, 17. 2 Tim. 4, 10. Tit. 2, 12; καιρός, Ro. 3, 26. 8, 18. 11, 5; ἡ νῦν Ἱερουσαλήμ, Gal. 4, 25; οἱ νῦν οὐρανοί, 2 Pet. 3, 7; μοῦ τῆς πρὸς ὑμᾶς νῦν (vel νυνί) ἀπολογίας, Act. 22, 1. — *γ*) τὸ νῦν c. praeposs.; ἀπὸ τοῦ νῦν (LXX pro מֵעַתָּה), *ab hoc inde tempore*, Lc. 1, 48. 5, 10. 12, 52. 22, 69. Act. 18, 6. 2 Co. 5, 16; ἄχρι τοῦ νῦν, Ro. 8, 22. Phil. 1, 5; ἕως τοῦ νῦν (LXX pro עַד עַתָּה), Mt. 24, 21. Mc. 13, 19. — 2) Ut nostrum *nun* et Latinorum *nunc*, in *conclusione* ponitur; *ut nunc res se habet; quae quum ita sint; hac rerum conditione; rebus ita comparatis;* Lc. 11, 39 (νῦν = quum observandis traditionis praeceptis intenti sitis); Col. 1, 24; καὶ νῦν, 1 Jo. 2, 28. 2 Jo. vs. 5; καὶ νῦν δεῦρο, Act. 7, 34. — νῦν δέ (et νυνὶ δέ, v. in νυνί), *nunc vero; atqui;* nostr. *nun aber, so aber* (saepe ap. Graecos; cf. *Viger.* ed. Herm. p. 426. *Matthiae*, II, p. 1434. *Kühner* II, p. 672); 1 Co. 7, 14. Jac. 4, 16 et in t. vulg. *Grsb.* Heb. 9, 26; maxime post conditionales enuntiationes cum εἰ et indicativo praeteriti, Lc. 19, 42. Jo. 8, 40. 9, 41. 15, 22. 24. 18, 36. 1 Co. 12, 20. — Non exstat νῦν in apocalypsi.

**νυνί** (νῦν c. iota demonstrativo), ap. Atticos *nunc ipsum* (*gerade jetzt, eben jetzt*), tantummodo de *tempore* usurpatur, fere semper c. praes., rarissime c. futuro jungitur (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 19), in N. T. non

exstat nisi in Pauli scriptis paucisque Actorum et epist. ad Hebr. locis nec quidquam ibi a simplici νῦν differt; cf. *Fritzsche* Epist. ad Rom. T. I, p. 182. — Dic. autem 1) *de tempore;* c. praes. (Job. 30, 9) Act. 24, 13 *Lchm. Tdf.;* Ro. 15, 23. 25. 1 Co. 13, 13 (*ἄρτι - - τότε δὲ - - νυνὶ δέ*); 2 Co. 8, 11. 22. Philem. vs. 9; vs. 11 (sc. *ὄντα*); c. pfct. durationem indicante Ro. 3, 21; c. praeterito (Ps. 17, 11), Ro. 6, 22 (opp. *τότε*); 7, 6. Eph. 2, 13 (opp. *ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ*); Col. 1, 21 (opp. *πότε*); vs. 26 (opp. *ἀπὸ τῶν αἰώνων*); c. futuro, Job. 7, 20. Bar. 6, 4. 2 Macc. 10, 10; — *τῆς πρὸς ὑμᾶς νυνὶ ἀπολογίας*, Act. 22, 1. — 2) contra Graecorum usum in *concludendo* (v. in *νῦν*, n. 2): *quum vero ita res se habeat;* 1 Co. 14, 6 (= quum sine interpretatione ὁ *γλώσσῃ λαλῶν* coetui nihil prosit); *atqui* (*so aber*); Heb. 9, 26 *Lchm. Tdf. Trg.;* post conditionales enuntiationes c. *εἰ* (v. in *νῦν*, n. 2), Ro. 7, 17. 1 Co. 12, 18. 15, 20. Heb. 8, 6 coll. vs. 4; 11, 16 t. vulg. coll. vs. 15.*

**νύξ**, *κτός*, *ἡ*, LXX pro לַיִל et לַיְלָה; — *nox;* Mc. 6, 48. Act. 16, 33. 23, 23. Jo. 13, 30. Ap. 21, 25. 22, 5; *ἵνα ἡ νὺξ μὴ φαίνῃ τὸ τρίτον αὐτῆς*, i. e. ut nox careret tertia lucis parte, quam ei luna stellaeque praebent, Ap. 8, 12; gen. *νυκτός, noctu*, Mt. 2, 14. 28, 13. Lc. 2, 8. Jo. 3, 2. Act. 9, 25. 1 Th. 5, 7; *νυκτὸς καὶ ἡμέρας*, Mc. 5, 5. 1 Th. 2, 9. 3, 10. 1 Tim. 5, 5; *ἡμέρας κ. νυκτός*, Lc. 18, 7. Act. 9, 24. Ap. 4, 8. 7, 15. 12, 10 al.; *μέσης νυκτός, media nocte*, Mt. 25, 6; ubi quaeritur *quando? ταύτῃ τῇ νυκτί*, hac nocte, Lc. 12. 20. 17, 34. Act. 27, 23; *τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ*, Act. 12, 6; *τῇ ἐπιούσῃ ν.*, 23, 11; ubi quaeritur *quamdiu? νύκτα καὶ ἡμέραν*, Lc. 2, 37. Act. 26, 7. 20, 31; aliter Mc. 4, 27 (diem et noctem, sc. ei, quod h. l. facere dicitur, impendens); *τὰς νύκτας*, per noctes, Lc. 21, 37; *νύκτας τεσσαράκ.*, Mt. 4, 2; *τρεῖς*, 12, 40; *διὰ τῆς νυκτός*, v. in *διά*, n. II, b; *δι' ὅλης τῆς νυκτός*, per totam noctem, Lc. 5, 5; *ἐν νυκτί*, tum, quum dormiret, Act. 18, 9; (*κλέπτης*) *ἐν νυκτί*, 1 Th. 5, 2 et in t. vulg. 2 Pet. 3, 10; *ἐν τῇ νυκτί*, intra noctem, Jo. 11, 10. *ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ*, Mt. 26, 31. 34. Mt. 14, 30; *ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ κτλ.*, 1 Co. 11, 23; *κατὰ μέσον τῆς νυκτός*, circa mediam noctem, Act. 27, 27. — metaph., tempus, quo ab opere cessatur, i. e. tempus mortis, Jo. 9, 4; tempus sceleribus flagitiisque opportunum, tempus inscitiae et improbitatis, Ro. 13, 12; tempus, quo somno indulgent vel fessi vel ebrii, dict. pro socordia et segnitie, 1 Th. 5, 5.

**νύσσω** (*ττω*), aor. 1. *ἔνυξα*, *tundo, pungo, pungendo perfodio; transfigo*, saepe ap. Hom. de gravioribus, etiam letalibus vulneribus, quae alicui inferuntur; velut *τὸν μὲν ἔγχεϊ νύξ' - - στυγερός δ' ἄρα μιν σκότος εἷλε*, Il. 5, 45. 47; *φθάσας αὐτὸν ἐκεῖνος νύττει κάτωθεν ὑπὸ τὸν βουβῶνα δόρατι καὶ παραχρῆμα διεργάζεται*, Jos. b. jud. 3, 7, 35; ita *τὴν πλευρὰν λόγχῃ*, Jo. 19, 34 coll. 20, 25. 27. De reliquo vocis usu cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 559.*

**νυστάζω**, aor. 1. *ἐνύσταξα* (*ΝΥΩ*, cf. *νεύω, νευστάζω*), LXX pro נוּם; — 1) pr. *dormiens capite nuto, dormio* (Hippocr. Arstph. Xen. Plat. al.); *somno obruor s. opprimor, obdormio* (cf. nostr. *einnücken*), Mt. 25, 5; LXX pro נִרְדָּם, Ps. 76, 7. — 2) ut lat. *dormito* trop. i. q. *negligens sum, non curo* (Plat. Plut. al.); de re i. q. *cunctor*, 2 Pet. 2, 3.*

**νυχθήμερον**, *ου, τό* (*νύξ, ἡμέρα*), *temporis spatium diem et noctem complectens;* 2 Co. 11, 25. (Alex. Aphr.; Geopon.) Cf. *Sturz* de dial. mac. p. 186.*

**Νῶε** (*Νῶεος, ου*, ap. Joseph.), *ὁ* (נֹחַ, requies), *Noachus*, secundus generis humani parens; Mt. 24, 37 s. Lc. 3, 36. 17, 26 s. Heb. 11, 7. 1 Pet. 3, 20. 2 Pet. 2, 5.*

**νωθρός**, *α όν* (= *νωθής* ab *νή* et *ὠθέω*, cf. *νώδυνος, νώνυμος* a *νή* et *ὀδύνη, ὄνομα*), *tardus, segnis, ignavus, hebes, languidus;* Heb. 6, 12; c. dat. relationis, *ταῖς ἀκοαῖς*, de eo, qui aegre aliquid percipit, 5, 11; *νωθρὸς καὶ παρειμένος ἐν τοῖς ἔργοις*, Sir. 4, 29; *νωθρὸς κ. παρειμένος ἐργάτης*, Clem. Rom. 1 Co. 34, 1. (Plat. Arstot. Polyb. Dion. Hal. Anthol. al.)*

**νῶτος**, *ου, ὁ, dorsum;* Ro. 11, 10 e Ps. 69, 24. (ap. Hom. *ὁ νῶτος*, plur. *τὰ νῶτα;* ap. Atticos plerumque *τὸ νῶτον*, rarissime *ὁ νῶτος*, plur. semper *τὰ νῶτα;* LXX *ὁ νῶτος*, plur. *οἱ νῶτοι;* cf. *Lob.* ad Phryn. p. 290. *Passow* s. v.)*

# Ξ.

**Ξενία**, *ας, ἡ* (*ξένιος, ία, ον* et hoc a *ξένος*), inde ab Hom., *hospitalitas, hospitium;* i. q. *deversorium*, Act. 28, 23 (i. q. vs. 30 *τὸ μίσθωμα*); Philem. vs. 22.*

**ξενίζω**, aor. 1. *ἐξένισα*, aor. pass. *ἐξενίσθην*, inde ab Hom.; 1) *excipio hospitio; τινά*, Act. 10, 23. 28, 7. Heb. 13, 2; pass. *excipior hospitio; utor hospitio, deversor, ἐνθάδε*, Act. 10, 18; *ἐν οἰκίᾳ τινός*, vs. 32; *παρά τινι*, 10, 6. 21, 16 et in quibusdam codd. 1 Co. 16, 19 (Diod. 14, 30). — 2) *rei alicujus insolentia et novitate stuporem excito* s. *in stuporem abripio* (nostr. *befremden*); *ξενίζοντά τινα*, Act. 17, 20 (*ξενίζουσα πρόσοψις καὶ καταπληκτική*, Pol. 3, 114, 4; *τὸν θεὸν ἐξένιζε τὸ πραττόμενον*, Jos. antt. 1, 1, 4; *ξενίζουσαι συμφοραί*, 2 Macc. 9, 6); pass. *miror, stupeo rei novitatem vel insolentiam; mirum mihi videtur, offendor;* c. dat. rei, 1 Pet. 4, 12 (Pol. 1, 23, 5. 3, 68, 9); *ἐν* c. dat. rei, 4, 4.*

**ξενοδοχέω** (pro antiquiore forma *ξενοδοκέω*, inde ab Hdt. usitata; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 307), *ῶ*, aor. 1. *ἐξενοδόχησα* (*ξενοδόχος*, i. e. *ξένους δεχόμενος*), *hospitio excipio, hospitalis sum;* 1 Tim. 5, 10. (Dio Cass. 78, 3.)*

**ξένος**, *η, ον*, inde ab Hom., *hospes;* i. e. 1) *peregrinus, advena* (opp. *ἐπιχώριος*. Plat. Phaed. c. 2. Jos. b. jud. 5, 1, 3); *a*) pr. Mt. 25, 35. 38. 43 s. 27, 7. 3 Jo. vs. 5; *ξένοι κ. παρεπίδημοι ἐπὶ τῆς γῆς*, Heb. 11, 13; *οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι*, Act. 17, 21; opp. *συμπολίτης*, Eph. 2, 19. (LXX pro אֹרֵחַ, viator, 2 Sam. 12, 4 cod. alex.; pro גֵּר, Job. 31, 32; aliquoties pro נָכְרִי.) — *δαιμόνια*, Act. 17, 18. — *b*) trop. *α*) *alienus* (ab aliquo); *ignarus; expers;* c. gen. rei, *τῶν διαθηκῶν καὶ ἐπαγγελιῶν*, Eph. 2, 12 (*τοῦ λόγου*, Soph. OC. 218). — *β*) *novus, inauditus; διδαχαί*, Heb. 13, 9; *ξένον τι*, res insolita, mira, 1 Pet. 4, 12. (Aesch. Prom. 690. Diod. 3, 15 et 52 et ap. alios). — 2) *is, qui aliquem hospitio excepit; apud quem aliquis deversatur* (*Wirth*); *ὁ ξένος μου*, Ro. 16, 23., ubi add. *καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης*, i. e. aut „qui quotquot coetus socii limen ejus intrant, liberaliter

excipere solet," aut „qui domi suae conventus sacros agi benigne patitur" (*Fritzsche*).

*ξέστης, ου, ὁ* (corrupt. e lat. sextarius), *a*) *sextarius*, i. e. vas sextarii capax, mensura fluidorum (Jos. antt. 8, 2, 9 [v. in *βάτος*]; Epict. diss. 1, 9, 33. 2, 16, 22; Galen. et script. med.). — 2) *urceus* (ita Vulg.) *ligneus*, e quo aqua vinumve funditur, sive sextarium capiat, sive plus sive minus; Mc. 7, 4. 8.*

*ξηραίνω*, f. *ανῶ*, aor. 1. *ἐξήρανα* (Jac. 1, 11); 3 ps. sing. pf. pass. *ἐξήρανται* (Mc. 11, 21), ptcp. pf. pass. *ἐξηραμμένος*, aor. 1. p. *ἐξηράνθην*, cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 36 (a *ξηρός*, q. v.), inde ab Hom.; LXX maxime pro יָבֵשׁ et הוֹבִישׁ, — *arefacio; act.*, *τὸν χόρτον*, Jac. 1, 11; pass. *aresco* (LXX pro יָבֵשׁ); de plantis, Mt. 13, 6. 21, 19 s. Mc. 4, 6. 11, 20 s. Lc. 8, 6. Jo. 15, 6; de *maturescentibus* segetibus, Ap. 14, 15; de rebus fluidis: *ἡ πηγή*, Mc. 5, 29; *τὸ ὕδωρ*, Ap. 16, 12 (Gen. 8, 7. Jes. 19, 5); de membris corporis: *contabesco* (germ. *abmagern*), Mc. 9, 18; *ἐξηραμμένη χείρ*, exsiccata manus, Mc. 3, 1 atque in t. vulg. et *Grsb.* vs. 3.*

*ξηρός, ά, όν*, inde ab Hdt., *aridus, siccus; τὸ ξύλον*, Lc. 23, 31 (in dictione gnomica: si probus et innocens homo ita tractatur, quid improbis flet? cf. Ps. 1, 3. Ez. 20, 47; — Jes. 56, 3. Ez. 17, 24); de membris corporis succo vitali privatis, *tabidus*, ut *χείρ*, Mt. 12, 10. (Mc. 3, 3 *Lchm. Tdf. Trg.*) Lc. 6, 6. 8; homines *ξηροί*, tabidi, Jo. 5, 3; de terra continente *ἡ ξηρά* sc. *γῆ* (LXX pro יַבָּשָׁה, Gen. 1, 9 s. Jon. 1, 9. 2, 11 et saepius), Mt. 23, 15. Heb. 11, 29., quo loco *Lchm. Tdf. Trg.* addunt *γῆς*.*

*ξύλινος, ίνη, ινον* (*ξύλον*), inde a Pind. et Hdt., *ligneus; ex ligno confectus; σκεύη*, 2 Tim. 2, 20; neutr. plur., *εἴδωλα*, Ap. 9, 20 (*θεοί*, Bar. 6, 30).*

*ξύλον, ου, τό* (a *ξύω*, rado), inde ab Hom.; LXX pro עֵץ, — 1) *lignum;* univ. 1 Co. 3, 12; *ξ. θύϊνον*, Ap. 18, 12; *id quod ex ligno factum est*, ut trabs lignea, e qua aliquis suspenditur, *patibulum, crux*, Act. 5, 30. 10, 39. 13, 29. Gal. 3, 13. 1 Pet. 2, 24 (עֵץ, Gen. 40, 19. Deut. 21, 23. Jos. 10, 26. Esth. 5, 14), quo usu ap. Graecos non habetur; — truncus foramina habens, quibus pedes, manus, cervices vinctorum immittebantur et nervis vinciebantur (graece *κᾶλον, ξυλοπέδη, ποδοκάκη, ποδοστράβη*, lat. *nervus*, quo reddit lat. interpres hebr. סַד, compes, Job. 33, 11; cf. *Fischer* de vit. lex. N. Ti. p. 458 ss.), Act. 16, 24 (Hdt. 6, 75. 9, 37. Arstph. eq. 375. 394. 705); *fustis, baculus*, plur. Mt. 26, 47. 55. Mc. 14, 43. 48. Lc. 22, 52. (Hdt. 2, 63. 4, 180. Dem. p. 645, 15. Pol. 6, 37, 3. Jos. b. jud. 2, 9, 4. Hdian. 7, 7.) — 2) *arbor;* Lc. 23, 31 (Gen. 1, 29. 2, 9. 3, 1. Jes. 14, 8 al.); *ξ. τῆς ζωῆς*, v. in *ζωή*, 2, 6.

*ξυράω* (recentior forma inde a Diod. usitata pro *ξυρέω*, qua antiquiores inde ab Hdt. utebantur), *ῶ*, pass. *ἐξυρημένος*, 3 ps. plur. conj. aor. 1. med. *ξυρήσωνται* (a *ξυρόν* novacula, et hoc a *ξύω*), LXX pro גִּלַּח, *tondeo, rado;* pass. 1 Co. 11, 5; med. *tondendum me curo*, vs. 6; c. accus. objectum accuratius definiente, *τὴν κεφαλήν*, Act. 21, 24 (LXX Num. 6, 9. 19. Lev. 21, 5; *τὰς ὀφρύας*, Hdt. 2, 66; *τὸ σῶμα* 2, 37).*

# O.

*Ὁ, ἡ, τό*, ortum ex *τός, τή, τό* (id quod elucet e formis *τοί, ταί* pro *οἱ, αἱ* ap. Hom. et Iones servatis), respondet nostro articulo definito *der, die, das*, atque hic nostri sermonis articulus proprie est pronomen demonstrativum, cujus potestatis usum plenum ap. Homerum et quaedam certissima vestigia etiam in pedestri omnium graece loquentium oratione atque exinde etiam in N. T. cernimus.

I) *pronomen demonstrativum: hic, haec, hoc;* nostr. *der, die, das*, sono elatum; cf. *Win.* §. 17, 1. *Bttm.* ntl. Gr. p. 89 s. — 1) in verbis Arati poëtae, *τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν*, laudatis a Paulo, Act. 17, 28. — 2) in oratione pedestri, ubi partitioni inservit: *ὁ μὲν - -, ὁ δέ, ille - - hic;* Mt. 13, 23; Gal. 4, 23; *οἱ μὲν - - οἱ δέ*, Act. 28, 24. Phil. 1, 16 s. *οἱ μὲν - -, ὁ δέ*, Heb. 7, 5 s. 21. 23 s.; *τοὺς μὲν - -, τοὺς δὲ*, Mc. 12, 5 t. vulg. *Grsb.;* Eph. 4, 11; *οἱ μὲν - - ἄλλοι δέ* (*Lchm. οἱ δέ*) - -, *ἕτεροι δέ*, Mt. 16, 14 coll. Jo. 7, 12; *τινές* sq. *οἱ δέ*, Act. 17, 18; *ὅς* (v. in *ὅς*) *μέν* sq. *ὁ δέ*, Ro. 14, 2; ponitur *οἱ δέ*, quasi praecesserit *οἱ μέν*, Mt. 26, 67. 28, 17. — 3) in narrationibus si duae aut personae aut partes sibi invicem et adverso ponuntur et oratio ab altero redit ad alterum: *ὁ δέ*, nos: *er aber;* Mt. 2, 14. 4, 4. 21, 29 s. Mc. 1, 45. 12, 15. Lc. 8, 21. 30. 48. 22, 10. 34. Jo. 9, 38 et saepissime; plur. Mt. 2, 5. 9. 4, 20. Mc. 12, 14. 16. Lc. 7, 4. 20, 5. 12. 22, 9. 38. 71. Act. 4, 21. 12, 15 et saepe; — *οἱ μὲν οὖν*, in solis actis apostol., 1, 6. 5, 41. 15, 3. 30; *ὁ μὲν οὖν*, 23, 18. 28, 5.

II) *articulus definitus* s. *praepositivus* (distinguendus ab articulo *postpositivo*, quo nomine *ὅ, ἥ, τό* notantur, ubi eodem modo ac nostr. *der, die, das*, pronominis *relativi* vim habet, cujus usus exempla in N. T. non habentur), cujus in N. T. usum uberius exponunt *Win.* §. 18—20. *Bttm.* ntl. Gr. p. 74 ss. — Ut in omnibus linguis articulus rebus, personis, notionibus accuratius distinguendis inservit: ita praefigitur 1) substantivis *nude positis* et quidem *a*) rem vel personam suo genere unam designantibus eamque ita ab omnibus aliis rebus vel personis distinguit, velut *ὁ ἥλιος, ὁ οὐρανός, ἡ γῆ, ἡ θάλασσα, ὁ θεός, ὁ λόγος* (Jo. 1, 1 s.); *ὁ διάβολος, τὸ φῶς, ἡ σκοτία, ἡ ζωή, ὁ θάνατος* al. — *b*) nominibus appellativis rerum et personarum aut in semet ipsis aut orationis continuitate satis determinatarum aut ex historiis satis cognitarum; ita nominibus virtutum et vitiorum, ut *ἡ δικαιοσύνη, ἡ σοφία, ἡ δύναμις, ἡ ἀλήθεια* al.; — *ὁ ἐρχόμενος* notissimus ille venturus, i. e. Messias, Mt. 11, 3. Lc. 7, 19; *ὁ προφήτης*, vates ille (promissus et exspectatus), Jo. 1, 21. 7, 40; *ἡ σωτηρία*, illa salus, quam omnes boni sperant, i. e. messiana salus; *ἡ γραφή* al.; *ἡ νεφέλη*, nubes illa (e V. To. cognita), 1 Co. 10, 1 s.; *τοὺς ἀγγέλους*, Jac. 2, 25; *τῷ ἐκτρώματι*, 1 Co. 15, 8; — praedicatis personarum prae ceteris eminentium, *ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου* (v. in *υἱός*); *ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραήλ*, Jo. 3, 10; cf. *Fritzsche* ad Mc. p. 613. — Articulus se applicat nomini repetito rei vel personae in antecedentibus jam comme-

moratae aut significatae, ad quam lector remittatur, ut *τοὺς μάγους*, Mt. 2, 7 coll. vs. 1; *οἱ ἀσκοί*, 9, 17; *οἱ δαίμονες*, 8, 31 coll. vs. 28; *τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον*, 21, 7 coll. vs. 2., et innumeris aliis exemplis. — Rerum nondum commemoratarum nomina articulo notantur, quo doceatur, intelligendas esse definitas res a reliquis sui generis distinguendas atque e contextu orationis facile cognoscendas, velut *τὰ βρέφη*, infantes, quos incolae illius loci habebant, Lc. 18, 15; *ἀπὸ τῶν δένδρων*, sc. quae ibi erant, Mt. 21, 8; *τῷ ἱερεῖ*, illi sacerdoti, cujus erit te, cum adveneris, explorare, Mt. 8, 4. Mc. 1, 44. Lc. 5, 14; *τὸ πλοῖον*, navis ad excipiendos trajecturos parata (*das bereit stehende Schiff*), Mt. 8, 23. 9, 1. 13, 2; *τὸ ὄρος*, mons illi de quo agitur loco proximus (*der an Ort u. Stelle befindliche Berg*), Mt. 5, 1. Mt. 3, 13. Lc. 9, 28. Jo. 6, 3. 15 (1 Macc. 9, 38. 40); *ἡ οἰκία*, domus illa, in qua (Jesus) deversari solebat, Mt. 9, 10. 28. 13. 36. 17, 25; *ὑπὸ τὸν μόδιον*, sc. qui in domo est, Mt. 5, 15; item *ἐπὶ τὴν λυχνίαν*, ibid.; *ἐν τῇ φάτνῃ*, in praesepio stabuli illius domus, in qua deversabantur, Lc. 2, 7 t. vulg. *Grsb.*; *ὁ ἔπαινος*, illa qua dignus est laus, 1 Co. 4, 5; ita ubique in doxologiis: *ἡ δόξα, τὸ κράτος*, 1 Pet. 4, 11. Ap. 5, 13 al. — *c*) Plurali numero praefixus articulus saepe aut comprehendit eos, qui hoc nomine ab aliis aliud nomen gerentibus distinguuntur, omnes ac singulos, ut *οἱ ἀστέρες*, Mt. 24, 29. Mc. 13, 25; *αἱ ἀλώπεκες*, Mt. 8, 20. Lc. 9, 58 al.; aut determinat solum genus, ut significetur, iis qui commemorentur, quotquot et quiqui sint, repraesentari totum genus, ut in *οἱ Φαρισαῖοι, οἱ γραμματεῖς, οἱ τελῶναι*, — *οἱ ἄνθρωποι*, *vulgus* (*die Leute*); *οἱ ἀετοί*, Mt. 24, 28; *τοῖς κυσίν*, 7, 6. — *d*) Singulari numero praefixus articulus nonnumquam solum genus ita determinat, ut mente cogitentur eorum, qui hoc nomen gerunt, omnes ac singuli; ita *ὁ ἄνθρωπος*, Mt. 15, 11; *ὁ ἐθνικὸς κ. τελώνης*, 18, 17; *ὁ ἐργάτης*, Lc. 10, 7. 1 Tim. 5, 18; *ὁ μεσίτης*, Gal. 3, 20; *ὁ κληρονόμος*, 4, 1; *ὁ δίκαιος*, Ro. 1, 17. Heb. 10, 38; *τὰ σημεῖα τοῦ ἀποστόλου*, ea signa, quae edenda requiruntur a quovis, qui apostolum agit, 2 Co. 12, 12 et aliis exemplis. — *e*) Praemittitur articulus nominativo in compellationibus pro vocativo poni solito; *χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδ.* (proprie: *σὺ ὁ βασ.*, tu, qui es rex), Jo. 19, 3; *ναί, ὁ πατήρ*, Mt. 11, 26; *ἄγε νῦν, οἱ πλούσιοι κλαύσατε*, Jac. 5, 1; *οὐρανὲ καὶ οἱ ἅγιοι*, Ap. 18, 20; adde Mc. 5, 41. 10, 47. Lc. 12, 32. 18, 11. 13. Jo. 8, 10. 20, 28. Act. 13, 41. Ro. 8, 15. Eph. 5, 14. 22. 25. 6, 1. 4 s. Ap. 12. 12; cf. *Win.* §. 29, 2. *Bttm.* ntl. Gr. p. 122 s. — *f*) Ponunt Graeci articulum ubi nostrates ejus usu abstinent, ante nomina res significantia, quae ad eum, de quo sermo est, pertinent; *εἶπε* vel *φησὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ*, Act. 14, 10. 26, 24 (Prov. 26, 25); *γυνὴ προσευχομένη - - ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ*, 1 Co. 11, 5; maxime in dictione *ἔχειν τι*, si nomen objecti ejusque adjectivum, vel quod adjectivo simile est, de partibus corporis aut aliis rebus, quae alicujus sunt, dicitur (ut in sermone Francogallorum: *il a les epaules larges*); ita *ἔχειν τὴν χεῖρα ξηράν*, Mt. 12, 10 t. vulg. *Grsb.*; Mc. 3, 1; *τὸ πρόσωπον ὡς ἀνθρώπου*, Ap. 4, 7; *τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα*, Heb. 5, 14; *ἀπαράβατον τὴν ἱερωσύνην*, 7, 24; *τὴν κατοίκησιν κτλ.*, Mc. 5, 3; *τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ*, 1 Pet. 4, 8; cf. *Grimm* ad 2 Macc. 2, 25; — additur substantivo genit. pronom. personal. *αὐτοῦ, ὑμῶν*, Mt. 3, 4. Mc. 8, 17. Ap. 2, 18. 1 Pet. 2, 12 coll. Eph. 1. 18; cf. *Win.* §. 18, 2. — *g*) *Nomina propria* modo praepositum sibi articulum habent, modo eo carent; cf. *Win.* §. 18, 5 et 6. *Bttm.* ntl. Gr. p. 75 ss. — *α*) *Personarum* nomina quod attinet, persona sine articuli usu simpliciter nominatur, usu articuli aut satis cognita aut jam in antecedentibus commemorata denotatur; ita dic. *Ἰησοῦς* et *ὁ Ἰησ.*, *Παῦλος* et *ὁ Παῦλ.* al.; nomen *Πιλάτου* ubique in joanneo evang., atque si locum 15, 43 (in t. vulg. *Grsb. Lchm.*) exceperis (sed *Tdf.* et *Trg.* etiam ibi posuerunt articulum), etiam in Marci evang. articulo notatur; nomen *Τίτου* ubique caret articulo. — *Indeclinabilia* personarum nomina in *obliquis* casibus, nisi e praepositis praepositionibus elucent, fere ubique articulo instruuntur; *τῷ Ἰωσήφ* Mc. 15, 45; *τὸν Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἠσαῦ*, Heb. 11, 20 et multis aliis exemplis, potissimum in stemmatibus Mt. 1, 1 ss. Lc. 3, 23; sed ubi perspicuitati non officitur, etiam in obliquis casibus articulus omittitur, velut *τῶν υἱῶν Ἰωσήφ*, Heb. 11, 21; *τῶν υἱῶν Ἐμμόρ*, Act. 7, 16; *ὁ θεὸς Ἰσαάκ*, Mt. 22, 32. Act. 7, 32; *ὅταν ὄψησθε Ἀβραὰμ κ. Ἰσαὰκ - - καὶ πάντας τοὺς προφήτας*, Lc. 13, 28. — Solet abesse articulus a personarum nominibus propriis, quibus appositio additur, qua genus, patria, munus, dignitas, cognomen vel aliud quid indicatur (cf. *Matthiae* §. 274); sufficiant haec exempla: *Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν*, Jo. 8, 56. Ro. 4, 1; *Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ*, Mt. 4, 21; *Μαρία ἡ Μαγδαληνή*, Mt. 27, 56 al.; *Ἰωάννης ὁ βαπτιστής*, 3, 1; *Ἡρώδης ὁ τετράρχης*, Lc. 9, 7; *Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός*, Mt. 1, 16; *Σαῦλος δὲ καὶ ὁ Παῦλος* sc. *καλούμενος*, Act. 13, 9; *Σίμωνος τοῦ λεπροῦ*, Mc. 14, 3; *Βαρτιμαῖος ὁ τυφλός*, 10, 46; *Ζαχαρίου τοῦ ἀπωλουμένου*, Lc. 11, 51. Sed etiam ab hoc usu receditur: *ὁ δὲ Ἡρώδης ὁ τετράρχης*, Lc. 3, 19; *τὸν Σαούλ, υἱὸν Κίς*, Act. 13, 21; initiis epistolarum: *Παῦλος ἀπόστολος*, Ro. 1, 1. 1 Co. 1, 1 al. — *β*) Nomina propria *terrarum* et *regionum* longe frequentius articulo notantur quam *urbium* et *oppidorum*, et propterea quidem, quod pleraque terrarum nomina ab adjectivis repetita addito demum articulo vim substantivorum recipiunt, ut *ἡ Ἀχαΐα* (sed v. 2 Co. 9, 2), *ἡ Γαλατία, ἡ Γαλιλαία, ἡ Ἰταλία, ἡ Ἰουδαία, ἡ Μακεδονία* (sed v. Ro. 15, 26. 1 Co. 16, 5) al. Tantummodo *Αἴγυπτος*, si exceperis Act. 7, 11 *Lchm. Tdf. Trg.*, ubique destituitur articulo. — Urbium nomina maxime quando praepositionibus, potissimum *ἐν, εἰς, ἐκ* junguntur, articulo carent; sed dic. *ἀπὸ* (t. vulg. *ἐκ*) *τῆς Ῥώμης*, Act. 18, 2. — *γ*) Nomina *fluviorum* et *rivorum* c. articulo habes Mt. 3, 13. Mc. 1, 5. Lc. 4, 1. 13, 4. Jo. 1, 28; *τοῦ Κεδρών*, Jo. 18, 1 *Grsb. Lchm.* — 2) Praeponitur articulus nomini substantivo *additamentis aucto* et accuratius definito; *a*) nominibus genitivo pronominum *αὐτοῦ, μοῦ, σοῦ, ἡμῶν, ὑμῶν, αὑτοῦ, ἑαυτῶν, αὑτῶν* conjunctis; Mt. 1, 21. 25. 5, 45. 6, 10—12. 12, 49. Mc. 9, 17. Lc. 6, 27. 10, 7. 16, 6. Act. 19, 25. Ro. 4, 19. 6, 6 et innumeris aliis locis; rarius omittitur, ut Mt. 19, 28. Lc. 1, 72. 2, 32. 2 Co. 8, 23. Jac. 5, 20 al.; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 104. — *b*) Pronomina possessiva *ἐμός, σός, ἡμέτερος, ὑμέτερος* substantivis conjuncta (si discesseris a Jo. 4, 34) semper cum articulo ponuntur, et ita quidem, ut *Joannes* plerumque locum iis post substantiva (*ἡ κρίσις ἡ ἐμή*, evang. 5, 30; *ὁ λόγος ὁ σός*, 17, 17; *ἡ κοινωνία ἡ ἡμετέρα*, 1 epist. 1, 3; *ὁ καιρός ὁ ὑμέτερος* evang. 7, 6), rarissime inter articulum et substantivum assignet (*τοῖς ἐμοῖς ῥήμασιν*, ev. 5, 47; *ἡ ἐμὴ διδαχή*, 7, 16; *τὴν σὴν λαλιάν*, 4, 42), id quod semper fit a reliquis N. Ti. scriptoribus, Mt. 18, 20. Mc. 8, 38. Lc. 9, 26. Act. 24, 6. 26, 5. Ro. 3, 7 al. — *c*) Substantivis ubi *adjectiva* adduntur,

aut adjectivum inter articulum et substantivum locatur, velut *τὸ ἴδιον φορτίον*, Gal. 6, 5; *ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος*, Mt. 12, 35; *τὴν δικαίαν κρίσιν*, Jo. 7, 24; *ἡ ἀγαθὴ μέρις*, Lc. 10, 42; *τὸ ἅγιον πνεῦμα*, Lc. 12, 10. Act. 1, 8; *ἡ αἰώνιος ζωή*, Jo. 17, 3 et multis al. exemplis; aut adjectivum articulo notatum post substantivum articulo instructum ponitur, velut *τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*, Mc. 3, 29. Jo. 14, 26. Act. 1. 16. Heb. 3, 7. 9, 8. 10, 15; *ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος*, 1 Jo. 1, 2. 2, 25; *ὁ ποιμὴν ὁ καλός*, Jo. 10, 11; *τὴν πυλὴν τὴν σιδηρᾶν*, Act. 12, 10 et al. exemplis; perraro adjectivum substantivo articulum habenti praeponitur, ut Act. 26, 24. 1 Co. 11, 5; — de adjectivis quantitatem indicantibus, *ὅλος, πᾶς, πολύς* v. suo quodque loco. — *d*) Quod de adjectivis vidimus, id valet etiam de quibuslibet aliis quae substantivis adduntur finitionibus, velut *ἡ κατ' ἐκλογὴν πρόθεσις*, Ro. 9, 11; *ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη*, 11, 27; *ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ*, 1 Co. 1, 18; *ἡ εἰς τὸν Χριστὸν πίστις*, Col. 2, 5; contra *ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν θεόν*, 1 Th. 1, 8; *τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους*, 2 Co. 8, 4; multa alia utriusque usus exempla v. ap. *Win.* p. 124 ss. — *e*) Nomen ante se habet articulum praecedente aut sequente pronomine demonstrativo *οὗτος, ἐκεῖνος*, velut *ὁ ἄνθρωπος οὗτος*, Jo. 9, 24. Act. 6, 13. 22, 26; *ὁ λαὸς οὗτος*, Mt. 15, 8; *ὁ υἱός σου οὗτος*, Lc. 15, 30; plur. 24, 17 et innumeris aliis exemplis; *οὗτος ὁ ἄνθρωπος*, Lc. 14, 30; *οὗτος ὁ λαός*, Mc. 7, 6; *οὗτος ὁ υἱός μου*, Lc. 15, 24; *οὗτος ὁ τελώνης*, 18, 11; *οὗτος ὁ λόγος*, Jo. 7, 36 et mult. al. exemplis; — de voce *ἐκεῖνος* v. in *ἐκεῖνος* n. 2. — De *αὐτὸς ὁ --*, v. p. 58, col. 1; de *ὁ αὐτὸς ..*, p. 59, col. 1. — 3) *Neutrum articuli* praefixum *adjectivis* mutat ea in substantiva, ut *τὸ ἀγαθόν, τὸ καλόν* (quas voces v. suis in locis); *τὸ ἔλαττον*, Heb. 7, 7; add. gen., *τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ*, Ro. 1, 19; *τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου*, 8, 3; *τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ*, 1 Co. 1, 25; *αὐτῆς*, Heb. 7, 18; *τὰ ἀόρατα τ. θεοῦ*, Ro. 1, 20; *τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης*, 2 Co. 4, 2 al. — 4) Articulus c. *numeralibus cardinalibus; εἷς, unus; ὁ εἷς*, alter (ex duobus), v. in *εἷς*. Sed aliter *ὁ εἷς*, Ro. 5, 15. 17., *ille unus.* Ita quoque *οἱ δυό*, nos: *die Zwei*, Mt. 19, 5; *οἱ δέκα*, illi decem, et *οἱ ἐννέα*, Lc. 17, 17; *ἐκεῖνοι οἱ δέκα καὶ ὀκτώ*, Lc. 13, 4. — 5) Articulus *participiis* praepositus *a*) praebet iis vim substantivorum, velut *ὁ πειράζων*, Mt. 4, 3. 1 Th. 3, 5; *ὁ βαπτίζων*, Mc. 6, 14 (pro quo Mt. 14, 2 *ὁ βαπτιστής*); *ὁ σπείρων*, Mt. 13, 3. Lc. 8, 5; *ὁ ὀλοθρεύων*, Heb. 11, 28; *οἱ βαστάζοντες*, Lc. 7, 14; *οἱ βόσκοντες*, Mt. 8, 33. Mc. 5, 14; *οἱ ἐσθίοντες*, convivae, Mt. 14, 21; *τὸ ὀφειλόμενον*, Mt. 18, 30. 34; *τὰ ὑπάρχοντα* (v. in *ὑπάρχω*). — *b*) ptcp. articulo notatum resolvendum est in *is qui;* Mt. 10, 40. Lc. 6, 29. 11, 23. Jo. 15, 23. 2 Co 1, 21. Phil. 2, 13 et saepissime. — *πᾶς ὁ* sq. ptcp. Mt. 5, 22. 7, 26. Lc. 6, 30. 11, 10. Ro. 2, 1. 1 Co. 16, 16. Gal. 3, 13 al.; *μακάριος ὁ* c. particip., Mt. 5, 4—6. 10 al.; *οὐαὶ ὑμῖν οἱ* c. ptcp. Lc. 6, 25; neutr. *τό* c. ptcp. resolvendum in *id quod*, *τὸ γεννώμενον*, Lc. 1, 35; *τὸ γεγεννημένον*, Jo. 3, 6. — *c*) c. participio positus articulus in appositione, Mc. 3, 22. Act 17, 24. Eph. 3, 20. 4, 22. 24. 2 Tim. 1, 14. 1 Pet. 1, 21 al. — 6) Neutrum *τό* ante *infinitivos a*) praebet iis potestatem substantivorum (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 225 ss.), velut *τὸ καθίσαι*, Mt. 20, 23. Mc. 10, 40; *τὸ θέλειν*, Ro. 7, 18. 2 Co. 8, 10; *τὸ ποιῆσαι, τὸ ἐπιτελέσαι*, 2 Co. 8, 11 et al. exemplis; *τοῦτο κρίνατε· τὸ μὴ τιθέναι κτλ.*, Ro. 14, 13. — De infinitivo c. articulo a praepositionibus pendente (*ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ, εἰς τό* al.) v. in suo quamque praepositionem loco. — *b*) Multo crebrior quam ap. antiquiores et elegantiores Graecos in N. To., potissimum in Lucae et Pauli scriptis (nusquam in Joannis evang. et epistolis), est usus genitivi *τοῦ* c. infin. (et ap. LXX longe frequentior quam in N. T.), quem copiosius exponunt *Fritzsche* in excursu ad Matth. p. 849 ss. *Win.* §. 44, 4. *Bttm.* ntl. Gr. p. 228 ss. Exempla redeunt ad haec genera; *α*) *τοῦ* sq. infin. ponitur post voces, quae per naturam suam genitivum etiam nominum sibi nectendum requirunt; ita post *ἄξιον*, 1 Co. 16, 4; *ἔλαχε*, Lc. 1, 9 (1 Sam. 14, 47); *ἐξαποροῦμαι*, 2 Co. 1, 8. — *β*) pro simplici infinitivo *expletivo* s. ut vulgo dicitur *epexegetico*, incompletae notioni, nomine vel verbo vel dictione expressae, complendae inserviente, ubi nos infinitivo anteponere solemus voculam *zu;* ita post *προθυμία*, 2 Co. 8, 11; *βραδεῖς*, Lc. 24, 25; *ἐλπίς*, Act. 27, 20. 1 Co. 9, 10; *ὁ καιρὸς* (sc. *ἐστὶ*) *τοῦ ἄρξασθαι*, ut incipiat, 1 Pet. 4, 17 (*καιρὸν ἔχειν* c. nudo infin. Heb. 11, 15); *εὐκαιρίαν ἐζήτει*, Lc. 22, 6; *διδόναι τὴν ἐξουσίαν*, 10, 19 (*ἐξουσίαν ἔχειν* sq. nudo infin. Jo. 19, 10. 1 Co. 9, 4); *ὀφειλέται ἐσμέν* (= *ὀφείλομεν*), Ro. 8, 12 (c. nudo infin. Gal. 5, 3); *ἕτοιμον εἶναι*, Act. 23, 15 (1 Macc. 2, 58. 5, 39. 13, 37; c. nudo infin. Lc. 22, 33); *χρείαν ἔχειν*, Heb. 5, 12; *ἔδωκεν ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν*, ad non videndum, ad non audiendum Ro. 11, 8 (*ἔχειν ὦτα* alibi semper c. nudo infin.; v. in *οὖς*); *ἐπλήσθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν αὐτὴν*, quo paritura esset, Lc. 1, 57; *ἐπλήσθ. ἡμέραι -- τοῦ περιτεμεῖν αὐτόν*, ut circumciderent eum, 2, 21; post *ἀνένδεκτόν ἐστιν*, 17, 1; insolentissime post *ἐγένετο*, Act. 10, 25. — *γ*) post verba *decernendi, orandi, hortandi, mandandi* al.; post *κρίνειν* (v. in *κρίνω*, n. 4); *ἐγένετο γνώμη*, Act. 20, 3; *τὸ πρόσωπον ἐστήριξεν*, Lc. 9, 51; *συντίθεσθαι*, Act. 23, 20 (c. nudo infin. Lc. 22, 5); *προσεύχεσθαι*, Jac. 5, 17; *παρακαλεῖν*, Act. 21, 12; *ἐντέλλεσθαι*, Lc. 4, 10; *ἐπιστέλλειν*, Act. 15, 20 (c. nudo infin. 21, 25); *κατανεύειν*, Lc. 5, 7. — *δ*) post verba *impediendi, retinendi, removendi* (jam naturâ suâ genitivum requirentia), et quidem e notissimo pleonasmo cum *μή* ante infinitivum; ita post *κατέχω τινά*, Lc. 4, 42; *κρατοῦμαι* 24, 16; *κωλύω*, Act. 10, 47; *ὑποστέλλομαι*, 20, 20. 27; *παύω*, 1 Pet. 3, 10; *καταπαύω*, Act. 14, 18; sine *μή* ante infin. post *ἐγκόπτομαι*, Ro. 15, 22. — *ε*) *τοῦ* c. inf. laxiore epexegeseos modo additur: Lc. 21, 22. Act. 9, 15. 13, 47. Phil. 3 21; *εἰς ἀκαθαρσίαν τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν*, eam in immunditiem, qua corpora eorum ignominiâ afficerentur, Ro. 1, 24; cf. *Win.* p. 305 s. — *ζ*) obtinet locum integrae *enuntiationis finalis*: *eo consilio, ut*, maxime post verba *motum* indicantia: Mt. 2, 13. 3, 13. 13, 3. 24, 45. Mc. 4, 3 (ubi *Lchm.* et *Tdf.* *τοῦ* expunxerunt); Lc. 1, 77. 79. 2, 24. 27. 5, 1. 8, 5. 12, 42 (*Lchm.* *τοῦ* omittit); 22, 31. 24, 29. Act. 3, 2. 20, 30. 26, 18. Ro. 6, 6. 11, 10. Gal. 3, 10. Phil. 3, 10. Heb. 10, 7. 9. 11, 5. — *η*) dic. de *eventu: ita ut*, Act. 7, 19. Ro. 7, 3; post *ποιῶ, efficio, ut*, Act. 3, 12. — 7) Articulus cum *adverbiis a*) praebet iis vim substantivorum, ut *τὸ πέραν*, regio ulterior; *τὰ ἄνω, τὰ κάτω, τὸ νῦν, τὰ ἔμπροσθεν, τὰ ὀπίσω* al., v. has voces suis in locis. — *b*) ubi ea adjective ponuntur, ut *ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ, ὁ τότε κόσμος, ὁ ἔσω ἄνθρωπος, ὁ νῦν αἰών* al., de quibus v. his singulis in vocibus. — *c*) Neutrum *τό* in accus. absol. maxime in *temporis* finitionibus, tum c. adverbiis temporis, *τὸ πάλιν*, 2 Co. 13, 2; *τὰ νῦν* s. *τανῦν*, tum c. adjectivis neutris adverbialiter positis *τὸ λοιπόν, τὸ πρότερον* (Jo. 6, 62. Gal. 4, 13); *τὸ πρῶτον* (Jo. 10, 40. 12, 16. 19, 39), *τὸ πλεῖστον* (1 Co. 14, 27), v. in his ipsis vocibus. — 8) Articulus ante *praepositiones* c. casibus suis persaepe ita usurpatur, ut cogitando

addendum sit *ὤν, ὄντες, ὄντα;* ita *οἱ ἀπὸ Ἰταλίας, ἀπὸ Θεσσαλονίκης*, Act. 17, 13. Heb. 13, 24; *ὁ ἐν τινι*, Mt. 6, 9. Ro. 8, 1; neutr., *τὰ πρός*, Mc. 2, 2; *οἱ ἔκ τινος*, Ro. 2, 8. 4, 14. 16. Phil. 4, 22 al.; *οἱ παρά τινος*, Mc. 3, 21; v. infra in *παρά*, I, e. — *τὰ περί τινος*, Lc. 24, 19. Act. 24, 10. Phil. 1, 27 al. (v. in *περί*); *τὰ περί τινα*, Phil. 2, 23; *οἱ μετά τινος*, comites alicujus, Mt. 12, 3; *οἱ περί τινα* et multis aliis exemplis, quae recensentur in singularum praepositionum expositionibus; — neutr. *τό* in acc. absol. in formulis adverbiascentibus: *τὸ καθ' ἡμέραν*, *quotidie*, Lc. 11, 3. 19, 47. Act. 17, 11; *τὸ καθόλου*, *prorsus;* Act. 4, 18; praeterea in *τὸ κατὰ σάρκα*, quod attinet ad origines humanas, Ro. 9, 5; *τὸ κατ' ἐμέ*, id quod ad me attinet, status meus, conditio mea, Col. 4, 7; item *τὰ κατ' ἐμέ*, Eph. 6, 21; *τὸ ἐξ ὑμῶν*, quantum a vobis pendet, Ro. 12, 18; *τὸ ἐφ' ὑμῖν*, quantum ad vos, si vos respicio, 16, 19 t. vulg. *Grsb.; τὰ πρὸς τὸν θεόν*, accus. absol.: quod attinet ad res ad deum spectantes, i. e. in rebus ad deum spectantibus, 15, 17. Heb. 2, 17. 5, 1 (*ἱερεῖ τὰ πρὸς τοὺς θεούς, στρατηγῷ δὲ τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους*, Xen. resp. Laced. 13, 11; cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. III, p. 262 s.); *τὸ ἐκ μέρους* sc. *ὄν*, quod ex parte nobis concessum est, imperfectum, 1 Co. 13, 10. — 9) Articulus per omnia genera genitivo substantivorum antepositus *cognationem, affinitatem vel qualemcunque necessitudinem, conjunctionem, consociationem* vel omnino *id quod qualicumque modo ad aliquem vel aliquid pertinet* indicat; *a*) articulus masculini et feminini generis: *Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, τοῦ Ἀλφαίου*, filius, Mt. 10, 2 s.; *Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου*, mater, Mc. 16, 1. Lc. 24, 10; *Ἐμμὸρ τοῦ Συχέμ.*, Emmori qui pater erat Sichemi, Act. 7, 16 t. vulg. *Grsb.; ἡ τοῦ Οὐρίου*, uxor, Mt. 1, 6; *οἱ Χλόης*, Chloes s. cognati, s. familiares, s. domestici, s. operarii, s. servi, 1 Co. 1, 11; item *οἱ Ἀριστοβούλου, οἱ Ναρκίσσου*, Ro. 16, 10 s.; *οἱ τοῦ Χριστοῦ*, sectatores Christi, Christiani, 1 Co. 15, 23. Gal. 5, 24; *οἱ τῶν Φαρισαίων*, discipuli Pharisaeorum, Mc. 2, 18 t. vulg. *Grsb. Lchm.; Καισαρεία ἡ Φιλίππου*, urbs Philippi, Mc. 8, 27. — *b*) *τό* et *τά τινος*, ut *τὰ τοῦ θεοῦ*, causa s. commoda, consilia dei, oppon. *τὰ τῶν ἀνθρώπων*, Mt. 16, 23. Mc. 8, 33; eodem sensu *τὰ τοῦ κυρίου*, opp. *τὰ τοῦ κόσμου*, 1 Co. 7, 32—34; *τὰ τῆς σαρκός, τὰ τοῦ πνεύματος*, Ro. 8, 5; *τὰ ὑμῶν*, opes vestrae, 2 Co. 12, 14; *ζητεῖν τά τινος*, 1 Co. 10, 24. 13, 5. Phil. 2, 21; *τὰ τῆς εἰρήνης, τῆς οἰκοδομῆς*, quae ad -- faciunt, Ro. 14, 19; *τὰ τῆς ἀσθενείας μου*, quae ad infirmitatem meam pertinent, 2 Co. 11, 30; *τὰ Καίσαρος, τὰ τοῦ θεοῦ*, quae Caesari, quae deo debentur, Mt. 22, 21. Mc. 12, 17. Lc. 20, 25; *τὰ τοῦ νηπίου*, quae a puerulo cogitari, dici, agi solent, 1 Co. 13, 11; *τά τινος*, alicujus domus (*τὰ Λύκωνος*, Theocr. 2, 76; cf. *ἐν τοῖς πατρικοῖς*, in domo patris, Sir. 42, 10); c. nomine dei, *templum* (*τὰ τοῦ Διός*, Jos. c. Ap. 1, 18; etiam *τὸ τοῦ Διός*, Lycurg. adv. Leocr. p. 231), Lc. 2, 49 (alia exempla affert *Lob.* ad Phryn. p. 100); — *τὰ τοῦ νόμου*, legis (mos.) praecepta, Ro. 2, 14; *τὸ τῆς παροιμίας*, id quod proverbio dicitur, 2 Pet. 2, 22; *τὰ τῶν δαιμονιζομένων*, ea quae obsessi fecerunt et experti sunt, Mt. 8, 33; *τὸ τῆς συκῆς*, quod in ficu factum est, 21, 21. — 10) Neutrum *τό* anteponitur *a*) integris enuntiationibus easque in unam notionem comprehendit; *εἶπεν αὐτῷ τὸ Εἰ δύνασαι πιστεῦσαι*, locutus est ad eum hoc: si potes fidem habere, Mc. 9, 23; cf. *Bleek* ad h. l.; — dictis praeceptisque V. Ti. in N. To. excitatis: *τὸ οὐ φονεύσεις*, hoc praeceptum: „ne occidito" Mt. 19, 18; adde Lc. 22, 37 (ubi *Lchm. τό* omittit); Ro. 13, 9. Gal. 5, 14; — interrogationibus indirectis, *τὸ τίς--, τὸ τί--, τὸ πῶς--*, Lc. 1, 62. 9, 46. 19, 48. 22, 2. 4. 23 s. Act. 4, 21. 22, 30. Ro. 8, 26. 1 Th. 4, 1; cf. *Matthiae* §. 280; *Krüger* §. 50, 6, 10; *Passow* II, p. 395, col. 2. — *b*) singulis verbis quae ut alicujus orationis vel enuntiationis partes explicantur; *τὸ Ἄγαρ*, hoc nomen *Ἄγαρ*, Gal. 4, 25; *τὸ „ἀνέβη,"* hoc verbum *ἀνέβη*, Eph. 4, 9; *τὸ „ἔτι ἅπαξ"*, Heb. 12, 27; cf. *Matthiae* II, p. 731 s. — 11) Insolenter dic. *ἡ οὐαί* (ut videtur propterea quod scriptori interjectio explebat locum notionis *τῆς πληγῆς* s. *θλίψεως*), miseria, calamitas, Ap. 9, 12. 11, 14.

III) Quum non lexicographi, sed grammatici sit exempla exponere, quibus in N. T. articulus omittitur, ubi eum e nostrae linguae rationibus exspectaveris: hujus rei curiosos ad grammatica *Wineri* (§. 19) et Al. *Buttmanni* (p. 77—79) opera delegamus nec nisi haec notamus: 1) Saepius rariusve articulus abest ante nomina appellativa rerum et personarum tum suo genere unarum ideoque articulo, singulas res et personas ab aliis quae ejusdem sunt generis distinguente, non indigentium, cujusmodi sunt *ἥλιος, γῆ, θεός, Χριστός, πνεῦμα ἅγιον, ζωὴ αἰώνιος, θάνατος, νεκροί* (de toto mortuorum coetu); tum earum, quas certas quasdam esse ac definitas cohaerentia orationis satis docet, ut *νόμος* (lex mosaica), *κύριος, πατήρ, υἱός, ἀνήρ* (maritus), *γυνή* (uxor) al. — 2) Praepositiones cum suo nomine statum et conditionem aut locum aut agendi rationem designantes nudum nomen secum habere solent, velut *εἰς φυλακήν, ἐν φυλακῇ, εἰς ἀέρα, ἐκ πίστεως, κατὰ σάρκα, ἐπ' ἐλπίδι, παρ' ἐλπίδα, ἀπ' ἀγορᾶς, ἀπ' ἀγροῦ, ἐν ἀγρῷ, εἰς ὁδόν, ἐν ἡμέραις Ἡρώδου, εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως* innumerisque aliis exemplis.

*ὀγδοήκοντα, octoginta;* Lc. 2, 37. 16, 7.*

*ὄγδοος, η, ον, octavus;* Lc. 1, 59. Act. 7, 8. Ap. 17, 11. 21, 20; *is qui septem alios comites habet, qui cum aliis octavus est*, 2 Pet. 2, 5; ita *δέκατος* cum novem aliis, 2 Macc. 5, 27; cf. *Matthiae* §. 469. 9. *Viger.* p. 72 et 721. *Win.* §. 37, 2.*

*ὄγκος, ου, ὁ* (uti videtur ab *ΕΓΚΩ, ἐνεγκεῖν*, i. q. *φόρτος*, v. *Buttmann* Lexilog. p. 288; *quidquid eminet, eminentia, amplitudo, moles*, hinc), *onus, id quod impedimento est;* Heb. 12, 1 (multiplici alio usu ap. Graecos omnium aetatum).*

*ὅδε, ἥδε, τόδε* (ex antiquo pronom. demonstr. *ὁ, ἡ, τό* et enclit. *δέ*), *hicce, haecce, hocce; a*) refertur ad antecedentia, Lc. 10, 39 atque t. vulg. *Grsb.* 16, 25; *τάδε πάντα*. 2 Co. 12, 19 *Grsb.;* ad sequentia, neutr. plur. *τάδε, sequentia;* inducit effata, Act. 15, 23 t. vulg. *Grsb.; τάδε λέγει . .*, Act. 21, 11. Ap. 2, 1. 8. 12. 18. 3, 1. 7. 14. — *b*) *εἰς τήνδε τὴν πόλιν*, nos: *in die u. die Stadt* (dicit ita scriptor nescius, quam certam urbem loquentes, quos inducit, nominaverint), Jac. 4, 13 (cf. *Win.* p. 146., qui ejusdem usus exemplum affert *τήνδε τὴν ἡμέραν*, Plut. symp. 1, 6, 1).*

*ὁδεύω* (*ὁδός*), *iter facio, proficiscor;* Lc. 10, 33 (Hom. Il. 11, 569. Xen. an. 7, 8, 8. Jos. ant. 19, 4, 2; b. j. 3, 6, 3. Hdian. 7, 3, 9. Plut. al.; Tob. 6, 6).*

*ὁδηγέω, ῶ*, f. *ήσω*, conj. aor. 3. p. sing. *ὁδηγήσῃ* (*ὁδηγός*, q. v.), LXX maxime pro נָחָה, etiam pro הִדְרִיךְ, הוֹלִיךְ al.; — *a*) pr. *dux itineris sum, duco; τινά*, Mt. 15, 14. Lc. 6, 39; *τινα ἐπί τι*, Ap. 7, 17. (Aeschyl. Eur. Diod. Alciphr. Babr. al. — *b*) trop. *dux s. magister sum; instituo* (nostr. *anleiten, Anleitung geben*), *τινά*, Act. 8, 31 (Plut. mor. 954 b); *εἰς τὴν ἀλήθειαν*, Jo. 16, 13 (*ὁδήγησόν με ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν σου καὶ δίδαξόν με*, Ps. 25, 5); sq. *ἐν* c. dat. rei, in qua aliquis alteri dux s. magister s.

auxiliator adest, *ἐν τῇ ἀληθείᾳ*, Jo. 16, 13 *Tdf.* (*ὁδήγησόν με ἐν τῇ ὁδῷ σου κ. πορεύσομαι ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου*, Ps. 86, 11 coll. Ps. 119, 35. Sap. 9, 11. 10, 17).*

*ὁδηγός, οῦ, ὁ* (*ὁδός, ἡγέομαι;* cf. *χορηγός*), *dux viae; a*) pr. Act. 1, 16 (Pol. 5, 5, 15; Plut. Alex. 27; — 1 Macc. 4, 2. 2 Macc. 5, 15). — *b*) in orat. gnomica *ὁδ. τυφλῶν*, i. e. ei, qui proprie sic dicitur, similis, et hoc est *magister hominum rudium*, Ro. 2, 19; pl. *ὁδ. τυφλοὶ τυφλῶν*, i. e. iis, qui proprie sic dicuntur, eatenus similes, quatenus ipsi a veri cognitione alieni aliis se offerunt magistros, Mt. 15, 14. 23, 16. 24.*

*ὁδοιπορέω, ῶ* (*ὁδοιπόρος*, viator), *iter facio;* Act. 10, 9. (Hdt. Soph. Xen. Ael. v. h. 10, 4. Hdian. 7, 9, 1 et ap. al.)*

*ὁδοιπορία, ας, ἡ* (*ὁδοιπόρος*), *iter;* Jo. 4, 6. 2 Co. 11, 26. (Sap. 13, 18. 18, 3. 1 Macc. 6, 41; Hdt. Xen. Diod. 5, 29. Hdian. al.)*

*ὁδοποιέω, ῶ*, ap. Graecos inde a Xen., *viam facio; v. sterno, munio, complano, aperio;* atque sic etiam ap. LXX; *ὡδοποίησε τρίβον τῇ ὀργῇ αὐτοῦ*, pro פִּלֵּס, Ps. 78, 50; pro סָלַל, aggesto aggere viam complano, Job. 30, 12. Ps. 68, 4; pro פִּנָּה, Ps. 80, 10; pro פַּנּוּ דֶּרֶךְ Jes. 62, 10; — atque ita, ut saltem videtur, Mc. 2, 23 *Lchm.* (add. *ὁδόν*, Xen. anab. 4, 8, 8.)*

*ὁδός, οῦ, ἡ*, LXX sexcentis pro דֶּרֶךְ, rarius pro אֹרַח; — *via;* 1) pr.; *a*) *via, quae calcatur*, Mt. 2, 12. 7, 13 s. 13, 4. 19. Mc. 4, 4. 15. 10, 46. Lc. 8, 5. 12. 10, 31. 18, 35. 19, 36. Act. 8, 26. 9, 17. Jac. 2, 25 al.; *κατὰ τὴν ὁδόν* (viam decurrentes), *per viam, in via*, Lc. 10, 4. Act. 8, 36. 25, 3. 26, 13; *σαββάτου ὁδός*, viae spatium, quod sabbato percurrere licet, Act. 1, 12 (v. in *σάββατον*); *ἡ ὁδός*, c. gen. objecti, via aliquo ferens (etiam Hebraei construunt דֶּרֶךְ cum gen., cf. *Gesenius* Lehrgeb. p. 676), *ἐθνῶν*, Mt. 10, 5; *τῶν ἁγίων*, ad sanctissimum, Heb. 9, 8 coll. 10, 20., ubi viae imagine gratia dei adumbratur, cf. supra p. 188, col. 2 (*τοῦ ξύλου*, Gen. 3, 24; *Αἰγύπτου -- Ἀσσυρίων*, Jer. 2, 18; *γῆς Φιλιστιείμ*, Ex. 13, 17; *τοῦ Σινᾶ*, Judith. 5, 14; lat. *via mortis*, Tibull. 1, 10, 4; cf. *Kühner* II, p. 286, 4); — ex imitatione hebr. דֶּרֶךְ, cujus accus. fere naturam praepositionis induit, *in via ad, versus* (cf. *Gesenii* Thes. I, p. 352. col. 1), dic. *ὁδὸν θαλάσσης*, Mt. 4, 15 e Jes. 8, 23; ita *ὁδὸν γῆς αὐτῶν*, 3 Reg. 8, 48. 2 Chr. 6, 38; *ὁδὸν δυσμῶν ἡλίου*, Deut. 11. 30; quid, quod? semel c. accus.: *ὁδὸν θάλασσαν ἐρυθράν*, Num. 14, 25; cf. *Thiersch* de alex. pentateuchi versione, p. 145 s.); c. gen. subjecti, *via qua incedit aliquis; ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν*, Ro. 3, 16; *ἑτοιμάζειν τὴν ὁδὸν τῶν βασιλέων*, Ap. 16, 12; in dictionibus metaphor. *κατευθύνειν τὴν ὁδόν τινος*, impedimenta itineris removere, 1 Th. 3. 11; *ἑτοιμάζειν* (et *εὐθύνειν*, Jo. 1, 23; *κατασκευάζειν*, Mt. 11, 10. Mc. 1, 2. Lc. 7, 27) *τὴν ὁδ. τοῦ κυρίου*, v. in *ἑτοιμάζω*. — *b*) *via, quam viator facit, iter, profectio; ἐν τῇ ὁδῷ*, in itinere, Mt. 5, 25. 15, 32. 20, 17. Mc. 8, 27. 9, 33. 10, 32. 52. Lc. 12, 58. 24, 32. 35. Act. 9, 27; *ἐξ ὁδοῦ*, ex itinere, Lc. 11, 6; *κτᾶσθαι τι εἰς ὁδόν*, Mt. 10, 10. Mc. 6, 8; et *εἰς τὴν ὁδόν*, Lc. 9, 3; *πορεύομαι τὴν ὁδόν*, iter facio (Xen. Cyr. 5, 2, 22), add. *μοῦ*, pergo in itinere, quod suscepi, Act. 8, 39; *ὁδὸς ἡμέρας*, iter, ad quod faciendum (unius) diei spatium requiritur, dic. ut nostr. *Tagereise* etiam de spatii, quod percurritur, *mensura*, Lc. 2, 44 (Gen. 30, 36. 31, 23. Ex. 3, 18. Judith. 2, 21. 1 Macc. 5, 24. 7, 45; *ἀπέχειν παμπόλλων ἡμερῶν ὁδόν*, Xen. Cyr. 1, 1, 3 coll. Hdt. 4, 101); de phrasi *ὁδὸν ποιεῖν*, Mc. 2. 23, v. in *ποιῶ*. — 2) Metaph. *a*) e notissimo tropo maxime Hebraeis frequentato neque tamen a Graecis alieno, quo *actio* comparatur *itioni* (nostr. *Wandel*), *sentiendi, decernendi ratio; agendi ratio; ὁδὸν δεικνύναι τινί* dicitur, qui consecuturum aliquid docet, quibus ei adminiculis utendum sit, 1 Co. 12, 31; c. genit. objecti, i. e. rei consequendae, *εἰρήνης*, Ro. 3, 17; *ζωῆς*, Act. 2, 28; *σωτηρίας*, 16, 17; c. genit. subjecti, *τῆς δικαιοσύνης*, quam monstrat *ἡ δικαιοσ.* et quae esse solet *τῆς δικ.*, ita Mt. 21, 32 (de q. l. v. in *δικαιοσύνη*, p. 102, col. 1); dic. de christiana religione, 2 Pet. 2, 21; item *τῆς ἀληθείας*, vs. 2; c. gen. personae decernentis et agentis, Jac. 5, 20; *τοῦ Κάϊν*, Jud. vs. 11; *τοῦ Βαλαάμ*, 2 Pet. 2, 15; *ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ*, in omnibus quae decernit et agit, Jac. 1, 8; *τὰς ὁδούς μου ἐν Χριστῷ*, rationes, quas Christi minister et apostolus in administrando munere meo sequor, 1 Co. 4, 17; *πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν* dic. qui ineunt agendi rationem, quae ipsis placet, licet perversam, Act. 14, 16; *αἱ ὁδοὶ τοῦ θεοῦ, κυρίου*, consilia et instituta, quae deus capit, ejus rationes agendi cum hominibus, Act. 13, 10. Ro. 11, 33. Ap. 15, 3 (Hos. 14, 9. Ps. 95, 10. 145, 17. Sir. 39, 24. Tob. 3, 2 al.); — *ἡ ὁδὸς τοῦ θεοῦ*, sentiendi agendique ratio a deo praescripta eique probata, Mt. 22, 16. Mc. 12, 14. Lc. 20, 21; dic. de christiana religione, Act. 18, 26; item *ἡ ὁ. τοῦ κυρίου*, vs. 25; *ὁδός* univ. dic. de modo deum cognoscendi colendique, 22, 4. 24, 14; simpliciter *ἡ ὁδός* de religione christiana 9, 2. 19, 9. 23. 24, 22. — *b*) in effato Christi: *ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός, is per quem itur*, h. e. quocum necessitudo ineunda est omnibus, qui aditum ad deum quaerunt, Jo. 14, 6.

*ὀδούς, όντος, ὁ*, inde ab Hom.; LXX pro שֵׁן; *dens;* Mt. 5, 38. Mc. 9, 18. Act. 7, 54; plur. Ap. 9, 8; *ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων*, v. in *βρυγμός*.*

*ὀδυνάω, ῶ*, 2 ps. sing. ind. praes. pass. *ὀδυνᾶσαι* (v. in *κατακαυχάομαι*), (*ὀδύνη*), *vehementi dolore afficio;* pass. *crucior*, Lc. 16, 24 s.; med. *crucio me, sollicitus sum*. 2, 48; *ἐπί τινι*, Act. 20, 38. (Arstph. Soph. Eur. Plat. al.; LXX.)*

*ὀδύνη, ης, ἡ, dolor, moeror;* Ro. 9, 2. 1 Tim. 6, 10. (inde ab Hom.; LXX.)*

*ὀδυρμός, οῦ, ὁ* (*ὀδύρομαι*, ejulor, lamentor), *ejulatus, lamentatio, ploratus;* Mt. 2, 18 (e Jer. 31, 15 pro תַּמְרוּרִים); 2 Co. 7, 7. (2 Macc. 11, 6. Aeschyl. Eur. Plat. Jos. Plut. Ael. v. h. 14, 22.)*

*Ὀζίας* (*Lchm. Tdf. Trg.* *Ὀζείας*), *ου, ὁ* (עֻזִּיָּה et עֻזִּיָּהוּ, robur Jehovae aut robur meum est Jehova), *Ozias* s. *Usias*, filius Amasiae, rex Judaeae, ann. 811—759 ante Chr. (2 Reg. 15, 30 ss.); Mt. 1, 8 s., qui evangelista tenere debebat hunc ordinem: *Ἰωράμ, Ὀχοζίας, Ἰωάς, Ἀμαζίας, Ὀζίας*. Videtur igitur nomina *Ὀχοζίας* et *Ὀζίας* confudisse. Aliud confusionis exemplum v. sub *Ἰεχονίας*.*

*ὄζω*, inde ab Hom., *odorem* (s. bonum s. malum) *reddo, oleo;* de cadavere *foetido*, Jo. 11, 39; cf. Ex. 8, 14.

*ὅθεν* (e pronom. relat. *ὅ* et partic. enclit. *θεν*, terminum a quo significante) adv., *ex quo; unde;* dic. *a*) de loco e quo; Mt. 12, 44. Lc. 11, 24. Act. 14, 26. 28, 13; ex attractione pro *ἐκεῖθεν, ὅπου*..., Mt. 25, 24. 26; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 247. — *b*) de fonte, e quo aliquid cognoscitur, *qua ex re*, 1 Jo. 2, 18. — *c*) de causa e qua: *quare, quapropter, qua de causa;* Mt. 14, 7. Act. 26, 19. Heb. 2, 17. 3, 1. 7, 25. 8, 3. 9, 18. 11, 19; saepe in tribus posterioribus Macc. libris.*

*ὀθόνη, ης, ἡ, a*) *linum*. — *b*) *linteum;* ita Act. 10, 11. 11, 5.*

*ὀθόνιον, ου, τό* (demin. vocis *ὀθόνη*, q. v.), *panniculus lini, linteolum;* plur. de fasciis sepulcralibus, Lc. 24, 12. Jo. 19, 40. 20, 5—7. (dic. a Grae-

cis de velis nauticis e lino confectis, de fasciis, quibus vulnera obligantur et aliis rebus; — LXX pro סָדִין, Judd. 14, 13; pro פִּשְׁתָּה s. פֵּשֶׁת, Hos. 2, 5 [7]; vs. 9 [11].)*

**οἶδα**, v. in εἴδω n. II. p. 119.

**οἰκειακός**, ή, όν, v. οἰκιακός.

**οἰκεῖος**, α, ον (οἶκος), inde ab Hesiodo, *ad domum s. familiam pertinens, domesticus, familiaris;* ad meam familiam pertinens, *consanguineus*, 1 Tim. 5, 8; οἰκεῖοι τοῦ θεοῦ, ad domum dei, i. e. ad theocratiam pertinentes, Eph. 2, 19; latiore sensu c. gen. rei: *ad aliquam rem pertinens, ei addictus;* οἱ οἰκεῖοι τῆς πίστεως, qui profitentur (Christianorum) fidem, Gal. 6, 10; ita οἰκ. φιλοσοφίας, Strab. 1, p. 13 b; γεωγραφίας, p. 25 a; ὀλιγαρχίας, Diod. 13, 91; τυραννίδος, 19, 70. (LXX pro שְׁאֵר, consanguineus; דּוֹד, 1 Sam. 10, 44 ss.; שַׁאֲרָה, consanguinitas, Lev. 18, 17; οἰκ. τοῦ σπέρματος pro בָּשָׂר, Jes. 58, 7.)*

**οἰκετεία**, ας, ἡ (οἰκέτης, q. v.), *famulitium* (Macrob. Appulej.), *coetus famulorum (Dienerschaft)*; Mt. 24, 45 *Lchm. Tdf. Trg.* (Strab. Lucian. Inscrr.; plur. Jos. antt. 12, 2, 3.)*

**οἰκέτης**, ου, ὁ (οἰκέω), inde ab Hdt., *domesticus*, i. e. qui in eadem cum aliquo domo vivit, dic. de omnibus, qui ab eodem patre familias reguntur, Sir. 4, 30. 6, 11, maxime vero *servus (Hausdiener)*; atque ita Lc. 16, 13. Act. 10, 7. Ro. 14, 4. 1 Pet. 2, 18; LXX pro עֶבֶד. Uberiora de voce praebet *Meyer* ad Rom. l. c. p. 581 ed. 5.*

**οἰκέω**, ῶ (οἶκος), inde ab Hom.; LXX pro יָשַׁב, passim pro שָׁכַן; — *habito; τί* (Hdt. et saepe ap. Atticos), 1 Tim. 6, 16; μετά τινος, cum aliquo (de conjugibus), 1 Co. 7, 12 s.; trop. ἔν τινι, in alicujus animo sedem fixi et efficax sum; de peccato, Ro. 7, 17 s. 20; de spiritu s., 8, 11. 1 Co. 3, 16.*

**οἴκημα**, τος, τό, inde ab Hdt., *habitaculum, domicilium;* euphem. *carcer*, Act. 12, 7., ut Thuc. 4, 47 s. Demsth. Lcian. Tox. 29. Plut. Agis 19. Ael. v. h. 6, 1.*

**οἰκητήριον**, ου, τό (οἰκητήρ), *domicilium;* Jud. vs. 6; de corpore domicilio animae, 2 Co. 5, 2. (2 Macc. 11, 2. 3 Macc. 2, 15; Eur. Plut. Ceb. tab. 17.)*

**οἰκία**, ας, ἡ (οἶκος), LXX pro בַּיִת, *domus; a)* pr. aedes, in quibus habitatur, Mt. 2, 11. 7, 24—27. Mc. 1, 29. Lc. 15, 8. Jo. 12, 3. Act. 4, 34. 1 Co. 11, 22. 2 Tim. 2, 20 et saepe; οἱ ἐν τῇ οἰκίᾳ sc. ὄντες, Mt. 5, 15; οἱ ἐκ τῆς οἰκίας sq. gen. person., Phil. 4, 22; ἡ οἰκία τοῦ θεοῦ, i. e. coelum, Jo. 14, 2; de corpore animi domicilio, 2 Co. 5, 1. — *b) domus incolae, familia;* Mt. 12, 25; ἡ οἰκία τινός, domestici, familia alicujus, Jo. 4, 53. 1 Co. 16, 15; univ. pro hominibus domum habitantibus, Mt. 10, 13. — *c) opes, facultates, bona; τινός*, Mt. 23, 14 [13] t. vulg. *Grsb.*; Mc. 12, 40. Lc. 20, 47; ita οἶκος ap. Hom. (velut Od. 2, 237: κατέδουσι βιαίως οἶκον Ὀδυσσῆος, coll. 4, 318), Hdt. 3, 53 et ap. Atticos; hebr. בַּיִת Gen. 45, 18 (LXX τὰ ὑπάρχοντα); Esth. 8, 1 (LXX ὅσα ὑπῆρχεν). Non offenditur vox in apocalypsi.

**οἰκιακός** (ap. profanos et in quibusdam N. Ti. codd. etiam οἰκειακός ab οἶκος), οῦ, ὁ (οἰκία), *domesticus; is qui subest potestati patris familias* s. filius, s. servus; Mt. 10, 36; opp. τῷ οἰκοδεσπότῃ, vs. 25. (Plut. Cic. 20.)*

**οἰκοδεσποτέω**, ῶ (οἰκοδεσπότης), *praesum domui; domum s. rem familiarem administro;* 1 Tim. 5, 14. (verbum recentioris graecitatis; v. *Lob.* ad Phryn. p. 373.)*

**οἰκοδεσπότης**, ου, ὁ (οἶκος, δεσπότης), *pater familias, herus;* Mt. 10, 25. 13, 27. 20, 11. 24, 43. Mc. 14, 14. Lc. 12, 39. 13, 25. 14, 21; ἄνθρωπος οἰκοδ. (v. p. 31, col. 1), Mt. 13, 52. 20, 1. 21, 33; οἰκοδεσπ. τῆς οἰκίας, Lc. 22, 11., de quo pleonasmo cf. *Bornemann* schol. ad h. l.; *Win.* p. 561. (Alexis [poeta comicus sec. IV ante Chr.] ap. Poll. 10, 4, 21; Jos. c. Ap. 2, 11. Plut. quaest. rom. 30. Ignat. ad Eph. 6. Antiquiores Graecos οἴκου et οἰκίας δεσπότης dixisse docet *Lob.* ad Phryn. p. 373.)*

**οἰκοδομέω**, ῶ, impf. ᾠκοδόμουν, fut. οἰκοδομήσω, aor. 1. ᾠκοδόμησα, plsqpf. pass. 3 ps. sing. ᾠκοδόμητο, aor. 1. pass. ᾠκοδομήθην, fut. 1. pass. οἰκοδομηθήσομαι (οἰκοδόμος, q. v.), inde ab Hdt., LXX pro בָּנָה, *aedifico, exstruo; a)* pr. *α) (funditus) exstruo;* absol. Lc. 11, 48 *Tdf. Trg.*; 14, 30. 17, 28; οἱ οἰκοδομοῦντες, subst., *fabri structores*, Mt. 21, 42. Mc. 12, 10. Lc. 20, 17. (Act. 4, 11 t. vulg. *Grsb.*) 1 Pet. 2, 7 e Ps. 118, 22; ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον, fundamento ab aliis jacto inaedifico, i. e. praeter tropum: institutionem ab aliis inceptam continuo, Ro. 15, 20; οἰκοδομεῖν τι, Gal. 2, 18; πύργον, Mt. 21, 33. Mc. 12, 1. Lc. 14, 28; ἀποθήκας, Lc. 12, 18; ναόν, Mc. 14, 58., pass. Jo. 2, 20; οἶκον, pass. 1 Pet. 2, 5 (cf. *Win.* p. 561, ubi adde οἰκουργεῖν τὰ κατ' οἶκον, Clem. Rom. 1 Co. 1, 3); συναγωγήν, οἶκόν τινι, in usum s. in honorem alicujus, Lc. 7, 5. Act. 7, 47. 49 (Gen. 8, 20. Ez. 16, 24); οἰκίαν ἐπί τι, Mt. 7, 24. 26. Lc. 6, 49; πόλιν ἐπὶ ὄρους, Lc. 4, 29. — *β)* ex adj. i. q. *aedificando restituo, instauro; τί*, Mt. 23, 29. 26, 61. 27, 40. Mc. 15, 29. Lc. 11, 47 atque in t. vulg. vs. 48. — *b)* metaph. *α)* i. q. *condo;* ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, i. e. ob fidei tuae firmitatem primario eris mihi praesidio in condendo coetu meo, Mt. 16, 18. — *β)* Quum et *coetus* Christianorum et *singuli* Christiani aedificio vel templo comparentur, quod deus vel spiritus s. inhabitet (1 Co. 3, 9. 16 ss. 2 Co. 6, 16. Eph. 2, 21), id templum autem ante Christi e coelis reditum non *ex*aedificatum sit: ii, qui agendo, docendo, hortando, consolando christianam aliorum sapientiam vitamque ei accommodandam juvent, quasi partes ad exstruendum illud aedificium conferre cogitantur indeque οἰκοδομεῖν dicuntur, i. e. praeter tropum *incrementa christianae sapientiae, pietatis, virtutis, sanctitatis, beatitatis praebere;* absol. Act. 20, 32 *Lchm.*; 1 Co. 8, 1. 10, 23; τινά, 14, 4. 1 Th. 5, 11; pass. *incresco s. augeor sapientiâ, pietate, sanctitate, beatitate*, Act. 9, 31. 1 Co. 14, 17; univ. *vim et animum alicui addere, alicujus animum aptum reddere*, εἰς τὴν πίστιν, Polyc. ad Phil. 3, 2; etiam ad agenda prava, εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν, 1 Co. 8, 10. Quem metaphoricum verbi usum e *Fritzschii* (Ep. ad Rom. T. III, p. 205 s.) opinione Paulus non ab imagine exstruendi templi, sed e V. To. duxit, ubi „בָּנָה et הָרַס c. accus. personae (*aliquem construere* et *evertere*) aliquem *fortunare* et *perdere*, alicui prodesse et nocere designet;" cf. Ps. 28, 5. Jer. 24, 6. 33, 7.*

**οἰκοδομή**, ῆς, ἡ (οἶκος, δέμω), recentioris Graecitatis vox, a Phrynicho damnata, qua utuntur Aristot. Theophr. Diod. (1, 46), Philo (vita Mos. I. §. 40; de monarch. II, §. 2), Joseph. Plut. LXX et multi alii pro οἰκοδόμημα et οἰκοδόμησις, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 487 ss. coll. p. 421; — 1) *aedificatio, exstructio*, i. q. τὸ οἰκοδομεῖν, velut τῶν τειχέων, 1 Macc. 16, 23; τοῦ οἴκου τ. θεοῦ, 1 Chr. 26, 27; in N. T. metaph. *actio ejus, qui alteri affert incrementa christianae sapientiae, pietatis, sanctitatis, beatitatis* (v. in οἰκοδομέω. b. β); Ro. 14, 19. 15, 2. 2 Co. 10, 8. 13, 10. Eph. 4, 29; c. gen. ejus, cui incrementa afferuntur, ὑμῶν, 2 Co. 12, 19; ἑαυτοῦ, Eph. 4, 16; τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ vs. 12; τῆς

ἐκκλησίας, 1 Co. 14, 12; i. q. τὸ οἰκοδομοῦν, ea quae inserviunt exstructioni, s. quae afferunt incrementa sapientiae etc., λαλεῖν, λαβεῖν οἰκοδομήν. 1 Co. 14, 3. 5. — 2) i. q. οἰκοδόμημα, *aedificium;* Mc. 13, 1 s.; τοῦ ἱεροῦ, Mt. 24, 1; dic. de coelesti corpore animi domicilio post mortem futuro, 2 Co. 5, 1; trop. de *coetu Christianorum* (v. in οἰκοδομέω, b. β), Eph. 2, 21; c. gen. possessoris s. personae inhabitantis, θεοῦ, 1 Co. 3, 9.*

*οἰκοδομία*, ας, ἡ (οἰκοδομέω), *aedificatio, exstructio* (Thuc. Plat. Polyb. Plut. Lcian. al.; minime vero ap. LXX); metaph. οἰκοδομίαν θεοῦ τὴν ἐν πίστει, incrementa, quae deus vult, in fide (v. in οἰκοδομή), 1 Tim. 1, 4 t. vulg., sed v. in οἰκονομία. Non raro in codd. confunduntur οἰκον. et οἰκοδ.; cf. *Grimm* ad 4 Macc. p. 365 coll. *Hilgenfeld* Barnab. epist. p. 28.*

*οἰκοδόμος*, ου, ὁ (οἶκος, δέμω, struo, exstruo; cf. οἰκονόμος), *aedificator, architectus;* Act. 4, 11 *Lchm. Tdf. Trg.* (Hdt. Xen. Plat. Plut. al.; LXX.)*

*οἰκονομέω*, ῶ (οἰκονόμος), *villico; administro rem familiarem;* absol. Lc. 16, 2. (univ. *administro, dispenso, guberno*, Sophocl. Xen. Plat. Polyb. Jos. Plut. al.; 2 Macc. 3, 14.)*

*οἰκονομία*, ας, ἡ (οἰκονομέω), inde a Xen. et Plat., *rei domesticae* s. *familiaris administratio;* speciat. *bonorum alienorum administratio, villicatio, dispensatio; munus villici* s. *dispensatoris;* Lc. 16, 2—4; unde transfertur vox a Paulo sensu theocratico ad munus sibi a deo, qui herus est, mandatum beneficia religionis Christianae hominibus nuntiandi, 1 Co. 9, 17; ἡ οἰκονομία τοῦ θεοῦ, *munus dispensatoris a deo mandatum*, Col. 1, 25; — univ. *administratio, dispensatio*, quae theocratico sensu ipsi deo tribuitur utpote humanae salutis procuratori; αἵτινες -- ἢ οἰκονομίαν θεοῦ τὴν ἐν πίστει, quae materiem disceptationum potius quam dispensationem rerum, quibus deus christianam salutem praeparavit et paravit, quae fide amplectenda est (cognoscendam) praebent, 1 Tim. 1, 4 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* ἣν προέθετο -- καιρῶν, quam benevolentiam exhibere apud se constituerat intuens (illud suum) institutum, quo emensa esse deberent tempora (sc. infantiae et immaturitatis, cf. Gal. 4, 1—4), Eph. 1, 9 s.; ἡ οἰκ. τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ τῆς δοθείσης μοι, illud institutum, quo mihi obtigit gratia dei, 3, 2; ἡ οἰκ. τοῦ μυστηρίου, dispensatio qua arcanum consilium executus est, vs. 9 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.**

*οἰκονόμος*, ου, ὁ (οἶκος, νέμω; Hesych.: ὁ τὸν οἶκον νεμόμενος), *rei domesticae s. familiaris administrator;* maxime *dispensator, procurator*, sive ingenuus, sive, ut plerumque, libertus vel servus, cui aliquis herus rei familiaris administrationem, expensorum et impensorum curam, sua cuique servo ipsisque filiis nondum adultis suppeditandi officium commiserat, Lc. 12, 42. 1 Co. 4, 2. Gal. 4, 2; *administrator praediorum, villicus*, Lc. 16, 1. 3. 8; ὁ οἰκ. τῆς πόλεως, *aerario urbis praefectus, quaestor;* Vulg.: *arcarius civitatis*, Ro. 16, 23 (de quaestoribus regum Esth. 8, 9. 3 Esr. 4, 49. Jos. antt. 12, 4, 7. 11, 6, 12. 8, 6, 4). — translate dicuntur apostoli et alii christiani doctores (v. οἰκονομία) οἰκ. μυστηρίων τοῦ θεοῦ, quibus tradita sunt dei consilia hominibus patefacienda, 1 Co. 4, 1; episcopus οἰκονόμος θεοῦ, dei tamquam christianae theocraticae heri, Tit. 1, 7; quilibet Christiani, qui facultatibus a deo concessis eo quo debent modo in commodum fratrum utuntur, καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος θεοῦ, 1 Pet. 4, 10. (Aeschl. Xen. Plat. Aristot. al.; pro עַל־בַּיִת LXX 3 Reg. 4, 6. 16, 9 al.)*

*οἶκος*, ου, ὁ, inde ab Hom.; LXX innumeris locis pro בַּיִת, praeterea pro הֵיכָל, palatium, אֹהֶל, tentorium, et al.; 1) *domus; a)* stricte *domus quae habitatur;* Act. 2, 2. 19, 16; τινός, Mt. 9, 6 s. Mc. 2, 11. 5, 38. Lc. 1, 23. 40. 56. 8, 39. 41 al.; ἔρχεσθαι εἰς οἶκον, domum venire, Mc. 3, 20; εἰς τὸν οἶκον, domum suam, Lc. 7, 10. 15, 6; ἐν τῷ οἴκῳ, domi suae, Jo. 11, 20; ἐν οἴκῳ, domi, 1 Co. 11, 34. 14, 35; οἱ εἰς τὸν οἶκον (v. in εἰς, *C*), Lc. 9, 61; κατ' οἶκον, opp. ἐν τῷ ἱερῷ, domestico conventu, *privatim*, Act. 2, 46. 5, 42; κατ' οἴκους, opp. δημοσίᾳ, in privatis aedibus, 20, 20; κατὰ τοὺς οἴκους εἰςπορευόμενος, ingrediens domos singulas, 8, 3; ἡ κατ' οἶκόν τινος ἐκκλησία, v. in ἐκκλησία, p. 136, col. 1. — *b) aedificium quodcunque;* ἐμπορίου, Jo. 2, 16; προςευχῆς, Mt. 21, 13. Mc. 11, 17. Lc. 19, 46; τοῦ βασιλέως, τοῦ ἀρχιερέως, *palatium*, Mt. 11, 8. Lc. 22, 54; τοῦ θεοῦ, domus, in qua numen praesens putabatur, dic. de tentorio sacro, Mt. 12, 4. Mc. 2, 26. Lc. 6, 4; de templo hierosol., Mt. 21, 13. Mc. 11, 17. Lc. 19, 46. Jo. 2, 16 s. (Jes. 56, 5. 7) coll. Lc. 11, 51. Act. 7, 47. 49; de coelesti sanctuario, Heb. 10, 21 (οἶκος ἅγιος θεοῦ, de coelo, Deut. 26, 15. Bar. 2, 16); Christianorum coetus, ut quem deus vi et mente sua peragret, appellatur οἶκος πνευματικός, 1 Pet. 2, 5. — *c) quodvis habitaculum;* de humano corpore daemonum id obsidentium domicilio, Mt. 12, 44. Lc. 11, 24 (ap. Graecos etiam de tentoriis et casis, atque recentiore aetate de animalium nidis, stabulis, latebris). — univ. *locus, ubi aliquis sedem fixit, sedes* (*Wohnsitz*), οἶκος ὑμῶν, de urbe Hierosolymorum, Mt. 23, 38. Lc. 13, 35. — 2) meton. *ii qui in domo sunt, domestici cum omnibus, qui ad eandem familiam pertinent;* Lc. 10, 5. 11, 17. 19, 9. Act. 7, 10. 10, 2. 11, 14. 16. 31. 18, 8. 1 Co. 1, 16. 1 Tim. 3, 4 s. 5, 4. 2 Tim. 1, 16. 4, 19. Heb. 11, 7; plur. 1 Tim. 3, 12. Tit. 1, 11 (ita quoque Gen. 7, 1. 47, 12 et saepe ap. Graecos); metaph. et sensu theocratico ὁ οἶκος τοῦ θεοῦ, *familia dei*, de ecclesia christiana, 1 Tim. 3, 15. 1 Pet. 4, 17; de ecclesia veteris et novi testamenti, Heb. 3, 2. 5 s. (Num. 12, 7.). — 3) *prosapia, gens, posteri oriundi e familia alicujus;* ὁ οἶκος Δαυΐδ, Lc. 1, 27. 69. 2. 4. (3 Reg. 12, 16); Ἰσραήλ, Mt. 10, 6. 15, 24. Lc. 1, 33. Act. 2, 36. 7, 42. Heb. 8, 8. 10. (Jer. 31, 31. Ex. 6, 14. 12, 3. 19, 3. 1 Sam. 2, 30.) Non exstat vox in apocalypsi.

*οἰκουμένη*, ης, ἡ (femin. partic. praes. pass. verbi οἰκέω), 1) *terra habitata; a)* apud Graecos saepe *terra a Graecis habitata*, distincta a terris barbarorum, cf. *Passow* II, p. 415, col. 1. — *b)* ap. eos Graecos, qui de rebus romanis scripserunt, ut lat. *orbis terrarum*, i. q. *imperium romanum;* ita πᾶσα ἡ οἰκ., ex adj. i. q. omnes homines huic imperio subjecti, Lc. 2, 1. — *c) tota terra, terrarum orbis* (ita ap. LXX pro תֵּבֵל et אֶרֶץ); Lc. 4, 5. 21, 26. Act. 24, 5. Ro. 10, 18. Ap. 16, 14. Heb. 1, 6 (πᾶσα ἡ οἰκ., Jos. b. jud. 7, 3, 3); ὅλη ἡ οἰκ., Mt. 24, 14. Act. 11, 28 (neque aliter Jos. antt. 8, 13, 4; cf. *Bleek* Erklär. d. drei ersten Evv. I, p. 68); meton. *incolae terrae, homines*, Act. 17, 6. 31 (Ps. 9, 9); 19, 27; ἡ οἰκ. ὅλη, omnes homines, Ap. 3, 10. 12, 9. — 2) *rerum universitas, universum, mundus;* Sap. 1, 7 (alternans ibi c. τὰ πάντα); ἡ οἰκ. ἡ μέλλουσα, perfectissimus universi status, qualis erit post Christi e coelis reditum, Heb. 2, 5 (ubi vox alternat cum πάντα et τὰ πάντα, vs. 8., quod ibi absoluto sensu intelligitur).*

*οἰκουργός*, όν (οἶκος, ΕΡΓΩ, cf. ἀμπελουργός, γεωργός al.), *domum curans, domesticum opus faciens;* Tit. 2, 5 *Lchm. Tdf. Trg.;* v. vocem seq. Praeterea vox non exstat.

Gr. p. 299 s.; in enuntiationibus per ὅτι post verba intelligendi, dicendi al. illatis, Jo. 5, 42. 8, 55 al.; ὅτι οὐκ (ubi οὐκ pleonastice) post ἀρνεῖσθαι, 1 Jo. 2, 22; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 305, 13; — c. infinitivo, ubi μή exspectaveris, τίς ἔτι χρεία κατὰ τὴν τάξιν Μελχισ. ἕτερον ἀνίστασθαι ἱερέα καὶ οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν λέγεσθαι, Heb. 7, 11 (ubi difficultas vix ita tollitur, ut οὐ solum ad κατὰ τ. τάξιν Ἀαρ., non ad infinitivum pertinere dicatur); — negandis aliis enuntiationum partibus inservit: οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, 1 Co. 1, 17; οὐ μέλανι, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, 2 Co. 3, 3 multisque aliis exemplis; negando objecto, ἔλεος θέλω, οὐ θυσίαν, Mt. 9, 13. 12, 7; οὐκ ἐμὲ δέχεται, Mc. 9, 37; coalescit cum notione, cui praefigitur in unam eamque positivam notionem, ut οὐκ ἐάω, *prohibeo*, *impedio*, Act. 16, 7. 19, 30 (cf. de hac phrasi *Herm.* ad Vig. p. 889 s.); οὐκ ἔχω, *pauper sum*, Mt. 13, 12. Mc. 4, 25 (v. in ἔχω, p. 185, col. 2.); τὰ οὐκ ἀνήκοντα, *indecentia*, *illicita*, *inhonesta*, Eph. 5, 4 (v. in μή, p. 284. col. 2), ita ut saepe efficiatur litotes, velut οὐκ ἀγνοέω, *probe scio*, 2 Co. 2, 11 (Sap. 12, 10); οὐκ ὀλίγοι, haud pauci, i. e. sane multi, Act. 17, 4. 12. 19, 23 s. 15, 2. 14, 28. 27, 20; οὐ πολλαὶ ἡμέραι, pauci dies, Lc. 15, 13. Jo. 2, 12. Act. 1, 5; οὐ πολύ, 27, 14; οὐ μετρίως, 20, 12; οὐκ ἄσημος, non ignobilis, 21, 39; οὐκ ἐκ μέτρου, Jo. 3, 34; inservit limitandae notioni, cui conjungitur, οὐ πάντως, *non omnino*, *non prorsus* (v. in πάντως); οὐ πᾶς, *non quivis; non omnis*, Mt. 7, 21; plur. οὐ πάντες, *non omnes*, 19, 11. Ro. 9, 6. 10, 16; οὐ πᾶσα σάρξ, non quaevis caro, 1 Co. 15, 39; οὐ παντὶ τῷ λαῷ, non toti populo, Act. 10, 41; contra ubi οὐ *verbo* adjungitur, πᾶς -- οὐ reddendum est *nemo*, *nullus* (ut ap. Hebraeos tum כֹּל - - לֹא, tum לֹא - - כֹּל, cf. *Win.* Lex. hebr. et chald. p. 513 s.), Lc. 1, 37. Eph. 5, 5. 1 Jo. 2, 21. Ap. 22, 3; πᾶσα σάρξ -- οὐ sq. verbo, *nemo mortalium*, *nullus homo*, Mt. 24, 22. Mc. 13, 20. Ro. 3, 20. Gal. 2, 16; cf. *Win.* Gramm. §. 26, 1; — c. nomine junctum hujus nominis notionem negat et tollit, ut τὸν οὐ λαόν, populum, qui populus non est (*ein Nichtvolk*), Ro. 9, 25 coll. 1 Pet. 2, 10; ἐπ᾽ οὐκ ἔθνει, ob gentem, quae nulla est, Ro. 10, 19 (ita לֹא עָם; לֹא אֵל, *non-deus*, Deut. 32, 21; לֹא עֵץ, *non-lignum*, Jes. 10, 15; οὐκ ἀρχιερεύς, 2 Macc. 4, 14; ἡ οὐ διάλυσις, Thuc. 1, 137; τὴν οὐ περιτείχισιν, 3, 95; ἡ οὐκ ἐξουσία, 5, 50; δι᾽ ἀπειροσύναν... κοὐκ ἀπόδειξιν, Eur. Hippol. 196 s. aliisque ap. Graecos exemplis; *non-sutor*, Horat. sat. 2, 3, 106; *non-corpus*, Cic. acad. 1, 12); cf. *Win.* p. 444; ἡ οὐκ ἠγαπημένη, Ro. 9, 25; οἱ οὐκ ἠλεημένοι 1 Pet. 2, 10. — 3) sequente alia negatione, *a*) fortius negat; οὐ κρίνω οὐδένα, Jo. 8, 15; adde Mc. 5, 37. 2 Co. 11, 8; οὐ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος, Lc. 23, 53; οὐκ -- οὐδέν, prorsus nihil, Lc. 4, 2. Jo. 6, 63. 11, 49. 12, 19. 15, 5; οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός, Mt. 22, 16; οὐκ -- οὐκέτι, Act. 8, 39; v. *Matthiae* §. 609, 3. *Kühner* II, §. 516. *Win.* p. 464 s. — *b*) ut ap. Latinos tollit negationem eamque mutat in affirmationem (cf. *Matthiae* §. 609, n. 2; *Klotz* ad Dev. II, p. 695 s. *Win.* p. 464. *Bttm.* ntl. Gr. p. 304); οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος, pertinet ad corpus, i. e. non desinit esse corporis, 1 Co. 15, 15; οὐ δυνάμεθα ἃ εἴδομεν καὶ ἠκούσαμεν μὴ λαλεῖν, *non possumus non pronuntiare*, Act. 4, 20. — 4) ponitur in *enuntiatis disjunctivis*, quibus unum tollitur, ut alterum stabiliatur; οὐκ -- ἀλλά, Lc. 8, 52. 24, 6. Jo. 1, 33. 7, 10. 12. 16. 8, 49. Act. 10, 41. Ro. 8, 20. 1 Co. 15, 10. 2 Co. 3, 3. 8, 5. Heb. 2, 16 al.; v. supra in ἀλλά, 11, 1; οὐχ ἵνα -- ἀλλ᾽ ἵνα, Jo. 3, 17; οὐχ ἵνα -- ἀλλά, 6, 38; οὐ μόνον -- ἀλλὰ καί, v. in ἀλλά, II, 1 atque in μόνος, p. 290, col. 2.; οὐκ—εἰ μή, v. p. 115, col. 2., ubi locis allatis adde Ro. 7, 7. 2 Co. 12, 5; οὐ μή c. conj. aor. sq. εἰ μή, Ap. 21, 27. — 5) Conjungitur aliis particulis; οὐ μή, *minime*, *nequaquam; profecto non*, *nullo modo*, v. in μή, n. IV; οὐ μηκέτι c. conj. aor., Mt. 21, 19 *Lchm.* *Tdf.* — μὴ οὐ, ubi μή interrogat, *num?* οὐ negat, Ro. 10, 18 s. 1 Co. 9, 4 s. 11, 22. — εἰ οὐ, v. in εἰ, n. III, 11; p. 117 s. col. 1. — οὐ γάρ (v. in γάρ, n. I, p. 75, col. 1), Act. 16, 37. — 6) Ut ap. Hebr. לֹא c. impf., ita in graecis bibliis οὐ c. 2. pers. fut. est *graviter interdicentis* (ap. profanos mitius vetantis, cf. *Win.* p. 296 et 467; aliter, sed perperam judicat *Fritzsche* ad Mt. p. 259); Mt. 6. 5; et praeterea in V. Ti. de morum praeceptis, 4, 7. 19, 18. Lc. 4, 12. Act. 23, 5. Ro. 7, 7. 13, 9. — 7) οὐ est *interrogantis* ejusdemque affirmativum responsum exspectantis, *nonne;* Mt. 6, 26. 30. 17, 24. Mc. 4, 21. 12, 24. Lc. 11, 40. Jo. 4, 35. 7, 25. Act. 9, 21. Ro. 9, 21. 1 Co. 9, 1. 6 s. 12. Jac. 2, 4 et saepius; οὐκ οἴδατε...; et similia v. p. 119, col. 2; ἀλλ᾽ οὐ, Heb. 3, 16 (v. in ἀλλά, I, 10); οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; nihilne prorsus respondes? Mc. 14, 60. 15, 4; — ubi exprobrantis vel mirantis exclamatio directe negans locum negativae interrogationis obtinere potest, Mc. 4, 13. 38. Lc. 17, 18. Act. 13, 10. 21, 38 (de quo loco in ἄρα); cf. *Win.* §. 57, 3; οὐ μὴ πίω αὐτό; egone non bibam? Jo. 18, 11; cf. *Win.* l. c. p. 477.

οὐά, *Tdf.* οὐᾶ, *vah;* interjectio mirantis et stupentis, Epict. diss. 3, 22. 34. 33, 24. Dio Cass. 63, 20; de calamitate adversarii exsultantis, Mc. 15, 29.*

οὐαί, interjectio vel dolentis vel comminantis, LXX maxime pro הוֹי et אוֹי; — *vae;* add. dativ. personae, Mt. 11, 21. 18, 7. 23, 13—16. 23. 25. 27. 29. 24, 19. 26, 24. Mc. 13, 17. 14, 21. Lc. 6, 24—26. 10, 13. 11. 42—44. 46 s. 52. 21. 23. 22, 22. Jud. vs. 11. Ap. 12, 12. t. vulg. *Grsb.* *Lchm.* ed. min. (Num. 21, 29. Jes. 3, 9 et saepe ap. LXX); ter repetitur, sq. dat. Ap. 8, 13 t. vulg. *Grsb.* *Lchm.;* omittitur dativ. Lc. 17, 1; bis repetitur sq. nominat. loco vocativi, Ap. 18, 10. 16. 19 (Jes. 1, 24. 5, 8—22. Hab. 2, 6. 12 al.); insolenter sq. accus. personae, ap. *Tdf.* et *Trg.* Ap. 8, 13 et 12, 12., quem accus. equidem aut pro accusativo exclamationis (cf. *Matthiae* §. 410) habendum, aut ex imitatione structurae verborum nocendi c. accus. explicandum censuerim (aliter judicat *Bttm.* ntl. Gr. p. 134, 14); add. ἀπό c. genit. mali, quod alicui inflictum vel infligendum deploratur, Mt 18, 7; item ἐκ, Ap. 8, 13. — Substantive ἡ οὐαί (scriptorem ad usum feminini invitasse videtur similitudo notionum ἡ θλίψις vel ἡ ταλαιπωρία; cf. *Win.* p. 169), *calamitas*, *miseria*, Ap. 9, 12. 11, 14; δύο οὐαί, 9, 12 (οὐαὶ ἐπὶ οὐαὶ ἔσται, Ez. 7, 26; οὐαὶ ἡμᾶς λήψεται, Evang. Nicod. c. 21); ita etiam in phrasi οὐαί μοί ἐστιν, poena dei mihi imminet, 1 Co. 9, 16 coll. Hos. 9, 12. Epict. diss. 3, 19, 1; saepius in eccles. scriptis.)*

οὐδαμῶς (ab οὐδαμός, ne unus quidem, et hoc ex οὐδέ et ἀμός), adv., inde ab Hdt., *neutiquam*, *nequaquam;* Mt. 2, 6.

οὐδέ, conjunctio disjunctive negans, compos. ex οὐ et δέ, ideoque propr. i. q. *non autem; non vero;* sed plerumque vi oppositionis exstinctâ continuandae negationi inservit. Est autem 1) *et non*, *neque* (continuans negationem aliter tamen ac οὔτε. Hoc enim disjungit quae sunt partes vel membra ejusdem rei, τέ enim simul adjungit, ut lat. *que;* οὐδέ vero juxta ponit quae paria sunt seque invicem excludunt; a μηδέ eodem modo differt quo οὐ a μή); praeced. οὐ, ubi suum utrique additur verbum, Mt. 5, 15. 6, 28. Mc. 4, 22. Lc. 6, 44. Act. 2, 27. 9, 9. 17, 24 s. Gal. 1, 17. 4, 14; οὐκ

*οἶδα οὐδὲ ἐπίσταμαι*, Mc. 14, 68 t. vulg. *Grsb.* (Cic. pro Rosc. Am. 43: „non novi neque scio"); cf. *Win.* p. 456 s.; *οὐ.. οὐδὲ.. οὐδὲ..*, *non--neque, neque*, Mt. 6, 26; *οὐδεὶς.. οὐδὲ.. οὐδὲ.. οὐδέ*, Ap. 5, 3; *οὐ.. οὐδέ* sq. futuro, *..οὐδὲ μή* sq. conj. aor. *..οὐδέ*, 7, 16; — *οὐ-οὐδέ* ita, ut utrique idem commune sit verbum, Mt. 10, 24. 25, 13. Lc. 6, 43. 8, 17. Jo. 6, 24. 13, 16. Act. 8, 21. 16, 21. 24, 18. Ro. 2, 28. 9, 16. Gal. 1, 1. 3, 28. 1 Th. 5, 5. 1 Tim. 2, 12. Ap. 21, 23. — praeced. *οὔπω*, Mc. 8, 17. — praeced. *οὐδείς*, Mt. 9, 17. — praeced. *ἵνα μή* sq. *οὐδὲ.. οὐδέ*, ubi exspectaveris *μηδὲ.. μηδέ* (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 303), Ap. 9, 4. — *οὐδὲ γάρ, nec enim*, Jo. 8, 42. Ro. 8, 7. — 2) *nec*, nostr. *auch nicht;* Mt. 6, 15. 21, 27. 25, 45. Mc. 11, 26. Lc. 16, 31. Jo. 15, 4. Ro. 4, 15. 11, 21. 1 Co. 15, 13. 16. Gal. 1, 12 (*οὐδὲ γὰρ ἐγώ*); Heb. 8, 4 al.; *ἀλλ᾽ οὐδέ*, Lc. 23, 15; *ἢ οὐδέ*, in interrogatione, *annon etiam?* 1 Co. 11, 14 t. vulg. *Grsb.;* simpliciter *οὐδέ*, *num ne quidem*, in interrogatione qua quis id quod quaerit negandum esse ponit (v. in *οὐ*, n. 7), Mc. 12, 10. Lc. 6, 3. 23, 40 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* 1 Co. 11, 14. — 3) *ne.. quidem* (*nicht einmal*), Mt. 6, 29. 8, 10. Mc. 6, 31. Lc. 7, 9. 12, 27. Jo. 21, 25. 1 Co. 5, 1. 14, 21; *οὐδὲ εἷς*, Act. 4, 32. Ro. 3, 10. 1 Co. 6, 5; *οὐδὲ ἕν*, Jo. 1, 3; *ἀλλ᾽ οὐδέ*, Act. 19, 2. 1 Co. 3, 2 (t. vulg. *ἀλλ᾽ οὔτε*); 4, 3. Gal. 2, 3. — duplex negatio intensius negans, *οὐκ -- οὐδέ*, Mt. 27, 14. Lc. 18, 13. Act. 7, 5.

*οὐδείς, οὐδεμία* (femin. solis in his N. Ti. locis: Mc. 6, 5. Lc. 4, 26. Jo. 16, 29. 18, 38. 19, 4. Act. 25, 18. 27, 22. Phil. 4, 15. 1 Jo. 1, 5 atque in t. vulg. Jac. 3, 12), *οὐδέν* (atque e pronuntiatione inde ab Aristot. et Theophr. non raro obvia *οὐθείς, οὐθέν*, ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Lc. 22, 35. Act. 19, 27. 1 Co. 13, 13, 2 s. 2 Co. 11, 8; ap. *Tdf. Trg.* Act. 15, 9 et ap. *Tdf.* [*Trg.*] 26, 26 1 Co.; v. supra in *μηδείς* et *Göttling* ad Aristot. pol. p. 278. *Bttm.* Gr. max. I, p. 276), (ex *οὐδέ* et *εἷς*), *nullus, a, um;* differt a *μηδείς* ut *οὐ* a *μή*. — 1) c. nominibus; masc., Lc. 4, 24. 16, 13. 1 Co. 8, 4; *οὐδεὶς ἄλλος*, Jo. 15, 24; *οὐδεμία*, in locis modo ante allatis; neutr. Lc. 23, 4. Jo. 10, 41. Act. 17, 21. 23, 9. 28, 5, Ro. 8, 1. 14, 14. Gal. 5, 10 al. — 2) absolute; *οὐδείς*, Mt. 6, 24. 9, 16. Mc. 3, 27. 5, 4. 7, 24. Lc. 1, 61. 5, 39. 7, 28. Jo. 1, 18. 4, 27. Act. 18, 10. 25, 11. Ro. 14, 7 et saepissime; — c. genit. partitivo, Lc. 4, 26. 14, 24. Jo. 13, 28. Act. 5, 13. 1 Co. 1, 14. 2, 8. 1 Tim. 6, 16. — *οὐδεὶς εἰ μή*, Mt. 19, 17 t. vulg.; 17, 8. Mc. 10, 18. Lc. 18, 19. Jo. 3, 13. 1 Co. 12, 3. Ap. 19, 12 al.; *ἐὰν μή*, Jo. 3, 2. 6, 44. 65. — *οὐκ -- οὐδείς* (v. in *οὐ* n. 3), Mt. 22, 16. Mc. 5, 37. 6, 5. 12, 14. Lc. 8, 43. Jo. 8, 15. 18, 9. 31. Act. 4, 12. 2 Co. 11, 8; *οὐκέτι -- οὐδείς*, Mc. 9, 8; *οὐδέπω -- οὐδείς*, Lc. 23, 53. Jo. 19, 41. Act. 8, 16; *οὐδεὶς -- οὐκέτι*, Mc. 12, 34. Ap. 18, 11. — neutr. *οὐδέν, nihil*, Mt. 10, 26. 17, 20. 26, 62. 27, 12 et saepissime; c. genit. partitivo, Lc. 9, 36. 18, 34. Act. 18, 17. 1 Co. 9, 15. 14, 10; *οὐδὲν εἰ μή*, Mt. 5, 13. 21, 19. Mc. 9, 29. 11, 13; *μή τινος;* resp. *οὐδενός*, Lc. 22, 35; *οὐδὲν ἐκτός* c. gen., Act. 26, 22; *οὐδέν μοι διαφέρει*, Gal. 2, 6; sequitur aliam negationem, qua fortius negatur (v. in *οὐ*, n. 3), Mc. 15, 4 s. 16, 8. Lc. 4, 2. 9, 36. 20, 40. Jo. 3, 27. 5, 19. 30. 9, 33. 11, 49. 14, 30. Act. 26, 26. 1 Co. 8, 2. 9, 15; *οὐδὲν οὐ μή* c. conjunct. aor., Lc. 10, 19. — *οὐδέν*, absol. *plane nihil, nulla ratione: ἀδικεῖν* (v. in *ἀδικέω*), Act. 25, 10. Gal. 4, 12; *οὐδὲν διαφέρειν τινός*, Gal. 4, 1; *ὑστερεῖν*, 2 Co. 12, 11; *ὠφελεῖν*, Jo. 6, 63. 1 Co. 13, 3. — *οὐδέν ἐστιν*, nullius momenti est, nihil valet, Mt. 23, 16. 18; Jo. 8, 54. 1 Co. 7, 19; c. gen., *nihil horum -- vere est*, Act. 21, 24. 25, 11; *οὐδέν εἰμι*, nullius sum pretii, 1 Co. 13, 2. 2 Co. 12, 1 (exempla e Graecis v. ap. *Passow* II, p. 577, col. 1); *εἰς οὐδὲν λογισθῆναι* (v. in *λογίζομαι*), Act. 19, 27; *εἰς οὐδὲν γίνεσθαι*, in nihilum redigi, 5, 36.

*οὐδέποτε*, adv. absolute et objective negans (ex *οὐδέ* et *ποτέ*, pr. *non unquam*), *nunquam;* Mt. 7, 23. 9, 33. 26, 33. Mc. 2, 12. Jo. 7, 46. Act. 10, 14. 11, 8. 14, 8. 1 Co. 13, 8. Heb. 10, 1. 11. — in interrogatione: *an nunquam, nunquamne;* Mt. 21, 16. 42. Mc. 2, 25.*

*οὐδέπω*, adv. simpliciter negans (ex *οὐδέ* et particula enclit. *πώ*), *nondum;* Jo. 7, 39 (ubi *Lchm.* et *Trg.* *οὔπω*); 20, 9. — *οὐδέπω οὐδείς, nunquam quisquam*, 19, 41; *οὐκ-οὐδέπω οὐδείς* (v. in *οὐ*, n. 3), Lc. 23, 53 (ubi *Lchm.* et *Trg.* *οὔπω*); *οὐδέπω* (*Lchm. Tdf. Trg.* *οὔπω*) *οὐδέν, nondum quidquam*, 1 Co. 8, 2.*

*οὐθείς, οὐθέν*, v. in *οὐδείς*.

*οὐκέτι* (*οὐκ ἔτι*), adv. simpliciter negans atque sic differens a *μηκέτι* (q. v.), *jam non; non amplius* (*nicht weiter, forthin nicht*); Mt. 19. 6. Mc. 10, 8. Lc. 15, 19. 21. Jo. 4, 42. 6, 66. Act. 20, 25. 38. Ro. 6, 9. 14, 15. 2 Co. 5, 16. Gal. 3, 25. 4. 7. Eph. 2, 19. Philem. vs. 16. Heb. 10, 18. 26 al.; *οὐκέτι ἦλθον*, non iterum veni, 2 Co. 1, 23; c. alia negationis particula, qua fortius negetur: *οὐδὲ -- οὐκέτι*, Mt. 22, 46; *οὐκ -- οὐκέτι*, Act. 8, 39; *οὐδεὶς -- οὐκέτι*, Mc. 12, 34. Ap. 18, 11; *οὐκέτι -- οὐδέν*, Mc. 7, 12. 15, 5. Lc. 20, 40; *οὐκέτι -- οὐδένα*, Mc. 9, 8; *οὐκ. οὐ μή*, Mc. 14, 25. Lc. 22, 16. Ap. 18, 14; *οὐδὲ - οὐκέτι οὐδείς*, Mc. 5, 3 *Lchm. Tdf.* — *οὐκέτι* dicitur *logice*, velut *οὐκέτι ἐγώ* pro *jam non dici potest*, *ὅτι ἐγώ*, Ro. 7, 17. 20. Gal. 2, 20; adde Ro. 11, 6. Gal. 3, 18.

*οὐκοῦν* (ex *οὐκ* et *οὖν*), adv., *non igitur;* et quum qui loquitur non raro ita veram suam enuntiet sententiam, affirmative *igitur, ergo;* ita ut negationis vis exstinguatur; unde dictum Pilati *οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ*, affirmative sumendum est: *ergo* (quum de *βασιλεία* tua dicas) *rex es!* (germ.: *also bist du doch ein König!*) Jo. 18, 37; sed rectius scribitur *οὔκουν*, ut Pilatus e dicto Christi argumentans non sine ironia interroget: *nonne ergo rex es?* s. *quidquid dicis, rex es, nonne?* Cf. *Win.* p. 477. Discrimen inter *οὐκοῦν* et *οὔκουν* ab aliis aliter definitur; cf. *Herm.* ad Virg. p. 794 ss. *Krüger* §. 69, 51, 1. 2. *Kühner* II, p. 715 ss. et ejusd. Excurs. III ad Xen. memor.*

*οὐ μή*, v. in *μή*.

*οὖν*, conjunctio, qua aliquid ex alio necessario consequi indicatur, unde in concludendo et in sententiis logice nectendis usurpatur, *igitur, ergo, itaque, idcirco, quae quum ita sint* (*folglich, also, sonach, nun*); Mt. 3, 10. 10, 32 (quum vexationes non pertimescendae sint ideoque excusationem non habiturus sit qui me abnegaverit); 18, 4. Lc. 3, 9. 16, 27. Jo. 8, 38 (*καὶ ὑμεῖς οὖν, et vos igitur*, h. e. „quum, ut e meo patet exemplo, filii patrum exempla sequantur"; Jesus dicit haec cum ironia doloris); Act. 1, 21 (quum Judae proditoris provincia in alium sit conferenda); Ro. 5, 9. 6, 4. 13, 10. 1 Co. 4, 16 (quum patris locum inter vos obtineam); 2 Co. 5, 20. Jac. 4, 17 multisque aliis exemplis. — Ad singula quod attinet, haec notanda sunt: *a*) ponitur *in adhortationibus* (quibus docetur, quid ob ea quae dicta sint jam sit faciendum), i. q. *quare;* Mt. 3, 8. 5, 48. 9, 38. Lc. 11, 35. 21, 14. 36. Act. 3, 19. 13, 40. Ro. 6, 12. 14, 13. 1 Co. 16, 11. 2 Co. 8, 24. Eph. 5, 1. 6, 14. Phil. 2, 29. Col. 2, 16. 2 Tim. 1, 8. Heb. 4, 1. 11. 10, 35. Jac. 4, 7. 5, 7. 1 Pet. 4, 7. 5, 6. Ap. 1, 19. 3, 3. 19 et saepius; *νῦν οὖν*, nunc igitur, Act. 16, 36. — *b*) in *interrogationibus;* lat. *igitur* *α*) ubi quaeritur, *quid* ex antea dictis

sequatur vel sequi videatur; Mt. 22, 28. 27, 22. Mc. 15, 12. Lc. 3, 10. 20, 15. 33. Jo. 8, 5; *τί οὖν ἐροῦμεν;* Ro. 6, 1. 7, 7. 9, 14; *τί οὖν φημί;* 1 Co. 10, 19; *τί οὖν; quid igitur est?* h. e. *quomodo igitur res se habet?* Jo. 1, 21. Ro. 3, 9. 6, 15. 11, 7; item *τί οὖν ἐστιν;* Act. 21, 22. 1 Co. 14, 15. 26. — *β*) ubi quaeritur, *hocne illudve* ex ante dictis sequatur, Mt. 13, 28. Lc. 22, 70. Jo. 18, 39. Ro. 3, 31. Gal. 3, 21. — *γ*) ubi quaeritur, quomodo aliquid, quod verum sit vel pro vero habeatur vel id quod aliquis faciat, cum ante dictis vel factis conciliari possit; Mt. 12, 26. 13, 27. 17, 10 (ubi sententia haec est: tu nos de viso Eliae nobis oblato tacere jubes; quaenam igitur cum hoc viso ratio est doctrinae legis peritorum de venturo Elia? Nonne haec doctrina illo viso confirmatur?); 19, 7. 26, 54. Lc. 20, 17. Jo. 4, 11. Act. 15, 10 (*νῦν οὖν, nunc igitur*, h. e. hoc igitur tempore, quo deus quid velit, satis ostendit); 19, 3. Ro. 4, 1 (sensus: si omnia ex *fide* pendent, quid Abrahamum externis rebus, i. e. factis, consecutum esse dicemus?); 1 Co. 6, 15. Gal. 3, 5. — *δ*) universe inservit interrogationibus, ad quas antea dicta invitant, simpliciter adnectendis, Ro. 3, 27. 4, 9 s. 6, 21. 11, 11. 1 Co. 3, 5 al. — *b*) in *epanalepsibus*, i. e. orationi quibusdam interpositis interruptae inservit excipiendae, interruptam sententiam vel narrationem iterum nectens (*Matthiae* II, p. 1497), ubi Latini *igitur, inquam;* nos: *nun; wie gesagt; sage ich;* Mc. 3, 31 (coll. vs. 21); Lc. 3, 7 (coll. vs. 3); Jo. 4, 45 (coll. vs. 43); 6, 24 (coll. vs. 22); 1 Co. 8, 4. 11, 20 (coll. vs. 18); adde Mc. 16, 19. Act. 8, 25. 12, 5. 13, 4. 15, 3. 30. 23, 31. 25, 1. 28, 5. — Ponitur etiam, ubi jam ad id transitur, de quo dictum iri jam aliquo modo significatum erat, Act. 26, 4. 9. — *c*) inservit iis quae jam dicta sunt aut vero etiam quae fusius ennarrari nequeunt, *summatim* comprehendendis, Mt. 1, 17. 7, 24 (ubi nulla eorum, quae proxime ante dicta erant, ratione habita omnia montanae orationis de moribus praecepta ad unam omnibus communem regulam revocantur); Lc. 3, 18. Jo. 20, 30. Act. 26, 22. — *d*) inservit exemplis et comparationibus ad rem de qua agitur accommodandis; Jo. 3, 29. 16, 22; vel addendis exemplis ad rem de qua agitur illustrandam, Ro. 12, 20 t. vulg. *Grsb.* — *e*) In historico dicendi genere *transitioni ab uno ad alterum nectendisque narrationis partibus et particulis inservit,* si quidem quae fiunt nova ex antea factis nascuntur aut propter antea facta fiunt; Lc. 6, 9 t. vulg.; sexcenties ita ap. Joannem, velut 1, 22. 2, 18. 4, 9. 6, 60. 67. 7, 6. 25. 28. 33. 35. 40. 8, 13. 19. 22. 25. 31. 57. 9, 7 s. 10. 16. 11, 12. 16. 21. 32. 36. 12, 1—4. 13, 12. 16, 17. 22. 18, 7. 11 s. 16. 27—29. 19, 20—24. 32. 38. 40. 21, 5—7 al. — *f*) Cum aliis conjunctionibus: *ἄρα οὖν, hinc igitur;* ap. Paulum; v. in *ἄρα* n. 5. — *εἰ οὖν, quodsi igitur* (ubi quod modo dictum comprobatumque est, ad aliud aliquid probandum transfertur, v. in *εἰ*, III, 12; p. 118, col. 1 s. — *εἴτε οὖν .., εἴτε, sive igitur, sive,* 1 Co. 10, 31. 15, 11. — *ἐπεὶ οὖν, quum igitur*, Heb. 2, 14. 4, 6; pro quo etiam participium ponitur cum *οὖν*, ut Act. 2, 30. 15, 2. 17, 29. 19, 36. 25, 17. 26, 22. Ro. 5, 1. 15, 28. 2 Co. 3, 12. 5, 11. 7, 1. Heb. 4, 14. 10, 19. 1 Pet. 4, 1. 2 Pet. 3, 11. — *ἐὰν οὖν, si igitur unquam*, s. potius: *ergo si unquam* (nam in hac formula *οὖν*, etsi in protasi collocatur, magis tamen ad apodosin pertinet, quippe quae docet, quid ex antecedentibus necessario sequatur, si posita per conjunctionem *ἐάν* conditio aliquando locum habitura sit), Mt. 5, 23. 6, 22. 24, 26. Lc. 4, 7. Jo. 6, 62. 8, 36. Ro. 2, 26. 1 Co. 14, 11. 23. 2 Tim. 2, 21; *ἐὰν οὖν μή*, Ap. 3, 3; sic etiam *ὅταν οὖν, quando igitur*, Mt. 6, 2. 21, 40. 24, 15 et in t. vulg. Lc. 11, 34. — *ὅτε οὖν, quum* s. *postquam igitur*, Jo. 13, 12. 31. 19, 30. 21, 15; i. q. *hinc accidit, ut, quum* .., 2, 22. 19, 6. 8. — *ὡς οὖν, quum* s. *postquam igitur*, Jo. 4, 1. 40. 11, 6. 18, 6. 20, 11. 21, 9; *ὡς οὖν, sicut igitur*, Col. 2, 6. — *ὥσπερ οὖν*, Mt. 13, 40. — *μὲν οὖν*, sq. *δὲ*, Mc. 16, 19. Jo. 19, 24. Act. 1, 6. 8, 4. 25. 1 Co. 9, 25 al.; nulla sq. conjunctione adversativa; v. in *μέν*, II, 4. — *νῦν οὖν*, v. supra in *a* et *b*. — *g*) *Sedem* particulae quod attinet, numquam primum, sed plerumque secundum, nonnumquam tertium in enuntiato locum obtinet, velut *οἱ μὲν οὖν*, Act. 2, 41 et saepius; *πολλὰ μὲν οὖν*, Jo. 20, 30. — *h*) Longe frequentius quam reliqui N. T. scriptores Joannes in evang. hac particula utitur; his tantum in epistolarum locis: 1 Jo. 2, 24 (quo loco *Tdf.* eam expunxit); 4, 19 *Lchm.* 3 Jo. vs. 8.

***οὔπω*** (ex *οὐ* et partic. enclit. *πώ*), adv. (differens a *μήπω* ut *οὐ* a *μή*), *nondum; a*) in negatione: Mt. 24, 6. Mc. (8, 21 *Lchm. Tdf. Trg.*) 13, 7. Jo. 2, 4. 3, 24. (6, 17 *Lchm. Tdf. Trg.*) 7, 6. (vs. 8 t. vulg.) 30. 39. 8, 20. 57. 11, 30. 20, 17. 1 Co. 3, 2. Heb. 2, 8. 12, 4. 1 Jo. 3, 2. Ap. 17, 10. 12 (quo l. *Lchm. οὐκ*); *οὐδεὶς οὔπω, nondum quisquam* (v. in *οὐ, οὐδείς*), Mc. 11, 2 *Lchm. Tdf. Trg.;* Lc. 23, 53 *Lchm. Trg.;* Act. 8, 16. — *b*) in interrogat.: *nondumne?* Mt. 15, 12 t. vulg. *Grsb.;* 16, 9. Mc. 4, 40 *Lchm.;* 8, 17.*

***οὐρά, ᾶς, ἡ, cauda;*** Ap. 9, 10. 19. 12, 4. (inde ab Hom.; LXX aliquoties pro זָנָב.)*

***οὐράνιος, ον***, ap. Graecos plerumque trium terminationum (*οὐρανός*), *coelestis*, i. e. *a*) *coelum inhabitans; ὁ πατὴρ ὁ οὐρ.*, Mt. 6, 14. 26. 32. 15, 13; praeterea ap. *Lchm. Tdf. Trg.* 5. 48. 18, 35. 23, 9; *στρατιὰ οὐρ.*, Lc. 2, 13 (ubi *Trg. οὐρανοῦ*). — *b*) *de coelo veniens; ὀπτασία οὐρ.*, Act. 26, 19. (Hom. in Cer. 55. Pind. Tragg. Arstph. al.)*

***οὐρανόθεν*** (*οὐρανός*) adv., *coelitus;* Act. 14, 17 26, 13. (Hom. Hes. Orph. 4 Macc. 4, 10.) Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 93 s.*

***οὐρανός, οῦ, ὁ, coelum;*** et ad imitationem hebraei שָׁמַיִם (i. e. pr. *alta, supera*) *οὐρανοί, ῶν, οἱ, coeli, orum* (de articulo nunc posito nunc omisso cf. *Win.* p. 115); i. e. 1) *convexa* (*expansum*) *coeli cum omnibus, quae in eo conspiciuntur; a*) universe; opp. terrae, Heb. 1, 10. 2 Pet. 3, 5. 10. 12; *ὁ οὐρ. κ. ἡ γῆ*, i. q. *tota rerum universitas, mundus* (ita ex antiquissimo Hebraeorum quippe notione et nomine *mundi* carentium dicendi modo (Gen. 1, 1. 14, 19. Tob. 7, 18. 1 Macc. 2, 37 al.), Mt. 5, 18. 11, 25. 24, 35. Mt. 13, 31. Lc. 10, 21. 16, 17. 21, 33. Act. 4, 24. 14, 15. 17, 24. Ap. 10, 6. 14, 7. 20, 11. Fingebant sibi veteres coelum instar fornicis expansum, cujus orae extremae contingerent extremos terrae fines, unde dictiones *ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν*, Mt. 24, 31; *ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ*, Mc. 13, 27; *ὑπὸ τὸν οὐρανόν* (תַּחַת הַשָּׁמַיִם, Cohel. 1, 13. 2, 3 al.), sub coelo, i. e. in terris, Act. 2, 5. 4, 12. Col. 1, 23; *ἐκ τῆς* (sc. *χώρας*, cf. *Win.* p. 550) *ὑπ' οὐρανὸν εἰς τὴν ὑπ' οὐρανόν*, ab una plaga terrae ad alteram, Lc. 17, 24; qua formula quemadmodum longissima describitur terminorum distantia, ita e terra suspicienti coelum ponitur terminus summae altitudinis, unde *κολλᾶσθαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ*, Ap. 18, 5 (de q. l. v. in *κολλάω*); *ὑψωθῆναι ἕως τοῦ οὐρανοῦ*, metaph. dic. de urbe summum gloriae ac fortunae fastigium assecutâ, Mt. 11, 23. Lc. 10, 15 (*κλέος οὐρανὸν ἵκει*, Hom. Il. 8, 192. Od. 19, 108; *πρὸς οὐρανὸν βιβάζειν τινά*, Soph. OC. 382; exempla similium dictionum ex aliis scriptoribus praebet *Kypke* Observv. I, p. 62); *καινοὶ οὐρανοί* (*καὶ γῆ καινή*),

coelum praestantius, ei quod nunc est post instaurationem totius universi successurum, 2 Pet. 3, 13. Ap. 21, 1; *οἱ νῦν οὐρανοί*, coelum quod nunc est et olim igne dissolvetur, 2 Pet. 3, 7; item *ὁ πρῶτος οὐρανός*, Ap. 21, 1 coll. Heb. 12, 26. — Comparatur vero etiam in poetico sermone coelum expanso velo s. aulaeo (Ps. 104, 2. Jes. 40, 22) atque evoluto volumini, unde *ἑλίσσειν τοὺς οὐρ. ὡς περιβόλαιον*, Heb. 1, 12 (e LXX Ps. 102, 26 sec. cod. alex.); *καὶ ὁ οὐρ. ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον ἑλισσόμενον*, Ap. 6, 14. — *b*) *coelum aërium* s. coelum, in quo nubes, imbres ventique coguntur, tonitrua et fulgura gignuntur; *ὁ οὐρ. πυῤῥάζει*, Mt. 16, 2; *στυγνάζει*, vs. 3; *ὑετὸν ἔδωκε*, Jac. 5, 18; adde Lc. 9, 54. 17, 29. Act. 9, 3. 22, 6. Ap. 13, 13. 16, 21. 20, 9; *σημεῖον ἐκ* vel *ἀπὸ τοῦ οὐρ.*, Mt. 16, 1. Mc. 8, 11. Lc. 11, 16. 21, 11; *τέρατα ἐν τῷ οὐρ.* Act. 2, 19; *κλείειν τὸν οὐρανόν*, pluviam intra coelum cohibere, quo minus in terram decidat, Lc. 4, 25. Ap. 11, 6 (*συνέχειν τὸν οὐρ.* pro עָצַר הַשָּׁמַיִם, Deut. 11, 17. 2 Chr. 6, 26. 7, 13; *ἀνέχειν τὸν οὐρ.*, Sir. 48, 3); *αἱ νεφέλαι τοῦ οὐρ.*, Mt. 24, 30. 26, 64. Mc. 14, 62; *τὸ πρόςωπον τοῦ οὐρ.*, Mt. 16, 3. Lc. 12, 56; *τὰ πετεινὰ τ. οὐρ.* (gen. loci), in aerii coeli spatio volantia (Gen. 1, 26. Ps. 8, 9. Bar. 3, 17. Judith. 11, 7), Mt. 6, 26. 8, 20. 13, 32. Mc. 4, 32. Lc. 8, 5. 9, 58. 13, 19. Act. 10, 12. Quod coelum diffindendo adaperitur: *e superiore* coelo s. coelitum sede in terram descendunt tum spiritus sanctus, Mt. 3, 16. Mc. 1, 10. Lc. 3, 21 s. Jo. 1, 32., tum angeli, Jo. 1, 52., tum vero etiam in visis humano adspectui patent quaedam interna in supremo coelo, Act. 7, 55. 10, 11. 16; per aërium coelum audiuntur voces, quae in coelitum sede eduntur, Mt. 3, 17. Mc. 1, 11. Lc. 3, 22. Jo. 12, 28. 2 Pet. 1, 18. — *c*) *coelum sidereum s. stellatum; τὰ ἄστρα τοῦ οὐρ.* Heb. 11, 12 (Deut. 1, 10. 10, 22. Eur. Phoen. 1); *οἱ ἀστέρες τ. οὐρ.*, Mc. 13, 25. Ap. 6, 13. 12, 4 (Jes. 13, 10. 14, 13); *αἱ δυνάμεις τῶν οὐρ.*, *copiae coelestes*, i. e. *stellae;* Mt. 24, 29. Lc. 21, 26; *αἱ ἐν τοῖς οὐρ.*, Mc. 13, 25 (hebr. צְבָא הַשָּׁמַיִם, Deut. 17, 3. Jer. 33, 22. Zeph. 1, 5); item *ἡ στρατιὰ τ. οὐρ.*, Act. 7, 42. — 2) *spatium coelo sidereo superius, aeterni et omnibus numeris perfecti rerum ordinis sedes, ubi versantur deus et reliqui coelites;* quod coelum Paulus 2 Co. 12, 2 nomine *τοῦ τρίτου οὐρ.* significare videtur, minime vero tertium e septem coelis, quos auctor Test. XII Patr. Levi §. 3 et Rabbini distinxerunt; cf. *de Wette* ad l. Plures coeli distinguuntur etiam Eph. 4. 10 (*ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρ.*) coll. Heb. 7, 26., nisi ibi plura unius ejusdemque coeli, quod sedes dei est, spatia intelligere maluerimus. Est vero supremum coelum *sedes dei:* Mt. 5, 34. 23, 22. Act. 7, 49. Ap. 4, 1 ss. (Ps. 11, 4. 115, 16 s. LXX 113, 24); hinc *θεὸς τοῦ οὐρ.*, Ap. 11, 13. 16, 11 (Gen. 24, 3); *ὁ ἐν τοῖς οὐρ.*, Mt. 5, 16. 45. 6, 1. 9. 7, 21. 10, 33. 12, 50. 16, 17. 18, 10. 14, 19. Mc. 11, 25 s. al. — Ex hoc coelo demittitur *πνεῦμα ἅγ.*, 1 Petr. 1, 12 et locis paulo ante allatis; dic. Christus venisse, Jo. 3, 13. 31. 6, 38. 41 s. 1 Co. 15, 47; est sedes angelorum: Mt. 24, 36. 22, 30. 18, 10. 28, 2. Mc. 12, 25. 13, 32. Lc. 2, 15. 22, 43. Gal. 1, 8. 1 Co. 8, 5. Eph. 3, 15. Heb. 12, 22. Ap. 10, 1. 12, 7. 18, 1. 19, 14 (Gen. 21, 17. 22, 11); *τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς*, res et naturae in coelis (i. e. angeli) et in terra, Eph. 1, 10. Col. 1. 16. 20; *γίνεται τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ἐν οὐρανῷ*. i. e. a coelicolis, Mt. 6, 10; *χαρὰ ἔσται ἐν τῷ οὐρ.*, gaudebunt deus et angeli, Lc. 15, 7; — est hoc coelum sedes, ad quam *Christus* post resurrectionem evectus, Mc. 16, 19. Lc. 24, 51. Act. 1, 10 s. 2, 34. 3, 21. Ro. 10, 6. 1 Pet. 3, 22. Heb. 1, 4 (*ἐν ὑψηλοῖς*); 8, 1. 9, 24. Ap. 4, 2., et unde olim rediturus est, 1 Th. 1, 10. 4, 16. 2 Th. 1, 7; in coelum jam recepti sunt animi (*πνεύματα*) tum sanctorum V. Ti., tum Christianorum corporibus soluti, Heb. 12, 23 (v. in *ἀπογράφω*), sistiturque coelum sedes iis futura, qui e mortuis resuscitati et praestantioribus corporibus induti participes futuri sint regni coelestis, 2 Co. 5, 1., in eoque virtutis spectatae mercede gavisuri, Mt. 5, 12. Lc. 6, 23; unde aeterna bona vocantur *θησαυρὸς ἐν οὐρανῷ*, Mt. 6, 20. Lc. 12, 33, et ii quibus deus aeternam salutem decrevit, dicuntur *ἔχειν θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ*, Mt. 19, 21. Mc. 10, 21. Lc. 18, 22 coll. Heb. 10, 34; aut salus eos manens dic. *reservari iis in coelo*, Col. 1, 5. 1 Pet. 1, 4; aut nomina eorum dic. scripta esse in coelo, Lc. 10, 20; Christus autem, qui a deo constitutus est civium regni divini dux et dominus, omnem dicitur habere potestatem in coelis atque in terra, Mt. 28, 18; denique ex apocalypseos spe nova Hierosolyma, consummati messiani regni metropolis, e coelo demittentur, Ap. 21, 2. 10. 3, 12. — Nomen *τοῦ οὐρανοῦ* metonym. dic. pro coelicolis: *εὐφραίνου οὐρανέ*, Ap. 18, 20 coll. 12, 12 (Ps. 96, 11. Jes. 44, 23. Job. 15, 15); speciatim pro *deo* (Dan. 4, 23 ac saepe ap. Rabbinos quippe nimis pavida ipsius *dei* nominum reverentia actos; cf. *Schürer* in Jahrbb. f. protest. Theol. 1876, p. 178 s.), *ἁμαρτάνειν εἰς τὸν οὐρ.*, Lc. 15, 18. 21; *ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*, i. q. a deo, Jo. 3, 27; *ἐξ οὐρ.*, divinae auctoritatis, Mt. 21, 25. Mc. 11, 30. Lc. 20, 4; *ἐναντίον τοῦ οὐρανοῦ*, 1 Macc. 3, 18 (ubi *τοῦ θεοῦ* ante *τοῦ οὐρ.* suspectum videtur); *ἐκ τοῦ οὐρ. ἡ ἰσχύς*, vs. 19; *ἡ ἐξ οὐρ. βοήθεια*, 12, 15. 16, 3 coll. 3, 50—53. 59. 4, 10. 24. 30. 40. 55. 5, 31. 7, 37. 41. 9, 46; cf. *Keil* Comm. üb. d. BB. d. Maccabb. p. 20. De nomine et notione *τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν* v. in *βασιλεία*.

*Οὐρβανός, οῦ, ὁ*, *Urbanus*, Christianus quidam, Ro. 16, 9.*

*Οὐρίας, ου, ὁ* (אוּרִיָּה, lux Jehovae), *Urias*, maritus Bathsebae, quae Davidi peperit filium Salomonem; Mt. 1, 6.*

*οὖς, ὠτός*, plur. *ὦτα*, dat. *ὠσίν, τό*, inde ab Hom., hebr. אֹזֶן, *auris;* 1) pr. Mt. 13, 16. Mc. 7, 33. Lc. 22, 50. 1 Co. 2, 9. 12, 16; *ὦτά τινος εἰς δέησιν*, ad preces audiendas, 1 Pet. 3, 12; *ἡ γραφὴ πληροῦται ἐν τοῖς ὠσί τινος*, coram aliquo audiente, Lc. 4, 21 (Bar. 1, 3 s.); *συνέχειν τὰ ὦτα*, *aures continere*, dicuntur qui aliquid audire nolunt, Act. 7, 57; *ἠκούσθη τι εἰς τὰ ὦτά τινος*, auditum est aliquid ab aliquo; pervenit ad alicujus notitiam, 11, 22; item *εἰςέρχεσθαι*, Jac. 5, 4; *γίνεσθαι*, in alicujus aures penetrare, Lc. 1, 44; *ἀκούειν εἰς τὸ οὖς*, audire familiari sermone, aliis ab audiendi societate seclusis, Mt. 10, 27 (*εἰς οὖς* saepe ita ap. Graecos; cf. *Passow* II, p. 591, col. 2); item *πρὸς τὸ οὖς λαλεῖν*, Lc. 12, 3. — 2) translate i. q. *animo percipiendi facultas, intelligendi, cognoscendi facultas;* Mt. 13, 16; *ὁ ἔχων* (s. *εἴ τις ἔχει*) *ὦτα* (s. *οὖς*, in apocal.) *ἀκουέτω*, qui attendendi et intelligendi facultate praeditus est, eâ utatur, Mt. 11, 15. 13, 9. 43. Mc. 4, 9. 23. 7, 16. Lc. 8, 8. 14, 35. Ap. 2, 7. 11. 17. 29. 3, 6. 13. 22. 13, 9; *τοῖς ὠσὶ βαρέως ἀκούειν*, tardum esse ad intelligendum vel obediendum, Mt. 13, 15. Act. 28, 27 (e Jes. 6, 10); *ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε*, Mt. 8, 18; *ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν*, Ro. 11, 8; *τιθέναι τι εἰς τὰ ὦτα*, aliquid in memoriam recipere eâque tenere, Lc. 9, 44; *ἀπερίτμητος τοῖς ὠσίν* (v. in *ἀπερίτμητος*), Act. 7, 51.*

*οὐσία, ας, ἡ* (a ptcp. verbi *εἰμί, ὤν, οὖσα, ὄν*), *res alicujus* i. e. *opes, facultates, peculium;* Lc. 15, 12 s. (Tob. 14, 13. Hdt. 1, 92; Xen. Plat., att. oratt. al.)*

**οὔτε** (οὐ, τέ), conjunctio negans adjunctiva (differens a μήτε, ut οὐ a μή, et ab οὐδὲ, ut μήτε a μηδέ, v. supra iu μήτε et in οὐδέ), *neque; et non.* — 1) Exempla quibus οὔτε simpliciter ponitur; *a*) οὐ -- οὔτε, Ap. 12, 8 t. vulg. (ubi *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* οὐδέ); 20, 4 t. vulg. *Grsb.* (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* οὐδέ); οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον οὔτε βλέπειν αὐτό, Ap. 5, 4; cf. *Win.* p. 457 coll. *Bttm.* ntl. Gr. p. 315; οὐ..οὐδὲ--οὔτε, 1 Th. 2, 3 t. vulg. *Grsb.* (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* rectius οὐδέ); οὐδὲ -- οὔτε (ita ut οὔτε respondeat soli voculae οὐ in οὐδέ), Gal. 1, 12 t. vulg. *Grsb. Tdf.* — *b*) οὔτε -- καί, ut ap. Lat. *neque -- et;* Jo. 4, 11. 3 Jo. vs. 10 (Eur. Iph. T. 591; sed Graecis usitatius erat οὐ-τέ, cf. *Klotz* ad Dev. II, p. 714. *Passow* II, p. 593 a. *Win.* §. 55, 7). — *c*) E soloecismo οὔτε dic. pro οὐδέ, *ne -- quidem;* 1 Co. 3, 2 t. vulg. (pro quo *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* οὐδέ); Mc. 5, 3 t. vulg. *Grsb.* (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* restituerunt οὐδέ); Lc. 12, 26 t. vulg. *Grsb.* (ubi *Lchm. Trg.* οὐδέ); οὔτε μετενόησαν, Ap. 9, 20 t. vulg. *Lchm.* (ubi *Grsb.* οὐ; *Tdf. Trg.* οὐδέ, *ne .. quidem*); antegressa interrogatione μὴ δύναται -- σῦκα; pergitur οὔτε ἁλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ, Jac. 3, 12 *Lchm. Tdf. Trg.* (quasi antea animo scribentis obversatum sit οὔτε δύναται -- σῦκα). — 2) bis vel saepius positum, *nec -- nec; neque -- neque* (*weder -- noch*); Mt. 6, 20. 22, 30. Mc. 12, 25. Lc. 14, 35. Jo. 4, 21. 5, 37. 8, 19. 9, 3. Act. 15, 10. 19, 37. 25, 8. 28, 21. Ro. 8, 38 s. (ubi οὔτε decies habetur); 1 Co. 3, 7. 6, 9 s. (οὔτε octies); 11, 11. Gal. 5, 6. 6, 15. 1 Th. 2, 6. Ap. 3, 15 s. 9, 20. 21, 4; οὔτε -- οὔτε -- οὐδέ (nostr. *auch nicht*), Lc. 20, 35 *Lchm. Trg.;* Act. 24, 12 s. *Lchm. Tdf.;* cf. *Win.* p. 457. *Bttm.* ntl. Gr. p. 315.

**οὗτος, αὕτη, τοῦτο,** pronom. demonstrativum, hebr. זֶה, זֹאת, — *hic, haec, hoc;* — dic. I) absol. 1) *a*) *hic, quem adstantem s. praesentem videtis;* Mt. 3, 17. 17, 5. Mc. 9, 7. Lc. 7, 44 s. 9, 35. 2 Pet. 1, 17. — Mt. 9, 3. 21, 38. Mc. 14, 69. Lc. 2, 34. 23, 2. Jo. 1, 15. 30. 7, 25. 9, 8 s. 19. 18, 21. 30. 21, 21. Act. 2, 15. 4, 10. 9, 21; prout personae vel rei commemoratae indoles et natura est, dic. c. significatione aut *contemtus*, ut Mt. 13, 55 s. Mc. 6, 2 s. Lc. 5, 21. 7, 39. 49. Jo. 6, 42. 52. 7, 15; aut *admirationis* Mt. 21, 11. Act. 9, 21; cf. *Wahl* Clavis apocryphor. V. Ti., p. 370, col. 1 s. — *b*) refertur ad subjectum in sermone proxime praecedens: *is quem modo nominavi;* Lc. 1, 32. 2, 37 s. Jo. 1, 2. 6, 71. 2 Tim. 3, 6. 8 al.; ubi narratio de aliquo incipit jam commemorato, Mt. 3, 3. Lc. 16, 1. Jo. 1, 42. 3, 2. 12, 21. 21, 21. Act. 7, 19. 21, 24. — *hic, quem dixi et nullus alius*, Jo. 9, 9. Act. 4, 10 (ἐν τούτῳ); 9, 20. 1 Jo. 5, 6; *talis qualem modo discripsi*, 2 Tim. 3, 5. 2 Pet. 2, 17. — καὶ οὗτος, *hic, quem dixi, pariter atque reliqui*, Lc. 20, 30 t. vulg. *Grsb. Lchm.;* Heb. 8, 3. — καὶ τοῦτον, *et hunc quidem*, 1 Co. 2, 2. — *c*) οὗτος refertur ad nomen, quod primarium enuntiati subjectum est, etsi in ordine verborum remotiorem locum obtinet (*Win.* §. 23, 1); Act. 4, 11. 7, 19. 8, 26 (de q. l. v. in Γάζα); 1 Jo. 5, 20 (ubi οὗτος ab orthodoxis intpp. perperam ad subjectum proxime antecedens, *Christum*, refertur); 2 Jo. vs. 7. — *d*) refertur ad sequentia; οὗτος, αὕτη ἐστί, *in eo cernitur, quod; ab eo pendet, quod;* sq. ὅτι, ut αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία, ὅτι, 1 Jo. 1, 5; adde 5, 11. 14; sq. ἵνα, Jo. 15, 12. 1 Jo. 3, 11. 23. 5, 3. 2 Jo. vs. 6; τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον, τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, ἵνα, Jo. 6, 29. 39 s. — *e*) inservit subjecto cum vi redintegrando; οὐ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραήλ, οὗτοι Ἰσραήλ, Ro. 9, 6; adde vs. 8. 2, 14. 7, 10. Gal. 3, 7; nec sine gravitatis significatione refertur ad descriptionem ope participii aut relativo ὅς, ὅςτις factam, quae descriptio aut sequitur, ut Mc. 4, 16. 18. Lc. 8, 21. 15. 9, 9. Jo. 11, 37; sq. relativo enuntiato, Jo. 1, 15. 1 Pet. 5, 12; — aut praecedit; praeced. participio, Mt. 10, 22. 13, 20. 22 s. 24, 13. 26, 23. Mc. 12, 40. Lc. 9, 48 (ὁ -- ὑπάρχων, οὗτος); Jo. 6, 46. 7, 18. 15, 5. 2 Jo. vs. 9. Act. 17, 7 (atque t. vulg. et *Grsb.* Ap. 3, 5); praecedente relat. ὅς, Mt. 5, 19. Mc. 3, 35. Lc. 9, 24. 26. Jo. 1, 33. 3, 26. 5, 38. Ro. 8, 30. 1 Co. 7, 20. Heb. 13, 11. 1 Jo. 2, 5. 2 Pet. 2, 19; neutr. Jo. 8, 26. 1 Co. 7, 24. Phil. 4, 9. Ro. 7, 16. 2 Tim. 2, 2; praeced. ὅςτις, Mt. 12, 50. 18, 4; neutr. Phil. 3, 7; — ὅσοι --, οὗτοι, Ro. 8, 14. Gal. 6, 12; item praeced. εἴ τις, 1 Co. 3, 17. 8, 3. Jac. 1, 23. 3, 2; praeced. ἐάν τις, Jo. 9, 31; cf. *Win.* §. 23, 4. — *f*) adjungitur αὐτός, *ipse hic* (*dieser selbst*), Act. 25, 25; plur. 24, 15. 20; de neutro v. infra in n. 2. — *g*) Ut pronomen relativum et interrogativum, ita etiam demonstrativum, ubi in subjecti loco est, generi et numero ejus nominis accommodatur, quod praedicati locum tenet; οὗτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ τῆς βασ., Mt. 13, 38; adde Mc. 4, 15 s. 18; αὕτη ἐστὶν ἡ μεγάλη ἐντολή, Mt. 22, 38; οὗτός ἐστιν ὁ πλάνος (ubi nos: *diese sind*), 2 Jo. vs. 7. — 2) Neutrum τοῦτο *a*) respicit ad antecedentia, Lc. 5, 6. Jo. 6, 61. Act. 19, 17; τοῦτο εἰπών et similia, Lc. 24, 40. Jo. 4, 18. 8, 6. 12, 33. 18, 38; διὰ τοῦτο, v. in διά, p. 92, col. 1; εἰς τοῦτο, v. in εἰς, p. 128, col. 1; αὐτὸ τοῦτο, *propter id ipsum*, 2 Pet. 1, 5; cf. *Matthiae* §. 470, 7; *Passow* II, p. 599, 1; μετὰ τοῦτο, v. in μετά, II, 2, b. — ἐκ τούτου, *ob hanc rationem*, Jo. 6, 66. 19, 12; *ex hoc*, i. e. *inde, hac notâ* (*daran*) 1 Jo. 4, 6; ἐν τούτῳ, *hanc ob causam*, Jo. 16, 30. Act. 24, 16; *hac notâ*, 1 Jo. 3, 19; ἐπὶ τούτῳ, *interea;* dum hoc agebatur, Jo. 4, 27; τούτου χάριν, Eph. 3, 14; plur. ταῦτα, Jo. 7, 4 (haec tanta, tam admiranda); μετὰ ταῦτα, v. in μετά II, 2, b; κατὰ ταῦτα, *eodem modo*, Lc. 6, 23. 17, 30 t. vulg. *Grsb.;* — refertur ad argumentum sermonis antegressi, Lc. 24, 26. 8, 8. 11, 27. Jo. 5, 34. 15, 11. 21, 24 et saepissime. — καθὼς -- ταῦτα, Jo. 8, 28. — *b*) praeparat et attentum reddit lectorem vel auditorem ad sequentia, quibus ita quoddam pondus tribuatur (*Win.* §. 145, 5); 1 Jo. 4, 2; αὐτὸ τοῦτο ὅτι, Phil. 1, 6; τοῦτο λέγω sq. orat. directa, Gal. 3, 17; — praefigitur sententiis per particulas ὅτι, ἵνα al. illatis, τοῦτο λέγω s. φημί sq. ὅτι, 1 Co. 1, 12. 15, 50; γινώσκεις τοῦτο sq. ὅτι, Ro. 6, 6. 2 Tim. 3, 1. 2 Pet. 1, 20; 3, 3; λογίζεσθαι τοῦτο ὅτι, Ro. 2, 3; post ὁμολογεῖν, Act. 24, 14; post εἰδώς, 1 Tim. 1, 9; αὕτη ἐστὶν --, ὅτι, *in eo est, quod; in eo cernitur, quod;* 1 Jo. 1, 5. 5, 11. 14; ἐν τούτῳ ὅτι, 1 Jo. 3, 16. 24. 4, 9 s.; τοῦτο, ἵνα, Lc. 1, 43; εἰς τοῦτο, ἵνα, Act. 9, 21. Ro. 14, 9. 2 Co. 2, 9. 1 Pet. 3, 9. 4, 6. 1 Jo. 3, 8; διὰ τοῦτο, ἵνα, 2 Co. 13, 10. 1 Tim. 1, 16. Philem. vs. 15; τούτων (de quo plur. neutr. ad unam rem spectante v. *Win.* p. 153), ἵνα, 3 Jo. vs. 4; ἐν τούτῳ, ἐάν, 1 Jo. 2, 3; ὅταν, 1 Jo. 5, 2; τοῦτο αὐτό, ἵνα, *propter id ipsum, ut* (supra in *a*), 2 Co. 2, 3; εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἵνα, Eph. 6, 22. Col. 4, 8; ὅπως, Ro. 9, 17. — Eodem modo τοῦτο c. gravitatis significatione ponitur ante τό c. infin., 2 Co. 2, 1; ante simplicem infin. 1 Co. 7, 37; ante acc. c. infin. Eph. 4, 17; ante nomina, ut τοῦτο εὔχομαι, τὴν ὑμῶν κατάρτισιν, 2 Co. 13, 9 coll. 1 Jo. 3, 24. 5, 4. — *c*) καὶ τοῦτο, *idque; et quidem; praesertim;* Ro. 13, 11. 1 Co. 6, 6 (*Lchm. Tdf. Trg.* etiam vs. 8); Eph. 2, 8; καὶ ταῦτα, *et quidem*, 1 Co. 6, 8 t. vulg. *Grsb.;* Heb. 11, 12 (ita καὶ ταῦτα etiam ap. Graecos; cf. *Devar.* ed. *Klotz*, I, p. 108; *Viger.* ed. Herm. p. 176 s. *Matthiae* §. 470, 6.). — *d*) ταῦτα, *hujus generis*, de hominibus contemtim dictum, nos: *solches Gelichter, solche Sorte*, 1 Co. 6, 11 (cf.

Soph. OR. 1329. Thuc. 6, 77. Liv. 30, 30; cf. *Bnhdy* p. 281). — *e*) τοῦτο μὲν --, τοῦτο δέ, *partim* --, *partim*, Heb. 10, 33 (exempla e Graecis praebent *Win.* p. 135. *Matthiae* II, p. 740, 2). — *f*) τοῦτ' ἔστι, v. in εἰμί, II, 3. — II) Conjunctum cum nominibus dic. instar adjectivi; *a*) ita, ut articulus demonstrativo et nomini interponatur, οὗτος ὁ, αὕτη ἡ, τοῦτο τό, Mt. 12, 32. 16, 18. 17, 21. 20, 12. 26, 29. Mc. 9, 29. Lc. 7, 44. 10, 36. 14, 30. 15, 24. Jo. 4, 15. 7, 46. 8, 20. 10, 6. 11, 47. 12, 5. Act. 1, 11. Ro. 11, 24. 1 Tim. 1, 18. Heb. 7, 1. 8, 10. Ap. 19, 9. 20, 14. 21, 5. 22, 6 al.; τοῦτο τὸ παιδίον, *talem* puerculum, *qualem* hic videtis, Lc. 9, 48; cf. *Bornemann* ad l. — *b*) ita ut nomen locum teneat inter articulum et pron. demonstrativum, ut οἱ λίθοι οὗτοι, lapides, quos adjacentes videtis, Mt. 3, 9. 4, 3; adde 5, 19. 7, 24. 26. 28. 9, 26. 10, 23 al.; Mc. 12, 16. 13, 30. Lc. 11, 31. 23, 47. Jo. 4, 13. 21. 7, 49. 9, 24. 11, 9. 18, 29. 21, 23. 1 Jo. 4, 21. Act. 6, 13. 19, 26. Ro. 15, 28. 1 Co. 1, 20. 2, 6. 11, 26. 2 Co. 4, 1. 7. 8, 6. 11, 10. 12, 13. Eph. 3, 8. 5, 32. 2 Tim. 2, 19. Ap. 2, 24 et saepissime (quae structura ap. Paulum longe frequentior est quam altera); adjungitur nomini aliud adjectivum secum habenti, ἡ χήρα ἡ πτωχὴ αὕτη, Lc. 21, 3; πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα, 2, 19. 51. — *c*) Loci, quibus lectio inter οὗτος ὁ et ὁ-οὗτος variat, Mc. 14, 30. Jo. 4, 20. 6, 60. 7, 36 al. — *d*) c. nominibus articuli expertibus, maxime finitionibus numeralibus; τρίτον τοῦτο, *hac tertia vice*, 2 Co. 13, 1; τοῦτο τρίτον, Jo. 21, 14 (Judd. 16, 15; δεύτερον τοῦτο, Gen. 27, 36; τοῦτο δέκατον, Num. 14, 22; τέταρτον τοῦτο, Hdt. 5, 76); τοῦτο πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν, Jo. 4, 54; τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει, hic est tertius dies quem Israel agit, Lc. 24, 21 (κεῖμαι τριακοστὴν ταύτην ἡμέραν, tricesimus jam dies est, ex quo [insepultus] jaceo, Lucian. dial. mort. 13, 3); οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας (v. in μετά, II, 2, b), Act. 1, 5; οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ, sextus jam mensis est, ex quo ea concepit, Lc. 1, 36; αὕτη ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο, 2, 2 *Lchm. Trg.*; ταύτην ἐποίησεν ἀρχὴν τῶν σημείων, Jo. 2, 11.

οὕτω et οὕτως (illud in editionibus olim ante consonam, hoc ante vocalem; sed *Lchm.* et *Tdf.* in plerisque, *Trg.* in omnibus N. Ti. locis ex optimis codd. restituerunt οὕτως, cf. *Win.* p. 41. *Bttm.* ntl. Gr. p. 9. coll. *Krüger* §. 11, 12, 1. *Kühner* II, p. 230 s.), adv. (ab οὗτος), LXX pro כֵּן, — *hoc modo, ita, sic, tam, adeo*; 1) per nativam suam demonstrativam vim respicit ad antecedentia: *ad eum quo diximus modum; eo quo factum est modo; hoc modo; tali modo; sic*; Mt. 6, 30. 11, 26. 17, 12. 19, 8. Mc. 14, 59. Lc. 1, 25. 2, 48. 12, 28. Ro. 11, 5. 1 Co. 8, 12. 15, 11. Heb. 6, 9; οὐχ οὕτως ἔσται ἐν ὑμῖν, non sic erit inter vos (spero), Mt. 20, 26. Mc. 10, 43; ὑμεῖς οὐχ οὕτως, sc. ἔσεσθε, Lc. 22, 26; ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτως sc. ποιοῦντα, sic ut adhuc fecit, Jo. 11, 48; respicit ad similitudines et comparationes iisque ad rem de qua agitur accommodandis inservit, Mt. 5, 16 (eodem modo ac candela in candelabro); 12, 45. 13, 49. 18, 14. 20, 16. Lc. 12, 21. 15, 7. 10. Jo. 3, 8. 1 Co. 9, 24; item οὕτως καί, Mt. 17, 12. 18, 35. 24, 33. Mc. 13, 29. Lc. 17, 10; — οὕτως ἔχειν, *sic s. ita se habere*, Act. 7, 1. 12, 15. 17, 11. 24, 9; inservit redintegrandis participiis (Jos. antt. 8, 11; b. jud. 2, 8, 5; exempla e Graecis praebet *Passow* II, p. 600 s.): Act. 20, 11. 27, 17; minime vero huc referendus est locus Jo. 4, 6; cf. *Meyer* ad l.; de loco Ap. 3, 5 v. infra sub nr. 5, c; — explet locum finitionum participialium, i. q. *rebus ita comparatis* (nos: *bei solcher Lage der Dinge*), Ro. 5, 12 (hoc nexu inter peccatum et mortem constituto); Heb. 6, 15 (h. e. quum deus promissum interposito jurejurando oppignerasset); i. q. *rebus ita confectis; quo facto; tum*, Mt. 11, 26. Act. 7, 8. 28, 14. 1 Co. 14, 25. 1 Th. 4, 17. 2 Pet. 1, 11; cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. I, p. 298. Cui usui finitimus est ille, quo οὕτως pariter ac lat. *ita* dic. pro *itaque, igitur* (nos: *sonach*), Mt. 7, 17. Ro. 1, 15. 6, 11. Ap. 3, 16 (cf. *Passow* II, p. 601, col. 1). — 2) praeparat sequentia; Mt. 6, 9. Lc. 19, 31. Jo. 21, 1; οὕτως ἦν, ita comparata erat, ita se habebat, Mt. 1, 18; οὕτως ἐστὶ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ sq. infin., *hujusmodi est dei voluntas, ut*, 1 Pet. 2, 15; ante effata, quae e V. To. afferuntur, Mt. 2, 5. Act. 7, 6. 13, 34. 47. 1 Co. 15, 45. Heb. 4, 4. — 3) c. adjectivis, *tam*; Heb. 12, 21. Ap. 16, 18; postponitur, τί δειλοί ἐστε οὕτως; Mc. 4, 40; eodem sensu c. adverbiis, Gal. 1, 6; aut verbis, *tantopere*, 1 Jo. 4, 11; οὕτως--ὥστε, Jo. 3, 16. — οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως, numquam tali modo, h. e. tam insigniter oblatum est visum, Mt. 9, 33 (ἐφάνη accipiendum est impersonaliter, cf. *Bleek* ad l. Tom. I, p. 406); οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν, numquam sic, i. e. tanta cum admiratione, vidimus, Mc. 2, 12. — 4) οὕτως et οὕτως καί in comparatione ex adverso ponitur adverbio vel pronomini relativo, καθάπερ--οὕτως, Ro. 12, 4 s. 1 Co. 12, 12. 2 Co. 8, 11; καθὼς--οὕτως, Lc. 11, 30. 17, 26. Jo. 3, 14. 12, 50. 14, 31. 15, 4. 2 Co. 1, 5. 10, 7. 1 Th. 2, 4. Heb. 5, 3; οὕτως--καθώς, Lc. 24, 24. Ro. 11, 26. Phil. 3, 17; ὡς--οὕτως, Act. 8, 32. 23, 11. Ro. 5, 15. 18. 1 Co. 7, 17. 2 Co. 7, 14. 2 Th. 2, 8. 5, 2; οὕτως--ὡς, Mc. 4, 26. Jo. 7, 46. 1 Co. 3, 15. 4, 1. 9, 26. Eph. 5, 28. Jac. 2, 12; οὕτως ὡς . . μὴ ὡς, 2 Co. 9, 5; ὥςπερ--οὕτως, Mt. 12, 40. 13, 40. 24, 27. 37. 39. Lc. 17, 24. Jo. 5, 21. 26. Ro. 5, 12. 19. 21. 6, 4. 11, 31. 1 Co. 11, 12. 15, 22. 16, 1. 2 Co. 1, 7. Gal. 4, 29. Eph. 5, 24; post καθ' ὅσον, Heb. 9, 27 s.; οὕτως--ὃν τρόπον, Act. 1, 11. 27, 25; ὃν τρόπον--οὕτως, 2 Tim. 3, 8 (Jes. 52, 14); κατά τι --οὕτω, *ut postulat--ita*, Act. 24, 14. — 5) Praeterea haec singula notanda sunt: *a*) (ἔχει) ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως, hic hoc modo, ille illo modo, i. e. alius aliter, 1 Co. 7, 7 (ποτὲ μὲν οὕτως καὶ ποτὲ οὕτως φάγεται ἡ μάχαιρα, 2 Sam. 11, 25). — *b*) οὕτως, *modo omnibus noto*, i. e. ex adj. tam turpiter, 1 Co. 5, 3. — *c*) *in eo in quo sum statu; talis qualis sum*; τί με ἐποίησας οὕτως, Ro. 9, 20; οὕτως εἶναι, μένειν, dic. qui caelebes manent, 1 Co. 7, 26. 40; ὁ νικῶν οὕτως περιβαλεῖται, tali in statu, i. e. quum victor sit, Ap. 3, 5 *Lchm. Tdf. Trg.* — *d*) *sic statim*, i. e. sine dubitatione (nostr. *ohne Weiteres, ohne Bedenken*), Jo. 4, 6; cf. *Passow* II, p. 601, col. 2. — *e*) in interrogationibus; *siccine?* Mc. 7, 18 (ubi nos *sonach*); οὕτως ἀποκρίνῃ, i. e. tam immodeste, Jo. 18, 22; c. adjectivo, *adeone?* Gal. 3, 3. — *f*) Apud Graecos οὕτως non raro post protases conditionales, concessivas, temporales inchoat apodosin (cf. *Passow* II, p. 600 s.). Referuntur huc ex N. To. loci 1 Th. 4, 14 et Ap. 11, 5; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 307. Sed res dubia est. Nam priore loco οὕτως etiam explicari potest: *rebus ita comparatis*, h. e. si credimus id quod dixi; altero loco: *eo quo dixi modo, eodem modo*, i. e. per ignem ex eorum ore egredientem.

οὐχ, v. οὐ.

οὐχί, i. q. οὐ, *non*, sed fortius negans; *a*) in enuntiationibus simpliciter negantibus, *minime*; Jo. 13, 10 s. 14, 22. 1 Co. 5, 2. 6, 1; sq. ἀλλά, 1 Co. 10, 29. 2 Co. 10, 13 (q. l. *Lchm. Tdf. Trg.* οὐκ); in verbis, quibus alicui contradicitur, Lc. 1, 60. 12, 51. 13, 3. 5. 16, 30. Ro. 3, 27. — *b*) in interrogatione,

*nonne?* (id quaerit, quod sic esse nemo negat), Mt. 5, 46 s. 10, 29. 13, 27. 20, 13. Lc. 6, 39. 17, 17. 24, 26. Jo. 11, 9. (Act. 2, 7 *Trg.*) Ro. 2, 26. 1 Co. 1, 20. Heb. 1, 14 al. (LXX pro הֲלֹא Gen. 40, 8. Judd. 4, 6); *ἀλλ' οὐχί, nonne potius*, Lc. 17, 8.

*ὀφειλέτης, ου, ὁ* (*ὀφείλω*), *debitor, qui debet alicui;* pr. de eo, qui alicui pecuniam debet (Plat. legg. 5, 736 d. Plut. al.); c. genit. summae, quam debet, Mt. 18, 24; metaph. *a*) *is qui aliquo officio tenetur; ὀφειλέτης εἰμί*, i. q. *ὀφείλω*, sq. inf., Gal. 5, 3 (Soph. Aj. 590); *ὀφειλ. εἰμί τινος*, habeo, quod alicui, qui beneficiis me divinxit, gratias referam, Ro. 15, 27; *τινί* (dat. commodi), officio teneor praestandi alicui aliquid, Ro. 1, 14. 8, 12. — *b*) *qui ei, cui injuriam fecit, nondum satisfecit*, Mt. 6, 12; ex imitatione chald. חַיָּב, *is qui deo debet poenam* s. *a quo deus potest supplicium sumere quasi debitam poenam*, i. e. *peccator*, Lc. 13, 4.*

*ὀφειλή, ῆς, ἡ* (*ὀφείλω*), *debitum;* p. *aes alienum*, Mt. 18, 32; metaph. *officium*, plur. Ro. 13, 7; speciatim dic. de *debito conjugali*, 1 Co. 7, 3 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* Neque in graeco V. Ti. cod., neque ap. profanos offenditur; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 90.*

*ὀφείλημα, τος, τό* (*ὀφείλω*), *debitum; a*) pr. *id quod ex jure reddendum s. solvendum est* (*die Schuld*); ita pro מַשָּׁאָה, Deut. 24, 12 (10); *ἀφιέναι*, 1 Macc. 15, 8; *ἀποτίνειν*, Plat. legg. 4, p. 717 b; *ἀποδιδόναι*, Arstot. eth. nic. 9, 2; — *κατ' ὀφείλημα, ex debito*, Ro. 4, 4. — *b*) ex imitatione chald. חוֹב s. חוֹבָא (quod et *debitum* et *peccatum* denotat) metaph. *delictum, peccatum* (v. in *ὀφειλέτης*); hinc *ἀφιέναι τινὶ τὰ ὀφειλ. αὐτοῦ*, peccatorum poenam remittere s. peccatorum veniam concedere (chald. שְׁבַק חוֹבִין), Mt. 6, 12.*

*ὀφείλω*, impf. *ὤφειλον*, inde ab Hom., *debeo; a*) pr. *pecuniam debeo, obaeratus sum; τινί τι*, Mt. 18, 28. Lc. 16. 5; sine dat. Mt. 18, 28. Lc. 7, 41. 16, 7. Philem. vs. 18; *τὸ ὀφειλόμενον, debitum*, Mt. 18, 30; *αὐτῷ* (quod *Lchm.* et *Trg.* omittunt), quod ei debebatur, vs. 34. — *b*) translate; *τί*, pass. *τὴν εὔνοιαν ὀφειλομένην*, debitam benevolentiam, 1 Co. 7, 3 t. vulg.; *μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε* (quod *ὀφείλετε* propter ea quae antecedunt et quae sequuntur latissimo sensu, et proprio et translato, intelligendum est), *εἰ μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν, nemini quidquam debete nisi mutuum amorem*, quia numquam desinendum est diligere neque amoris debitum unquam dissolvi potest, Ro. 13, 8; — absol., *debeo, obstrictus sum*, Mt. 23, 16. 18; sq. inf. *teneor officio vel necessitate aliquid praestandi; debeo; oportet me;* dic. ita de necessitate, quam vel lex et officium, vel ratio, vel tempus vel rei de qua agitur natura imponit, Lc. 17, 10. Jo. 13, 14. 19, 7 (*ὀφείλει ἀποθανεῖν*, reus est mortis); Act. 17, 29. Ro. 15, 1. 27. 1 Co. 5, 10. 9, 10. 11, 7. 10. 2 Co. 12, 14. Eph. 5, 28. 2 Th. 1, 3. 2, 13. 1 Jo. 2, 6. 3, 16. 4, 11. 3 Jo. vs. 8. Heb. 2, 17. 5, 3. 12; *ὤφειλον συνίστασθαι*, debebam commendari, i. e. ego postulare possum, ut commender, 2 Co. 12, 11. — *c*) e chaldaismo (v. in *ὀφειλέτης, ὀφείλημα*), *ὀφείλω τινί*, intuli alicui injuriam necdum ei satisfeci, Lc. 11, 4.*

*ὄφελον* (neglecto augmento pro *ὤφελον*, aor. 2. verbi *ὀφείλω*, ap. antiquiores Graecos c. inf., velut *ὤφελον θανεῖν, debebam mortuus esse*, quod optantis est i. q. *utinam mortuus essem;* ap. recentiores Graecos interjectionis naturam induit vertendum:) *utinam*, ubi optatur factum esse aliquid, quod non factum est, aut aliquid fieri quod factum iri parum verisimile est; c. optat. praes. Ap. 3, 15 t. vulg.; c. indicat. impf. Ap. ibid. *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* 2 Co. 11, 1. (Epict. diss. 2, 18, 15. Ignat. ad Smyrn. c. 12); c. indic. aor., 1 Co. 4, 8 (Ps. 119, 5; *ὄφελον ἀπεθάνομεν*, Exod. 16, 3. Num. 14, 2. 20, 3); c. fut. Gal. 5, 12 (Lucian. soloec. 1, ubi haec loquendi ratio inter soloecismos refertur). Cf. *Win.* p. 283. *Passow* II, p. 603, col. 1.*

*ὄφελος, ους, τό* (*ὀφέλλω* augeo), *utilitas, emolumentum;* 1 Co. 15, 32. Jac. 2, 14. 16. (inde ab Hom.; LXX Job. 15, 3.)*

*ὀφθαλμοδουλεία* (- - *ία, Tdf.*), *ας, ἡ* (*ὀφθαλμόδουλος*, Constit. apost. t. I, p. 299 a, et hoc ex *ὀφθαλμός* et *δοῦλος*), *obsequium ad oculos*, i. e. domino praesente, *praestitum* (*μὴ κατ' ὀφθαλμοδ., τουτέστι μὴ μόνον παρόντων τῶν δεσποτῶν καὶ ὁρώντων, ἀλλὰ ἀπόντων*, Theophyl. ad Eph. 6, 6; „solet enim heri oculus ad labores acrius subeundas excitare, contra ejus absentia ignaviores eos reddere,“ *Henr. Steph.*); Eph. 6, 6. Col. 3, 22., extra quos locos non reperitur.

*πέμπω*, f. *ψω*, aor. 1. *ἔπεμψα*, aor. 1. pass. *ἐπέμφθην* (Lc. 7, 10), inde ab Hom.; LXX pro שָׁלַח, — *mitto; τινά*, absol. aliquem, qui aliquid perficiat, Mt. 22, 7. Lc. 7, 19. 16, 24. Jo. 1, 22. 7, 18. 13, 16. 20. 20, 21. 2 Co. 9, 3. Phil. 2, 23. 28 al.; omittitur *τινά* s. *τινάς*, ubi particip. cum alio verbo finito copulatur, *πέμψας ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην*, per legatum decollavit Joannem, Mt. 14, 10; adde Act. 19, 31. 23, 30 (alia exempla v. in *ἀποστέλλω*, 1, d); ex imitatione hebr. פ״ שָׁלַח בְּיַד (1 Sam. 16, 20. 2 Sam. 11, 14. 12, 25. 1 Reg. 2, 25) dic. *πέμψας διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ*, misit legationem adhibitis ad eam discipulis (nisi cum *Fritzschio* et *Bornemanno* schol. in Luc. p. LXV *πέμψας* absolute positum dicere et *διὰ τ. μαθ.* cum seq. *εἶπεν* conjungere malueris), Mt. 11, 2 *Lchm. Tdf. Trg.* (ita *ἀποστείλας διὰ τοῦ ἀγγέλου*, Ap. 1, 1). Doctores e dei mandato et auctoritate prodeuntes dicuntur a deo mitti et missi esse, ut Joannes baptista, Jo. 1, 33; Jesus, Jo. 4, 34. 5, 23 s. 30. 37. 6, 38—40. 44. 7, 16. 28. al.; Ro. 8, 3; spiritus s., qui rhetorice ut persona sistitur, Jo. 14, 26. 15, 26. 16, 7. — *τινά* c. dat. personae, ad quam mittitur, 1 Co. 4, 17. Phil. 2, 19; *τινά τινι παρά τινος* (pr. aliquem ex alicujus domo), Jo. 15, 26; *πρός τινα*, Lc. 4, 26. Jo. 16, 7. Act. 10, 33. 15, 25. 23, 30. Eph. 6, 22 Phil. 2, 25. Col. 4, 8. Tit. 3, 12; add. ptcp. *λέγων* (hebr. שָׁלַח לֵאמֹר, Gen. 38, 25. 2 Sam. 14, 32 al.), dixit per legatos (*liess sagen*), Lc. 7, 6. 19; *τινὰ εἰς* c. acc. loci, Mt. 2, 8. Lc. 15, 15. 16, 27. Act. 10, 5; *finis*, in quem aliquis mittitur indicatur signo praepositionis *εἰς*, Eph. 6, 22. Col. 4, 8. 1 Pet. 2, 14; per infinit., Jo. 1, 33. 1 Co. 16, 3. Ap. 22, 16. — De rebus, *τί τινι*, *a*) aliquid ad aliquem perferri jubeo, Ap. 11, 10; add. *εἰς* c. acc. loci, 1, 11; *εἰς* c. acc. finem indicante, Act. 11, 29. Phil. 4, 16. — *b*) *immitto alicui aliquid*, Ap. 14, 15. 18 (Ael. hist. an. 12, 5); *τινί τι εἰς τό* c. inf., 2 Th. 2, 11.

*πένης, ητος, ὁ* (*πένομαι*, laborando victum quaero [cui cognata sunt lat. *penuria*, et graec. *πεινάω*], unde *πένης* i. q. *ἐκ πόνου καὶ ἐνεργείας τὸ ζῆν ἔχων*, Etym. m.), *egenus, pauper;* 2 Co. 9, 9. (inde ab Hdt.; LXX pro אֶבְיוֹן, עָנִי, דַּל, רָשׁ al.)*

*πενθερά, ᾶς, ἡ* (fem. vocis *πενθερός*, q. v.), *socrus*, mater uxoris; Mt. 8, 14. 10, 35. Mc. 1, 30. Lc. 4, 38. 12, 53. (Dem. Plut. Lcian. al.; LXX pro חָמוֹת.)*

*πενθερός, οῦ, ὁ, socer*, uxoris pater; Jo. 18, 13 (Hom. Soph. Eurip. Plut. al.; LXX).*

*πενθέω, ῶ*, fut. *ήσω*, aor. 1. *ἐπένθησα* (*πένθος*), inde ab Hom.; LXX maxime pro אָבַל, — *lugeo; a*) intrans. Mt. 5, 4. 9, 15. 1 Co. 5, 2; *πενθεῖν κ. κλαίειν*, Mc. 16, 10. Lc. 6, 25. Jac. 4, 9. Ap. 18, 15. 19; *ἐπί τινι*, ob aliquem, Ap. 18, 11 (Jes. 66, 10); *ἐπί τινα*, ibid. *Tdf. Trg.* (2 Sam. 13, 37. 2 Chr. 35, 24 al.) — *b*) transit. *lugeo aliquem;* 2 Co. 12, 21.*

*πένθος, ους, τό* (*πένθω*), inde ab Hom., LXX pro אֵבֶל, *luctus;* Jac. 4, 9. Ap. 18, 7 s. 21, 4.*

*πενιχρός, ά, όν* (a *πένομαι*, v. in *πένης*), *egenus, pauper;* Lc. 21, 2. (passim ap. Graecos inde ab Hom. Od. 3, 348; pro עָנִי, Ex. 22, 25; pro דַּל, Prov. 29, 7.)*

*πεντάκις*, adv., *quinquies;* 2 Co. 11, 24.*

*πεντακιςχίλιοι, αι, α, quinquies mille, quinque millia;* Mt. 14, 21. 16, 9. Mc. 6, 44. 8, 19. Lc. 9, 14. Jo. 6, 10.*

*πεντακόσιοι, αι, α, quingenti;* Lc. 7, 41. 1 Co. 15, 6.*

*πέντε, οἱ, αἱ, τά, quinque;* Mt. 14, 17 et saepius.

*πεντεκαιδέκατος, η, ον, decimus quintus;* Lc. 3, 1.

*πεντήκοντα, οἱ, αἱ, τά, quinquaginta;* Lc. 7, 41. 16, 6. Jo. 8, 57. 21, 11. Act. 13, 20; *ἀνὰ πεντήκ., quinquageni*, Mc. 6, 40. Lc. 9, 14.*

*πεντηκοστή, ῆς, ἡ* (sc. *ἡμέρα*, fem. vocis *πεντηκοστός*, quinquagesimus), *Pentecoste* (pr. dies post pascha quinquagesima, Tob. 2, 1. 2 Macc. 12, 32), secundum e tribus summis Israelitarum festis quotannis hebdomate post pascha septima in gratam *peractae messis* memoriam Hierosolymis celebrari solitum (Ex. 23, 16. Lev. 23, 15 s. Deut. 16, 9); Act. 2, 1. 20, 16. 1 Co. 16, 8 (Jos. antt. 3, 10, 6).*

*πεποίθησις, εως, ἡ* (*πείθω*, perf. 2. *πέποιθα*), *fidentia, confidentia, fiducia;* 2 Co. 1, 15. 3, 4. 10, 2. Eph. 3, 12; *εἴς τινα*, 2 Co. 8, 22; *ἔν τινι*, Phil. 3, 4. (Philo de nobilit. §. 7. Jos. antt. 1. 3, 1. 3, 2, 2. 10, 1, 4. Zosim. Sext. Emp. al; LXX semel pro

בְּפִתְרוֹן 4 Reg. 18, 19.) Reprobatur vox ab Atticistis; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 295.*

***πέρ***, particula enclitica, cognata praepositioni *περί*, qua indicatur, vocis, cui subjungitur, notionem maximo ambitu esse sumendam, respondens lat. *circiter*, *cunque*, nostr. *noch so sehr*, *immerhin*, *wenigstens*, *ja;* cf. *Hermann* ad Vig. p. 793. *Klotz* ad Dev. II, p. 722 s. In N. T. subnectitur pronomini ὅς et nonnullis particulis, vide in *διόπερ*, *ἐάνπερ*, *εἴπερ*, *ἐπείπερ*, *ἐπειδήπερ*, *ἤπερ*, *καθάπερ*, *καίπερ*, *ὅςπερ*, *ὥςπερ*.

***περαιτέρω*** (a *περαίτερος*, comparativo vocis *πέρα*), adv. inde ab Aeschl., *ulterius*, *amplius*, *praeterea;* Act. 19, 39 *Lchm. Trg.*, pro l. vulg. *περὶ ἑτέρων*. Ad quem locum contende: *οὐδὲν ζητήσετε περαιτέρω*, Plat. Phaed. c. 56 in fine.*

***πέραν***, ion. et epic. *πέρην*, adv., inde ab Hom.; LXX pro עֵבֶר; — *ultra; a*) *τὸ πέραν*, regio ulterior, littus adversum, Mt. 8, 18. 28. 14, 22. 16, 5. Mc. 4, 35. 5, 21. 6, 45. 8, 13. — *b*) ad praepositionis modum jungitur c. genit.; *πέραν τῆς θαλ.*, Jo. 6, 22. 25; *πέραν τοῦ Ἰορδάνου*, Mt. 4, 15. 19, 1. Jo. 1, 28. 3, 26; junct. c. verbis *eundi* designat directionem in locum, Jo. 6, 1. 17. 10, 40. 18, 1; de loco, unde, Mc. 3, 8. — *τὸ πέραν τῆς θαλάσσης*, Mc. 5, 1; *τῆς λίμνης*, Lc. 8, 22; *τοῦ ποταμοῦ*, Xen. an. 3, 5, 2.*

***πέρας***, *ατος*, *τό* (*πέρα*, ultra), inde ab Hom., *extremitas*, *terminus*, *finis; a*) spatii (nostr. *Grenze*), *πέρατα τῆς γῆς*, i. q. terrae remotissimae, Mt. 12, 42. Lc. 11, 31 (Hom. Il. 8, 478. Thuc. 1, 69. Xen. Ages. 9, 4. Philo vit. Mos. I, §. 1; LXX pro אַפְסֵי אָרֶץ); item *τῆς οἰκουμένης*, Ro. 10, 18 (Ps. 72, 8). — *b*) rei per tempus continuatae (*Ende*), *ἀντιλογίας*, Heb. 6, 16 (*τῶν κακῶν*, Aeschl Pers. 632. Jos. b. j. 7, 5, 6 et aliis ap. alios exemplis).*

***Πέργαμος***, *ου*, *ἡ*, *Pergamus* s. *Pergamum*, urbs Mysiae majoris in Asia minore, sedes regum Attalorum et Eumenum, templo Aesculapii atque membranarum inventione et opificio celebris, quam Selinus fluvius interfluebat, Cetius praeterfluebat (Strab. 13, p. 623. Plin. 5, 30. 13, 11. Tac. ann. 3, 63), instructa magnâ bibliothecâ regiâ, Galeni medici patria, hodie *Berghama*. Exstitit ibi coetus Christianorum; Ap. 1, 11. 2, 12.*

***Πέργη***, *ης*, *ἡ*, *Perge* s. *Perga*, oppidum Pamphiliae ad Cestrum fluvium sexaginta stadiis a mari situm, in cujus vicinia in editiore loco exstructum erat Dianae templum (Strab. 14, p. 667. Mel. 1, 14. Liv. 38, 37); Act. 13, 13 s. 14, 25.*

***περί*** (cognat. vocibus *πέρα*, *πέραν*), praepositio, in N. T. c. genit. et acc. (a Graecis etiam c. dat.) conjungi solita, qua rem vel personam, ad quam aliqui actus vel status pertinet, ab hoc vel actu vel statu quasi circumiri indicatur, lat. *circum*, *circa*.

I) c. *genitivo* denotat id *circa quod* versatur aliqui actus vel status; lat. *de; quod attinet ad; causa* c. genit.; *propter; — a*) *de* (in posteriore latinitate etiam *circa*); post verba *dicendi*, *docendi*, *scribendi* al., v. in *ἀναγγέλλω*, *ἀπαγγέλλω*, *ἀπολογοῦμαι*, *γογγύζω*, *γράφω*, *δηλόω*, *διαβεβαιοῦμαι*, *διαγνωρίζω*, *διαλέγομαι*, *διδάσκω*, *διηγοῦμαι* (Heb. 11, 32), *διήγησις*, *εἶπον* et *προεῖπον*, *ἐπερωτάω* et *ἐρωτάω*, *κατηχέω*, *λαλέω*, *λέγω*, *λόγον αἰτέω*, *λόγον ἀποδίδωμι*, *λόγ. δίδωμι*, *μαρτυρέω*, *μνεία*, *μνημονεύω*, *προκαταγγέλλω*, *προφητεύω*, *ὑπομιμνήσκω*, *χρηματίζομαι*, *ἦχος*, *φήμη* al.; post verba *audiendi*, *cognoscendi*, *sciscitandi*, v. in *ἀκούω*, *γινώσκω*, *ἐπίσταμαι*, *εἶδον*, *ἐξετάζω*, *ζητέω*, *ἐκζητέω*, *ἐπιζητέω*, *ζήτημα*, *πυνθάνομαι* al.; post verba *cogitandi*, *statuendi*, *putandi*, *dubitandi* al.; v. in *διαλογίζομαι*, *ἐνθυμέομαι*, *πέπεισμαι*, *πιστεύω*, *διαπορέω*, *ἐλέγχω* al. — *b*) *quod attinet ad; α*) c. verbis ita, ut id quod verbo vel substantivo exprimitur, eatenus valere, fieri, institui indicetur, quatenus respiciatur aliquis s. aliquid, ubi nos: *im Betreff*, *in Rücksicht*, Act. 28, 21. Heb. 11, 20; *ἡ περὶ σοῦ μνεία*, 2 Tim. 1, 3; *ἐξουσίαν ἔχειν*, 1 Co. 7, 37; *ἐπιταγὴν ἔχειν*, vs. 25; v. suis locis *ἐντέλλομαι*, *ἐντολή*, *παρακαλέω*, *παραμυθέομαι*, *πρόφασις*, *ἔκδικος*, *λαγχάνω*, sortior. — *β*) c. neutr. plur. articuli, *τὰ περί τινος*, *quae ad aliquem vel aliquid spectant s. quae de aliquo s. de aliqua re dici possunt; τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ*, Act. 1, 3. 8, 12. 19, 8; *τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ*, 24, 22; c. gen. pers. *res alicujus*, *rerum alicujus conditio*, *status*, Act. 28, 15. Eph. 6, 22. Phil. 1, 27. 2, 19 s. Col. 4, 8; sensu forensi, *alicujus causa*, Act. 24, 10; *τὰ περὶ Ἰησοῦ* (s. *τοῦ κυρίου*), quae de Jesu scitu credituque necessaria sunt, 18, 25. 23, 11. 28, 23. 31; quae Jesu contigerunt, ejus fata, Lc. 24, 19; quae ad eum in V. T. spectant, vaticinia de eo, v. 27; fata ei a deo decreta, 22, 37. — *γ*) *περί τινος*, absolute, initio enuntiationum: *quod attinet ad;* 1 Co. 7, 1. 8, 1. 16, 1. 12; aliis autem locis aptius cum seq. verbo jungitur, Mt. 12, 31. 24, 36. Mc. 12, 26. 1 Co. 7, 25. 8, 1. 4. 22, 1. 1 Th. 4, 9. 5, 1; cf. *Win.* p. 350. — *c*) *propter; α*) de *argumento*, quod simul ansam praebet actioni verbo significatae; ita post verba accusandi, v. in *ἐγκαλέω*, *κατηγορέω*, *κρίνω τινὰ περί τινος* al.; post verba *affectuum*, v. in *θαυμάζω*, *ἀγανακτέω*, *καυχάομαι*, *σπλαγχνίζομαι*, *εὐχαριστέω*, *εὐχαριστία*, *αἰνέω*, *μέλει μοι*, *μεριμνάω*, etiam post *εὔχομαι*, 3 Jo. vs. 2; v. in *πᾶς*, p. 343, col. 1. — *β*) de *causa ob quam* aliquid fit s. de eo, quod ansam dedit actioni vel facto, Mc. 1, 44. Jo. 10, 33 (*περὶ τῆς βλασφημίας λάβετε αὐτόν*, Ev. Nic. c. 4, p. 546 ed. *Thilo*); Act. 15, 2. 19, 23. 25, 15. 18. 24. Col. 2, 1. — *γ*) *propter*, i. e. *pro*, *in commodum alicujus;* Mt. 26, 28. (Mc. 14, 24 t. vulg. *Grsb.*) Lc. 4, 38. Jo. 16, 26. 17, 9. 20. Heb. 5, 3. 11, 40; alternant *περί* et *ὑπέρ* Eph. 6, 18. — *δ*) dic. de consilio aliquid tollendi, removendi; *περὶ ἁμαρτίας*, ad peccatum exstinguendum, Ro. 8, 3; *διδόναι ἑαυτὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν*, ad expianda peccata, Gal. 1, 4 (ubi l. vulg. *ὑπέρ*); item dic. *sacrificia offerre* et simpliciter *sacrificia περὶ ἁμαρτιῶν*, Heb. 5, 3. 10, 18. 26; *περὶ ἁμαρτιῶν ἔπαθε*, 1 Pet. 3, 18; *περὶ ἁμαρτίας* sc. *θυσίαι*, *piacula*, Heb. 10, 6 (e Ps. 40, 7; cf. Num. 8, 8; v. in *ἁμαρτία*, n. 3; p. 20, col. 2; *τὰ περὶ τῆς ἁμ.*, Lev. 6, 25; *τὸ περὶ τ. ἁ.*, 14, 19); *ἱλασμὸς περὶ τ. ἁμαρτιῶν*, 1 Jo. 2, 2. 4, 10.

II) c. *accusativo* (*Win.* p. 379); *a*) de *loco; circa*, *circum;* velut circum partes corporis, Mt. 3, 4. Mc. 1, 6. 9, 42. Lc. 17, 2. Ap. 15, 6; circum loca: Lc. 13, 8. Act. 22, 6. Jud. vs. 7; *τὰ περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον*, vicinia illius loci, Act. 28, 7; *οἱ περί* c. acc. loci, qui circa locum habitant, qui e vicinia sunt, accolae, Mc. 3, 8; *οἱ περί τινα*, qui circum aliquem, i. e. cum eo sunt, ejus comites, socii, amici al., Mc. 4, 10. Lc. 22, 49; e graecismo *οἱ περὶ τὸν Παῦλον*, Paulus et qui cum eo sunt (*die Paulusgesellschaft*), Act. 13, 13; ex usu recentioris graecitatis *αἱ περὶ Μάρθαν* dic. de Martha ipsa, Jo. 11, 19 (quamquam alii Martham et ejus domesticas intelligunt; *Lchm.* et *Trg.* receperunt *πρὸς τὴν Μάρθαν*); cf. *Matthiae* §. 583, 2. *Bnhdy* p. 263. *Kühner* II, p. 230 s.; — in phrasibus, quibus notio subest *versandi circa aliquid*, de iis, qui in negotio aliquo agendo versantur, *οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάται*, Act. 19, 25; *περισπᾶσθαι*, *τυρβάζεσθαι περί τι* (nos *sich um etwas herum tum-*

meln), Lc. 10, 40 s. (περὶ τὴν γεωργίαν γίνεσθαι, 2 Macc. 12, 1). — b) *quod attinet ad; si hoc illudve spectatur*; ita post ἀδόκιμος, 2 Tim. 3, 8; ἀστοχεῖν, 1 Tim. 6, 21. 2 Tim. 2, 18; ναυαγεῖν, 1 Tim. 1, 19; νοσεῖν, 6, 4; περὶ πάντα ἑαυτὸν παρέχεσθαι τύπον, Tit. 2, 7; τὰ περὶ ἐμέ, rerum mearum status, Phil. 2, 23; αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι, Mc. 4, 19 (αἱ περὶ τὸ σῶμα ἐπιθυμίαι, Arstot. rhet. 2, 12; τὰ περὶ ψυχὴν κ. σῶμα ἀγαθά, ethic. nicom. 1, 8); cf. *Win.* p. 181. — c) de *tempore*, in temporis notatione minus definita, *circa, sub*; nostr. *um, ungefähr um*, περὶ τρίτην ὥραν, Mt. 20, 3; adde vs. 5 s. 9. 27, 46. Mc. 6, 48. Act. 10, 9. 22, 6.

III) In *compositis* περί in N. T. significat 1) *in circuitu, circum, circumquaque*, ut περιάγω, περιβάλλω, περιαστράπτω, περίκειμαι, περιοικέω et mult. al. — 2) *ultra* (quia id quod aliquem rem cingit, ad ipsam eam rem non pertinet, sed ultra eam est); περίεργος, περιεργάζομαι, περιλείπω, περιμένω, περιούσιος, περισσός, περισσεύω. — 3) *per, trans*; περιπείρω.

περι-άγω, impf. περιῆγον, inde ab Hdt. 1) transit. a) *circumduco*. b) i. q. mecum circumduco, τινά (Xen. Cyr. 2, 2, 28; τρεῖς παῖδας ἀκολούθους, Dem. p. 958, 16), 1 Co. 9, 5. — 2) intransit. *circumeo, obambulo* (Ceb. tab. c. 6); absol. Act. 13, 11; c. accus. loci (pendente a praepos. περί, cf. *Matthiae* §. 426), Mt. 4, 23. 9, 35. 23, 15. Mc. 6, 6.*

περι-αιρέω, ῶ, inf. aor. 2. περιελεῖν, 3. ps. impf. pass. περιῃρεῖτο, inde ab Hom.; LXX maxime pro הֵסִיר, a) *tollo id, quo circumdatur aliquid*; τὸ κάλυμμα, pass. 2 Co. 3, 16 (πορφύραν, 2 Macc. 4, 38; τὸν δακτύλιον, Gen. 41, 42. Jos. antt. 19, 2, 3); ἀγκύρας, ancoras ab utraque parte navis, Act. 27, 40. — b) metaph. *penitus aufero s. tollo*; τὰς ἁμαρτίας (quibus aliquis quasi circumdatur), culpam peccatorum, i. e. perfecte expio, Heb. 10, 11; τὴν ἐλπίδα, pass. Act. 27, 20.*

περιάπτω, ptcp. aor. 1. περιάψας, 1) *circumligo, circumnecto, circumpono; appendo, adnecto*. — 2) *circum ignem accendo* (Phalar. ep. 5); Lc. 22, 55 *Tdf. Trg.**

περι-αστράπτω, aor. 1. περιήστραψα, *circumfulgeo*; τινά, Act. 9, 3; περί τινα, 22, 6. (script. eccles. et byzant.)*

περι-βάλλω, f. αλῶ, aor. 2. περιέβαλον, ptcp. pf. pass. περιβεβλημένος, aor. 2. med. περιεβαλόμην, fut. 2. med. περιβαλοῦμαι, inde ab Hom.; LXX maxime pro כִּסָּה, tego, obtego; etiam pro לָבַשׁ, vestio, et עָטָה, obvelo; — *circumjicio, circumdo*; a) πόλει χάρακα, cingere urbem aggere, Lc. 19, 43 (v. in παρεμβάλλω). — b) de vestimentis, τινά, *induo aliquem*, Mt. 25, 36. 38. 43; τινά τι, *induo aliquem aliquid*, Lc. 23, 11. Jo. 19, 2; pass. Mc. 14, 51. 16, 5. Ap. 7, 9. 13. 10, 1. 11, 3. 12, 1. 17, 4 (q. l. t. vulg. c. dativ. rei); 18, 16. 19, 13; med. *induo s. vestio me*; absol. Ap. 3, 18; c. acc. rei, Mt. 6, 31. Act. 12, 8; passive aor. 2. Mt. 6, 29. Lc. 12, 27; c. acc. rei, aor. 2. Ap. 3, 18. 19, 8; fut. ἔν τινι, 3, 5.*

περι-βλέπω, 3 ps. sing. impf. med. περιεβλέπετο, ptcp. aor. 1. περιβλεψάμενος, *circumspicio, circumspecto*; in N. T. exstat solum med. (nostr. *sich umsehen*); absol. Mc. 9, 8. 10, 23; sq. infin. finali, 5, 32; τινά, *circumspicio aliquem* (i. e. intueor mihi aliquem, qui circa me est), Mc. 3, 5. 34. Lc. 6, 10; εἴς τινας, Ev. Nic. c. 4; πάντα, Mc. 11, 11. (Arstph. Xen. Plat. al.; LXX.)*

περιβόλαιον, ου, τό (περιβάλλω), pr. *velamen, quod circumjicitur* (*Ueberwurf, Umschlag-tuch, -decke*); in N. T. 1) *pallium*; Heb. 1, 12 (Ps. 102, 27. Ez. 16, 13. 27, 7. Jes. 59, 17; περιβ. βασιλικὸν et περιβ. ἐκ πορφύρας Palaeph. 52, 4). — 2) *velamen*; 1 Co. 11, 15.*

περι-δέω, 3 ps. sing. plsqupf. περιεδέδετο, *circumligo, obvincio*; τινά τινι, Jo. 11, 44 (LXX Job. 12, 18. Plut. mor. p. 825 e).*

περιδρέμω, v. περιτρέχω.

περιεργάζομαι (v. in περί, III, 2), *inaniter satago, supervacanea, inania, inutilia tracto* (Sir. 3, 22. Hdt. 3, 46. Plat. apol. p. 19 b. et ap. al.); dici videtur de homine curiose rebus alienis se immiscente, 2 Th. 3, 11 ut Dem. p. 150, 24.*

περίεργος, ον (περί et ἔργον, v. in περί, III, 2), *qui supervacanea* et *futilia tractat, primarium negligit*, inpr. *qui alienis rebus inepte se immiscet*, 1 Tim. 5, 13 (ita saepe ap. profanos inde a Xen. mem. 1, 3, 1; περ. καὶ πολυπράγμων, Epict. diss. 3, 1, 21); de rebus τὰ περίεργα, *res ineptae et supervacaneae*, dic. de artibus magicis, Act. 19, 19 (ita περίεργος artes magicas exercens, Aristaen. epp. 2, 18); cf. *Kypke* atque *Kuinoel* ad l.*

περι-έρχομαι, aor. 2. περιῆλθον, inde ab Hdt., *circumeo*; de circumvagantibus, Act. 19, 13; de oberrantibus, Heb. 11, 37; de navigantibus, Act. 28, 13; τὰς οἰκίας, *domos obeo*, 1 Tim. 5, 13.*

περι-έχω, aor. 2. περίεσχον, inde ab Hom.; in N. T. *comprehendo*; i. e. a) *contineo*; de scriptorum argumento (ἡ βίβλος περιέχει τὰς πράξεις, Diod. 2, 1), ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον, epistolam, cujus hoc est exemplum, s. epistolam in hunc modum scriptam, Act. 23, 25 (τὸν τρόπον τοῦτον, 1 Macc. 15, 2. 2 Macc. 11, 16); intrans., περιέχει ἐν (τῇ) γραφῇ, scriptis sacris continetur, 1 Pet. 2, 6 t. vulg. *Grsb. Tdf. Trg.*; absol. περιέχει ἡ γραφή (nos: *ist des Inhalts; lautet dem Inhalte nach*) sq. orat. directa, ibid. *Lchm.*; item ὁ νόμος ὑμῶν περιέχει, Ev. Nicod. c. 4; c. adverbiis: περιέχειν οὕτως, 2 Macc. 9, 18. 11, 22; καθὼς περιέχει βίβλος Ἐνώχ, Test. XII patr. Levi, 10; ὡς ἡ παράδοσις περιέχει, Eus. h. e. 3, 1; adde *Grimm* ad 1 Macc. 11, 29. — b) i. q. *occupo, corripio*; τινά, Lc. 5, 9 (2 Macc. 4, 16. Jos. b. j. 4, 10, 1).*

περι-ζωννύω, s. -ζώννυμι, fut. 1. med. περιζώσομαι, ptcp. aor. περιζωσάμενος, ptcp. pf. pass. περιεζωσμένος, *succingo, accingo; zonâ cingo vestes*; τὴν ὀσφύν, vestimentum circa lumbos zonâ praecingo (Jer. 1, 17), pass. Lc. 12, 35. — Med. *succingo me*; absol. Lc. 12, 37. 17, 8. Act. 12, 8 t. vulg. *Grsb.*; τὴν ὀσφὺν ἐν ἀληθείᾳ, veritate tamquam cingulo, in parabolico sermone i. q. veri cognitione se instruere, Eph. 6, 14; c. acc. rei, qua quis se accingit (saepius ita LXX, ut σάκκον, Jer. 4, 8. 6, 26. Thren. 2, 10; στολὴν δόξης, Sir. 45, 7; et in trop. dictionibus, δύναμιν, εὐφροσύνην, 1 Sam. 2, 4. Ps. 18, 33), πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην, Ap. 1, 13; ζώνας περὶ τὰ στήθη, 15, 6. (Arstph. Pol. Paus. Plut. al.; LXX pro חָגַר et אָזַר.) Cf. supra ἀναζώννυμι.*

περίθεσις, εως, ἡ (περιτίθημι), *actio circumponendi*; Vulg. circumdatio; περιθέσεως χρυσέων κόσμος, ornatus qui aureis ornamentis corpori vel capiti circumponi solitis continetur, 1 Pet. 3, 3. (Galen. Sext. Empir. al.)*

περι-ΐστημι, aor. 1. περιέστησα, ptcp. pf. περιεστώς, med. imper. praes. περιΐστασο (de qua forma v. *Win.* §. 14, 1, e), 1) in praes., imperf., fut., aor. 1. act.: *colloco circum* (aliquem). — 2) in perf., plsqprf., aor. 2. act. et temporibus medii: *circumsto*, Jo. 11, 42. Act. 25, 7. — Med. *me converto, me circumago* (*sich umkehren*) *sc. aliquid declinaturus*, hinc *declino, devito* (Jos. antt. 4, 6, 12. 10, 10, 4; b. j. 2, 8, 6. Antonin. 3, 4. Artem. oneir. 4, 59. Athen. 15, p. 675 e. Diog. L. 9, 14. Jambl. vit.

Pyth. 31. Sext. Empir.; junct. c. *φεύγειν*, Jos. antt. 1, 1, 4; c. *ἐκτρέπεσθαι*, Lcian. Hermot. 86; Hesych.: *περιΐστασο· ἀπόφευγε, ἀνάτρεπε*. Vituperatur hic verbi usus a Luciano soloec. 5); in N. T. ita c. acc. rei 2 Tim. 2, 16. Tit. 3, 9.*

**περικάθαρμα**, τος, τό (*περικαθαίρω*, circumquaque purgo), *purgamentum; quisquiliae;* pl. *τὰ περικ. τοῦ κόσμου*, metaph. *homines abjectissimi et contemtissimi*, 1 Co. 4, 13. (Epict. diss. 3, 22, 78; *purgamenta urbium*, Curt. 8, 5, 8. 10, 2, 7; LXX semel pro כֹּפֶר. pretium expiationis vel redemtionis, Prov. 21, 18., quia ap. Graecos *καθάρματα* vocari solebant victimae ad expiandum populum immolatae, quin et homines scelerati ii, qui publice alebantur, ut grassante peste vel alia calamitate ad expiandam civitatem pro sacrificiis offerrentur.)*

**περι-καθ-ίζω**, ptcp. aor. 1. *περικαθίσας*, 1) ap. Graecos transit. *circumsedere jubeo vel facio; — circumsido, obsideo;* urbem, castellum. — 2) intrans. *circumfigo sedem; circumsedeo;* ita semel Lc. 22, 55 *Lchm.*

**περι-καλύπτω**, ptcp. aor. 1. *περικαλύψας*, ptcp. pf. pass. *περικεκαλυμμένος*, inde ab Hom., *obvelo, obtego; τὸ πρόςωπον*, Mc. 14, 65. Lc. 22, 64; *τὶ χρυσίῳ*, Heb. 9, 4 (Exod. 28, 20).*

**περίκειμαι** (*περί* et *κεῖμαι*), inde ab Hom., 1) *circumjaceo; περί τι*, Lc. 17, 2; *περικείμενον ἡμῖν νέφος*, nubes nos cingens, Heb. 12, 1. — 2) passive, *circumdatus sum; ἅλυσιν*, Act. 28, 20 (*δεσμά*, 4 Macc. 12, 3); *ἀσθένειαν*, adhaeret mihi infirmitas, Heb. 5, 2 (*ὕβριν*, Theocr. 23, 14; *ἀμαύρωσιν, νέφος*, Clem. Rom. 2 Co. 1, 6).*

**περικεφαλαία**, ας, ἡ (*περί* et *κεφαλή*), *galea; cassis;* 1 Th. 5, 8; *τοῦ σωτηρίου* (e Jes. 59, 17), i. e. extra tropum: tutamen animi, quod cernitur in spe salutis, Eph. 6, 17. (Polyb.; LXX pro כּוֹבַע.)*

**περικρατής**, ές (*κράτος*), *τινός, compos alicujus rei;* Act. 27, 16. (Cod. alex. hist. Sus. v. 39. Script. eccles.)*

**περι-κρύπτω**, aor. 2. *περιέκρυβον* (de qua forma cf. *Bttm.* Gr. max. I, p. 400 s. II, p. 226), *undique s. prorsus occulto; ἑαυτόν*, domi se continere, Lc. 1, 24. (Lcian. Diog. L. al.)*

**περι-κυκλόω**, ῶ, fut. *ώσω*, *circumcingo;* urbem, quae obsidetur, Lc. 19, 43. (Arstph. av. 346. Xen. an. 6, 1, 11. Arstot. h. a. 4, 8. Lcian. al.; LXX pro סָבַב.)*

**περι-λάμπω**, aor. 1. *περιέλαμψα*, *circumfulgeo; τινά*, Lc. 2, 9. Act. 26, 13. (Diod. Jos. Plut. Dion. al.)*

**περι-λείπω** (v. in *περί*, III, 2), *relinquo;* pass. *supersum, superstes sum;* 1 Th. 4, 15. 17. (Arstph. Plat. Eur. Polyb. Hdian.; 2 Macc. 1, 31.)*

**περίλυπος**, ον (*περί* et *λύπη*, itaque pr. *dolore circumjectus*), *valde tristis;* Mt. 26, 38. Mc. 6, 26. 14, 34. Lc. 18, 23 s. (Ps. 42, 12. 3 Esr. 8, 70. Isocr. Arstot. al.)*

**περι-μένω** (*περί*, ultra), *exspecto, opperior; τί*, Act. 1, 4. (Gen. 49, 18. Sap. 8, 12; Arstph. Thuc. Xen. Plat. Dmsth. Jos. Plut. al.)*

**πέριξ**, adv., inde ab Aeschl., *circumcirca; αἱ πέριξ πόλεις*, circumjacentes urbes, Act. 5, 16.*

**περι-οικέω**, ῶ, *circum habito, circumcolo; τινά*, alicujus vicinus sum, Lc. 1, 65. (Hdt. Arstph. Xen. Lys. Plut.)*

**περίοικος**, ον (*περί, οἶκος*), *circum habitans, accola, vicinus;* Lc. 1, 58. (Gen. 19, 29. Deut. 1, 7. Jer. 49, 5. 18. Hdt. Thuc. Xen. Isocr. al.)*

**περιούσιος**, ον, τό (a *περιών, περιοῦσα*, ptcp. verbi *περίειμι*, supersum [v. in *ἐπιούσιος*], hinc *περιουσία*, abundantia, copia; opes, peculium, res familiaris), *qui (alicui) proprius est s. ad ejus peculium pertinet; λαὸς περιούσιος*, populus, quem deus e reliquis populis selegit, ut suum peculium esset, Tit. 2, 14; Clem. Rom. 1 Co. 64; ap. LXX pro עַם סְגֻלָּה, Ex. 19, 5. Deut. 7, 6. 14, 2. 26, 18.*

**περιοχή**, ῆς, ἡ (*περιέχω*, q. v.), 1) *comprehensio, ambitus* (Theophr. Diod. Plut. al.). — 2) *id quod continetur*, speciatim *argumentum* alicujus scripti, Act. 8, 32 (Cic. ad Attic. 13, 25. Stob. eclog. ethic. p. 164).*

**περι-πατέω**, ῶ, impf. 3. ps. *περιεπάτει, περιεπάτουν*, fut. *περιπατήσω*, aor. 1. *περιεπάτησα*, plsqpf. 3 ps. sing. *περιεπεπατήκει* (Act. 14, 8 t. vulg.) et sine augmento (cf. *Win.* p. 70.) *περιπεπατήκει* (ibid. *Grsb.*), LXX pro הָלַךְ, — *obambulo, incedo;* *a*) propr. (ut ap. Arstph. Xen. Plat. Isocr. Joseph. Ael. al.); absol. Mt. 9, 5. 11, 5. 15, 31. Mc. 2, 9. 5, 42. 8, 24. 16, 12. Lc. 5, 23. 7. 22. 24, 17. Jo. 1, 36. 5, 8 s. 11 s. 11, 9 s. Act. 3, 6. 8 s. 12. 14, 8. 10. 1 Pet. 5, 8. Ap. 9, 20; i. q. *iter meum facio*, in trop. sermone i. q. *opportuno tempore eo quo debetur modo utor*, Jo. 12, 35. — c. additamentis; *περιπ. γυμνός*, Ap. 16, 15; *ἐπάνω* (*τινός*), Lc. 11, 44; *διά* c. gen. rei, Ap. 21, 24; *ἐν* c. dat. loci, i. q. *versor, commoror in aliquo loco*, Mc. 11, 27. Jo. 7, 1. 10, 23. Ap. 2, 1; *ἔν τισι*, inter aliquos, Jo. 11, 54; metaph. *ἐν τῇ σκοτίᾳ*, errori et improbitati obnoxium esse, Jo. 8, 12. 12, 35. 1 Jo. 1, 6 s. 2, 11; *ἐν* c. dativo vestimenti, quo indutus est aliquis, Mc. 12, 38. Lc. 20, 46. Ap. 3, 4 (*ἐν κοκκίνοις*, Epict. diss. 3, 22, 10); *ἐπὶ τῆς θαλάσσης*, v. in *ἐπί*, A, I, 1 et 2, a; *ἐπὶ τὴν θάλ., ἐπὶ τὰ ὕδατα*, v. in *ἐπί* C, I, 1; *μετά τινος*, versor c. aliquo, comes sum alicujus, dic. de alicujus comitibus et cultoribus, Jo. 6, 66. Ap. 3, 4. — *b*) ex hebr., *vivo;* i. e. *α*) *vitam instituo, me gero* (cf. voces *ὁδός, πορεύομαι*); *ἀξίως τινός*, Eph. 4, 1. Col. 1, 10. 1 Th. 2, 12; *εὐσχημόνως*, Ro. 13, 13. 1 Th. 4, 12; *ἀκριβῶς*, Eph. 5, 15; *ἀτάκτως*, 2 Th. 3, 6, 11; *ὡς* s. *καθώς τις*, Eph. 4, 17. 5, 8. 15; *οὕτως, καθώς*, Phil. 3, 17; *πῶς, καθώς*, 1 Th. 4, 1; *οὕτως, ὡς*, 1 Co. 7, 17; ita ut e sequentibus petendus sit nominativus qualitatis, *ἐχθροὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ*, Phil. 3, 18; — c. dat. rei, cui vita dicatur s. consecratur, *κώμοις, μέθαις* al., Ro. 13, 13; cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. III, p. 140 s.; c. dat. normae, ad quam aliquis vitam instituit, Act. 21, 21. Gal. 5, 16. 2 Co. 12, 18; sq. *ἐν* c. dativo vel statum, in quo quis versatur, aut virtutem vel vitium, cui aliquis deditus est, indicante, Ro. 6, 4. 2 Co. 4, 2. Eph. 2, 2. 10 4, 17. 5, 2. Col. 3, 7. 4, 5. 2 Jo. vs. 4. 6. 3 Jo. vs. 3 s.; *ἐν βρώμασι*, de iis, qui in epulis sacrificalibus societatem habent, Heb. 13, 9; *ἐν Χριστῷ*, vitam agere conjunctioni cum Christo initae accommodatam, Col. 2, 6; *κατά* c. acc. rei vel personae normam vivendi praebentis, 2 Jo. vs. 6; *κατὰ ἄνθρωπον*, 1 Co. 3, 3; *κατὰ σάρκα*, Ro. 8, 1 t. vulg.; vs. 4. 14, 15. 2 Co. 10, 2. — *β*) i. q. *vitam transigo s. percurro; ἐν σαρκί*, in corpore, 2 Co. 10, 3; *διὰ πίστεως* (v. in *διά*, p. 90, col. 2), 2 Co. 5, 7.*

**περι-πείρω**, aor. 1. *περιέπειρα*, *transfigo, transfodio; τινὰ ξίφεσι, δόρατι* al., Diod. Jos. Plut. Lcian. al.; metaph. *ἑαυτὸν ὀδύναις*, animum doloribus excruciare, 1 Tim. 6, 10 (*ἀνηκέστοις κακοῖς*, Philo in Flacc. §. 1).*

**περι-πίπτω**, aor. 2. *περιέπεσον*, inde ab Hdt., *ita incido in aliquem vel aliquid, ut totus ab eo cingar; λῃσταῖς*, inter latrones, Lc. 10, 30; *τοῖς πειρασμοῖς*, Jac. 1, 2 (*αἰκίαις*, Clem. Rom. 1 Co. 51, 2; *θανάτῳ*, Dan. 2, 9. Diod. 1, 77; *νόσῳ*, Jos. antt. 15, 7, 7; *συμφορᾷ*, ibid. 1, 1, 4; *τοῖς δεινοῖς*, Aesop. 79; *αἰκίαις*, Clem. Rom. 1 Co. 51, 2; *ψευδέσι κ. ἀσεβέσι δόγμασιν*, Orig. in Joann. T. II, §. 2; alia

exempla larga manu praebet *Passow* II, p. 864, quibus adde 2 Macc. 6, 13. 10, 4. Pol. 1, 37, 1 et 9); εἰς τόπον τινά, in aliquem locum, Act. 27, 41.*

**περι-ποιέω**, ῶ, aor. 1. med. περιεποιησάμην (v. in περί, III, 2), inde ab Hdt.; *reliquum facio; reservo, superstitem relinquo, servo;* med. *reliquum facio mihi*, i. e. 1) *superstitem mihi servo* (LXX pro הֶחֱיָה); τὴν ψυχήν, vitam, Lc. 17, 33 *Tdf. Trg.* (τὰς ψυχάς, Xen. Cyr. 4, 4, 10). — 2) *mihi acquiro, comparo;* τί, Act. 20, 28 (Jes. 43, 21; δύναμιν, Thuc. 1, 9. Xen. mem. 2, 7, 3); τὶ ἐμαυτῷ (*Win.* §. 38, 6), 1 Tim. 3, 13 (1 Macc. 6, 44. Xen. an. 5, 6, 17).*

**περιποίησις**, εως, ἡ (περιποιέω), 1) *conservatio;* εἰς περιποίησ. τῆς ψυχῆς, ad conservandum animum, sc. ut aeternae salutis particeps reddi possit, Heb. 13, 39 (Plat. deff. p. 415 c). — 2) *possessio, peculium;* 1 Pet. 2, 9 (Jes. 43, 20 s.); Eph. 1, 14 (v. de h. l. sub v. ἀπολύτρωσις). — 3) *acquisitio;* c. gen. rei acquirendae, 1 Th. 5, 9. 2 Th. 2, 14.*

**περιῤῥαίνω** (*Tdf.* περιρ., uno ρ, v. in ἄῤῥαφος), ptcp. pf. pass. περιῤῥεραμένος (περί et ῥαίνω), *circum adspergo;* ἱμάτιον, pass., Ap. 19, 13 *Tdf.* (Arstph. Menand. Philo, Plut. al.; LXX.)*

**περιῤῥήγνυμι** (*Tdf.* περιρ., uno ρ, v. voc. anteced.) ptcp. aor. 1. pl. περιῤῥήξαντες (περί et ῥήγνυμι), *ab omni parte frango;* τὸ ἱμάτιον, *circumquaque abrumpo s. detraho;* Act. 16, 22. Ita de vestibus etiam 2 Macc. 4, 38 et saepe ap. profanos; Aesch. sept. 329. Dem. p. 403, 3. Pol. 15, 33, 4. Diod. 17, 35.*

**περι-σπάω**, ῶ, inde a Xen., *circumago, distraho;* pass. metaph. *mente circumagor, distrahor;* περί τι, i. e. *nimis occupor aliqua re*, Lc. 10, 40; eodem usu add. τῇ διανοίᾳ, Pol. 3, 105. 4, 10, 3. Diod. 1, 74; περισπᾶν τὸν ἀργὸν δῆμον περὶ τὰς ἔξω στρατείας, Dion. H. antt. 6, 23; pass. *curis distrahor, sollicitor*, pro עָנָה, Cohel. 1, 13. 3, 10.*

**περισσεία**, ας, ἡ (περισσεύω, q. v.), 1) *abundantia, ubertas;* τῆς χάριτος, Ro. 5, 17; τῆς χαρᾶς, 2 Co. 8, 2; εἰς περίσσειαν, adverbialiter, *abundanter, immense, immensum in modum*, 2 Co. 10, 15. (Corp. inscr. T. I, p. 668. n. 1378, 6; scriptt. byzant.) — 2) *praestantia; praerogativa;* pro יוֹתֵר, Cohel. 6, 8; pro יִתְרוֹן, Cohel. 2, 13. 10, 10. — 3) *emolumentum, lucrum;* pro יִתְרוֹן, Cohel. 1, 3. 2, 11. 3, 9 al. — 4) *residuum;* κακίας, quod residet improbitatis e statu ante conversionem ad Christum, Jac. 1, 21; v. in περίσσευμα, n. 2.*

**περίσσευμα**, τος, τό (περισσεύω), 1) *abundantia*, qua gaudet aliquis; opp. ὑστέρημα, 2 Co. 8, 14; trop. de eo, quod animum implet, Mt. 12, 34. Lc. 6, 45. (Eratosth. Plut.) — 2) *id quod residuum est; reliquiae;* plur. Mc. 8, 8.

**περισσεύω**, impf. ἐπερίσσευον (Act. 16, 5), aor. 1. ἐπερίσσευσα, 3 ps. fut. 1. pass. περισσευθήσεται (περισσός, q. v.), intrans. propr. *excedo certum numerum vel modum; sum ultra certum numerum vel modum;* μύριοί εἰσιν ἀριθμὸν - -, εἷς δὲ περισσεύει, Hes. fr. 14, 4; hinc *a*) *supersum, reliquus sum;* Jo. 6, 12; τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, i. q. τὰ περισσεύοντα κλάσματα, Mt. 14, 20. 15, 37; περισσεύει μοί τι, Jo. 6, 13 (Tob. 4, 16); τὸ περισσεῦσάν τινι, quod alicui est residuum, Lc. 9, 17. — *b*) *abunde suppeto;* τινί, Lc. 12, 15; τὸ περισσεῦόν τινι, alicujus abundantia, opes, Mc. 12, 44; opp. ὑστέρημα, Lc. 21, 4; *multus sum*, 2 Co. 1, 5 b. 9, 12. Phil. 1, 26; περισσεύει τὶ εἴς τινα, *abunde transit s. redundat aliquid in aliquem; largo modo contingit aliquid alicui*, Ro. 5, 15. 2 Co. 1, 5 a; περισσεύω εἴς τι, *copiose cedo in aliquid*, 2 Co. 8, 2; ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ψεύσματι ἐπερίσσευσεν εἰς τὴν δόξαν τινός, i. e. mendacio meo factum est, ut veracitas dei magis eluceret eaque ita accuratius cognita ejus laudem augeret, Ro. 3, 7; *augeor*, τῷ ἀριθμῷ, Act. 16, 5. — *c*) *abundo*, i. e. *α*) *abunde instructus sum, abunde mihi est* (aliquid); absol. *affluo opibus*, Phil. 4, 18; opp. ὑστερεῖσθαι, vs. 12; charismatibus, 1 Co. 14, 12; c. gen. rei, qua abundat aliquis (*Win.* p. 189); ἄρτων, Lc. 15, 17 t. vulg. *Grsb. Lchm. Tdf.* — *β*) *eximius sum, excello;* absol. 1 Co. 8, 8; sq. ἐν c. dat. virtutum, actionum, quibus aliquis excellit, Ro. 15, 13. 1 Co. 15, 58. 2 Co. 3, 9. 8, 7. Col. 2, 7; περισσ. μᾶλλον, magis excello, praestantiae incrementa capio, 1 Th. 4, 1. 10; μᾶλλον κ. μᾶλλον περισσ., Phil. 1, 9; περισσ. πλεῖον, *excello magis quam*.., Mt. 5, 30 (περισσ. ὑπέρ τινα, 1 Macc. 3, 30; τί ἐπεῤῥίσσευσεν ὁ ἄνθρωπος παρὰ τὸ κτῆνος; Cohel. 3, 19). — 2) ex usu recentioris graecitatis *transitive, abundare facio*, i. e. *a*) *largiter instruo* aliquem, *ut abundet;* pass. Mt. 13, 12. 25, 29; c. gen. rei, qua instruitur aliquis, pass. Lc. 15, 17 *Trg.;* τὶ εἴς τινα, redundare jubeo aliquid in aliquem, abunde confero aliquid in aliquem, 2 Co. 9, 8. Eph. 1, 8. — *b*) *largum s. eximium reddo;* τί, 2 Co. 4, 15; *facio, ut excellat* aliquis, τινά, c. dat. rei, 1 Th. 3, 12. (τὰς ὥρας, horas ultra definitum tempus extendere, Athen. 2, p. 42.)*

**περισσός**, ή, όν (a περί, q. v. sub III, 2), inde ab Hesiodo, LXX pro יוֹתֵר, יֶתֶר al.: *aliquem numerum vel modum vel ordinem vel necessitatem excedens;* 1) *qui insuper est; necessitatem excedens; qui superadditur;* τὸ π. τούτων, quod his adjicitur, Mt. 5, 37; ἐκ περισσοῦ, insuper, ultra, Mc. 6, 51. (14, 31 t. vulg. *Grsb.*); ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ (junctim ὑπερεκπερισσοῦ), *quam maxime, summopere*, Eph. 3, 20. 1 Th. 3, 10. 5, 13; περισσόν μοί ἐστιν, supervacaneum, superfluum mihi est, 2 Co. 9, 1; περισσὸν ἔχειν, bonis abundare, Jo. 10, 10 (οἱ μὲν - - περισσὰ ἔχουσιν, οἱ δὲ οὐδὲ τὰ ἀναγκαῖα δύνανται πορίζεσθαι, Xen. oec. 20, 1); neutr. comparat. περισσότερόν (*Lchm.* περισσόν) τι, *aliquid amplius*, Lc. 12, 4; περισσότ., *plus*, vs. 48; adverb. *aliquanto magis*, 2 Co. 10, 8; *abundantius* (Vulg.), i. e. *evidentius*, Heb. 6, 17; μᾶλλον περισσότερον, *multo magis*, Mc. 7, 36; περισσότερον πάντων, plus quam omnes, 1 Co. 15, 10; c. adjectivo efficit periphrasin comparativi, περισσότερον κατάδηλον, manifestius, evidentius, Heb. 7, 15. — 2) *insignis, eximius, excellens;* Mt. 5, 47; τὸ περισσόν, substantive, *praestantia, ornamentum, decus* (*Vorzug*), Ro. 3, 1; comparativ. περισσότερος, *praestantior, excellentior* (οὐκ ἔσῃ περισσότερος, Symm. Gen. 49, 3; περιττότερος φρονήσει, Plut. mor. p. 57 f), Mt. 11, 9. Lc. 7, 26; quamquam utroque loco, περισσότερον etiam pro neutro accipere licet: (*aliquid*) *excellentius* (Vulg. *plus*); c. substantivis, περισσότερον κρίμα, i. e. judicium severius, gravius, Mt. 23, 14 t. vulg.; vs. 12 *Grsb.;* Mc. 12, 40. Lc. 20, 47; τιμή, major honor, plus honoris, 1 Co. 12, 23; λύπη, 2 Co. 2, 7.*

**περισσοτέρως**, adv. (περισσῶς, q. v.); 1) pr. *abundantius* (ita ap. Diod. 13, 108. Athen. 5, p. 192 f.); in N. T. *magis, majore gradu; vehementius;* Mc. 15, 14 t. vulg.; 2 Co. 7, 15. 11, 23. Gal. 1, 14. Phil. 1, 14. 1 Th. 2, 17. Heb. 2, 1. 13, 19; opp. ἧττον, 2 Co. 12, 15; περισσοτέρως μᾶλλον, multo magis, 2 Co. 7, 13. — 2) *potius, prae ceteris, inprimis, maxime;* 2 Co. 1, 12. 2, 4.*

**περισσῶς** (περισσός, q. v.), adv. *supra modum, eximie* (Eurip.; i. q. *magnifice*, Polyb. Athen.); i. q. *vehementer*, ἐκπλήσσεσθαι, Mc. 10, 26; κράζειν, Mt. 27, 23 et ap. *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* Mc. 15, 14; ἐμμαίνεσθαι, Act. 26, 11.*

περιστερά, ᾶς, ἡ, hebr. יוֹנָה, *columba;* Mt. 3, 16. 10, 16. 21, 12. Mc. 1, 10. 11, 15. Lc. 2, 24. 3, 22. Jo. 1, 32. 2, 14. 16.*

περι-τέμνω (ion. περιτάμνω), aor. 2. περιέτεμον, ptcp. pf. pass. περιτετμημένος, aor. 1. pass. περιετμήθην, LXX maxime pro מוּל; — *circumcido; τινά, praecido alicui praeputium* (dic. de notissimo illo ritu, quo non solum Israelitarum pueruli octavo post natales die sed posthac etiam *proselyti justitiae* Jehovae consecrabantur et ejus populo initiabantur; Lc. 1, 59. 2, 21. Jo. 7, 22. Act. 7, 8. 15, 5. 16, 3. 21, 21; de eadem re Diod. 1, 28; pass. et med. *circumcidendum me curo* s. *praebeo,* Act. 15, 1. 24. 1 Co. 7, 18. Gal. 2, 3. 5, 2 s. 6, 12 s.; add. τὰ αἰδοῖα, Hdt. 2, 36 et 104. Jos. antt. 1, 10, 5. contr. Ap. 1, 22. — Quum circumcisionis ritu homo a profanis secerneretur deoque addiceretur: verbum dic. translate de exstinguendis cupiditatibus et removendis peccatis, Col. 2, 11 coll. Jer. 4, 4. Deut. 10, 16 et eccles. script.*

περι-τίθημι, 3. ps. pl. περιτιθέασιν (Mc. 15, 17; v. in ἐπιτίθημι), aor. 1. περιέθηκα, ptcp. aor. 2. περιθείς, περιθέντες, inde ab Hom., *a)* pr. *circumpono, circumdo; τινί τι,* velut φραγμὸν τῷ ἀμπελῶνι, Mt. 21, 33. Mc. 12, 1; alicui vestimentum, Mt. 27, 28; στεφανόν, caput alicujus cingo coronâ, Mc. 15, 17 (Sir. 6, 31. Plat. Alc. 2, p. 151 a); τί τινι, *circumdo aliquid aliqua re, circumligo,* Mt. 27, 48. Mc. 15, 36. Jo. 19, 29. — *b)* trop. τινί τι, *exhibeo, tribuo alicui aliquid, confero in aliquem aliquid* (ap. Graecos ita inde ab Hdt., velut ἐλευθερίαν, Hdt. 3, 142; δόξαν, Dem. p. 1417, 3; v. *Passow* II, p. 881 s.; τὸ ὄνομα, Sap. 14, 21. Thuc. 4, 87); τιμήν, 1 Co. 12, 23. Esth. 1, 20.*

περιτομή, ῆς, ἡ (περιτέμνω), *circumcisio,* i. e. *amputatio praeputii* (de quo ritu v. in περιτέμνω); *a)* pr. *α) actio s. ritus circumcisionis,* Jo. 7, 22 s. Act. 7, 8. Ro. 4, 11. Gal. 5, 11. Phil. 3, 5; οἱ ἐκ τῆς περιτ. (v. in ἐκ, p. 132, col. 2), *circumcisi,* dic. de Judaeis, Ro. 4, 12; de Christianis, qui sunt e Judaeis, Act. 11, 2. Gal. 2, 12. Tit. 1, 10; οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς, Col. 4, 11. — *β) status circumcisionis* (nos *das Beschnittensein*); Ro. 2, 25—28. 3, 1. 1 Co. 7, 19. Gal. 5, 6. 6, 15. Col. 3, 11; ἐν περιτομῇ ὤν, circumcisus, Ro. 4, 10. — *γ)* meton. pro οἱ περιτμηθέντες, i. e. Judaei, Ro. 3, 30. 4, 9. 12. 15, 8. Gal. 2, 7—9. Eph. 2, 11; οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοί, Christiani e Judaeis, Act. 10, 45. — *b)* translate; *α)* de Christianis: (ἡμεῖς ἐσμεν) ἡ περιτομή, e profanis segregati deoque vere consecrati, Phil. 3, 3. — *β)* ἡ μεριτομὴ ἀχειροποίητος, exstinctio cupiditatum et abolitio sordium animi (v. in περιτέμνω), Col. 2, 11; idem denotat ἡ περιτομὴ καρδίας, Ro. 2, 29; περιτ. Χριστοῦ, cujus auctor Christus est, Col. 2, 11. (Habetur nomen τῆς περιτομῆς ter in V. T.: Gen. 17, 13. Jer. 11, 16; pro מוּלָה, Ex. 4, 26; praeterea ap. Philonem, cujus libellus περὶ περιτομῆς exstat in ej. opp. ed. *Mangey* T. II, p. 210—12; et Jos. antt. 1, 10, 5; plur. 1, 12, 2.)*

περι-τρέπω, *circumverto; converto; convertendo transfero: τί* vel *τινὰ εἴς τι,* aliquem vel aliquid *in aliquem statum;* ita semel in N. T. σὲ εἰς μανίαν περιτρέπει, insanire te facit, Act. 26, 24; τοὺς παρόντας εἰς χαρὰν περιέστρεψε, Jos. antt. 9, 4, 4; τὸ θεῖον εἰς ὀργὴν περιτραπέν, 2, 14, 1. Vario alio usu ap. Graecos.

περι-τρέχω, ptcp. aor. 2. περιδραμόντες, inde a Theogn. Xen. Plat., *circumcurro, circumcurso; currens obeo;* c. acc. loci, Mc. 6, 55. (LXX bis pro שׁוּט, Jer. 5, 1. Am. 8, 12.)*

περι-φέρω, inde ab Hdt. *circumfero;* ubique mecum porto, τί, 2 Co. 4, 10; huc illuc porto, τοὺς κακῶς ἔχοντας, Mc. 6, 55 (ubi evangelista cogitari vult aegrotos allatos esse ad Jesum circumvagantem et loca diversa obeuntem); pass. *circumagor,* παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, i. e. incertus ac dubius huc illuc i. e. ad hanc illamve opinionem abducor, Eph. 4, 14. Locis Heb. 13, 9. Jud. vs. 12 pro περιφερ. inde a *Griesb.* restitutum est παραφέρ.*

περι-φρονέω, ῶ, 1) *undique* i. e. *accurate considero* s. *perpendo* (Arstph. nub. 739). — 2) (a περί, ultra, III, 2), *mente me effero super aliquem* vel *aliquid; contemno, despicio;* τινός (cf. *Kühner* II, p. 325), Tit. 2, 15 (4 Macc. 7, 16. 14, 1; Plutarch. al.; τοῦ ζῆν, Plat. Ax. p. 372. Aeschin. dial. socr. 3, 22).*

περίχωρος, ον (περί et χῶρος), *circumjacens, finitimus* (Plut. Aelian. Dio C.); in sacro cod. ἡ περίχωρος sc. γῆ, *circumjacens regio,* Mt. 14, 35. Mc. 1, 28. 6, 55. Lc. 3, 3. 4, 14. 37. 7, 17. 8, 37. Act. 14, 6 (Gen. 19, 17. Deut. 3, 13 al.; τῆς γῆς τῆς περιχώρου, Gen. 19, 28 cod. alex.; ἡ περίχ. τοῦ Ἰορδάνου, Lc. 3, 3 (Gen. 13, 10 s. pro כִּכַּר הַיַּרְדֵּן, *tractus* Jordanis); meton. pro incolis, Mt. 3, 5. (τὸ περίχωρον et τὰ περίχωρα, Deut. 3, 4. 1 Chr. 5, 16. 2 Chr. 4, 17 al.)*

περίψημα, τος, τό (a περιψάω, *undique abstergeo,* et hoc ex περί et ψάω, *tergo*), pr. *quod abstersum est; sordes detersae; purgamentum;* dic. 1 Co. 4, 13 eodem sensu, quo περικάθαρμα, q. v. Tradunt Suidas et alii graeci lexicographi sub h. v. Athenienses ad avertendas publicas calamitates quotannis in mare praecipitasse hominem sceleratum, qui Poseidoni sacrificii loco offerretur; hinc ἀργύριον -- περίψημα τοῦ παιδίου ἡμῶν γένοιτο, (quasi) piaculum fiat filii nostri, i. e. pro servanda filii vita abjectum et contemtum nobis sit, Tob. 5, 18., ubi cf. *Fritzsche;* dic. de homine religionis causa pro aliorum salute etiam molestissima sustinente, Ignat. ad Eph. 8 et 18.*

περπερεύομαι (sum πέρπερος, i. e. vanus ostentator, Pol. 32, 6. 5. 40, 6, 2. Epict. diss. 3, 2, 14), *jacto me verbis;* 1 Co. 13, 4 (Antonin. 5, 5; compositum ἐμπερπερεύεσθαι de adulatione ornatum rhetoricum adhibente, qua aliorum laudes immodice efferuntur, ap. Cic. ad Attic. 1, 14. — Hesych. περπερεύεται· κατεπαίρεται); cf. *Osiander* ad l.

Περσίς, acc. ἰδα, *Persis,* mulier christiana, Ro. 16, 12.*

πέρυσι (a πέρας), adv., *anno superiore; anno proxime praeterito;* ἀπὸ πέρυσι, *inde ab anno superiore;* 2 Co. 8, 10. 9, 2. (Arstph. Plat. Plut. Lucian.)*

πετάομαι, ῶμαι, dubiae exsistentiae forma recentioris graecitatis pro antiquiore πέτομαι (v. *Lob.* ad Phryn. p. 581. *Bttm.* Gr. max. II, p. 271 s. coll. *Win.* p. 81), *volo, volito;* in N. T. non exstat nisi ptcp. praes. πετώμενος in t. vulg. Ap. 4, 7. 8, 13. 14, 6. 19, 17., quibus locis inde a *Griesb.* restitutum est πετόμενος.

πετεινός, ή, ον (attice pro πετηνός, a πέτομαι), *volucer, volatilis;* in N. T. exstat solum neutr. plur. πέτεινα et τὰ πέτεινα, substantive, *volatilia, volucres, aves;* Mt. 13, 4. Mc. 4, 4. Lc. 12, 24. Ro. 1, 23. Jac. 3, 7; τὰ πετ. τοῦ οὐρανοῦ (LXX pro עוֹף הַשָּׁמַיִם; v. in οὐρανός, 1, b), aves, quarum est coelum, i. e. in coelo volitantes, Mt. 6, 26. 8, 20. 13, 4. 32. Mc. 4, 4. 32. Lc. 8, 5. 9, 58. 13, 19. Act. 10, 12. 11, 6.*

πέτομαι, LXX pro עוּף, *volo, volito;* Ap. 4, 7. 8, 13. 12, 14. 14, 6. 19, 17; v. supra in πετάομαι.*

πέτρα, ας, ἡ, inde ab Hom.; LXX pro סֶלַע et צוּר; — *petra, rupes; a)* pr. Mt. 7, 24 s. 27, 51. 60. Mc. 15, 46. Lc. 6, 48. 1 Co. 10, 4 (de q. l. v. in πνευμα-

*τικός*); rupes prominens, Ap. 6, 15 s.; solum saxosum, Lc. 8, 6. 13. — *b*) *saxum, lapis major;* Ro. 9, 33. 1 Pet. 2, 8. — *c*) metaph. *homo, qui ob animi firmitatem instar rupis est;* Mt. 16, 18.*

***Πέτρος, ου, ὁ*** (pr. nomen appellat. significans *lapidem, saxum, rupem*, quod metaph. etiam de *animo* duro nec facile se moveri patiente ideoque instar rupis habendo dicitur, Soph. OR. 334. Eur. Med. 28. Herc. fur. 1397, respondens chald. *Κηφᾶς*, q. v., Jo. 1, 43), *Petrus*, cognomen *Simonis* apostoli. Erat is Bethsaida, oppido Galilaeae, oriundus, filius piscatoris (v. supra in *Ἰωάννης*, 3; et *Ἰωνᾶς*, 2), habitans Capernaumi cum uxore, Mt. 8, 14. Mc. 1, 30. Lc. 4, 38 coll. 1 Co. 9, 5. Habebat fratrem Andream, quocum piscatoris opificium exercebat, Mt. 4, 18. Mc. 1, 16. Lc. 5, 3. Utrumque fratrem in societatem suam Jesus recepit Mt. 4, 19. Mc. 1, 17. Lc. 5, 10. Jo. 1, 41—43. Simonem, praeclara virtute ejus perspecta, quam praecipuum sibi in condendo dei regno praesidium fore confisus est, Jesus *Petri* nomine decoravit, Jo. 1, 43. Mt. 16, 18. Mc. 3, 16. Eximio animi vigore, discendi cupiditate, in Jesum amore excelluit atque cum Zebedaidis fratribus praecipuo divini magistri favore et interiore ejus familiaritate gavisus est. Postquam una cum Joanne et Jacobo, domini fratre, satis diu christianis rebus Hierosolymae summa cum auctoritate praefuerat, ad exteros profectus esse videtur maxime Judaeis evangelium traditurus (Gal. 2, 9. 1 Co. 9, 5. 1 Pet. 5, 13. Papias ap. Euseb. 3, 39, 15; nam e Papiae relatione Petrus Marco utebatur *interprete*, quo non egebat nisi extra Palaestinae fines, maxime inter latine loquentes). Petrus autem, quemadmodum illa nocte, qua Jesus adversariis tradebatur, a semet ipso desciverat eo, quod Jesum se secutum esse ter negavit: ita etiam posthac aliquando Antiochiae severioribus judaicis Christianis magis indulgebat, quam per liberiorem Christi mentem licebat, unde a Paulo ob inconstantiam et *ὑπόκρισιν* reprehensus est, Gal. 2, 11 ss. Sed patrum ecclesiasticorum aevo judaici Christiani severiorem suam disciplinam, Petri et Jacobi, fratris domini, auctoritate tueri non dubitabant. Ecclesiasticas de Petro romanae ecclesiae conditore ac per XXV annos et quod excurrit episcopo traditiones referre et confutare non est hujus loci; cf. quae de iis exposuit *Hase* Protestant. Polemik gegen die röm.-kathol. Kirche, p. 123 ss. ed. 4. Id unum e Joann. ev. 21, 18 ss. elucere videtur, Petrum *crucis* supplicium passum esse. Quod *Romae* si passus est, id factum esse nequit nisi compluribus post Pauli obitum annis. — Vocatur in N. T. tum simpliciter et *Σίμων* (semel *Συμεών*, Act. 15, 14) et (id quidem omnium saepissime) *Πέτρος* et *Κηφᾶς* (q. v.), tum vero etiam *Σίμων Πέτρος*, Mt. 16, 16. Lc. 5, 8. Jo. 6, 68. 13, 6. 9. 24. 18, 10. 15. 25. 20, 2. 6. 21, 2 s. 7. 11. 15; semel *Συμεὼν Πέτρος* (2 Pet. 1, 1, ubi *Lchm.* *Σίμων*); *Σίμων ὁ λεγόμενος Πέτρος*, Mt. 4, 18. 10, 2; *Σίμων ὁ ἐπικαλούμενος Πέτρος*, Act. 10, 18. 11, 13; *Σίμων ὃς ἐπικαλεῖται Πέτρος*, 10, 5. 32.

***πετρώδης, ες*** (ex *πέτρα* et *εἶδος*, igitur pr. *speciem petrae referens*), *saxosus, petrosus; τὸ πετρῶδες* et *τὰ πετρώδη*, de solo saxis referto, Mt. 13, 5. 20. Mc. 4, 5. 16. (Soph. Plat. Arstot. Diod. 3, 45. Plut. al.)*

***πήγανον, ου, τό***, *ruta* (nos *Raute*); Lc. 11, 42 (Theophr. hist. plant. 1, 15. Dioscorid. 3, 51. Plut. al.).*

***πηγή, ῆς, ἡ***, inde ab Hom., LXX maxime pro מַעְיָן, עַיִן, מָקוֹר; — *fons;* Jac. 3, 11 (ac t. vulg. vs. 12); 2 Pet. 2, 17; *ὕδατος ἁλλομένου*, Jo. 4, 14; *τῶν ὑδάτων*, Ap. 8, 10. 14, 7. 16, 4; dic. de puteo fosso, qui fontis in terra reconditi aquis repletur, Jo. 4, 6; — *ζωῆς πηγαὶ ὑδάτων*, Ap. 7, 17; *ἡ π. τ. ὕδατος τῆς ζωῆς*, 21, 6 (de quo utroque loco v. in *ζωή*, p. 191, col. 1 in fine); *ἡ π. τοῦ αἵματος*, profluvium sanguinis, Mc. 5, 29.*

***πήγνυμι***, aor. 1. *ἔπηξα*, inde ab Hom.; *pango, figo;* — *compingo, compingendo exstruo; σκηνήν*, Hebr. 8, 2.*

***πηδάλιον, ίου, τό*** (a *πηδόν*, palmula remi, remus), inde ab Hom., *gubernaculum* s. *clavus navis;* Act. 27, 40. Jac. 3, 4.*

***πηλίκος, η, ον*** (ab *ἧλιξ*), interrogat., *quantus;* sensu geometrico (Plat. Men. p. 82 d. p. 83 e. Ptol. 1, 3, 3. Sach. 2, 2 [6]), Gal. 6, 11., ubi cf. *Winer, Rückert, Hilgenfeld;* — sensu ethico i. q. *quam insignis*, Heb. 7, 4.*

***πηλός, οῦ, ὁ***, inde ab Aeschl. et Hdt.; *a*) *lutum; argilla*, qua utitur figulus (Jes. 29, 16. 41, 25. Nah. 3, 14); Ro. 9, 21. — *b*) i. q. *limus, coenum;* Jo. 9, 6. 11. 14 s.*

***πήρα, ας, ἡ***, *pera* (saccus e corio confectus, in quo viatores, pastores quae ad commeatum pertinerent gestare solebant); Mt. 10, 10. Mc. 6, 8. Lc. 9, 3. 10, 4. 22, 35 s. (Hom. Arstph. Joseph. Plut. Hdian. Lcian. al.; add. *τῶν βρωμάτων*, Judith. 13, 10.)*

***πῆχυς***, gen. *πήχεως*, (qui in N. T. non habetur), genit. plur. *πηχῶν* contr. ex ion. *πηχέων* (Jo. 21, 8. Ap. 21, 17. 3 Reg. 7, 3. 39. Esth. 7, 9. Ez. 40, 5) ex usu recentioris aetatis pro antiquiore et attica forma *πήχεων*, ap. LXX usitatissima (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 245 s. *Win.* p. 61), *ὁ, cubitus*, i. e. pr. ea pars brachii, quae est inter manum et cubiti articulum (Hom. Od. 17, 38. Il. 21, 166 al.); hinc *cubitus* i. q. *ulna* (*Elle*), mensura aequans intervallum ab articulo cubiti usque ad digitum medium extremum, Mt. 6, 27. Lc. 12, 25. Jo. 21, 8. Ap. 21, 17. (LXX persaepe pro אַמָּה.)*

***πιάζω*** (dorice pro *πιέζω*, cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 58), aor. 1. *ἐπίασα*, aor. 1. pass. *ἐπιάσθην*, 1) *prehendo manu* (*anfassen*); *τινὰ τῆς χειρός*, Act. 3, 7. — 2) *capio;* pisces, Jo. 21, 3. 10; *θηρίον*, pass. Ap. 19, 20. (Cantic. 2, 15.) — *comprehendo;* hominem, quem in carcerem conjiciam, Jo. 7, 30. 32. 44. 8, 20. 10, 39. 11, 57. Act. 12, 4. 2 Co. 11, 32.*

***πιέζω***, pf. pass. *πεπιεσμένος*, inde ab Hom., *premo, comprimo;* Lc. 6, 38; LXX semel pro דָּרַךְ Mich. 6, 15.*

***πιθανολογία, ας, ἡ*** (a *πιθανολόγος*, et hoc ex *πιθανός* [de quo v. in *πειθός*] et *λόγος*), *sermo ad persuadendum aptus*, oratio, qua probabilitatis argumenta afferuntur; ita semel ap. Graecos Plat. Theaet. p. 162 e; in malam partem, *oratio captiosa, sermo speciosus alios in errorem abducens*, Col. 2, 4., atque ita aliquoties ap. eccles. scriptores.*

***πικραίνω***, f. *ανῶ*, aor. 1. pass. *ἐπικράνθην* (*πικρός*, q. v.), 1) pr. *amarum facio; τὰ ὕδατα*, pass. Ap. 8, 11; *τὴν κοιλίαν*, amarum saporem efficio in stomacho, Vulg. *amarico*, Ap. 10, 9 s. — 2) trop. *exacerbo*, i. e. iracundum, indignabundum efficio; pass. *exacerbor, irritor* (Plat. Demosth. al.); *πρός τινα*, Col. 3, 19 (Athen. 6, p. 242 c.; *ἐπί τινα*, Ex. 16, 20. Jer. 37, 15. 3 Esr. 4, 31); ex adj. i. q. *acerbo dolore afficio*, Job. 27, 2. 1 Macc. 3, 7.*

***πικρία, ας, ἡ*** (*πικρός*), *amaritudo; χολὴ πικρίας*, i. q. *χολὴ πικρά, fel amarum*, i. q. insignis malitia, Act. 8, 23; *ῥίζα πικρίας, radix amara* indeque amaros fructus progignens, Heb. 12, 15 (e Deut. 29, 18 cod. alex.); cf. *Bleek* ad l.; metaph. *acerbitas*, i. e. acerbum odium, Eph. 4, 31; in dictis, Ro

3, 14 e Ps. 9, 28 sive 10, 7. (vario usu ap. LXX. Theophr., Polyb. Plut. al.)*

*πικρός*, *ά*, *όν*, inde ab Hom.; LXX pro מַר, — *amarus;* propr. Jac. 3, 11 (opp. *τὸ γλυκύ*); metaph. *acerbus*, 3, 14.*

*πικρῶς*, adv., *amare;* metaph. *ἔκλαυσε*, cum acerbo animi dolore, Mt. 26, 75. Lc. 22, 62; cf. *πικρὸν δάκρυον*, Hom. Od. 4, 153.*

*Πιλάτος*, rectius *Trg.* *Πιλᾶτος* (cf. *Win.* p. 51), male *Tdf.* *Π ε ι λ ᾶ τ ο ς*, nomen lat. i. q. *pilo instructus*, ut *Torquatus* i. q. *torque instructus s. ornatus*), *ου*, *ὁ*, *Pontius Pilatus*, procurator imperatoris romani in Judaea et Samaria (post Coponium, Marcum Ambivium, Annium Rufum, Valerium Gratum), ordine quintus, anno Tiberii 26 in Judaeam missus et per decem annos munere functus (cf. *Keim* III, p. 485 ss.). Quamvis Jesu innocentiam perspiceret, tamen a Judaeis injuriarum, quibus eos lacessiverat, apud Caesarem accusationem Caesarisque iram metuens, iis Jesu mortem ferociter postulantibus cessit eumque supplicio affici jussit. Tandem propterea quod Samaritanis ad montem Garizim congregatis cladem inferri jusserat, Vitellius, Syriae praeses et Vitellii posthac romani imperatoris pater, eum officio movit ac Romam ire purgandi sui caussa jussit, quo Tiberio interim mortuo venit. — Cf. Jos. antt. 18, 2—4 et cap. 6, 5; b. jud. 2, 9, 2 et 4. Phil. legat. ad Caj. §. 38. Tac. ann. 15, 44. Sibi ipsum manum intulisse tradit Euseb. h. e. 2, 7 et Chron. ad ann. I Caji. Varias de ejus exitu fabulas referunt *Evangelia apocrypha* ed. *Tischendorf* p. 426 ss. Commemoratur in N. T. Mt. 27, 2 ss. Mc. 15, 1 ss. Lc. 3, 1. 13, 1. 23, 1 ss. Jo. 18, 29 ss. 19, 1 ss. Act. 3, 13. 4, 27. 13, 28. 1 Tim. 6, 13. Uberius de eo agunt *Win.* RWB. s. v. Pilatus. *Ewald* Geschichte Christus' u. sr. Zeit, p. 33 ss. ed. 1. *Leyrer* in *Herzog* Enc. 11, p. 663 ss. *Renan* Vie de Jésus (Berl. 1863) p. 259 ss. *Klöpper* in *Schenkel* BL. 4, p. 581 ss. *Schürer* Ntl. Zeitgeschichte, p. 252 ss.

**πλησμονή**, ῆς, ἡ (*πίμπλημι*), *satietas;* Vulg. *saturitas; πρὸς πλησμονὴν σαρκός*, ut satisfiat carni, ut expleantur carnis cupiditates v. in *σάρξ*), Col. 2, 23; cf. *Meyer* ad l. (Arstph. Eur. Xen. Plat. Plut. al.; LXX.)*

**πλήσσω**, aor. 2. pass. *ἐπλήγην*, inde ab Hom., LXX pro הִכָּה (v. in *πατάσσω*), *plecto, percutio, ferio;* pass. (de astris, quae a deo percutiuntur, ut luce priventur et caligine tegantur), Ap. 8, 12.*

**πλοιάριον**, ίου, τό (deminut. vocis *πλοῖον;* v. in *γυναικάριον*), *navicula;* Mc. 3, 9. (4, 36 t. vulg.; Lc. 5, 2 *Tdf.*) Jo. 6 (22 t. vulg.), vs. 23. (vs. 24 *Lchm. Tdf. Trg.*) 21, 8. (Arstph. Xen. Diod. al.)*

**πλοῖον**, οίου, τό (*πλέω*), inde ab Hdt., LXX maxime pro אֳנִיָּה, *navigium;* Mt. 4, 21 s. Mc. 1, 19. Lc. 5, 2. Jo. 6, 17. Act. 20, 13 et saepe in historicis N. Ti. scriptis; Jac. 3, 4. Ap. 8, 9. 18, 19.

**πλόος**, οῦς, gen. όου, οῦ et ap. recentiores *πλοός* (Act. 27, 9. Arr. peripl. erythr. p. 176; v. in *νοῦς*), (*πλέω*), inde ab Hom. Od. 3, 169; *navigatio*, Act. 21, 7. 27, 9 s. (Sap. 14, 1).*

**πλούσιος**, ία, ον (*πλοῦτος*), inde ap. Hes. opp. 22; LXX pro עָשִׁיר, *dives; a*) pr. *opulentus, abundans opibus externis;* Mt. 27, 57. Lc. 12, 16. 14, 12. 16, 1. 19. 18, 23. 19, 2; *ὁ πλούσιος*, substantive, Lc. 16, 21 s. Jac. 1, 10 s.; *οἱ πλούσιοι*, Lc. 6, 24. 21, 1. 1 Tim. 6, 17. Jac. 2, 6. 5, 1. Ap. 6, 15. 13, 16; *πλούσιος*, sine articulo, ubi nos: *ein Reicher*, Mt. 19, 23 s. Mc. 10, 25. 12, 41. Lc. 18, 25. — *b*) metaph. univ. *abundans, abunde instructus;* sq. *ἐν* c. dat. rei, qua quis abundat, ubi nos *an* (cf. *Win.* p. 189, not. 1), *ἐν ἐλέει*, Eph. 2, 4; *ἐν πίστει*, Jac. 2, 5; absol. virtutibus christianis et bonis aeternis abundans, Ap. 2, 9. 3, 17., ubi v. *Düsterdieck;* — *ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν*, de Christo: etsi olim *ἄσαρκος λόγος* coelestis conditionis opibus abundabat, tamen humanam naturam induendo *statum paupertatis* (terrestris) *ingressus est*, 2 Co. 8, 9.*

**πλουσίως**, adv., *abunde, large;* Col. 3, 16. 1 Tim. 6, 17. Tit. 3, 6, 2 Pet. 1, 11.

**πλουτέω**, ῶ. aor. 1. *ἐπλούτησα*, pf. *πεπλούτηκα* (*πλοῦτος*), inde ab Hesiodo, LXX aliquoties pro עָשַׁר, — *dives sum; abundo;* pr. de externis opibus, absol. Lc. 1, 53. 1 Tim. 6, 9; aorist. 1. *dives factus sum, divitias consecutus sum* (de hoc aoristi usu v. in *βασιλεύω*), *ἀπό τινος*, Ap. 18, 15 (Sir. 11, 18); item *ἔκ τινος* (v. in *ἐκ*, II, 5; p. 132, col. 1), Ap. 18, 3. 19; *ἔν τινι* (cf. *Win.* p. 189; Graeci dicunt *πλουτεῖν τινός*, s. *τινί*, s. *τί*), 1 Tim. 6, 18. — *b*) metaph. *abunde instructus sum; πλουτεῖν εἰς πάντας*, opibus affluere, ut possit omnibus beneficia salutis tribuere, Ro. 10, 12; *πλουτεῖν εἰς θεόν* (v. in *εἰς*, II, 2, b, a), Lc. 12, 21; aor. *ἐπλούτησα*, absol. *dives factus sum*, i. e. aeterna ad animum spectantia bona consecutus sum, 1 Co. 4, 8. 2 Co. 8, 9. Ap. 3, 18; *πεπλούτηκα*, divitias nactus sum, vs. 17.*

**πλουτίζω**, aor. 1. pass. *ἐπλουτίσθην* (*πλοῦτος*), *dito, locupleto; τινά*, pass. 2 Co. 9, 11; dic. de bonis ad animum spectantibus, *τινά*, 2 Co. 6, 10; *ἐν* c. dat. rei (v. in *πλουτέω*), pass. *abunde instruor*, 1 Co. 1, 5. (Aeschl. Soph. Xen. Plut.; LXX pro הֶעֱשִׁיר.)*

**πλοῦτος**, ου, ὁ, atque (ap. *Lchm. Tdf. Trg.*) 2 Co. 8, 2. Eph. 1, 7. 2, 7. 3, 8. 16. Phil. 4, 19. Col. 1, 27. 2, 2., sed in solis nominativo et accus.; cf. *Win.* p. 64. *Bttm.* ntl. Gr. p. 20) *τὸ πλοῦτος* (ut videtur ortum e *πλέοτος* a *πλέος*, plenus), inde ab Hom., LXX pro עֹשֶׁר, praeterea pro הָמוֹן, multitudo, חַיִל, הוֹן; — *divitiae, opes; a*) pr. et absol. *copia bonorum externorum;* Mt. 13, 22. Mc. 4, 19. Lc. 8, 14. 1 Tim. 6, 17. Jac. 5, 2. Ap. 18, 16. — *b*) univ. *copiae, abundantia, affluentia, ubertas;* c. genit. virtutem designante, qua quis abundat, velut *τῆς χρηστότητος* al.; Ro. 2, 4. 9, 23. 2 Co. 8, 2. Eph. 1, 7. 18. 2, 7. 3, 16. Col. 1, 27. 2, 2; celebratur *πλοῦτος dei*, i. e. virtutum copia, e quarum numero duae memorantur, *σοφία* et *γνῶσις*, Ro. 11, 33 (nam *σοφίας κ. γνώσεως* ibi pendent ex *βάθος*, non ex *πλούτου*); ubertas rerum omnium usibus dei suppetentium, Phil. 4, 19; eodem sensu tribuitur *πλοῦτος* Christo ad dextram dei exaltato, Ap. 5, 12; arctiore sensu *πλ. τοῦ Χριστοῦ* dic. copia bonorum ad salutem spectantium, qua Chr. alios ditare potest, Eph. 3, 8. — *c*) univ. i. q. *bonum*, Heb. 11, 26; i. q. *id quo aliquis ditatur*, c. gen. personae, quae ditatur, dic. de christiana salute, Ro. 11, 12.*

**πλύνω**, impf. *ἔπλυνον*, aor. 1. *ἔπλυνα*, inde ab Hom., LXX pro כִּבֵּס et רָחַץ, *lavo; τὰ δίκτυα*, Lc. 5, 2 *Lchm. Trg.;* dic. inde ab Hom. potissimum de vestimentis (Gen. 49, 11. Ex. 19, 10. 14. Lev. 13, 6. 34 al.); hinc per tropum *πλύνειν τὰς στόλας αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀρνίου* dic. qui expiatorii sacrificii a Christo oblati fructum credendo ita ad se transferunt, ut a deo innocentes et peccatorum puri censeantur, Ap. 7, 14 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* 22, 14; cf. Ps. 51, 4. 9.*

**πνεῦμα**, τος, τό (*πνέω*), ap. Graecos inde ab Aeschl. et Hdt., hebr. רוּחַ, lat. *spiritus;* i. e. 1) *flamen; halitus; a*) venti; *ἀνέμων πνεύματα*, Hdt. 7, 16. Paus. 5, 25; hinc ipse *ventus;* Jo. 3, 8; plur. Heb. 1, 7. (3 Reg. 18, 45. 19, 11. Job. 1, 19. Ps. 104, 4 al.; saepe ap. Graecos.) — *b*) *anhelitus* narium, oris, ap. Graecos saepe inde ab Aeschl.; *πνεῦμα τοῦ στόματος*, 2 Th. 2, 8 (Ps. 33, 6 coll. Jes. 11, 4); *πν. ζωῆς, spiritus vitalis*, Ap. 11, 11 (Gen. 6, 17 coll. *πνοὴ ζωῆς*, 2, 7). Hinc 2) *anima, qua vivitur et corpus animatur;* Lc. 8, 55. 23, 46. Jo. 19, 30. Act. 7, 59. Ap. 13, 15; *ἀφιέναι τὸ πνεῦμα*, animam efflare, exspirare, Mt. 27, 50 coll. Sir. 38, 23. Sap. 16, 14 (Graeci dixerunt *ἀφιέναι τὴν ψυχήν*, ut Gen. 35, 18, v. in *ἀφίημι*, et *Kypke* observv. I, p. 140; sed legitur etiam *ἀφιέναι πνεῦμα θανασίμῳ σφαγῇ*, Eur. Hec. 571); *σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστιν*, Jac. 2, 26; *τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν*, anima est, quae animat et vitam praebet, corpus nihil prodest (nam impertit ei anima vitam, non ipsum vicissim spiritui dat vitam; cf. *Chr. Frid. Fritzsche* Nova opuscc. p. 239), Jo. 6, 63; — *anima rationalis* s. *vis, qua homo sentit, cogitat, vult, decernit; animus; τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ*, 1 Co. 2, 11; opp. *σάρξ* (q. v.), Mt. 26, 41. Mc. 14, 38.) 1 Co. 5, 5. 2 Co. 7, 1. Col. 2, 5; opp. *τὸ σῶμα*, Ro. 8, 10. 1 Co. 6, 17. (vs. 20 t. vulg.) 7, 34. 1 Pet. 4, 6. Quamquam plerumque voces *πνεῦμα* et *ψυχή* promiscue usurpantur ideoque etiam *σῶμα* et *ψυχή* (numquam autem a Paulo) sibi opponuntur (v. in *ψυχή*), tamen etiam trichotomice distinguuntur *τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα*, 1 Th. 5, 23., ita quidem, ut *πνεῦμα* sit *rationalis* humanae naturae pars, divinas et aeternas res percipiendi et amplectendi facultas, in quam spiritus dei efficaciam suam exercet (*πνεῦμα* ist „das

höchste edelste Theil des Menschen, damit er geschickt ist, unbegreifliche, unsichtige, ewige Dinge zu fassen u. ist kürzlich das Haus, da der Glaube u. Gottes Wort innen wohnt;" *Luther*); *ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος* (v. in *μερισμός*), Heb. 4, 12; *ἐν ἑνὶ πνεύματι, μιᾷ ψυχῇ*, Phil. 1, 27 (ubi pro *μιᾷ ψυχῇ* Paulus ex reliquo dicendi usu suo aptius dixisset *μιᾷ καρδίᾳ*). — *τὸ πνεῦμά τινος*, Mc. 2, 8. 8, 12. Lc. 1, 47. Act. 17, 16. Ro. 1, 9. 8, 16. 1 Co. 5, 4. 16, 18. 2 Co. 2, 13. 7, 13. Gal. 6, 18. Philem. vs. 25. 2 Tim. 4, 22; *ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων* (pro quo t. vulg. exhibet *ἁγίων*) *τῶν προφητῶν*, qui instinguit et regit animos prophetarum, Ap. 22, 6., ubi cf. *Düsterdieck*; dativo *τῷ πνεύματι* indicatur sedes, qua quis aliquid faciat aut patiatur, nos: *im Geiste; ἐπιγινώσκειν*, Mc. 2, 8; *ἀναστενάζειν*, 8, 12: *ἐμβριμᾶσθαι*, Jo. 11, 33; *ταράσσεσθαι*, 13, 21; *ζέειν*, Act. 18, 25. Ro. 12, 11; *ἀγαλλιᾶσθαι*, Lc. 10, 21 t. vulg. *Grsb.*; dativ. relationis, 1 Co. 5, 3. Col. 2, 5. 1 Pet. 4, 6; *κραταιοῦσθαι*, Lc. 1, 80. 2, 40; *ἅγιον εἶναι*, 1 Co. 7, 34; *ζωοποιηθείς*, 1 Pet. 3, 18; *ζῆν*, 4, 6; *πτωχοί*, Mt. 5, 3; dativ instrumenti, *δεδεμένος*, Act. 20, 22; *συνέχεσθαι*, 18, 5 t. vulg.; *θεῷ λατρεύειν*, Phil. 3, 3 t. vulg. *Grsb.*; dativ. commodi, *ἄνεσιν τῷ πν. μου*, 2 Co. 2, 13; *ἐν τῷ πνεύματι*, dic. de instrumento, 1 Co. 6, 20 t. vulg.; item *ἐν πνεύματι*, fere i. q. *πνευματικῶς*, Jo. 4, 23; de sede actionis, *ἐν τῷ πν. μου*, Ro. 1, 9; *τιθέναι ἐν τῷ πν.*, inducere in animum, apud animum constituere, sq. infin., Act. 19, 21; — *πνεύματα προφητῶν*, ex adj. prophetarum animi a spiritu divino agitati, 1 Co. 14, 32; singulari sensu *πνεῦμα* dic. de animo per spiritum sanctum vehementius quidem commoto ac toto in divinibus rebus defixo, sed conscientiae clarioris et intelligentiae luce destituto; ita in phrasibus *τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται*, opp. *ὁ νοῦς μου*, 1 Co. 14, 14; *πνεύματι λαλεῖν μυστήρια*, vs. 2; *προσεύχεσθαι, ψάλλειν, εὐλογεῖν τῷ πν.*, opp. *τῷ νοΐ*, vs. 15 s. — 3) *spiritus* (*ein Geist*), i. e. *natura simplex s. si non omnis tamen crassioris materiae et concretionis expers, intelligendi, appetendi, decernendi, agendi vi praedita; a*) generatim, Lc. 24, 37. Act. 23, 8 (de q. l. v. in *μητε*), vs. 9; *πνεῦμα σάρκα κ. ὀστέα οὐκ ἔχει*, Lc. 24, 39; *πνεῦμα ζωοποιοῦν*, de Christo e mortuis redivivo, 1 Co. 15, 45; *πνεῦμα ὁ θεός* (german. *Geist ist Gott*, i. e. *sein Wesen ist Geist*), Jo. 4, 24; *πατὴρ τῶν πνευμάτων*, de deo, Heb. 12, 9., ubi nomine et animi hominum et angeli comprehenduntur. — *b*) *humanus animus corpore exutus;* plur. (Latinorum *manes*), Heb. 12, 23. 1 Pet. 3, 19. — *c*) *spiritus homine superior sed deo inferior* i. e. *angelus;* plur. Heb. 1, 14; dic. de daemonibus s. pravis spiritibus, qui corpora hominum inhabitare fingebantur, Lc. 9, 39. Act. 16, 18; plur. Mt. 8, 16. 12, 45. Lc. 10. 20. 11, 26; *πνεῦμα πύθωνος* s. *πύθωνα*, Act. 16, 16; *πνεύματα δαιμονίων*, Ap. 16, 14; *πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου*, Lc. 4, 33 (v. in *δαιμόνιον*); *πνεῦμα ἀσθενείας*, morbum efficiens, Lc. 13, 11; *πν. ἀκάθαρτον*, Mt. 10, 1. 12, 43. Mc. 1, 23. 26 s. 3, 11. 30. 5, 2. 8. 13. 6. 7. 7, 25. 9, 25. Lc. 4, 36. 6, 18. 8, 29. 9, 42. 11, 24. 26. Act. 5, 16. 8, 7. Ap. 16, 13. 18, 2; *ἄλαλον, κωφόν* (opinabantur enim Judaei, iisdem quibus homines affligebantur malis affectos esse etiam daemones, qui illos obsessos tenerent), Mt. 9, 17. 25; *πονηρόν*, Lc. 7, 21. 8, 2. Act. 19, 12 s. 15 s. — *d*) *spiritualis Christi natura ipsis angelis superior, a deo proxima eique conjunctissima* (quae in ecclesiae doctrina appellatur *divina Christi natura*), 1 Tim. 3, 16; add. *ἁγιωσύνης* (de quo v. supra in *ἁγιωσύνη*), Ro. 1, 4; appellatur *πν. αἰώνιον* ac tacite intereuntibus *ψυχαῖς* opponitur, quae in animalium victimis deo obferebantur, Heb. 9, 14., ubi cf. *Delitzsch*. — 4) In codice sacro etiam *deo* tribuitur *πνεῦμα*, h. e. *vis et efficacia dei*, quae a dei natura per se spectata *cogitando* (sive, ut technice loqui solent, *modalistice*) distinguitur, *in rerum ordine conspicua et per efficaciam in animis omnium praestantiorum bonorum ad animos spectantium in theocratico coetu genitrix. α*) Appellatur hoc *πνεῦμα* in V. T. רוּחַ אֱלֹהִים, רוּחַ יְהוָה; in N. T. *πνεῦμα ἅγιον, τὸ ἅγιον πνεῦμα, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον* (primum ita Sap. 1, 5. 9, 17; nam רוּחַ קֹדֶשׁ Ps. 51, 13. Jes. 63, 10 s. LXX ad verbum reddunt *πνεῦμα ἁγιωσύνης*), i. e. *augustum majestatis plenum, venerandum, ab omni impuro longissime remotum;* Mt. 1, 18. 20. 3, 11. 12, 32. 28, 19. Mc. 1, 8. 3, 29. 12, 36. 13, 11. Lc. 1, 15. 35. 2, 25 s. 3, 16. 22. 4, 1. 11, 13. 12, 10. 12. Jo. 1, 33. 7, 39. 14, 26. 20, 22. Act. 1, 2. 5. 8. 16. 2, 33. 38. (4, 25 *Lchm. Tdf. Trg.*) 5, 3. 32. 8, 18. 19. 9, 31. 10, 38. 44 s. 47. 11, 15 s. 24. 13, 2. 4. 9. 52. 15, 8. 28. 16, 6. 19, 6. 20, 28. 21, 4. Ro. 9, 1. 14, 17. 15, 13. 16. 19. 1 Co. 6, 19. 12, 3. 2 Co. 6, 6. 13, 13. Eph. 1, 13. 1 Th. 1, 5 s. 2 Tim. 1, 14. Tit. 3, 5. Heb. 2, 4. 6, 4. 9, 8. (1 Jo. 5, 7 t. vulg.) Jud. vs. 20; alia exempla v. infra in phrasibus (de articulo nunc posito, nunc omisso cf. *Fritzsche* Epist. ad Rom. T. II, p. 105); *τὸ πν. τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ*, Eph. 4, 30. 1 Th. 4, 8; *πνεῦμα θεοῦ*, Ro. 8, 9. 14; *τὸ θεοῦ πνεῦμα*, 1 Pet. 4, 14; *τὸ πν. τοῦ θεοῦ*, Mt. 3, 16. 12, 18. 28. 1 Co. 2, 14. 3, 16. Eph. 3, 16. 1 Jo. 4, 2; *τὸ πν. τοῦ θεοῦ ἡμῶν*, 1 Co. 6, 11; *τὸ πν. τοῦ πατρός*, Mt. 10, 20; *πν. θεοῦ ζῶντος*, 2 Co. 3, 3; *τὸ πν. τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν*, Ro. 8, 11; *τὸ πν. τὸ ἐκ θεοῦ* (quia a dei numine profectum hominibus impertitur), 1 Co. 2, 12; *πνεῦμα* et *τὸ πν. τοῦ κυρίου*, i. e. *dei*, Lc. 4, 18. Act. 5, 9 (coll. vs. 4); 8, 39; *κυρίου*, i. e. *Christi*, 2 Co. 3, 17 s.; *τὸ πνεῦμα Ἰησοῦ* (quoniam idem spiritus est, qui Jesum peculiari modo replevit), Act. 16, 7 (ubi t. vulg. *Ἰησοῦ* omittit); *Χριστοῦ*, Ro. 8, 9; *Ἰησοῦ Χριστοῦ*, Phil. 1, 19; *τὸ ἔν τινι* (in alicujus animo) *πν. Χριστοῦ*, 1 Pet. 1, 11: *τὸ πν. τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ*, Gal. 4, 6; simpliciter *τὸ πνεῦμα* et *πνεῦμα*, Mt. 4, 1. 12, 31 s. 22, 43. Mc. 1, 10. 12. Lc. 4, 1. 14. Jo. 1, 32. 33. 3. 6. 8. 34. 7, 39. Act. 2, 4. 8, 29. 10, 19. 11, 12. 28. 21, 4. Ro. 8, 6. 16 s. 23. 26 s. 15, 30. 1 Co. 2, 4. 10. 13 (ubi t. vulg. add. *ἁγίου*); 12, 4. 7 s. 2 Co. 1, 22. 3, 6. 8. 5, 5. Gal. 3, 3. 5. 14. 4, 29. 5, 5. 17. 22. 25. Eph. 4, 3. (5, 9 t. vulg.) 6, 17. Phil. 2, 1. 2 Th. 2, 13. 1 Tim. 4, 1. Jac. 4, 5. (1 Pet. 1, 22 t. vulg. *Grsb.*) 1 Jo. 3, 24. 5. 6. 8. Ap. 22, 17. — Inter salutares *effectiones* admodum varias huic spiritui in N. To. tributas eminent hae: Progenuit in utero virginis Mariae Jesum hominem (Mt. 1, 18. 20. Lc. 1, 35) et inter baptismum a Joanne susceptum ita in Jesum se demisisse dicitur (Mt. 3, 16. Mc. 1, 10. Lc. 3, 22), ut *semper* eum (*μένον ἐπ' αὐτόν*) repleret (Jo. 1, 32. 33 coll. 3, 34. Mt. 12, 28. Act. 10, 38), unde ab ejus impetu vel adjumento acta et dicta Christi repetuntur, Mt. 4, 1. 12. 28. Mc. 1, 12. Lc. 4, 1. 14. Post resurrectionem Christi etiam apostolis impertitus est, Jo. 20, 22. Act. 2. Alii posthac Christi cultores eum per fidem (Gal. 3, 2), aut ope baptismi (Act. 2, 38. 1 Co. 12, 13) et manuum impositionis (Act. 19, 5 s.) accepisse dicuntur, etsi ejus acceptio neutiquam magica necessitate baptismo conjuncta erat, Act. 8, 12. 15. 10, 44 ss. Ad ejus efficaciam revocantur omnia christianae religionis beneficia, ut regeneratio in baptismo facta (Jo. 3, 5 s. 8. Tit. 3, 5), omnis sanctimonia (1 Co. 6, 11; unde *ἁγιασμὸς*

*πνεύματος*, 2 Th. 2, 13. 1 Pet. 1, 2), pravarum libidinum reprimendarum et exercendae virtutis facultas (Ro. 8, 2 ss. Gal. 5, 16 ss. 22. 1 Pet. 1, 22 al.), animorum robur ad omnes pro causa Christi vexationes, calamitates, molestias fortiter sustinendas necessarium (Mt. 10, 19 s. Lc. 12, 11 s. Ro. 8, 26), evangelicae veritatis cognitio (Jo. 14, 17. 26. 15, 26. 16, 12 s. 1 Co. 2, 6—17. Eph. 3, 5), unde nominatur *πνεῦμα τῆς ἀληθείας* (Joann. ll. cc.; 1 Jo. 4, 6); *πν. σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως* (Eph. 1, 17); certissima et laetissima futurae resurrectionis aeternaeque beatitatis spes (Ro. 5, 5. 8, 11. 2 Co. 1, 22. 5, 5. Eph. 1, 13 s.); nam spiritus s. est signum et pignus civitatis in regno dei impetratae, 2 Co. 1, 22. Eph. 1, 13. Docendo, regendo, impellendo, prohibendo adest iis Christianis, quorum operâ deus utitur ad ea quae decrevit exsequenda, Act. 8, 29. 39. 10, 19. 11, 12. 13, 2. 4. 15, 28. 16, 6 s. 20, 28. Auctor est *charismatum* (1 Co. 12, 7 ss.; v. infra in voce *χάρισμα*), inter quae eminet *vaticinandi facultas; τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ*, Jo. 16, 13; unde *τὸ πν. τῆς προφητείας* (Ap. 19, 10) et ejus in prophetis efficacia simpliciter *τὸ πνεῦμα* (1 Th. 5, 19) appellatur vatumque dicta his formulis inducuntur: *ταδε λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*, Act. 21, 11; *τὸ πν. λέγει*, 1 Tim. 4, 1. Ap. 14, 13; add. *ταῖς ἐκκλησίαις*, Ap. 2, 7. 11. 17. 29. 3, 6. 13. 22. Quum spiritus s. per afflatum suum etiam scripturae s. V. Ti. auctor esset (2 Pet. 1, 21. 1 Tim. 3, 16): effata ejus afferuntur his phrasibus: *λέγει* s. *μαρτυρεῖ τὸ πν. τὸ ἅγ.*, Heb. 3, 7. 10, 15; *το πν. τὸ ἅγ. ἐλάλησε διὰ Ἠσαΐου*, Act. 28, 25 coll. 1, 16. E reliquarum ad spiritum s. spectantium phrasium copia hae enotandae nobis videntur: deus dicitur *διδοναι τινὶ τὸ πν. τὸ ἅγ.*, Lc. 11, 13. Act. 15, 8; pass. Ro. 5, 5; accuratius *ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ*, i. e. partem e spiritus sui copia, 1 Jo. 4, 13., vel *ἐκχεῖν ἀπὸ τοῦ πν. αὐτοῦ*, Act. 2, 17 (nam tota ejus copia soli Christo obtingit, Jo. 3, 34); *homines* dic. *λαμβάνειν πν. ἅγ.*, Jo. 20, 22. Act. 8, 15. 17. 19. 19, 2., vel *τὸ πν. τὸ ἅγ.*, Act. 10, 47; vel *τὸ πν. τὸ ἐκ θεοῦ*, 1 Co. 2, 12; vel *τὸ πνεῖμα*, Gal. 3, 2 coll. Ro. 8, 15; *πν. θεοῦ ἔχειν*, 1 Co. 7, 40; *πνεῦμα μὴ ἔχειν*, Jud. vs. 19; *πληροῦσθαι πνεύματος ἁγίου*, Act. 13, 52; *ἐν πνεύματι*, Eph. 5, 18; *πλησθῆναι, πλησθήσεσθαι πνεύματος ἁγίου*, Lc. 1, 15. 41. 67. Act. 2, 4. 4, 8. 31. 9, 17. 13, 9; *πνεύματος ἁγίου πλήρης*, Act. 6, 5. 7, 55. 11, 24; *πλήρεις πνεύματος* (t. vulg. addit *ἁγίου*) *κ. σοφίας*, 6, 3; *πνεύματι* et *πνεύματι θεοῦ ἄγεσθαι*, spiritu divino agi, Ro. 8, 14. Gal. 5, 18; *φέρεσθαι ὑπὸ πν. ἁγ.*, 2 Pet. 1, 21; *habitare* dic. spiritus in Christianorum animis, Ro. 8. 9. 11. 1 Co. 3, 16. 6, 19. 2 Tim. 1, 14. Jac. 4, 5 (alias dictiones v. in *βαπτίζω, γεννάω, ἐκχέω, χρίω*); *γίνεσθαι ἐν πνεύματι*, incidere in potestatem spiritus, i. e. in statum inspirationis s. ecstaseos abripi, Ap. 1, 10. 4, 2. — Dativ. *πνεύματι*, vi et ope spiritus s. impellente spiritu, Ro. 8, 13. Gal. 5, 5; *τῷ πν. ἁγ.*, Lc. 10, 21 *Lchm. Trg.*; *πνεύματι ἁγίῳ*, 1 Pet. 1, 12 (ubi text. vulg. *ἐν πν. ἁγ.*); *πνεύματι θεοῦ*, Phil. 3, 3 *Lchm. Tdf. Trg.*; item *ἐν πνεύματι*, Eph. 2, 22. 3, 5 (ubi *ἐν πνεύματι* junge c. *ἀπεκαλύφθη*); *ἐν πνεύματι*, in potestate spiritus, a spiritu correptus et actus, divinitus instinctus, Mt. 22, 43. Ap. 17, 3. 21, 10; item *ἐν τῷ πν.* Lc. 2, 27. 4, 1; *ἐν τῷ πν. ἁγ.*, Lc. 10, 21 *Tdf.*; *ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πν.*, 4, 14; *ἐν πνεύματι* (*ἁγ.*) *εἰπεῖν*, Mc. 12, 36; *προσεύχεσθαι*, Eph. 6, 18. Jud. vs. 20; *ἐν πν. θεοῦ λαλεῖν*, 1 Co. 12, 3; *ἀγάπη ἐν πνεύματι*, amor quem gignit spiritus, Col. 1, 8; *περιτομὴ ἐν πν.*, quae efficitur per spiritum s., opp. *γράμματι*, externae legis praescripto, Ro. 2, 29; *τύπος γίνου τῶν πιστῶν ἐν πν.*, in modo, quo ageris a spir. s., 1 Tim. 4, 12 t. vulg.; *ἡ ἑνότης τοῦ πν.*, a spiritu effecta, Eph. 4, 3; *καινότης τοῦ πν.*, Ro. 7, 6. — *τὸ πνεῦμα* opponitur *τῇ σαρκί*, naturae humanae sibi relictae et spiritus divini moderamine destitutae, errando et peccando obnoxiae, Gal. 5, 17. 19. 22. Ro. 8, 6; ita in dictionibus *περιπατεῖν κατὰ πνεῦμα* (opp. *κατὰ σάρκα*), Ro. 8, 1 t. vulg.; vs. 4; *οἱ κατὰ πνεῦμα* sc. *ὄντες* (opp. *οἱ κατὰ σάρκα ὄντες*), qui spiritus indolem referunt (i. e. *οἱ πνευματικοί*), vs. 5; *ἐν πνεύματι εἶναι* (opp. *ἐν σαρκί*), in potestate spiritus esse, a spiritu regi, vs. 9; *πνεύματι* (dat. normae) *περιπατεῖν* (opp. *ἐπιθυμίαν σαρκὸς τελεῖν*), Gal. 5, 16. Est quidem ac diserte appellatur spiritus s. *δύναμις*, Lc. 24, 49., et *δύναμις ὑψίστου*, 1, 35; sed dicitur etiam *πνεῦμα* (vel *πν. ἅγ.*) *καὶ δύναμις*, Act. 10, 38. 1 Co. 2, 4; vel *ἡ δύναμις τοῦ πν.*, Lc. 4, 14; ubi *πνεῦμα* spectatur ut substantia, *δύναμις* autem ejus efficacitas; loco autem 1 Th. 1, 5 verbis *ἐν δυνάμει* epexegetice additur *καὶ ἐν πν. ἁγ.* — Nonnullis locis spiritus s. rhetorice sistitur *ut persona*, Mt. 28, 19. Jo. 14, 16 s. 26. 15, 26. 16, 13—15 (quibus joanneis locis prosopopoeia inde se obferebat, quod spiritus s. locum personae, videlicet Christi, apud apostolos obtenturus erat); *τὸ πν., καθὼς βούλεται*, 1 Co. 12, 11; quod aliquis ope spiritus sancti intellexit vel decrevit, id ei a spiritu s. *dictum* esse dicitur; *εἶπε τὸ πνεῦμά τινι*, Act. 8, 29. 10, 19. 11, 12. 13, 4; *τὸ πν. τὸ ἅγ. διαμαρτύρεταί μοι*, 20, 23. — *τὸ πν. τὸ ἅγ. ἔθετο ἐπισκόπους*, i. e. tum quosdam ad episcopi munus administrandum idoneos reddidit, tum vero etiam suo suffragiorum (14, 23) moderamine effecit, ut nulli nisi idonei ad munera eligerentur, Act. 20, 28; *τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει στεναγμοῖς ἀλαλήτοις*, uti tota sententiarum junctura docet, nihil aliud nisi hoc significat: quamvis eorum quae desideramus non satis claram conceptam habeamus sententiam (*τί προσευξώμεθα*) neque ea aptis verbis in precibus (*καθὸ δεῖ*) declarare, sed solis mutis suspiriis expromere valeamus, deus tamen haec suspiria, quippe ex animo divini spiritus plenissimo profecta ut preces sibi probatas excipit, Ro. 8, 26. — Ii qui salutaribus spiritus s. motibus obnituntur, dicuntur *ἀντιπίπτειν τῷ πν. τῷ ἁγ.*, Act. 7, 51; *ἐνυβρίζειν τὸ πν. τῆς χάριτος*, Heb. 10, 29; — *πειράζειν τὸ πν. τοῦ κυρίου* dic., qui mentiendo explorare student, possintne homines spiritu s. imbuti falli, Act. 5, 9; ex rhetorico anthropopathismo ii qui sermonibus decentiam negligunt, dicuntur *λυπεῖν τὸ πν. τὸ ἁγ.*, quippe quo doceantur, quae loqui deceat, Eph. 4, 30 (*παροξύνειν τὸ πν.*, Jes. 63, 10; *παραπικραίνειν*, Ps. 106, 33). Cf. *Grimm* Institutio theologiae dogmaticae. §. 131. — *b*) *τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ θεοῦ*, Ap. 4, 5. 5, 6., quae *ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ* esse dicuntur 1, 4., non sunt septem angeli, sed unus idemque dei spiritus septem viribus s. operationibus (quae rhetorice personarum formis induuntur) conspicuus (Sach. 3, 9. 4, 6. 10); cf. *Düsterdieck* ad Ap. 4, 1. p. 103 s. — *c*) metonym. *πνεῦμα* dic. *α*) *is in quo πνεῦμα cernitur s. qui spiritum refert* (nos *Geistesträger*); igitur i. q. *spiritu s. divino s. daemoniaco instinctus; is qui aut vere agitatur a divino spiritu aut agitatum se falso jactat;* 2 Th. 2, 2. 1 Jo. 4, 2 s.; hinc *διακρίσεις πνευμάτων*, 1 Co. 12, 10; *μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύετε*, 1 Jo. 4, 1; *δοκιμάζετε τὰ πνεύματα, εἰ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστίν*, ibid.; *πνεύματα πλάνα*, jct. c. *διδασκαλίαι δαιμονίων*, 1 Tim. 4, 1. Sed verissime et eminentissime dic.

ὁ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν, is in quo tota spiritus copia collecta est et ex quo ea in coetum Christianorum se effundit, 2 Co. 3, 17. — β) plur. πνεύματα denotat varios modos ac dona, quibus spiritus s. in inspiratis se efficacem prodit, cujus generis sunt τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας, τῆς σοφίας al., 1 Co. 14, 12. — 4) univ. *mens et vis, qua alicujus animus perfunditur et regitur, qualiumcunque facultatum, affectionum, sensuum, studiorum effectrix;* τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν, 2 Co. 12, 18; ἐν πνεύματι Ἠλίου, eodem quo olim Elias spiritu instructus, Lc. 1, 17; τὰ ῥήματα - - πνεῦμά ἐστιν, spirant spiritum (eumque in credentes infundunt), Jo. 6, 63; οἷου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς, i. e. divini spiritus, quem vobis instillavi, Lc. 9, 55; τῷ πνεύματι, ᾧ ἐλάλει, Act. 6, 10., ubi cf. *Meyer;* πραῢ καὶ ἡσύχιον πνεῦμα, 1 Pet. 3, 4; πνεῦμα πραότητος, qualis mansuetorum est, 1 Co. 4, 21. Gal. 6, 1; τὸ πν. τῆς προφητείας, qualis prophetiae est et quo prophetae instinguuntur, Ap. 19, 10; τῆς ἀληθείας, σοφίας κ. ἀποκαλύψεως, v. supra p. 363, col. 1 (Jes. 11, 2. Deut. 34, 9. Sap. 7, 7); τῆς πίστεως, 2 Co. 4, 13; τῆς υἱοθεσίας, qualis est filiorum, Ro. 8, 15; τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ, vitae, quae in consortio Christi alicui obtingit, vs. 2; δυνάμεως καὶ ἀγάπης καὶ σωφρονισμοῦ, 2 Tim. 1, 7; ἓν πνεῦμα εἶναι cum Christo, i. q. eodem quo Christum repletum spiritu ejusque spiritus vinculo intime cum Christo conjunctum esse, 1 Co. 6, 17; ἐν ἑνὶ πνεύματι, uno accepto spiritu efficiente, 12, 13; εἰς ἓν πνεῦμα, ut conjungeremur in unum coetum uno spiritu repletum, ibid. t. vulg. *Grsb.;* ἓν πν. ποτίζεσθαι, uno spiritu imbui, ibid. *Lchm. Tdf. Trg.;* ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, unum corpus (sociale), quod uno spiritu repletur et animatur, Eph. 4, 4; quibus omnibus locis etsi de spiritu *generatim* dicatur, tamen e contextis facile patet, intelligi spiritum a divino spiritu genitum aut ab ipso divino spiritu nihil diversum. At divino spiritui adversantur τὸ πνεῦμα τὸ ἐνεργοῦν ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας (qui spiritus a diabolo proficiscitur), Eph. 2, 2; item τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου, quo profanum vulgus agitur, 1 Co. 2, 12; δουλείας, qualis servorum est, quo servi moventur, Ro. 8, 15; κατανύξεως, 11, 8; δειλίας, 2 Tim. 1, 7; τῆς πλάνης, 1 Jo. 4, 6 (πλανήσεως, Jes. 19, 14; πορνείας, Hos. 4, 12. 5, 4); τὸ τοῦ ἀντιχρίστου sc. πνεῦμα, vs. 3; ἕτερον πνεῦμα λαμβάνειν, i. e. diversum a spiritu sancto, 2 Co. 11, 4; τὸ πν. τοῦ νοός, is spiritus quo regitur ratio, Eph. 4, 23. — Cf. *Ackermann* Beiträge zur theol. Würdigung u. Abwägung der Begriffe πνεῦμα, νοῦς u. *Geist,* in Theol. Studd. u. Kritiken, 1839, fasc. 4. *Büchsenschütz* La doctrine de l'esprit de dieu selon l'ancien et nouveau testament. Strasb. 1840. *Chr. Fr. Fritzsche* De spiritu sancto commentatio exegetica et dogmatica, 4 PP. Hal. 1840 ss. recept. in *ejusd.* Nova opuscula academica (Turici 1846), p. 233 ss. *Kahnis* Die Lehre v. heil. Geist. I. Thl. Halle 1847. (*Ludovici,* principis solmensis liber:) Die bibl. Bedeutung d. Wortes Geist. Giessen 1862. *Wendt* Die Begriffe Fleisch u. Geist im bibl. Sprachgebrauch. Gotha 1878.*

πνευματικός, ή, όν (πνεῦμα), *spiritualis;* Vulg. *spiritalis;* in N. T. 1) ita ut intelligatur *animus humanus* s. anima rationalis tanquam deo cognata hominis pars deoque instrumento inserviens, opp. τῇ ψυχῇ (v. in πνεῦμα, 2); hinc τὸ πνευματικόν id quod animae rationalis naturam refert, opp. τὸ ψυχικόν, 1 Co. 15, 46; σῶμα πνευματικόν, corpus, quod sola rationali anima animatur et regitur et quo vita rationalis vivitur, opp. σῶμα τὸ ψυχικόν, vs. 44. — 2) ita ut intelligatur spiritus homine superior, deo inferior (v. in πνεῦμα, 3, c); τὰ πνευματικά (i. e. naturae spirituales, *geistige Wesen oder Mächte,* cf. *Win.* p. 224) τῆς πονηρίας (gen. qualitatis), *pravi spiritus,* Eph. 6, 12. — 3) ita ut intelligatur spiritus divinus; *a*) de rebus: *a spiritu divino proficiscens s. effectus indeque ejus indolem referens;* χάρισμα, Ro. 1, 11; εὐλογία, Eph. 1, 3; σοφία κ. σύνεσις πνευματική (opp. σοφία σαρκική, 2 Co. 1, 12; ψυχική, Jac. 3, 15), Col. 1, 9; ᾠδαί, divinitus inspiratae indeque divinum spiritum spirantes, 3, 16; ὁ νόμος (opp. homini σαρκίνῳ), Ro. 7, 14; θυσίαι, trop. vitae deo dicatae probataequae actus, qui spiritus s. efficaciae debentur (ac tacite sacrificiis externi cultus opponuntur), 1 Pet. 2, 5; i. q. *sine naturae ministerio ipsius et solius dei vi procreatus, supranaturalis,* βρῶμα, πόμα, πέτρα, 1 Co. 10, 3 s.; — πνευματικά, cogitata, sententiae, praecepta, dicta, quae spiritui s. in animis efficaci accepta referuntur, 1 Co. 2, 13 (de quo loco v. infra in συγκρίνω); τὰ πνευματικά, spiritualia dona, dic. de facultatibus, quae χαρίσματα vocantur (v. in χάρισμα), 1 Co. 12, 1. 14, 1; univ. spiritualia s. coelestia evangelii bona, opp. τὰ σαρκικά, Ro. 15, 27. — *b*) de personis: *qui a spiritu divino perfunditur ac regitur;* 1 Co. 2, 15 (cf. vs. 10—13. 16); 14, 37. Gal. 6, 1; οἶκος πνευματικός, de coetu Christianorum (v. in οἶκος), 1 Pet. 2, 5. (Vox in V. T. non exstat. Ap. profanos inde ab Aristot. est *ad halitum pertinens; ventosus, vento obnoxius; flans.*)*

πνευματικῶς, adv., *spiritualiter;* Vulg. *spiritaliter;* i. e. ope spiritus divini, 1 Co. 2, 14; sensu qui non concipitur nisi ope spiritus divini, i. e. arcano s. mystico sensu, Ap. 11, 8; contrarium σαρκικῶς, litterali sensu, praebetur a Justino dial. c. Tr. c. 14.*

πνέω, aor. 1. ἔπνευσα, inde ab Hom., *spiro, flo;* de vento, Mt. 7, 25. 27. Lc. 12, 55. Jo. 3, 8. 6, 18. Ap. 7, 1; τῇ πνεούσῃ sc. αὔρᾳ (cf. *Win.* p. 550), Act. 27, 40.*

πνίγω, impf. ἔπνιγον, aor. 1. ἔπνιξα, *a*) *suffoco;* dic. de spinis, semina in agro sparsa opprimentibus et quo minus succrescant impedientibus, Mt. 13, 7 *Tdf.;* pass. de iis qui undis mersi pereunt (Xen. anab. 5, 7, 25 coll. Jos. antt. 10, 7, 5), Mc. 5, 13. — *b*) *collum alicujus obtorqueo* s. *ango* (*würgen*); Mt. 18, 28.*

πνικτός, ή, όν (πνίγω), *suffocatus, strangulatus;* τὸ πνικτόν, animal vita privatum sine sanguinis emissione, Act. 15, 20. 29. 21, 25.*

πνοή, ῆς, ἡ (πνέω), inde ab Hom., LXX pro נְשָׁמָה, 1) *halitus, spiritus vitalis;* Act. 17, 25. (Gen. 2, 7. Prov. 24, 12. Sir. 30, 29 [21]. 2 Macc. 3, 31. 7, 9.) — 2) *ventus;* Act. 2, 2 (Job. 37, 9).*

ποδήρης, ες (πούς et ἄρω, necto, apto), *ad pedes usque pertingens* (Aeschl. Eur. Xen. Plut. al.); ὁ ποδήρης (sc. χιτών, Exod. 25, 6. 28, 4. 35, 8. Ez. 9, 3) vel ἡ ποδ. (sc. ἐσθής), *vestis talaris,* Ap. 1, 13. Sir. 27, 8. 45, 8; χιτὼν ποδήρης, Xen. Cyr. 6, 4. 2. Paus. 5, 19, 6; ὑποδύτης ποδ., Exod. 28, 27; ἔνδυμα ποδ., Sap. 18, 24.*

πόθεν, adv., *unde; a*) de loco; *quo ex loco;* Mt. 15, 33. Lc. 13, 25. 27. Jo. 3, 8. 6, 5. 8, 14. 9, 29 s. 19, 9. Ap. 7, 13; *e quo statu,* Ap. 2, 5. — *b*) de origine; i. q. *quo auctore* s. *quo datore?* Mt. 13, 54. 56. 21, 25. Mc. 6, 2. Lc. 20, 7. Jo. 2, 9. Jac. 4, 1; *quibus parentibus,* Jo. 7, 27 s. (coll. 6, 42), cf. *Meyer* ad l. — *c*) de causa; *qui fit, ut ..? quo modo fieri potest, ut ..?* Mc. 8, 4. 12, 37. Lc. 1, 43. Jo. 1, 49. 4, 11.*

ποία, ας, ἡ, *herba, gramen;* ex nonnullorum

intpp. opinione Jac. 4, 14; sed rectius ibi ποία habetur pro femin. vocis ποῖος, *qualis*. (Jer. 2, 22. Mal. 3, 2; ap. Graecos inde ab Hom.)

ποιέω, ῶς, 3 pss. impf. ἐποίει, ἐποίουν, fut. ποιήσω, aor. 1. ἐποίησα, 3. ps. pl. optat. ποιήσαιαν (Lc. 6, 11 t. vulg. *Grsb.*; cf. *Win.* p. 73) et ποιήσαιεν (ibid. *Lchm. Tdf. Trg.*), pf. πεποίηκα, plsqpf. πεποιήκειν sine augmento (Mc. 15, 7; v. in δίδωμι), aor. 1. med. ἐποιησάμην, ptcp. pf. pass. πεποιημένος (Heb. 12, 27), inde ab Hom.; hebr. עָשָׂה, *facio;* i. e. I) *efficio* (*machen*), 1) τί, *a*) c. nominibus rerum manu factarum, *produco, fabricor, formo, conficio;* ἀνθρακιάν, Jo. 18, 18; εἰκόνα, Ap. 13, 14; ἱμάτια, Act. 9, 39; ναούς, 19, 24; σκηνάς, Mt. 17, 4. Mc. 9, 5. Lc. 9, 33; τύπους, Act. 7, 43; πηλόν, Jo. 9, 11. 14; πλάσμα, Ro. 9, 20; e nonnullorum (etiam *Wineri* p. 240, not. 2) interpretatione ὁδὸν ποιεῖν, *viam sternere*, Mc. 2, 23 t. vulg. *Grsb. Tdf. Trg.* (ut sententia sit, discipulos Christi spicas evellendo per segetes viam sibi stravisse; v. in ὁδοποιέω. Quam interpretationem si probaremus, Marcum non veram rem tradere, sed narrationem ab aliis acceptam misere corrupisse statuendum esset, sed v. paulo post, sub c); — *creo, facio* (*schaffen*), de deo rerum omnium auctore, τί vel τινά, Mt. 19, 4. Mc. 10, 6. Lc. 11, 40. Heb. 1, 2. Act. 4, 24. 7, 50. 17, 24. Ap. 14, 7; pass. Heb. 12, 27 (Sap. 1, 13. 9, 9. 2 Macc. 7, 28 ac saepius in apocryphis V. Ti; pro עָשָׂה, Gen. 1, 7. 16. 25 al.; pro בָּרָא, Gen. 1, 21. 27. 5, 1 al.; etiam ap. Graecos, γένος ἀνθρώπων, Hes. op. 109 al.; absol. ὁ ποιῶν, creator, Plat. Tim. p. 76 c); referendus huc est etiam locus Heb. 3, 2., ubi v. *Bleek* atque *Lünemann*. — ex imitatione hebr. עָשָׂה (cf. *Winer* Lex. hebr. et chald. p. 754. *Gesenii* Thes. II, p. 1074 s.) absol. de hominibus, *laboro, opus facio*, Mt. 20, 12 (Ruth. 2, 19); i. q. *efficacem me gero; efficaciam exerceo*, Ap. 13, 5 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* — *b*) junctum c. nominibus *statum* et *conditionem* aliquam significantibus, *auctor sum alicujus rei* (nostr. *verursachen, veranlassen*); σκάνδαλα, Ro. 16, 17; εἰρήνην (auctor sum, ut concordia exsistat inter aliquos), Eph. 2, 15. Jac. 3, 18; ἐπισύστασιν, Act. 24, 12; συστροφήν, 23, 12; ποιῶ τινί τι, affero, praebeo alicui aliquid, Lc. 1, 68. Act. 15, 3 (sic etiam Graeci, velut Xen. mem. 3, 10, 8). — *c*) junctum c. nominibus notionem *actionis* s. *rei quae agendo efficitur* involventibus, ita ut periphrasis verbi substantivo cognati efficiatur eoque modo verbi notio fortius exprimatur, quo in periphrasium genere Graecis medium usitatius est (v. infra et *Win.* p. 240); μονὴν ποιῶ παρά τινι, Jo. 14, 23 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* ποιησόμεθα, cf. Thuc. 1, 131); ὁδόν, iter facio, ambulo, Mc. 2, 23 (ubi sic interpretare: ita proficisci coeperunt, ut spicas evellerent; cf. ποιῆσαι ὁδὸν αὐτοῦ, Judd. 17, 8; Graeci dicunt ὁδὸν ποιοῦμαι, Hdt. 7, 42; v. quae ante diximus in a); πόλεμον, Ap. 13, 5 t. vulg.; add. μετά τινος (i. q. πολεμεῖν), Ap. 11, 7. 12, 17. 13, 7. 19, 19 (v. in μετά, p. 280, col. 1); ἐκδίκησιν, Lc. 18, 7 s.; τινί, Lct. 7, 24 (Mich. 5, 15); ἐνέδραν, i. q. ἐνεδρεύω, insidior, 25, 3; συμβούλιον, i. q. συμβουλεύομαι, delibero, Mc. 3, 6. 15, 1; συνωμοσίαν, i. q. συνόμνυμι, Act. 23, 13 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* ποιησάμενοι pro l. vulg. πεποιηκότες; v. infra in 3); κρίσιν, judicium habeo, exerceo, Jo. 5, 27. Jud. vs. 15. — Huc referre licet nomina, quibus agendi et efficiendi ratio accuratius definitur, ut δυνάμεις, δύναμιν, ποιεῖν, Mt. 7, 22. 13, 58. Mc. 6, 5. Act. 19, 11; τὴν ἐξουσίαν τινός, Ap. 13, 12; ἔργον (insigne factum), ἔργα, de Jesu, Jo. 5, 36. 7, 3. 21. 10, 25. 14, 10. 12. 15, 24; κράτος, Lc. 1, 51; σημεῖα, τέρατα κ. σημεῖα, Jo. 2, 23. 3, 2. 4, 54. 6, 2. 14. 30. 7, 31. 9, 16. 10, 41. 11, 47. 12, 18. 37. 20, 30. Act. 2, 22. 6, 8. 7, 36. 8, 6. 15, 12. Ap. 13, 13 s. 16, 14. 19, 20; θαυμάσια, Mt. 21, 15; ὅσα ἐποίει, ἐποίησαν al., Mc. 3, 8. 6, 30. Lc. 9, 10; aliis in dictionibus ποιεῖν de factis mirabilibus, Mt. 9, 28. Lc. 4, 23. Jo. 4, 45. 7, 4. 11, 45 s. 21, 25. Act. 10, 39. 14, 11. 21, 19 al. — *d*) i. q. *paro, apparo*, ubi nos dicimus *veranstalten;* ἄριστον, Lc. 14, 12; δεῖπνον, ibid. vs. 16. Mc. 6, 21; Jo. 12, 2 (δεῖπνον ποιεῖσθαι, Xen. Cyr. 3, 3, 25); δοχήν, Lc. 5, 29. 14, 13. (Gen. 21, 8); γάμους, Mt. 22, 2 (γάμον, Tob. 8, 19). — *e*) de rebus vi genitrice effectis, lat. *gigno, progermino;* de arboribus, vite, graminibus; κλάδους, Mc. 4, 32; καρπούς, v. in καρπός (Gen. 1, 11 s. Aristot. de plant. 2, 10. Theophr. de caus. plant. 4, 11); ἐλαίας, Jac. 3, 12; τὸν οἶνον, de vite, Jos. antt. 11, 3, 5); de fonte aquam edente, ibid. — *f*) ποιῶ ἐμαυτῷ τι, *acquiro, paro mihi aliquid* (quo utar); βαλάντια, Lc. 12, 33; φίλους, 16, 9; sine dativo, *lucror;* de negotiantibus (apud nos maxime in plebejo sermone *sich etwas machen*), Mt. 25, 16. Lc. 19, 18 (Pol. 2, 62, 12; pecuniam maximam *facere*, Cic. Verr. 2, 2, 6). — 2) adjectis accusativo vocibus faciendi notionem definientibus; *a*) τὶ ἔκ τινος (genit. materiae), facio, conficio aliquid ex aliqua re, Jo. 2, 15. 9, 6. Ro. 9, 21; κατά τι, ad normam alicujus rei, Act. 7, 44; — c. acc. rei, addito adjectivo, quocum verbum sic jungitur, ut cum adjectivo mutari possit in verbum adjectivo cognatum, v. c. εὐθείας ποιεῖν (τὰς τρίβους), i. q. εὐθύνειν, Mt. 3, 3. Mc. 1, 3. Lc. 3, 4; τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν, i. q. λευκαίνειν, μελαίνειν, Mt. 5, 36; adde Act. 7, 19. Heb. 12, 13. Ap. 21, 5. — *b*) τὸ ἱκανόν τινι, v. in ἱκανός, a. — *c*) ποιεῖν τινά c. acc. praedicati, *α*) *reddo aliquem aliquid;* τινὰ ἴσον τινί, Mt. 20, 12; τινὰ δῆλον, 26, 73; adde 12, 16. 28, 14. Mc. 3, 12. Jo. 5, 11. 15. 7, 23. 16, 2. Ro. 9, 28. Heb. 1, 7. Ap. 12, 15; τινὰς ἁλιεῖς, idoneos reddo ad piscandum, Mt. 4, 19; τὰ ἀμφότερα ἕν, ea quae duo diversa sunt, unum reddere, Eph. 2, 14; *muto aliquid in aliquid*, Mt. 21, 13. Mc. 11, 17. Lc. 19, 46. Jo. 2, 16. 4, 46. 1 Co. 6, 15. — *β*) *constituo aliquem aliquid;* τινὰ κύριον, Act. 2, 36. Ap. 5, 10; refertur huc a quibusdam intpp. etiam Heb. 3, 2., ubi ad τῷ ποιήσαντι αὐτόν e proxime antecedentibus supplent τὸν ἀπόστολον κ. ἀρχιερέα κτλ.; sed rectius ibi ποιεῖν *creandi* significatu accipitur, v. supra in 1, a; τινά, ἵνα c. conj. *constituo s. ordino aliquem, ut..*, Mc. 3, 14. — *γ*) *declaro aliquem aliquid*, Jo. 5, 18. 8, 53. 10, 33. 19, 7. 12. 1 Jo. 1, 10. 5, 10; τί c. acc. praedicati, Mt. 12, 33, ubi cf. *Meyer*. — *d*) c. adverb.; καλῶς ποιῶ τι, Mc. 7, 37; τινὰ ἔξω, *aliquem duco foras, educo* (ubi nos *hinausthun*); Act. 5, 34 (Xen. Cyr. 4, 1, 3). — *e*) ποιῶ τινά c. infin., *efficio, ut aliquis faciat aliquid;* Mc. 8, 25. Lc. 5, 34. Jo. 6, 10. Act. 17, 26; *vel ut aliquis fiat aliquid*, Mc. 1, 17; τινά sq. τοῦ c. inf., *efficio, ut..*, Act. 3, 12; item sq. ἵνα, Jo. 11, 37. Col. 4, 16. Ap. 13, 15 (q. l. *Tdf.* ἵνα expunxit); 3, 9. 13, 12. 16. — 3) Ut activum ποιεῖν (v. supra, 1, c), ita etiam med. ποιεῖσθαι accusativis abstractorum substantivorum conjunctum periphrasin verbi substantivo cognati efficit, et ita quidem, ut ποιεῖν sit *alicujus rei auctorem esse* (*veranlassen, anstiften*, ut ποιεῖν πόλεμον, εἰρήνην), ποιεῖσθαι autem actionem denotet, quae ad ipsum, qui agit, qualicunque modo pertinet (*sibi, inter se*, ut σπονδάς, εἰρήνην ποιεῖσθαι), aut suis ipsius viribus ab aliquo fit (ut πόλεμον ποιεῖσθαι, cf. *Passow* II, p. 974 s. *Krüger* §. 52, 8, 1. *Blume* ad Lycurg. p. 55; quam-

quam hoc discrimen ne a Graecis quidem semper observatur); ποιεῖσθαι μονήν, Jo. 14, 23 *Lchm. Tdf. Trg.;* v. supra; συνωμοσίαν (Hdian. 7, 4, 7. Pol. 1, 70, 6. 6, 13, 4; secundo loco Polyb. aptius dixisset ποιεῖν), Act. 23, 13 *Lchm. Tdf. Trg.;* v. supra; λόγον, narrationem compono, Act. 1, 1; rationem habeo (v. in λόγος, II, 2; p. 265, col. 1), 20, 24; ἀναβολήν (v. in αναβολή), 25, 17; ἐκβολήν (v. in ἐκβολή), 27, 18; κοπετὸν (i. q. κόπτομαι), 8, 2 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* ἐποίησαν); πορείαν (i. q. πορεύομαι), Lc. 13, 22 (Xen. Cyr. 5, 2, 31. anab. 5, 6, 11. Jos. vit. §. 11 et 52. Plut. mor. p. 971 e. 2 Macc. 3, 8. 12, 10); κοινωνίαν, inter se suisque subsidiis parare collationem. Ro. 15, 26; σπουδην, Jud. vs. 3 (Hdt. 1, 4. 9, 8. Plat. legg. 1, p. 628 e. Pol. 1, 46, 2 et saepius; Diod. 1, 75. Plut. puer. educ. 7, 13 et ap. al.); αὔξησιν (i. q. αὐξάνομαι), incrementa capio. Eph. 4, 16; δέησιν, δεήσεις, i. q. δέομαι, preces facio, Lc. 5, 33. Phil. 1, 4. 1 Tim. 2, 1; μνείαν (q. v.); μνήμην, 2 Pet. 1, 15; πρόνοιαν (i. q. προνοοῦμαι), rationem habeo, curo, providentiam ago, prospicio, τινός, Ro. 13, 14 (Isocr. paneg. §. 2 et 136. Dem. p. 1163, 19. 1429, 8. Pol. 4, 6, 11. Dion. H. antt. 5, 46. Jos. b. j. 4, 5, 2; antt. 5, 7, 9; c. Ap. 1, 2. Ael. v. h. 12, 56 et ap. alios; cf. *Kypke* observv. II, p. 187); καθαρισμόν, Heb. 1, 3 (Job. 7, 21); βέβαιον ποιεῖσθαι τί, i. q. βεβαιοῦν, 2 Pet. 1, 10.

II) *ago* (*ich thue, handele*), i. e. aliquam rationem animi sensa et cogitata factis exprimendi sequor; *a*) univ. c. adverbiis *modum* actionis designantibus; καλῶς, recte ago, Mt. 12, 12. 1 Co. 7, 37 s. Jac. 2, 19; καλῶς ποιεῖν sq. participio, Act. 10, 33. Phil. 4, 14. 2 Pet. 1, 19. 3 Jo. vs. 6 (exempla e Graecis affert *Passow* II, p. 977, col. 2); κρεῖσσον, 1 Co. 7, 38; φρονίμως, Lc. 16, 8; οὕτω, Mt. 5, 47. 24, 46. Lc. 9, 15. 12, 43. Jo. 14, 31. Act. 12, 8. 1 Co. 16, 1. Jac. 2, 12; ὡς, καθώς, Mt. 1, 24. 21, 6. 26, 19. 28, 15. Lc. 9, 54. 1 Th. 5, 11; ὥςπερ, Mt. 6, 2; ὁμοίως, Lc. 3, 11. 10, 37; ὡςαύτως, Mt. 20, 5. — κατά τι, Mt. 23, 3. Lc. 2, 27; πρός τι, alicui convenienter ago, Lc. 12, 47. — c. participio agendi modum indicante, ἀγνοῶν ἐποίησα, inscius egi, 1 Tim. 1, 13; — c. accus. rei, et quidem c. accus. pronominum; c. τὶ indefin., 1 Co. 10, 31; c. τί interrog., Mt. 12, 3. Mc. 2, 25. 11, 3. Lc. 3, 12. 14. 6, 2. 10, 25. 16, 3 s. 18, 18. Jo. 7, 51. 11, 47 al.; add. ptcp. τί ποιεῖτε λύοντες; i. q. διὰ τί λύετε; Mc. 11, 5; τί ποιεῖτε κλαίοντες; Act. 21, 13; aliter τί ποιήσουσι κτλ.; h. e. quid de eo, quod baptismum suscipientes agunt, censendum erit? nonne stulte agere videbuntur? 1 Co. 15, 29; — τί περισσόν, Mt. 5, 47; c. relat. ὅ, Mt. 26, 13. Mc. 14, 9. Lc. 6, 3. Jo. 13, 7. 2 Co. 11, 12 al.: τοῦτο, id quod modo dictum est, Mt. 13, 28. Mc. 5, 32. Lc. 5, 6. 22, 19. Ro. 7, 20. 1 Co. 11, 25 al.; cogitando adde τοῦτο, Lc. 6, 10; — αὐτὸ τοῦτο, Gal. 2, 10; ταῦτα, Mt. 23, 23. Gal. 5, 17. 2 Pet. 1, 10; αὐτά, Ro. 2, 3. Gal. 3, 10. 1 Tim. 4, 16. Heb. 6, 3. 7, 27. — c. nominibus *mandatum* vel *aliquam agendi normam* significantibus, *exsequor*, ut τὸν νόμον. ap. nativos Graecos *legem ferre*, de legislatoribus; in sacro cod. autem *legi satisfacere*, Jo. 7, 19. Gal. 5, 3 (Jos. 22, 5. 1 Chr. 22, 12; עֲשׂה הַתּוֹרָה, 2 Chr. 14, 4); τὰ τοῦ νόμου, ea quae lex praecipit, Ro. 2, 14; τὰς ἐντολάς, Mt. 5, 19. (1 Jo. 5, 2 *Lchm. Tdf. Trg.*) Ap. 22, 14; τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, Mt. 7, 21. 12, 50. Mc. 3, 35. Jo. 4, 34. 6, 38. 7, 17. 9, 31. Eph. 6, 6. Heb. 13, 21; τὰ θελήματα τῆς σαρκός, Eph. 2, 3; τὰς ἐπιθυμίας τινός, Jo. 8, 44; τὴν γνώμην τινός, Ap. 17, 17; τὴν γνώμην μίαν, unam eandemque in agendo sententiam sequi, ibid. t. vulg. *Grsb. Tdf. Trg.;* τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, Lc. 8, 21; τοὺς λόγους τινός, Mt. 7, 24. 26. Lc. 6, 47. 49; ἃ s. ὅ, ὅ,τι λέγει τις, Mt. 23, 3. Lc. 6, 46. Jo. 2, 5. Act. 21, 23; ἃ παραγγέλλει τίς, 2 Th. 3, 4; τὴν πρόθεσιν, Eph. 3, 11; τὰ διαταχθέντα, Lc. 17, 10 (τὸ προςταχθέν, Soph. Phil. 1010); ὃ αἰτεῖ τις, Jo. 14, 13 s. Eph. 3, 20; ὃ ἐντέλλεταί τις, Jo. 15, 14; τα ἔθη, Act. 16, 21. — c. nominibus *agendi rationem* describentibus, *perago;* ἔργα, Tit. 3, 5; ποιεῖν τὰ ἔργα τινός, eadem agere, quae agit aliquis, Jo. 8, 39. 41; τὰ πρῶτα ἔργα, Ap. 2, 5; τὰ ἔργα τοῦ θ., quae a deo pergenda tradita sunt, Jo. 10, 37 s.; τὸ ἔργον, opus a deo mandatum, 17, 4; τὸ ἔργον εὐαγγελιστοῦ, perago quae postulant rationes et officia evangelistae, 2 Tim. 4, 5; ἔργον τι, facinus committere, 1 Co. 5, 2; plur. 3 Jo. vs. 10; ἀγαθόν, recte agere, Mt. 19, 16. 1 Pet. 3, 11; τὸ ἀγαθόν, Ro. 13, 3; ὃ ἐάν τι ἀγαθόν, Eph. 6, 8; τὰ ἀγαθά, Jo. 5, 29; τὸ καλόν, Ro. 7, 21. 2 Co. 13, 7. Gal. 6, 9. Jac. 4, 17; τὰ ἀρεστὰ τῷ θεῷ, Jo. 8, 29; τὸ ἀρεστὸν ἐνώπιον τοῦ θ., Heb. 13, 21. 1 Jo. 3, 22; τὶ πιστόν, perago aliquid, quod dignum est homine christiano, 3 Jo. vs. 5; τὴν δικαιοσύνην, Mt. 6, 1 (pro l. vulg. ἐλεημοσύνην); 1 Jo. 2, 29. 3, 7. 10; τὴν ἀλήθειαν (probe ago; v. in ἀλήθεια), Jo. 3, 21. 1 Jo. 1, 6; χρηστότητα, Ro. 3, 12; ἔλεος, misericordem me exhibeo, Jac. 2, 13; add. μετά τινος (v. in ἔλεος, ἔους), Lc. 1, 72. 10, 37; ἐλεημοσύνην, Mt. 6, 2 s.; plur. Act. 9, 36. 10, 2 (v. in ἐλεημοσύνη); *committo*, τὴν ἁμαρτίαν, Jo. 8, 34. 1 Jo. 3, 4. 8; ἁμαρτίαν, 2 Co. 11, 7. Jac. 5, 15. 1 Pet. 2, 22. 1 Jo. 3, 9; τὴν ἀνομίαν, Mt. 13, 41; ἁμάρτημα, 1 Co. 6, 18; τὰ μὴ καθήκοντα, Ro. 1, 28; ὃ οὐκ ἔξεστιν, Mt. 12, 2. Mc. 2, 24; ἄξια πληγῶν, Lc. 12, 48; βδέλυγμα, Ap. 21, 27; φόνον, Mc. 15, 7; ψεῦδος, Ap. 21, 27. 22, 15; κακόν, Mt. 27, 23. Mc. 15, 14. Lc. 23, 22. 2 Co. 13, 7; τὸ κακόν, Ro. 13, 4; plur. κακά, 1 Pet. 3, 12; τὰ κακά, Ro. 3, 8. — *b*) ποιεῖν τι addito casu personae *α*) accus. personae; τί ποιήσω Ἰησοῦν; quid faciam Jesu? Mt. 27, 22. Mc. 15, 12; cf. *Win.* p. 208. *Matthiae* §. 415; item c. adverbio, εὖ ποιῶ τινα, *bene facio*, i. e. *beneficum me exhibeo, alicui*, Mt. 14, 7 t. vulg. *Grsb;* item καλῶς ποιῶ, Mt. 5, 44 t. vulg. — *β*) add. dativo personae; *facio* (*exhibeo*) *alicui* (in alicujus commodum vel incommodum) *aliquid* (rarius ita ap. Graecos), Mt. 7, 12. 18, 35. 20, 32. 21, 40. 25, 40. 45. Mc. 5, 19 s. 10, 51. Lc. 1. 49. 6, 11. 8, 39. 18, 41. 20, 15. Jo. 9, 26. 12, 16. 13, 12. Act. 4, 16; item c. adverbiis: καθώς, Mc. 15, 8. Lc. 6, 31. Jo. 13, 15; ὁμοίως, Lc. 6, 31; οὕτως, 1, 25. 2, 48; ὡσαύτως, Mt. 21, 36; καλῶς ποιεῖν τινι, Mt. 5, 44 *Grsb.* (v. antea in *α*); Lc. 6, 27; εὖ, Mc. 14, 7 *Lchm.;* κακά τινι, mala alicui infero, Act. 9, 13; τί, aliquid (sc. κακόν), Heb. 13, 6; ταῦτα πάντα. haec omnia mala, Jo. 15, 21 t. vulg. *Grsb.;* ποιεῖν τινὶ κατὰ ταῦτα. *eodem modo*, Lc. 6. 23. 26. — *γ*) ποιεῖν τι addito remotiore objecto intervenientibus praepositionibus; ἔν τινι (nos: *an einem*), *ago cum aliquo;* Mt. 17, 12. Lc. 23, 31; item εἴς τινα, Jo. 15, 21 *Lchm. Tdf. Trg.* — *c*) dic. deus ποιῆσαί τι μετά τινος, alicui praesens numine suo et auxilio, Act. 14, 27. 15, 4. — *d*) c. nominibus tempus et temporis partes designantibus, *transigo;* χρόνον, Act. 15, 33. 18, 23; μῆνας τρεῖς, 20, 3; νυχθήμερον, 2 Co. 11, 25, ἐνιαυτὸν ἕνα, Jac. 4, 13 (Tob. 10, 7. Jos. antt. 6, 1, 4 in fine; exempla e Graecis praebet *Stallbaum* ad Plat. Phileb. §. 114; eodem usu עָשָׂה, Cohel. 6, 12; et lat. *facere;* Cic. ad Att. 5, 20: „Apameae quinque dies *morati*, - - Iconii decem *fecimus*“; Senec. epp. 66: „quamvis autem paucissimos una *fecerimus* dies“); nonnulli intpp. referunt huc etiam locos Mt. 20, 12 et Ap. 13, 5 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* sed vide de iis su-

pra in I, 1, a. p. 365, col. 1. — *e*) ut lat. *ago* i. q. *celebro*, c. accus. nominum dies festos designantium; *τὸ πάσχα*, Mt. 26, 18 (Jos. 5, 10; sed Heb. 11, 28 dictio denotat *apparare* et ita simul *instituere* paschatis celebrationem, ubi nos *veranstalten*); *τὴν ἑορτήν*, Act. 18, 21. — *f*) i. q. *perficio*, ubi opponitur *τῷ λέγειν*, Mt. 23, 3; *τῷ θέλειν*, 2 Co. 8, 10 s.; promissioni, 1 Th. 5, 24.

*ποίημα, τος, τό* (*ποιέω*), *id quod factum, effectum est; opus;* de operibus dei creatoris, Ro. 1, 20; dicuntur *ποίημα τοῦ θεοῦ*, qui a deo sunt *κτισθέντες ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς*, Eph. 2, 10. (Hdt. Plat. al.; LXX maxime pro מַעֲשֶׂה.)*

*ποίησις, εως, ἡ* (*ποιέω*), 1) *confectio, fabricatio* (Hdt. 3, 22. Thuc. 3, 2; Plat. Dem. al.; LXX aliquoties pro מַעֲשֶׂה). — 2) *agendi actus* (*das Vollbringen*); *ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ*, in obsequio suo legi praestito, Jac. 1, 25; add. Sir. 19, 17 vel 20.*

*ποιητής, οῦ, ὁ* (*ποιέω*), 1) *effector, fabricator, auctor* (Xen. Plat. al.). — 2) *qui peragit aliquid;* Vulg. *factor; τοῦ νόμου*, qui legi satisfacit, Ro. 2, 13. Jac. 4, 11. 1 Macc. 2, 67 (v. in *ποιέω*, II, a; p. 366, col. 1 s.); *ἔργου*, Jac. 1, 25; *λόγου*, 1, 22 s. — 3) *poëta, auctor carminis;* Act. 17, 28 (Arstph. Xen. Plat. Plut. al.)*

*ποικίλος, η, ον*, inde ab Hom., *varius*, i. e. *a*) *versiculor, variis coloribus distinctus* (*bunt*); LXX. — *b*) i. q. *varii generis;* Mt. 4, 24. Mc. 1, 34. Lc. 4, 40. 2 Tim. 3, 6. Tit. 3, 3. Heb. 2, 4. 13, 9. Jac. 1, 2. 1 Pet. 1, 6. 4, 10.*

*ποιμαίνω*, f. *ανῶ*, imper. plur. aor. 1. *ποιμάνατε* (1 Pet. 5, 2), (*ποιμήν*), inde ab Hom.; LXX pro רָעָה, *pasco, gregem duco; a*) pr., Luc. 17, 7; *ποίμνην*, 1 Co. 9, 7. — *b*) trop. *α*) *rego, guberno;* de regibus populorum, *τινά*, Mt. 2, 6. Ap. 2, 27. 12, 5. 19, 15 (2 Sam. 5, 2. Mich. 5, 6. 7, 14 al.); (v. in *ποιμήν*); de antistitibus (pastoribus) ecclesiae, Jo. 21, 16. Act. 20, 28. 1 Pet. 5, 2. — *β*) *pascua* s. *nutrimenta praebeo; nutrio; ἑαυτόν*, corpus suum fovere, corpori servire, Jud. vs. 12; ea quae ad animi salutem requiruntur suppedito, Ap. 7, 17.*

*ποιμήν, ένος, ὁ* (cognat. nomini *ποία*, q. v.), inde ab Hom.; LXX pro רֹעֶה, *pastor*, maxime *opilio; a*) pr. Mt. 9, 36. 25, 32. 26, 31. Mc. 6, 34. 14, 27. Lc. 2, 8. 15. 18. 20. Jo. 10, 2. 12; in oratione parabolica is cujus curae et gubernationi se commiserunt alii ejus praecepta sequentes, Jo. 10, 11. 14. — *b*) metaph. *alicujus coetus antistes et rector et curator;* ita de Christo ecclesiae domino, Jo. 10, 16. 1 Pet. 2, 25. Heb. 13, 20 (de Messia Hebraeorum, Ez. 34, 23); de praefectis coetuum christianorum, Eph. 4, 11; cf. *Ritschl* Entstehung der altkathol. Kirche, p. 350 s. ed. 2, (de regibus et principibus *ποιμένες λαῶν* ap. Hom. et Hes.)*

*ποίμνη, ης, ἡ* (contr. e *ποιμένη*, v. in *ποιμήν*), *grex*, maxime *ovium;* Mt. 26, 31. Lc. 2, 8. 1 Co. 9, 7; trop. de coetu eorum, qui Jesu rectoris et curatoris auctoritatem sequuntur, Jo. 10, 16.*

*ποίμνιον, ίου, τό* (contr. ex *ποιμένιον*, i. q. *ποίμνη*, v. in *ποιμήν*), *grex*, maxime *ovium;* dic. ita caterva cultorum Jesu, Lc. 12, 32; Christianorum coetus, quibus praesunt presbyteri, Act. 20, 28 s. 1 Pet. 5, 3; add. genit. possessoris *τοῦ θεοῦ*, 1 Pet. 5, 2 ut Jer. 13, 17; *τοῦ Χριστοῦ*, Clem. Rom. 1 Co. 16, 1. 44, 3. 54, 2. 57, 2. (Hdt. Soph. Eur. Plat. Lcian. al; LXX maxime pro עֵדֶר et צֹאן.)*

*ποῖος, οία, οῖον* (pron. interrogativ., cui respondet relat. *οἷος* et demonstr. *τοῖος*), *qualis; cujus generis;* absol. neutr. plur. in interrog. directa, Lc. 24, 19; c. substantivis, in interrog. directis, Mt. 19, 18. 21, 23. 22, 36. Mc. 11, 28. Lc. 6, 32—34. Jo. 10, 32. Act. 4, 7. 7, 49. Ro. 3, 27. 1 Co. 15, 35. Jac. 4, 14. 1 Pet. 2, 20; in oratione indirecta, Mt. 21, 24. 27. 24, 43. Mc. 11, 29. 33. Lc. 12, 39. Jo. 12, 33. 18, 32. 21, 19. Act. 23, 34. Ap. 3, 3; *εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρόν*, 1 Pet. 1, 11; *ποίας* (l. vulg. *διὰ ποίας*) sc. *ὁδοῦ*, Lc. 5, 19; cf. *Win.* p. 194.

*πολεμέω, ῶ*, f. *ήσω*, aor. 1. *ἐπολέμησα* (*πόλεμος*), LXX maxime pro נִלְחַם *bello, bellum gero; pugno;* Ap. 19, 11; *μετά τινος* (de qua structura v. in *μετά* I, 2, d; p. 280, col. 1), 2, 16. 12, 7 (ubi t. vulg. *κατά*); 13, 4. 17, 14; i. q. *litigo, contendo*, Jac. 4, 2.*

*πόλεμος, ου, ὁ* (a *ΠΕΛΩ, πολέω*, verto, verso, unde lat. *pello, bellum*), LXX pro מִלְחָמָה; 1) pr. *a*) *bellum;* Mt. 24, 6. Mc. 13, 7. Lc. 14, 31. 21, 9. Heb. 11, 34; ex imitatione hebr. עָשָׂה מִלְחָמָה sq. אֵת vel עִם (Gen. 14, 2. Deut. 20, 12. 20) *πόλ. ποιεῖν μετά τινος*, Ap. 11, 7. 12, 17. 13, 7. 19, 19. — *b*) *pugna, proelium;* 1 Co. 14, 8. Heb. 11, 34. Ap. 9, 7. 9. 12, 7. 16, 14. 20, 8. — 2) *lis, contentio; πόλεμοι κ. μάχαι*, Jac. 4, 1 (Soph. El. 219. Plat. Phaed. p. 66 c).*

*πόλις, εως, ἡ* (*πέλομαι*, versor), LXX maxime pro עִיר, praeterea pro קִרְיָה, שַׁעַר (porta) al., *urbs, oppidum; a*) univ. Mt. 2, 23. Mc. 1, 45. Lc. 4, 29. Jo. 11, 54. Act. 5, 16. et saepissime in historicis N. Ti. scriptis; *κατὰ τὴν πόλιν*, per urbem, Act. 24, 12; *κατὰ πόλιν, κατὰ πόλεις*, v. in *κατά*, II, 3; p. 227, col. 2; opp. *κῶμαι*, Mt. 9, 35. 10, 11. Lc. 8, 1. 13, 22; *κῶμαι κ. ἀγροί*, Mc. 6, 56; *ἡ ἰδία πόλις*, v. in *ἴδιος*, p. 206, col. 2; *πόλις* c. gen. person. *urbs patria alicujus*, Lc. 2, 4. 11. Jo. 1, 45; vel *urbs, in qua habitat aliquis*, Mt. 22, 7. Lc. 4, 29. 10, 11. Act. 16, 20. Ap. 16, 19; propter templum ibi exstructum Hierosolyma appellantur *πόλις τοῦ μεγάλου βασιλέως*, in qua sedem habet rex magnus Israelitarum, i. e. Jehova, Mt. 5, 35. Ps. 48, 2 coll. Tob. 13, 15; item *ἁγία πόλις* (v. in *ἅγιος*, p. 5, col. 1) et *ἡ ἠγαπημένη*, deo dilecta, Ap. 20, 9. — c. genit. nominis gentilis, *Δαμασκηνῶν*, 2 Co. 11, 32; *Ἐφεσίων*, Act. 19, 35; *τῶν Ἰουδαίων*, Lc. 23, 51; *τοῦ Ἰσραήλ*, Mt. 10, 23; *Σαμαρειτῶν*, 10, 5; c. genit. regionis, *τῆς Γαλιλαίας*, Lc. 1, 26. 4, 31; *Ἰούδα*, tribus Judae, Lc. 1, 39; *Λυκαονίας*, Act. 14, 6; *Κιλικίας*, Act. 21, 39; *τῆς Σαμαρείας*, Jo. 4, 5. Act. 8, 5. Ut ap. Graecos nomen urbis proprium additur aut casu nominat., ut *πόλις Ἰόππη*, Act. 11, 5; aut genitivo, ut *πόλις Σοδόμων, Γομόῤῥας*, 2 Petr. 2, 6; *Θυατείρων*, Act. 16, 14. — *b*) dic. de *Hierosolymis coelestibus* (v. in *Ἱεροσόλυμα*, n. 2), i. e. *α*) de beatorum Christianorum sede, quae in coelis est, Heb. 11, 10. 16; add. *θεοῦ ζῶντος*, 12, 22; *ἡ μέλλουσα πόλις*, 13, 14. — *β*) in visionibus apocalypseos de adspectabili metropoli regni coelestis, post mundi innovationem in terram demittendâ, Ap. 3, 12. 21, 14 ss. 22, 14; *ἡ πόλις ἡ ἁγία*, 22, 19; add. *Ἱερουσαλήμ*, 21, 2. — *c*) *πόλις* meton. pro *incolis*, Mt. 8, 34. Act. 14, 21; *πᾶσα ἡ πόλις*, 21, 10. Act. 13, 44; *ἡ π. ὅλη*, Mc. 1, 33. Act. 21, 30; *πόλις μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς*, Mt. 12, 25.

*πολιτάρχης, ου, ὁ* (i. e. *ὁ ἄρχων τῶν πολιτῶν*, v. supra in *ἑκατοντάρχης*), *praefectus civitatis s. civium;* Act. 17, 6. 8. (Inscrr. *Boeckhii*, 2, p. 52, n. 1967. Usitatius Graecis erat *πολίαρχος*.)*

*πολιτεία, ας, ἡ* (*πολιτεύω*), 1) *administratio reipublicae* (Xen. mem. 3, 9, 15. Arstph. Aeschin. Dem.). — 2) *civitas, respublica* (2 Macc. 4, 11. 8, 17. 13, 14. Xen. Plat. Thuc.); c. gen. possessoris, *τοῦ Ἰσραήλ*, dic. de theocratica civitate s. civitate dei, Eph. 2, 12. — 3) *civitas*, i. e. *jus civitatis;* Act. 22, 28 (3 Macc. 3, 21. 23. Hdt. 9, 34. Xen. hist. gr. 1, 1, 26. 1, 2, 10. Dem. Polyb. Diod. Joseph. al.).*

*πολίτευμα, τος, τό* (*πολιτεύω*), ap. Graecos

inde a Plat. 1) *administratio rei publicae.* 2) *forma reipublicae ac leges quibus resp. administratur.* — 3) *civitas, respublica;* ἡμῶν respublica, cujus cives nos sumus (v. in πόλις, b), Phil. 3, 20; cf. *Meyer* ac *Wiesinger* ad l.; de Christianis: ἐπὶ γῆς διατρίβουσιν, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται, Epist. ad Diogn. c. 5; (τῶν σοφῶν ψυχαί) πατρίδα μὲν τὸν οὐράνιον χῶρον, ἐν ᾧ πολιτεύονται, ξένον δὲ τὸν περίγειον ἐν ᾧ παρῴκησαν νομίζουσαι, Philo confus. ling. §. 17.*

**πολιτεύω**, pf. med. πεπολίτευμαι (πολίτης), 1) *civis sum* (Thuc. Xen. Lys. Polyb. al.) — 2) *civitatem, res civiles administro* (Thuc. Xen.) — 3) *civem facio* (Diod. 11, 72). — Med. *a*) *civis sum;* ita in locis Philonis et epistolae ad Diogn. antea in πολίτευμα allatis. — *b*) *civem me gero; legibus utor;* ita inde a Thuc.; ap. Hellenistas *me gero alicui disciplinae adscriptum;* ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου, Phil. 1, 27; τοῦ Χριστοῦ, Polyc. c. 5; τοῦ θεοῦ, Clem. Rom. 1 Co. 21, 1; ὁσίως, ibid. 6, 1; κατὰ τὸ καθῆκον τοῦ Χριστοῦ, ibid. 3, 6; μετὰ φόβου καὶ ἀγάπης, 51, 2; ἐννόμως, Justin. dial. c. Tr. c. 67; ἠρξάμην πολιτεύεσθαι τῇ Φαρισαίων αἱρέσει κατακολουθῶν, Jos. vit. 2; alias dictiones affert *Grimm* ad 2 Macc. 6, 1; τῷ θεῷ, dei legibus convenienter vivo Act. 23, 1.*

**πολίτης**, ου, ὁ, (πόλις), inde ab Hom., *civis;* i. e. *a*) *civis, incola urbis vel regionis;* πόλεως, Act. 21, 39; τῆς χώρας ἐκείνης, Lc. 15, 15. — *b*) *alterius in eadem civitate socius*, nostr. *Mitbürger, Landsmann* (Plat. apol. p. 37 c. al.); c. gen. pers. Lc. 19, 14. Heb. 8, 11 (ubi t. vulg. τὸν πλησίον) ex Jer. 31, 34, ubi pro רֵעַ, ut Prov. 11, 9. 12. 24, 28.*

**πολλάκις** (a πολύς, πολλά), adv., *saepe, frequenter;* Mt. 17, 15. Mc. 5, 4. 9, 22. Jo. 18, 2. Act. 26, 11. Ro. 1, 13. (15, 22 *Lchm.*) 2 Co. 8, 22. 11, 23. 26 s. Phil. 3, 18. 2 Tim. 1, 16. Heb. 6, 7, 9, 25 s. 10, 11.*

**πολλαπλασίων**, ον, gen. ονος (πολύς), *multiplex; multo plus;* Mt. 19, 29 *Lchm. Tdf. Trg;* Lc. 18, 30. (Polyb. Plut. al.)*

**πολυλογία**, ας, ἡ (πολυλόγος), *multiloquium* (Plaut. Vulg.); *loquacitas;* Mt. 6, 7 (Prov. 10, 19. Xen. Cyr. 1, 4, 3. Plat. legg. 1, p. 641 e. Aristot. polit. 4, 10. Plut. educ. puer. 8, 10).*

**πολυμερῶς** (πολυμερής), *multis partibus; multipliciter;* c. πολυτρόπως, multis vicibus (Vulg. *multifariam*) et multis modis, Heb. 1, 1. (Jos. antt. 8, 3, 9; οὐδὲν δεῖ τῆς πολυμεροῦς ταύτης καὶ πολυτρόπου μούσης τε καὶ ἁρμονίας, Max. Tyr. diss. 37, p. 363).*

**πολυποίκιλος**, ον (πολύς, ποικίλος), 1) *admodum variegatus; admodum variis coloribus distinctus;* dic. de textura et pictura; φάρεα, Eur. Iph. T. 1149; στέφανον πολυποίκιλον ἀνθέων, Eubul. ap. Athen. p. 679 d. — 2) *admodum varius, multiplex;* σοφία τοῦ θεοῦ, admodum variis modis manifestans se et conspicua, Eph. 3, 10. Theophil. ad Autol. 1, 6; ὀργή, or. Sibyll. 8, 120; λόγος, Orph. hymn. 61, 4 et c. aliis ap. alios nominibus.*

**πολύς**, πολλή (ab antiquiore forma ap. Hom. Hes. Pind. obvia πολλός), πολύ, LXX maxime pro רַב, *multus;* dic. *a*) de multitudine, copia et numero, *multus, numerosus;* ἀριθμός, Act. 11, 21; λαός, 18, 10; ὄχλος, Mc. 5, 24. 6, 34. Lc. 7, 11. 8, 4. Jo. 6, 2. 5. Ap. 7, 9. 19, 6 al.; πλῆθος, Mc. 3, 7 s. Lc. 5, 6. Act. 14, 1 al.; i. q. *largus*, καρπός, Jo. 12, 24. 15, 5. 8; θερισμός (demetendae fruges), Mt. 9, 37. Lc. 10, 2; γῆ, Mt. 13, 5. Mc. 4, 5; χόρτος, Jo. 6, 10; οἶνος, 1 Tim. 3, 8; plur. πολλοὶ τελῶναι, Mt. 9, 10. Mc. 2, 15; πολλοὶ προφῆται, Mt. 13, 17. Lc. 10, 24; σοφοί, 1 Co. 1, 26; πατέρες, 4, 15; δυνάμεις, Mt. 7, 22. 13, 58 al.; ὄχλοι, Mt. 4, 25. 8, 1. 12, 15. Lc. 5, 15 al.; δαιμόνια, Mc. 1, 34; multisque aliis exemplis; c. participiis substantive positis, Mt. 8, 16. 1 Co. 16, 9 al.; praefixo articulo, αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί, peccata ejus, quae sunt multa, Lc. 7, 47; τὰ πολλὰ γράμματα, litterae multae illae, quibus te instructum esse video, Act. 26, 24; ὁ πολὺς ὄχλος, numerosa quae aderat plebs, Mc. 12, 37. — Plur. masc. πολλοί absol. et quidem expers articuli: *multi, magna pars hominum;* πολλοί simpliciter, Mt. 7, 13. 22. 20, 28. 26, 28. Mc. 2, 2. 3, 10. 10, 45. 14, 24. Lc. 1, 1. 14. Heb. 9, 28 et saepissime; opp. ὀλίγοι, Mt. 20, 16; ἕτεροι πολλοί, Act. 15, 35; feminin. ἄλλαι πολλαί, Mc. 15, 41; ἕτεραι πολλαί, Lc. 8, 3; πολλοί sq. genit. partitivo, ut τῶν Φαρισαίων, Mt. 3, 7; adde Lc. 1, 16. Jo. 12, 11. Act. 4, 4. 13, 43. 2 Co. 12, 21. Ap. 8, 11 al.; sq. ἐκ c. genit. classis, ut πολλοὶ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Jo. 6, 60; adde 7, 31. 40. 10, 20. 11, 19. 45. Act. 17, 12. — πολλοὶ ἐκ τῆς πόλεως, Jo. 4, 39. — praefixo articulo, οἱ πολλοί, multi illi, qui opponuntur τῷ ἑνί, (i. e. et Adamo et Christo), ex adj. i. q. omnes reliqui homines, Ro. 5, 15. 19 coll. vs. 12. 18; nos, qui sumus multi, Ro. 12, 5. 1 Co. 10, 17; multi illi, quos nostis, 2 Co. 2, 17; *plerique*, Mt. 24, 12. 1 Co. 10, 33. — *b*) c. nominibus actionem aut affectionem aut statum cujus est quidam modus, pondus, vis, vehementia, intentio, amplitudo, continuatio vel repetitio, significantibus, *multus* i. q. *magnus, vehemens, intentus, amplus;* ἀγάπη, Eph. 2, 4; ὀδύνη, 1 Tim. 6, 10; θρῆνος, κλαυθμός, ὀδυρμός, Mt. 2, 18; χαρά, Philem. vs. 7; ἐπιθυμία, 1 Th. 2, 17; μακροθυμία, Ro. 9, 22; ἔλεος, 1 Pet. 1, 3; γογγυσμός, Jo. 7, 12; τρόμος, 1 Co. 2, 3; πόνος, Col. 4, 13; ἀγών, 1 Th. 2, 2; ἄθλησις, Heb. 10, 32; θλίψις, 2 Co. 2, 4. 1 Th. 1, 6; καύχησις, 2 Co. 7, 4; πεποίθησις. 2 Co. 8, 22; πληροφορία, 1 Th. 1, 5; παῤῥησία, 2 Co. 3, 12. 7, 4. 1 Tim. 3, 13. Philem. vs. 8; παράκλησις, 2 Co. 8, 4; συζήτησις, Act. 15, 7. 28, 29; στάσις, 23, 10; ἀσιτία, 27, 21; βία, 24, 7; διακονία, Lc. 10, 40; σιγή, altum silentium, Act. 21, 40. Xen. Cyr. 7, 1, 25; φαντασία, Act. 25, 23; δύναμις καὶ δόξα, Mt 24, 30. Lc. 21, 27; μισθός, Mt. 5. 12. Lc. 6, 23. 35; εἰρήνη, Act. 24, 3; περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος, de qua re amplus nobis sermo (in promptu) est, Heb. 5, 11 (πολὺν λόγον ποιεῖσθαι περί τινος, Plat. Phaed. p. 115 d; cf. *Ast* Lex. plat. III, p. 148). — *c*) de tempore; *multus, longus;* πολὺν χρόνον, Jo. 5, 6; μετὰ χρόνον πολύν, Mt. 25, 19; ὥρα πολλή, multa hora (magna pars diei) elapsa est. Mc. 6, 35; πολλῆς ὥρας γενομένης, dic. de sero diei, ibid. (item πολλῆς ὥρας, Pol. 5, 8, 3; ἐπὶ πολλὴν ὥραν, Jos. antt. 8, 4, 4; ἐμάχοντο -- ἄχρι πολλῆς ὥρας, Dion. H. 2, 54); πόλλοις χρόνοις, per longa tempora, Lc. 8, 29 (οὐ πολλῷ χρόνῳ, Hdian. 1, 6, 24; χρόνοις πολλοῖς ὕστερον, Plut. Thes. 6); εἰς ἔτη πολλά, 12, 19; ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν, Act. 24, 10. Ro. 15, 23; ἐπὶ πολύ, diu, Act. 28, 6; μετ' οὐ πολύ, non multo post, 27, 14. — *d*) Neutrum singul. πολύ, *multum*, substantive, i. q. multae res, Lc. 12, 48; *multum*, adverb., dic. de modo et gradu actionis, ἠγάπησε, Lc. 7, 47; πλανᾶσθε, Mc. 12, 27; sc. ὠφελεῖ, Ro. 3, 2. — genit. pretii πολλοῦ (inde ab Hom.; cf. *Passow* II, p. 1013, col. 1), πραθῆναι, multâ pecuniâ, Mt. 26, 9. — ἐν πολλῷ, in multis rebus administrandis, Lc. 16, 10; magnâ operâ, magno studio, Act 26, 29 (ubi *Lchm. Tdf. Trg.* ἐν μεγάλῳ). — c. comparat.; πολὺ σπουδαιότερον, 2 Co. 8, 22 (et ap. Graecos inde ab Hom.); πολλῷ πλείους, multo plures, Jo. 3, 41; πολλῷ μᾶλλον, v. in μᾶλλον. — c. articulo τὸ πολύ, germ. *das Viele* (opp. τὸ ὀλίγον), 2 Co. 8, 15. — plur. πολλά *a*) *multa*, i. e. *multae res*, ut διδάσκειν, λα-

λεῖν, Mt. 13, 3. Mc. 4, 2. 6, 34. Jo. 8, 26. 14, 30; παθεῖν, Mt. 16, 21. Mc. 5, 26. 9, 12. Lc. 9, 22 al. et saepe ap. Graecos inde a Pind. Ol. 13, 90; ποιεῖν, Mc. 6, 20; πρᾶξαι, Act. 26, 9; adde alia exempla Mt. 25, 21. 23. Mc. 12, 41. 15, 3. Jo. 16, 12. 2 Co. 8, 22. 2 Jo. vs. 12. 3 Jo. vs. 13; πολλὰ καὶ ἄλλα, Jo. 20, 30. — β) adverbial. *multum*, Mc. 9, 26. Ro. 16, 6. 12; *multis modis*, Jac. 3, 2; *multis verbis*, c. verbis dicendi, ut κηρύσσειν, παρακαλεῖν al.; Mc. 1, 45, 3, 12. 5, 10. 23. 43. 1 Co. 16, 12; *multis vicibus, saepe, frequenter, crebro*, Mt. 9, 14 (et saepe ap. Graecos inde ab Hom.; cf. *Passow* II, p. 1013, col. 2; *Stallbaum* ad Plat. Phaed. p. 61 c); c. artic. τὰ πολλά, *plerumque* (Vulg. *plurimum*), Ro. 15, 22 (exempla e Graecis praebent *Passow* l. c. *Fritzsche* Epist. ad Rom. T. III, p. 281).

πολύσπλαγχνος, ον (πολύ, σπλάγχνα, q. v.), *admodum misericors s. benignus*; Jac. 5, 11; hebr. רַב חֶסֶד, ap. LXX πολυέλεος. (Theod. Stud. p. 615).*

πολυτελής, ές (πολύς et τέλος, sumtus), *pretiosus*; a) *magnum sumtum requirens*; Mc. 14, 3. 1 Tim. 2, 9 (Thuc. et sqq. LXX). — b) *eximius, praestans*; 1 Pet. 3, 4.*

πολύτιμος, ον (πολύς, τιμή), *valde pretiosus, magni pretii*; Mt. 13, 46. (26, 7 *Lchm. Tdf.*) Jo. 12, 3; compar. πολυτιμότερον 1 Pet. 1, 7., ubi t. vulg. πολὺ τιμιώτερον (Plut. Pomp. 5. Hdian. 1, 17, 5. Anthol. al.)*

πολυτρόπως (a πολύτροπος, quod vario sensu habetur inde ab Hom.), adv., *multis modis*; Heb. 1, 1; v. in πολυμερῶς.*

πόμα (attice πῶμα), τος, τό (πίνω, πέπομαι), *potus*; 1 Co. 10, 4. Heb. 9, 10.*

πονηρία, ας, ἡ (πονηρός), LXX pro רַע et רָעָה, *pravitas, improbitas, malignitas, malitia*, Mt. 22, 18. Lc. 11, 39. Ro. 1, 29. 1 Co. 5, 8. Eph. 6, 12; plur. αἱ πονηρίαι, maligna consilia et studia (nostr. *Malicen*), Mc. 7, 22; mores pravi, Act. 3, 26.*

πονηρός (de accentu cf. *Lob.* ad Phryn. p. 389. *Göttling* L. v. Accent, p. 304 s. *Lipsius* Grammat. Untersuchungen, p. 26), ά, όν, comparat. πονηρότερος (Mt. 12, 45. Lc. 11, 26), (πονέω, πόνος), inde ab Hesiodo LXX saepe pro רַע, — 1) *laboribus, vexationibus, aerumnis plenus*; a) *qui laboribus premitur et vexatur*; ita appellatur Hercules πονηρότατος καὶ ἄριστος, Hes. fr. 43, 5. — b) *labores, molestias, vexationes, pericula afferens*; καιρός, Sir. 51, 12; ἡμέρα πον., de tempore christianae fidei et virtuti periculoso, Eph. 5, 16. 6, 13; item plur. ἡμέραι πον., Barnab. 2, 1; dolores et molestias efficiens, ἕλκος, Ap. 16, 2. — 2) *malus; malae indolis vel conditionis*; a) sensu physico; ὀφθαλμός, oculus aeger aut caecus, Mt. 6, 23. Lc. 11, 34; πονηρία ὀφθαλμῶν, Plat. Hipp. min. p. 374 d; ap. Graecos πονηρῶς ἔχειν vel διακεῖσθαι de aegrotis; ἐκ γενετῆς πονηροὺς ὑγιεῖς πεποιηκέναι, Justin. apol. I, 22); καρπός, Mt. 7, 17 s. — b) sensu ethico, *pravus, improbus, scelestus, malignus*; de personis, Mt 7, 11. 12, 34 s. 18, 32. 25, 26. Lc. 6, 45. 11, 13. 19, 22. Act. 17, 5. 2 Th. 3, 2. 2 Tim. 3, 13; γενεὰ πον., Mt. 12, 39. 45. 16, 4. Lc. 11, 29; πνεῦμα πονηρόν, spiritus pravus (v. in πνεῦμα, p. 362, col. 1), Mt. 12, 45. Lc. 7, 21. 8, 2. 11, 26. Act. 19, 12 s. 15 s.; substantive οἱ πονηροί, pravi homines, opp. οἱ δίκαιοι, Mt. 13, 49; πονηροὶ κ. ἀγαθοί, 5, 45 22, 10; ἀχάριστοι κ. πονηροί, Lc. 6, 35; τὸν πονηρόν, scelestum illum de quo agitur, 1 Co. 5, 13; τῷ πονηρῷ, maligno illi homini, qui tibi infert injuriam, Mt. 5, 39; prae ceteris ὁ πονηρός dic. *diabolus*, Mt. 5, 37. 6, 13. 13, 19. 38. (Lc. 11, 4 t. vulg.) Jo. 17, 15. 1 Jo. 2, 13 s. 3, 12. 5, 18 s. (de q. l. v. in κεῖμαι); Eph. 6, 16. — de rebus: αἰών, Gal. 1, 4; ὄνομα (q. v. p. 310, col. 1), Lc. 6, 22; ῥᾳδιούργημα, Act. 18, 14; animus quasi promtuarium, ex quo homo verba πονηρὰ profert, dic. θησαυρὸς πονηρός, Mt. 12, 35. Lc. 6, 45; συνείδησις πονηρά, animus improbitatis sibi conscius, Heb. 10, 22; καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, pravus animus, qualis in diffidentia cernitur, 3, 12; ὀφθαλμός (q. v.), Mt. 20, 15. Mc. 7, 22; διαλογισμοί, Mt. 15, 19. Jac. 2, 4; ὑπόνοιαι, 1 Tim. 6, 4; καύχησις, Jac. 4, 16; ῥῆμα, convicium, Mt. 5, 11; λόγοι, 3 Jo. vs. 10; ἔργα, Jo. 3, 19. 7, 7. 1 Jo. 3, 12. 2 Jo. vs. 11. Col. 1, 21; ἔργον, ex adj. injuste in me factum, 2 Tim. 4, 18; αἰτία, accusatio de scelere, Act. 25, 18 *Lchm. Tdf.* — Neutrum πονηρόν et τὸ πον. substantive, *quod malum et improbum est*; εἶδος πονηροῦ (v. in εἶδος), 1 Th. 5, 22. 2 Th. 3, 3 (ubi multi τοῦ πονηροῦ genitivum masculini ὁ πονηρός esse statuunt, sed cf. *Lünemann* ad l.); opp. τὸ ἀγαθόν, Lc. 6, 45. Ro. 12, 9; plur. Mt. 9, 4. Lc. 3, 19; sceleste acta, Act. 25, 18 *Trg.*; ταῦτα τὰ πονηρά, vitia jam memorata, Mc. 7, 23.*

πόνος, ου, ὁ (πένομαι), inde ab Hom., LXX pro עָמָל, יְגִיעַ al., *labor*; 1) i. q. *intentum studium*; ὑπέρ τινος (gen. pers.), Col. 4, 13 (ubi t. vulg. ζῆλον). — 2) *dolor* (nostr. *Pein*), Ap. 16, 10 s. 21, 4.*

Ποντικός, ή, όν (Πόντος, q. v.), *Ponticus, ex Ponto oriundus*; Act. 18, 2.*

Πόντιος, ίου, ὁ, *Pontius* (nomen roman.), praenomen *Pilati*, procuratoris Judaeae (v. in Πιλάτος), Mt. 27, 2 t. vulg. *Grsb. Lchm.*; Lc. 3, 1. Act. 4, 27. 1 Tim. 6, 13.*

Πόντος, ου, ὁ, *Pontus*, provincia Asiae minoris orientalis, inter Pontum Euxinum, Paphlagoniam, Galatiam, Cappadociam, Armeniam sita; Act. 2, 9. 1 Pet. 1, 1.*

Πόπλιος, ίου, ὁ, *Publius* (nom. rom.), nomen primi magistratus Melites insulae, ceterum ignoti; Act. 28, 7 s.*

πορεία, ας, ἡ (πορεύω), inde ab Aeschl.; LXX pro הֲלִיכָה; *iter*; Lc. 13, 22 (v. in ποιέω, p. 360, col. 1); ex hebr. (v. in ὁδός, 2), *consilium, studium; id quod quis agendum suscipit*; Jac. 1, 11.*

πορεύω, *traduco, transveho, transfero* (Pind. Soph. Thuc. Plat. al.); med. (inde ab Hdt.), impf. ἐπορευόμην, fut. πορεύσομαι, aor. 2. ἐπορεύθην, semel (Jac. 4, 13 *Grsb.*), 1 ps. plur. conj. aor. 1. πορευσώμεθα (πόρος, vadum), LXX persaepe pro הָלַךְ, הִתְהַלֵּךְ, יָלַךְ; — pr. *traduco me*; i. e. *proficiscor, iter facio, confero me, abeo*; a) propr. τὴν ὁδόν μου, facio iter, in quo sum, continuo iter meum, Act. 8, 39; πορ. sq. ἀπό c. gen. loci, *discedo a --*, Mt. 24, 1; ἀπό c. gen. pers. 25, 41. Lc. 4, 42; ἐκεῖθεν, Mt. 19, 15; ἐντεῦθεν, Lc. 13, 31; sq. εἰς c. acc. loci, proficiscor, abeo aliquo, Mt. 2, 20. 17, 27. Mc. 16, 12. Lc. 1, 39. 2, 41. 22, 39. 24, 13. Jo. 7, 35. 8, 1. Act. 1, 11. 25. 20, 1. Ro. 15, 24 s. Jac. 4, 13 al.; c. acc. statum indicante, εἰς εἰρήνην, Lc. 7, 50. 8, 48 (etiam ἐν εἰρήνῃ, Act. 16, 36; v. in εἰρήνη); εἰς θάνατον, Lc. 22, 33; sq. ἐπί c. acc. loci, Mt. 22, 9. Act. 8, 26. 9, 11; ἐπί c. acc. personae, Act. 25, 12; ἕως c. gen. loci, Act. 23, 23; ποῦ pro ποῖ, Jo. 7, 35; οὗ pro ὅποι, Lc. 24, 28. 1 Co. 16, 6; πρός c. acc. pers., Mt. 25, 9. 26, 14. Lc. 11, 5. 15, 18. 16, 30. Jo. 14, 12. 28. 16, 28. 20, 17. Act. 27, 3. 28, 26; κατὰ τὴν ὁδόν, Act. 8, 36; διά c. gen. loci, Mt. 12, 1; consilium iter facientis indicatur infinitivo, Mt. 28, 9 t. vulg.; Lc. 2, 3. 14, 19. 31. Jo. 14, 2; praepositione ἐπί c. acc. Lc. 15, 4; sq. ἵνα, Jo. 11, 11; σύν c. dat. comitis vel comitum, Lc. 7, 6. Act. 10, 20. 26, 13. 1 Co. 16, 4; ἔμπροσθέν τινος, praecedo aliquem, Jo. 10, 4. — absol. i. q. *abeo*, Mt. 2, 9. 8, 9. 11, 7. 28, 11. Lc. 7, 8. 17, 19. Jo. 4, 50. 8, 11. 14, 3. Act.

5, 20. 8, 27. 21, 5. 22, 21 al.; i. q. *in via sum;* Lc. 9, 57. 10, 38. 13, 33. Act. 9, 3. 22, 6. — *iter ingredior; abeo aliquid facturus*, nostr. *hingehen*, 1 Co. 10, 27. Lc. 10, 37; ex orientali actionis plenius describendae more ptcp. *πορευόμενος* vel *πορευθείς* praemittitur verbo finito aliam actionem designante (v. in *ἀνίστημι* et in *ἔρχομαι*, p. 174, col. 2), Mt. 2, 8. 9, 13 (ad q. l. cf. rabbinicam dictionem צֵא וּלְמַד); 11, 4. 27, 66. 28, 7. Lc. 7, 22. 9, 13. 52. 13, 32. 14, 10. 15, 15. 17, 14. 22, 8. 1 Petr. 3, 19. — *b*) ex hebr. metaph. *α*) *e vita discedo;* Lc. 22, 22; ita הָלַךְ Gen. 15, 2. Ps. 39, 14. — *β*) *ὀπίσω τινός*, *sequor aliquem*, i. e. *applico me alicui*, Lc. 21, 8 (Judd. 2, 12. 3 Reg. 11, 10. Sir. 46, 10); *appeto aliquid*, 2 Pet. 2, 10. — *γ*) *vitam ago s. instituo* (v. in *περιπατέω* et in *ὁδός*, 2); sq. *ἐν* c. dativo rei, cui aliquis deditus vivit, *ἐν ἀσελγείαις*, 1 Pet. 4, 3; *ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ κυρίου*, Lc. 1, 6; *κατὰ τὰς ἐπιθυμίας*, 2 Pet. 3, 3. Jud. vs. 16. 18; *ταῖς ὁδοῖς μου*, dat. loci, meos mores sequor, Act. 14, 16; *τῇ ὁδῷ τινος*, imitor aliquem, mores alicujus sequor, Jud. vs. 11; *τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου*, Act. 9, 31; cf. *Win.* p. 205 coll. *Bttm.* ntl. Gr. p. 160; *ὑπὸ μεριμνῶν*, curis obnoxium vitam dego, Lc. 8, 14; cf. *Bornemann* ad h. l.

**πορθέω**, impf. *ἐπόρθουν* (*πέρθω, πέπορθα*), inde ab Hom., *perdo, everto; τινά*, Act. 9, 21; *τὴν ἐκκλησίαν*, Gal. 1, 13; *τὴν πίστιν*, vs. 23.*

**πορισμός**, *οῦ, ὁ* (*πορίζω*, facio, ut bene procedat aliquid, adveho, acquiro; med. comparo mihi, lucror, a *πόρος*), *a*) *acquisitio, quaestus* (Sap. 13, 19. 14, 2. Polyb. Jos. Plut.). — *b*) *lucri fons;* 1 Tim. 6, 5 s. (Plut. Cat. maj. 25).*

**Πόρκιος**, v. in *Φῆστος*.

**πορνεία**, *ας, ἡ* (*πορνεύω*), LXX pro זְנוּת, תַּזְנוּת, זְנוּנִים, — *scortatio;* Vulg. *fornicatio;* dic. *a*) pr. univ. de venere illicita (Dem. 403, 27. 433, 25), Act. 15, 20. 29. 21, 25; quem significatum his locis statuendum nemo mirabitur, qui ex 1 Co. 6, 12 ss. perpenderit, quam leviter Christiani e gentibus de meretricum usu judicaverint eumque sibi permiserint; unde omnes aliae vocis interpretationes velut de prohibitorum graduum matrimoniis utique reprobandae sunt; (Ro. 1, 29 t. vulg.) 1 Co. 5, 1. 6, 13. 18. 7, 2. 2 Co. 12, 21. Eph. 5, 3. Col. 3, 5. 1 Th. 4, 3. Ap. 9, 21; distinguitur a *τῇ μοιχείᾳ*, Mt. 15, 19. Mc. 7, 21 atque in t. vulg. Gal. 5, 19; de adulterio, Mt. 5, 32. 19, 9. — *b*) Ex illo V. Ti. et Judaeorum dicendi modo, qua arcta necessitudo Jehovam inter et populum intercedens imagine *matrimonii* adumbrabatur (cf. *Gesenii* Thes. 1, p. 422), *πορνεία* metaph. dic. de idolorum cultu, Ap. 14, 8. 17, 2. 4. 18, 3. 19, 2; *ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα* (non e populo idololatriae dedito sumus), *ἕνα πατέρα ἔχομεν τὸν θεόν*, Jo. 8, 41 (*ἄθεος μὲν ὁ ἄγονος, πολύθεος δὲ ὁ ἐκ πόρνης, τυφλώττων περὶ τὸν ἀληθῆ πατέρα καὶ διὰ τοῦτο πολλοὺς ἀνθ᾽ ἑνὸς γονεῖς αἰνιττόμενος*, Philo migr. Abr. §. 12; *τέκνα πορνείας*, de idololatris, Hos. 1, 2); de contagio idololatriae, quale efficitur idolothytorum esu, Ap. 2, 21.*

**πορνεύω**, aor. 1. *ἐπόρνευσα*, (*πόρνος, πόρνη*), LXX pro זָנָה, ap. Graecos (Dem. Aeschn. Dio C., Lcian. al.), 1) *corpus meum alterius libidini prostituo.* — In sacris libris 2) univ. *illicitae veneri me dedo; scortor;* Vulg. *fornicor;* 1 Co. 6, 18. 10, 8 Ap. 2, 14. 20. — 3) ex hebr. (v. in *πορνεία*) metaph. *idololatriae deditus sum, idola colo;* 1 Chr. 5, 25. Ps. 73, 27. Jer. 3, 6. Ez. 23, 19. Hos. 9, 1 al.; *μετά τινος, ab aliquo ad idololatriam me abripi patior*, Ap. 17, 2. 18, 3. 9.*

**πόρνη**, *ης, ἡ* (a *περάω, πέρνημι*, vendo, cf. *Curtius* p. 246) pr. *quae corpus suum in venereae libidinis usum vendit*, LXX pro זוֹנָה, 1) pr. *prostibulum, meretrix*, quae lucri causa stuprum patitur (Arstph. Dem. al.); in N. T. univ. *quaevis illicitae veneri indulgens s. quaestus s. libidinis causa;* Mt. 21, 31 s. Lc. 15, 30. 1 Co. 6, 15 s. Heb. 11, 31. Jac. 2, 25. — 2) ex hebr. (v. in *πορνεία* et *πορνεύω*), metaph. *mulier idola colens;* ita de *Babylone* i. e. Roma, primaria sede idolatriae, Ap. 17, 1. 5. 15 s. 19, 2.*

**πόρνος**, *ου, ὁ* (de etymo v. in *πόρνη*), *qui lucri causa alterius libidini corpus prostituit, scortum masculum* (Xen. Dem. Aeschn. Lcian.); univ. *qui illicitae veneri indulget; scortator;* Vulg. *fornicator, fornicarius;* 1 Co. 5, 9—11. 6, 9. Eph. 5, 5. 1 Tim. 1, 10. Heb. 12, 16. 13, 4. Ap. 21, 8. 22, 15 (Sir. 23, 16 s.)*

**πόῤῥω**, adv., *porro, procul;* Mt. 15, 8. Mc. 7, 6. Lc. 14, 32; compar. *ποῤῥωτέρω*, ap. *Lchm.* et *Trg.* *ποῤῥώτερον, ulterius, longius*, Lc. 24, 28.*

**πόῤῥωθεν** (*πόῤῥω*), adv., *e longinquo;* Lc. 17, 12. Heb. 11, 13; LXX maxime pro מֵרָחוֹק.*

**πορφύρα**, *ας, ἡ*, LXX pro אַרְגָּמָן, 1) *purpura, murex* ex ostrearum genere (*Purpurschnecke*); Isocr. Arstot. al.; add. 1 Macc. 4, 23., ubi v. *Grimm.* — 2) *textum rubro purpurae liquore infectum; vestimentum e texto purpureo confectum* (ita inde ab Aeschl.); Mc. 15, 17. 20. Lc. 16, 19. Ap. (17, 4 t. vulg.) 18, 12.*

**πορφύρεος**, *έα, εον*, att. et in N. T. contr. *οῦς, ᾶ, οῦν* (*πορφύρα*), inde ab Hom., *purpureus, purpura tinctus, e textis purpurâ tinctis confectus;* Jo. 19, 2. 5; *πορφυροῦν* sc. *ἔνδυμα* (cf. *Win.* p. 550), Ap. 17, 4. 18, 16.*

**πορφυρόπωλις**, *εως, ἡ* (*πορφύρα, πωλέω*), *venditrix purpurarum s. textilium purpureo colore tinctorum;* Vulg. *purpuraria;* Act. 16, 14. (Phot. Suid. al.)*

**ποσάκις** (*πόσος*), adv., *quoties;* Mt. 18, 21. 23, 37. Lc. 13, 34.*

**πόσις**, *εως, ἡ* (*πίνω*), inde ab Hom., *potio, potus;* Jo. 6, 55. Ro. 14, 17. Col. 2, 16. (v. in *βρῶσις*.)*

**πόσος**, *η, ον, quantus;* Mt. 6, 23. 2 Co. 7, 11; *πόσος χρόνος*, quantum temporis (spatium), Mc. 9, 21; neutr., *quantum*, Lc. 16, 5. 7; *πόσῳ, quanto* (*um wie viel*), Mt. 12, 12; *πόσῳ μᾶλλον*, 7, 11. 10, 25. Lc. 11, 13. 12, 24. 28. Ro. 11, 12. 24. Philem. vs. 16. Heb. 9, 14; *πόσῳ χείρονος τιμωρίας*, Heb. 10, 29; plur. *quot;* c. substantivis, Mt. 15. 34. 16, 9 s. Mc. 6, 38. 8, 5. 19 s. Lc. 15, 17. Act. 21, 20; *πόσα*, quam gravia, Mt. 27, 13. Mc. 15, 4.*

**ποταμός**, *οῦ, ὁ*, inde ab Hom.; LXX pro נָהָר et יְאֹר, *flumen, fluvius;* Mt. 3, 6 *Lchm. Trg. Tdf.;* Mc. 1, 5. Act. 16, 13. 2 Co. 11, 26. Ap. 8, 10. 9, 14. 12, 15. 16, 4. 12. 22, 1 s.; i. q. *torrens*, Mt. 7, 25. 27. Lc. 6, 48 s. Ap. 12, 15 s.; plur. in imagine i. q. largissima copia, Jo. 7, 38.*

**ποταμοφόρητος**, *ον, ὁ* (*ποταμος* et *φορέω*, cf. *ἀνεμοφόρητος*), *qui a flumine aufertur s. abripitur* (undis submergendo); Ap. 12, 15. Praeterea tantum *verbum ποταμοφορεῖν* legitur ap. Hesych. s. v. *ἀπόερσεν*.

**ποταπός** (pro antiquiore *ποδαπός*, secundum graecos Grammaticos i. q. *ἐκ ποίου δαπέδου, e qua regione;* ex aliorum conjectura i. q. *τοῦ ἄπο*, interposito *δ* euphonico, ut in lat. *prodire, prodesse;* cf. *Fritzsche* ad Mc. p. 554 s.), *ή, όν*, 1) *cujas, e quanam terra, gente, tribu?* ita inde ab Aeschl. — 2) inde a Dem. etiam i. q. *ποῖος, qualis; cujus qualitatis?* absol. de personis, Mt. 8, 27. 2 Pet. 3, 11; c. nom. personae, Lc. 7, 39; rerum, Mc. 13, 1. Lc. 1, 29. 1 Jo. 3, 1.*

*πότε*, adv. directe interrogantis, inde ab Hom., *quando? quo tempore?* Mt. 25, 37—39. 44. Lc. 21, 7. Jo. 6, 25; ut jam nonnumquam ap. Atticos negligenter pro relativo *ὁπότε* in interrogat. indir. (*Win.* p. 475), Mt. 24, 3. Mc. 13, 4. 33. 35. Lc. 12, 36. 17, 20. — *ἕως πότε, quousque?* in directis interrog., Mt. 17, 17. Mc. 9, 19. Lc. 9, 41. Jo. 10, 24. Ap. 6, 10.*

*ποτέ*, partic. enclit., inde ab Hom., 1) *aliquando, olim; a*) de praeterito; Jo. 9, 13. Ro. 7, 9. 11, 30. Gal. 1, 13. 23. Eph. 2, 2 s. 11. 13. 5, 8. Col. 1, 21. 3, 7. 1 Th. 2, 5. Tit. 3, 3. Philem. vs. 11. 1 Pet. 2, 10. 3, 5. 20; *ἤδη ποτέ, tandem aliquando*, Phil. 4, 10. — *b*) de futuro; Lc. 22, 32; *ἤδη ποτέ, tandem aliquando*, Ro. 1, 10. — 2) *unquam;* post negationem, *οὐδείς ποτε*, Eph. 5, 29; *οὐ·ποτέ*, 2 Pet. 1, 21; *μή ποτε* (v. in *μήποτε*); post *οὐ μὴ* c. conj. aor., 2 Pet. 1, 10; in interrogatione, *τίς ποτε*, 1 Co. 9, 7. Heb. 1, 5. 13; *ὁποῖοί ποτε*, qualescunque, quales tandem, Gal. 2, 6.*

*πότερος, α, ον, uter; πότερον -- ἤ, utrum -- an;* Jo. 7, 17.*

*ποτήριον, ίου, τό* (demin. vocis *ποτήρ*), *calix, poculum; a*) pr. Mt. 23, 25 s. 26, 27. Mc 7, 4. 8. 14, 23. Lc. 11, 39. 22, 17. 20. 1 Co. 11, 25. Ap. 17, 4; *πίνειν ἐκ τοῦ ποτηρίου*, 1 Co. 11, 28; *τὸ π. τῆς εὐλογίας* (v. in *εὐλογία*), 1 Co. 10, 16; c. gen. rei, qua impletur calix, *ψυχροῦ*, Mt. 10, 42; *ὕδατος*, Mc. 9, 41; ex meton. continentis pro contento, *id quo poculum repletur*, quod bibendum porrigitur, Lc. 22, 20. 1 Co. 11, 25; *τὸ ποτήριόν τινος*, gen. personae coenam dantis, cf. *Rückert* das Abendmahl, p. 217 s.); *πίνειν*, 1 Co. 10, 21. 11, 27. — *b*) Ex imagine Hebraeis, Arabibus, Syris usitata nec non ap. Romanos obvia sors s. laeta s. adversa, commoda vel incommoda a deo alicui decreta comparantur c. calice, quem deus bibendum porrigat; ita de laetis Ps. 16, 5. 23, 5. 116, 13; de adversis Ps. 11, 6. 75, 8. Jes. 51, 17. 22; in N. T. de acerbo Christi supplicio, Mt. 26, 39 (v. 42 t. vulg. *Grsb.*); Mc. 14, 36. Lc. 22, 42. Jo. 18, 11; *πίνειν τὸ ποτ. μου* vel *ὃ ἐγὼ πίνω*, easdem quas ego sustineo calamitates sustinere, Mt. 20, 22 s. Mc. 10, 38 s. (Plaut. Cas. 5, 2, 53: „ut senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet", i. e. aeque ac ego male tractaretur); dic. de poenis divinis, Ap. 14, 10. 16, 19. 18, 6. (Hdt. Ctes. Arstph. Lcian. al.; LXX pro כּוֹס.)*

*ποτίζω*, impf. *ἐπότιζον*, aor. 1. *ἐπότισα*, pf. *πεπότικα* (Ap. 14, 8), aor. 1. pass. *ἐποτίσθην* (*πότος*), inde a Xen. et Plat., LXX pro הִשְׁקָה, *bibendum do, potum praebeo* (Vulg. ad 1 Co. 12, 13. Ap. 14, 8 *poto;* germ. *tränken*); *τινά*, Mt. 25, 35. 37. 42. 27, 48. Mc. 15, 36. Lc. 13, 15. Ro. 12, 20; *τινά τι*, bibendum praebeo alicui aliquid (*Win.* §. 32, 4), Mt. 10, 42. Mc. 9, 41 et saepe ap. LXX; in allegorico sermone *τινὰ γάλα*, captu faciliora alicui tradere, 1 Co. 3, 2 (ubi per zeugma additur *οὐ βρῶμα*); *τινὰ ἐκ τοῦ οἴνου*, Ap. 14, 8 (v. in *οἶνος* et *θυμός*); i. q. *irrigo* (plantas, agros, prata), 1 Co. 3, 6—8 (Xen. symp. 2, 25. Lcian. Athen. Geop.; LXX Ez. 17, 7); metaph. *perfundo*, *τινά*, alicujus animum, add. acc. rei, *ἓν πνεῦμα*, pass. 1 Co. 12, 13 *Lchm. Tdf. Trg.; εἰς ἓν πνεῦμα*, ut conjungeremur in unum coetum uno spiritu perfusum, ibid. t. vulg. *Grsb.* (*τινὰ πνεύματι κατανύξεως*, Jes. 29, 10.)*

*Ποτίολοι, ων, οἱ, Puteoli*, urbs Campaniae in Italia ad mare tyrrhenum sita, hodie *Puzzuoli* appellata; Act. 28, 13.*

*πότος, ου, ὁ* (*ΠΟΩ*), *potatio, compotatio, convivium;* 1 Pet. 4, 3. (Xen. Plat. Dem. Joseph. Plut. Ael. al.; LXX מִשְׁתֶּה.)*

*ποῦ*, adv. interrog., inde ab Hom., LXX pro אַיֵּה, אָנָה, אֵי, *ubi? quo in loco? a*) in interrog. directis, Mt. 2, 2. 26, 17. Mc. 14, 12. 14. Lc. 17, 17. 37. 22, 9. 11. Jo. 1, 39. 7, 11. 8, 10. 19. 9, 12. 11, 34; *ποῦ ἐστιν*, in quaestionibus aliquem vel aliquid discessisse vel e medio sublatum esse vel omnino non reperiri indicantibus, i. q. *nusquam est*, Lc. 8, 25. Ro. 3, 27. 1 Co. 1, 20. 12, 17. 19. 15, 55. (Gal. 4, 15 *Lchm. Tdf. Trg.*) 2 Pet. 3, 4; *ποῦ φανεῖται*, i. q. nullus ei locus erit, 1 Pet. 4, 18. — *b*) pro relativo *ὅπου* in interrog. indir.; sq. indicat., Mt. 2, 4. Mc. 15, 47. Jo. 1, 40. 11, 57. 20. 2. 13. 15. Ap. 2, 13; sc. conj. Mt. 8, 20. Lc. 9, 58. 12, 17. — *c*) junct. c. verbis eundi, veniendi dic. pro *ποῖ*, in interrog. dir., Jo. 7, 35. 13, 36. 16, 5; in interrog. indir. sq. indicat., Jo. 3, 8. 8, 14. 12, 35. 14, 5. Heb. 11, 8. 1 Jo. 2, 11.*

*πού*, partic. enclit., inde ab Hom., 1) *alicubi, usquam;* Heb. 2, 6. 4, 4. — 2) habet limitandi vim, *fere;* c. numeralibus, *circiter* (Hdt. 1, 119. 7, 22. Paus. 8, 11, 2. Hdian. 7, 5, 3. Ael. v. h. 13, 4 et ap. al.); Ro. 4, 19.*

*Πούδης, Pudens*, nom. pr. Christiani, 2 Tim. 4, 21 commemorati. Cf. *Lipsius* Chronologie d. röm. Bischöfe, p. 146.

*πούς* (non *ποῦς*, v. *Lob.* ad Phryn. p. 765. *Göttling* Accentl. p. 244. *Win.* p. 49. *Lipsius* Gramm. Untersuch. p. 48), *ποδός, ὁ*, dat. plur. *ποσίν*, inde ab Hom., hebr. רֶגֶל, *pes*, tum hominum, tum brutorum; Mt. 4, 6. 7, 6. 22, 13. Mc. 9, 45. Lc. 1, 79. Jo. 11, 44. Act. 7, 5. 1 Co. 12, 15. Ap. 10, 2 et saepe. — E more orientali victis pedes imponendi (Jos. 10, 24) petuntur dictiones *ὑπὸ τοὺς πόδας συντρίβειν* (q. v.) *τινά*, Ro. 16, 20; *ὑποτάσσειν τινά*, 1 Co. 15, 27. Eph. 1, 22. Heb. 2, 8; *τιθέναι*, 1 Co. 15, 25; *τιθέναι τινὰ ὑποκάτω τῶν ποδῶν*, Mt. 22, 44 *Lchm. Tdf. Trg.; ὑποπόδιον τῶν ποδῶν*, ibid. t. vulg. *Grsb.;* Mc. 12, 36. Lc. 20, 43. Act. 2, 35. Heb. 1, 13. 10, 13; *παρὰ τοὺς πόδας τινὸς καθῆσθαι* s. *παρακαθίσαι* dicuntur discipuli magistrum audientes, Lc. 10, 39. Act. 22, 3 coll. Lc. 8, 35; reponere *παρὰ τοὺς πόδας τινός* dic. qui alicujus curae ac potestati aliquid committunt, Mt. 15, 30. Act. 4, 35. 37. 5, 2. 7, 58. — Salutantes, venerantes, supplicantes dicuntur *πρὸς τοὺς πόδας τινὸς πίπτειν* vel *προςπίπτειν*, Mc. 5, 22. 7, 25. Lc. 8, 41. 17, 16. Ap. 1, 17; *εἰς τοὺς π. τινός*, Mt. 18, 29. Jo. 11, 32; *πίπτ. ἔμπροσθεν τ. ποδῶν τινος*, Ap. 19, 10; *προςκυνεῖν ἔμπροσθεν τ. ποδῶν τινος*, 3, 9. 22, 8; *πίπτ. ἐπὶ τοὺς π.*, Act. 10, 25. — E poetico more pro homine ipso appellatur membrum, cujus in actione, de qua disseritur, praecipuum est ministerium (v. in *γλῶσσα*, 1); ita *οἱ πόδες τινός* pro homine eunte, Lc. 1, 79 (Ps. 119, 101); Act. 5, 9. Ro. 3, 15. 10, 15. Heb. 12, 13.

*πρᾶγμα, τος, τό* (*πράσσω*), inde ab Aeschl. et Hdt., LXX maxime pro דָּבָר, *a*) *id quod peractum est; factum; res in facto posita*, Lc. 1, 1. Act. 5, 4. 2 Co. 7, 11. Heb. 6, 18. — *b*) *quod fit, quod peragitur;* Jac. 3, 16; speciat. *negotium* (mercantium), 1 Th. 4, 6. — *c*) *id de quo agitur* (*Angelegenheit*); Mt. 18, 19. Ro. 16, 2; speciatim sensu forensi, *causa, lis* (Xen. mem. 2, 9, 1. Dem. 1120, 26. Jos. antt. 14, 10, 17); *πρᾶγμα ἔχειν πρός τινα*, litem habere cum aliquo, 1 Co. 6, 1. — *d*) *id quod est s. exstat, res*, nostr. *Ding;* Heb. 10, 1; *πράγματα οὐ βλεπόμενα*, 11, 1.*

*πραγματεία, ας, ἡ* (*πραγματεύομαι*), alicujus rei tractatio, *negotium;* pl. add. *τοῦ βίου*, studia et negotia ad vitam civilem spectantia, opp. militiae, 2 Tim. 2, 4. (eodem et aliis significatibus ap. Graecos inde a Xen. et Plat.)*

**πραγματεύομαι**, imper. aor. 1. πραγματεύσατε (πρᾶγμα), ap. graecos prosae scriptores inde ab Hdt., *in aliqua re occupatus sum; negotior;* speciatim *argentariam* vel *mercaturam facio* (Plut. Sull. 17. Cat. min. 59); Lc. 19, 13.*

**πραιτώριον**, ίου, τό, vox lat., *praetorium* (neutrum adjectivi *praetorius* substantive usurpatum); quo nomine appellabatur 1) in castris Romanorum *tentorium summi militum ducis.* — 2) *palatium, in quo praeses aut procurator provinciae habitabat*, ad quem usum palatia jam exstantia, in quibus olim reges vel principes habitaverant, adhiberi solebant (Syracusis „illa domus praetoria, quae regis Hieronis fuit", Cic. Verr. II, 5, 12, 30); Hierosolymis splendidum illud palatium, quod Herodes M. sibi exstruxerat et procuratores romani, quotiescunque Caesareâ Hierosolymam ad res agendas venerant, occupasse videntur; Mt. 27, 27. Mc. 15, 16. Jo. 18, 28. 33. 19, 9 coll. *Philo* leg. ad Caj. §. 38. Jos. b. j. 2, 14, 8; item Caesareae, Act. 23, 35; cf. *Keim* III, p. 359 s. — 3) *castra militum praetorianorum* a Tiberio constituta (Suet. 37); Phil. 1, 13. Cf. *Win.* RWB. s. v. Richthaus.*

**πράκτωρ**, ορος, ὁ (πράσσω), 1) *qui aliquid facit* (Sophcl.).—2) *is qui poenae vel vindictae sumendae negotium agit;* inpr. *caedis ultor* (Aeschl. Sophcl.); *pecuniarum multiciarum exactor* (Demsth. al.); *vilioris ordinis minister judicis, qui accusatos vel condemnatos poenis afficit;* Lc. 12, 58.*

**πρᾶξις**, εως, ἡ (πράσσω), inde ab Hom., *a*) *actio, agendi ratio; factum, res gesta;* univ. πράξεις τῶν ἀποστόλων (*Grsb.;* sine τῶν *Lchm. Trg.;* simpliciter πράξεις, *Tdf.*), res ab apostolis gestae, in inscriptione actorum apostol.; singular. sensu ethico in utramque partem, Mt. 16, 27; in malam partem i. q. *scelus*, Lc. 23, 51; plur. *maligne suscepta, machinationes* (nostr. *Praktiken, Ränke*, saepe ita ap. Polyb.), Act. 19, 18. Ro. 8, 13. Col. 3, 9; add. κακή, ut Ev. Nicod. 1: Ἰησοῦς ἐθεράπευσε δαιμονιζομένους ἀπὸ πράξεων κακῶν. — *b*) *res gerenda, negotium* (Xen. mem. 2, 1, 6); Ro. 12, 4.*

**πρᾷος** (ita Mt. 11. 29 t. vulg. *Grsb.;* de iota subscr. cf. *Lob.* ad Phryn. p. 404. *Bttm.* Gr. max. I, p. 261) s. πρᾶος, α, ον et πραΰς, εῖα, ΰ (gen. πραέως pro vulgari forma πραέος, 1 Pet. 3, 4 *Tdf. Trg.*, v. in βαθέως), inde ab Hom., *lenis, mitis, mansuetus;* Mt. 5, 5. 11, 29. 21, 5. 1 Pet. 3, 4; LXX aliquoties pro עָנָו et עָנִי.*

**πρᾳότης** (ita t. vulg. et *Grsb.;* v. in voce anteced.), πραότης (ita *Lchm.*) et e recentiore forma πραΰτης (ita in t. vulg. et ap. *Grsb.* Jac. 1, 21. 3, 13. 1 Pet. 3, 15; ubique ap. *Lchm.* exceptis locis Gal. 6, 1. Eph. 4, 2; ubique ap. *Tdf. Trg.;* cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 23 s.), ητος, ἡ, *lenitas, clementia, mansuetudo;* 1 Co. 4, 21. 2 Co. 10, 1. Gal. 5, 23. 6, 1. Col. 3, 12. Eph. 4, 2. (1 Tim. 6, 11 t. vulg. *Grsb.*) 2 Tim. 2, 25. Tit. 3, 2. Jac. 1, 21. 3, 13. 1 Pet. 3, 15. (Xen. Plat. Isocr. Arstot. Diod. Joseph. al.; pro עֲנָוָה, Ps. 45, 4.)*

**πρασιά**, ᾶς, ἡ, *area, forus* (*Gartenbeet*); Hom. Od. 7, 127. 24, 247. Theophr. hist. plant. 4, 4. 3. Nicand. Diosc. al.; Sir. 24, 31; ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαί ex hebraismo: recubuerunt per ordines ita, ut singuli ordines formas singularum arearum referrent, Mc. 6, 40; cf. *Gesenius* Lehrgeb. p. 669. *Win.* p. 234, ubi e V. To. adde: συνήγαγον αὐτοὺς θημωνίας θημωνίας, Exod. 8, 14.*

**πράσσω** et (semel, Act. 17, 7 t. vulg. *Grsb.*) πράττω, aor. 1. ἔπραξα, pf. πέπραχα, ptcp. pf. pass. πεπραγμένος, inde ab Hom., LXX aliquoties pro עָשָׂה et פָּעַל, *ago*, nostr. *thun, treiben, verrichten* (ποιῶ autem *facio*, nostr. *machen*); i. e. 1) *tracto, vaco rei, gero rem;* τὰ περίεργα, Act. 19, 19; τὰ ἴδια, res suas curare, 1 Th. 4, 11 (τὰ ἑαυτοῦ, Xen. mem. 2, 9, 1. Plat. Phaedr. p. 247 a. Dem. p. 150, 23 et ap. alios); dic. de gerendis muneris negotiis, 1 Co. 9, 17; — *agendum suscipio*, μηδὲν προπετές, Act. 19, 36. — 2) *perago; perficio;* πεπραγμένον ἐστίν, peractum, factum est, Act. 26, 26; εἴτε ἀγαθόν, εἴτε κακόν, 2 Co. 5, 10; ἀγαθὸν ἢ φαῦλον (κακόν); Ro. 9, 11 (δίκαια ἢ ἄδικα, Plat. apol. p. 28 b); ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα, Act. 26, 20; adde Ro. 7, 15. 19. Phil. 4, 9; νόμον, observo legem, Ro. 2, 25; de inhonestis, *perpetro, committo* (rarius ita ap. Graecos, ut πολλὰ καὶ ἀνόσια, Xen. symp. 8, 22; usitatius apud eos est de inhonestis ποιεῖν, unde τοὺς ἐπισταμένους μὲν ἃ δεῖ πράττειν, ποιοῦντας δὲ τἀναντία, Xen. mem. 3, 9, 4), Act. 26, 9. 2 Co. 12, 21; τὸ ἔργον τοῦτο, hoc facinus, 1 Co. 5, 2 *Tdf.;* adde Lc. 22, 23. Act. 3, 17. 5, 35. Ro. 7, 19; τὰ τοιαῦτα, talia nefanda, Ro. 1, 32 (ubi promiscue usurpantur ποιεῖν et πράσσειν); 2, 1—3. Gal. 5, 21; φαῦλα, Jo. 3, 20. 5, 29; τὶ ἄξιον θανάτου, Lc. 23, 15. Act. 25, 11. 25. 26, 31; τὸ κακόν, Ro. 7, 19. 13, 4; ἄτοπον, Lc. 23, 41; τί τινι κακόν, malum alicui infero, Act. 16, 28. — 3) *res publicas curo; negotia publica ago* (Xen. Dem. Plut.), ex quo usu prodiit significatus inde a Pind. Aeschl. Hdt. obvius: *exigo* (*eintreiben*), tributa, vectigalia, debita; Lc. 3, 13; τὸ ἀργύριον, 19, 23 (ita ap. Lat. *agere;* cf. intpp. ad Suet. Vesp. 1). — 4) intrans. *ago* (*handeln;* v. in εὖ, p. 178, col. 1); ἀπέναντί τινος, contra aliquid, Act. 17, 7. — 5) inde ab Aeschl. et Hdt. reflexive, *me habeo;* τί πράσσω, quo modo me habeam, rerum mearum statum, Eph. 6, 21; εὖ πρ. (v. in εὖ), Act. 15, 29.*

**πραϋπάθεια** (-θία, *Tdf.*), ας, ἡ (πραϋπαθής), *lenitas affectuum; animi lenitas* (i. q. πραΰτης); 1 Tim. 6, 11 *Lchm. Tdf. Trg.* (Philo de Abrah. §. 37; Ignat. ad Trall. 8.)*

**πραΰς, πραΰτης**, v. in πρᾷος et πρᾳότης.

**πρέπω**, 1) *emineo, conspicuus sum, excello;* ita inde ab Hom. Il. 12, 104. — 2) *decorus, conveniens, aptus sum* (inde a Pind. Aeschl. Hdt.); πρέπει τινί c. nominat. subjecti, Heb. 7, 26 (Ps. 32, 1); ὃ s. ἃ πρέπει, quod decet, convenit, 1 Tim. 2, 10. Tit. 2, 1; imperson. καθὼς πρέπει τινί, Eph. 5, 3; πρέπον ἐστίν sq. infin., Mt. 3, 13. Heb. 2, 10; sq. acc. c. inf., 1 Co. 11, 13. Cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 239.*

**πρεσβεία**, ας, ἡ (πρεσβεύω), 1) *aetas, dignitas, jus primogeniti;* Aesch. Pers. 4. Plat. de rep. 6, p. 509 b. Pausan. 3, 1, 4. 3, 3, 8. — 2) negotium quod viris aetate gravibus demandari solet, speciatim *munus legati, legatio* (Arstph. Xen. Plat.); abstr. pro concreto, *legati*, Lc. 14, 32. 19, 14.*

**πρεσβεύω** (πρέσβυς, senex, natu major), 1) *sum natu major* s. *aetate superior* (Hdt. et sqq.) — 2) *legatus sum, legati munere fungor;* 2 Co. 5, 20. Eph. 6, 20 (Arstph. Xen. Plat. sqq.).*

**πρεσβυτέριον**, ίου, τό (πρεσβύτερος, q. v.), *collegium presbyterorum, presbyterium, senatus;* dic. de senioribus Judaeorum (v. in συνέδριον), Lc. 22, 66. Act. 22, 5; de senioribus alicujus Christianorum coetus, 1 Tim. 4, 14. (script. eccles.)*

**πρεσβύτερος**, τέρα, ερον (comparativ. vocis πρέσβυς), *aetate superior;* dic. 1) de ipsa *aetate; a*) ubi de duobus sermo est, *natu major;* ὁ υἱὸς ὁ πρεσβ. (Ael. v. h. 9, 42); Lc. 15, 25. — *b*) univ. *aetate provectior, senior;* opp. νεανίσκοι, Act. 2, 17; opp. νεώτερος, 1 Tim. 5, 1 s. (Gen. 18, 11 s. Sap. 8, 10. Sir. 6, 33. 7, 14. 2 Macc. 8, 30.) — οἱ πρεσβύτεροι, *majores* (*die Altvordern*), Heb. 11, 2; παράδοσις (q. v.) τῶν πρεσβ., quam a majoribus acce-

pimus, Mt. 15, 2. Mc. 7, 3. 5. — 2) Est nomen *dignitatis*, quo ornantur *a*) apud Judaeos *α*) *assessores synedrii magni* (quia antiquiore tempore antistites populi urbiumque et judices e senioribus eligebantur), Mt. 16, 21. 26, 47. 57. 59. 27, 3. 12. 20. 41. 28, 12. Mc. 8, 31. 11, 27. 14, 43. 53. 15, 1. Lc. 9, 22. 20, 1. 22, 52. Jo. 8, 9. Act. 4, 5. 6, 12. 23, 14. 24, 1; add. *τοῦ Ἰσραήλ*, Act. 4, 8; *τῶν Ἰουδαίων*, 25, 15; *τοῦ λαοῦ*, Mt. 21, 23. 26, 3. 27, 1. — *β*) ii qui in singulis oppidis res publicas administrabant et jus dicebant; Lc. 7, 3. — *b*) apud Christianos, *α*) *antistites coetuum;* Act. 10, 30. 14, 23. 15, 2. 4. 6. 22 s. 16, 4. 21, 18. 1 Tim. 5, 17. 19. Tit. 1, 5. 2 Jo. 1. 3 Jo. 1. 1 Pet. 5, 1. 5; add. *τῆς ἐκκλησίας*, Act. 20, 17. Jac. 5, 14. Nihil eos ab *episcopis* diversos fuisse (id quod etiam Hieronymus ad Tit. 1, 7 concedit) inde intelligitur, quod utrorumque nomina promiscue usurpantur, Act. 20, 17. 28. Tit. 1, 5. 7., atque presbyterorum officium *ἐπισκοπεῖν* appellatur 1 Pet. 5, 1 s. et *ἐπισκοπή*, Clem. Rom. 1 Co. 44, 1, unde tantum duo ecclesiastica munera distinguuntur, *τῶν ἐπισκόπων* et *τῶν διακόνων*, Phil. 1, 1. 1 Tim. 3, 1. 8; nomine *τῶν ἐπισκόπων munus*, *τῶν πρεσβυτέρων dignitas* indicatur; illud a Graecorum, hoc a Judaeorum institutis petitum est; cf. *Ritschl* die Entstehung der altkathol. Kirche, p. 350 ss. ed. 2. *Hase* Protest. Polemik p. 98 ss. ed. 4. — *c*) *viginti quatuor assessores synedrii coelestis*, thronis insidentes et thronum dei cingentes; Ap. 4, 4. 10. 5, 5 s. 8. 11. 14. 7, 11. 13. 11, 16. 14, 3. 19, 4.*

**πρεσβύτης, ου, ὁ** (*πρέσβυς*), *senex, grandaevus;* Lc. 1, 18. Tit. 2, 2. Philem. vs. 9. (Aeschl. Eur. Xen. Plat. al.; LXX pro זָקֵן.)*

**πρεσβῦτις, ιδος, ἡ** (femin. vocis *πρεσβύτης*), *mulier grandaeva, anus;* Tit. 2, 3. (Aeschl. Eur. Plat. Diod. Plut. Hdian. 5, 3, 6.)*

**πρηνής, ές**, *pronus, praeceps;* Act. 1, 18. (Sap. 4, 19. 3 Macc. 5, 43; ap. Graecos inde ab Hom., sed ita ut atticis usitatius esset *πρανής*, v. *Lob.* ad Phryn. p. 431.)*

**πρίζω**, aor. 1. pass. *ἐπρίσθην*, *serro, serrâ disseco;* Heb. 11, 37. Serrari fuit ap. Hebraeos supplicii genus (2 Sam. 12, 31. 1 Chr. 20, 3), quo e vetusta traditione Jesaias propheta affectus esse dicitur; cf. *Win.* RWB. s. v. Säge. *Roskoff* in *Schenkel* BL. 5, p. 135. (Am. 1, 3. Hist. Sus. vs. 59; Plat. Theag. p. 124 a et saepius ap. recentioris aetatis scriptores.)*

**πρίν**, ut ap. Graecos inde ab Hom. 1) adv., *olim, antea;* 3 Macc. 5, 28. 6, 4. 31; nusquam ita in N. T. — 2) conjunctionis vim habens, *antequam, priusquam;* c. acc. et infin. aor. de rebus praeteritis, *πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι*, priusquam Abrahamus exstiterat, Jo. 8, 58; item *πρὶν ἤ* (cf. *Meyer* ad Matth. p. 56, ed. 6), Mt. 1, 18; c. infin. aor. vim latini futuri exacti habente de rebus futuris; *πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι*, priusquam gallus cecinerit, Mt. 26, 34. 75. Mc. 14, 72. Lc. 22, 61; adde Jo. 4, 49. 14, 29; item *πρὶν ἤ*, Mc. 14, 30. Act. 2, 20 (quo loco *Lchm. Tdf. Trg.* *ἤ* expunxerunt); *πρὶν ἤ*, praecedente negativo enuntiato, c. conj. aor. vim lat. futuri exacti habente, Lc. 2, 26 atque in t. vulg. *Grsb.* 22, 34; *πρὶν ἤ* sq. optat. de re ut cogitando posita, Act. 25, 16. Cf. *Matthiae* p. 1201 s. *Bttm.* p. 426, 41. *Klotz* ad Dev. II, p. 726 ss. *Win.* p. 309 s. et 311.*

**Πρίσκα, ἡ**, *Prisca* (nom. lat.), mulier christiana, uxor Aquilae (de quo v. in *Ἀκύλας*), Ro. 16, 3 *Grsb. Lchm. Trg. Tdf.;* 1 Co. 16, 19 *Lchm.* ed. min. *Tdf. Trg.*, 2 Tim. 4, 19. Vocatur etiam nomine deminut. *Πρισκίλλα* (cf. Livia, Livilla; Drusa, Drusilla; Quinta, Quintilla; Secunda, Secundilla), Act. 18, 2. 18, 26; praeterea Ro. 16, 3 t. vulg.; 1 Co. 16, 19 t. vulg. *Grsb.**

**Πρισκίλλα**, v. nomen antecedens.

**πρίω**, v. *πρίζω*.

**πρό**, praepositio sibi jungens genitivum (lat. pro), LXX maxime pro לִפְנֵי, *ante*, nostr. *vor;* dic. *a*) de *loco; πρὸ τῶν θυρῶν, τῆς θύρας* al., Act. 5, 23 t. vulg. *Grsb.;* 12, 6. 14. 14, 13. Jac. 5, 9; ex hebr. *πρὸ προςώπου* c. genit. pers., *ante aliquem* (sequentem), Mt. 11, 10. Mc. 1, 2. Lc. 1, 76. 7, 27. 9, 52. 10, 1 (Mal. 3, 1. Zach. 14, 20. Deut. 3, 18). — *b*) de *tempore; πρὸ τούτων ἡμερῶν*, Act. 5, 36. 21, 38; ex idiotismo recentioris graecitatis dic. *πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα*, propr. ante sex dies ratione habita paschatis, quod idem est ac *ἓξ ἡμέρας πρὸ τοῦ πάσχα*, die sexto ante pascha, Jo. 12, 1 (*πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ*, Amos. 1, 1; *πρὸ μιᾶς ἡμέρας τῆς Μαρδοχαϊκῆς ἡμέρας*, 2 Macc. 15, 36; exempla e profanis praebet *Win.* p. 518; ex ecclesiasticis scriptoribus *Hilgenfeld* die Evangelien etc. p. 298. 302. Paschastreit der alten Kirche, p. 221 s.); *πρὸ καιροῦ*, Mt. 8, 29. 1. Co. 4, 5; *τῶν αἰώνων*, 1 Co. 2, 7; *παντὸς τοῦ αἰῶνος*, Jud. vs. 25 *Lchm. Trg. Tdf.; ἐτῶν δεκατεσσ.*, 2 Co. 12, 2; adde 2 Tim. 1, 9. 4, 21. Tit. 1, 2; *τοῦ ἀρίστου*, Lc. 11, 38; *κατακλυσμοῦ*, Mt. 24, 38; *πρὸ τῆς μεταθέσεως*, Heb. 11, 5; *πρὸ καταβολῆς κοσμου*, Jo. 17, 24. Eph. 1, 4. 1 Pet. 1, 20; *πρὸ πάντων*, prior omnibus rebus et naturis, Col. 1, 17; ex hebr. *πρὸ προςώπου*, c. gen. rei de tempore pro simplici *πρό* (*Win.* p. 564), Act. 13, 24. — *πρό* c. genit. personae, Jo. 5, 7. 10, 8. Ro. 16, 7; *οἱ πρό τινος*, qui ante aliquem fuerunt, Mt. 5, 12; add. nominat. praedicati, Gal. 1, 17. — *πρό* c. genit. infinitivi articulo notati, lat. *ante quam* sq. verbo finito, Mt. 6, 8. Lc. 2, 21. 22, 15. Jo. 1, 49. 13, 19. 17, 5. Act. 23, 15. Gal. 2, 12. 3, 23. — *c*) de *praestantia; προ πάντων, ante omnia, prae ceteris*, Jac. 5, 12. 1 Pet. 4, 8. — *d*) In compositis *πρό* denotat *α*) *locum; προαύλιον*, — motum in partes anteriores, i. q. *porro, προβαίνω, προβάλλω* al.; *ante alium*, qui sequitur, nostr. *voraus, προαγω, πρόδρομος, προπέμπω, προτρέχω* al.; *in conspectum, palam, προδηλος, πρόκειμαι.* *β*) *tempus; antehac* (*vordem*), *προαμαρτάνω*, — de tempore eventorum occupato (nostr. *zum voraus, vorher*), *προβλέπω, προγινώσκω, προθέσμιος, προορίζω* al. — *γ*) *praestantiam; προαιρέομαι.**

**προ-άγω**, impf. *προῆγον*, fut. *προάξω*, aor. 2. *προήγαγον*, inde ab Hdt., 1) transitive; *produco; τινά*, aliquem e loco, in quo latuit, velut e carcere, *ἔξω*, Act. 16, 30; sensu forensi, aliquem in judicium, 12, 6; add. *ἐπί* c. gen. personae causam cogniturae, coram qua sistitur, 25, 26 (*εἰς τὴν δίκην*, Jos. b. j. 1, 27, 2; *εἰς ἐκκλησίαν τοὺς ἐν αἰτίᾳ γενομένους*, antt. 16, 11, 7). — 2) intrans. (v. in *ἄγω*, n. 6), *a*) *praecedo*, Lc. 18, 39; opp. *ἀκολουθέω*, Mt. 21, 9 t. vulg. *Grsb.;* Mc. 11, 9; sq. *εἰς* c. acc. loci, Mt. 14, 22. Mc. 6, 45; *εἰς κρίσιν*, 1 Tim. 5, 24 (de q. l. v. in *ἐπακολουθέω*); ptcp. *προάγων, praecedens* i. e. *tempore prior s. superior*, 1 Tim. 1, 18. Heb. 7, 18. — *τινά*, praecedo aliquem, Mt. 2, 9. Mc. 10, 32; et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* Mt. 21, 9; sq. *εἰς* c. acc. loci, Mt. 26, 32. 28, 7. Mc. 14, 28. 16, 7; *τινὰ εἰς τ. βασιλείαν τοῦ θεοῦ*, praevenio aliquem, in ingrediendo dei regno, Mt. 21, 31. — *b*) *procedo, progredior;* in malam partem: *ulterius quam par est procedo*, i. q. *μὴ μένειν ἐν τῇ διδαχῇ*, verae doctrinae fines excedo, 2 Jo. vs. 9 *Lchm. Tdf. Trg.**

**προαιρέω, ῶ**, ap. pedestris orationis scriptores

inde ab Hdt., *promo, e penu promo;* med. *mihi promo, eligo mihi prae altero,* i. e. *praefero, malo; apud animum constitui; καθὼς προαιρεῖται* (*Lchm. Tdf. Trg. προῄρηται*) *τῇ καρδίᾳ*, 2 Co. 9, 7.*

***προ-αιτιάομαι**, ῶμαι,* aor. 1. *προῃτιασάμην, antea* (i. e. in antea dictis) *accuso; τινά* sq. infin. crimen indicante, Ro. 3, 9., ubi praeverbio *προ* respicitur ad 1, 18—31. 2, 1—5. 17—29. Praeterea non offenditur.*

***προ-ακούω**,* aor. 1. *προήκουσα, ante audio; τὴν ἐλπίδα*, speratam salutem priusquam obtigerit, Col. 1, 5. (Hdt. Xen. Plat. Dem. al.)*

***προ-αμαρτάνω**, antea pecco; οἱ προημαρτηκότες*, de iis, qui ante susceptum baptismum flagitia gentilibus maxime consueta commiserant, 2 Co. 12, 21. 13, 2; quo eodem sensu Justin. M. apol. I, c. 61. Clem. Al. Strom. 4, 12 *προαμαρτάνειν* usurpant; cf. *Lücke* Conjectanea exeget. I (Gotting. 1837) p. 14 ss. (Hdian. 3, 14, 18; script. eccles.)*

***προαύλιον**, ίου, τό* (*πρό, αὐλή*), *vestibulum;* Mc. 14, 68.*

***προ-βαίνω**,* ptcp. pf. *προβεβηκώς,* aor. 2. *προβάς*, inde ab Hom., *progredior, procedo;* pr. pedibus, Mc. 1, 19. Mt. 4, 21; trop. *ἐν ταῖς ἡμέραις προβεβηκώς*, aetate provectus, Lc. 1, 7. 18. 2, 36 (v. *ἡμέρα* in fine; *τὴν ἡλικίαν*, 2 Macc. 4, 40. 6, 18. Hdian. 2, 7, 7; *τῇ ἡλικίᾳ*, Lys. p. 169, 37; *ταῖς ἡλικίαις*, Diod. 12, 18).*

***προ-βάλλω**,* aor. 2. *προέβαλον*, inde ab Hom., *projicio;* de arboribus, *progermino* (nostr. *treiben*) sc. folia (add. *καρπόν*, Jos. antt. 4, 8, 19. Epict. 1, 15, 7), Lc. 21, 30; *propello, protrudo; τινά*, Act. 19, 33.*

***προβατικός**, ή, όν* (*πρόβατον*), *ad oves pertinens, oviarius, ovilis; ἡ προβατική* sc. *πύλη* (quod additur Neh. 3, 1. 32. 12, 39 pro שַׁעַר הַצֹּאן), *porta ovaria* (*Schaafthor*), Jo. 5, 2.*

***προβάτιον**, ου, τὸ* (deminut. vocis sequentis), *ovicula;* Jo. 21, 17 *Tdf. Trg.* (Hippocr. Arstph. Plat.)*

***πρόβατον**, ου, τό* (a *προβαίνω*, pr. quod pedibus procedit), inde ab Hom., LXX maxime pro צֹאן, tum pro שֶׂה, aliquoties pro כֶּבֶשׂ et כֶּשֶׂב (agnus), pr. *quodvis animal quadrupes idemque cicur, quod pasci solet; pecus minus* (opp. armento), maxime *ovis* et *capra;* prae ceteris vero *ovis*, atque ita ubique in N. To.; Mt. 7, 15. 10, 16. 12, 11 s. Mc. 6, 34. Lc. 15, 4. 6. Jo. 2, 14 s. 10, 1—4. 11 s. Act. 8, 32 (e Jes. 53, 7); 1 Pet. 2, 25. Ap. 18, 13; *πρόβατα σφαγῆς*, oves mactationi destinatae, Ro. 8, 36; metaph. *oves* dicuntur assectatores alicujus magistri, Mt. 26, 31 et Mc. 14, 27 (e Zach. 13, 7); homines, qui ut sunt salutis indigi, ita etiam obtemperant praeceptis ejus, qui eorum saluti prospicit et ad salutem eos ducit; ita de assectatoribus Christi, Jo. 10, 7 s. 15 s. 26 s. 21, 16 s. Heb. 13, 20; *τὰ πρόβ. ἀπολωλότα* (v. in *ἀπόλλυμι* in fine), Mt. 10, 6. 15, 24; *τὰ πρόβ.* distincta a *τοῖς ἐριφίοις*, homines probi ab improbis distincti, Mt. 25, 33.

***προ-βιβάζω**,* aor. 1. *προεβίβασα*, ptcp. aor. 2. pass. *προβιβασθείς*, 1) pr. *prodire facio; produco; proveho, protraho;* Act. 19, 33 t. vulg. *Grsb.* — 2) metaph. i. q. *προτρέπω, incito, instigo, impello; docendo* vel *persuadendo adduco;* Mt. 14, 8 (*εἴς τι*, Xen. mem. 1, 5, 1. Plat. Prot. p. 328 b).*

***προ-βλέπω**, praevideo;* Ps. 36, 13. Dion. H. antt. 11, 20; med. *provideo, procuro; τὶ περί τινος*, Heb. 11, 40.*

***προ-γίνομαι**, ante fio s. orior, ante accido* (ita inde ab Hdt.); *προγεγονότα ἁμαρτήματα*, peccata antea commissa, Ro. 3, 25.*

**Πύθων**, ωνος, ὁ, *Pytho*, 1) apud Graecos nomen serpentis s. draconis Pythici, qui in agris Pythus ad Parnassi radices in Phocide sitae versans oraculum Delphorum custodivisse et ab Apolline necatus esse ferebatur. — 2) i. q. δαιμόνιον μαντικόν (Hesych.), *spiritus fatidicus;* πνεῦμα πύθωνος s. rectius (c. *Lchm. Tdf. Trg.*) πνεῦμα πύθωνα (de duorum substantivorum, quorum unum vim adjectivi habet, conjunctione v. *Matthiae* p. 962, 4), Act. 16, 16., quo loco memoratam puellam nonnulli intpp. *ventriloquam* fuisse putant, ad Plutarchum provocantes, qui de def. orac. c. 9 suo tempore τοὺς ἐγγαστριμύθους vocari πύθωνας tradit.*

**πυκνός**, ή, όν (*ΠΥΚΩ*, v. in πυγμή), inde ab Hom., *spissus, densus, compressus;* si ad tempus refertur, *frequens, creber* (ap. Graecos ita inde ab Aeschl.), 1 Tim. 5, 23; neutr. plur. πυκνά, adv., *enixe, sedulo* (?), Mc. 7, 3 *Tdf.; crebro*, Lc. 5, 33; πυκνότερον, *frequentius, saepius*, Act. 24, 26.*

**πυκτεύω** (πύκτης, pugil), *pugil sum, pugilatu certo;* 1 Co. 9, 26. (Eur. Xen. Plat. Plut. al.)*

**πύλη**, ης, ἡ, inde ab Hom., LXX persaepe pro שַׁעַר, passim pro דֶּלֶת, aliquoties pro פֶּתַח, *porta* (major in muris tum oppidorum, tum palatiorum; Thom. M.: πύλαι ἐπὶ τείχους, θύραι ἐπὶ οἰκίας); oppidi, Lc. 7, 12. Act. 9, 24. (16, 13 *Lchm. Tdf. Trg.*) Heb. 13, 12; templi, Act. 3, 10; in muro carceris, 12, 10; πύλαι ᾅδου, portae orci (qui est instar immensi carceris, unde *claves* orci, Ap. 1, 18), Mt. 16, 18 (de q. l. v. in κατισχύω); Sap. 16, 13. 3 Macc. 5, 51 et saepe ap. profanos, v. *Grimm* ad 3 Macc. 5, 51; — in allegorico sermone i. q. *aditus, s. introitus in aliquem statum*, Mt. 7, 13 s. atque in t. vulg. Lc. 13, 24.*

**πυλών**, ῶνος, ὁ (πύλη), LXX passim pro פֶּתַח, aliquoties pro שַׁעַר, 1) *porta major;* palatii, Lc. 16, 20; aedium, Act. 10, 17; plur. (de portis urbis), Act. 14, 13. Ap. 21, 12 s. 15. 21. 25. 22, 14. — 2) *anterior aedium pars*, in quam per portam introitur; Mt. 26, 71 (coll. vs. 69. 75); Act. 12, 14; hinc ἡ θύρα τοῦ πυλῶνος, vs. 13.*

**πυνθάνομαι**, impf. ἐπυνθανόμην, aor. 2. ἐπυθόμην, verb. dep., ut ap. Graecos inde ab Hom., 1) *percontor, sciscitor;* sq. interrog. indir. c. indicat., Act. 10, 18; c. optat., Jo. 13, 24 t. vulg. *Grsb.;* Lc. 15, 26. 18, 36. Act. 21, 33; sq. interrog. directa, Act. 4, 7. 10, 29. 23, 19; παρά τινος τί, Jo. 4, 52; παρά τινος sq. interrog. indir. c. indic., Mt. 2, 4; τὶ περί τινος, Act. 23, 20. — 2) *percontando (sciscitando) cognosco;* sq. ὅτι, Act. 23, 34.*

**πῦρ**, ός, τό, inde ab Hom.; hebr. אֵשׁ; *ignis;* Mt. 3, 10. 12. 7, 19. 17, 15. Mc. 9, 22. Lc. 3, 9. 17. 9, 54. Jo. 15, 6. Act. 2, 19. 28, 5. 1 Co. 3, 13. Heb. 11, 34. Jac. 3, 5. 5, 3. Ap. 8, 5. 7. 9, 17 s. 11, 5. 13, 13. 14, 18. 15, 2. 16, 8. 20, 9; ἅπτειν πῦρ, accendere ignem, Lc. 22, 55; ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον, Lc. 17, 29; κατακαίειν τι ἐν πυρί, Ap. 17, 16. 18, 8; καίομαι πυρί, Mt. 13, 40. Heb. 12, 18. Ap. 8, 8. 21, 8; φλὸξ πυρός, flamma ignea, Act. 7, 30. (2 Th. 1. 8 *Lchm. Trg.*) Heb. 1, 7. Ap. 1, 14. 2, 18. 19, 12 (Exod. 3, 2 cod. alex. Jes. 29, 6); πῦρ φλογός, ignis flammans, 2 Th. 1, 8 t. vulg. *Grsb. Tdf.;* (Exod. 3, 2 cod. vat.; Sir. 45, 19); λαμπάδες πυρός, faces igneae, Ap. 4, 5; στύλοι π., Ap. 10, 1; ἄνθρακες π., ardentes, Ro. 12, 20 (v. ἄνθραξ); γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός, quae quasi flammularum formas referebant, Act. 2, 3; δοκιμάζειν διὰ πυρός, 1 Pet. 1, 7; πυροῦσθαι (q. v.), ἐκ π., Ap. 3, 18; ὡς διὰ πυρός, ut qui ambustus s. flammas passus, per ignem non illaesus, i. e. extra imaginem *non sine detrimento*, evasit, 1 Co. 3, 15; מֻצָּל מֵאֵשׁ, Sach. 3, 2 coll. Am. 4, 11; — de igne *infernali* s. tropice (de vehementissimis poenarum, quas post terrestria fata improbi subituri sint, doloribus; ita in sermonibus Jesu) s. proprie (ita videtur in apocalypsi) intelligendo usurpantur hae voces et dictiones: τὸ πῦρ, Mc. 9, 44. 46; τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, Mt. 18, 8. 25, 41 coll. 4 Macc. 12, 12; ἄσβεστον, Mc. 9, 43. 45; πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχειν, Jud. vs. 7; γέεννα τοῦ πυρός, Mt. 5, 22. 18, 9. Mc. 9, 47; κάμινος τ. πυρός, Mt. 13, 42. 50 (Dan. 3, 6); ἡ λίμνη τοῦ πυρ., Ap. 19, 20. 20, 10. 14 s.; πυρὶ τηρεῖσθαι, 2 Pet. 3, 7; βασανισθῆναι ἐν π., Ap. 14, 10 (coll. Lc. 16, 24); βαπτίζειν τινὰ πυρί (v. in βαπτίζω), Mt. 3, 11; — *lingua* dicitur πῦρ, quasi et ipsa incensa et incedens alia tum propter animum, qui eam regit, incensum, tum propter perniciosam, quam exercet, vim, Jac. 3, 6; ignis quum dissolvat conjuncta et compacta, ejus imagine adumbrantur *dissidia*, Lc. 12, 49; phrases metaphoricae: ἐκ πυρὸς ἁρπάζειν, exitii periculo eripere, Jud. vs. 23; πυρὶ ἁλίζεσθαι (v. in ἁλίζω), Mc. 9, 49; ζῆλος πυρός, ira ardens, fervida, Heb. 10, 27 (πῦρ ζήλου, Zeph. 1, 18. 3, 8); deus dic. πῦρ καταναλίσκον, ut qui ira incensus contumaces puniat et perdat, 12, 29.*

**πυρά**, ᾶς, ἡ (πῦρ), inde ab Hom., *rogus*, strues lignorum accensorum; Act. 28, 2 s.*

**πύργος**, ου, ὁ (cognat. nostro *Burg*, olim *Purg*), ut ap. Graecos inde ab Hom., *turris, aedificium munitum altius assurgens*, quo impetus hostium arceantur aut quo speculator positus ex omnibus partibus prospicere queat; ὁ ἐν τῷ Σιλωάμ, videtur dici turris in moenibus Hierosolymorum prope fontem Siloah exstructa, Lc. 13, 4; turris, quam custodes vineae tenent, Mt. 21, 33. Mc. 12, 1 (e Jes. 5, 2); aedificium turri formâ simile, quo tuto et commode habitari possit, Lc. 14, 28.*

**πυρέσσω** (πῦρ), *febricito* (Vulg. Cels. Senec. al.), *febri laboro;* Mt. 8, 14. Mc. 1, 30 (Eur. Arstph. Plut. Lcian. Galen. al.).*

**πυρετός**, οῦ, ὁ (πῦρ), 1) *aestus ignis* (Hom. Il. 22, 31). — 2) *febris;* Mt. 8, 15. Mc. 1, 31. Lc. 4, 39. Jo. 4, 52. Act. 28, 8 (Hippocr. Arstph. Plat. et sqq.; Deut. 28, 22); πυρ. μέγας, Lc. 4, 38 (ut Galen. de different. febr. 1: τὸν μέγαν τε καὶ μικρὸν πυρετόν).*

**πύρινος**, η, ον (πῦρ), *igneus;* θώρακες πύρ., i. e. micantes ut ignis, Ap. 9, 17. (Ez. 28, 14. 16. Arstot. Polyb. Plut. al.)*

**πυρόω** (πῦρ), inde ab Aeschl. et Pind., *igne injecto uro, accendo, incendo, comburo;* in N. T. habetur solum passiv. *a*) *ardeo, ignesco;* propr. 2 Pet. 3, 12; trop. de ardore perturbationum; *doloris*, 2 Co. 11, 29; *irae*, add. τοῖς θυμοῖς, i. q. *indignor*, 2 Macc. 4, 38. 10, 35. 14, 45; flagro aestu *libidinis*, 1 Co. 7, 9. — *b*) ptcp. pf. πεπυρωμένος, *candefactus*, Ap. 1, 15; *igne repletus; ignitus;* τὰ βέλη τὰ πεπ., tela rebus ad concipiendas flammas aptis iisque incensis repleta, Eph. 6, 16 (Apollod. bibl. 2, 5, 2); *igne liquefactus et a scoriis purgatus;* χρυσίον πεπυρ. ἐκ πυρός, Ap. 3, 18 (ita πυρόω ap. LXX pro צָרַף, velut τὸ ἀργύριον, Job. 22, 25. Zach. 13, 9. Ps. 11, 6. 65, 10).

**πυῤῥάζω** i. q. πυῤῥὸς γίνομαι, *rutilo, rubeo;* Mt. 16, 2 s. (Byzant.; πυῤῥίζω ap. LXX et Philon.)*

**πυῤῥός**, ά, όν (a πῦρ), inde ab Aeschl. et Hdt.,

*ignis colorem referens, rufus, rutilus;* Ap. 6, 4. 12, 3; LXX aliquoties pro אָרֹם.*

*Πύῤῥος, Pyrrhus,* nom. propr. viri; Act. 20, 4 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.**

*πύρωσις, εως, ἡ* (*πυρόω*), *incensio, incendium;* Ap. 18, 9. 18; ustio, qua uruntur metalla; per metaphoram ab igne exploratorio (de eo Prov. 27, 21) petitam: calamitates, quibus virtus probatur, 1 Pet. 4, 12 (Tertull. adv. Gnost. 12: „ne expavescatis ustionem, quae agitur in vobis in tentationem") coll. 1, 7. (eodem et alio usu ap. Arstot. Theophr. Plut. al.)*

*πωλέω, ῶ,* aor. 1. *ἐπώλησα* (*πέλω, πέλομαι,* verto, versor, unde *πωλοῦμαι,* versor, sq. *εἰς* c. acc. loci, frequenter obeo locum, cf. lat. *venio* et *veneo*), inde ab Hdt.; LXX pro מָכַר, propr. *merces muto,* i. e. *vendo;* absol. (opp. *ἀγοράζειν*) Lc. 17, 28. Ap. 13, 17; *οἱ πωλοῦντες* (opp. *οἱ ἀγοράζοντες,* emtores), *venditores,* Mt. 21, 12. 25, 9. Mc. 11, 15. Lc. 19, 45; c. acc. rei, Mt. 13, 44. 19, 21. 21, 12. Mc. 10, 21. 11, 15. Lc. 18, 22. 22, 36. Jo. 2, 14. 16. Act. 5, 1; suppl. *αὐτόν,* Act. 4, 37; *αὐτά,* vs. 34; pass. 1 Co. 10, 25; add. genit. pretii, Mt. 10, 29. Lc. 12, 6.*

*πῶλος, ου, ὁ* (ap. Graecos etiam *ἡ*), 1) *pullus equinus;* ita frequentissime inde ab Hom. — 2) univ. *pullus;* Ael. v. h. 4, 9; dic. speciatim de variorum animalium pullis; in N. To. de *pullo asinino,* Mt. 21, 2. 5. 7. Mc. 11, 2. 4 s. 7. Lc. 19, 30. 33. 35. Jo. 12, 15 (etiam in Geopon.); LXX aliquoties pro עַיִר; pro יַעֲלָה, ibex feminina, Prov. 5, 19.*

*πώποτε,* adv., *unquam;* Lc. 19, 30. Jo. 1, 18. 5, 37. 8, 33. 6, 35. 1 Jo. 4, 12.*

*πωρόω, ῶ,* aor. 1. *ἐπώρωσα* (Jo. 12, 40 *Tdf. Trg.*), pf. *πεπώρωκα,* ptcp. pf. pass. *πεπωρωμένος,* aor. 1. pass. *ἐπωρώθην* (*πῶρος,* callum, induratio), *callum obduco, callo obducendo duro;* metaph. *καρδίαν,* mentem hebetem reddo, Jo. 12, 40; pass. *occallesco, induresco, hebes fio, facultate intelligendi privor,* Ro. 11, 7; *τὰ νοήματα,* 2 Co. 3, 14; *ἡ καρδία,* Mc. 6, 52. 8. 17. Cf. *Fritzsche* ad Mc. p. 78 s.; ad Rom. T. II, p. 451 s.*

*πώρωσις, εως, ἡ* (*πωρόω,* q. v.), pr. *calli obductio;* trop. *obtusa acies mentis; γέγονέ τινι,* alicujus mens praestricta est, Ro. 11, 25; *τῆς καρδίας,* mens obdurata, hebetata, dic. de contumacia, Mc. 3, 5. Eph. 4, 18.*

*πῶς* (ab obsol. *ΠΟΣ,* unde *ποῦ, ποῖ* al.), adv., quod est I) interrogantis: *quomodo? qua ratione?* 1) in interrog. *directa,* sq. *a*) indicativo, est *α*) sciscitantis ac doceri cupientis, Lc. 1, 34. 10, 26. Jo. 3, 9. 9, 26. 1 Co. 15, 35; *πῶς οὖν,* Jo. 9, (vs. 10 *Tdf.*) 19. Ro. 4, 10. — *β*) alterum confutaturi atque id, de quo interrogatur, fieri aut factum esse diserte negantis, Mt. 12, 29. Mc. 3, 23. Lc. 11, 18. Jo. 3, 4. 12. 5, 44. 47. 6, 52. 9, 16. 1 Jo. 3, 17. 4, 20. Ro. 3, 6. 6, 2. 1 Co. 14, 7. 9. 16. 1 Tim. 3, 5. Heb. 2, 3; *καὶ πῶς,* Mc. 4, 13. Jo. 14, 5; *πῶς οὖν,* Mt. 12, 26. Ro. 10, 14; *πῶς δέ,* Ro. 10, 14 s. (de quo l. v. infra sub *b*); — ubi aliquid asseveratur et responsio affirmans exspectatur, dic. *πῶς οὐχί,* Ro. 8, 32. 2 Co. 3, 8. — *γ*) *mirantis* et id quod factum est vel dicitur, non potuisse fieri vel dici, vel non recte fieri aut dici opinantis, ubi idem est ac *qui fit* s. *factum est, ut..?* Gal. 2, 14 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* Mt. 22, 12. Jo. 4, 9. 6, 52. 7, 15; *πῶς λέγεις, λέγουσι κτλ.,* Mc. 12, 35. Lc. 20, 41. Jo. 8, 33; *καὶ πῶς,* Lc. 20, 44. Act. 2, 8; *καὶ πῶς σὺ λέγεις,* Jo. 12, 34. 14, 9; *πῶς οὖν,* 6, 42. Mt. 22, 43; *πῶς οὐ, quidni, cur non?* Mc. 8, 21 t. vulg. *Grsb.;* 4, 40. Mt. 16, 11. Lc. 12, 56. — *b*) sq. conjunctivo deliberativo (ubi quaeritur, qui effici possit, quod effici oporteat); *πῶς πληρωθῶσιν αἱ γραφαί* (scripturae, quas eventum habere oportet), *wie sollen erfüllt werden?* Mt. 26. 54; *πῶς φύγητε* (vos, qui effugere vultis), *wie sollt ihr entfliehen?* 23, 33. Sir. 49, 11. Cf. *Fritzsche* ep. ad Rom. T. II, p. 405 s. — *c*) sq. *ἄν* c. optat., *πῶς γὰρ ἂν δυναίμην;* Act. 8, 31 (de quo l. v. in *ἄν,* p. 22, col. 2. *Win.* p. 284). — II) E negligentiore usu nonnumquam jam ap. Atticos obvio, ap. recentiores autem frequentiore in *indirecta* oratione, ubi e legitimo usu *ὅπως* poni debebat; cf. *Win.* p. 475; *a*) c. indic. praes., Mt. 6, 28. Mc. 12, 41. Lc. 12, 27. Act. 15, 36. 1 Co. 3, 10. Eph. 5, 15. Col. 4, 6. 1 Tim. 3, 15; *τὸ πῶς* (de articulo v. p. 303, col. 2); *πῶς* c. indic. impf., Lc. 14, 7; c. indic. pfcti., Ap. 3, 3; c. indic. aor., Mt. 12, 4. Mc. 2, 26. Lc. 8, 36. Act. 9, 27 al.; post *ἀναγινώσκειν,* Mc. 12, 36 *Tdf. Trg.; qui factum sit, ut..,* Jo. 9, 15; c. indicat. futuri; *μεριμνᾷ, πῶς ἀρέσει* (quia directe quaeritur: *πῶς ἀρέσω;*), 1 Co. 7, 32—34; *ἐζήτουν, πῶς αὐτὸν ἀπολέσουσιν,* quo modo eum interfecturi essent („*wie sie ihn umbringen würden;* ita ut de eo interficiendo non dubitarent, nec nisi de modo quo id facturi essent quaererent), Mc. 11, 18 t. vulg. (sed rectius ibi ex optimis codd., etiam sinait., legitur *ἀπολέσωσιν,* quomodo eum interficerent, *wie sie ihn umbringen sollten*). — *b*) c. conj. aor. eodemque deliberativo, Mc. 11, 18 *Lchm. Tdf. Trg.;* 14, 1. 11. Mt. 10, 19. Lc. 12, 11; *τὸ πῶς,* Lc. 22, 2. 4. Act. 4, 21. Est III) exclamantis, *quam; πῶς δύσκολόν ἐστιν,* Mc. 10, 24; *πῶς παραχρῆμα,* Mt. 21, 20; *πῶς δυσκόλως,* Mc. 10, 23. Lc. 18, 24; cum verbo, quantopere! *πῶς συνέχομαι!* Lc. 12, 50; *πῶς ἐφίλει αὐτόν!* Jo. 11, 36.

*πώς,* partic. enclitica, de qua v. in *εἴπως, μήπως.*

# P.

*Ῥαάβ* (et *Ῥαχάβ,* Mt. 1, 5; *Ῥαχάβη, ης,* ap. Joseph.) *ἡ* (רָחָב, latus, amplus), *Rahab,* meretrix hierochuntina; Heb. 11, 31. Jac. 2, 25.*

*ῥαββί, Tdf. ῥαββεί* (hebr. רַבִּי, a רַב, multus, magnus), pr. *mi magne, mi amplissime;* (parum recte alii ִי putant esse iod paragogicum), *Rabbi,* nomen, quo Judaei doctores salutare (atque etiam extra alloquia ornare, cf. gallic. *monsieur, monseigneur*) solebant; Mt. 23, 7; graece vertitur *διδάσκαλος,* Mt. 23, 8 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* salutatur hoc nomine Joannes baptista, Jo. 3, 26; Jesus tum a discipulis suis, Mt. 26, 25. 49. Mc. 9, 5. 11, 21. Jo. 1, 39. 50. 4, 31. 9, 2. 11, 8; tum ab aliis, Jo. 3, 2. 6, 25; per diplasiasmum, quo intentio animi proditur, *ῥαββί, ῥαββί,* in t. vulg. et ap. *Grsb.* Mt. 23, 7 et Mc. 14, 45 (ita רַבִּי רַבִּי pro אבי

אבי Targ. 2 Reg. 2, 12). Cf. *Lightfoot* hor. hebr. et talm. ad Mt. 23, 7. *Pressel* in *Herzog* Enc. 12, p. 471 s.

*ῥαββουί* (ita t. vulg. Mc. 10, 51) et *ῥαββουνί* (chald. רִבּוֹן, dominus; רַבָּן, magister, praefectus, princeps; cf. *Levi* Chald. WB. üb. d. Targumim, II, p. 401), *Rabboni, Rabbuni* (e galilaea, ut videtur, pronuntiatione pro רִבּוֹנִי), honoris et reverentiae titulus, quo Jesus compellatur, ex addicta Joannis interpretatione i. q. *διδάσκαλος*, Jo. 20, 16. Mc. 10, 51 (v. in *ῥαββί*). Cf. *Keim* III, p. 560. *Delitzsch* Zeitschr. f. d. luth. Theologie, 1876, p. 409 et 606; item 1878, p. 7.*

*ῥαβδίζω*, aor. 1. pass. *ἐῤῥαβδίσθην* et (*Lchm. Tdf. Trg.*) *ἐραβδίσθην* (v. in *προςρήγνυμι*), (*ῥάβδος*), *virgis caedo;* Act. 16, 22. 2 Co. 11, 25. (Judd. 6, 11. Ruth. 2, 17. Arstph. Diod. al.)*

*ῥάβδος, ου, ἡ*, vario usu inde ab Hom.; LXX pro מַטֶּה, שֵׁבֶט, מַקֵּל, מִשְׁעֶנֶת al.; — *baculum, baculus;* i. q. *virga, ramus*, Heb. 9, 4 (Num. 17, 2 ss. t. hebr. 17, 16 ss.); Ap. 11, 1; *virga*, qua aliquis caeditur, 1 Co. 4, 21 (Plat. legg. 3, p. 700 c. Plut. al.; *πατάσσειν τινὰ ἐν ῥάβδῳ*, Exod. 21, 20. Jes. 10, 24); *scipio*, quo utuntur viatores, Mt. 10, 10. Mc. 6, 8. Lc. 9, 3; aut fulcro innixuri, Heb. 11, 21 (e LXX Gen. 47, 31., qui legerunt מַטֶּה pro מִטָּה, lectus); aut pastores, Ap. 2, 27. 12, 5. 19, 15., quibus in locis ut *ἐν ῥάβδῳ ποιμαίνειν* tropic. dic. de rege, ita *ῥάβδῳ σιδηρᾷ* de dominatione severissima; hinc *ῥάβδ.* est i. q. *sceptrum* regis (ut שֵׁבֶט, Ps. 2, 9. 45, 8; pro שַׁרְבִיט. Esth. 4, 11. 5, 2), Heb. 1, 8 (e Ps. 45, 8).*

*ῥαβδοῦχος, ου, ὁ* (*ῥάβδος, ἔχω*, cf. *εὐνοῦχος*), *virgas*, i. e. *fasces gerens, lictor* (minister publicus, qui magistratibus fasces s. bacilla et alia dignitatis insignia praeferebat); Act. 16, 35. 38. (Polyb. Diod. 5, 40. Dion. Hal.; Hdian. 7, 8, 10; *διὰ τί λικτώρεις τοὺς ῥαβδούχους ὀνομάζουσι*; Plut. quaest. rom. c. 67.)*

*Ῥαγαύ* s. (*Tdf.*) *Ῥαγαῦ* (רְעוּ, Gen. 11, 18), *ὁ*, *Ragavus*, unus e majoribus Abrahami; Lc. 3, 35.*

*ῥᾳδιούργημα, τος, τό* (a *ῥᾳδιουργέω* et hoc a *ῥᾳδιουργός*, composito ex *ῥᾴδιος* et *ΕΡΓΩ*. Est autem *ῥᾳδιουργός* pr. qui aliquid facili negotio ac scite peragit; deinde in malam partem homo, qui facile ad scelus perpetrandum prorumpit, qui artes fraudis callet), *facinus dolosum; πονηρόν*, Act. 18, 14. (Dion. Hal., Plut. Lcian.; scr. eccles.)*

*ῥᾳδιουργία, ας, ἡ* (v. in *ῥᾳδιούργημα*, cf. *πανουργία*), 1) pr. *facilitas agendi;* 2) levitas in sentiendo et agendo; studium ignavae et mollis vitae (Xen.) — 3) *versutia, fraus, nequitia;* Act. 13, 10 (Pol. 12, 10, 5; saepius ap. Plut.).*

*ῥακά* (*Tdf. ῥαχά*), vox chald. רֵיקָא (hebr. רֵיק), *vacuus*, i. e. *homo vanus, ineptus;* qua voce Judaei tempore Christi ad conviciandum utebantur; Mt. 5, 22.*

*ῥάκος, ους, τό* (*ῥήγνυμι*), *pars abscissa;* speciat. *particula abscissa panni; pannus;* Mt. 9, 16. Mc. 2, 21. (Hom. Hdt. Arstph. Soph. Eur. Joseph. LXX al.)*

*Ῥαμᾶ* (רָמָה, i. e. locus editus), *ἡ*, *Rama*, oppidum tribus benjaminiticae, sex romanis milliariis septemtrionem versus in via ad Bethelem ferente ab Hierosolymis distans, hodie vicus *er Ram;* Mt. 2, 18 (e Jer. 31, 15). Cf. *Win.* RWB. s. v.; *Graf* in Theol. Studd. u. Kritt. 1854, 4, p. 851 ss. *Pressel* in *Herzog* Enc. 12, p. 515 s. *Furrer* in *Schenkel* BL. 5, p. 37.*

*ῥαντίζω* (a *ῥαντός*, adspersus, et hoc a *ῥαίνω*), aor. 1. *ἐῤῥάντισα* et (ap. *Lchm. Tdf. Trg.*) *ἐράντισα* (v. in *προςρήγνυμι*), pro *ῥαίνω*, Graecis usitatiore, *conspergo, adspergo;* pr. *τινά*, Heb. 9, 13 (de ritu ibi memorato cf. Num. 19, 2—10 et *Win.* RWB. Art. *Sprengwasser*); vs. 19; *τὶ αἵματι*, vs. 21; — *conspergendo purgo*, hinc trop. *lustro, purgo;* *ἐῤῥαντισμένοι* (*Tdf. ῥεραντισμένοι, Lchm. Trg. ῥερ.* c. spiritu leni; cf. *Win.* p. 72. *Bttm.* ntl. Gr. p. 29. *Lipsius* Gramm. Untersuchungen p. 18 s.) *τὰς καρδίας* (de quo acc. v. *Bttm.* ntl. Gr. p. 164), *ἀπό κτλ.*, Heb. 10, 22. (Athen. 12, p. 521 a; pro חִטֵּא Ps. 51, 8; pro הִזָּה Lev. 6, 27. 4 Reg. 9, 33.)*

*ῥαντισμός, οῦ, ὁ* (*ῥαντίζω*, q. v.), vox solum biblica et eccles., *adspersio* (*lustratio*); *αἷμα ῥαντισμοῦ*, sanguis adspersioni destinatus (lustrationi inserviens), Heb. 12, 24 (*ὕδωρ ῥαντισμοῦ* pro מֵי נִדָּה, Num. 19, 9. 13. 20 s.); *εἰς ῥαντισμὸν αἵματος Ἰησοῦ Χρ.*, i. e. *εἰς τὸ ῥαντίζεσθαι* (s. *ἵνα ῥαντίζωνται*) *αἵματι Ἰης. Χρ.*, ut expientur (s. a peccatorum culpa purgentur) sanguine Christi, 1 Pet. 1, 2.*

*ῥαπίζω*, f. *ίσω*, aor. 1. *ἐῤῥάπισα* et (*Lchm. Tdf. Trg.*) *ἐράπισα* (v. in *προςρήγνυμι*), (a *ῥαπίς*, virga), 1) *virgâ* aut *baculo caedo* (Xenoph. ap. Diog. L. 8, 36; Hdt. Dem. Polyb. Plut. al.). — 2) *palmâ os caedo; alapam infligo; τινά*, Mt. 26, 67 (ubi distinguitur a *τῷ κολαφίζειν*. Nam *ῥαπίσαι· πατάσσειν τὴν γνάθον ἁπλῇ τῇ χειρί* [non pugno], Suid., unde Vulg. l. c. vertit: *palmas in faciem ejus dederunt*); *τινὰ ἐπὶ τὴν σιαγόνα*, Mt. 5, 39. (Hos. 11, 4). Cf. *Fischer* de vitiis lexx. p. 61 ss. *Lob.* ad Phryn. p. 175.*

*ῥάπισμα, τος, τό* (*ῥαπίζω*, q. v.), 1) *ictus, qui virga* aut *baculo* aut *flagello incutitur* (Antiph. ap. Athen. 14, p. 623 b. Anthol. Lcian.). — 2) *alapa; βάλλειν τινὰ ῥαπίσμασιν* (v. in *βάλλω*), Mc. 14, 65; *διδόναι τινὶ ῥάπισμα*, Jo. 18, 22; *ῥαπίσματα*, 19, 3.*

*ῥαφίς, ίδος, ἡ* (*ῥάπτω*, suo), *acus;* Mt. 19, 24. Mc. 10, 25 atque in t. vulg. et *Grsb.* Lc. 18, 25. Graecis usitatius est *βελόνη* (q. v.), v. *Lob.* ad Phryn. p. 90.*

*Ῥαχάβ*, v. in *Ῥαάβ*.

*Ῥαχήλ* (רָחֵל, ovis), *ἡ*, *Rachel*, uxor Jacobi patriarchae; Mt. 2, 18 (e Jer. 38 [heb. 31] 15).*

*Ῥεβέκκα* (רִבְקָה, a רָבַק, ap. Hebr. inusitato, ap. Arab. *ligavit, constrinxit*, unde subst. puellam designat viros pulchritudine irretientem), *ἡ*, *Rebecca*, uxor Isaaci; Ro. 9, 10.*

*ῥέδη* (teste Quinctil. 1, 5, 57 gallicum nomen), *ης, ἡ*, *rheda*, „genus vehiculi quatuor rotarum" (Isidor. 20, 12); Ap. 18, 13.*

*Ῥεμφάν* (t. vulg. *Grsb.*) s. *Ῥεφάν* (*Lchm. Trg.*) s. *Ῥομφάν* (*Tdf.*), *Remphan, Rephan, Romphan*, copticum nomen propr. *Saturni*; Act. 7, 43 ex Amos. 5, 26., ubi LXX nomine *Ῥαιφάν* reddunt hebraeum כִּיּוּן, quod a multis idem esse putatur ac syr. ܟܐܘܢ, arab. كَيْوَانُ, ap. Syros et Arabes Saturnum designans, ab aliis vero pro appellativo nomine habetur *tabulatum* (*Gerüst;* ita *Hitzig*) aut *statuam* (ita *Gesenius*) significante, a כּוּן ad normam formarum חַבּוּק, פִּגּוּל al. formato. Cf. *Win.* RWB. s. v. Saturn; *Gesenii* Thes. p. 669. *J. G. Müller* in *Herzog* Realencykl. T. 12, p. 736. *Merx* in *Schenkel* BL. 1, p. 516. *Schrader* in *Riehm* HWB. p. 234.

*ῥέω*, f. *ῥεύσω* (Graecis usitatius est *ῥεύσομαι*, v. *Win.* p. 85. *Lob.* ad Phryn. p. 739), inde ab Hom., LXX pro זוּב, *fluo;* Jo. 7, 38.*

*ΡΕΩ*, v. *εἶπον*.

*Ῥήγιον, ίου, τό*, *Rhegium* (nunc *Reggio*), extremum oppidum Bruttiorum atque promontorium Italiae e regione Messanae in Sicilia (dictum ut videtur a graeco verbo *ῥήγνυμι* propterea, quod ibi Sicilia ab Italia credebatur esse abrupta, id quod jam notat Plin. h. n. 3, 14); Act. 28, 13.*

*ῥῆγμα, τος, τό* (*ῥήγνυμι*), 1) *quod ruptum est;*

*a*) *fractura, fissura, rima;* Hippocr. Dem. Pol.; pro בֶּקַע, Am. 6, 11. — *b*) plur. pro קְרָעִים, *panni laceri;* 3 Reg. 11, 30 s. 4 Reg. 2, 12. — *c*) *ruina* (*Einsturz*); Lc. 6, 49.*

*ῥήγνυμι* (Mt. 9, 17) et *ῥήσσω* (Hom. Il. 18, 571. 3 Reg. 11, 31. Mc. 2, 22. 9, 18), fut. *ῥήξω*, aor. 1. *ἔῤῥηξα*, inde ab Hom., LXX pro בָּקַע et קָרַע, — *rumpo, disrumpo, perrumpo; a*) univ. *τοὺς ἀσκούς*, Mc. 2, 22. Lc. 5, 37; pass. Mt. 9, 17; i. q. *dilacero, τινά*, Mt. 7, 6. — *b*) sc. *εὐφροσύνην* (antea quasi vinculis constrictam), *in jubila erumpo;* Gal. 4, 27 e Jes. 54, 1 (plena phrasis habetur Jes. 49, 13. 52, 9; ap. Graecos *ῥηγνύναι κλαυθμόν, οἰμωγήν, δάκρυα*, inprimis *φωνήν*, de infantibus vel mutis loqui incipientibus, cf. *Passow* II, p. 1332. — *c*) i. q. *σπαράσσω, distorqueo*, de daemone in obsesso homine convulsiones efficiente, Mc. 9, 18. Lc. 9, 42., quo utroque loco multi explicant *humi prosterno* (*niederreissen, zu Boden werfen;* id quod evenire solet epilepticis), quo sensu Artem. oneir. 1, 62 luctator *ῥῆξαι τὸν ἀντίπαλον* dicitur. Hesych.: *ῥῆξαι· καταβαλεῖν*. Idem: *ῥῆξε· κατέβαλε*. Cf. *Kuinoel* et *Fritzsche* ad Mc. 9, 18.*

*ῥῆμα, τος, τό* (a *ῬΕΩ*. pf. pass. *εἴρημαι*), inde a Theogn. Hdt. Pind.; LXX maxime pro דָּבָר; praeterea pro אֹמֶר, מִלָּה, פֶּה, אִמְרָה al.; — 1) pr. *quod viva voce pronuntiatur s. pronuntiatum est, verbum*, i. e. *a*) *quisque sonus, qui voce profertur certum significatum habens;* Mt. 27, 14; *ῥ. γλώσσης*, Sir. 4, 24; *φωνὴ ῥημάτων*, sonitus verborum, Heb. 12, 19; *ῥήματα ἄῤῥητα*, 2 Co. 12, 4. — *b*) Plur. *τὰ ῥήματα*, *oratio* (quia verbis constat sive paucis sive multis), Lc. 7, 1. Act. 2, 14; *dicta, effata*, Jo. 8, 20. 10, 21. Act. 16, 38; *τὰ ῥ. τινος*, *quod aliquis dixit*, Lc. 24, 8, 11; *vel docuit*, Ro. 10, 18; *τὰ ῥ. μου*, id quod doceo, Jo. 5, 47. 12, 47 s. 15, 7; *τὰ ῥ. ἃ ἐγὼ λαλῶ*, Jo. 6, 63. 14, 10; *ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις*, id quod tu doces, vitam progignit aeternam, 6, 68; *τὰ ῥ. τοῦ θεοῦ*, effata, quibus per aliquem deus mentem suam declarat, 8, 47; *λαλεῖ τις τὰ ῥ. τοῦ θ.*, eloquitur aliquis id quod deus ei praecepit, 3, 34; *λαλεῖν πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης*, tradere totam doctrinam de hac vita, i. e. de vita aeterna, Act. 5, 20; *τὰ ῥ., ἃ δέδωκάς μοι*, id quod mihi praecepisti, ut traderem, Jo. 17, 8; *ῥήματα λαλεῖν πρός τινα, ἐν οἷς* etc., docere aliquem aliqua, quibus etc., Act. 11, 14; *τὰ ῥήματα τὰ προειρημένα ὑπό τινος*, ea quae praedixit aliquis, 2 Pet. 3, 2. Jud. vs. 17; *λαλεῖν ῥήματα βλάσφημα εἴς τινα*, aliquid contumeliose dicere in aliquem, Act. 6, 11; *κατά τινος*, contra aliquid, vs. 13. — *c*) *complexus verborum in unam sententiam conjunctorum* (*mentis declaratio verbis facta*); *α*) univ. *dictum*, vox, quod nos dicimus *eine Aeusserung;* Mt. 26, 75. Mc. 9, 32. 14, 72. Lc. 2, 50. 9, 45. 18, 34. 20, 26. Act. 11, 16. 28, 25; c. adjectivis, *ῥῆμα ἀργόν*, Mt. 12, 36; *εἰπεῖν πονηρὸν ῥῆμα κατά τινος*, conviciis aliquem incessere, Mt. 5, 11. — *d*) *cujusvis generis dictum*, velut *nuntius, narratio;* de re aliqua facta, *λαλεῖν τὸ ῥ. περί τινος*, Lc. 2, 17; *ῥῆμα τῆς πίστεως*, nuntius de necessitate fidei in Christo ponendae, Ro. 10, 8; *promissio*, Lc. 1, 38. 2, 29; *καλὸν θεοῦ ῥῆμα*, grata dei promissio (salutis), Heb. 6, 5 (v. in *καλός*, e); *καθαρίσας - - ἐν ῥήματι*, ex promissione (pr. *auf Grund von Verheissung*, i. e. *verheissenermassen;* intelligitur enim promissio veniae peccatorum; cf. Mc. 16, 16), Eph. 5, 26; *vox qua aliquid jubetur, indicitur, praecipitur*, Mt. 4, 4. (Lc. 4, 4 t. vulg. *Grsb. Lchm.*) Heb. 11, 3; *mandatum*, Lc. 5, 5; *ἐγένετο ῥῆμα θεοῦ ἐπί τινα*, Lc. 3, 2; *πρός τινα*, Gen. 15, 1. 3 Reg. 18, 1. Jer. 1, 1; pl. *ῥήματα παρὰ σοῦ*, a te dicenda, Act. 10, 22; *ῥῆμα τῆς δυνάμεως αὐτοῦ*, imperium omnipotentiae suae, Heb. 1, 3. — *doctrina, institutio; τὸ ῥ. τοῦ θεοῦ*, institutio divina per evangelii praecones, Ro. 10, 17; doctrina salutaris, quae deum habet auctorem, Eph. 6, 17; item *τοῦ κυρίου*, 1 Pet. 1, 25; *oraculum, τὰ ῥ. τοῦ θεοῦ*, Ap. 17, 17 t. vulg. — 2) Ex imitatione hebr. דָּבָר *id de quo dicitur, res;* et quidem *a*) *res quatenus narrata est s. narratur*, Lc. 2, 15. Act. 10, 37; plur. Lc. 1, 65. 2, 19. 51. Act. 5, 32. 13, 42. — *b*) *quatenus esse jubetur*, Lc. 1, 37 (Gen. 18, 14. Deut. 17, 8). — *c*) *res de qua disceptatur; causa;* Mt. 18, 16. 2 Co. 13, 1 (Deut. 19, 15).*

*Ῥησά, ὁ, Rhesa*, filius Serubabelis; Lc. 3, 27.*

*ῥήσσω*, v. *ῥήγνυμι*.

*ῥήτωρ, ορος, ὁ* (*ῬΕΩ*), *rhetor, orator* (Arstph. Soph. Eur. Xen. Plat. al.); de oratore forensi s. causidico, Act. 24, 1.

*ῥητῶς* (*ῥητός*), adv., *diserte, disertis* verbis; *ῥητῶς λέγει*, 1 Tim. 4, 1 (Pol. 3, 23, 5. Strabo 9, p. 426. Plut Brut. 29. Diog. L. 8, 71).*

*ῥίζα, ης, ἡ* (cognat. nostro *Reis*), inde ab Hom., LXX pro שֹׁרֶשׁ, 1) *radix;* propr. Mt. 3, 10. Lc. 3, 9; *ἐκ ῥιζῶν*, radicitus, Mc. 11, 20; *ῥίζαν ἔχειν*, radices agere in profundis, Mt. 13, 6. Mc. 4, 6; trop. *οὐ ῥίζ. ἔχειν ἐν ἑαυτῷ* dic. is qui divinam veritatem primis tantum labris gustavit neque eam in animi sui penetralia se insinuare passus est, Mt. 13, 21. Mc. 4, 17. Lc. 8, 13; in orat. parabol. *ῥίζα πικρίας* (v. in *πικρία*) de homine ad deserenda Christianorum sacra proclivi et alios ad committendum idem crimen inducente, Heb. 12, 15; gentis progenitores dic. *ῥίζα*, posteri *κλάδοι* (v. in *κλάδος*), Ro. 11, 16—18. — metaph., *causa, origo, fons; πάντων τῶν κακῶν*, 1 Tim. 6, 10; *τῆς σοφίας*, Sir. 1, 5. 20; *τῆς ἀθανασίας*, Sap. 15, 3; *τῆς ἁμαρτίας*, de diabolo, Ev. Nicod. 23; *ἀρχὴ καὶ ῥίζα παντὸς ἀγαθοῦ*, Epicur. ap. Athen. 12, 67, p. 546 s. *πηγὴ κ. ῥίζα καλοκαγαθίας τὸ νομίμου τυχεῖν παιδείας*, Plut. de pueror. educat. c. 7, b. — 2) ex usu hebr. שֹׁרֶשׁ, id quod instar radicis e radice pullulat, *surculus* (*ein Reis*); metaph. *proles, progenies;* Ro. 15, 12. Ap. 5, 5. 22, 16 (Jes. 11, 10).*

*ῥιζόω, ῶ* (*ῥίζα*), inde ab Hom., *facio radices agere; radicibus munio;* ut saepe apud Graecos (v. *Passow* s. v.) trop. *firmum reddo, stabilio, efficio, ut alte insideat* aliquis vel aliquid; pass. *ἐῤῥιζωμένος* (Vulg. *radicatus*) *ἐν ἀγάπῃ*, Eph. 3, 18; *ἐν Χριστῷ*, in communione Christi, Col. 2, 7.*

*ῥιπή, ῆς, ἡ* (*ῥίπτω*), ap. Graecos poetis frequentatum inde ab Hom., *jactus, ictus; ὀφθαλμοῦ, ictus oculi* (Vulg.), *punctum temporis*, 1 Co. 15, 52.*

*ῥιπίζω* (a *ῥιπίς*, follis, flabellum, hinc), 1) pr. *auram excito s. inflandi ignis s. refrigerandi causa;* hinc *a*) *ignem inflo; φλόγα, πῦρ*, Anthol. 5, 122, 6. Plut. Flam. 21. — *b*) *flabello* (Tertull.) i. e. *frigus ventilo* (*anfächeln*), Plut. Anton. 26. — 2) *huc illuc jacto, agito;* de vento, *πρὸς ἀνέμων ῥιπίζεται τὸ ὕδωρ*, Philo de incorrupt. mundi, §. 24; *ῥιπιζομένη ἄχνη*, Dio C. 70, 4; *δῆμος ἄστατον, κακὸν καὶ θαλάσσῃ πάνθ' ὅμοιον, ὑπ' ἀνέμου ῥιπίζεται*, Dio Chr. 32, p. 368 b; hinc junct. c. *ἀνεμίζεσθαι* de eo, cujus animus fiduciae expers inter spem metumque, inter agendum omittendumve aliquid incertus fluctuat, Jac. 1, 6.*

*ῥιπτέω*, v. *ῥίπτω*.

*ῥίπτω* et *ῥιπτέω* (*ῥιπτούντων*, Act. 22, 23; de utriusque formae vario, quem alii alium statuunt significatu cf. *Passow* II, p. 1341), aor. 1. *ἔῤῥιψα*, *Tdf.* *ἔριψα* (v. in *προσρήγνυμι*) 3 ps. sing. pf. pass. *ἔῤῥιπται* (Lc. 17, 2), ptcp. pf. pass. *ἐῤῥιμμένος*, *Tdf. Trg.* *ἐριμμένος*, *Lchm.* *ῥερ.* c. spir. leni (Mt. 9, 36; v. in *ῥαντίζω*), inde ab Hom.; LXX

maxime pro הִשְׁלִיךְ; — *jacio;* i. q. *dejicio; τί,* Act. 27, 19; *τὶ ἐκ τινος,* vs. 29; *τινὰ εἰς τὴν θάλασσαν,* Lc. 4, 35; i. q. *abjicio; τὰ ἱμάτια* (Plat. rep. 5, p. 474 a). Act. 22, 23 (abjiciebant vestimenta, quo faciliores essent ad actum lapidandi); *τὰ ὅπλα,* 1 Macc. 5, 43. 7, 44. 11, 51. Xen. Cyr. 4, 2, 33 et saepe ap. alios Graecos; — i. q. *projicio; τινὰ εἴς τι,* Lc. 4, 35; *τινὰς παρὰ τοὺς πόδας Ἰησοῦ,* injuncta notione festinationis et incuriae, *demitto,* de iis, qui aegrotos ad pedes Jesu deponebant eos ejus arbitrio relinquentes ac nihil dubitantes, quin sanare eos posset, Mt. 15, 30; i. q. *prosterno; ἐῤῥιμμένοι,* humi prostrati prae lassitudine, fame al., Mt. 9, 36 (*καταλαβὼν ἐῤῥιμένους καὶ μεθύοντας,* hostes humi stratos, Pol. 5, 48, 2; de occisis Jer. 14, 16; *ἐῤῥιμένα σώματα,* 1 Macc. 11, 4; alia exempla v. ap. *Wahl* Clav. apocr. V. Ti. s. v.; *τῶν νεκρῶν ἐῤῥιμένων ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς,* Plut. Galb. 28).*

*Ῥοβοάμ,* (רְחַבְעָם, i. e. dilatans populum, i. q. *Εὐρύδημος* ap. Graecos, רָחַב et עָם), *ὁ, Roboam, Rehabeamus,* Salomonis regis filius et in imperio successor; Mt. 1, 7.*

*Ῥόδη, ης, ἡ, Rhode,* nom. pr. ancillae cujusdam; Act. 12, 13.*

*Ῥόδος, ου, ἡ, Rhodus,* Cycladum insula nobilissima e regione Cariae et Lyciae, cum ejusdem nominis metropoli; Act. 21, 1 (1 Macc. 15, 23).*

*ῥοιζηδόν* (*ῥοιζέω,* strepo), adv., *cum strepitu;* 2 Pet. 3, 10 (Nic. th. 556. Geop. al.).*

*ῥομφαία, ας, ἡ, rhomphaea; gladius major;* pr. *jaculum oblongum gentis Thracum,* item genus gladii oblongi, in humero dextro gestari soliti, (Hesych. *ῥομφαία· θράκιον ἀμυντήριον, μάχαιρα, ξίφος ἢ ἀκόντιον μακρόν.* Cf. Plut. Aemil. 18); Ap. 1, 16. 2, 12. 16. 6, 8. 19, 15. 21; *σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία,* per imaginem: tuum animum acerbissimus dolor perfundet et quasi perforabit, Lc. 2, 35., ubi cf. *Kuinoel.* (Jos. antt. 6, 12, 4. 7, 12, 1; — in Ev. Nicod. 26 Michael archangelus, paradisi custos appellatur *ἡ φλογίνη ῥομφαία.* — LXX persaepe pro חֶרֶב, saepe etiam in apocr. V. Ti. habetur.)*

*Ῥουβήν* (ap. Jos. antt. 1, 19, 8 *Ῥούβηλος*), *ὁ* (רְאוּבֵן, i. e. en filius! Gen. 29, 32), *Ruben,* filius primogenitus Jacobi ex Lea; Ap. 7, 5.*

*Ῥούθ* (ap. Jos. antt. 5, 9, 2 *Ῥούθη, ης*), *ἡ* (רוּת pro רְעוּת, amica), *Ruth,* mulier moabitica, e majoribus regis Davidis, cujus historia in libro canonico nomen ejus gerente narratur; Mt. 1, 5.*

*Ῥοῦφος, ου, ὁ, Rufus,* latinum nom. propr. viri christiani; Mc. 15, 21. Ro. 16, 13.*

*ῥύμη, ης, ἡ* (a *ῬΥΩ,* i. q. *ἐρύω,* traho), 1) ap. antiquiores Graecos *libratio, impetus, vis, tractus.* — 2) ap. recentiores: tractus viae in oppido utrinque aedificiis septae, *platea, vicus;* Mt. 6, 2. Lc. 14, 21. Act. 9, 11. 12, 10; cf. Jes. 15, 3. Sir. 9, 7. Tob. 13, 18. Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 404.*

*ῥύομαι,* deponens med., f. *σομαι,* aor. 1. *ἐῤῥυσάμην* et (ubique ap. *Trg.;* ap. *Tdf.* Col. 1, 13. 2 Tim. 3, 11; ap. *Lchm.* 2 Tim. 3, 11) *ἐρυσάμην* (v. in *προσρήγνυμι*); in fatiscente graecitate c. aor. 1. pass. *ἐῤῥύσθην* et (2 Tim. 4, 17 *Lchm. Tdf. Trg.*) *ἐρύσθην,* inde ab Hom.; app. LXX maxime pro הִצִּיל; praeterea pro גָּאַל, פִּלֵּט (evadere fecit, liberavit), חָלַץ (extraxit), מִלֵּט, הוֹשִׁיעַ al.; a *ῬΥΩ,* traho, unde pr. *traho ad me, eripio, libero* (nostr. *retten*); *τινά,* Mt. 27, 43. 2 Pet. 2, 7; *τινὰ ἀπό τινος,* Mt. 6, 13. (Lc. 11, 4 t. vulg.) 1 Th. 1, 10; aor. 1. pass. Ro. 15, 31. 2 Th. 3, 2; *τινὰ ἔκ τινος,* Ro. 7, 24. 2 Co. 1, 10. Col. 1, 13. 2 Tim. 3, 11. 2 Pet. 2, 9; aor. 1. pass. Lc. 1, 74. 2 Tim. 4, 17; *ὁ ῥυόμενος, liberator,* Ro. 11, 26 (e Jes. 59, 20).*

*ῥυπαίνω* (*ῥύπος,* q. v.), *sordidum reddo, inquino; deturpo, dehonesto* (Xen. Arstot. Dion. H., Plut. al.); *ῥυπανθήτω, sordescat;* i. e. trop. *peccatis se dehonestare pergat,* Ap. 22, 11 *Lchm. Tdf. Trg.**

*ῥυπαρεύομαι,* 3 ps. imper. aor. 1. *ῥυπαρευθήτω* (*ῥυπαρός,* q. v.), *sordidus sum, sordesco;* metaph. *contaminor iniquitate,* Ap. 22, 11 *Grsb. Lchm.* ed. min. Praeterea nusquam habetur; v. in *ῥυπαίνω* et *ῥυπόω.*

*ῥυπαρία, ας, ἡ* (*ῥυπαρός*), *sordes* (Plut. praecept. conjugal. c. 28); metaph. de improbitate animi, turpitudine morum, Jac. 1, 21.*

*ῥυπαρός, ά, όν* (*ῥύπος,* q. v.), *sordidus;* pr. de vestibus, Jac. 2, 2 (LXX Sach. 3, 3 s. Jos. antt. 7, 11, 3. Plut. Phoc. 18. Dio C. 65, 20; *ῥυπαρὰ κ. ἄπλυτα,* Artem. on. 2, 3; *χλαμύς,* Ael. v. h. 14, 10); metaph. *turpis, iniquitate contaminatus,* Ap. 22, 11 (pro l. vulg. *ῥυπῶν*).*

*ῥύπος, ου, ὁ,* inde ab Hom., *squalor, sordes;* 1 Pet. 3, 21.*

*ῥυπόω, ῶ,* 3 ps. impr. aor. 1. *ῥυπωσάτω,* 1) *sordidum reddo, contamino;* Hom. Od. 6, 59. — 2) intrans. pro *ῥυπάω, sordidus sum;* de moribus, Ap. 22, 11 t. vulg.*

*ῥύσις, εως, ἡ* (ab inusitata forma praes. *ῥύω,* unde nonnulla tempora mutuatur verbum *ῥέω*), *fluxus, profluvium; τοῦ αἵματος,* Mc. 5, 25. Lc. 8, 43, 44 (Hippcr. Arstot.).*

*ῥυτίς, ίδος, ἡ* (*ῬΥΩ,* contraho), *ruga* (nostr. *Runzel*); Eph. 5, 27 (Arstph. Plat. Diod. 4, 51. Plut. Lcian. Anthol. al.).*

*ῥωμαϊκός, ή, όν, romanus;* Lc. 23, 38 t. vulg. *Grsb.**

*Ῥωμαῖος, ου, ὁ, Romanus;* Jo. 11, 48. Act. 2, 10. 16, 21. 37 s. 22, 25—27. 29. 23, 27. 25, 16. 28, 17 (saepe in 1 et 2 Macc.).*

*ῥωμαϊστί,* adv., *romane, latine;* Jo. 19, 20.*

*Ῥώμη, ης, ἡ, Roma,* celeberrima Italiae metropolis et quondam caput orbis terrarum; Act. 18, 2. 19, 21. 23, 11. 28, 14. 16. Ro. 1, 7. 15. 2 Tim. 1, 17 (1 Macc. 1, 10. 7, 1 al.).*

*ῥώννυμι, roboro; validum reddo;* pf. pass. *ἔῤῥωμαι, valeo, prospero rerum mearum statu utor;* hinc valedicendi formula fini epistolarum apponi solita: *ἔῤῥωσο, vale,* Act. 23, 30 t. vulg. *Grsb.; ἔῤῥωσθε,* 15, 29. 2 Macc. 11, 21. Xen. Cyr. 4, 5. 33. Artem. 3, 44 al.; *ἔῤῥωσο κ. ὑγίαινε,* Dio C. 61, 13.*

# Σ.

***Σαβαχθανί*** (*Tdf. Trg.* --*νεί*, *Lchm.* --*χθανί*) (שְׁבַקְתָּנִי, a verbo chald. שְׁבַק), *deseruisti me;* Mt. 27, 46. Mc. 15, 34 (e Ps. 22, 1. pro hebraico: עֲזַבְתָּנִי, quod etiam targumista illa voce reddit.)*

***σαβαώθ*** (hebr. צְבָאוֹת, numerus plur. nominis צָבָא, exercitus); *κύριος σαβαώθ* (יְהוָה צְבָאוֹת), *dominus exercituum* sc. Israelis, ut qui Jehova principe ac tutore ejus causam bellis propugnant (cf. *Schrader* üb. d. ursprüngl. Sinn des Gottesnamens Jahve Zebaoth, in Jahrbüch. f. protest. Theol. 1875, p. 316 ss. et in *Schenkel* BL. 5, 702 s. coll. *Herm. Schultz* Altl. Theologie, II, p. 96 ss. De aliis aliorum interpretationibus cf. *Oehler* in *Herzog* Enc. 18, p. 400 ss.); Ro. 9, 29. Jac. 5, 4.*

***σαββατισμός***, *οῦ*, *ὁ* (*σαββατίζω*, sabbatum celebro), 1) *celebratio sabbati.* — 2) *beata laborum et miseriarum quies* veris dei cultoribus s. veris Christianis aevo futuro speranda; Heb. 4, 9. (Plut. de superstit. c. 3; eccles. script.)*

***σάββατον***, *ου*, *τό* (vox hebr. שַׁבָּת), quod nomen in N. To. in solis historicis scriptis nec nisi bis in paulinis habetur, *sabbatum;* i. e. 1) septimus cujusque hebdomadis dies isque sacer et festus, quo Israelitis ab omni labore et opere abstinendum erat (Ex. 20, 10. 31, 13 ss. Deut. 5, 14); *a*) singular. *σάββατον* et *τὸ σάββ.*, Mc. 6, 2. 16, 1. Jo. 5, 9 s. al.; i. q. institutum sabbati, lex de feriando septimo quoque hebdomadis die, Mt. 12, 8. Mc. 2, 27 s. Lc. 6, 5; *λύειν*, Jo. 5, 18; *τηρεῖν*, 9, 16; *ἡ ἡμέρα τοῦ σαββάτου* (יוֹם הַשַּׁבָּת, Ex. 20, 8 et saepe), dies sabbati, Lc. 13, 16. 14, 5; *ὁδὸς σαββάτου*, viae spatium, quod emetiri iter facientibus die sabbati licet, i. e. e Talmudistarum praeceptis via bis mille ulnarum, teste Epiphanio (haer. 66, 82) sex stadiorum, Act. 1, 12 coll. Mt. 24, 20 (quod praeceptum ex Exod. 16, 29 repetebatur); cf. *Win.* RWB. s. v. Sabbatsweg; *Oehler* in *Herzog* Enc. 13, p. 203 s. *Mangold* in *Schenkel* BL. 5, p. 127 ss. — dativ. temporis, *σαββάτῳ*, Mt. 24, 20. Lc. 14, 1; *τῷ σαββάτῳ*, Lc. 6, 9 *Lchm. Tdf. Trg.;* 13, 14 s. 14, 3. Act. 13, 44; *ἐν σαββάτῳ*, Mt. 12, 2. Jo. 5, 16. 7, 22 s.; *ἐν τῷ σαββάτῳ*, Lc. 6, 7. Jo. 19, 31; accus. *τὸ σαββ.*, per sabbatum (*den Sabbat über*), Lc. 23, 56; *κατὰ πᾶν σ.*, singulis sabbatis, Act. 13, 27. 15, 21. 18, 4; plur. *τὰ σάββατα*, de sabbatis pluribus, Act. 17, 2. — *b*) plur. *τὰ σάββ.* de *uno* sabb. pro singulari (cujus pluralis usui ansam dederunt aut pluralia nomina festorum, ut *τὰ ἐγκαίνια*, *ἄζυμα*, *γενέσια*, aut chaldaïca nominis forma שַׁבְּתָא), Mt. 28, 1. Col. 2, 16 (Ex. 20, 10. Lev. 23, 32 al.; *τὴν ἑβδόμην σάββατα καλοῦμεν*, Jos. antt. 3, 6, 6; add. 1, 1, 1; *τὴν τῶν σαββάτων ἑορτήν*, Plut. symp. 4, 5, 2; „*hodie tricesima sabbata*", Hor. sat. 1, 9, 69; nusquam ita ap. Joannem nisi in phrasi *μία τῶν σαββάτων*, de qua v. infra in n. 2); *ἡ ἡμέρα τῶν σ.*, Lc. 4, 16. Act. 13, 14. 16, 13 (Ex. 20, 8. 35, 3. Deut. 5, 12. Jer. 17, 21 s.); *τοῖς σάββασιν* et *ἐν τοῖς σάββασιν* (ita constanter per metaplasmum pro *σαββάτοις*, cf. *Win.* p. 62), die sabbati, Mt. 12, 1. 5. 10—12. Mc. 1, 21. 2, 23. 3, 2. 4. Lc. 4, 31. 6, 9 (1 Macc. 2, 38; LXX utuntur forma *σαββάτοις*, Josephus autem utrâque formâ). — De Judaeorum praeceptis ad sabbati observationem spectantibus maximam partem subtilissimis et minutissimis cf. *Win.* RWB. s. v. Sabbat; *Oehler* in *Herzog* Encykl. 13, p. 192 ss. *Schürer* ntl. Zeitgeschichte p. 484 ss. *Mangold* in *Schenkel* BL. 5, p. 123 ss. — 2) *hebdomas, septimana* (*die Woche*); *πρώτῃ σαββάτου*, Mc. 16, 9; *δὶς τοῦ σαβ.*, bis intra septimanae spatium, Lc. 18, 12; — eodem usu pluralis in phrasi *ἡ μία τῶν σαββάτων*, primus hebdomadis dies (v. in *εἷς*, n. 5), Mt. 28, 1. Mc. 16, 2. Lc. 24, 1. Jo. 20, 1. 19. Act. 20, 7; *κατὰ μίαν σαββάτων* (*Lchm. Tdf. σαββάτου*), singulis primis hebdomadis diebus, 1 Co. 16, 2.

***σαγήνη***, *ης*, *ἡ* (*σάσσω*, onero, repleo), *sagena* (Vulg.), *everriculum* (rete piscatorium majus, quo in aquis expanso piscium gregatim adnatantium multitudo capitur); Mt. 13, 47 (LXX Plut. solert. anim. p. 977 f. Lcian. pisc. 51. Tim. 22. Artem. oneir. 2, 14. Ael. h. a. 11, 12).*

***Σαδδουκαῖος***, *ου*, *ὁ*, *Sadducaeus*, *Sadducaeorum partibus addictus*, qui, natalium et divitiarum splendore munerumque dignitate conspicui Herodesiadarum et Romanorum gratiam non spernentes, in vulgus autem odiosi, Pharisaeorum adversarii, rejectis traditionibus (v. in *παράδοσις*) solam V. Ti. in rebus ad fidem et mores spectantibus auctoritatem admittebant (Jos. antt. 13, 10, 6), nec solum futuram *corporum* restitutionem (Mt. 22, 23. Mc. 12, 18. Lc. 20, 27. Act. 23, 8), verum etiam animorum immortalitatem factorumque humanorum poenas et praemia post mortem futura (*ψυχῆς τε τὴν διαμονὴν καὶ τὰς καθ' ᾅδου τιμωρίας καὶ τιμὰς ἀναιροῦσι*, Jos. b. j. 2, 8, 14 coll. Jos. antt. 18, 1, 4), nec non angelos ac spiritus esse negabant (Act. 23, 8). Contra divinae praedestinationis commentum libertatem sui compotem hominibus adjudicabant teste Jos. b. j. 2, 8, 14. Praeter locos jam notatos in N. To. commemorantur Mt. 3, 7. 16, 1. 6. 11 s. (quibus locis, ut videtur, contra historiae veritatem ab evangelista Pharisaeis consociantur); 22, 34. Act. 4, 1. 5, 17. 23, 6 s. — Sadducaeorum *nomen* non ab hebr. צַדִּיק deducendum videtur, quasi prae ceteris *justos* et *probos* se jactassent (quum vocalem *i* in *u* abiisse doceri nequeat), sed e probabiliore nunc multis arridente conjectura a *Zadoko* (צָדוֹק, LXX *Σαδδούκ*), qui Davidis tempore summus sacerdos fuerat ac fidem regi ejusque familiae egregie probaverat (2 Sam. 15, 24 ss. 1 Reg. 1, 32 ss.), unde hujus sacerdotis posteri (בְּנֵי צָדוֹק, Ez. 40, 46. 43, 19. 44, 15. 48, 11) omnesque qui a partibus eorum stabant, *Σαδδουκαῖοι* (צדוקים) appellati esse videntur. — Praeter alios cf. *Win.* RWB. s. v. Sadducaeer. *Reuss* in *Herzog* Enc. 13, p. 289 ss. *Geiger* Sadduc. u. Pharisaeer. Brsl. 1863. *Keim* I, p. 273 ss. *Hausrath* in *Schenkel* BL. 4, p. 518 ss. *Schürer* Ntl. Zeitgesch. p. 423 ss. *Wellhausen* Pharis. u. Sadducäer. Greifsw. 1874. *Oort* de oorsprong van den naam Sadduceen, in Theologisch Tijdschrift, 1876, p. 605 ss.

***Σαδώκ*** (צָדוֹק, nom. propr. saepius in V. To. obvium), *ὁ*, *Sadocus;* Mt. 1, 14.*

***σαίνω*** (*ΣΑΩ*, *σείω*), 1) propr. *caudam jacto* (*schwänzeln*); de canibus, Hom. Od. 16, 6. Ael. v. h. 13, 41. Aes. fab. 229 ed. Halm.; add. *οὐρῇ*, Od. 17, 302. Hes. theog. 771; *οὐράν*, Aesop. l. c. et ap. al.; v. *Passow* s. v. — 2) metaph. *a*) *blandior, blanditiis adeo* aliquem (Aeschl. Pind. Sophocl. al.). — *b*) *moveo* animum alicujus; *α*) *suaviter;*

pass. *ὑπ' ἐλπίδος*, Aeschl. Oppian.; *ἀληθῆ σαίνει τὴν ψυχήν*, Arstot. metaph. 13, 3. — *β*) *perturbo, sollicito*, pass. 1 Th. 3, 3 (v. in *ἀσαίνω*); *οἱ δὲ σαινόμενοι τοῖς λεγομένοις ἐδάκρυον*, Diog. L. 8, 41.*

*σάκκος* (ap. Atticos etiam *σάκος*), *ου*, *ὁ*, hebr. שַׂק, *saccus*, i. e. *a*) receptaculum condendis et transferendis rebus variis, pecuniae, frumentis al. aptum (Gen. 42, 25. 35. Lev. 11, 32). — *b*) *cilicium, tunica atra e filis crassis maxime pellium pilis texta*, Ap. 6, 12., sacco similis et sacci instar in corpore haerens, quam induere sive loco pallii superinduere solebant lugentes, poenitentes, supplices, Mt. 11, 21. Lc. 10, 13., vel etiam qui, ut apud Judaeos prophetae, vitam severiorem agerent, Ap. 11, 3 (cf. quae narrantur de amictu Joannis baptistae, Mt. 3, 4; Eliae, 4 Reg. 1, 8). Uberiora praebet *Win.* RWB. s. v. Sack. *Roskoff* in *Schenkel* BL. 5, p. 134.*

*Σαλά*, (שֶׁלַח missile), *ὁ*, *Sala*, nom. pr. viri; Lc. 3, 35 (Gen. 10, 24) commemorati.*

*Σαλαθιήλ* (שְׁאַלְתִּיאֵל, i. e. quem a deo petii), *ὁ*, *Salathiel*, pater Serubabelis; Mt. 1, 12.*

*Σαλαμίς*, *ῖνος*, *ἡ*, *Salamis*, urbs primaria Cypri insulae; Act. 13, 5.*

*Σαλείμ*, *Salim*, nomen oppidi, quod Eusebius et Hieronymus octo milliaria a Scythopoli abfuisse tradunt; Jo. 3, 23; cf. *Pressel* in *Herzog* Enc. 13, p. 326. Praeterea v. in *Σαλήμ*.*

*σαλεύω*, aor. 1. *ἐσάλευσα*, pass. ptcp. pf. *σεσαλευμένος*, aor. 1. *ἐσαλεύθην*, fut. 1. *σαλευθήσομαι* (*σάλος*, q. v.), inde ab Aeschl. et Arstph., ap. LXX pass. *σαλεύομαι* pro מוט et נוע, *a*) pr. dic. de motu, quem efficiunt venti, procellae, fluctus al.; *agito; κάλαμον*, pass. Mt. 11, 7. Lc. 7, 24; *concutio, labefacto, τὰς δυνάμεις τῶν οὐρ.*, pass. Mt. 24, 29. Mc. 13, 25. Lc. 21, 26; *τὴν γῆν*, Heb. 12, 26 (Jes. 24, 20. Am. 9, 5); aedificium, Lc. 6, 48. Act. 4, 31. 16, 26; *τὰ μὴ σαλευόμενα*, quae non labefactantur, i. e. perfectus rerum ordo post Christi e coelis reditum futurus nec ullam umquam mutationem subiturus, opp. *τὰ σαλευόμενα*, is qui nunc est rerum status mutationi et interitui obnoxius, Heb. 12, 27; — *quatio, quasso; μέτρον*, mensura quatiendo s. quassando repleta, Lc. 6, 38. — *b*) *deturbo*, i. e. trop. *de statu* (firmo et felici) *dejicio*, Act. 2, 25 (e Ps. 16, 8); usu a profanis alieno trop. *commoveo* animum, *perturbo, τινὰ ἀπὸ τοῦ νοός*, aliquem ita, ut de sobriae mentis statu dejiciatur, 2 Th. 2, 2; *τοὺς ὄχλους, concito;* Act. 17, 13.*

*Σαλήμ*, *ἡ* (hebr. שָׁלֵם), *Salem*, Heb. 7, 1 s., coll. Gen. 14, 18., quod alii (ut *Gesenius, Winer, Hitzig, Knobel, Delitzsch*) pristinum nomen urbis Hierosolymorum esse putant, ad verba Ps. 76, 3 וַיְהִי בְשָׁלֵם סֻכּוֹ et Josephi antt. 1, 10, 2: *τὴν μέντοι Σόλυμα ὕστερον ἐκάλεσαν Ἱεροσόλυμα*, coll. b. jud. 6, 10 provocantes. Sed rectius alii (ut *Rosenmüller, Bleek, Tuch, Roediger* [in *Gesenii* Thes. s. v. p. 1422], *Dillmann*) testimonio Hieronymi (epp. p. 73 in opp. I, p. 446 ed. Vallarsi) innitentes nomen nihil a *Σαλείμ* (q. v.) differre statuunt. Nam antiquius Hierosolymorum nomen erat יְבוּס (Judd. 19, 10. 1 Chr. 11, 4), Ps. 76, 3 autem *poetica* nominis forma statuenda est, qua significetur *incolumis*.*

*Σαλμών* (שַׂלְמוֹן, Ruth. 4, 21), *ὁ*, indecl., *Salmon*, nom. propr. viri, Mt. 1, 4 s. Lc. 3, 32.*

*Σαλμώνη*, *ης*, *ἡ*, *Salmone, Salmonium*, promontorium Cretae orientale et ex parte etiam boreale, Guido et Rhodo obversum, Act. 27, 7.*

*σάλος*, *ου*, *ὁ*, *jactatio* s. *aestus maris*, Lc. 21, 25. Sophocl. Eur. al.*

*σάλπιγξ*, *ιγγος*, *ἡ*, *tuba;* Mt. 24, 31. 1 Co. 14, 8. Heb. 12, 19. Ap. 1, 10. 4, 1. 8, 2. 6. 13. 9, 14; *ἐν σάλπιγγι θεοῦ*, tuba, qua canitur jussu dei (*Win.* §. 36, 3), 1 Th. 4, 16; *ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι*, ad sonitum, qua ultimo hujus aevi die canetur, 1 Co. 15, 52. (inde ab Hom.; LXX pro שׁוֹפָר et חֲצֹצְרָה.)*

*σαλπίζω*, f. *ίσω* (pro antiquiore *σαλπίγξω*, v. *Lob.* ad Phryn. p. 191, ap. LXX etiam *σαλπιῶ*, ut Num. 10, 5. 8. 10), aor. 1. *ἐσάλπισα* (etiam ap. LXX, Ael. v. h. 1, 26 et al. recentiores pro antiquiore *ἐσάλπιγξα*, Xen. anab. 1, 2, 17), inde ab Hom., LXX maxime pro תָּקַע, etiam pro הֵצֵר, — *tuba cano;* Ap. 8, 6—10. 12 s. 9, 1. 13. 10, 7. 11, 15; *σαλπίσει* (propr. sc. *ὁ σαλπιστής* vel *ἡ σάλπιγξ*), ut nos: *es wird posaunen* (cf. *Win.* p. 486), 1 Co. 15, 52; *σαλπίζειν ἔμπροσθεν ἑαυτοῦ*, operam dare ut quod agimus ad omnium aures perferatur, s. aliquid magno cum strepitu facere, Mt. 6, 2 (Cic. ad div. 16, 21: „quod pollicearis, te buccinatorem fore nostrae existimationis." Achil. Tat. 8, 10: *αὕτη οὐχ ὑπὸ σάλπιγγι μόνον, ἀλλὰ καὶ κήρυκι μοιχεύεται*).*

*σαλπιστής* (forma recentioris aevi, qua utuntur Theophr. char. 25. Pol. 1, 45, 13. Dion. Hal. 4, 18., pro antiquiore et meliore *σαλπιγκτής*, ap. Thuc. 6, 69. Xen. anab. 4, 3, 29. Jos. b. j. 3, 6, 2; et *σαλπικτής* ap. Dem. p. 284, 26. App. hisp. 6, 93 et in optimis codd. Xen. Diod. Plut. al.; a *σαλπίζω*), *οῦ*, *ὁ*, *tubicen;* Ap. 18, 22.*

*Σαλώμη*, *ης*, *ἡ*, *Salome*, uxor Zebedaei, mater Jacobi majoris et Joannis apostolorum; Mt. 14, 40. 16, 1.*

*Σαλωμών*, v. in *Σολομών*.

*Σαμάρεια* (- - *ία*, *Tdf.*), *ας*, *ἡ* (hebr. שֹׁמְרוֹן, chald. שָׁמְרַיִן, lege *Schamerain;* assyr. *Samirina*), *Samaria;* 1) nomen urbis ab Omria, rege Israëlitarum, in monte ejusdem nominis (הַר שֹׁמְרוֹן, Am. 6, 1) exstructae (1 Reg. 16, 24) atque in tribu ephraëmitica sitae, quae fuit totius regionis metropolis ac regum israëliticorum sedes. Per tres annos a Salmanassare, Assyriorum rege obsessam expugnavit eam et quod vix dubitari potest vastavit Sargon, Salmanassaris filius et successor anno 722 ante Chr., qui abductis decem Israëlitarum tribubus regionem aliis incolis instruxit (2 Reg. 17, 5 s. 24 ss. 18, 9 ss.). A quibus quum restituta esset, funditus eam delevit Joannes Hyrcanus, Judaeorum princeps et summus pontifex; jam dudum denuo restauratam Augustus dono dedit Herodi, a quo in Augusti honorem *Sebaste* h. e. *Augusta* nuncupata est (Strab. lib. 16, p. 760. Jos. antt. 15, 7, 3. et c. 8. §. 5.); hodie vicus ignobilis est, nomine *Sebustieh* s. *Sebastiye* (cf. *Bädeker* Palästina p. 354 s.) insignitus. Commemoratur Act. 8, 5 *Lchm. Tdf.: εἰς τὴν πόλιν τῆς Σαμαρείας* (genit. appositionis, cf. *Win.* p. 494); sed e rectiore lectione *εἰς πόλιν τῆς Σαμ.* statuendus est genitivus partitivus nec urbs, sed *regio* samaritana intelligenda est; cf. vs. 9. — 2) *ager samaritanus, regio samaritana*, cujus caput erat urbs Samaria, Lc. 17, 11. Jo. 4, 4 s. 7. Act. 1, 8. 8, 1. 5 (v. antea); 9. 9, 31. 15, 3; meton. pr. incolis regionis, Act. 8, 14. — Cf. *Win.* RWB. s. v. Samaria. *Robinson* Palaestina, III, p. 365 ss. *Petermann* in *Herzog* Encykl. 13, p. 359 ss.*

*Σαμαρείτης* s. - - *ίτης* (*Tdf.*) (*Σαμάρεια*), *ου*, *ὁ*, *Samarites* (Curt. 4, 8, 9. Tac. ann. 12, 54); *Samaritanus* (Vulg. et scr. eccl.), i. e. incola vel urbis vel regionis Samariae. Samaritarum gentis origo haec erat: Postquam Salmanassar, rex Assyriorum, in devastatam a se vacuefactamque Samariae regionem colonos Babylonia, Cutha, Ava, Hemath et Sepharvaim oriundos miserat, cum his colonis ii Israëlitarum, qui in patria vastata remanserant, societatem et matrimonia inierunt atque ita gentem cum barbaris mixtam effecerunt. Quum

autem Judaei de exilio remissi restitutionem templi hierosolymitani pararent, ab iis Samaritani petierunt, ut in communi opere suis sibi liceret partibus fungi. Repudiati ab illis, qui in iis fratre agnoscere nollent, non solum missis ad regem Persarum litteris effecerunt, ut Judaei usque ad secundum Darii annum (520 ante Chr.) a conatu desistere cogerentur, sed sibimet ipsi quoque templum in monte Garizim, jam inde a Mosis aetate sacro, exstruxerunt, ubi deum ad mosaicae legis normam, solum Pentateuchum pro sacro codice habentes, colerent. Quod templum anno 129 ante Chr. n. Joannes Hyrcanus destruxit. Templo carentes Samaritani in monte suo sacro sacra facere perrexerunt usque ad nostram aetatem, qua ad exiguum 40—50 familiarum numerum redacti sunt. Quibus rebus factum est, ut Samaritae et Judaei perpetuo et inexorabili se invicem persequerentur odio. Memorantur his N. Ti. locis: Mt. 10, 5, Lc. 9, 52. 10, 33. 17. 16. Jo. 4, 9. 39 s. 8, 48. Act. 8, 25. Hebraice Samaritae appellantur שֹׁמְרֹנִים, 2 Reg. 17, 29. — Cf. *Juynboll* Commentarii in historiam gentis samaritanae, Lugd. 1846. *Win.* RWB. s. v. Samariter. *Petermann* in *Herzog* Enc. 13, p. 363 ss. *Schrader* in *Schenkel* BL. 5, p. 150.*

*Σαμαρεῖτις* (- - ῖτις, *Tdf.*), *ιδος, ἡ* (femin. nominis *Σαμαρείτης*), *Samaritana* (femina); Jo. 4, 9; ager samaritanus, Jos. b. j. 3, 7, 32; *Σαμαρεῖτις χώρα*, 3, 3, 4.*

*Σαμοθράκη, ης, ἡ, Samothrace*, insula maris aegaei, a Thraciae ora, ubi Hebrus fluvius in mare effunditur, 38000 passus dissita (Plin. h. n. 4, 23); Act. 16, 11.*

*Σάμος, ου, ἡ, Samus*, insula in mari aegeo s. icario Joniam versus non procul ab Epheso sita, patria Pythagorae; Act. 20, 15.*

*Σαμουήλ* (שְׁמוּאֵל, pro שְׁמוּעַ אֵל, i. e. exauditus dei, ex שָׁמַע et אֵל; cf. 1 Sam. 1, 20. 27), *ὁ, Samuel*, filius Elcanae ex uxore Anna, τῶν שֹׁפְטִים ultimus, et ipse insignis propheta et ordinis prophetarum auctor, qui Israelitis primos reges, Saulum et Davidem, dedit; Act. 3, 24. 13, 20. Heb. 11, 32. (1 Sam. 1—25 coll. c. 28. Sir. 46, 13 ss.)*

*Σαμψών* (שִׁמְשׁוֹן a שֶׁמֶשׁ, solaris, soli similis, cf. hebr. אִישׁוֹן ab אִישׁ), *ὁ, Simson;* Vulg. *Samson*, unus ex Hebraeorum principibus (שֹׁפְטִים), insigni robore corporis et fortitudine clarissimus, Hebraeorum Hercules (Judd. 13 ss.); Heb. 11, 32.*

*σανδάλιον, ου, τό* (deminut. vocis *σάνδαλον*), *sandalium, solea e ligno vel corio confecta plantam pedis tegens et funiculis superne pedibus alligata;* Mc. 6, 9. Act. 12, 8. (Hdt. Jos. Diod. Ael. Hdian. al.; pro נַעַל Jes. 20, 2; — Judith. 10, 4, 16, 9.) Cf. *Win.* RWB. s. v. Schuhe. *Roskoff* in *Schenkel* BL. 5, p. 255.*

*σανίς, ίδος, ἡ, asser, tabula* (*Bret*); Act. 27, 44. (inde ab Hom.; LXX Cant. 8, 9. Ez. 27, 5.)*

*Σαούλ* (שָׁאוּל, expetitus), *ὁ* (ap. Joseph. *Σάουλος*), *Saulus;* 1) nom. propr. primi Israelitarum regis; Act. 13, 21. — 2) judaicum nomen Pauli apostoli, sed solis in alloquiis obvium; Act. 9, 4. 17. 22, 7. 13. 26, 14; reliquis actuum apost. locis forma graecae terminationis *Σαῦλος* (q. v.) usurpatur.*

*σαπρός, ά, όν* (*σήπω*, aor. 2. p. *σαπῆναι*), 1) *puter, putridus, putredini obnoxius* (Hippcr. Arstph. al.). — 2) *vetustate corruptus nec amplius ad usum idoneus* (Arstph. Dio Chr. al.); hinc univ. *malae indolis, ad usum ineptus, inutilis, noxius* (*πᾶν, ὃ μὴ τὴν ἰδίαν χρείαν πληροῖ, σαπρὸν λέγομεν*, Chrysost. hom. 4 in ep. 1 ad Tim.); — *δένδρον, καρπός*, opp. *καλός*, Mt. 7, 17 s. 12, 33. Lc. 6, 43; pisces, Mt. 13, 48; trop. *λόγος*, Eph. 4, 29; cf. *Harless* ad l.; *δόγμα*, Epict. 3, 22. Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 377.*

*Σαπφείρη*, dat. *ῃ* (t. vulg. *Grsb. Tdf.*), *ᾳ* (*Lchm. Trg.;* cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 11), *ἡ* (aut aram. שַׁפִּירָא, i. e. formosa; Peschito ܫܦܝܪܐ; aut a *σάπφειρος*, q. v.), *Sapphira*, nomen mulieris, Act. 5, 1.*

*σάπφειρος, ου, ἡ*, hebr. סַפִּיר, *sapphirus*, lapis pretiosus; Ap. 21, 19 (Theophr., Diosc. al.; LXX).*

*σαργάνη, ης, ἡ*, 1) *funis contortus, vinculum* (Aeschl. suppl. 788). — 2) *corbis, sporta e funibus texta;* 2 Co. 11, 33. (Timocl. ap. Athen. 8, p. 339 e. 9, p. 407 e.)

*Σάρδεις*, dat. *εσιν, αἱ, Sardes*, metropolis Lydiae, voluptatibus valde dedita, hodie vicus ignobilis *Sart* cum amplis ruinis; Ap. 1, 11. 3, 1. 4.*

*σάρδινος, ου, ὁ*, in t. vulg., Ap. 4, 3. i. q. *σάρδιον*, q. v.

*σάρδιον, ίου, τό, sarda*, lapis pretiosus, cujus duae sunt species, de quibus Theophr. de lapidibus 16, 5: *τοῦ γὰρ σαρδίου τὸ μὲν διαφανὲς ἐρυθρότερον δὲ καλεῖται θῆλυ, τὸ δὲ διαφανὲς μὲν μελάντερον δὲ καὶ ἄρσεν*, quorum ille a nobis *Carneol* (ob carnis colorem; hebr. אֹדֶם, LXX *σάρδιον*. Ex. 28, 17. 39, 8. Ez. 28, 13; *αἱματόεντα σάρδια*, Orph. de lapidibus, 16, 5), hic *Sard* dicitur; Ap. 4, 3 (pro l. vulg. *σαρδίνῳ*); 21, 20 *Lchm. Tdf. Trg.* Hinc adjectiv. *σάρδιος, α, ον, sardinus;* sc. *λίθος* (plenam phrasin habes Exod. 35, 6), Ap. 21, 20 t. vulg. *Grsb.**

*σαρδιόνυξ*, i. q. *σαρδόνυξ* (q. v.) Ap. 21, 20 *Lchm.**

*σαρδόνυξ, υχος, ὁ* (*σαρδίον, ὄνυξ*), *sardonyx*, lapis pretiosus rubris sardae et albis onychos coloribus distinctus; Ap. 21, 20 (Jos. Plut. Ptol. al.)*

*Σάρεπτα* (צָרְפַת a צָרַף, liquavit, unde fortasse i. q. officina liquandorum metallorum, *Schmelzhütte*), *ων, τά, Sarepta*, oppidum Phoeniciae Tyrum inter et Sidonem sed propius a Sidone situm (1 Reg. 17, 9. Obad. vs. 20; ap. Jos. antt. 8, 13, 2 *Σαρεφθά*); *τῆς Σιδῶνος*, in finibus Sidonis sita, Lc. 4, 26. Cf. *Robinson* Palaestina, III, p. 690 ss.*

*σαρκικός, ἡ, όν* (*σάρξ*), *carnalis* (Vulg.); nostr. *fleischlich;* 1) *carnis indolem referens;* i. e. animalium appetituum (v. in *σάρξ*, 3) imperio subjectus, Ro. 7, 14 t. vulg. (v. in *σάρκινος*); qui naturâ suâ mere humana (v. in *σάρξ*, 4), non mente divina regitur, 1 Co. 3, 1 et 4 t. vulg.; vs. 3; in animali natura sedem habens s. ab animali natura excitatus, *αἱ σαρκικαὶ ἐπιθυμίαι*, 1 Pet. 2, 11; i. q. *humanus*, injuncta notione infirmitatis, *ὅπλα*, 2 Co. 10, 4; injuncta notione pravitatis, *σαρκ. σοφία* (i. q. *πανουργία* 2 Co. 4, 2), 2 Co. 1, 12. — 2) *ad carnem*, i. e. *ad corpus* (v. in *σάρξ*, 2) *pertinens;* ad natales, progeniem al. pertinens, *ἐντολή*, Heb. 7, 16 t. vulg.; *τὰ σαρκικά*, quae ad alendum corpus requiruntur, Ro. 15, 27. 1 Co. 9, 11. (Arstot. h. anim. 10, 2; ap. LXX semel 2 Chr. 32, 8 e lect. var.)*

*σάρκινος, η, ον* (*σάρξ*), *carneus*, i. e. 1) *carne constans, e carne concretus*, nostr. *fleischern* (pleraque enim paroxytona in formam *ινος* exeuntia materiem denotant, ex qua aliquid confectum est, cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 46 s.); Vulg. *carnalis;* opp. *λίθινος*, 2 Co. 3, 3 (*σαρκ. ἰχθύς*, opp. aureo, de quo aliquis somniavit, Theocr. id. 21, 66; praeterea vox exstat ap. Plat. Arstot. Theophr. Plut. LXX al.). — 2) *ad corpus* (*tamquam materiem terrenam et interituram*, opp. *ζωὴ ἀκατάλυτος*) *pertinens*, Heb. 7, 16 (*Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* v. in *σαρκικός*, 2). — 3) ponitur ubi exspectaveris *σαρκικός*, ap. *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* Ro. 7, 14.

1 Co. 3, 1., quibus locis, nisi *σαρκικός* et *σάρκινος* a Paulo promiscue usurpari statuere vis, nomine *τοῦ σαρκίνου* notionem *τοῦ σαρκικοῦ* fortius exprimi censeas necesse est: *totus carni deditus*, *in carne quasi defixus*. Cf. *Win.* p. 93 s. *Fritzsche* l. c. *Reiche* Commentar. crit. in N. T. I, p. 138 ss. *Holsten* Zum Evang. des Paulus u. Petrus, p. 397 ss.*

*σάρξ*, *κός*, *ἡ* (aeol. *σύρξ*, quam ob causam originem trahere a *σύρω* [cognatum verbo *σαίρω*], traho, detraho, et id significare videtur, quod detrahitur s. detrahi potest ab ossibus), inde ab Hom., hebr. בָּשָׂר, — 1) pr. *caro*, mollis corporis vivi substantia, quae ossa obducit et sanguine perfunditur, tum hominum, tum bestiarum, 1 Co. 15, 39; plur. de plurium carnibus, Ap. 19, 18. 21; de unius carnis partibus, Lc. 24, 39 *Tdf.*; Ap. 17, 16; quapropter distinguitur et a sanguine, *σάρξ καὶ αἷμα* (de qua dictione v. infra), et ab ossibus; *πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει*, Lc. 24, 39 (*οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσιν*, Hom. Od. 11, 219); — *φαγεῖν τὰς σάρκας τινός*, pr. Ap. 17, 16. 19, 18. Lev. 26, 29; *κατεσθίειν*, 4 Reg. 9, 36 et saepius ap. LXX. (ap. Graecos passim *βιβρώσκειν σάρκας*; — *σαρκῶν ἐδωδή*, Plut. septem sap. conviv. c. 16); trop. *aeternarum poenarum tormentis aliquem cruciare*; Jac. 5, 3 coll. Mich. 3, 3. Ps. 26, 2; *φαγεῖν* et *τρώγειν τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ θεοῦ*, in allegorico sermone, *salutarem cruentae mortis a Christo oppetitae fructum in se transferre*, Jo. 6, 52—56; *ἀπέρχεσθαι* s. *πορεύεσθαι ὀπίσω σαρκός*, *sectari carnem* dic. qui quaerunt, quorum vel quarum detestabili usu cupidinem veneris explere student, Jud. vs. 7. 2 Pet. 2, 10; *τὸ σῶμα τῆς σαρκός*, corpus e carne concretum, Col. 1, 22. — Quum caro id sit, quo *corpus* adspectui patet: *σάρξ* est 2) i. q. *corpus*, non autem ita, ut artificiosa partium compages (*Organismus*, id quod *τοῦ σώματος* nomine designatur), sed animati corporis *materies* s. *substantia* significetur; — *a*) univ. Jo. 6, 63 (de q. l. v. in *πνεῦμα*, p. 361. col. 2); Act. 2, 26. (vs. 30 t. vulg.) 2 Co. 12, 7. Gal. 4, 14. Eph. 5, 29. Heb. 9, 10. 13. Jud. vs. 8; *μία σάρξ*, *unum corpus*, de conjugibus, Mc. 10, 8; item *εἰς σάρκα μίαν* (e Gen. 2, 24), Mt. 19, 5. Mc. 10, 8. 1 Co. 6, 16. Eph. 5, 31; opp. *ψυχή*, Act. 2, 31 (*ἔδωκεν* - - *Ἰησ. Χρ.* - - *τὴν σάρκα ὑπὲρ τῆς σαρκὸς ἡμῶν καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν*, Clem. Rom. 1 Co. 49, 6); opp. *πνεῦμα* (humanum), 1 Co. 5, 5. 2 Co. 7, 1. Col. 2, 5. 1 Pet. 3, 18. 4, 6; *σὰρξ κ. αἷμα*, i. q. *ψυχικὸν σῶμα*, 1 Co. 15, 50 coll. vs. 44; *ἡ περιτομὴ ἐν σαρκί*, Ro. 2, 28. Eph. 2, 11; *τὸ πρόςωπόν μου ἐν σαρκί*, ubi nos *mein leibliches Antlitz*, Col. 2, 1; *ἀσθένεια σαρκός*, de morbo, Gal. 4, 13; *ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν*, 2 Co. 4, 11 (coll. *ἐν τῷ σώματι ἡμῶν*, vs. 10); *ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ*, corpore suo morti tradito, Eph. 2, 15; item *διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ*, Heb. 10, 20 coll. Jo. 6, 51 (*προςφέρειν τὴν σάρκα μου*, sacrificandam, dic. de Christo, Barnab. 7, 5; *τὴν σάρκα παραδοῦναι εἰς καταφθοράν*, 5, 1); terrestris vita, quae in corpore transigitur, his phrasibus designatur: *ἐν σαρκὶ εἶναι*, Ro. 7, 5 (quo loco hac dictione Paulus consulta ambiguitate utitur, ut involvat etiam ethicum sensum: *in potestate carnis esse, carnis impetu agi et regi;* v. infra sub 4); *ζῆν ἐν σαρκί*, Gal. 2, 20. Phil. 1, 22; *ἐπιμένειν ἐν σαρκί*, ibid. vs. 24; *ὁ ἐν σαρκὶ χρόνος*, 1 Pet. 4, 2; *αἱ ἡμέραι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ*, de terrestri Christi vita, Heb. 5, 7. — *ἐν σαρκί* vel *ἐν τῇ σαρκί*, in rebus ad corpus pertinentibus, cujus generis sunt circumcisio, progenies al., Gal. 6, 12 s.; *πεποιθέναι*, Phil. 3, 3 s.; *ἔχειν πεποίθησιν*, 3, 4. — *b*) dic. de *naturali s. physica origine*, *generatione*, *cognatione*; *οἱ συγγενεῖς κατὰ σάρκα*, Ro. 9, 3; *τέκνα τῆς σαρκός*, qui sunt per nativitatem posteri, naturales posteri (*leibliche Nachkommen*), ibid. vs. 8; *ἀδελφὸν ἐν σαρκὶ καὶ ἐν κυρίῳ*, fratrem naturalem (quasi) et christianum, Philem. vs. 16; *οἱ τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρες*, naturales patres nostri (opp. *deo τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων*, v. p. 344, col. 1), Heb. 12, 9; *τὰ ἔθνη ἐν σαρκί*, qui natalibus sunt pagani, Eph. 2, 11; *Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα*, 1 Co. 10, 18 (opposita notio *Ἰσραὴλ τοῦ θεοῦ*, de Christianis, habetur Gal. 6, 16); *τὸ κατὰ σάρκα*, ad corpus s. humanam originem quod attinet, Ro. 9, 5; *γενόμενος ἐκ σπέρματος Δαυῒδ κατὰ σ.*, 1, 3; *ὁ κατὰ σάρκα γεννηθείς*, naturalis generationis lege et vi natus (opp. *ὁ κατὰ πνεῦμα γενν.*, i. e. per supranaturalem dei vim in promissione efficacem), Gal. 4, 29. 23; *τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σάρξ ἐστιν*, quod ex naturali homine natum est, est naturalis homo (opp. is qui per spiritus sancti vim renatus est); Jo. 3, 6; *ἡ σάρξ μου*, ii quibuscum mihi carnis communio est, populares mei, Ro. 11, 14 (*ἰδοὺ ὀστᾶ σου καὶ σάρκες σου* 2 Sam. 5, 1; adde 19, 13. Gen. 37, 27. Judd. 9, 2); *εἶναι ἐκ τῆς σαρκὸς κ. ἐκ τῶν ὀστέων τινός*, quod quum proprie sit *ex alicujus carne et ossibus formatum* esse (Gen. 2, 23; alicui consanguineum esse, Gen. 29, 14), metaph. transfertur ad ecclesiam, quae ad *mentem* quod attinet, ita a Christo originem trahit et cum eo conjuncta est, ut Eva a marito suo originem traxit Adamo, Eph. 5, 30. — *c*) *natura hominis, quae sensibus continetur, natura animalis*, et quidem seclusa pravitatis notione, *τὸ θέλημα τῆς σαρκός* de naturali veneris appetitu, Jo. 1, 13; *animalis natura cum appetitibus ad peccandum incitantibus*, Mt. 26, 41. Mc. 14, 38. Ro. 7, 18 (pro quo *τὰ μέλη* vs. 22 s.); 13, 14. Jud. vs. 23; opp. *ὁ νοῦς*, Ro. 7, 25; *ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκός*, 1 Jo. 2, 16 (cum specie ejus, *τῇ ἐπιθυμίᾳ τῶν ὀφθαλμῶν*); plur. 2 Pet. 2, 18 (*τὰ τῆς σαρκὸς πάθη*, 4 Macc. 7, 18; *τὸ μὴ δεδουλῶσθαι σαρκὶ καὶ τοῖς πάθεσι ταύτης διάγειν, ὑφ᾽ ὧν κατασπώμενος ὁ νοῦς τῆς θνητῆς ἀναπίμπλαται φλυαρίας, εὔδαιμόν τι καὶ μακάριον*, Plut. consol. ad Apoll. c. 13; *τῆς σαρκὸς ἡδονή*, opp. *ψυχή*, id. de virtute et vitio, c. 3; adde Philo de gigant. §. 7. Diog. Laert. 10, 145; „*animo* cum hac *carne* gravi certamen est“, Sen. consol. ad Mac. 24; „*animus* liber habitat; numquam me *caro* ista compellet ad metum“, epp. 65; „non est summa felicitatis nostrae in *carne* ponenda“; ibid. 74); — *physica hominis natura patiendo obnoxia; παθεῖν σαρκί*, 1 Pet. 4, 1; *ἐν τῇ σαρκί μου*, eo, quod caro mea calamitates sustinet, Col. 1, 24, ubi cf. *Meyer* et *de Wette; θλίψιν ἔχειν τῇ σαρκί*, 1 Co. 7, 28. — 3) *animans*, quod corpore praeditum est, s. homo s. bestia; *πᾶσα σάρξ* (ex imitatione hebr. כָּל בָּשָׂר), *omnia animantia*, 1 Pet. 1, 24; praecedente *οὐ* (ad verbum pertinente), *nullum animans*, Mt. 24, 22. Mc. 13, 20; speciatim *homo* (*ἄνθρωπος* pro בָּשָׂר, Gen. 6, 13); plerumque inclusa notione imbecillitatis, fragilitatis, mortalitatis; Sir. 28, 5; *ἐν τῷ θεῷ ἤλπισα, οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι σάρξ*, Ps. 55, 5 coll. Jer. 17, 5; *ἐμνήσθη, ὅτι σάρξ εἰσιν*, Ps. 78, 39; *σὰρξ κ. αἷμα*, Eph. 6, 12; *γενεὰ σαρκὸς κ. αἵματος, ἡ μὲν τελευτᾷ, ἑτέρα δὲ γεννᾶται*, Sir. 14, 18; *ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο*, ingressus est humanae naturae communionem, Jo. 1, 14 (*σάρξ*, non *ἄνθρωπος* apostolus dixisse videtur, ut eum, qui summae majestatis esset, summae tenuitatis communionem non reformidasse indicaret); *εὑρίσκειν τι κατὰ σάρκα*, consequi aliquid ad modum (imbecilli) hominis, i. e. humanarum virium usu, Ro. 4, 1 (si *rem* spectas i. q. *ἐξ ἔργων*, vs. 2); ex hebr. (v. supra) *πᾶσα σάρξ*,

*omnes homines*, Lc. 3, 6. Jo. 17, 2. Act. 2, 17. Sir. 45, 4; praecedente οὐ vel μή (ad verbum pertinente), *nullus homo, nemo mortalium*, Ro. 3, 20. 1 Co. 1, 29. Gal. 2, 16. — *homo, qualis in conspectum cadit, qualem oculis se spectandum praebet; externa hominis species et conditio*; κατὰ σάρκα κρίνειν, Jo. 8, 15 (i. q. κρίνειν κατ' ὄψιν, 7, 24); γινώσκειν s. εἰδέναι τινὰ κατὰ σάρκα, 2 Co. 5, 16; οἱ κατὰ σάρκα κύριοι (v. p. 228, col. 1), Eph. 6, 5. Col. 3, 22. — univ. *humana natura, incluso etiam animo*; ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, formâ conspicuum, humanae naturae, quae peccatui subjecta est, simili, Ro. 8, 3; ἐν σαρκὶ ἔρχεσθαι, prodire humana natura indutum, 1 Jo. 4, 2 (et t. vulg. vs. 3); 2 Jo. vs. 7 (Barnab. 5, 10); φανεροῦσθαι, 1 Tim. 3, 16 (Barnab. 5, 6. 6, 7. 12, 10); κεκοινωνηκέναι αἵματος κ. σαρκός, Heb. 2, 14. — 4) σάρξ, ubi vel diserte vel tacite τῷ πνεύματι (τοῦ θεοῦ) opponitur, *ethica* notione est *natura mere humana s. terrestris hominis natura divinae mentis expers ideoque ad peccandum prona deoque adversans*, ut comprehendatur etiam quidquid est in *animo* molle, humile, demissum, ad profana et prava tendens („*Fleisch musst du - - nicht also verstehen, dass Fleisch alleine sey, was die Unkeuschheit betreffe, sondern Fleisch heisst St. Paulus - - den ganzen Menschen mit Leib und Seele, mit Vernunft und allen Sinnen, darum dass Alles an ihm nach dem Fleisch trachtet*"; *Luther* Praefat. in epist. ad Rom. „Sciendum est, quod *caro* significet totam hominis naturam, sensum et rationem sine spiritu sancto": *Melanchthon* Loci ed. anni 1535 [Corp. Ref. XXI, p. 277]; cui notioni egregie inserviunt haec duo Pauli dicta: οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σάρξ ἡμῶν, 2 Co. 7, 5; οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου, 2 Co. 2, 13); Ro. 8, 3. Gal. 5, 13. 19; opp. τὸ πνεῦμα (τοῦ θεοῦ), Ro. 8, 6 s. 12 s. Gal. 5, 16 s. 6, 8; Col. 2, 13 (de quo loco v. in ἀκροβυστία); vs. 23 (v. in πλησμονή); ἐπιθυμία σαρκός, Gal. 5, 16; αἱ ἐπιθυμίαι et τὰ θελήματα τῆς σαρκός, Eph. 2, 3; ὁ νοῦς τῆς σαρκός, Col. 2, 18; σῶμα τῆς σαρκός, corpus carnis imperio mancipatum, i. e. corpus, cujus membris natura nostra a deo abalienata instrumentis utebatur (cf. Ro. 6, 19), Col. 2, 11 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*; τὰ τῆς σαρκός (opp. τὰ τοῦ πνεύματος), ea quae carni placent s. quae caro appetit, Ro. 8, 5; σαρκὶ ἐπιτελοῦμαι, ita mihi finem impono, ut me applicem ad carnem, i. e. ut spiritu s. sensim privatus imperio carnis me tradam, Gal. 3, 3; σταυροῦν τὴν σάρκα αὐτοῦ (v. in σταυρόω), 5, 24; ἐν σαρκὶ εἶναι (opp. ἐν πνεύματι sc. τοῦ θεοῦ), in potestate carnis esse, carnis imperio subjectum esse, Ro. 8, 8 s. coll. 7, 5 (v. supra in 1, a); οἱ κατὰ σάρκα ὄντες, qui carnis indolem referunt, i. q. οἱ σαρκικοί (opp. οἱ κατὰ πνεῦμα ὄντες), Ro. 8, 5; κατὰ σάρκα περιπατεῖν, ad normam carnis vitam agere, in agendo carnis impetum sequi, Ro. 8, 1 t. vulg.; 2 Co. 10, 2; opp. κατὰ πνεῦμα, Ro. 8, 4; βουλεύεσθαι, 2 Co. 1, 17; καυχᾶσθαι, 11, 18., ubi cf. *Meyer*; (opp. κατὰ πνεῦμα) ζῆν, Ro. 8, 12 s. (ἐν σαρκὶ τυγχάνουσιν, ἀλλ' οὐ κατὰ σάρκα ζῶσιν, de Christianis, epist. ad Diogn. c. 5); ἐν σαρκὶ περιπατοῦντες οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα, etsi natura, in qua vitam transigimus, terrestris est ideoque imbecilla, non tamen ad ejus normam militiâ perfungimur, 2 Co. 10, 3 (οὐ κατὰ σάρκα γράφειν, ἀλλὰ κατὰ γνώμην θεοῦ, Ignat. ad. Rom. c. 8); c. notione *imbecillitatis in rebus cognoscendis*; σὰρξ κ. αἷμα, homo errando obnoxius, Mt. 16, 17. Gal. 1, 16; ἡ ἀσθένεια τῆς σαρκός, Ro, 6, 19; σοφοὶ κατὰ σάρκα, 1 Co. 1, 26. — Cf. *Tholuck* Ueb. σαρξ als Quelle der Sünde, in Theol. Studd. u. Kritiken, 1853, 3 H. *C. Holsten*: Die Bedeutung des W. σάρξ im Lehrbegriffe des Paulus, Rostock 1855. 4; repetit. in ej. libro Zum Evang. des Paulus u. Petrus, p. 367 ss. *Ritschl* Entstehung der altkathol. Kirche, p. 66 ss. ed. 2. *Baur* in Theolog. Jahrbücher 1857, 1 H. p. 96 ss. et in Bibl. Theologie des N. T. p. 142 ss. al.; *Wieseler* Commentar z. Br. an die Galater, p. 443 ss. 448 ss. *Weiss* Bibl. Theologie des N. T. p. 240 ss. 407 ss. *Rich. Schmidt* Paulin. Christologie p. 8 ss. *Eklund* σάρξ vocab. quid ap. Paulum apost. significet. Lund. 1872. *Lüdemann* Anthropologie des Paulus p. 1 ss. *Pfleiderer* Paulinism. p. 47 ss. *Wendt* die Begriffe Fleisch u. Geist im bibl. Lehrbegriff. Gotha 1878 et scripta a *Meyero* ad ep. ad Rom. 4, 1 (ed. 5) notata *

Σαρούχ (t. vulg.), rectius (*Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*) Σερούχ (שְׂרוּג, i. q. שָׂרִיג, palmes), ὁ, *Saruch, Seruch*, nom. pr. viri (Gen. 11, 20); Lc. 3, 35.*

σαρόω (pro antiquiore σαίρω, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 83), ῶ, pf. pass. σεσαρωμένος (σάρον, scopa), *scopis verro, verrendo purgo; τί*, Lc. 15, 8; pass. Mt. 12, 44. Lc. 11, 25. (Artem. on. 2, 33. Geop.)*

Σάῤῥα, ας, ἡ (שָׂרָה, princeps, Gen. 17, 15), *Sara*, uxor Abrahami; Ro. 4, 19. 9, 9. Heb. 11, 11. 1 Pet. 3, 6.*

Σάρων, ωνος, ὁ (hebr. שָׁרוֹן pro יְשָׁרוֹן a יָשַׁר rectus fuit), *Saron*, regio campestris a Caesarea palaestinensi (turri Stratonis) usque ad Joppen se extendens, pascuis abundans et fertilitate nobilis Jes. 33, 9. 65, 10. 1 Chr. 27, 29); Act. 9, 35.*

σατᾶν, indecl. (2 Co. 12, 7 t. vulg. *Grsb.*), ὁ, et ὁ σατανᾶς, ᾶ (hebr. שָׂטָן), *adversarius* (qui consilii factisve alicui renititur); appellatur ita 1) malorum spirituum princeps, infestissimus dei et Christi adversarius (v. in διάβολος et πονηρός), Mc. 3, 26. 4, 15. Lc. 10, 18. 11, 18. 1 Co. 5, 5. 2 Co. 11, 14. 1 Th. 2, 18. 1 Tim. 1, 20. Ap. 2, 9. 13. 24. 3, 9; ad defectionem a deo et ad peccandum sollicitat, Mt. 4, 10. Mc. 1, 13. Lc. (4, 8 t. vulg.) 22, 31. Act. 5, 3. 1 Co. 7, 5. 2 Co. 2, 11. 1 Tim. 5, 15; fraudibus homines circumveniens, 2 Co. 11, 14. 2 Th. 2, 9; subesse ejus potestati dicuntur idolorum cultores, Act. 26, 18. Ap. 12, 9; dicitur et ipse εἰςέρχεσθαι εἴς τινα, per quem agat, Lc. 22, 3. Jo. 13, 27; et per daemones suos corpora hominum occupare et morbis affligere, Lc. 13, 16 coll. Mt. 12, 26. 2 Co. 12, 7; adjuvante deo vincitur, Ro. 16, 20; Christo e coelis in terram reverso mille annos vinculis constringetur, exactis mille annis violentius quidem in terris grassabitur, Ap. 20, 2. 7., sed paulo post aeterno supplicio tradetur, vs. 10. — 2) *homo satanae similis*; Mt. 16, 23. Mc. 8, 33.*

σάτον (hebr. סְאָה, chald. סָאתָא, syr. ܣܐܬܐ), ου, τό, *satum*, genus mensurae aridorum, *sesquimodius* (Jos. antt. 9, 4, 5: ἰσχύει δὲ τὸ σάτον μόδιον καὶ ἥμισυ ἰταλικόν; v. Gen. 18, 6. Jud. 6, 19); Mt. 13, 33. Lc. 13, 21.*

Σαῦλος, ου, ὁ (v. in Σαούλ), *Saulus*, nomen judaicum Pauli apostoli, Act. 7, 58. 8, 1. 3. 9, 1. 8. 11. (vs. 19 t. vulg.) 22. 24. (vs. 26 t. vulg.) 11, 25. 30. 12, 25. 13, 1 s. 7. 9.*

σβέννυμι (ζβέννυμι, 1 Th. 5, 19 *Tdf.*) et σβεννύω, fut. σβέσω, aor. 1. ἔσβεσα, inde ab Hom., LXX pro כָּבָה et דָּעַךְ, *exstinguo, restinguo*; *a*) pr. *τί*, ignem vel res igne ardentes, Mt. 12, 20. Eph. 6, 16. Heb. 11, 34; pass. (LXX pro כָּבָה) *exstinguor*; nostr. *verlöschen, erlöschen*, Mt. 25, 8. Mc. 9, 44. 46 (quem utrumque versum *Tdf.* omittit, *Trg.* uncis includit); 48. — *b*) metaph., *exstinguo*, i. e. *opprimo*; nostr. *dämpfen*; τὸ πνεῦμα, afflatum divinum, 1 Th.

5, 19 (*ἀγάπην*, Cant. 8, 7; *τὰ πάθη*, 4 Macc. 16, 4; *χόλον*, Hom. Il. 9, 678; *ὕβριν*, Plat. legg. 8, 835 d; *τὸν θυμόν*, ibid. 10, 888 a).*

*σεαυτοῦ*, *ῆς*, *οῦ*, pronomen reflexivum secundae personae in genitivo tantum et dat. et accusativo usitatum; in N. T. exstat solum masculinum; genit., *tui ipsius; tui;* Jo. 8, 13. (18, 34 *Lchm. Trg.*) Act. 26, 1. 2 Tim. 4, 11; dat. *σεαυτῷ*, *tibi ipsi; tibi;* Jo. 17, 5. Act. 16, 28. Ro. 2, 5. 1 Tim. 4, 16; accus. *σεαυτόν*, *te ipsum; te;* Mt. 4, 6. Mc. 12, 31. Lc. 4, 23. Jo. 8, 53. Ro. 14, 22. Gal. 6, 1. 1 Tim. 4, 7. 2 Tim. 2, 15. Jac. 2, 8 al.

*σεβάζομαι* (*σέβας*, reverentia), 1) *vereor*, nostr. *Scheu haben, sich scheuen;* Hom. Il. 6, 167. 417. — 2) apud recentiores i. q. *σέβομαι*, *religiose colo, veneror;* c. aor. 1. pass. *ἐσεβάσθην* significatu activo, Ro. 1, 25. (Orph. Argon. 554; eccles. scriptt.)*

*σέβασμα*, *τος*, *τό* (*σεβάζομαι*), *quidquid sancte colitur* (*Gegenstand religiöser Verehrung*); 2 Th. 2, 4 (Sap. 14, 20); dic. de templis, aris, statuis al., Act. 17, 23; de idolorum simulacris, Hist. dracon. vs. 27. Sap. 15, 17. (Dion. Hal. antt. 1, 30.)*

*σεβαστός*, *ή*, *όν* (*σεβάζομαι*), 1) *colendus, venerandus.* — 2) *ὁ σεβαστός*, lat. *augustus*, cognomen imperatorum romanorum; Act. 25, 21. 25 (Strab. Lcian. Hdian. Dio C. al.); adjectiv. *ος*, *η*, *ον*, *augustus*, i. e. *a Caesare nomen nactus;* honoris titulus quibusdam s. legionibus s. cohortibus s. alis „ob virtutem" tribui solitus; *ala augusta ob virtutem appellata* (in lat. inscrr.); *σπεῖρη σεβ.*, *cohors augusta*, Act. 27, 1; *λεγίων σεβ.*, Ptol. 2, 3, 30. 2, 9, 18. 4. 3, 30. Uberius de re agit *Schürer* in Zeitschr. f. wissensch. Theologie, 1875, p. 413 ss.*

*σέβω* et (ita ubique in sacro cod.) *σέβομαι*, inde ab Hom., *revereor, religiose colo; τινά* (numen), Mt. 15, 9. Mc. 7, 7. Act. 18, 13. 19, 27 (Sap. 15, 18 al., pro יָרֵא, Jos. 4, 24. 22, 25. Jon. 1, 9); in actis apostol. *proselyti portae* (v. in *προσήλυτος*) appellantur *σεβόμενοι τὸν θεόν*, Act. 16, 14. 18, 7 (Jos. antt. 14, 7, 2); et simpliciter *οἱ σεβόμενοι*, 17, 17; *σεβόμενοι προσήλυτοι*, 13, 43; *σεβόμεναι γυναῖκες*, vs. 50; *οἱ σεβ. Ἕλληνες*, 17, 4; in latina ecclesia *metuentes, verecundi, religiosi, timorati;* Vulg. *colentes;* cf. *Thilo* in cod. apocr. p. 521.*

*σειρά*, *ᾶς*, *ἡ* (*εἴρω*, necto; cf. *Curtius* p. 317 et 615), inde ab Hom., *a*) *funis.* — *b*) *catena; σειραῖς ζόφου*, tenebris tamquam vinculis. 2 Pet. 2, 4 t. vulg. *Grsb.* (v. in *σειρός* et *σιρός*); *μιᾷ ἁλύσει σκότους πάντες ἐδέθησαν*, Sap. 17, 18.*

*σειρός*, *οῦ*, *ὁ*, i. q. *σειρά*, q. v. 2 Pet. 2, 4 *Trg.* Sed *σειρός*, lat. *sirus*, ap. profanos est *fovea*, in qua frumenta asservantur.*

*σεισμός*, *οῦ*, *ὁ* (*σείω*), *concussio, commotio; ἐν τῇ θαλάσσῃ*, *turbo*, Mt. 8, 24; ut saepe ap. Graecos inde a Sophcl. et Arstph. *κατ' ἐξοχήν terrae motus*, Mt. 24, 7. 27, 54. 28, 2. Mc. 13, 8. Lc. 21, 11. Act. 16, 26. Ap. 6, 12. 8, 5. 11, 13. 19. 16, 18; LXX pro רַעַשׁ.*

*σείω*, aor. 1. pass. *ἐσείσθην*, inde ab Hom., LXX maxime pro רָעַשׁ, *commoveo, concutio, tremere facio;* Ap. 6, 13; *τὴν γῆν*, Heb. 12, 26 ex Hagg. 2, 6; *ἐσείσθη ἡ γῆ*, Mt. 27, 51. Judd. 5, 4. 2 Sam. 22, 8; *σεισθῆναι ἀπὸ φόβου*, de hominibus, *prae timore contremuisse*, Mt. 28, 4; metaph. *perturbo animum*, *ἐσείσθη ἡ πόλις*, de incolis urbis, 21, 10.*

*Σεκοῦνδος*, *Tdf. Σέκουνδος*, *ου*, *ὁ* (vox lat.), *Secundus*, vir quidam thessalonicensis; Act. 20, 4.*

*Σελεύκεια* (*-κία*, *Tdf.*), *ας*, *ἡ*, *Seleucia*, urbs Syriae ad mare mediterraneum, versus septemtrionem 40 stadia ab ostio fluvii Orontis, 120 stadia ab Antiochiae urbe dissita et Cypro opposita; Act. 13, 4 (1 Macc. 11, 8).*

*σελήνη*, *ης*, *ἡ* (a *σέλας*, splendor), inde ab Hom., hebr. יָרֵחַ, *luna;* Mt. 24, 29. Mc. 13, 24. Lc. 21, 25. Act. 2, 20. 1 Co. 15, 41. Ap. 6, 12. 8, 12. 12, 1. 21, 23.*

*σεληνιάζομαι* (*σελήνη*), *lunaticus sum*, i. e. *morbo comitiali laboro* (qui morbus putabatur crescente luna redire et augeri); Mt. 4, 24. 17, 15 (Manetho 4, 81 et 217; eccles. scriptt.).*

*Σεμεΐ*, *Tdf. Trg. Σεμεείν* (שִׁמְעִי, i. e. famosus), *Simei*, nom. pr. viri, Lc. 3, 26.*

*σεμίδαλις*, accus. *ιν*, *ἡ*, *simila, similago*, i. e. flos farinae triticeae (*das feinste Weizenmehl*); Ap. 18, 13 (Hippocr. Arstph. Joseph. al.; LXX saepe pro סֹלֶת).

*σεμνός*, *ή*, *όν* (*σέβω*), inde ab Aeschl. et Pind., *augustus, venerabilis, reverendus; ob honestatem venerandus, honestus;* de hominibus, 1 Tim. 3, 8. 11. Tit. 2, 2; de factis, Phil. 4, 8.*

*σεμνότης*, *τητος* (*σεμνός*), ea alicujus rei vel personae ratio, ob quam ei reverentia seu verecundia debetur, *dignitas, gravitas, majestas; ἡ τοῦ ἱεροῦ σεμνότης*, 2 Macc. 3, 12; sensu ethico *gravitas, honestas, sanctitas;* 1 Tim. 2, 2. 3, 4. Tit. 2, 7. (Eur. Plat. Dem. al.)*

*Σέργιος*, *ίου*, *ὁ*, *Sergius*, cognomine *Pauli*, proconsul Cypri insulae, a Paulo apostolo ad christianam religionem conversus, ceterum ignotus; Act. 13, 7.*

*Σερούχ*, v. *Σαρούχ*.

*Σήθ*, *ὁ* (שֵׁת, positus, a שִׁית, ponere, Gen. 4, 25), *Sethus*, filius Adami tertius; Lc. 3, 38.*

*Σήμ* (ap. Joseph. *Σήμας*), *ὁ* (שֵׁם), *Sem*, filius Noachi natu maximus; Lc. 3, 36.*

*σημαίνω*, aor. 1. *ἐσήμανα* pro *ἐσήμηνα* antiquioribus et elegantioribus Graecis usitatiore (v. *Matthiae* §. 185. *Kühner* I, p. 905. *Lob.* ad Phryn. p. 24. *Win.* p. 85. *Bttm.* ntl. Gr. p. 35), (a *σῆμα*, signum), inde ab Aeschl. et Hdt., *signum do, significo, indico; τί*, Act. 25, 27; sq. orat. indir. Jo. 12, 33. 18, 32. 21, 19; i. q. *notum facio*, absol. Ap. 1, 1; sq. accus. c. inf. Act. 11, 28.*

*σημεῖον*, *ου*, *τό* (*σημαίνω*), inde ab Aeschl. et Hdt., hebr. אוֹת, *signum, nota, documentum;* 1) univ. id quo aliqua res vel persona cognoscitur et ab aliis dignoscitur, Mt. 26, 48. Lc. 2, 12. 2 Th. 3, 17; *σημεῖον περιτομῆς*, genit. explicationis, *σημεῖον, ὅ ἐστι περιτομή*, circumcisionem, quae signum esset foederis cum deo initi, Ro. 4, 11; *τὰ σημεῖα τοῦ ἀποστόλου*, documenta, quibus aliquem esse apostolum probatur, 2 Co. 12, 12; signum, quo aliqua res futura praenuntiatur; Mc. 13, 4. Lc. 21, 7; *τὸ σημ. τῆς σῆς παρουσίας*, genit. objecti, Mt. 24, 3; *τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου*, signum, quo Messiam propediem vel illico e coelis venturum et oculis se subjecturum esse indicatur, vs. 30; c. genit. subjecti, *τὰ σημεῖα τῶν καιρῶν*, i. e. quae *οἱ καιροί* praebent rerum futurarum indicia, s. quae *οἱ καιροί* portendunt, 16, 3; signum, quo aliquis monetur, ut sibi caveat (*Warnungszeichen*), 1 Co. 14, 22; dic. *de insignibus personis*, per quas deus homines quosdam graviter admonet iisque indicat, quid ab iis fieri velit; ita *σημεῖον ἀντιλεγόμενον*, de Jesu Christo, Lc. 2, 34; *Ἰωνᾶς ἐγένετο σημεῖον τοῖς Νινευΐταις* (Jon. 3, 4), Lc. 11, 30; hinc *τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ*, vs. 29, est i. q. *τὸ σημεῖον* simile illi *ὃς ἦν Ἰωνᾶς*, signo, quod Jonae missione et cohortatione salutis quaerendae causa datum est; qua eadem notione *ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου* suae aetatis hominibus *σημεῖον* se *ἔσεσθαι* dicit vs. 30; at vero Mt. 12, 39. 16, 4 *τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ* est res miraculosa, quae Jonae ipsi acciderit; cf. 12, 40; Lucam rectius quam Matthaeum verba Christi referre, satis probant *de Wette* atque *Bleek* ad Mt. 12, 40.

*Neander* Leben Jesu p. 265 s. ed. I. aliique. — 2) *ostentum, portentum*, i. e. res insolita consuetum naturae cursum excedens; *a*) dic. de ostentis insignes res mox futuras portendentibus, Lc. 21, 11. 25. Act. 2, 19. Ap. 12, 1. 3. 15, 1. — *b*) de miraculis et mirabilibus, quibus deus hominibus a se missis fidem et auctoritatem facit, aut homines causam quam agunt dei esse probant, Mt. 12, 38 s. 16, 1. 4. Mc. 8, 11 s. 16, 17. 20. Lc. 11, 16. 29. 23, 8. Jo. 2, 11. 18. 23. 3, 2. 4, 54. 6, 2. 14. 26. 30. 7, 31. 9, 16. 10, 41. 11, 47. 12, 18. 37. 20, 30. Act. 2, 22. 43. 8, 6. 1 Co. 1, 22; sed potestas τοῦ διδόναι σημεῖα, quibus homines fallantur, tribuitur etiam falsis doctoribus, pseudoprophetis, daemonibus, Mt. 24, 24. Mc. 13, 22. Ap. 13, 13 s. 16, 14. 19, 20. 2 Th. 2, 9. — Junguntur σημεῖα κ. τέρατα (אֹתוֹת וּמוֹפְתִים) vel (et id quidem rarius) τέρατα κ. σημεῖα (quae nomina non re et notione, sed tantum etymo differunt, cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. III, p. 270 s.), Mt. 24, 24. Mc. 13, 22. Jo. 4, 48. Act. 2, 19. 43. 4, 30. 5, 12. 6, 8. 7, 36. 14, 3. 15, 12. Ro. 15, 19. 2 Th. 2, 9 (Deut. 28, 46. 34, 11. Neh. 9, 10. Jes. 8, 18. 20, 3. Jer. 39 [32], 20. Sap. 8, 8. 10, 16. Polyb. 3, 112, 8. Philo vit. Mos. I, 16. Jos. antt. 20, 8, 6; b. jud. prooem. 11. Plut. Alex. 75. Ael. v. h. 12, 57); add. καὶ δυνάμεις, 2 Co. 12, 12. Heb. 2, 4; δυνάμεις κ. σημεῖα, Act. 8, 13; δυνάμεις κ. τέρατα κ. σημεῖα, 2, 22; διδόναι σημεῖα (v. in δίδωμι B. I, 6, a), Mt. 24, 24. Mc. 13, 22 (ποιεῖν σημεῖα, v. p. 365, col. 1); dicuntur σημεῖα γίνεσθαι διά τινος, Act. 2, 43. 4, 30. 5, 12. 14, 3. 15, 12; τὸ σημεῖον τῆς ἰάσεως, miraculum, quod erat sanatio, Act. 4, 22.*

σημειόω, ῶ (σημεῖον), *signo, noto, signando distinguo;* med. *mihi signo; τινά*, 2 Th. 3, 14 (Pol. Theophr. Philo Dion. Hal. al.)*

σήμερον, adv., inde ab Hom., LXX pro הַיּוֹם, *hodie; hodierno die;* Mt. 6, 11. 16, 3. Lc. 4, 21. 19, 5. Act. 4, 9. 13, 33 al.; etiam ubi is qui loquitur, noctem dicit proxime praeteritam, Mt. 27, 19; i. q. *hac nocte*, Lc. 2, 11; σήμερον ταύτῃ τῇ νυκτί, Mc. 14, 30; ἕως σήμερον, 2 Co. 3, 15; opp. αὔριον, Mt. 6, 30. Lc. 12, 28. 13, 32 s. Jac. 4, 13; χθὲς καὶ σήμερον καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, per rhetoricam periphrasin i. q. ἀεί, Heb. 13, 8; ἡ σήμερον ἡμέρα, hodiernus dies, Act. 20, 26; ἕως τῆς σ. ἡμέρας, Ro. 11, 8; μέχρι τῆς σήμερον sc. ἡμέρας, Mt. 11, 23. 28, 15; ἕως τῆς σ., 27, 8; ἄχρι τῆς σ. (ubi *Lchm. Tdf.* addunt ἡμέρας), 2 Co. 3, 14; ἡ σήμερον, i. q. quae hodie evenerunt, Act. 19, 40; τὸ σήμερον, vox *hodie* (das Wort *heute*), Heb. 3, 13; substantive: ὁρίζει ἡμέραν, σήμερον, nos: „ein Heute" (intelligitur autem tempus amplectendae salutis benigne oblatae), 4, 7.

σήπω, inde ab Hom., *putrefacio;* in sacro cod. etiam *perdo*, Job. 40, 7; pass. *putrefio, putresco*, pf. 2 activi σέσηπα, *putrefactus sum* (cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 82); ὁ πλοῦτος σέσηπεν, periit, Jac. 5, 2.*

σηρικός (*Lchm.* ed. maj. *Tdf.* σιρικός), ή, όν (Σήρ, Σῆρες, Seres, indicus populus), pr. *ad Seres pertinens.* — 2) *bombycinus* (*seiden*); τὸ σηρικόν, textum sericum, vestes sericae, Ap. 18, 12 (ἐσθήσεσι σηρικαῖς, Jos. b. j. 7, 5, 4).*

σής, σητός, ὁ (hebr. סָס, Jes. 51, 8; עָשׁ, Job. 4, 19. 13, 28), *tinea*, vermiculus vestes rodens ac perdens (*Kleidermotte*); Mt. 6, 19 s. Lc. 12, 33 (Pind. Arstph. Arstot. Theophr. al.).*

σητόβρωτος, ον (e σής tinea, et βρωτός, hoc autem a βιβρώσκω), *a tineis corrosus;* ἱμάτιον, Jac. 5, 2 (ἱμάτια, Job. 13, 28; de idolorum statuis, Sibyll. orac. ap. Theoph. ad Aut. p. 170 ed. Otto).*

σθενόω, ῶ (σθένος, robur), *roboro, robur addo;* τινά, animum alicujus confirmo, 1 Pet. 5, 10., ubi pro l. vulg. optativ. aor. σθενώσαι legendum est σθενώσει. (Passiv. *Walz* rhet. t. 1, 15.)*

σιαγών, όνος, ἡ, *mala, maxilla;* Mt. 5, 39. Lc. 6, 29 (Sophcl. Xen. Plat. Aristot. al.; LXX pro לְחִי).*

σιγάω, ῶ, aor. 1. ἐσίγησα, ptcp. pf. pass. σεσιγημένος (σιγή), inde ab Hom., *sileo, taceo;* Lc. 9, 36. (18, 39 *Lchm. Tdf. Trg.*), Act. 12, 17. 15, 12 s. 1 Co. 14, 28. 30. 34; pass. silentio tegor, celor, Ro. 16, 25.*

σιγή, ῆς, ἡ (a σίζω, i. e. emitto sonum *st* vel *hscht*, quo silentium imperem), inde ab Hom., *silentium;* Act. 21, 40. Ap. 8, 1.*

σιδήρεος, έα, εον, contr. οῦς, ᾶ, οῦν (σίδηρος), inde ab Hom., *ferreus;* Act. 12, 10. Ap. 2, 27. 9, 9. 12, 5. 19, 15.*

σίδηρος, ου, ὁ, inde ab Hom., *ferrum;* Ap. 18, 12.*

Σιδών, ῶνος, ἡ (צִידוֹן et צִידֹן, a צוּד, venari, ap. Aram. etiam piscari; igitur pr. a piscium ubertate nomen habens; cf. Justin. 18, 3), *Sidon*, urbium phoeniciarum antiquissima eademque olim opulentissima mercatuque florentissima, ad mare mediterraneum in finibus Judaeae sita, quam Judaei suae tribui Ascher assignatam expugnare frustra tentaverant, hodie *Szaida* ad 10000 incolas (v. *Baedeker* Palaestina, p. 451) complectens; Mt. 11, 21 s. 15, 21. Mc. 3, 8. 7, 24 (q. l. *Tdf.* verba καὶ Σιδῶνος expunxit); vs. 31. Lc. (4, 26 t. vulg. *Grsb.*) 6, 17. 10, 13 s. Act. 27, 3.*

σιδώνιος, ία, ιον (Σιδών), *ad Sidonem pertinens, sidonius;* τῆς Σιδωνίας, sc. χώρας, Lc. 4, 26 *Lchm. Tdf. Trg.* (Hom. Od. 13, 285); Σιδώνιοι, Sidonis incolae, Act. 12, 20.*

σικάριος, ίου, ὁ (nom. latinum), *sicarius*, i. e. sicam, i. e. gladium breviorem sub veste gerens, quo clam et insidiose eum, quem velit, interficere possit (*Bandit, Meuchelmörder*); Act. 21, 38. (Jos. b. j. 2, 17, 6: σικαρίους ἐκάλουν τοὺς λῃστὰς ἔχοντας ὑπὸ τοῖς κόλποις τὰ ξίφη. Id. antt. 20, 8, 10: σικάριοι λῃσταί εἰσι χρώμενοι ξιφιδίοις παραπλησίοις μὲν τὸ μέγεθος τοῖς τῶν Περσῶν ἀκινάκαις, ἐπικαμπέσι δὲ καὶ ὁμοίοις ταῖς ὑπὸ Ῥωμαίων σίκαις καλουμέναις, ἀφ' ὧν καὶ τὴν προσηγορίαν οἱ λῃστεύοντες ἔλαβον πολλοὺς ἀναιροῦντες.)*

σίκερα, τό, vox hebr. (שֵׁכָר), indeclinabilis (habet tamen genitivum σίκερος Euseb. praep. evang. 6, 10, 8), *sicera*, potus inebrians, a vino diversus, temetum artificiose e rebus dulcibus confectum et mixtum, sive paretur frumento frugibusque, sive pomorum (dactylorum) succo sive decoctis favis; Lc. 1, 15 (Lev. 10, 9. Num. 6, 3. Deut. 14, 26. 29, 6 al.; eadem vox hebr. exprimitur voce μέθυσμα, Judd. 13, 4. 7. 14. Mich. 2, 11). Cf. *Win.* RWB. s. v. Wein, künstlicher.*

Σίλας, dat. ᾳ, acc. αν, ὁ, *Silas* (contract. e Σιλουανός, q. v.; cf. *Win.* 97), civis romanus (Act. 16, 37 s.), Pauli apostoli in compluribus itineribus comes et in praedicando evangelio socius; Act. 15, 22. 27. 32. (t. vulg. vs. 34.) 40. 16, 19. 25. 29. 17, 4. 10. 14 s. 18, 5.*

Σιλουανός, οῦ, ὁ, *Silvanus*, idem vir, qui in actis apostol. appellatur Σίλας (q. v.); 2 Co. 1, 19. 1 Th. 1, 1. 2 Th. 1, 1. 1 Pet. 5, 12.*

Σιλωάμ (hebr. שִׁלֹחַ, Jes. 8, 6., quod Jo. 9, 7 transfertur ἀπεσταλμένος, rectius autem redditur *emissio*, i. e. *effusio*, germ. *Wasserguss;* formatum est nomen ad similitudinem formarum אִיּוֹב ab אָיַב, odio habitus, infestatus; יִלּוֹד, natus, a יָלַד, peperit), ὁ (apud Joseph. ἡ Σιλωάμ, sc. πηγή, b. j. 5, 12, 2. 6, 8, 5; at etiam μέχρι τοῦ Σιλωάμ, b. j. 2, 16, 2;

6, 7, 2), *Siloam*, fons aquae dulcis et largae (Jos. b. j. 5, 4, 1), in lacum s. piscinam ejusdem nominis (Neh. 3, 15) se effundens, cujus utriusque situs ad australem Hierosolymorum partem quaerendus videtur, quamquam hac de re alii aliter judicant; Lc. 13, 4. Jo. 9, 11 (Jes. 8, 6). Cf. *Win.* RWB. s. v. Siloah. *Roediger* in *Gesenii* Thes. p. 1416. *Leyrer* in *Herzog* Enc. 14, p. 371 ss. *Robinson* Palaestina, II, p. 142 ss. *Tobler* Die Siloaquelle u. der Oelberg. St. Gallen, 1852. *Kneucker* Siloah, Quelle, Teich u. Thal in Jerus. Heidelb. 1873. *Furrer* in *Schenkel* BL. 5, 295 s.*

*σιμικίνθιον* (s. *σημικίνθιον*), ου, τό (vox lat. a *semi* et *cingo*), *semicinctium*, tegumentum linteum, minus latum, quo se praecingere solebant opifices et famuli (*Schürze, Vortuch, Handtuch*); Act. 19, 12.*

*Σίμων*, ωνος, ὁ (שִׁמְעוֹן exauditio, a שָׁמַע, audivit), *Simon;* 1) *Petrus* apostolus; Mt. 17, 25. Mc. 1, 29 s. 36. Lc. 4, 38. 5, 4 s. 10 al.; v. in *Πέτρος*. — 2) frater Judae Lebbaei, apostolus, qui vocatur *κανανίτης*, Mt. 10, 4. Mc. 3, 18., s. *ζηλωτής*, Lc. 6, 15. Act. 1, 15. — 3) frater Jesu; Mt. 13, 55. Mc. 6, 3. — 4) vir quidam cyrenaeus, qui crucem Jesu portavit; Mt. 27, 32. Mc. 15, 21. Lc. 23, 26. — 5) pater Judae Cariotensis; Jo. 6, 71. 12, 4. 13, 2. 26. — 6) Pharisaeus quidam; Lc. 7, 40. 43 s., qui nihil differre videtur a Simone *leproso;* Mt. 26, 6. Mc. 14, 3. — 7) coriarius quidam Joppae habitans; Act. 9, 43. 10, 6. 17. 32. — 8) *Simon* magus samaritanus; Act. 8, 9. 13. 8. 24. Varias de eo tum ecclesiasticas fabulas, tum recentissimorum theologorum conjecturas et sententias copiose recenset *Lipsius* in *Schenkel* BL. 5, 301 ss.

*Σινᾶ*, τό (intellige *ὄρος*, cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 19), indecl.; Joseph. *τὸ Σιναῖον*. antt. 3, 5. 1. et *τὸ Σιναῖον ὄρος*, antt. 2, 12, 1; hebr. סִינַי, *Sina* s. *Sinai*, mons s. potius montanum in Arabiae Petraeae peninsula promulgatione legis mosaicae celeberrimum. Cujus montani tria cacumina sunt: unum quod ad occidentem spectat et חֹרֵב vocatur; secundum versus orientem *Sinai* proprie dictum; tertium australe, hodie *mons St. Catharinae*. Sed discrimen inter Horeb et Sinai ab aliis aliud statuitur; nec desunt, qui haec duo unius ejusdemque montani nomina fuisse (cf. Sir. 48, 7) judicent; cf. *Win.* RWB. s. v. Sinai. *Arnold* in *Herzog* Enc. 14, p. 420 ss. *Furrer* in *Schenkel* BL. 5, p. 326 ss. Legitur nomen Act. 7, 30. 38. Gal. 4, 24 s.*

*σίναπι* (sic et *σίνηπι* ap. recentiores pro Atticorum *νάπυ*, v. *Lob.* ad Phryn. p. 288), *sinapi* (*Senf*), nomen fruticis in orientalibus terris e grano minutissimo procrescentis et in arboris altitudinem saepe decem pedes aequantem excrescentis, unde *κόκκῳ σινάπεως* comparatur res minutissimae quantitatis, Mt. 17, 20. Lc. 17, 6., ejusdemque in eximiam magnitudinem excrescentis, Mt. 13, 31 s. Mc. 4, 31. Lc. 13, 19.*

*σινδών*, όνος, ἡ (vox incertae originis; sanscr. *sindhu;* LXX pro סָדִין, Judd. 14, 12 s. Prov. [29. 42] 31, 24), *sindon*, i. e. 1) linteum, praesertim subtilius et pretiosum, cui corpora mortuorum involvebantur, Mt. 27, 59. Mc. 15, 46. Lc. 23, 53 (cf. Hdt. 2, 86 de Aegyptiis: *κατειλίσσουσι πᾶν τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης*). — 2) *id quod e sindone confectum est;* ita de leviore et laxiore indumento, quod noctu nudo in corpore gestabatur, Mc. 14, 51 s. (praeter Hdtum voce utuntur Sophcl. Thuc. Strabo, Lcian. al.)*

*σινιάζω*, infin. aor. *σινιάσαι* (*σινίον*, cribrum, vannus, nomen ecclesiasticae et byzant. graecitatis), *cribro*, i. e. *cribro et vanno agito; τινὰ ὡς τὸν σῖτον*, i. e. extra tropum: perturbando alicujus animo ejus fidem tentare et labefactare, Lc. 22, 31. (eccles. scriptt.)*

*σιρικός*, v. in *σηρικός*.

*σιρός*, οῦ, ὁ, i. q. *σειρός* (q. v.), 2 Pet. 2, 4 *Lchm. Tdf.**

*σιτευτός*, ἡ, όν (*σιτεύω*, tritico alo, sagino), *saginatus;* Lc. 15, 23. 27. 30 (Jer. 26 [46], 21. 3 Reg. 4. 23. Xen. Polyb. Athen.)*

*σιτίον*, ου, τό (demin. nominis *σῖτος*), 1) *frumentum*, Act. 7, 12 *Lchm. Tdf. Trg.* — Apud profanos etiam 2) *cibus frumentaceus* (Hdt. 2, 36). — 3) *edulia, esculenta* (Arstph. Xen. Plat. Dem. al.).*

*σιτιστός*, ή, όν (*σιτίζω*, frumento alo, sagino), *saginatus*; Mt. 22, 4. Jos. antt. 8, 24. Athen. 14. p. 656 e.*

*σιτομέτριον*, ίου, τό (Attici dixerunt: *τὸν σῖτον μετρεῖν*, unde recentiores composuerunt *σιτομετρεῖν*, Gen. 47, 12. Pol. 4, 63, 10. Diod. 19, 50. Jos. contr. Ap. 1. 14), *demensa portio frumenti s. cibi;* Lc. 12, 42 (eccles. scriptt.; Byzant.)*

*σῖτος*, ου, ὁ, inde ab Hom., LXX maxime pro דָּגָן, *triticum, frumentum;* Mt. 3, 12. 13, 25. 29 s. Mc. 4, 28. Lc. 3, 17. 16, 7. 22, 31. Jo. 12, 24. Act. 27, 38. 1 Co. 15, 37. Ap. 6, 6. 18, 13; plur. *τὰ σῖτα* (cf. *Win.* p. 62), Act. 7, 12 t. vulg. *Grsb.* et saepius ap. LXX.*

*Σιχάρ*, v. *Συχάρ*.

*Σιών*, indecl. (cujus grammatici generis in N. T. sit, e locis, quibus commemoratur, non patet; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 19; ap. LXX, ubi nomine *urbs* Hierosol. significatur, exstat *ἡ Σιών*, velut Ps. 102, 13. 16. 132, 13. 137, 1) hebr. צִיּוֹן, *Sion;* 1) collis ille, in quo exstructa erat superior eademque antiquior Hierosolymorum pars (עִיר דָּוִד, quod Davides eam expugnaverat), collium illorum, quibus urbs insidebat, summus idemque ad Africum vergens. — 2) dic. persaepe de ipsa eaque tota Hierosolymorum urbe; Ro. 9, 33 et 1 Pet. 2, 6 e Jes. 28, 16; Ro. 11, 26 ex Jes. 59, 20. *ἡ θυγάτηρ Σιών* (v. in *θυγάτηρ*), Mt. 21, 5. Jo. 12, 15. — 3) Quum Hierosolyma ob templum in iis exstructum sedes dei dicerentur (cf. Mt. 5, 35; *κύριος τὴν Σιὼν ᾑρετίσατο εἰς κατοικίαν αὐτοῦ*, Ps. 132, 13), transfertur dictio *τὸ Σιὼν ὄρος* ad coelum ut veram dei et coelitum sedem et terrestris Sionis antitypum, Heb. 12, 22. Ap. 14. 1.*

*σιωπάω*, ῶ, 3 pss. impf. *ἐσιώπα, ἐσιώπων*, aor. 1. *ἐσιώπησα* (*σιωπή*), inde ab Hom., *taceo, sileo;* pr. Mt. 20, 31. 26, 63. Mc. 3, 4. 9, 34. 10, 48. 14, 61. Lc. (18, 39 t. vulg.) 19, 40. Act. 18, 9; dic. de non loquente quippe muto, Lc. 1, 20. 4 Macc. 10, 18; ut ap. latinos poetas *sileo*, metaph. de mari sedato. Mc. 4, 39.*

*σκανδαλίζω*, f. ίσω, aor. 1. *ἐσκανδάλισα*, aor. 1. pass. *ἐσκανδαλίσθην*, fut. 1. pass. *σκανδαλισθήσομαι* (*σκάνδαλον*, q. v.), Vulg. *scandalizo*, Peschito ܐܟܫܠ, pr. *offendiculum s. viae impedimentum pono*, in quo *alter offendens titubet vel cadat; offendiculo sum;* in N. T. semper metaph. *a*) *ad peccandum sollicito* (Luth. *ärgern*, i. e. *arg, bös machen*); *τινά*, Mt. 5, 29. 18, 6. 8 s. Mc. 9, 42 s. 45. 47. Lc. 17, 2. 1 Co. 8, 13; pass. *offendor*, Vulg. *scandalizor;* Peschito ܐܬܟܫܠ, Ro. 14, 21. 2 Co. 11, 29. — *b*) *efficio, ut aliquis ei, cui fidem habere et cujus auctoritatem sequi debeat, diffidere ejusque partes deserere incipiat;* cf. nostrum *einen irre machen*, et pass. *irre werden; τινά*, Jo. 6, 61; pass. Mt. 13, 21. 24, 10. 26, 33. Mc. 4, 17. 14, 29; *ἔν τινι, offendor in aliquo*, i. e. haberе mihi videor, quod

in aliquo improbem et quod me impediat, quo minus ejus auctoritatem agnoscam, Mt. 11, 6. 13, 57. 26, 31. Mc. 6, 3. 14, 27. Lc. 7, 23; *efficio, ut aliquis de aliquo sinistre vel inique judicet*, Mt. 17, 27. — Quum is cujus pes offendiculo impegit vel irretitur, dolorem sentiat, *σκανδαλίζω* est *c*) *efficio ut aliquis aliquid moleste ferat; indignabundum reddo; τινά*, pass. *moleste fero, indignor;* Mt. 15, 12. Verbum *σκανδαλίζειν* neque ap. profanos neque ap. LXX, sed solum in Aquilae reliquiis Ps. 63, 9. Jes. 8, 15. Prov. 4, 12 pro מִכְשׁוֹל habetur; praeterea Sir. 9, 5. 23, 8. 35, 15.*

*σκάνδαλον, ου, τό*, vox solum biblica et eccles. pro *σκανδάληθρον*, passim ap. nativos Graecos obvio; LXX pro מוֹקֵשׁ (tendicula, laqueus), et מִכְשׁוֹל, *a*) pr. *mobile decipulae tigillum; decipula;* quodvis *offendiculum in via positum, in quo si quis offendit, titubet vel cadat necesse est;* Lev. 19, 14; *πέτρα σκανδάλου*, i. e. rupes, quae est offendiculum; metaph. ita dic. Jesus Christus, cujus persona et fata cum Judaeorum de Messia exspectationibus ita pugnabant, ut eum repudiarent eâque contumaciâ jacturam messianae salutis facerent (v. in *πρόςκομμα*), Ro. 9, 33 et 1 Pet. 2, 8 (e Jes. 8, 14). — *b*) metaph. *aliquis vel aliquid, quo homo ad errandum aut peccandum inducitur; α*) de personis; Mt. 13, 41. 16, 23 (q. l. *σκάνδαλον* „non ex *effectu*, sed ex *natura et conditione propria* dicitur", *Calov.*); dic. ita *Χριστὸς ἐσταυρωμένος* (quia crucis supplicium, quod subiit, Judaeorum in eum contumaciam excitavit), 1 Co. 1, 23. — *β*) de rebus; *τιθέναι τινὶ σκάνδαλον* (quod proprio sensu dicitur Judith. 5, 1), *offendiculum ponere alicui*, i. e. facere id quo alter inducitur ad peccandum, Ro. 14, 13; idem denotatur phrasi *βάλλειν σκάνδαλα ἐνώπιόν τινος*, Ap. 2, 14; *οὐκ ἔστι σκάνδαλον ἔν τινι* (p. 124, col. 1), 1 Jo. 2, 10; plur. *σκάνδαλα*, dicta vel facta, quibus qui spectant vel audiunt ad peccatum inducuntur (Sap. 14, 11), Mt. 18, 7. Lc. 17, 1; *σκάνδαλα ποιεῖν παρὰ τὴν διδαχήν*, efficere, ut aliqui a vera doctrina ad errandum et peccandum abducantur, Ro. 16, 17; *τὸ σκάνδ. τοῦ σταυροῦ*, quod crux, i. e. mors Christi in cruce tolerata offensionis habet (v. supra in *α*), Gal. 5, 11; i. q. causa perniciei, Ro. 11, 9 e Ps. 69, 23.*

*σκαπτω*, aor. 1. *ἔσκαψα, fodio;* Lc. 6, 48 (de q. l. v. in *βαθύνω*); 13, 8. 16, 3. (Arstph. Eurip. Xen. Plat. Arstot. Theophr. al.)*

*σκάφη, ης, ἡ* (*σκάπτω*), inde ab Hdt., *quod excavatum est, alveus* (*Wanne, Trog*), specialiter *scapha, scaphe, cymba, linter* (*Nachen, Boot*); Act. 27, 16. 30. 32.*

*σκέλος, ους, τό*, inde ab Hom., *crus*, i. e. quicquid a coxendicis osse usque ad extremos pedis digitos pertinet; Jo. 19, 31 s. 33.*

*σκέπασμα, τος, τό* (*σκεπάζω*, tego, operior), *tegumentum*, speciat. *vestimentum* (Arstot. pol. 7, 17. Jos. b. j. 2, 8, 5); 1 Tim. 6, 8.*

*Σκευᾶς, ᾶ, ὁ, Scevas*, quidam princeps sacerdotum; Act. 19, 14.*

*σκευή, ῆς, ἡ*, inde ab Hdt., *quivis apparatus, quo quis instructus est;* dic. de utensilibus navis (Diod. 14, 79) Act. 27, 19. LXX Jon. 1, 5.*

*σκεῦος, ους, τό*, inde a Thuc., LXX pro כְּלִי, 1) *vas;* Mc. 11, 16. Lc. 8, 16. Jo. 19, 29. Act. 10, 11. 16. 11, 5. 2 Tim. 2, 20. Ap. 2, 27. 18, 12; *τὰ σκ. τῆς λειτουργίας*, usui in sacris faciendis destinata, Heb. 9, 21; *σκεῦος εἰς τιμήν*, quod in honore sit sc. honesto ejus usu, Ro. 9, 21. 2 Tim. 2, 21 (*καθαρῶν ἔργων δοῦλα σκεύη*, Sap. 15, 7); *εἰς ἀτιμίαν*, quod sit in contumelia sc. per ejus in turpes res usum (velut matula), Ro. 9, 21; *σκεύη ὀργῆς*, in quae ira effundatur, i. e. homines, quibus deus miseriam decrevit, unde additur *κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν*, Ro. 3, 22; *σκεύη ἐλέους*, apta, in quae conferatur benignitas, quod explicatur verbis ἃ *προητοίμασεν εἰς δόξαν*, vs. 23; dic. *τὸ σκεῦος* de muliere tamquam vase mariti, 1 Th. 4, 4 (de quo loco v. in *κτάομαι*); comparatur sexus femineus virili debilior cum *σκεύει ἀσθενεστέρῳ*, ut maritis officia humanitatis erga uxores commendentur (nam quo infirmiora sunt vasa, eo diligentius cavendum est, ne frangantur), 1 Pet. 3, 7; *ὀστράκινα σκεύη* dic. humana corpora ut fragilia, 2 Co. 4, 7. — 2) *instrumentum;* plur. *utensilia domestico usui inservientia*, Mt. 12, 29. Mc. 3, 27. Lc. 17, 31; quemadmodum plur. *τὰ σκεύη* passim ap. Graecos univ. designat *armamenta et machinas in navibus* (Xen. oec. 8, 12. Plat. Critias p. 117 d. Lach. p. 183 e. Polyb. 22, 26, 13): ita singul. *τὸ σκεῦος* speciat. et collective de velis et rudentibus (*Segel u. Tauwerk*) dici videtur Act. 27, 17; — metaph. de homine, *σκεῦος ἐκλογῆς* (genit. qualitatis), instrumentum electum, Act. 9, 15; turpi sensu in malis peragendis administer, *σκεῦος ὑπηρετικόν*, Pol. 13, 5, 7. 15, 25, 1.*

*σκηνή, ῆς, ἡ*, inde a Sophcl. et Thuc., LXX maxime pro אֹהֶל; saepe etiam pro מִשְׁכָּן, praeterea pro סֻכָּה, — *tentorium, tabernaculum* (sive ex frondibus, sive pellibus s. ex alia materia factum); Mt. 17, 4. Mc. 9, 5. Lc. 9, 33. Heb. 11, 9; *αἱ αἰώνιοι σκηναί* (v. in *αἰώνιος*, 3), Lc. 16, 9 („*et dabo iis tabernacula aeterna, quae praeparaveram illis*", 4 Esr. 2, 11); dic. de notissimo illo mobili et portabili dei templo, ad cujus exemplar posthac templum hierosolymitanum exstruebatur, Heb. 8, 5. 9 (vs. 1 t. vulg.), vs. 21; add. *τοῦ μαρτυρίου* (v. in *μαρτύριον*) Act. 7, 44; dic. *σκηνή* de templo Heb. 13, 10; *σκηνὴ ἡ πρώτη*, anterior tabernaculi (et posthac templi) pars, 9, 2. 6. 8; dic. de sanctissimo s. sancto sanctorum, 9, 3; transfertur nomen in coelum ut veram dei sedem ac terrestris sanctuarii prototypum, 9, 11. Ap. 13, 6; hinc *ἡ σκηνὴ ἡ ἀληθινή*, coelum, Heb. 8, 2., ad quem nominis usum respiciendo consummati regni divini tempore *ἡ σκηνὴ τοῦ θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων* (e phrasi *σκηνοῦν μετά τινος*) futura esse dicitur, Ap. 21, 3; *ὁ ναὸς τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου* (v. in *μαρτύριον*), coeleste templum, in quo tabernaculum foederis, i. e. adytum intimum erat, 15, 5. — *ἡ σκ. τοῦ Μολόχ*, portabilis Molochi aedicula, Act. 7, 43 (orientales enim populi itinera s. expeditiones facientes numina sua eorumque aediculas secum gestare solebant; hinc *ἡ ἱερὰ σκηνή* Carthaginiensium ap. Diod. 20, 65., ubi v. *Wesseling*). — *ἡ σκηνὴ Δαυΐδ* (ex Amos. 9, 11 pro סֻכַּת), *tugurium Davidis*, videtur contemtim dici de *domo* i. e. *familia ad infimum redacta ac depressa*, Act. 15, 16 (aliter אֹהֶל דָּוִד Jes. 16, 5).*

*σκηνοπηγία, ας, ἡ* (*σκηνή, πήγνυμι*, cf. Heb. 8, 2), 1) *tabernaculi* vel *tabernaculorum compactio; ἡ τῆς χελιδόνος σκηνοπηγία*, sollertia hirundinis in compingendo nido, Aristot. h. a. 9, 7. — 2) *festum tabernaculorum;* Jo. 7, 2. Quod festum Judaei quotannis inde a 15. die mensis Tisri per septem dies agebant, tum ut memoria recoleretur illius temporis, quo majores ex Aegypto profecti in itineribus per desertum Arabiae faciendis tentoria sibi fixerant (Lev. 23, 40), tum ut peractam messem ac vindemiam dies festi ac laeti sequerentur (Deut. 16, 13). Solebant in hujus festi usum Judaei vel in tectis vel in aulis vel in plateis areisque tabernacula e frondibus arborum ramosis construere (Nah. 8, 16), eaque floribus et fructi-

bus omnis generis ornare (Lev. 23; 40), sub quibus per sollennitatis intervallum convivia agerent atque hilaritati se darent. Appellatur hoc festum חַג הַסֻּכּוֹת, *ἑορτὴ τῆς σκηνοπηγίας*, Deut. 16, 16. 31, 10. Zach. 14, 16. 18 s. 3 Esr. 5, 51. Jos. antt. 4, 8, 12; *ἑορτὴ τῶν σκηνῶν*, Lev. 23, 34. Deut. 16, 13. 2 Macc. 10, 6; *σκηναί*, Philo de septenar. §. 24; *σκηνοπηγία*, 1 Macc. 10, 21. 2 Macc. 1, 9. 18; semel (Exod. 23, 16) חַג הָאָסִיף, i. e. festum collectionis sc. frugum.*

*σκηνοποιός, οῦ, ὁ* (*σκηνή, ποιέω*), *tabernaculorum fabricator*, i. q. *σκηνοῤῥάφος* (Ael. v. h. 2, 1), qui ex corio vel ciliciis pannisque linteis tentoria minora portabilia in usum peregrinatorum consuit; Act. 18, 3.*

*σκῆνος, ους, τό*, *tabernaculum, tentorium*, ubique per metaph. dic. *corpus humanum*, in quo velut in tentorio animus habitat et quod mortis tempore detendetur, 2 Co. 5, 4; *ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους*, i. e. *ὅ ἐστι τὸ σκῆνος*, notissimum illud tentorium, vs. 1; cf. Sap. 9, 15 ibique *Grimm;* eadem notione Tim. Locr. p. 100 ss. et saepe ap. alios philosophos; cf. *Fischer* Index ad Aeschin. dial. socr. et *Passow* s. v.*

*σκηνόω, ῶ*, f. *ώσω*, aor. 1. *ἐσκήνωσα*, *tentorium figo, tentorium habeo, in tentorio dego* (saepe ap. Xen.; Dem. p. 1257, 6); deus *σκηνώσει ἐπ' αὐτούς*, super eos, ut sub ejus tentorii tegmine et praesidio tuti sint et securi, Ap. 7, 15; univ. i. q. *habito* (Judd. 5, 17), sq. *ἐν* c. dat. loci, Ap. 12, 12. 13, 6 (*ἐν ταῖς οἰκίαις*, Xen. an. 5, 5, 11); *ἐν ἡμῖν* inter nos, Jo. 1, 14; *μετά τινος*, cum aliquo, Ap. 21, 3; *σύν τινι*, alicujus contubernalem esse, Xen. Cyr. 6, 1, 49.*

*σκήνωμα, τος, τό* (*σκηνόω*), *tentorium, tabernaculum;* de templo dei habitaculo, Act. 7, 46 (Ps. 15, 1. 26, 8. 43, 3. 46, 4. Pausan. 3, 17, 6; de tentorio foederis, 3 Reg. 2, 28); metaph. de corpore humano animi quasi domicilio (v. in *σκῆνος*); *ἐν τῷ σκηνώματι εἶναι*, de vita terrestri, 2 Pet. 1, 13; *ἀπόθεσις* (quia auctor tentorii et indumenti s. vestis notiones commiscet, ut Paulus 2 Co. 5, 2), vs. 14. (Eur. Xen. Plut. al.; LXX pro אֹהֶל et מִשְׁכָּן.)*

*σκιά, ᾶς, ἡ*, inde ab Hom., LXX pro צֵל, *a*) pr. *umbra*, quae luce objectu corporis alicujus impeditâ oritur; Mc. 4, 32 (cf. Ez. 17, 23); Act. 5, 15; *σκιὰ θανάτου*, ut *umbra mortis* (Ovid. metam. 5, 191) et *umbra Erebi* (Virg. Aen. 4, 26. 6, 404), *caligo densissima* (quia ex remotioris antiquitatis opinione orcus spissis tenebris oppletus erat), trop. spissa *errorum* caligo, Mt. 4, 16. Lc. 1, 79 (ex Jes. 9, 1; ubi צַלְמָוֶת). — *b*) umbra, quae a corpore repercutitur corporisque repercutientis formam simulat; opp. *σῶμα*, res ipsa, Col. 2, 17; hinc i. q. *adumbratio* (*Schattenriss*), Heb. 8, 5; opp. *εἰκών*, *expressa* imago, Heb. 10, 1 (ut ap. Cic. de off. 3, 17, 69: „Nos veri juris *solidam* et *expressam effigiem* nullam tenemus, *umbra* et *imaginibus* utimur").*

*σκιρτάω, ῶ*, aor. 1. *ἐσκίρτησα*, *exsilio, exsulto;* Lc. 1, 41. 44. 6, 23. (Gen. 25, 22. Ps. 114, 4. 6; ap. Graecos inde ab Hom.)*

*σκληροκαρδία, ας, ἡ* (*σκληρός, καρδία*), vox biblica, *indoles ejus, qui est σκληρὸς τὴν καρδίαν* (Prov. 28, 14) sive *σκληροκάρδιος* (Prov. 17, 20. Ez. 3, 7); *obduratus et intractabilis animus; pervicacia;* Mt. 19, 8. Mc. 10, 5. 16, 14; pro עָרְלַת לְבַב Deut. 10, 16. Jer. 4, 4. Sir. 16, 10; *καρδία σκληρά*, Sir. 3, 25.*

*σκληρός, ά, όν* (*σκέλλω, σκλῆναι*), inde ab Aeschl. et Pind., LXX pro קָשֶׁה, *durus, asper, rigidus* (*τὰ σκληρὰ κ. τὰ μαλακά*, Xen. mem. 3, 10, 1); de hominibus, metaph. *asper, severus, immitis*, Mt. 25, 24 (1 Sam. 25, 3. Jes. 19, 4. 48, 4; larga manu e profanis exempla praebet *Passow* II, p. 1458, col. 2); de rebus, *ἄνεμος*, *violentus, asper*, Jac. 3, 4; *ὁ λόγος*, qui animos offendit nec perferri potest, Jo. 6, 60; $=$*ὃς σκανδαλίζει*, vs. 61; *σκληρὰ λαλεῖν κατά τινος*, dura et acerba loqui contra aliquem, Jud. vs. 15 (*σκληρὰ λαλεῖν τινι* etiam dicitur, qui aliquem graviter increpat, Gen. 42, 7. 30; *ἀποκρίνεσθαι σκληρά*, minitando respondere, 3 Reg. 12, 13; *σκληρόν ἐστιν* sq. infin., periculosum est, male cedit, Act. 9, 5 t. vulg.; 26, 14.*

*σκληρότης, τητος, ἡ* (*σκληρός*), *duritia;* trop. *contumacia, pervicacia;* Ro. 2, 5. (Deut. 9, 27. Plat. Arstot. Theophr. Plut. al.)*

*σκληροτράχηλος, ον* (*σκληρός, τράχηλος*), pr. *duram cervicem habens, quae difficulter flectitur;* nostr. *hartnäckig;* trop. *contumax, pervicax;* Act. 7, 51; LXX pro קְשֵׁה עֹרֶף, Ex. 33, 3. 5. 34, 9. Bar. 2, 30. Sir. 16, 11. Apud profanos non legitur.*

*σκληρύνω*, impf. *ἐσκλήρυνον*, aor. 1. *ἐσκλήρυνα*, aor. 1. pass. *ἐσκληρύνθην* (*σκληρός*, q. v.), LXX pro הִקְשָׁה et חִזֵּק, *durum facio, obduro*, pr. ap. Hippocr. et Galen., metaph. *contumacem, pervicacem reddo;* *τινά*, Ro. 9, 18 (contra eos, qui ibi interpretantur *duriter tracto*, cf. *Fritzsche* ad l. p. 323 ss.); *τὴν καρδίαν τινος*, Heb. 3, 8. 15 et 4, 7 (e Ps. 95, 8 coll. Ex. 7, 3. 22. 8, 19. 9, 13); passiv. (LXX pro קָשָׁה et חָזַק) *contumax s. pervicax fio*, Act. 19, 9. Heb. 3, 13.*

*σκολιός, ά, όν* (cui opp. *ὀρθός, ὄρθιος, εὐθύς*), inde ab Hom., *tortuosus, curvus;* pr. de via (Prov. 28, 18), *τὰ σκολιά*, Lc. 3, 5 (opp. *ἡ εὐθεῖα* sc. *ὁδός*, e Jes. 40, 4); metaph. *perversus, improbus; ἡ γενεὰ ἡ σκολιά*, Act. 2, 40; add. *διεστραμμένη*, Phil. 2, 15 (plane ita Deut. 32, 5); *iniquus, difficilis, morosus* (opp. *ἀγαθὸς κ. ἐπιεικής*), 1 Pet. 2, 18.*

*σκόλοψ, οπος, ὁ*, inde ab Hom., *lignum praeacutum, sudis, palus; ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκί*, *acuta sudis, quae carnem pungat*, videtur indicare perpetuum corporis malum, quod Paulum, etiam quum per ecstasin in coeli spatia abreptus fuisset, adhuc in fragili et mortali corpore se versari graviter admonebat, 2 Co. 12, 7 coll. vs. 1—4.*

*σκοπέω, ῶ* (*σκοπός*, q. v.), inde ab Hdt., *specto, intueor, spectando observo. — attendo;* absol. sq. *μή* c. indicat. (v. in *μή*, III, 2), Lc. 11, 35; *τινά*, oculos converto in aliquem, attendo in aliquem, Ro. 16, 17. Phil. 3, 17; *ἐμαυτὸν* sq. *μή* c. conjunct., caveo mihi, ne, Gal. 6, 1; *τί*, intueor i. q. curo aliquid, rationem habeo alicujus rei, 2 Co. 4, 18. Phil. 2, 4. 2 Macc. 4, 5.*

*σκοπός, οῦ, ὁ*, inde ab Hom., 1) *spectator; speculator*. — 2) *scopus, meta; finis, quem obtinendum aliquis spectat; κατὰ σκοπόν* (de qua phrasi v. p. 227, col. 2), Phil. 3, 14.*

*σκορπίζω*, aor. 1. *ἐσκόρπισα*, aor. 1. pass. *ἐσκορπίσθην*, *disjicio* (*zerstreuen*); *ὁ λύκος σκορπίζει τὰ πρόβατα*, Jo. 10, 12; *ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει*, Mt. 12, 30. Lc. 11, 23 (quod proverbium a grege petitur, cui coetus cultorum Christi comparatur; *συνάγει τοὺς ἐσκορπισμένους τὸ ὄργανον*, Artem. on. 1, 56); *τινά*, pass. de iis, qui fugati aut perterrefacti aut alia necessitate coacti huc illuc se conferunt, sq. *εἰς* c. acc. loci, Jo. 16, 32. 1 Macc. 6, 54; *φοβηθέντες ἐσκορπίσθησαν*, Plut. Timol. 4; adde Jos. antt. 6, 6, 3. — i. q. *dispergo* (quod alii possint sibi colligere), de beneficia largiter distribuente, 2 Co. 9, 9 e Ps. 112, 9. (Teste Phrynicho hoc verbo Hecataeus usus est; praeter scriptores jam notatos utuntur eo Strabo 4, p. 198. Lcian. asin. 32. Ael. v. h. 13, 45; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 218; LXX pro הֵפִיץ, 2 Sam. 22, 15. Ps. 18, 15. Attici dicunt *σκεδάννυμι*.)*

**σκορπίος**, ίου, ὁ, *scorpio* s. *scorpius* (*der Scorpion*), LXX pro עַקְרָב, nomen insecti cancro similis, quod in locis calidioribus sub lapidibus inprimis parietum latet, cujus cauda pungit aculeo venenato; Lc. 10, 19. 11, 12. Ap. 9, 3. 5. 10.*

**σκοτεινός**, ή, όν (σκότος), *tenebricosus*, *tenebris obductus*; opp. φωτεινός, Mt. 6, 23. Lc. 11, 34. 36; τὰ σκοτεινὰ κ. τὰ φωτεινά, Xen. mem. 3, 10, 1.*

**σκοτία**, ας, ἡ (Thom. M. ὁ σκότος κ. τὸ σκότος· τὸ δὲ σκοτία οὐκ ἐν χρήσει sc. ap. Atticos), *caligo*, *tenebrae*; pr. tenebrae quae lucis defectu oriuntur, Jo. 6, 17. 20, 1; ἐν τῇ σκοτίᾳ (λαλεῖν τι), ita ut non conspiciaris, in loco secreto (i. q. ἐν κρυπτῷ, Jo. 18, 20.), clam, inter privatos parietes, opp. ἐν τῷ φωτί, Mt. 10, 27. Lc. 12, 3; per imaginem dic. de rerum divinarum inscitia eique juncta impietate et improbitate ex iisque oriunda miseria, Mt. 4, 16 *Lchm. Trg.*; Jo. 1, 5. 6, 17. 8, 12. 12, 35. 46. 1 Jo. 1, 5. 2, 8 s. 11. (Ap. Rh. 4, 1698. Anth. 8, 187. 190; pro חֲשֵׁכָה Mich. 3, 6; pro אֹפֶל Job. 28, 3.)*

**σκοτίζω**, pf. pass. ἐσκοτισμένος, aor. 1. pass. ἐσκοτίσθην, fut. 1. pass. σκοτισθήσομαι (σκότος), *tenebras offundo*, *obscuro*; pass. *tenebris offundor*, *obscuror*; pr. de astris, quae luce privantur, Mt. 24, 29. Mc. 13, 24. Lc. 23, 45. Ap. 8, 12 atque t. vulg. *Grsb. Lchm.* 9, 2; metaph. oculi iique de intellectu dicti, Ro. 11, 10; ἡ καρδία, mens, Ro. 1, 21; homines τῇ διανοίᾳ, Eph. 4, 18 t. vulg. *Grsb.* (Plut. Tzetz.; LXX aliquoties pro חָשַׁךְ.)*

**σκότος**, ου, ὁ (v. sub σκοτία), inde ab Hom., *tenebrae*; Heb. 12, 18 t. vulg. *Grsb.**

**σκότος**, ους, τό, inde a Pind. (v. in voc. praeced. et in σκοτία), LXX maxime pro חֹשֶׁךְ, *caligo*; *tenebrae*; *a*) pr. Mt. 27, 45. Mc. 15, 33. Lc. 23, 44. Act. 2, 20. 2 Co. 4, 6; αὕτη ἐστὶν ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους, haec est (nocturnae) caliginis potestas, h. e. eam exercet potestatem, ut ad patranda scelera audaces reddat homines, Lc. 22, 53; τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους (v. κρυπτός), 1 Co. 4, 5; dic. de oculorum caligine s. caecitate, σκότος ἐπιπίπτει ἐπί τινα, in eum, qui luce oculorum privatur, Act. 13, 11; in parabolica oratione, εἰ οὖν--, τὸ σκότος πόσον, si lumen tuum internum caligo (caliginosa) est (i. e. si mens facultate intelligendi destituitur), quanta erit caligo (quanto magis deploranda erit, quam corporis oculorum caecitas), Mt. 6, 22 coll. Lc. 11, 35; — meton. de loco tenebricoso, Mt. 8, 12. 22, 13. 25, 30 (v. in ἐξώτερον); ζόφος τοῦ σκότους (v. in ζόφος), 2 Pet. 2, 17. Jud. vs. 13. — metaph. dic. de divinarum rerum et humanorum officiorum inscitia eique conjuncta impietate et morum improbitate ex iisque oriunda miseria (v. in σκοτία), Jo. 3, 19. Act. 26, 18. 2 Co. 6, 14. Eph. 6, 12. Col. 1, 13. 1 Pet. 2, 9; per abstr. pro concr. ii in quibus tenebrae cernuntur et potestatem exercent, Eph. 5, 8; τὰ ἔργα τοῦ σκότους, facta, quae in tenebris eduntur, tenebrarum potestati consentanea, Ro. 13, 12. Eph. 5, 11; σκότους εἶναι, potestati tenebrarum traditum esse, 1 Th. 5, 5; ἐν σκότει εἶναι, vs. 4; οἱ ἐν σκότει, Lc. 1, 79. Ro. 2, 19; ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, Mt. 4, 16 t. vulg. *Grsb. Tdf.*; ἐν σκότει περιπατεῖν, 1 Jo. 1, 6.*

**σκοτόω**, ῶ (σκότος), aor. 1. ἐσκοτώθην, *tenebras effundo*, *caligine obduco*; 9, 2 *Lchm. Tdf.*; Ap. 16, 10; metaph. *occaeco* mentem; ἐσκοτωμένοι τῇ διανοίᾳ, Eph. 4, 18 *Lchm. Tdf. Trg.* (Plat. Polyb. Plut. al.; LXX.)*

**σκύβαλον**, ου, τό (i. q. κυσίβαλον τὶ ὄν, τὸ τοῖς κυσὶ βαλλόμενον, Suid.), quodvis *recrementum*, ut excrementa animantium, quisquiliae, scoria al.; i. q. res viles eaeque abominandae, Phil. 3, 8. (Sir. 27, 4; Philo; Jos. b. j. 5, 13, 7; Plut.; saepius in Anthol.*

**Σκύθης**, ου, ὁ, *Scytha*, *incola Scythiae*, i. e. hodiernae Russiae; Col. 3, 11. A politioribus antiquitatis populis Scythae omnibus barbaris rudiores habebantur; cf. Cic. in Verr. 2, 5, 58, §. 150; in Pison. 8, 18. Jos. c. Apion. 2, 37. Lcian. T. 5 s. 2 Macc. 4, 47. 3 Macc. 7, 5.*

**σκυθρωπός**, όν, etiam trium terminationum, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 105 (ὤψ, σκυθρός), *qui est vultu tristi ac tetrico* (opp. φαιδρός, Xen. mem. 3, 10, 4); Lc. 24, 17; de eo, qui tristem vultum fingit et auget, Mt. 6, 16. (Gen. 40, 7. Sir. 25, 23; ap. Graecos inde ab Aeschl.)*

**σκύλλω** (σκῦλον, q. v.), *a*) *cutem detraho* (Anthol.), — *b*) *lacero*, *dilacero* (Aeschl. Pers. 577 c); *vexo*, *molestiam creo* (Hdian. 7, 3, 9); τινά, Mc. 5, 35. Lc. 8, 49; pass. ἐσκυλμένοι, Vulg. *vexati*, Mt. 9, 36 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*; med. *negotium mihi facesso*, μὴ σκύλλου, Lc. 7, 6.*

**σκῦλον**, etiam σκύλον (cf. *Lipsius* Grammat. Untersuchungen p. 44), ου, τό (a verbo obsol. σκύω, detraho, cui affine ξύω, v. ξύλον), *a*) *pellis detracta*. — *b*) *exuviae hosti detractae*, *spolium*; pl. Lc. 11, 22. (Sophcl. Thuc. ss. LXX.)

**σκωληκόβρωτος**, ον (σκώληξ, βιβρώσκω), *a vermibus corrosus*, *consumtus*; Act. 12, 23 coll. 2 Macc. 9, 9. (de arbore Theophr. c. pl. 5, 9.)*

**σκώληξ**, ηκος, ὁ, *vermis* (Hom. Il. 13, 654; speciat. genus vermis cadavera corrodentis (Sir. 10, 11. 19, 3. 2 Macc. 9, 9. Anthol. 7, 480, 3. 10, 78, 3); ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, per imaginem e Jes. 66, 24 (coll. Sir. 7, 17. Judith. 16, 17) petitam: „numquam desinent poenae eorum post mortem futurae", Mc. 9, 44. 46. 48.*

**σμαράγδινος**, ίνη, ον (σμάραγδος, cf. ἀνάνθινος, ὑακίνθινος, al.); *smaragdinus*, *e smaragdo factus*; s. λίθος, Ap. 4, 3.*

**σμάραγδος**, ου, ὁ, *smaragdus*, lapis pretiosus pellucida et miti viriditate maxime insignis; Ap. 21, 19.*

**σμύρνα**, ης, ἡ, hebr. מֹר, מוֹר, *myrrha*, succus amarus, pretiosissimum aroma, quod ex arbore quadam vel frutice in Arabia et Aethiopia stillat aut etiam incisuris in corticem factis arte inde sumitur; Mt. 2, 11; mortuorum corpore a putredine servans ad condienda ea adhibebatur, Jo. 19, 39. Cf. Hdt. 2, 40. 86. 3, 107. Theophr. hist. pl. 9, 3 s. Diod. 5, 41. Plin. h. n. 12, 33 s.*

**Σμύρνα**, ης, ἡ, *Smyrna*, urbs ionica ad aegaeum mare sita, ab Epheso 320 stadiis septentrionem versus distans, portu instructa et mercatura, navigatione, artibus florens, hodie *Ismir*; Ap. 1, 11. 2, 8, quibus locis *Tdf.* e cod. א recepit formam Ζμύρναν etiam in numis et inscrr. passim obviam. Cf. *Kühner* I, p. 200, e.*

**Σμυρναῖος**, ου, ὁ, ἡ, *Smyrnaeus*, *Smyrnae incola*; Ap. 2, 8 t. vulg.*

**σμυρνίζω** (σμύρνα, q. v.), 1) intrans. *myrrhae similis sum* (Diosc. 1, 79). — 2) *myrrhâ misceo et condio*; οἶνος ἐσμυρνισμένος, *vinum myrrhatum* (Vulg.), i. e. myrrhâ infectum s. (Plin. h. n. 14, 15) myrrhae odore conditum, Mc. 15, 23. Sed quum veteres myrrhâ vinum inficere solerent, ut saporem ejus odoratum et jucundiorem facerent, hac in causa Matthaeo 27, 34 longe probabiliora narranti assentiendum est.*

**Σόδομα**, ων, τά (סְדֹם), *Sodoma*, oppidum, de cujus situ et interitu v. in Γόμοῤῥα, — Mt. 10, 15. 11, 23 s. (Mc. 6, 11 t. vulg.) Lc. 10, 12. 17, 29. Ro. 9, 29. 2 Pet. 2, 6. Jud. vs. 7. Ap. 11, 8.*

**Σολομῶν** (ita *Lchm.*) et Σολομών, ῶντος (ita

t. vulg.) et *ὦνος* (ita *Grsb. Tdf. Trg.;* mox hanc mox illam genitivi formam recepit *Lchm.;* formae *ών, ὦνος* utique sunt praeferendae, cf. *Win.* p. 65 coll. *Bttm.* ntl. Gr. p. 15), *ὁ* (שְׁלֹמֹה i. e. pacificus, *Irenaeus,* nostr. *Friedrich*), *Salomo,* filius Davidis ex Bathseba, uxore Uriae, patris successor et tertius Hebraeorum rex (1015—975 ante Chr.), templi hierosol. conditor, splendore et sapientiâ conspicuus; Mt. 1, 6 s. 6, 29. 12, 42. Lc. 11, 31. 12, 27. Jo. 10, 23. Act. 3, 11. 5, 12. 7, 47.*

*σορός, οῦ, ἡ, loculus* s. *urna recondendis mortuorum ossibus inserviens* (Hom. Il. 23, 91. Hdt. 1, 68); *sandapila, arca funebris* (Gen. 50, 26. Hdt. 2, 78. Arstph. Aeschn. Plut. al.); *lectulus, quo mortui apud Judaeos efferebantur;* Lc. 7, 14.*

*σός, ἡ, ον, tuus, a, um;* Mt. 7, 3. 22. 13, 27. 24, 3. Mc. 2, 18. Lc. 15, 31. 22, 42. Jo. 4, 42. 17, 6. 9, 10. 17. 18, 35. Act. 5, 4. 24, 3 s. 1 Co. 8, 11. 14, 16. Philem. vs. 14; *οἱ σοί* sc. *μαθηταί,* Lc. 5, 33; absol. *οἱ σοί,* cognati, familiares tui, Mc. 5, 19; *τὸ σόν,* quod tuum est, Mt. 20, 14. 25, 25; plur. *τὰ σά,* Lc. 6, 30.*

*σουδάριον, ίου, τό* (vocab. lat.), *sudarium* (a *sudore* dictum), i. e. linteum, quo sudor faciei abstergetur et nares purgantur, Lc. 19, 20. Act. 19, 12., et quo defunctorum capita involvi solebant, Jo. 11, 44. 20, 7.*

*Σουσαννα, ης, ἡ* (שׁוֹשַׁנָּה, lilium), *Susanna,* mulier quaedam e Jesu in ejus itineribus comitibus, Lc. 8, 3.*

*σοφία, ας, ἡ (σοφός),* hebr. חָכְמָה, *sapientia, amplior et uberior intelligentia;* dic. de rerum maxime variarum cognitione, ut ex quoque orationis contextu videndum sit, qua notione nomen concipiatur. — *a*) sapientia quae *hominum* est; univ. Lc. 2, 40. 52; speciatim multiplex rerum humanarum et divinarum scientia, ingenio et usu comparata, sententiis paroemiisque comprehensa, cujusmodi erat *ἡ σοφία τοῦ Σολομῶνος,* Mt. 12, 42. Lc. 11, 31; doctrina et eruditio *τῶν Αἰγυπτίων,* Act. 7, 22; ars somnia interpretandi et optima quaeque suadendi, 7, 10; intelligentia, quae in sensu arcani cujusdam numeri aut arcanae imaginis viso oblatae perspiciendo cernitur, Ap. 13, 18. 17, 9; sollertia negotiorum procurandorum, Act. 6, 3; pia et honesta prudentia in usu hominum Christo non addictorum, Col. 4, 5; sollertia et circumspectio in hominibus christiana veritate imbuendis, 1, 28. 3, 16; cognitio et usus eorum, quae ad pie honesteque vivendum requiruntur, Jac. 1, 5. 3, 13. 17; cui *σοφίᾳ ἄνωθεν κατερχομένῃ* opponitur *σοφία ἐπίγειος, ψυχική, δαιμονιώδης,* qualis est versutia invidiosorum et rixosorum hominum, vs. 15., aut *σαρκικὴ σοφία* (v. in *σαρκικός*), versutia, 2 Co. 1, 12 (nam e contextu orationis patet, nihil eam differre a *πανουργίᾳ,* 4, 2; etiam a Graecis *σοφία* non raro de calliditate et astutia dicitur; cf. *Passow* II, p. 1485, col. 2); scientia et usus rerum ad causam christianam ab adversariorum accusationibus feliciter defendendam necessariarum, Lc. 21, 15; cognitio divinarum rerum et officiorum humanorum, conjuncta cum facultate de iis disserendi scripturamque sacram interpretandi et ad usum accommodandi, Mt. 13, 54. Mc. 6, 2. Act. 6, 10; sapientia s. doctrina, qua Joannes baptista et Jesus homines ad consequendam messianam salutem instituebant, Mt. 11, 19. Lc. 7, 35 (de quo utroque loco cf. p. 103, col. 1); in *Pauli* scriptis: cognitio divini consilii olim reconditi expiatoria Christi morte hominibus salutem parandi, 1 Co. 1, 30. 2, 6. Eph. 1, 8., unde in Christo dicuntur reconditi esse omnes thesauri sapientiae Col. 2, 3; add. *θεοῦ,* gen. auctoris, 1 Co. 1, 24. 2, 7; *πνευματική,* Col. 1, 9; *πνεῦμα σοφίας κ. ἀποκαλύψεως,* Eph. 1, 17; *λόγος σοφίας,* facultas de hujus sapientiae argumento facunde disserendi, 1 Co. 12, 8; cui sapientiae opponitur vana et opinata, quam homines jactant, speciosior quam verior secretiorum, quae altioris indaginis sunt, rerum cognitio, qualis est quorundam e Judaeis Christianorum theosophia, Col. 2, 23; Graecorum philosophia, 1 Co. 1, 21 s. 2, 1; add. *τοῦ κόσμου,* 1 Co. 3, 19; *τοῦ αἰῶνος τούτου,* 2, 6; *τῶν σοφῶν,* 1, 19; *ἀνθρώπων,* 2, 5 (utroque posteriore loco nomen comprehendit etiam rhetoricam artem, qualis in humanis scholis docetur); cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. I, p. 67 s.; *σοφία τοῦ λόγου,* sapientia, quae in dicendo cernitur; ars, quam rhetores docent, 1 Co. 1, 17; *λόγοι (ἀνθρωπίνης) σοφίας,* sermones philosophiae et rhetoricae arti consentanei, 1 Co. 2, 4. 13. — *b*) *summa quae dei est intelligentia,* Ap. 7, 12., quae eadem Christi est ad dextram dei sublati, 5, 12; sap. dei in capiendis et exsequendis consiliis conspicua, Ro. 11, 33; add. *τοῦ θεοῦ,* opificio et imperio mundi et Judaeis insuper librorum sacrorum argumento manifestata, 1 Co. 1, 21; appellatur *πολυποίκιλος* a viis et modis maxime variis, quibus christianam salutem et praeparavit et paravit, Eph. 3, 10. Memorabili loco Lc. 11, 49 in verbis *ἡ σοφία τοῦ θεοῦ εἶπεν* (quo loco Christus sapientiae dei tribuit ea, quae parall. loco Mt. 23, 34 ipse loquitur), intelligenda esse videtur *sapientia dei, quae in Jesu efficax est et quasi personam induit,* ita, ut primaevos Christianos, quando inter vexationes solatii causa dictum Christi in memoriam sibi revocarent, illâ citationis formulâ usos esse, Lucam vero hujus rei ignarum phrasin pro parte a Christo dictorum habuisse judicandum sit. Ita Euseb. h. e. 3, 32, 7 fortasse Hegesippi verbis eos, qui ipsi Christum audiverant, *τοὺς ταῖς αὐταῖς ἀκοαῖς τῆς ἐνθέου σοφίας ἐπακοῦσαι κατηξιωμένους* dicit. Cf. *Grimm* in Theol. Studd. u. Kritiken, 1853, p. 332 ss.*

*σοφίζω,* inf. aor. 1. *σοφίσαι (σοφός),* 1) *sapientem reddo, instituo; τινά,* 2 Tim. 3, 15 (Ps. 18, 8; *ἐσόφισάς με τὴν ἐντολήν σου,* Ps. 118, 98; *οὔτε τι ναυτιλίης σεσοφισμένος, οὔτε τι νηῶν,* Hes. op. 647). — 2) Med. ap. Graecos inde ab Hdt., plerumque ut deponens, *sapiens fio, sapio* (*ἐσοφίσατο ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους,* 3 Reg. 4, 27 [31]; adde Cohel. 2, 15 al.; saepius ap. Sirac.); *comminiscor, argutor;* — *callide excogito;* c. ptcp. pf. pass. *σεσοφισμένοι μῦθοι,* 2 Pet. 1, 16.*

*σοφός, ή, όν* (cognat. voci *σαφης* et latinis *sapio, sapiens, sapor;* cf. *Curtius* p. 408); LXX pro חָכָם, *sapiens;* i. e. *a*) *peritus, scitus; εἴς τι,* Ro. 16, 19; de artificibus (cf. *Grimm* Exeg. Hdb. ad lib. Sap. p. 151); *ἀρχιτέκτων,* 1 Co. 3, 10. Jes. 3, 3 (*δημιουργός,* de deo, Xen. mem. 1, 4, 7). — *b*) *litteris instructus et politus; doctus, eruditus;* Ro. 1, 14. 22; dic. de Graecorum philosophis (et oratoribus; v. in *σοφία*), 1 Co. 1, 19 s. 26 s. 3, 18 s.; de Judaeorum theologis, Mt. 11, 25. Lc. 10, 21; de christianis doctoribus, Mt. 23, 34; — *c*) sensu practico, *qui in agendo pietatis et honestatis legem sequitur;* Eph. 5, 15. Jac. 3, 13., indeque *idoneus* est *ad lites privatas componendas,* 1 Co. 6, 5. — *d*) sensu philosophico, *optima consilia capiens et ad ea exsequenda optimis adminiculis utens;* ita de deo, Ro. 16, 27 et in t. vulg. 1 Tim. 1, 17. Jud. vs. 25; *σοφώτερον,* in quo plus sapientiae efficax est; scitius excogitatum, 1 Co. 1, 25.*

*Σπανία, ας, ἡ, Hispania,* apostolorum aetate

tota pyrenaea peninsula; Ro. 15, 24. 28. (Graecis usitatior est forma Ἱσπανία, 1 Mcc. 8, 3.)*

σπαράσσω, ptcp. aor. 1. σπαράξας, *distorqueo;* τινά, Mc. 1, 26. Mc. 9 (vs. 20 t. vulg. *Grsb. Lchm.*), vs. 26. Lc. 9, 39; v. in ῥήγνυμι, c. (τὰς γνάθους, Arstph. ran. 424; τὰς τρίχας, Diod. 19, 34; vario alio usu ap. Graecos.)*

σπαργανόω, ῶ, aor. 1. ἐσπαργάνωσα, ptcp. pf. pass. ἐσπαργανωμένος (σπάργανον, fascia), *fasciis involvo;* infantem recens natum, Lc. 2, 7. 12 (Ez. 16, 4. Hippocr. Plut. al.)*

σπαταλάω, ῶ, aor. 1. ἐσπατάλησα (σπατάλη, helluatio, luxus), *delicate vivo, voluptariam vitam ago;* 1 Tim. 5, 6. Jac. 5, 5 (Prov. 29, 21. Am. 6, 4. Sir. 21, 15. Barnab. ep. 10, 3. Polyb. exec. vat. p. 451 et passim ap. scriptores inferioris et infimae aetatis.)*

σπάω, ῶ, aor. 1. ἐσπασάμην, inde ab Hom., LXX maxime pro שָׁלַף, — *traho;* med. μάχαιραν, stringo gladium meum, Marc. 14, 47. Act. 16, 27. Num. 22, 31; τὴν ῥομφαίαν, vs 23. Judd. 9, 54 al.*

σπεῖρα, gen. ης (Act. 10, 1. 21, 31. 27, 1; v. in μάχαιρα), *a) spira;* dic. ita a Graecis quodvis in orbem tortum, convolutum, complicatum. — *b) cohors militaris* (Pol. 11, 23, 1: τρεῖς σπείρας· τοῦτο δὲ καλεῖται σύνταγμα τῶν πεζῶν παρὰ Ῥωμαίοις κοόρτις), i. e. decima pars legionis; Mt. 27, 27. Mc. 15, 16. Act. 10, 1. 21, 31. 27, 1 et saepius apud Josephum; *manipulus* s. tricesima legionis pars, saepe ita ap. Polyb.; quaelibet *manus s. caterva militum* (2 Macc. 8, 23. Judith. 14, 11), Jo. 18, 3. 12.*

σπείρω, aor. 1. ἔσπειρα, ptcp. pf. pass. ἐσπαρμένος, aor. 1. pass. ἐσπάρην, inde ab Hesiodo, LXX pro זָרַע, — *sero, sementem facio; a)* propr.; absol. Mt. 6, 26. 13, 3 s. 18 s. Mc. 4, 3 s. 14. Lc. 8, 5. 12, 24. 2 Co. 9, 10; c. acc. rei, ut σπέρμα, ζιζάνια, κόκκον, Mt. 13, 24 s. 27. 37. 39. Mc. 4, 32. Lc. 8, 5. 1 Co. 15, 36 s.; c. notationibus loci: εἰς τὰς ἀκάνθας, Mt. 13, 22. Mc. 4, 18; ἐν τῷ ἀγρῷ, Mt. 13, 24; ἐπὶ τῆς γῆς, Mc. 4, 31; ἐπὶ c. acc. loci, Mt. 13, 20. 23. Mc. 4, 16. 20; παρὰ τὴν ὁδόν, Mt. 13, 19. — *b)* in locutt. proverbialibus: absol. Mt. 25, 24. 26. Lc. 19, 21 s. Jo. 4, 37. 2 Co. 9, 6; τί, Gal. 6, 7 (de quibus dictis v. in θερίζω, ubi adde: αἰσχρῶς μὲν ἔσπειρας, κακῶς δὲ ἐθέρισας, Aristot. rhet. 3, 3, 4); — in comparationibus: σπείρειν εἰς τ. σάρκα, εἰς τὸ πνεῦμα (σάρξ et πνεῦμα assimulantur agris, qui conserantur), ea facere quae naturae et incitamentis s. τῆς σαρκὸς s. τοῦ πνεύματος satisfaciunt, Gal. 6, 8; τὸν λόγον, semina doctrinae spargere, i. e. doctrinam tradere, Mc. 4, 14 s.; ὁ λόγος ὁ ἐσπαρμένος ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, cujus notiones et praecepta quasi semina animis inspersa, i. e. in animis recepta sunt, ibid. vs. 15 (ubi *Trg.* εἰς αὐτούς, *Tdf.* ἐν αὐτοῖς, in eorum animos); οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπαρείς, huic idem evenit ac semini juxta viam sparso, Mt. 13, 19; adde vs. 20—23. Mc. 4, 16. 18. 20; — τὸ σῶμα, corpus, quod mortuum instar seminis terrae mandatur, 1 Co. 15, 42—44; καρπὸν δικαιοσύνης, i. e. id semen, quod καρπὸν δικαιοσύνης fert, Jac. 3, 18; σπείρειν τινί τι, dare, exhibere aliquid alicui, a quo postea aliquid aliud messis instar recipiamus (θερίζομεν), 1 Co. 9, 11.*

σπεκουλάτωρ, ορος (t. vulg. *Grsb.* ωρος), ὁ (vox latina), *speculator* (*Achthaber, Späher*), unus e satellitibus et corporis custodibus Caesarum, qui ad ministeria nuntiandi, observandi ac supplicia sumendi adhibebantur (Sen. de ira 1, 18: „centurio supplicio praepositus condere gladium speculatorem jubet" adde de benef. 3, 25); transfertur nomen ad satellitem Herodis Antipae negotio carnificis fungentem; Mt. 6, 27. Cf. *Keim* II, p. 512.*

σπένδω (unde nostr. *spenden*), inde ab Hom., LXX pro נָסַךְ, *libo, libationem facio;* in N. T. per comparationem σπένδεσθαι, *libari,* is dicitur, cujus sanguis in cruentae mortis supplicio pro causa dei effunditur, Phil. 2, 17 (v. in θυσία); 2 Tim. 4, 6.*

σπέρμα, τος, τό (σπείρω, q. v.), inde ab Hom., hebr. זֶרַע, — *semen* (e quo aliquid nascitur); *a)* unde progerminat planta; *α)* pr. *granum,* quod germen plantae futurae in se continet; plur. Mt. 13, 32. Mc. 4, 31. 1 Co. 15, 38 (Ex. 16, 31. 1 Sam. 8, 15); numero singul. collective: *grana, quae seruntur,* Mt. 13, 24. 27. 37 s. 2 Co. 9, 10. — *β)* metaph. *residuum* s. pauci superstites, qui reservati sunt, ex quorum stirpe nova gens nascatur (quaemadmodum e messe semina ad sementem servantur), Ro. 9, 29 e Jes. 1. 9., ubi LXX pro שָׂרִיד (ita quoque Sap. 14, 6. 3 Esr. 8, 85 [87]. Jos. antt. 11, 5, 3. 12, 7, 3. Plat. Tim. p. 23 c). — *b) semen virile; α)* propr. Lev. 15, 16—18. 18, 20 s. al. et saepe ap. profanos; — meton. *id quod ex hoc semine nascitur vel natum est, proles, progenies, soboles; familia, genus, posteri* (ita inter Graecos maxime ap. tragicos poetas, cf. *Passow* II, p. 1498., et in V. T. saepissime זֶרַע); ita singul. vel de uno vel collective de pluribus; Ro. 9, 7 s.; εἰς καταβολὴν σπέρματος (v. in καταβολή), Heb. 11, 11; ἀνιστάναι et ἐξανιστάναι σπέρμα τινί, Mt. 22, 24. Mc. 12, 19. Lc. 20, 28 (Gen. 38, 8); ἔχειν σπέρμα, Mt. 22, 25; ἀφιέναι σπέρμα τινί, Mc. 12, 20—22; τὸ σπ. τινός, Lc. 1, 55. Jo. 7, 42. 8, 33. 37. Act. 3, 25. 7, 5 s. 13, 23. Ro. 1, 3. 9, 7. 11, 1. 2 Co. 11, 22. 2 Tim. 2, 8. Heb. 2, 16. 11. 18; plur. παῖς ἐκ βασιλικῶν σπερμάτων, e regiis posteris, Jos. antt. 8, 7, 6; τῶν ἀβραμιαίων σπερμάτων ἀπόγονοι, 4 Macc. 18, 1; i. q. *genera, gentes,* ἄνθρωποί τε καὶ ἀνθρώπων σπέρμασι νομοθετοῦμεν τὰ νῦν, Plat. legg. 9, p. 853 c; — rabbinico interpretandi more contra hebraei nominis זֶרַע, omnem prolem sive uno sive pluribus hominibus constantem denotantis, usum Paulus numerum singularem in locis Gen. 13, 15. 17, 8 ita premit, ut eum de uno ex Abrahamo posteris et quidem de Messia intelligendum doceat, Gal. 3, 16; adde vs. 19; etsi modum, quo Paulus h. l. singularem premit, judaicae graecitatis ingenio non prorus absonum esse, docent verba ἀβραμιαίων σπερμάτων ἀπόγονοι, 4 Macc. 18, 1., ubi pluralis de *pluribus* posteris dicitur; — τὸ σπ. (Ἀβραάμ) τὸ ἐκ τοῦ νόμου, suboles quae ex legis decreto est, *physica* suboles; τὸ ἐκ πίστεως Ἀβρ., qui ob fidem, qua Abrahamo cognati sunt, ejus posteri dicendi sunt, Ro. 4, 16; adde vs. 18. 9, 8. Gal. 3, 29; simili modo pii Christiani σπέρμα ecclesiae (quae instar matris est, Gal. 4, 26) vocantur, Ap. 12, 17. — *β) id quod vim vitalem in se habet;* τὸ σπέρμα τοῦ θεοῦ, spiritus s., sancta dei vis animis infusa qua regeneramur s. τέκνα τοῦ θεοῦ reddimur, 1 Jo. 3, 9.*

σπερμολόγος, ον (σπέρμα et λέγω, colligo), 1) *grana legens,* de avibus, Plut. Demetri 28. Athen. 9, p. 387 f.; inpr. de *cornice in agris grana legente* (*Saatkrähe*), Arstph. av. 232. 579. Arstot. h. a. 8, 3 et ap. al. — 2) de hominibus: *forum oberrans, si quae e mercium oneribus exciderant, ea legens hoc quaestu vitam sustentans* (Eustath. ad Hom. Od. 5, 241: σπερμολόγοι· οἱ περὶ τὰ ἐμπόρια κ. ἀγορὰς διατρίβοντες διὰ τὸ ἀναλέγεσθαι τὰ ἐκ τῶν φορτίων ἀποῤῥέοντα καὶ διὰ ζῆν ἐκ τούτων); hinc *egenus, abjectus, vilis, parasitus; scurrilitate et adulationibus victum quaerens,* Athen. 3, p. 85 f. Plut. mor. p. 456 d; subst. ὁ σπ.,

*vaniloquus*, *nugator* (Dem. p. 269, 19. Athen. 8, p. 344 c); Act. 17, 18.*

σπεύδω, impf. ἔσπευδον, ptcp. aor. 1. ἔσπευσα (cognat. nostro *sich sputen*), inde ab Hom., LXX pro מִהֵר, etiam pro בָּהַל al., — 1) trans. *festino, propero;* ut saepe ap. Graecos sq. inf., Act. 20, 16; σπεύσας ἦλθεν, celeriter, cito abiit, Lc. 2, 16; σπεύσας κατάβηθι, κατέβη, 19, 5. 6; σπεῦσον κ. ἔξελθε, cito egredere, Act. 22, 18. — 2) *avide desidero, vehementer expeto; τί,* 2 Pet. 3, 12 (Jes. 16, 5; exempla e Graecis praebet *Passow* II, p. 1501).*

σπήλαιον, ου, τό (σπέος), *spelunca;* Mt. 21, 13. Mc. 11, 17. Lc. 19, 46. Jo. 11, 38. Heb. 11, 38. Ap. 6, 15 (Plat. Plut. Lcian. Ael. al.; LXX pro מְעָרָה).*

σπιλάς, άδος, ἡ, *scopulus marinus* (Hom. Od. 3, 298. 5, 401 et ap. al. poetas; Polyb. Diod. Jos. b. j. 3, 9, 3); plur. trop. de hominibus, qui modo quo se gerunt alios ad peccandum inducunt, i. q. σκάνδαλα, Jud. vs. 12.*

σπῖλος, ου, ὁ (Phrynichus hoc vocabulo rejecto poni jubet atticum κηλίς. Utuntur illo Joseph., Dion. Hal., Plutarch., Lucian., Liban., Artemidor., v. *Lob.* ad Phryn. p. 28), *macula;* trop. *vitium*, Eph. 5, 27; plur. de hominibus sordidis et voracibus, 2 Pet. 2, 13.*

σπιλόω, ῶ, ptcp. pf. pass. ἐσπιλωμένος (σπῖλος), *inquino, contamino; τί,* Jac. 3, 6. Jud. vs. 23. (Dion. H., Lcian. Heliod. LXX.)*

σπλαγχνίζομαι, aor. 1. ἐσπλαγχνίσθην (σπλάγχνον, q. v.), pr. *viscera mea moventur, moveor visceribus*, hinc *misericordia tangor, misereor* (viscera enim sedes esse putabantur amoris ac misericordiae); absol. Lc. 10, 33. 15, 20; σπλαγχνισθείς c. verbo finito, Mt. 20, 34. Mc. 1, 41; τινός, misereor, miseret me alicujus (cf. *Win.* §. 38, 10), Mt. 18, 27; ἐπί c. dat. pers., Mt. 14, 14 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*; Mc. 6, 34. Lc. 7, 13 (quo l. *Tdf.* ἐπ' αὐτήν); ἐπί τινα, Mt. 14, 14 t. vulg.; 15, 32. Mc. 8, 2. 9, 22; cf. *Win.* p. 218; περί τινος ὅτι, Mt. 9, 36. Praeterea aliquoties in Test. XII patriarch. et apocryphis N. Ti. scriptis, ap. Symmachum Deut. 13, 8 et ap. incertum 1 Sam. 22, 21; ἐπισπλαγχνίζομαι Prov. 17, 5; semel activum σπλαγχνίζω pro Atticorum σπλαγχνεύω 2 Macc. 6, 8. Cf. *Bleek* Einleitung in d. N. T. p. 75. ed. 1.*

σπλάγχνον, ου, τό, et (qui solus in N. T. legitur) plur. σπλάγχνα, ων, τά, hebr. רַחֲמִים, *viscera, intestina* (cor, pulmones, jecur etc.); *a*) pr. Act. 1, 18 (2 Macc. 9, 5 s. 4 Macc. 5, 29 et ap. Graecos inde ab Hom.). — *b*) ap. Graecorum poetas inde ab Aeschl. in visceribus sedes vehementiorum perturbationum, et irae et amoris, ab Hebraeis autem teneriorum affectuum, maxime caritatis, benevolentiae, misericordiae, ponebatur, hinc i. q. *cor*, nostr. *Herz;* 1 Jo. 3, 17 (de q. l. v. in κλείω); 2 Co. 6, 12. Phil. 2, 1; σπλάγχνα ἐλέους (genit. qualitatis), cor cui insidet misericordia, Lc. 1, 78; item σπλ. οἰκτιρμοῦ, Col. 3, 12; τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς ἐστιν, animus ejus impensius vobis addictus est, 2 Co. 7, 15; ἐπιποθῶ ὑμᾶς ἐν σπλάγχνοις Χριστοῦ Ἰησοῦ, corde quod Christi est, i. e. eodem amore, quo J. Chr. agitur, Phil. 1, 8; ἀναπαύειν τὰ σπλ. τινός, recreare alicujus animum, Philem. vs. 7. 20; τὰ σπλάγχνα ἡμῶν, pectus meum, i. e. quem impense amo, Philem. vs. 12 (sic Darius matrem et liberos *viscera sua* vocat ap. Curt. 4, 14, 22; — *meum corculum*, Plaut. Cas. 4, 4, 14; *meum cor*, id. Poen. 1, 2, 154). Hebr. רַחֲמִים LXX modo vertunt οἰκτιρμοί, Ps. 25, 6. 40, 12., modo ἔλεος, Jes. 47, 6., semel σπλάγχνα, Prov. 12, 10.*

σπόγγος, ου, ὁ, inde ab Hom., *spongia;* Mt. 27, 48. Mc. 15, 36. Jo. 19, 29.*

σποδός, οῦ, ἡ, inde ab Hom., *cinis;* Heb. 9, 13; ἐν σάκκῳ κ. σποδῷ κάθημαι, sedeo silicio indutus et cinere obsitus (signa luctus prae me ferens, cf. Jon. 3, 6. Jes. 58, 5. 61, 3. Jer. 6, 26. Esth. 4, 1. 3. 1 Macc. 3, 47; v. in σάκκος), Mt. 11, 21. Lc. 10, 13.*

σπορά, ᾶς, ἡ (σπείρω, pf. 2. ἔσπορα), *semen;* 1 Pet. 1, 23.*

σπόριμος, ον (σπείρω, pf. 2. ἔσπορα), *qui conseri potest; consitus* (Xen. Diod. al.); τὰ σπόριμα, *agri consiti, segetes* (Geop. 1, 12, 37), Mt. 12, 1. Mc. 2, 23. Lc. 6, 1.*

σπόρος, ου, ὁ (σπείρω, pf. 2. ἔσπορα), 1) *satio* (Hdt. Xen. Theophr. al.). — 2) *semen* (quo quis sementem facit); Mc. 4, 26 s. Lc. 8, 5. 11. 2 Co. 9, 10 (Deut. 11, 10. Theocr. Plut. al.).*

σπουδάζω, f. άσω (e recentiore forma pro antiquiore άσομαι, cf. *Krüger* I, p. 190. *Btm.* ntl. Gr. p. 46), aor. 1. ἐσπούδασα (σπουδή, q. v.), inde ab Arstph. et Sophocl., *a*) *festino, propero;* sq. inf. (cf. σπεύδω), 2 Tim. 4, 9. 21. Tit. 3, 12. — *b*) *contendo, studeo, operam do;* sq. inf. Gal. 2, 10. Eph. 4, 3. 1 Th. 2, 17. 2 Tim. 2, 15. Heb. 4, 11. 2 Pet. 1, 10. 3, 14; sq. acc. c. inf. 2 Pet. 1, 15.*

σπουδαῖος, αία, αῖον (σπουδή), inde ab Hdt., *industrius, sedulus, diligens, studiosus;* ἔν τινι, 2 Co. 8, 22; comparat. σπουδαιότερος, vs. 17, 22; neutr. adverb., *studiosius*, 2 Tim. 1, 17 t. vulg. *Grsb.*

σπουδαίως, adv. antegressae vocis, *a*) *festinanter;* comparat. σπουδαιοτέρως, Phil. 2, 28. — *b*) *studiose;* 2 Tim. 1, 17 *Lchm. Tdf. Trg.;* Tit. 3, 13; *enixe*, Lc. 7, 4.*

σπουδή, ῆς, ἡ (σπεύδω), inde ab Hom., 1) *festinatio;* μετὰ σπουδῆς, *festinanter*, Mc. 6, 25. Lc. 1, 39 (Sap. 19, 2. Hdt. 3, 4. Jos. antt. 7, 9, 7. Hdian. 6, 4, 5). — 2) *studium, opera;* univ. studium in aliqua re s. peragenda s. adjuvanda s. appetenda, Ro. 12, 11. 2 Co. 7, 11. 8, 7 s.; ἐν σπουδῇ, studiose, Ro. 12, 8; σπουδὴν ἐνδείκνυσθαι, Heb. 6, 11; πᾶσαν σπουδὴν ποιεῖσθαι (v. p. 365, col. 2), summo studio ferri, germ. *sich eifrigst angelegen sein lassen*, Jud. vs. 3; σπουδὴν παρεισφέρειν, 2 Pet. 1, 5; ἡ σπ. ὑπέρ τινος, studium, quo quis in aliquem fertur, 2 Co. 8, 16 (περί τινος, Diod. 1, 75).*

σπυρίς, ίδος, ἡ (affine est voci σπεῖρα, igitur aliquod volutum, contortum s. complicatum), *sporta, sportula, canistrum;* Mt. 15, 37. 16, 10. Mc. 8, 8. 20. Act. 9, 25. (Hdt. Theophr. Apollod. Alciphr. 3, ep. 56 et ap. alios.) Ceterum v. in σφυρίς.*

στάδιον, ου, plur. τὰ στάδια et οἱ στάδιοι (sic Mt. 14, 24 *Trg.;* Lc. 24, 13. Jo. 6, 19. Ap. 21, 16. 2 Macc. 11, 5. 12, 10. 29; e reliquis locis numerus non patet; cf. *Krüger* §. 19, 2, 1), (ΣΤΑΩ, ἵστημι, ergo propr. *statum, fixum, fixa longitudo*), *stadium*, i. e. 1) mensura longitudinis 600 graecorum pedum s. 625 roman. pedum s. 125 roman. passuum (Plin. h. n. 2, 23, 85), ergo octava pars milliarii rom.; *via s. spatium ejusdem longitudinis*, Mt. 14, 24 *Trg.;* Lc. 24, 13. Jo. 6, 19. 11, 18. Ap. 14, 20. 21, 16. — 2) *curriculum* (*Rennbahn*) s. spatium, in quo certamina cursus habebantur hac lege, ut, qui reliquos cursu antevertisset primusque metam occupasset, praemio ornaretur; 1 Co. 9, 24. Ejusmodi stadia ad exemplum olympici in plerisque potioribus Graecorum civitatibus erant longitudinis 600 graecorum pedum. Cf. *Win.* RWB. s. v. Stadium. *Grundt* in *Schenkel* BL. 5, 375 s.*

στάμνος, ου, ὁ ἡ (ab ἵστημι), ap. Graecos *vas figlinum*, in quod vinum conservandum transfun-

debant (quod dic. *καταστα μνίζειν*), sed etiam aliis usibus inserviens; redditur hoc nomine a LXX Exod. 16, 33 hebr. צִנְצֶנֶת, vasculum illud, in quo aliquid mannae conservabatur, in arca foederis repositum, indeque Heb. 9, 4 et Philo de congr. erud. grat. §. 18. Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 400.*

***στασιαστής, οῦ, ὁ*** (*στασιάζω*), *auctor* s. *socius seditionis;* Mc. 15, 7 *Lchm. Tdf. Trg.* (Jos. antt. 14, 1, 3. Ptolem.) Antiquiores Graeci dixerunt *στασιώτης*.*

***στάσις, εως, ἡ*** (*ἵστημι*), 1) *statio, status; ἔχειν στάσιν, stare, subsistere,* nostr. *Bestand haben,* lat. *locum habere,* Heb. 9, 8 (Pol. 5, 5, 3). — 2) inde ab Aeschl. et Hdt. *seditio* (*Aufstand*); Mc. 15, 7. Lc. 23, 19. 25. Act. 19, 40; *κινεῖν στάσιν τινί*, seditionem concitare contra aliquem, 24, 5. — 3) *controversia, contentio* (Aesch. Pers. 738. Diog. L. 3, 51); Act. 15, 2. 23, 7. 10.*

***στατήρ, ῆρος, ὁ*** (ab *ἵστημι*, statuo, appendo, pondero), *stater*, nummi genus; in N. T. stater argenteus aequans quatuor drachmas atticas s. duas drachmas alexandrinas, siclum Judaeorum (v. in *δίδραχμον*); Mt. 17, 27.*

***σταυρός, οῦ, ὁ***, 1) *palus erectus, maxime acutus* (Hom. Hdt. Thuc. Xen.). — 2) *crux; a*) notissmum crudelissimi et ignominiosissimi supplicii, a Phoeniciis ad Graecos et Romanos traducti, instrumentum, cui ap. Romanos usque ad Constantinum Magnum scelestissimi malefici, inprimis nequissimi servi, latrones, seditionum auctores et socii, in provinciis autem ad praesidum arbitrium et libidinem nonnumquam etiam honesti et quieti homines ipsique cives romani affigebantur; cf. *Win.* RWB. s. v. Kreuzigung. *Merz* in *Herzog* Enc. 8, p. 55 ss. *Keim* III, p. 409 ss. Quo supplicio etiam innocens Jesus affectus est, Mt. 27, 32. 40. 42. Mc. 15, 21. 30. 32. Lc. 23, 26. Jo. 19, 17. 19. 25. 31. Col. 2, 14. Heb. 12, 2; *θάνατος σταυροῦ*, Phil. 2, 8; *τὸ αἷμα τοῦ σταυροῦ*, sanguis in cruce effusus, Col. 1, 20. — *b*) i. q. *crucis supplicium quod Christus perpessus est;* Gal. 5, 11 (de q. l. v. *σκάνδαλον*); Eph. 2, 16; add. *τοῦ Χριστοῦ*, 1 Co. 1, 17; i. q. salutaris hujus supplicii vis, Phil. 3, 18 (de q. l. v. in *ἐχθρός*); Gal. 6, 14; *τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκεσθαι*, ob persuasionem de salutari supplicii de Christo sumti vi, quam quis profitetur, in persecutiones et vexationes incurrere, Gal. 6, 12; *ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ*, institutio de salutari vi mortis quam Christus in cruce perpessus est, 1 Co. 1, 18. Ab usu judiciali, quo qui eo supplicio damnati erant, ipsi crucem ad supplicium portare cogebantur (Plut. de sera numinis vindicta c. 9. Artem. on. 2, 56 coll. Jo. 19, 17), deprompta est proverbialis dictio *αἴρειν* s. *λαμβάνειν* s. *βαστάζειν τὸν σταυρὸν αὐτοῦ*, de iis usurpari solita, qui pro causa dei vexationes, molestias, calamitates lubenter ac fortiter sustinere non dubitant, ita ut respiciatur extrema Christi sors animusque quo eam subiit (cf. *Bleek* Synopt. Erklärung der drei ersten Evangg. Th. 1, p. 439 s.), Mt. 10, 38. 16, 24. Mc. 8, 34. 10, 21. 15, 21. Lc. 9, 23. 14, 27.*

***σταυρόω, ῶ***, fut. *ώσω*, aor. 1. *ἐσταύρωσα*, ptcp. pf. pass. *ἐσταυρωμένος*, aor. 1. pass. *ἐσταυρώθην* (*σταυρός*, q. v.), 1) *palum depango;* Thuc. 7, 25. — 2) *depactis palis munio;* locum, Thuc. 6, 100. Diod. — 3) *cruci affigo;* Vulg. *crucifigo; τινά*, *a*) pr. Mt. 20, 19. 23, 34. 26, 2. 27, 22. 26. 31. 35. 38. 28, 5. Mc. 15, 13—15. 20. 24 s. 27. 16, 6. Lc. 23, 21. 23, 33. 24, 7. 20. Jo. 19, 6. 10. 15 s. 18. 20. 23. 41. Act. 2, 36. 4, 10. 1 Co. 1, 13. 23. 2, 2. 2 Co. 13, 4. Gal. 3, 1. Ap. 11, 8 (Addit. Esth. 8, 13; pro תָּלָה, suspendit, Esth. 7, 10. — Pol. 1, 86, 4. Jos. antt. 2. 5, 4. 17, 10, 10. Artem. 2, 53 et 56; nativis Graecis usitatius est *ἀνασταυροῦν*). — *b*) metaph. *τὴν σάρκα*, carnem cruce perimo, i. e. vim ejus penitus exstinguo (tropus ejusmodi est, ut exstinctionem non sine vehementioribus doloribus fieri indicetur), Gal. 5, 24; *ἐσταύρωμαί τινι*, et *ἐσταύρωταί μοί τι*, interemtus sum alicui et interemtum mihi aliquid est, ut omne inter nos commercium prorsus sublatum sit, 6, 14.*

***σταφυλή, ῆς, ἡ***, inde ab Hom., LXX pro עֵנָב, *uva;* Mt. 7, 16. Lc. 6, 44. Ap. 14, 18.*

***στάχυς, υος, ὁ***, inde ab Hom., LXX pro שִׁבֹּלֶת, *spica;* Mt. 12, 1. Mc. 2, 23. 4, 28. Lc. 6, 1.*

***Στάχυς, υος, ὁ***, *Stachys*, nomen propr. viri; Ro. 16, 9.*

***στέγη, ης, ἡ*** (*στέγω*, tego), inde ab Aeschl. et Hdt., *tectum;* aedium, Mc. 2, 4; *εἰςέρχεσθαι ὑπὸ τὴν στέγην τινός*, Mt. 8, 8. Lc. 7, 6.*

***στέγω***, *tego;* 1) *tegendo tueor, servo; conservo;* Sophcl. Plat. Plut. al. — 2) *silentio tego; reticeo; occulo, occulto; τἀμὰ ἔπη*, Eur. El. 273; *τὸν λόγον*, Pol. 8, 14, 5; alia exempla v. ap. *Passow* s. v.; *μωρὸς οὐ δυνήσεται λόγον στέξαι*, Sir. 8, 17; hinc *ἡ ἀγάπη πάντα στέγει*, 1 Co. 13, 7 a nonnullis explicatur: *aliorum errores et vitia occultat, dissimulat, excusat;* sed aptius cum reliquis intpp. reddimus *perfert*. Est enim *στέγω* 3) *tegendo arceo* quod irruit, nostr. *abhalten*, quod idem est ac *aushalten, ertragen;* hinc *sustineo, perfero, suffero* (*τὰς ἐνδείας*, Philo in Flacc. §. 9; multa e nativis Graecis inde ab Aeschl. exempla affert *Passow* s. v.), 1 Co. 9, 12. 13, 7. 1 Th. 3, 1. 5.*

***στεῖρος, α, ον*** (i. q. *στέῤῥος, στερεός*, unde nostr. *starr* et lat. *sterilis*), *durus;* de hominibus et animalibus: *sterilis;* de femina, quae non concipit, Lc. 1, 7. 36. 23, 29. Gal. 4, 27. (Hom. Theocr. Orph. Anthol.; LXX pro עָקָר, עֲקָרָה.)*

***στέλλω***, (nostr. *stellen*), inde ab Hom., 1) *sisto, statuo, ordino, dispono; instruo, apparo, adorno;* med. *me paro; mihi instruo; instituo in meum usum; στελλόμενοι τοῦτο, ἵνα μή.., id instituentes*, i. e. *curantes, agentes, ne quis..*, 2 Co. 8, 20. — 2) *compono, contraho; τὰ ἱστία*, Hom. Od. 3, 11. 16, 353; item in med. Il. 1, 433; *imminuo; desistere facio;* pass. *desino esse; βουλομένη τὴν λύπην τοῦ ἀνδρὸς σταλῆναι*, Jos. antt. 5, 8, 3; *ὁ χειμὼν ἐστάλη*, ibid. 9, 10, 2; med. *removeo me, subduco me, discedo*, sq. *ἀπό* c. gen. pers., *abstineo ab alicujus usu et consuetudine*, 2 Th. 3, 6.*

***στέμμα, τος, τό*** (*στέφω*, pf. pass. *ἔστεμμαι*, corono, redimio), *vitta, infula*, qua coronabantur victimae; Act. 14, 13. (inde ab Hom.)*

***στεναγμός, οῦ, ὁ*** (*στενάζω*), *gemitus, suspirium;* Act. 7, 34. Ro. 8, 26; v. in *ἀλάλητος*. (Tragg. Plat. Joseph. Plut. al.; LXX pro אֲנָחָה, אֲנָקָה, נְאָקָה.)*

***στενάζω***, aor. 1. *ἐστέναξα* (*στένω*, cognat. nostro *stöhnen*), *gemo, ingemisco;* 2 Co. 5, 2. 4. Heb. 13. 17; *ἐν ἑαυτοῖς*, in nobis i. e. in animis, intus, Ro. 8, 23; precor gemens, Mc. 7, 34; *κατά τινος*, Jac. 5, 9. (LXX. Tragg. Dem. Plut. al.)*

***στενός, ή, όν***, inde ab Aeschl. et Hdt., LXX pro צַר, *angustus, arctus; πύλη*, Mt. 7, 13 s. Lc. 13, 24.*

***στενοχωρέω, ῶ*** (*στενόχωρος* et hoc e *στενός* et *χῶρος*, spatium), 1) intrans. *in angusto sum* (Machon ap. Athen. 13, p. 582 b); *arctus sum* (Jes. 49, 19). — 2) trans. *coarcto, constringo, angusto, in angustias redigo;* Vulg. *angustio* (Diod. Lcian. Hdian. al.); pass. trop. de eo, qui summo animi angore comprimitur, 2 Co. 4, 8; *οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν*, non coarctamini in animis nostris, amplum vobis in animis nostris spatium concessum est, i. e. magno amore vos amplectimur, 6, 12; *στενοχωρεῖσθε ἐν*

*τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν*, in angustum in animis vestris locum redigimini, ut nobis nihil in iis relinquatur spatii, i. e. non conceditis in animis vestris locum amori erga me, ibid.*

***στενοχωρία***, *ας, ἡ* (*στενόχωρος*), *angustia loci* (Jes. 8, 22; Thuc. Plat. al.); metaph. *gravis calamitas, eximia afflictio;* Ro. 2, 9. 8, 35. 2 Co. 6, 4. 12, 10. (Deut. 28, 53. 55. 57. Sir. 10, 26. 1 Macc. 2, 53. 13, 3. Pol. 1, 67, 1. Ael. v. h. 2, 41.)*

***στερεός***, *ά, όν*, inde ab Hom., *solidus, compactus, durus, rigidus; λίθος*, Hom. Od. 19, 494; *validus, immotus, θεμέλιος*, 2 Tim. 2, 19; *τροφή*, solidus cibus, Heb. 5, 12. 14; *στερεωτέρα τροφή*, Diod. 2, 4. Epictet. diss. 2, 16, 39; trop. in malam partem, *crudelis, pertinax, durus;* ita saepe ap. Graecos inde ab Hom.; *κραδίη στερεωτέρη λίθοιο*, Od. 23, 103; in bonam partem, *firmus, τῇ πίστει*, quod attinet ad fidem, qui est firma fide, 1 Pet. 5, 9 (v. *στερεόω.*)*

***στερεόω***, *ῶ*, aor. 1. *ἐστερέωσα*, 3 ps. pl. impf. *ἐστερεοῦντο*, aor. 1. pass. *ἐστερεώθην* (*στερεός*), *solido, solidum reddo, firmo, confirmo, roboro; τινά*, corpus alicujus, Act. 3, 16; *τὰς βάσεις*, pass. 3, 7; pass., *τῇ πίστει*, quod attinet ad fidem, v. *στερεός*), 16, 5. (LXX; Xen. Diod.)*

***στερέωμα***, *τος, τό*, (*στερεόω*), *id quod firmatum est; a*) *firmamentum* (Vulg.); ita LXX pro רָקִיעַ, coeli sphaera, quae remotiori antiquitati solida videbatur, Gen. 1, 6—8. Ez. 1, 22—26. Sir. 43, 1. locus munitus, 3 Esr. 8, 78 [80]. — *b*) *id quod fundamentum praebet; cui firmiter aliquid innititur;* Aristot. partt. an. 2, 9; *κύριος στερέωμά μου*, Ps. 18, 2. — *c*) *firmitas, constantia; τῆς πίστεως*, Col. 2, 5.*

***Στεφανᾶς***, *ᾶ, ὁ, Stephanas*, Christianus corinthius; 1 Co. 1, 16. 16, 15. 17.*

***στέφανος***, *ου, ὁ* (*στέφω*), LXX pro עֲטָרָה, *corona* (qua caput cingitur); *a*) pr. insigne regiae vel omnino celsioris dignitatis, Mt. 27, 29. Mc. 15, 17. Jo. 19, 2. 5. Ap. 4, 4. 10. 6, 2. 9, 7. 14, 14; c. genit. materiae, *ἀστέρων δώδεκα*, Ap. 12, 1; sertum, ornamentum victorum in sollennibus certaminibus praemii loco tribui solitum, 1 Co. 9, 25 coll. 2 Tim. 2, 5. — *b*) metaph. *α*) *felicitas aeterna, quae piis dei et Jesu cultoribus praemii loco dabitur; ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος*, sertum praemium probitatis, 2 Tim. 4, 8; c. genit. epexeg. in phrasibus *λαμβάνεσθαι, διδόναι τὸν στέφανον τῆς ζωῆς* = *τὴν ζωὴν ὡς τὸν στέφανον*, Jac. 1, 12. Ap. 2, 10; *κομίζεσθαι τὸν τῆς δόξης στέφ.*, 1 Pet. 5, 4; *λαβεῖν τ. στέφανόν τινος*, efficere, ut aliquis promissum et speratum praemium non reportet, Ap. 3, 11. — *β*) *id quod alicui est decori et honori;* ita de personis, Phil. 4, 1; *στέφ. καυχήσεως* (v. in *καύχησις*), 1 Th. 2, 19. (Prov. 12, 4. 16, 31. 17, 6 al.)*

***Στέφανος***, *ου, ὁ, Stephanus*, unus e septem hierosolymitanae ecclesiae diaconis, a Judaeis lapidatus; Act. 6, 5. 8 s. 7, 59. 8, 2. 11, 19. 22, 20.*

***στεφανόω***, *ῶ*, aor. 1. *ἐστεφάνωσα*, ptcp. pf. pass. *ἐστεφανωμένος* (*στέφανος*), inde ab Hom., *a*) *coronâ cingo, corono;* certaminis victorem, 2 Tim. 2, 5. — *b*) univ. *orno, honoro; τινὰ δόξῃ κ. τιμῇ*, Heb. 2, 7. 9 e Ps. 8, 6.*

***στῆθος***, *ους, τό* (ab *ἵστημι*, id quod exstat, prominet), inde ab Hom., *pectus*, Jo. 13, 25. 21, 20 (v. in *κόλπος*); Ap. 15, 6; — *τύπτειν εἰς τὸ στῆθος* vel *τὸ στῆθος*, de lugentibus (v. in *κόπτω*), Lc. 18, 13. 23, 48.*

***στήκω*** (corruptae graecitatis verbum ductum ab *ἕστηκα*, pfcto. verbi *ἵστημι*, v. *Bttm.* ntl. Gr. p. 41), *sto;* Jo. 1, 26 *Tdf. Trg.;* Mc. 11, 25; c. emphasi *firmiter sto;* trop. *persto, persisto;* absol. persto in christiana pietate et probitate, 2 Th. 2, 15; *ἐν κυρίῳ*, in necessitudine, quae alicui intercedit cum domino, Phil. 4, 1. 1 Th. 3, 8; *ἐν τῇ πίστει*, 1 Co. 16, 13; *ἐν ἑνὶ πνεύματι*, Phil. 1, 27; *statum teneo* (opp. *ζυγῷ ἐνέχομαι*), *τῇ ἐλευθερίᾳ*, ita ut addicti permaneatis libertati, Gal. 5, 1; *erectus sto*, trop. non pecco (opp. *πίπτειν* = peccare), *τῷ κυρίῳ*, dativ. commodi, Ro. 14, 4. (Alex. Aphr. probl. 1, 49; eccles. scriptt.)*

***στηριγμός***, *οῦ, ὁ* (*στηρίζω*), *firmus status, firmitas;* animi, 2 Pet. 3, 17. (de firma statione Diod. 1, 81. Plut. mor. p. 76 d.)*

***στηρίζω***, f. *ίξω* (ut ap. Graec. scriptores meliores) et *ίσω* (in cod. vat. 2 Th. 3, 3., ut Jer. 17, 5; *στηριῶ*, Jer. 3, 12. 24, 6. Ez. 14, 8. Sir. 6, 37); aor. 1. *ἐστήριξα* et *ἐστήρισα* (*στήρισον*, Lc. 22, 32 *Lchm. Tdf. Trg.;* Ap. 3, 2 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.* ut Judd. 19, 5. 8. Ez. 6, 2. Prov. 15, 25 al.; cf. *Bttm.* Gr. max. I, p. 372. *Al. Bttm.* ntl. Gr. p. 32. *Kühner* I, p. 310); pf. pass. *ἐστήριγμαι* (*στήριγξ*, fulcrum; cognat. vocibus *στερεός*, *στεῤῥός* et nostro *stärken;* cf. *Curtius* p. 193), inde ab Hom., *a*) *stabilem facio, firmiter statuo, figo; ἐστήρικται* (*χάσμα*), fixum est, Lc. 16, 26; *στηρίζω τὸ πρόςωπον*, conversam teneo faciem (Ez. 6, 2. 13, 17. 15, 7 al.) *τοῦ πορευθῆναι εἰς* c. acc. loci, locutio hebr. (v. in *πρόςωπον*, p. 383, col. 2), Lc. 9, 51. — *b*) *robur addo, firmum reddo;* trop. (non ita ap. profanos), *constantem reddo, confirmo animum* alicujus; *τινά*, Lc. 22, 32. Ro. 1, 11. 16, 25. 1 Th. 3, 2. 2 Th. 3, 3. 1 Pet. 5, 10. Ap. 3, 2; *τὴν καρδίαν τινός*, 1 Th. 3. 13. Jac. 5, 8; *τινὰ ἔν τινι*, 2 Th. 2, 17. 2 Pet. 1, 12.*

***στιβάς***, *άδος, ἡ* (a *στείβω*, calco, aor. 2. *ἔστιβον*), *a*) *strues e foliis, arundinibus, mollibus virgultis foliorum plenis, straminibus facta lecto inserviens* (Hesych.: *στιβάς· ἀπὸ ῥάβδων ἢ χλωρῶν χόρτων στρῶσις κ. φύλλων*), ita ap. Graecos inde ab Hdt. — *b*) id quod ejusmodi lecto parando adhibetur, *frons foliis plena, molle virgultum;* ita Mc. 11, 8 *Lchm. Tdf. Trg.* pro l. *στοιβάδας*, quae scribendi vitio debetur.*

***στίγμα***, *τος, τό* (a *στίζω*, pungo, nostr. *stechen*), *stigma, nota corpori inusta vel impressa.* Ex antiquiore Orientalium more servis et militibus dominorum vel ducum s. nomina s. insignia aut inurebantur aut incidebantur, quo signo pateret, cui domino vel duci parerent; neque defuerunt, qui ejusmodi notis cultores deorum suorum se insignirent (cf. *Deylingii* Observv. T. III, p. 423 ss.); hinc *τὰ στίγματα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ*, quae Paulus Gal. 6, 17 in corpore suo gestare dicit, sunt notae et vestigia e periculis, calamitatibus, vinculis, flagellis ob Christi causam perlatis in corpore relicta, quibus fidus et probatus Christi assectator, minister, miles, insigniatur. (Hdt. 7, 233. Arstot. Ael. Plut. Lucian. al.)*

***στιγμή***, *ῆς, ἡ* (*στίζω*, v. in *στίγμα*), *punctum; στιγμὴ χρόνου*, punctum (i. e. momentum) temporis (Cic. pro Flacco c. 25. pro Sest. 24. Caes. b. c. 2, 14 et ap. al.), Lc. 4, 5. Antonin. 2, 17. Plut. puer. educ. 17. Jes. 29. 5. 2 Macc. 9, 11.*

***στίλβω***, *splendeo, fulgeo;* de vestibus (ut Hom. Il. 3, 392. Plat. Phaed. c. 39), Mc. 9, 3.*

***στοά***, *ᾶς, ἡ, porticus*, i. e. locus tectus et columnis instructus, sub quo a tempestate et solis aestu tuti homines stare et ambulare possunt (*ein bedeckter Säulengang*); Jo. 5, 2; *στοὰ Σολομῶνος*, porticus a Salomone in parte templi orientali exstructa (quam in templi devastatione babylonica incolumem relictam et ad sua tempora ser-

vatam propter vetustatem Agrippa rex, cui Claudius Caesar curam templi demandaverat, non ausus est demoliri et de integro excitare, ut memoratur a Josepho antt. 20, 9, 7), Jo. 10, 23. Act. 3, 11. 5, 12.*

**στοιβάς**, άδος, ἡ, v. in στιβάς.

***σφραγίζω**,* aor. 1. *ἐσφράγισα*, ptcp. aor. med. *σφραγισάμενος*, ptcp. pf. pass. *ἐσφραγισμένος*, aor. 1. pass. *ἐσφραγίσθην* (*σφραγίς*, q. v.), LXX pro חָתַם, *sigillum imprimo; impresso sigillo signo, obsigno;* *a*) *τί*, *muniendum ac tutandum* aliquid, Mt. 27, 66; sc. *τὴν ἄβυσσον*, claudendam, ne inde evaderet satanas in eam conjectus, quamobrem additur *ἐπάνω αὐτοῦ*, super eum, i. e. satanam, Ap. 20, 3 (*ἐν ᾧ* [*δώματι*] *κεραυνός ἐστιν ἐσφραγισμένος*, Aesch. Eum. 828; med. *σφραγίζομαι τὴν θύραν*, Theodot. ad hist. drac. vs. 14). — *b*) Quum obsignatae res occultentur, velut argumentum epistolarum, *σφραγίζω* est trop. *abscondo* (Deut. 32, 34), *silentio premo; τί*, Ap. 10, 4. 22, 10 (*τὰς ἁμαρτίας*, Theodot. ad Dan. 9, 24; *τὰς ἀνομίας*, Job. 14, 17; *τοὺς λόγους σιγῇ*, Stob. 34, p. 215; *θαύματα πολλὰ σοφῇ σφρηγίσατο σιγῇ*, Nonn. metaphr. 21, 140). — *c*) aliquid vel aliquem *notandum*, hinc *imprimendo sigillo* vel *incidendâ notâ signo; τινὰς ἐπὶ τῶν μετώπων*, dicuntur angeli, qui sigillo dei (v. in *σφραγίς*, c) frontibus imprimendo signant servos dei aeternam salutem impetraturos eoque modo hujus salutis spem in iis confirmant, Ap. 7, 3; cf. *Ewald* ad l.; hinc *οἱ ἐσφραγισμένοι*, vs. 4—8 quaterdecies in t. vulg. et *Grsb.;* quater ap. *Lchm. Tdf. Trg.* vs. 4 s. 8. (*δεινοῖσι σημάντροισιν ἐσφραγισμένοι*, Eur. Iph. T. 1372); metaph. *τινὰ τῷ πνεύματι* et *ἐν τῷ πν.*, de deo qui largitione spiritus s. indicet qui sui sint, pass. Eph. 1, 13. 4, 30; absol. med. *τινά*, 2 Co. 1, 22. — *d*) aliquid *probandum* vel *confirmandum*, hinc trop. *confirmo, indubitatum reddo* (aliquod litterarum monumentum *τῷ δακτυλίῳ*, Esth. 8, 8); sq. *ὅτι*, Jo. 3, 33; *τινά*, testimonio meo confirmo aliquem esse eum, quem se esse profitetur, 6, 27. — Insolentius dicitur *σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον*, quum confirmavero iis hunc (caritatis) fructum, quod videtur esse: quum auctoritate mea firmavero hanc pecuniam in eorum usum collectam esse, Ro. 15, 28.*

***σφραγίς**, ῖδος, ἡ* (cognatum videtur verbo *φράσσω* s. *φράγνυμι*), inde ab Hdt., LXX pro חוֹתָם, *sigillum*, i. e. *a*) *sigillum, quod libris imponitur;* Ap. 5, 1; *λῦσαι τὰς σφρ.*, vs. 2. 5; *ἀνοῖξαι*, vs. 9. 6, 1.

3. 5. 7. 9. 12. 8, 1. — *b*) *annulus signatorius;* Ap. 7, 2. — *c*) *inscriptio sigillo impressa,* Ap. 9, 4 (intelligenda est eo loco nomen dei et Christi frontibus impressum, ut patet ex 14, 1); 2 Tim. 2, 19. — *d*) *id quo confirmatur s. comprobatur aliquid tamquam sigillo* (documentum); Ro. 4, 11. 1 Co. 9, 2.*

*σφυδρόν, οῦ, τό,* i. q. *σφυρόν,* q. v., Act. 3, 7 *Tdf.* (Hesych. *σφυδρά· ἡ περιφέρεια τῶν ποδῶν.*)*

*σφυρίς,* i. q. *σπυρίς,* q. v. (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 113. *Curtius* p. 441.), ap. *Lchm.* Mt. 16, 10. Mc. 8, 8.*

*σφυρόν, οῦ, τὸ,* inde ab Hom., *talus* (*der Knöchel am Fuss*); Act. 3, 7. Ceterum v. in *σφυδρόν.**

*σχεδόν* (*ἔχω, σχεῖν*), inde ab Hom., 1) *prope; cominus.* — 2) inde a Sophcl. (nostr. *beinahe*) *propemodum, fere;* ita in N. T. ter ante *πᾶς,* Act. 13, 44. 19, 26. Heb. 9, 22. (2 Macc. 5, 2. 3 Macc. 5, 14.)

*σχῆμα, τος, τό* (*ἔχω, σχεῖν*), inde ab Aeschl., *habitus* (nostr. *Haltung*), i. q. *forma,* Vulg. *figura* (tacite opp. materiae s. substantiae); *τοῦ κόσμου τούτου,* 1 Co. 7, 31; *habitus,* ita ut eo nomine comprehendantur omnia, quae in aliquo in sensus cadant, figura, modus quo se gerit, sermones, actiones, victus cultusque, Phil. 2, 8.*

*σχίζω,* f. *ίσω* (Lc. 5, 36 *Lchm. Tdf. Trg.*), aor. 1. *ἔσχισα,* aor. 1. pass. *ἐσχίσθην,* inde ab Hesiodo, LXX aliquoties pro בָּקַע; Jes. 37, 1 pro קָרַע, — *findo, diffindo, discindo; τί,* Lc. 5, 36; pass. *αἱ πέτραι,* Mt. 27, 51; *οἱ οὐρανοί,* Mc. 1, 10; *τὸ καταπέτασμα,* Lc. 23, 45; add. *εἰς δύο,* in duas partes, Mt. 27, 51. Mc. 15, 38; *τὸ δίκτυον,* Jo. 21, 11; *discindendo divido, τί,* Jo. 19, 24. — trop. pass. *in factiones scindor;* Act. 14, 4. 23, 7 (Xen. conv. 4, 59; *τοῦ πλήθους σχιζομένου κατὰ τὴν αἵρεσιν,* Diod. 12, 66).*

*σχίσμα, τος, τό* (*σχίζω*), *fissum, scissum; a*) pr. *scissum;* Mt. 9, 16. Mc. 2, 21 (Axstot. Theophr.). — *b*) metaph. *discidium;* Jo. 7, 43. 9, 16. 10, 19. 1 Co. 1, 10. 11, 18. 12, 25 (eccles. script.)*

*σχοινίον, ου, τό* (demin. nominis *ὁ* et *ἡ σχοῖνος,* juncus, *die Binse*), inde ap. Hdt.. pr. *funis junceus;* univ. *funis;* Jo. 2, 15. Act. 27, 32.*

*σχολάζω* (*σχολή,* q. v.), 1) *cesso a labore; cunctor.* — 2) *vacuus a labore sum, otiosus sum; τινί, vaco alicui rei,* i. e. *rei operam do; ἵνα σχολάσητε* (t. vulg. *σχολάζητε*) *τῇ προσευχῇ,* 1 Co. 7, 5 (exempla e profanis affert *Passow* II, p. 1798. col. 1). — 3) de rebus, ut de locis, *vacuus sum; οἶκος σχολάζων,* Mt. 12, 44 (*τόπος,* Plut. Caj. Gr. 12; de vacante centurionis munere, Eus. h. e. 7, 15; de vacantibus ecclesiasticis muneribus ap. eccles. scriptores).*

*σχολή, ῆς, ἡ* (a *σχεῖν,* ergo pr. *das Anhalten*), 1) inde a Pind., *vacatio laboris, otium.* — 2) ex usu recentioris graecitatis *locus quo vacatur alicui rei, schola;* Act. 19, 9 (Dion. H. jud. Isocr. 1; de vi Dem. 44; saepius ap. Plutarch.).*

*σώζω,* f. *ώσω,* aor. 1. *ἔσωσα,* pf. *σέσωκα,* impf. pass. *ἐσωζόμην,* 3 ps. sing. (Act. 4, 9) pf. pass. *σέσωσται,* atque (ita *Tdf.*) *σέσωται* (v. *Kühner* I, p. 912), aor. 1. pass. *ἐσώθην,* fut. 1. pass. *σωθήσομαι* (*σῶς,* salvus, incolumis), inde ab Hom., LXX saepenumero pro הוֹשִׁיעַ, praeterea pro מִלֵּט, נִצַּל et חִיָּה, aliquoties pro עָזַר. — *servo, salvum s. incolumem praesto, a periculo vel exitio vindico* (opp. *ἀπόλλυμι,* q. v.); Vulg. *salvum facio, salvo; a*) univ. *τινά,* aliquem (ne laedatur s. periclitetur); laborantem servo (ne pereat), sc. morbo laborantem, i. q. *sanum reddo, sanitatem restituo alicui,* Mt. 9, 22. Mc. 5, 34. 10, 52. Lc. 7, 50. 8, 48. 17, 19. 18. 42. Jac. 5, 15; pass. Mt. 9, 21. Mc. 5, 23. 28. 6, 56. Lc. 8, 36. 50. Jo. 11, 12. Act. 4, 9. 14, 9. — exitio periclitantem salvum praesto, *servo* (*retten*), Mt. 8, 25. 14, 30. 24, 22. 27, 40. 42. 49. Mc. 13, 20. 15, 30 s. Lc. 23, 35. 37. 39; pass. Act. 27, 20. 31. 1 Pet. 4, 18; *τὴν ψυχήν,* vitam (physicam), Mt. 16, 25. Mc. 3, 4. 8, 35. Lc. 6, 9. 9, 24 atque in t. vulg. *Grsb. Lchm.* 17, 33; *σώζειν τινὰ ἐκ* c. gen. loci, *salvum educere,* Jud. v. 5; *ἐκ τῆς ὥρας ταύτης,* ex hujus horae periculo, Jo. 12, 27; c. gen. status, *ἐκ θανάτου,* Heb. 5, 7. cf. *Bleek* Brief an d. Hebr. T. II, p. 70 s. — *b*) technico evangelii sensu; negative: *vindico e messiani judicii poenis,* Joel. 2, 32 (3, 5); *a malis impetrationem messianae salutis impedientibus; ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν,* Mt. 1, 21; *ἀπὸ τῆς ὀργῆς* sc. *τοῦ θεοῦ,* ab ira dei extremi diei judicio poenas sumtura, Ro. 5, 9; *ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης,* Act. 2, 40; *ψυχὴν ἐκ θανάτου* (v. in *θάνατος,* 2), Jac. 5, 20; positive: *salutis messianae participem reddo* (opp. *ἀπόλλυμι,* q. v.), unde alternant *σώζεσθαι* et *εἰςέρχεσθαι εἰς τὴν βασ. τοῦ θεοῦ,* Mt. 19, 25 coll. vs. 24; Mc. 10, 26 coll. vs. 25; Lc. 18, 26 coll. vs. 25; *σώζεσθαι* et *ζωὴν αἰώνιον ἔχειν,* Jo. 3, 17 coll. vs. 16. — Quum salus messiana jam in terrestri vita incipiat in immunitate errorum pravarumque opinionum, castitate morum, venia peccatorum, beataque animi deo reconciliati tranquillitate, post adspectabilem vero Christi e coelis reditum in summis et laetissimis *τοῦ αἰῶνος τοῦ μέλλοντος* beneficiis consummetur; satis intelligitur, cur *τὸ σώζεσθαι* aliis locis ut bonum jam praesens, aliis ut futurum bonum commemoretur; — ut bonum jam in terris incipiens vel inceptum, Mt. 18, 11 t. vulg. *Grsb.* Lc. 8, 12. 19, 10. Jo. 5, 34 10, 9. 12, 47. Ro. 11, 14. 1 Co. 1, 21. 7, 16. 9, 22. 10, 33. 15, 2. 1 Th. 2, 16. 2 Th. 2, 10. 2 Tim. 1, 9. Tit. 3, 5. 1 Pet. 3, 21; *τῇ ἐλπίδι* (dativ. instrum.) *ἐσώθημεν* (aorist. de tempore, quo ad Christum se converterant). Ro. 8, 24; *χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως.* Eph. 2, 5. 8; — ut de re *futura,* Mt. 10, 22. 24, 13. Ro. 5, 10 1 Co. 3, 15. 1 Tim. 2, 15. Jac. 4, 12; *τὴν ψυχήν,* Mt. 8, 35. Lc. 9, 24; *ψυχάς,* Lc. 9, 56 t. vulg.; *τὸ πνεῦμα,* pass. 1 Co. 5, 5; e structura praegnante (v. in *εἰς,* C), *τινὰ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ κυρίου αἰώνιον,* servando s. salvum transfero in . . , 2 Tim. 4, 18 (*ἡ εὐσέβεια ἡ σώζουσα εἰς τὴν ζωὴν αἰώνιον,* 4 Macc. 15, 2 (multa ejusdem structurae exempla v. ap. *Passow,* II, p. 1802, col. 1); — universe: Act. 2, 21. 4, 12. 11, 14. 14, 9. 15, 1. 16, 30 s. Ro. 9, 27. 10, 9. 13. 11, 26. 1 Tim. 2, 4. 4, 16. Heb. 7, 25. Jac. 2, 14; *ἁμαρτωλούς,* 1 Tim. 1, 15; *τὰς ψυχάς,* Jac. 1, 21; *οἱ σωζόμενοι,* Ap. 21, 24 t. vulg.; Lc. 13, 23. Act. 2, 47; opp. *οἱ ἀπολλύμενοι,* 1 Co. 1, 18. 2 Co. 2, 15 (v. in *ἀπόλλυμι*).*

*σῶμα, τος, τό* (ut videtur a *σῶς,* integer), LXX pro בָּשָׂר, גְּוִיָּה al.; נְבֵלָה (cadaver), etiam pro chald. גְּשֵׁם, — *corpus,* et quidem 1) *corpus et hominum et animalium* (de discrimine, quo differat a *σάρξ* v. in *σάρξ,* p. 396, col. 1); *a*) ut ubique ap. Hom. (qui corpus vivum *δέμας* nominat) nec raro ap. posteriores Graecos, corpus *mortuum* s. *cadaver;* univ. Lc. 17, 37; hominis, Mt. 14, 12 t. vulg. *Grsb.;* Act. 9, 40; plur. Jo. 19, 31; *τὸ σ. τινος,* Mt. 27, 58 s. Mc. 15, 43. Lc. 23, 52. 55. Jo. 19, 38. 40. 20, 12. Jud. vs. 9; de corpore animalis immolati, plur. Heb. 13, 11 (Ex. 29, 14. Num. 19, 3). — *b*) ut ap. Graecos inde ab Hesiodo, *vivum corpus;* animalium, Jac. 3, 3; — hominis, *τὸ σῶμα,* absol. Lc. 11, 34. 12, 23. 1 Co. 6, 13 al.; *ἐν σώματι εἶναι,* de terrestri vita molestiis conjuncta, Heb. 13, 3; disting. a *τῷ αἵματι,* 1 Co. 11, 27; *τὸ σῶμα* et *τὰ μέλη* ejus, 1 Co. 12, 12. 14—20. Jac. 3, 6; *τὸ σῶμα* templum *τοῦ ἁγίου πνεύματος,* 1 Co. 6, 19; instrumentum animi, *τὰ διὰ τοῦ σώμ.* sc. *πραχθέντα,* 2 Co. 5, 10; distinguitur a *τῷ πνεύματι,* Ro. 8, 10. 1 Co. 5, 3. (6, 20

t. vulg.) 7, 34. Jac. 2, 26 (4 Macc. 11, 11); a τῇ ψυχῇ, Mt. 6, 25. 10, 28. Lc. 12, 22 (Sap. 1, 4. 8, 19 s. 2 Macc. 7, 37. 14, 38. 4 Macc. 1, 28 al.); a τῇ ψυχῇ et τῷ πνεύματι simul, 1 Th. 5, 23 (cant. tr. puer. vs. 63); distinguuntur σῶμα ψυχικόν et πνευματικόν, 1 Co. 15, 44 (v. in πνευματικός et ψυχικός); τὸ σ. τινος, Mt. 5, 29 s. Lc. 11, 34. Ro. 4, 19. 8, 23 al.; ὁ ναὸς τοῦ σώμ. αὐτοῦ, templum, quod corpus ejus esset, Jo. 2, 21; plur. Ro. 1, 24. 1 Co. 6, 15. Eph. 5, 28; omittitur genitivus possessoris, ubi e contextis facile cognoscitur, ut 1 Co. 5, 3. 2 Co. 4, 10. 5, 8. Heb. 10, 22 al.; τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, corpus humilitatis nostrae (gen. subjecti), i. e. quod gestamus in hac vita homines servi et humiles, opp. τὸ σ. τῆς δόξης αὐτοῦ i. e. τοῦ Χριστοῦ, corpus, quod Christi est in splendido ejus apud deum in coelis statu, Phil. 3, 21; διὰ τοῦ σώμ. τοῦ Χριστοῦ, interfectione corporis Christi, Ro. 7, 4; διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώμ. Ἰησοῦ Χριστοῦ, oblatione corporis J. Ch. ut hostiae, Heb. 10, 10; τὸ σ. τῆς σαρκός, corpus e carne concretum, i. e. corpus physicum (tacite opp. corpus Christi *ethicum* s. ecclesia, v. infra, sub n. 3) Col. 1, 22 (aliter 2, 11); σῶμα τοῦ θανάτου, corpus imperio mortis mancipatum, Ro. 7, 24; inde, quod corpus τὴν σάρκα atque in carne incitamenta ad peccandum (v. in σάρξ, p. 396, col. 2) continet, originem ducunt phrases: μὴ βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, Ro. 6, 12; αἱ πράξεις τοῦ σώματος, Ro. 8, 13. — Quum corpus sit animi instrumentum (2 Co. 5, 10) et illius membra instrumenta s. virtutis s. improbitatis (Ro. 6, 13. 19); facile intelliguntur dictiones: σῶμα τῆς ἁμαρτίας, corpus peccatui mancipatum, Ro. 6, 6; τὸ σ. τῆς σαρκός, carnis incitamentis obnoxium, Col. 2, 11 (ubi t. vulg. τοῦ σώμ. τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός); — δοξάζετε τὸν θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, 1 Co. 6, 20; μεγαλύνειν τὸν Χριστὸν ἐν τῷ σώματι, εἴτε διὰ ζωῆς, εἴτε διὰ θανάτου, Phil. 1, 20; παραστῆσαι τὰ σώματα θυσίαν ζῶσαν - - τῷ θεῷ (intellige corporis castimoniam), Ro. 12, 1. — *c*) Quum e veterum jure in servis potissimum corpora aestimarentur, recentioris graecitatis est servos simpliciter dicere σώματα, semel sic in N. T., Ap. 18, 13., ubi Vulg. recte vertit *mancipia* (σώματα τοῦ οἴκου, Gen. 36, 6; σώματα καὶ κτήνη, Tob. 10, 11; ἰουδαϊκὰ σώματα, 2 Macc. 8, 11; exempla e Graecis affert *Lob.* ad Phryn. p. 378 s.; antiquiores et elegantiores Graeci dixerunt σώματα δοῦλα, οἰκετικά al.). — 2) Transfertur nomen ad corpora *plantarum*, 1 Co. 15, 37 s. et *astrorum*, qua de causa Paulus distinguit σώματα ἐπουράνια, i. e. corpora astrorum et angelorum (v. in ἐπουράνιος) et ἐπίγεια (corpora hominum, animalium, plantarum), 1 Co. 15, 40 (ἅπαν σῶμα τῆς τῶν ὅλων φύσεως — τὸ σῶμα τοῦ κόσμου, Diod. 1, 11). — 3) trop. σῶμα dicuntur *homines s. complures s. multi in unam societatem et quasi familiam arcte conjuncti; corpus sociale, ethicum, mysticum;* ita in N. T. *ecclesia*, Ro. 12, 5. 1 Co. 10, 17. 12, 13. Eph. 2, 16. 4, 16. 5, 23. Col. 1, 18. 2, 19. 3, 15; add. τοῦ Χριστοῦ, 1 Co. 10, 16. 12, 27. Eph. 1, 23. 4, 12. 5, 30. Col. 1, 24; cujus ethici corporis caput est Christus, Eph. 4, 15. 5, 23. Col. 1, 18. 2, 19., qui mentis suae vi in coetu operatur ut animus in corpore; — ἓν σῶμα κ. ἓν πνεῦμα, Eph. 4, 4. — 4) Distinguuntur ἡ σκιά et τὸ σῶμα, ut umbra et *res ipsa*, a qua umbra repercutitur, Col. 2, 17; σκιὰν αἰτησόμενος βασιλείας, ἧς ἥρπασεν ἑαυτῷ τὸ σῶμα, Jos. b. j. 2, 2, 5.

σωματικός, ή, όν (σῶμα), inde ab Arstot., *corporeus;* Vulg. *corporalis; a*) *corporis naturam et formam habens;* σωματικῷ εἴδει, Lc. 3, 22. (opp. ἀσώματος, Philo opif. m. §. 4.) — *b*) *ad corpus pertinens;* ἡ γυμνασία, 1 Tim. 4, 8; ἕξις, Jos. b. j. 6, 1, 6; ἐπιθυμίαι σωμ., 4 Macc. 1, 32.*

σωματικῶς, adv., *corporeo modo;* Vulg. *corporaliter;* i. q. ἐν σωματικῷ εἴδει, sed ita ut intelligatur corpus coeleste et spirituale solis coelitibus conspicuum, Col. 2, 9., ubi cf. *Meyer*.

Σώπατρος, ου, ὁ, *Sopater*, vir christianus e comitibus Pauli; Act. 20, 4.*

σωρεύω, f. εύσω, ptcp. pf. pass. σεσωρευμένος (σωρός, acervus), *coacervo, cumulo; τὶ ἐπί τι*, Ro. 12, 20 (e Prov. 25, 22; v. in ἄνθραξ); *τινά τινι*, alicujus rei cumulo aliquem obruo; trop. ἁμαρτίαις, aliquem multorum peccatorum conscientia gravo, pass. 2 Tim. 3, 6.*

Σωσθένης, ου, ὁ, *Sosthenes;* 1) corinthiacae Judaeorum synagogae praefectus, christianae religionis adversarius; Act. 18, 17. — 2) Christianus quidam, Pauli apostoli socius; 1 Co. 1, 1. Neque apud Graecos hoc nomen proprium est rarum.*

Σωσίπατρος, ου, ὁ, *Sosipater*, Christianus quidam e cognatis Pauli (fortasse idem, qui Act. 20, 4 Σώπατρος vocatur; cf. Σωκράτης et Σωσικράτης, Σωκλείδης et Σωσικλείδης, v. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. III, p. 316); Ro. 16, 21.*

σωτήρ, ῆρος, ὁ (σώζω), inde ab Aeschl. et Pind. LXX pro יֵשַׁע, יְשׁוּעָה, — *servator, vindex; conservator;* Vulg. *salvator;* Luth. *Heiland;* (Cic. in Verr. 2, 63: „Hoc quantum est? ita magnum, ut latino uno verbo exprimi non possit. Is est nimirum *soter, qui salutem dedit;*" quod nomen ap. veteres diis, maxime tutelaribus diis, principibus et regibus et omnino hominibus de patria et republica insigniter meritis, sed corruptorum morum tempore etiam adulationis causa potentibus viris tribui solebat; v. *Passow* s. v.; *Paulus* Exgt. Hdb. üb. d. drei ersten Evangelien, T. I, p. 103 s.); in N. T. hoc nomine appellatur *deus*, σωτ. μου, is qui insigni beneficio me auget, Lc. 1, 47; ὁ σωτ. ἡμῶν, salutis nostrae per Jesum Christum auctor (de *christianae* salutis notione v. in σώζω, b), 1 Tim. 1, 1. 2, 3. Tit. 1, 3. 2, 10. 3, 4; add. διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, Jud. vs. 25; σωτὴρ πάντων, 1 Tim. 4, 10 coll. Ps. 24, 5. 27, 1. Jes. 12, 2. 17, 10. 45, 15. 21. Mich. 7, 7 al.); *Messias*, et *Jesus* tamquam Messias, per quem deus salutem dat, Lc. 2, 11. Act. 5, 31. 13, 23; ὁ σωτ. τοῦ κόσμου, Jo. 4, 42. 1 Jo. 4, 14; ἡμῶν, 2 Tim. 1, 10. Tit. 1, 4. 2, 13. 3, 6; σωτὴρ Ἰησοῦς Χριστός, 2 Pet. 1, 11. 2, 20. 3, 18; ὁ κύριος καὶ σωτήρ, 2 Pet. 3, 2; σωτὴρ τοῦ σώματος, univ. *conservator* corporis, i. e. ecclesiae, Eph. 5, 23 (σωτὴρ ὄντως ἁπάντων ἐστὶ καὶ γενέτωρ, de deo conservatore mundi, Arstot. de mundo, c. 6); σωτήρ de Christo e coelis redituro *futurae* salutis largitore, Phil. 3, 20.*

σωτηρία, ας, ἡ (σωτήρ), *liberatio, conservatio, incolumitas, salus;* — liberatio ab hostium vexationibus, Act. 7, 25; add. ἐξ ἐχθρῶν, Lc. 1, 71; conservatio (vitae physicae), Act. 27, 34. Heb. 11, 7; — sensu ethico *id quod ad salutem animorum conducit;* σωτηρία τινὶ ἐγένετο, Lc. 19, 9; ἡγεῖσθαί τι σωτηρίαν, 2 Pet. 3, 15; technico evangelii sensu *salus messiana* (v. in σώζω, b); *a*) univ. Jo. 4, 22. Act. 4, 12. 13, 47. Ro. 11, 11. 2 Th. 2, 13. 2 Tim. 3, 15. Heb. 2, 3. 6, 9. Jud. vs. 3; opp. ἀπώλεια. Phil. 1, 28; αἰώνιος σωτηρία, Heb. 5, 9 (pro תְּשׁוּעַת עוֹלָמִים, Jos. 45, 17); ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης, institutio de ea quam Joannes baptista praenuntiavit salute, Act. 13, 26; τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν, Eph. 1, 13; ὁδὸς σωτηρίας, Act. 16, 17; κέρας σωτηρίας (v. in κέρας), Lc. 1,

69; *ἡμέρα σωτηρίας*, tempus, quo salus alicui amplectenda offertur, 2 Co. 6, 2 (e Jes. 49, 8); *κατεργάζεσθαι τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν*, Phil. 2, 12; *κληρονομεῖν σωτηρίαν*, Heb. 1, 14; *εἰς σωτηρίαν*, ad impetrandam salutem, Ro. 10, 10. 1 Pet. 2. 2; salus qualis veris Christianis jam nunc obtingit, 2 Co. 1, 6. 7, 10. Phil. 1, 19; *σωτηρία ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν*, Lc. 1, 77; *σωτηρίας τυχεῖν μετὰ δόξης αἰωνίου*, 2 Tim. 2, 10; *futura* salus s. complexio bonorum et beneficiorum, quibus beati et ab omnibus terrestribus malis vindicati Christiani post adspectabilem Christi e coelis reditum in consummato eoque aeterno dei regno fruentur, Ro. 13, 11. 1 Th. 5, 9. Heb. 9, 28. 1 Pet. 1, 5. 10. Ap. 12, 10; *ἐλπὶς σωτηρίας*, 1 Th. 5, 8; *κομίζεσθαι σωτηρίαν ψυχῶν*, 1Pet. 1, 9; *ἡ σωτηρία τῷ θεῷ ἡμῶν* (dat. possessoris, sc. *ἐστίν*, cf. לַיהוָה הַיְשׁוּעָה, Ps. 3,9), deo salus suppetit, quam in nos confert, Ap. 7, 10; *ἡ σωτηρία -- τοῦ θεοῦ* (gen. possessoris, pro l. vulg. *τῷ θεῷ*) *ἡμῶν* sc. *ἐστίν*, 19, 1. (Tragg. Thuc. Xen. Plat. sqq. — LXX pro יֶשַׁע, יְשׁוּעָה, תְּשׁוּעָה, פְּלֵיטָה [evasio, effugium].)*

*σωτήριος* (*σωτήρ*), inde ab Aeschl. Eur. Thuc., *salutaris. salutifer, sospitalis; ἡ χάρις ἡ σωτήριος*, Tit. 2, 11. (Sap. 1, 14. 3 Macc. 7, 18; *ἡ σωτήριος δίαιτα*, Clem. Alex. Paedag. p. 48. ed. Sylb.) — Neutr. *τὸ σωτήριον* (LXX saepe pro יְשׁוּעָה, rarius pro יֶשַׁע), ut saepe ap. Graecos substantive, *salus*, in N. T. *messiana salus* (v. in *σώζω*, b, et in *σωτηρία*); add. *τοῦ θεοῦ*, a deo decreta, Lc. 3, 6 (e Jes. 40, 5); Act. 28, 28. Clem. Rom. 1 Co. 35, 12; *is in quo haec salus cernitur s. per quem deus eam paraturus est*, de Messia, Lc. 2, 30; *τὸ σωτ. ἡμῶν Ἰησοῦς Χρ.*, Clem. Rom. 1 Co. 36. 11; simpliciter i. q. *spes salutis* (futurae), Eph. 6, 17. (ap. LXX *τὸ σωτ.* saepe pro שֶׁלֶם, sacrificium eucharisticum, eodemque usu in plur. ap. Xen. Polyb. Diod. Plut. Lucian. Hdian.)*

*σωφρονέω*, ῶ, aor. 1. imper. *σωφρονήσατε* (*σώφρων*, q. v.), inde a Tragg. Xen. Plat., — *sanae mentis sum*, i. e. *a*) *mentis compos sum;* de eo, qui desiit *δαιμονίζεσθαι*, Mc. 5, 15. Lc. 8, 35; opp. *ἐκστῆναι*, 2 Co. 5, 13 (opponuntur sibi *σωφρονῶν* et *μανείς*, Plat. de rep. 1, p. 331 c: *σωφρονοῦσαι* et *μανεῖσαι*, Phaedr. p. 244 b; *ὁ μεμηνὼς -- ἐσωφρόνησε*. Apollod. 3, 5, 1, 6). — *b*) *mihi tempero;* i. e. *α*) *modum teneo in pretio de me statuendo;* opp. *ὑπερφρονεῖν*, Ro. 12, 3. — *β*) *tempero cupiditatibus;* Tit. 2, 6; jct. c. *νήφω* (ut Lcian. Nigrin. 6), 1 Pet. 4. 7.*

*σωφρονίζω*, *facio aliquem σώφρονα. mentis compotem, modestum; refraeno; castigo; in officio contineo;* ita inde ab Eur. et Thuc.; *graviter admoneo, adhortor; τινά* sq. infin. Tit. 2. 4.*

*σωφρονισμός*, οῦ, ὁ (*σωφρονίζω*), 1) *admonitio* s. *vocatio ad mentem sanam, ad modestiam, temperantiam;* Jos. antt. 17. 9, 2; b. j. 2, 1, 3. App. Pun. 8. 65. Aesop. 38. Plut. — 2) *temperantia, modestia; σωφρονισμοί τινες ἢ μετάνοιαι τῶν νέων*, Plut. mor. p. 712 c.; *πνεῦμα σωφρονισμοῦ*, 2 Tim. 1, 7; ubi cf. *Huther.**

*σωφρόνως* (*σώφρων*), adv., inde ab Hdt., *sana mente. sobrie, temperanter, moderate;* Tit. 2, 12 (Sap. 9, 11).*

*σωφροσύνη*, ης, ἡ (*σώφρων*), inde ab Hom. (*σαοφροσύνη*), *a*) *mentis sanitas;* opp. *μανία*, Xen. mem. 1, 1, 16; Plat. Prot. p. 323 b; *ῥήματα σωφροσύνης*, verba mentis sanae. Act. 26, 25. — *b*) *temperantia, moderatio* (*Selbstbeherrschung*), „ea virtus, cujus proprium est, motus animi appetentis regere et sedare semperque adversantem libidini moderatam in omni re servare constantiam", Cic. Tusc. 3, 8, 17: *ἡ σωφροσ. ἐστὶ καὶ ἡδονῶν τινῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια*, Plat. rep. 4, 430 e coll. Phaed. p. 68 c; sympos. p. 196 c. Diog. Laert. 3, 91. 4 Macc. 1, 31; *σωφροσύνη δὲ ἀρετή, δι' ἣν πρὸς τὰς ἡδονὰς τοῦ σώματος οὕτως ἔχουσιν ὡς ὁ νόμος κελεύει, ἀκολασία δὲ τουναντίον*, Aristot. rhet. 1, 9, 9); 1 Tim. 2, 15; jct. c. *αἰδώς* (ut Xen. Cyr. 8, 1, 30 s.), vs. 9.*

*σώφρων*, ον (a *σάος*, contr. *σῶς* et *φρήν*, unde poet. *σαόφρων*, cf. *ἄφρων, ταπεινόφρων, μεγαλόφρων*), *qui sanae vel integrae mentis est. mentis compos* (v. in *σωφρονῶ* et *σωφροσύνη*). — *b*) *cupiditatum suarum et perturbationum impetum coercens; sibi temperans, moderatus* (v. in *σωφροσύνη*); 1 Tim. 3, 2. Tit. 1, 8. 2, 2. 5.*

# T.

*Ταβέρναι*, ῶν, αἱ (vox latina), *tabernae; τρεῖς ταβέρναι* (gen. *τριῶν ταβερνῶν*), *tres tabernae*, nomen deversorii ad viam appiam inter Romam et forum Appii exstructi, a Roma decem milliaria romana distantis (Cic. ad Attic. 2, 10); Act. 28, 15.*

*Ταβιθά*, ἡ (טְבִיתָא, nom. chald. in statu emphatico, hebr. צְבִי, i. e. *δόρκας*, q. v.), *Tabitha*, mulier in christianorum coetu ioppico insigniter benefica; Act. 9, 36. 40.*

*τάγμα, τος, τό* (*τάσσω*), *a*) pr. *quod ordinatum, ordine dispositum est.* — *b*) speciatim *agmen militum;* 2 Sam. 23, 13. Xen. mem. 3, 1, 11; saepe ap. Polyb.; Diod. 17, 80. Jos. b. j. 1, 9, 1. 3, 4, 2; hinc univ. *agmen, classis; ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι* (eadem verba Clem. Rom. 1 Co. 37, 3 et 41, 1), 1 Co. 15, 23., ubi Paulus plura hominum in vitam redeuntium agmina distinguit.*

*τακτός, ή, όν* (*τάσσω*), inde a Thuc. (4. 65.), *ordinatus, status, statutus; τακτὴ ἡμέρα* (Pol. 3, 34, 9. Dion. antt. 2, 74), Act. 12, 21.*

*ταλαιπωρέω*, ῶ, impr. aor. 1. *ταλαιπωρήσατε* (*ταλαίπωρος*, q. v.), inde ab Eur. et Thuc., LXX pro שָׁדַד, *a*) *graviter laboro, labores et aerumnas sustineo; affligor; afflictum et miserum me sentio*, Jac. 4, 9. — *b*) ap. Graecos et LXX etiam transitive: *affligo;* Ps. 16, 9. Jer. 33, 1.*

*ταλαιπωρία*, ας, ἡ (*ταλαίπωρος*, q. v.), *labor, molestia, calamitas, miseria;* Ro. 3. 16 (e Jes. 59. 7); plur. Jac. 5, 1. (Hdt. Thuc. Isocr. Polyb. Diod. Joseph. al.; LXX maxime pro שֹׁד.)*

*ταλαίπωρος*, ον (a *ΤΑΛΑΩ, ΤΛΑΩ*, sustineo, perfero, et *πῶρος*, callum), *labores et molestias sustinens; afflictus. miser;* Ro. 7, 24. Ap. 3. 17 (Jes. 33, 1. Tob. 13, 10. Sap. 3, 11. 13, 10. Tragg. Arstph. Dem. Polyb. Aesop. al.).*

*ταλαντιαῖος, αία, αῖον* (*τάλαντον*, q. v.; cf. *δραχμιαῖος. στιγμιαῖος, δακτυλιαῖος, λιτριαῖος* al.; v. *Lob.* ad Phryn. p. 544.), *talentum pondere* vel *pretio aequans;* Ap. 16, 21 (Dem. Arstot. Polyb. Diod. Joseph. Plut. al.)*

**τάλαντον**, *ου*, *τό* (*ΤΑΛΑΩ*, *ΤΛΑΩ*), 1) *lanx*, *statera*, *trutina* (Hom.). — 2) id, quod ponderatur, *talentum*, i. e. *a*) pondus pro temporum et locorum diversitate diversum. — *b*) pecuniae summa talenti pondus aequans et pro diversarum et civitatum et legum nummariarum diversitate diversa; *atticum* talentum aequabat 60 minas atticas, s. 6000 drachmas et fere 1500 imperiales germanicae monetae. Sed in N. T. *syriaca* tal. intelligenda esse videntur, quorum singula 328—330 imperiales aequabant; Mt. 18, 24. 25, 15 s. 20. 22. 24 s. 28. (LXX pro כִּכָּר, Luth. *Centner*, summum Hebraeorum pondus, de quo cf. *Kneucker* in *Schenkel* BL. 5, p. 460 s.*

**ταλιθα**, vox chald. טְלִיתָא, *puella;* Mc. 5, 41.*

**ταμεῖον**, rectius *ταμιεῖον* (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 493. *Win.* p 90), *ου*, *τό* (*ταμιεύω*), inde a Thuc. Xen., 1) *cella penaria; promtuarium* (*Vorrathskammer*); Lc. 12, 24 (Deut. 28, 8. Prov. 3, 10). — 2) *conclave*, maxime *interius; penetrale;* Mt. 6, 6. 24, 26. Lc. 12, 3. (Xen. h. gr. 5, 4, 5. Sir. 29, 12. Tob. 7, 16 ac saepe ap. LXX pro חֶדֶר.)*

**ταννῦν**, v. in *νῦν*, p. 298, col. 2.

**τάξις**, *εως*, *ἡ* (*τάσσω*), inde ab Aeschl. et Hdt., 1) *dispositio*, *ordinatio*. — 2) *ordo*, i. e. *statuta series*, *qua simul tempus statutum servatur;* Lc. 1, 8. — 3) *bonus* s. *justus ordo; κατὰ τάξιν*, ex ordine, 1 Co. 14, 40; *ordinatus status*, Col. 2, 5. — 4) locus, quem aliquis in civitate vel in ulla alia re obtinet; qui locus quum plerumque ex alicujus ingenio, peritia, opibus pendeat, *τάξις* etiam idem est ac *ratio*, *modus*, nostr. *Beschaffenheit* (2 Macc. 9, 18. 1, 19; *οὐ γὰρ ἱστορίας*, *ἀλλὰ κουρεακῆς λαλιᾶς ἐμοὶ δοκοῦσι τάξιν ἔχειν*, Pol. 3. 20, 5; *κατὰ τὴν τάξιν* (pro quo 7, 15 *κατὰ τὴν ὁμοιότητα*) *Μελχισεδέκ*, secundum rationem sacerdotii Melchisedeci (e LXX Ps. 110, 5 עַל־דִּבְרָתִי) Heb. 5, 6. 10. 6, 20. 7, 11. 17. 21, quo postremo loco *Tdf.* et *Trg.* phrasin omittunt.*

**ταπεινός**, *ή*, *όν*, inde ab Aeschl. et Hdt., LXX pro עָנִי, עָנָו, שָׁפָל al. — *humilis*, i. e. *a*) pr. *non longe a solo assurgens;* Ez. 17, 24. — *b*) metaph. *α*) *humilis sorte;* c. nomine, Jac. 1, 9; substantive *οἱ ταπεινοί*, opp. *δυνάσται*, Lc. 1, 52; i. q. *moerore depressus* (Sir. 25, 23), 2 Co. 7, 6. — Neutr. *τὰ ταπεινά*, Ro. 12, 16 (de q. l. v. in *συναπάγω*). — *β*) *modestus* (*demüthig*); opp. *ὑπερήφανος*, Jac. 4, 6. 1 Pet. 5, 5 (e Prov. 3, 34; add. *τῇ καρδίᾳ*, Mt. 11, 29 (*τῷ πνεύματι*, Ps. 33, 19); in malam partem: *humilem ac depressum se gerens*, *humiliter aliis se subjiciens* (Xen. mem. 3, 10, 5. Plat. legg. 6, p. 774 c.; saepe ap. Isocr.), 2 Co. 10, 1.*

**ταπεινοφροσύνη**, *ης*, *ἡ* (*ταπεινόφρων*, opp. *μεγαλοφροσύνη*, *ὑψηλοφροσύνη*), *modeste de se sentiendi ratio; ea mens*, *qua quis tenuitatem suam* (*ethicam*) *persentit; modestia;* Vulg. *humilitas*, Luth. *Demuth;* Act. 20, 19. Eph. 4, 2. Phil. 2, 3. Col. 3, 12. 1 Pet. 5, 5; dic. de affectata et ad capiendos oculos fucata modestia, Col. 2, 18. 23. (Neque in V. T., neque ap. profanos hoc nomen exstat.)*

**ταπεινόφρων**, *ον* (*ταπεινός*, *φρήν*), *qui est humili mente*, i. e. *modeste se sentiens;* 1 Pet. 3, 8., ubi t. vulg. *φιλόφρονες* (Prov. 29, 23; in malam partem: *qui pusillo et abjecto animo est*, *μικροὺς ἡ τύχη καὶ περιδεεῖς ποιεῖ καὶ ταπεινόφρονας*, Plut. de fort. Alex. 2, 4).*

**ταπεινόω**, *ῶ*, f. *ώσω*, aor. 1. *ἐταπείνωσα*, aor. 1. pass. *ἐταπεινώθην*, fut. 1. pass. *ταπεινωθήσομαι* (*ταπεινός*), *humilem facio;* Vulg. *humilio; a*) propr. *ὄρος*, *βουνόν*, qui coaequetur et in planum ducatur, pass. Lc. 3, 5 e Jes. 40, 4. — *b*) metaph. *in conditionem viliorem conjicio*, h. e. *α*) *inferiore dignitatis loco colloco*, *inferiorem locum assigno; τινά*, pass. *aliis*, *qui honore*, *praemiis ornantur*, *posthabeor*, Mt. 23, 12. Lc. 14, 11. 18, 14. — *β*) *ταπεινῶ ἐμαυτόν*, *me humilem gero*, et quidem parce vivendo, 2 Co. 11, 7; pass. de eo, qui inopiae se subjicit. Phil. 4, 12; *ἑαυτόν*, de eo, qui servientis conditioni se submittit, Phil. 2, 8. — *c*) *deprimo; τινά*, alicujus animum, fastum deprimo; *ἐμαυτόν*, modeste de me sentio, demissum me et ab omni fastu alienum gero, Mt. 18, 4. 23, 12. Lc. 14, 11. 18, 14; pass. *ταπεινοῦμαι ἐνώπιον κυρίου* (v. in *ἐνώπιον*, p. 152, col. 2) significatione medii: tenuitatem animi mei et improbitatem agnosco et doleo, Jac. 4, 10 (eodem sensu *ταπεινοῦν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*, Sir. 2, 17. 7, 17; LXX pro עִנָּה נַפְשׁוֹ, *afflixit animam suam*, de jejunantibus, Lev. 16, 29. 31. 23, 27. 32. Jes. 58, 3. 5. 10; *τὴν ψυχήν τινος*, perturbo alicujus animum, Protev. Jac. c. 2. 13. 15); *ὑπὸ τὴν χεῖρα τ. θεοῦ*, demisso animo potestati ac voluntati dei me subjicio, 1 Pet. 5, 6 (coll. Gen. 16, 9); i. q. *pudore suffundo*, 2 Co. 12, 21. (Xen. Plat. Diod. Plut.; LXX pro עִנָּה, שָׁפֵל et הִשְׁפִּיל, דִּכָּא, הִכְנִיעַ al.)*

**ταπείνωσις**, *εως*, *ἡ* (*ταπεινόω*), *humilitas; conditio vilis et abjecta;* Lc. 1, 48. Act. 8, 33 (e Jes. 53, 8); Phil. 3, 21 (de quo l. v. in *σῶμα*); metaph. *demissio animi*, qua quis tenuitatem suam (ethicam) et improbitatem intelligit ac dolet, Jac. 1, 10; v. *Kern* ad h. l. (vario usu passim ap. Plat. Arstot., Polyb. Plu.; LXX pro עֳנִי.)*

**ταράσσω**, impf. *ἐτάρασσον*, aor. 1. *ἐτάραξα*, pf. pass. *τετάραγμαι*, aor. 1. pass. *ἐταράχθην*, inde ab Hom., *commoveo*, *turbo* (*partibus rei huc illuc jactandis*); *a*) pr. *τὸ ὕδωρ*, Jo. 5, 4. 7 (Ez. 32, 2; *τὸν πόντον*, Hom. Od. 5, 291; *τὸ πέλαγος*, Eur. Tro. 88; *τὸν ποταμόν*, Aesop. fab. 87). — *b*) trop. *commoveo aliquem*, *ut aequo animo esse desinat; de recto animi statu deturbo; inquietum reddo* (LXX pro בָּהַל et al.; pass. *ταράσσομαι* pro רָגַז contremuit, irritatus est); *α*) *concito; τὸν ὄχλον*, Act. 17, 8. — *β*) *perturbo; τινά*, alicujus animum terrore vel metu percello, pass. Mt. 2, 3. 14, 26. Mc. 6, 50. Lc. 1, 12. 1 Pet. 3, 14; *ταράσσεται ἡ καρδία*, Jo. 14, 1. 27; vehementiore dolore s. tristitia afficio; *ἑαυτόν*, nostr. *sich beunruhigen*, Jo. 11, 33 (*σεαυτὸν μὴ τάρασσε*, Antonin. 4, 26); *τετάρακται ἡ ψυχή*, Jo. 12, 27 (Ps. 6, 4); *ἐταράχθη τῷ πνεύματι*, Jo. 13, 21. — *γ*) *sollicitum reddo*, alicujus animum *scrupulis vel dubitationibus* ei *injiciendis; τινά* (Xen. mem. 2, 6, 17), Gal. 1, 7. 5, 10; *τινὰ λόγοις*, Act. 15, 24.*

**ταραχή**, *ῆς*, *ἡ* (*ταράσσω*), inde ab Hdt., *turbatio*, *commotio;* pr. *τοῦ ὕδατος*, Jo. 5, 4; metaph. *tumultus*, *seditio;* plur. Mc. 13, 8 t. vulg. *Grsb.**

**τάραχος**, *ου*, *ὁ* (*ταράσσω*), *commotio*, *perturbatio* (*animorum*); Act. 12, 18; *tumultus*, 19, 23. (LXX. Xen. Plut. Lcian.)*

**Ταρσεύς**, *έως*, *ὁ* (*Ταρσός*, q. v.), *Tarsensis*, *Tarso oriundus;* Act. 9, 11. 21, 39.*

**Ταρσός**, *οῦ*, *ἡ*, apud profanos etiam *Ταρσοί*, *ῶν*, *αἱ*, *Tarsus*, urbs maritima, Romanorum aetate Ciliciae caput (Jos. antt. 1, 6, 1), sita ad fluvium Cydnum, qui eam in duas urbes dividebat (unde nomen numero plurali dictum *Ταρσοί*). Ut erat magna hominibusque frequentissima, ita etiam graecis litteris florebat et scholis abundabat philosophorum (Strab. 14, p. 673). Praeterea urbs fuit libera (Plin. 5, 22) atque immunis tum a jurisdictione praesidis romani, tum a praesidiis Romanorum, quamvis non esset Romanorum colonia, quam libertatem ab Antonio acceperat (App. b.

civ. 5, 7), ea quidem conditione, ut suis uteretur magistratibus legibusque, at romanum imperium et populi romani majestatem agnosceret atque auxilia adversus hostes mitteret. Hodie *Tarso* vel *Tersus*, ignobilis locus circiter 6000 incolarum. Erat patria Pauli apostoli; Act. 9, 30. 11, 25. 22, 3.*

**ταρταρόω**, ῶ, ptcp. aor. 1. ταρταρώσας (τάρταρος, nomen loci subterranei, tristis, tenebricosi, ubi Graeci veteres impios versari et male factorum poenas luere opinabantur, qui Geennae Judaeorum respondet, v. γέεννα); *in tartara detrudo* (aliquoties ap. scholiastes); — *in tartaro captivum teneo; τινὰ σειραῖς ζόφου*, 2 Pet. 2, 4.*

**τάσσω**, aor. 1. ἔταξα, infin. pf. τεταχέναι (Act. 18, 2 *Tdf.*), pf. pass. 3 ps. sing. τέτακται, ptcp. τεταγμένος, aor. 1. med. ἐταξάμην, inde ab Hdt., LXX pro שׂוּם et passim pro נָתַן, צִוָּה, שִׁית al., — *colloco suo loco; statuo;* — *a*) *ordine certo colloco* (Xen. mem. 3, 1, 7). *ordino, assigno locum, constituo; τινά*, pass. *αἱ ἐξουσίαι ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν*, Ro. 13, 1; *ἑαυτὸν εἰς διακονίαν τινί*, ministerio alicujus se consecrare, 1 Co. 16, 15 (*ἐπὶ τὴν διακονίαν*, Plat. de rep. 2, p. 371 c; *εἰς τὴν δουλείαν*, Xen. mem. 2, 1, 11); *ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον*, omnes, qui (a deo) destinati erant vitae aeternae impetrandae, s. quibus deus vitam aeternam decreverat, Act. 13, 48; *τινὰ ὑπό τινα*, subjicio aliquem alicujus imperio, pass. Mt. 8, 9 *Lchm.* cod. sin.; Lc. 7, 8. (*ὑπό τινα*, Pol. 3, 16, 3. 5, 65, 7. Diod. 2, 26. 4, 9); *τινί τι, mando alicui aliquid;* pass. Act. 22, 10 (Xen. de rep. Lac. 11, 6). — *b*) *constituo* (nostr. *anordnen*), *jubeo;* sq. acc. c. inf. Act. 15, 2 (18, 2 *Tdf.*); sq. infin. Xen. Hier. 10, 4. Cyr. 4, 5, 11. — Med. ut saepenumero ap. Graecos pr. *e mea sententia* aut *potestate mea constituo; οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς* sc. *πορεύεσθαι*, Mt. 28, 16; *inter se constituere s. convenire* (*verabreden*), *ἡμέραν* (Pol. 18, 19, 1 et alibi), Act. 28, 23.*

**ταῦρος**, ου, ὁ, inde ab Hom., LXX pro שׁוֹר, *taurus;* Mt. 22, 4. Act. 14, 13. Heb. 9, 13. 10, 4.*

**ταὐτά**, per crasin pro *τὰ αὐτά* 1 Th. 2, 14 t. vulg. atque in nonnullis codd. et edd. etiam Lc. 6, 23. 26. 17, 30.*

**ταφή**, ῆς, ἡ (θάπτω), inde ab Hdt.; LXX passim pro קְבוּרָה et קֶבֶר, *sepultura;* Mt. 27, 7.*

**τάφος**, ου, ὁ (θάπτω), 1) *sepultura* (ita inde ab Hom.). — 2) *sepulcrum* (ita inde ab Hes.); Mt. 23, 27. 29. 27, 61. 64. 66. 28, 1; in comparatione: *τάφος ἀνεωγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν*, sermones eorum minitantur exitium aliis parandum, Ro. 3, 13. (LXX pro קֶבֶר, aliquoties pro קְבוּרָה.)*

**τάχα** (ταχύς), adv., 1) *properanter, cito, celeriter* (ita inde ab Hom.). — 2) ut saepe ap. Graecos inde ab Hdt., *fortasse, forsitan;* Ro. 5, 7. Philem. vs. 15.*

**ταχέως** (ταχύς), adv., *celeriter, cito;* Lc. 14, 21. 16, 6. Jo. 11, 31. 1 Co. 4, 19. Gal. 1, 6. Phil. 2, 19. 24. 2 Tim. 4, 9; injuncta notione temeritatis, 2 Th. 2, 2. 1 Tim. 5, 22.*

**ταχινός**, ή, όν, inde a Theocr., *celer, velox;* de eventis mox s. proxime instantibus, 2 Pet. 1, 14. 2, 1. (Jes. 59, 7. Sap. 13, 2. Sir. 18, 26.)*

**τάχιον** (neutr. comparativi ταχίων), adv., pro quo antiquiores dixerunt θᾶσσον s. θᾶττον, v. *Lob.* ad Phryn. p. 76 s. *Win.* p. 67, — *celerius, citius;* in comparatione, Jo. 20, 4; suppressa comparatione, Heb. 13, 19 (citius sc. quam sine precibus pro me factis eventurum esset); vs. 23 (sc. quam ego proficiscar); Jo. 13, 27 (sc. quam apud animum constituisse videris); 1 Tim. 3, 14 t. vulg. *Grsb. Tdf.* (sc. quam cogitaveram).*

**τάχιστα** (neutr. plur. superlativi τάχιστος, a ταχύς), adv., *celerrime; ὡς τάχιστα*, quam celerrime, Act. 17, 15.*

**τάχος**, ους, τό, inde ab Hom., *celeritas; ἐν τάχει* (saepe ap. Graecos inde ab Aeschl. et Pind.), *celeriter, cito;* Act. 12, 7. 22, 18. Ro. 16, 20; nostr. *in Bälde; mox, brevi;* Lc. 18, 8. (1 Tim. 3, 14 *Lchm. Trg.*) Ap. 1, 1. 22, 6.*

**ταχύ** (neutr. adj. ταχύς), adv., *cito, celeriter* (*sine cunctatione*); Mt. 5, 25. 28, 7 s. (Mc. 16, 8 t. vulg.; Lc. 15, 22 *Lchm.*) Jo. 11, 29; *ἔρχεσθαι*, Ap. 2. 5 t. vulg. *Grsb.;* vs. 16. 3, 11. 11, 14. 22, 7. 12. 20; illico, dum nomine meo utens potenter factum edit, Mc. 9, 39.*

**ταχύς**, εῖα, ύ, inde ab Hom., *celer, festinans;* opp. βραδύς (ut Xen. mem. 4, 2, 25), *εἰς τὸ ἀκοῦσαι*, promtus paratusque ad audiendum, Jac. 1, 19.*

**τέ** (ut δέ ex δή, μέν ex μήν, ita τέ ortum est ex adv. τῇ, pr. *wie*), particula enclit. copulativa (de cujus usu cf. *Hermann* ad Vig. p. 835. *Klotz* ad Dev. II, p. 739 ss.), in N. To. omnium frequentissime in actis apostol., tum in epist. ad Hebrr., rarius in reliquis scriptis (ap. Mt. ter vel quater, ap. Mc. semel (15, 36 t. vulg. *Grsb.*); in ev. Joann. ter, nusquam in epistt. ad Galat. Thessal. Coloss., neque in joann. et petrin. epistolis, bis in text. vulg. Apocal. 1, 2. 21, 12) obvia, lat. *que*, a particula *καί* ita differens, ut hoc *conjungat*, illud *adjungat.*

1) *τέ* solum positum (h. e. quod non excipitur ab alio *τέ* aut a *καί* aut aliâ particulâ) adjungit *a*) partes unius ejusdemque sententiae, ut *συναχθέντες συμβούλιόν τε λαβόντες*, Mt. 28, 12; *ἐν ἀγάπῃ πνεύματί τε πραΰτητος*, 1 Co. 4, 21; adde Act. 2, 33. 10, 22. 11, 26. 20, 11. 23, 10. 24. 24, 5. 27, 20 s. 28, 23. Heb. 1, 3. 6, 5. 9, 1. — *b*) adjungit integras enuntiationes, Jo. 4, 42. 6, 18. Act. 2, 37. 4, 33. 5, 19. 35. 42. 6, 7. 12 s. 8, 3. 13. 25. 31. 10, 28. 33. 48. 11, 21. 12, 6. 8. 12. 13, 4. 15, 4. 39. 16, 13. 23. 34. 17, 5. 19. 26. 18, 11. 26. 19, 11. 18. 29. 20, 3. 7. 21, 18. 20. 37. 22, 8. 23, 5. 24, 27. 27, 5. 8. 17. 29. 43. Ro. 2, 19. Heb. 12, 2; interserit sententias rei, de qua agitur, illustrandae inservientes, Act. 1, 15. 4, 13. — 2) *τέ -- καί*, et *τὲ καί, non solum -- sed etiam; tum -- tum;* adjunguntur sibi ita ea, quae sibi sunt cognata aut interiore s. logico s. reali vinculo conjuncta, et quidem *a*) partes unius ejusdemque sententiae (quae absolvitur uno verbo finito), *ἐσθίειν τε καὶ πίνειν*, Lc. 12, 45; *φοβητρά τε καὶ σημεῖα*, 21, 11; *ἀρχιερεῖς τε καὶ γραμματεῖς*, 22, 66; *πονηρούς τε καὶ ἀγαθούς*, Mt. 22, 10; *Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλᾶτος*, Act. 4, 27; *ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες*, 8, 12. 9, 2. 22, 4; *πάντῃ τε κ. πανταχοῦ*, 24, 3; *ἀσφαλῆ τε καὶ βέβαιαν*, Heb. 6, 19; adde Act. 1, 1. 2, 9 s. 9, 29. 14, 1. 5. 15, 9. 18, 4. 19, 10. 17. 20, 21. 21, 12. 26, 22. Ro. 1, 12. 14. 16. 3, 9. 10, 12. 1 Co. 1. 2. 24. 30. Heb. 4. 12. 5, 1. 7. 14. 8, 3. 9, 9. 19. 10, 33. 11, 32. Jac. 3, 7; *τέ* annectitur articulo, qui ante sequens nomen post *καί* vel iteratur. Lc. 2, 16. 23, 12. Jo. 2, 15. Act. 5, 24. 8, 38. 17, 10. 18, 5. 21, 25. 26, 30; vel (id quidem rarius) omittitur, Act. 1, 13. 13, 1. Ro. 1, 20. — *τέ* annectitur praepositioni, quae eadem post sequens *καί* vel repetitur, Act. 1, 8 t. vulg. *Grsb.;* Phil. 1, 7; vel omittitur, Act. 10, 39. 25, 23. 28, 23. — *τέ* annectitur pronomini relativo, etsi non tam ad hoc, quam ad consociatum cum eo nomen subst. pertinet, Act. 26, 22. — annectitur adverbio, *ἔτι τε καί*, 21, 28. — Ubi plures quam duae partes nectuntur, priores duae junguntur per *τὲ καί* vel *τέ -- καί*, reliquae per *καί*, Lc. 12, 45. Act. 1, 13. 5, 24. 21, 25. 1 Co. 1, 30. Heb. 2, 4. —

*b*) nectunt τέ--καί integras enuntiationes (quarum suum quaeque habet verbum finitum suumve subjectum), Act. 2, 3 s. 16, 26; τέ--καί--καί, 21, 30. — 3) τέ--δέ, ita dicitur, ut τέ sententiam ante dictis adjungat, δέ aliquid adjunctae sententiae oppositum inferat; Act. 19, 2 *Lchm. Tdf. Trg.*; vs. 3. 22. 28. — 4) τέ--τέ, notionibus vel sententiis, quibus annectitur, *aequandis* inservit: *ut--ita* (*wie--so*; cf. *Kühner* §. 520; de Latinorum *que--que* cf. *Herzog* ad Sall. Catil. 9, 3); Act. 2. 46. 16, 11 s. 17, 4. 26, (vs. 10 *Lchm. Tdf. Trg.*), 16. Heb. 6. 2 (Sap. 7. 13. 15, 7); τὶ καὶ--τέ, Act. 9, 15; τὲ καὶ--τέ--καί, 26, 20; — εἴτε--εἴτε, v. in εἰ, III, 15; ἐάν τε--ἐάν τε, v. in ἐάν, p. 112, col. 1. — μήτε--μήτε--τέ, *neque--neque--et*, Act. 27, 20 (Xen. anab. 4, 4, 6). — 5) τέ--γάρ (inde ab Aristotelis aetate frequentari solitum), *namque, etenim*, ita dicitur, ut illud nectat, alterum reddat rationem. Ro. 1, 26 (ita ut vs. 27 legendum sit ὁμοίως δὲ καί); 7, 7 (4 Macc. 5, 22); τὲ γάρ--καί, Heb. 2. 11; ἐάν τε γάρ--ἐάν τε, *sive enim--sive*, Ro. 14, 8; ἐάν τε γάρ καί, *namque etiamsi*, 2 Co. 10, 8. — 6) Lectio saepe variat in codd. et edd. inter τέ et δέ, ut Mt 23. 6. Act. 3, 10. 4, 14. 8, 1. 6. 9, 24. 13, 46. Jud. vs. 6 al. — Ro. 1, 27 praeeunte *Lchm.* utique legendum est ὁμοίως δὲ καί, cf. *Fritzsche* ad l. p. 77. — 7) *Locationem* particulae quod attinet (*Kühner* II, p. 789 s. *Win.* p. 520 s.), proprie quidem ei voci vel notioni adnectenda est, quae alteri voci vel notioni aequiparetur (ut Ἰουδαῖοί τε καὶ Ἕλληνες); at etiam liberius in ea collocanda scriptores versantur libenterque eam subnectunt articulo aut praeverbiis; exempla v. supra sub 2, a.

**τεῖχος**, *ους*, *τό*, inde ab Hom., LXX frequentissime pro חוֹמָה, *moenia; murus, quo urbs circumdatur;* Act. 9. 25. 2 Co. 11, 33. Heb. 11, 30. Ap. 21, 12. 14 s. 17—19.*

**τεκμήριον**, *ίου*, *τό* (a τεκμαίρω, certis signis ostendo s. probo, et hoc a τέκμαρ, signum), inde ab Aeschl. et Hdt., *id e quo aliquid certo et evidenter cognoscitur; documentum indubitatum* (Hesych. τεκμήριον· σημεῖον ἀληθές); Act. 1, 3 (Sap. 5, 11. 3 Macc. 3, 24).*

**τεκνίον**, *ου*, *τό* (demin. nominis τέκνον, q. v.). *filiolus, filiola*, quo nomine in N. T. praeceptores blande compellant discipulos, Jo. 13, 33. (Gal. 4, 19 t. vulg.) 1 Jo. 2, 1. 12. 28. 3, 7. 18. 4, 4. 5, 21 (Anthol.)*

**τεκνογονέω**, *ῶ* (τεκνογόνος, et hoc ex τέκνον et ΓΕΝΩ), *liberos gigno* s. *procreo;* 1 Tim. 5, 14. (Anthol. 9, 22, 4.)*

**τεκνογονία**, *ας*, *ἡ*, *liberorum procreatio;* 1 Tim. 2, 15 (Aristot. h. a. 7, 1, 8).*

**τέκνον**, *ου*, *τό* (τίκτω, τεκεῖν), inde ab Hom., LXX maxime pro בֵּן, aliquoties pro יֶלֶד, —*proles;* plur. *liberi; a*) pr. *α*) univ. ac nulla sexus ratione habita, nostr. *Kind;* Mc 13, 12. Lc. 1, 7. Act. 7, 5. Ap. 12, 4; plur. Mt. 7, 11. 10, 21. 15, 26. Mc. 7, 27. 12, 19. Lc. 1, 17. 14, 26. Act. 21. 5. 2 Co. 12. 14. Eph. 6. 1. Col. 3, 20 s. 1 Th. 2, 7. 11. 1 Tim. 3, 4. Tit. 1. 6. 2 Jo. vs. 1. 4. 13 et saepius; emphatice: qui pro veris liberis sunt habendi, Ro. 9, 7; τέκνα ἐπαγγελίας, liberi (filii) per divini promissi vim procreati, Ro. 9. 8; qui pares habentur liberis per vim promissi divini procreatis, Gal. 4. 28; τὰ τέκνα τῆς σαρκός, liberi propagine naturali orti. Ro. 9, 8. — sensu latiore (ut hebr. בָּנִים), *posteri*, Mt. 2, 18. 3, 9. Lc. 3, 8. Act. 2, 39. 13, 32; — emphatice: genuini posteri, genuina proles, Jo. 8, 39; posteris pares habendae (de mulieribus), 1 Pet. 3, 6. — *β*) speciatim *filius;* Mt. 21, 28. Act. 21, 21. Ap. 12, 5; vocativo in blanda compellatione, Mt. 21, 28. Lc. 2, 48. 15, 31. — *b*) metaph. nomen transfertur ad eam necessitudinem mutuamve rationem, quae vinculo amoris, amicitiae, fidei inter homines, quasi inter parentes et liberos jungitur; *α*) in blandis compellationibus, quibus utuntur patroni, adjutores, praeceptores al., vocat. *fili. mi fili, filii*, pro: *carissime, carissimi*, Mt. 9, 2. Mc. 2, 5. 10, 24. — *β*) ut ap. Hebraeos, Syros, Arabes, Persas, *discipuli* appellantur *filii magistrorum*, propterea quod magistri disciplinâ suâ animos discipulorum nutriunt et eorum mores formant (v. in γεννάω, 2, b); Philem. vs. 10. 2 Tim. 1, 2. 3 Jo. vs. 4; in blanda compellatione, Gal. 4, 19 *Lchm. Tdf. Trg.*; 1 Tim. 1, 18. 2 Tim. 2, 1; add. ἐν κυρίῳ, 1 Co. 4, 17; ἐν πίστει. 1 Tim. 1, 2; κατὰ κοινὴν πίστιν, Tit. 1, 4 (בְּנֵי הַנְּבִיאִים, *filii*, i. e. discipuli prophetarum, 1 Reg. 20, 35. 2 Reg. 2, 3. 5. 7; ap. Persas *filii magorum*, i. e. discipuli eorum). — *γ*) τέκνα τοῦ θεοῦ, *filii dei*, in V. T. deo in primis cari et dilecti, de populo israëlitico, Jes. 30, 1. Sap. 16, 21; in N. T. ap. Paulum *omnes qui aguntur spiritu dei* (Ro. 8, 14) atque ita deo cognatiores sunt, Ro. 8, 16 s. 21. Eph. 5, 1. Phil. 2. 15; ii quibus deus tamquam sibi caris et dilectis messianam salutem decrevit, Ro. 9, 8; in joanneis scriptis *omnes* qui ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν (v. in γενναω, 2, d). Jo. 1, 12 s. 1 Jo. 3, 1 s. 3, 10. 5, 2; ii quos deus ad naturam ac dignitatem filiorum suorum obtinendam aptos novit, Jo. 11, 52. — *δ*) τέκνα τοῦ διαβόλου, *ii qui in sentiendo et agendo vi et impetu diaboli aguntur indeque indolem et naturam diaboli referunt*. 1 Jo. 3, 10. — *c*) metaph. et ex hebr. τέκνον alicujus rei dic. *is qui ab aliqua re pendet, amore ac studio alicujus rei tenetur*, vel *qui rei alicui obstrictus est; alicui sorti obnoxius;* ita in N. T. *α*) *urbis filii*, i. e. cives, incolae (Jer. 2, 30. Joël. 2, 23. 1 Macc. 1, 38; υἱοὶ Σιών, Ps. 149, 2), Mt. 23, 37. Lc. 13, 34. 19, 44. Gal. 4, 25. — *β*) τέκνα τῆς σοφίας, cultores sapientiae, ii quorum animos quasi nutrivit et formavit sapientia, Mt. 11, 19 (q. l. *Tdf.* et *Trg.* temere receperunt ἔργων pro τέκνων, cf. *Keim* II, p. 369); Lc. 7, 35; τέκνα ὑπακοῆς, qui obedientiae studio ducuntur, obedientes, 1 Pet. 1, 14; τοῦ φωτός, et luce collustrati et lucis amantes, Eph. 5, 8. — *γ*) κατάρας τέκνα, exsecrationi obnoxii, 2 Pet. 2. 14; τῆς ὀργῆς, dei irae s. poenis devoti, Eph. 2, 3., cf. *Steiger* ad 1 Pet. 1, 14. *Win.* p. 223 s. Eodem modo aliquoties ap. Graecos ἔκγονος, ut ἀδικίας, δειλίας, Platt. legg. p. 691 c. p. 901 e.

**τεκνοτροφέω**, *ῶ*, aor. 1. ἐτεκνοτρόφησα (τεκνοτρόφος, et hoc ex τέκνον et τρέφω), *liberos educo;* 1 Tim. 5, 10. (φέρει ὕδωρ, ὅταν τεκνοτροφῇ sc. apis. Arstot. h. anim. 9, 40 [27], 14.)*

**τέκτων**, *ονος*, *ὁ* (τεκεῖν, cognatum vocibus τέχνη, τεύχω, inde pr. *progenitor*), inde ab Hom., LXX pro חָרָשׁ, — *faber lignarius;* Mt. 13, 55. Mc. 6, 3.*

**τέλειος**, *εία*, *ον*, ap. Graecos nonnumquam etiam *ος*, *ον* (τέλος), inde ab Hom., LXX aliquoties pro שָׁלֵם, תָּמִים al., pr. *ad finem perductus, perfectus; cui nihil deest, quod ad integritatem requiritur; omnibus numeris absolutus;* ἔργον, Jac. 1, 4; ἡ ἀγάπη, 1 Jo. 4, 18; ὁ νόμος, Jac. 1, 25; τελειοτέρα σκηνή, praestantius tabernaculum, Heb. 9, 11; τὸ τέλειον, substantive: expleta hominum probitas et virtus, Ro. 12, 2; perfectus omnium rerum status a Christi e coelis reditu incepturus, 1 Co. 13, 10; de hominibus, *adultus; qui matura aetate est* (Aesch. Ag. 1504. Plat. legg. 11. p. 929 c) Heb. 5, 14; τέλ. ἀνήρ (Xen. Cyr. 1, 2, 3 ss. 8, 7, 6. Philo de cherub. §. 32; opp. παιδίον νήπιον, Pol. 5, 29, 2; alia ex aliis exempla praebet *Bleek* Hebr. Br.

II, b, p. 133 s.), *μέχρι--εἰς ἄνδρα τέλειον*, donec eum--ejusdem cognitionis gradum adscenderimus, quo adultum virum repraesentamus s. adulto viro comparari possumus, Eph. 4, 13 (opp. *νήπιοι*, vs. 14); *τέλειοι ταῖς φρεσί* (opp. *παιδία* et *νηπιάζοντες ταῖς φρεσί*), 1 Co. 14, 20; absol. *οἱ τέλειοι*, intelligentiores, rebus divinis intelligendis apti, 1 Co. 2, 6 (opp. *νήπιοι ἐν Χριστῷ*, 3, 1; opp. simpl. *νήπιος*, Philo alleg. 1, §. 30; pro מֵבִין, opp. *μανθάνων*, 1 Chr. 25, 7); de animo et moribus: qui id quod debuit virtutis ac probitatis fastigium adscendit, Mt. 5, 48. 19, 21. Phil. 3, 15. Jac. 1, 4; absoluto sensu de deo, Mt. 5, 48; *τέλειος ἀνήρ*, Jac. 3, 2 (*τέλ. δίκαιος*, Sir. 44, 17); de intelligentia et probitate, Col. 4, 12; *τέλ. ἄνθρωπος ἐν Χριστῷ*, Col. 1, 28.*

*τελειότης, τητος, ἡ* (*τέλειος* q. v.), *perfectio; α*) *status intelligentiorum*, Heb. 6, 1. — *b*) *perfectio; τῆς ἀγάπης*, Clem. Rom. 1 Co. 50, 1; absol., *animi et morum*, Col. 3, 14., de q. l. v. in *σύνδεσμος*. (Prov. 11, 3 e cod. alex. Judd. 9, 16. 19. Sap. 6, 16. 12, 17. Clem. Rom. 1 Co. 53, 5. Plat. deff. p. 412 b. d. Antonin. 5, 15.)*

*τελειόω* (ap. profanos etiam *τελεόω*, ubique ita ap. Hdt.; alii utrâque formâ promiscue utuntur), *ῶ*, aor. 1. *ἐτελείωσα*, pf. *τετελείωκα*, pf. pass. *τετελείωμαι*, aor. 1. pass. *ἐτελειώθην* (*τέλειος*), inde ab Hdt. Soph. Thuc. Plat., — i. q. *τέλειον ποιῶ*, *perficio*; 1) *prorsus perago; absolvo, ad finem perduco*; *τὸν δρόμον*, Act. 20, 24; *τὸ ἔργον*, Jo. 4, 34. 5, 36. 17, 4 (Neh. 6, 16; *τὸν οἶκον*, 2 Chr. 8, 16); *τὰς ἡμέρας*, Lc. 2, 43; med. *τελειοῦμαι*, *prorsus perago quae mihi peragenda sunt*, Lc. 13, 32. — 2) *perficio*, h. e. *id quod adhuc deest, ut aliquid sit plenum, addo; τὴν ἀγάπην*, pass. 1 Jo. 2, 5. 4, 12. 17; *ἡ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται*, vis mea in infirmis efficacissimam se praebet, 2 Co. 12, 9 t. vulg. *Grsb.*; *ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη*, operibus fides talis facta est, qualis esse debebat, Jac. 2, 22; *τετελείωταί τις ἐν τῇ ἀγάπῃ*, perfectus est aliquis in amore; amori ejus nihil deest, 1 Jo. 4, 18 (*οἱ τελειωθέντες ἐν ἀγάπῃ*, Clem. Rom. 1 Co. 50, 3); *ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν*, ut perfectissime uniti s. intime sint conjuncti, Jo. 17, 23; — *τινά*, *alicujus virtutem ac probitatem ad summum fastigium perduco*; *ἤδη τετελείωμαι*, jam perfectus sum, Phil. 3, 12 (Sap. 4, 13; *ὦ ψυχή--ὅταν τελειωθῇς καὶ βραβείων καὶ στεφάνων ἀξιωθῇς*, Philo alleg. 3, 23; *ψυχή--τελειωθεῖσα ἐν ἀρετῶν ἄθλοις καὶ ἐπὶ τὸν ὅρον ἐφικομένη τοῦ καλοῦ*, de somn. 1, 21; i. q. *perfectus deprehendor*, Sir. 34, 10). — 3) *ad finem* (*metam*) *alicui propositum perduco*; *οὐδέν*, Heb. 7, 19; *τινά*, *aliquem ad statum ei convenientem eveho*; ita de deo Jesum ad coelestis majestatis statum evehente, Heb. 2, 10; pass. 5, 9. 7, 28; *ad beatum in coelis statum eveho*, eos qui fidem ponunt in morte Christi expiatoria, pass. 11, 40. 12, 23 (add. *μαρτυρίῳ*, de supplicio Pauli apost., Eus. h. e. 2, 22, 2); aptum reddo aliquem ad hunc statum aliquando obtinendum atque ejus spei jam in terris certum facio, 10, 1. 14; *τινὰ κατὰ συνείδησιν*, 9, 9; cf. *Bleek* Hebr.-Br. II, a, p. 297 ss. *Carol. Köstlin* Lehrbegriff des Evang. u. der Briefe Johannis (Berl. 1843) p. 421 ss. *Riehm* Lehrbegriff des Hebr. Br. Thl. I, p. 340 ss. *Pfleiderer* Paulinism. p. 344 ss. — 4) *ad exitum s. ad eventum perduco; τὴν γραφήν*, oracula scripturae s., pass. Jo. 19, 28.*

*τελείως* (*τέλειος*), adv., *perfecte, prorsus*; 1 Pet. 1, 13.*

*τελείωσις, εως, ἡ* (*τελειόω*), *perfectio*; *a*) *exsecutio* (*Ausführung*); *eventus*, quo promissum aliquod comprobatur (v. in *τελειόω*, 4), Lc. 1, 45. — *b*) *consummatio* (v. in *τελειόω*, 3), Heb. 7, 11 (alio usu ap. Arstot. Theophr. Diod.)*

*τελειωτής, οῦ, ὁ* (*τελειόω*), *consummator* (Vulg.); *τῆς πίστεως*, qui in semet ipso fidem ad summum fastigium evexit ideoque summum fidei exemplum nobis praelucet; Heb. 12, 2., praeter quem locum vox non reperitur.

*τελεσφορέω, ῶ* (*τελεσφόρος*, ex *τέλος* et *φέρω*), *ad maturitatem perduco* (sc. *καρπούς*); Lc. 8, 14. (dic. tum de segetibus tum de gravidis et hominum et bestiarum foetus ad maturitatem perferentibus; 4 Macc. 13, 19; Theophr. Geop. Philo, Diod. Joseph. al.)*

*τελευτάω, ῶ*, aor. 1. *ἐτελεύτησα*, ptcp. pf. *τετελευτηκώς* (Jo. 11, 39 *Lchm. Tdf. Trg.*), (*τελευτή*), inde ab Hom., 1) trans. *finio; ad finem s. exitum perduco; τὸν βίον*, vitam finio, *morior*, saepe inde ab Aeschl. et Hdt. — 2) intrans. *finem s. exitum habeo*; — hinc *morior*, ita persaepe inde ab Aeschl. et Hdt. (LXX pro מוּת) ac semper in N. T.; Mt. 2, 19. 9, 18, 22, 25. Mc. 9, 44. 46. 48. Lc. 7, 2. (Jo. 11, 39 *Lchm. Tdf. Trg.*) Act. 2, 29. 7, 15. Heb. 11, 22; *θανάτῳ τελευτάτω* (ex imitatione hebr. מוֹת יוּמָת, Ex. 21, 12. 15—17 al.), certissima morte mulctator, Mt. 15, 4. Mc. 7, 10.*

*τελευτή, ῆς, ἡ* (*τελέω*), *finis*; — *vitae finis, obitus*; Mt. 2, 15 ac saepe ap. Graecos inde a Pind. et Thuc.; LXX pro מוֹת; add. *βιότοιο*, Hom. Il. 7, 104; *τοῦ βίου*, Hdt. 1, 30 ac saepe ap. Atticos.*

*τελέω, ῶ*, aor. 1. *ἐτέλεσα*, pf. *τετέλεκα* (2 Tim. 4, 7), pf. pass. *τετέλεσμαι*, aor. 1. *ἐτελέσθην* (*τέλος*), inde ab Hom., 1) *absolvo, finio*; *ἔτη*, pass. *exactum esse*, Ap. 20, 3. 5. 7 (*τριῶν--τελουμένων ἡμερῶν*, Lcian. Alex. 38); *τὸν δρόμον* (Hom. Il. 23, 373. 768. Soph. El. 726), 2 Tim. 4, 7; *τοὺς λόγους*, Mt. 7, 28 *Lchm. Tdf. Trg.*; 19, 1. 26, 1; *τὰς παραβολάς*, 13, 53; insolenter dic. *τελεῖν τὰς πόλεις* i. e. fugam, iter per urbes, 10, 23; (similiter dic. *ἀνύειν τοὺς τόπους*, Pol. 5, 8, 1; *τὰ ἕλη*, 3, 79, 5; *consummare Italiam*, Flor. 1, 18, 1; *explere urbes*, Tibull. 1, 4, 69; *conficere* aequor immensum, Virg. Georg. 2, 541; *XII signorum orbem*, Cic. nat. deor. 2, 20, 52); c. ptcp. verbi (ut *ἄρχομαι, παύομαι*, v. *Win.* p. 324), Mt. 11, 1. — 2) *perficio, perago* (ut factum dicto, mandato, praescripto respondeat), i. e. *α*) spectatâ praecipue materiâ: *exsequor id, quod praescripto continetur*; *τὸν νόμον*, Ro. 2, 27. Jac. 2, 8; *τὴν ἐπιθυμίαν* (i. e. *τὸ ἐπιθυμούμενον*), Gal. 5, 16. — *β*) spectatâ simul formâ: *ita facio, ut praescriptum est*, et plerumque involvitur *temporis* notio, ut etiam *ultimum*, quod peragendum erat, additum et res *plane* peracta esse cogitetur (*ausführen*); *ἅπαντα τὰ κατὰ νόμον*, Lc. 2, 39; *τὴν μαρτυρίαν*, testandi officium, Ap. 11, 7; *τὸ μυστήριον*, pass. 10, 7; *τὸ βάπτισμα*, pass. Lc. 12, 50; *πάντα*, pass. Jo. 19, 28; *τοὺς λόγους τοῦ θεοῦ*, pass. Ap. 17, 17; *ἅπαντα τὰ γεγραμμένα*, Act. 13, 29; pass. Lc. 18, 31; add. *ἐν ἐμοί* (*an mir*) in factis meis, 22, 37; *ἐν πληγαῖς*, in infligendis calamitatibus, Ap. 15, 1; *τετέλεσται*, peractum est quidquid mihi e decreto patris in sacris libris patefacto agendum et sustinendum erat, Jo. 19, 28. 30. — i. q. *τελειόω*, 2., ubi vide; 2 Co. 12, 9 *Lchm. Tdf. Trg.* — 4) *solvo, pendo*; *τὰ δίδραχμα*, Mt. 17, 24; *φόρους*, Ro. 13, 6 (*τὸν φόρον*, Plat. Alc. 1, p. 123, a; *τὰ τέλη*, saepe ap. Atticos.)*

*τέλος, ους, τό*, inde ab Hom., LXX maxime pro קֵץ, — 1) *finis*, i. e. *a*) *terminus*, quo aliquid esse desinit (ap. Graecos semper de fine alicujus actus aut status, non de fine temporis, quem dicunt *τελευτήν*, in sacro cod. etiam de fine temporis

finis spatii ubique dicitur *πέρας*); *τῆς βασιλείας*, Lc. 1, 33; *ζωῆς*, Heb. 7, 3; *τοῦ καταργουμένου*, 2 Co. 3, 13; *τὰ τέλη τῶν αἰώνων*, 1 Co. 10, 11 (*τέλος τῶν ἡμερῶν*, Neh. 13, 6; *τῶν ἑπτὰ ἐτῶν*, 4 Reg. 8, 3; *ἀρχὴ καὶ τέλος καὶ μεσότης χρόνων*, Sap. 7, 18); i. q. is qui finem affert, *τέλος νόμου Χριστός*, finem legi attulit Christus (*πᾶσίν ἐστιν ἀνθρώποις τέλος τοῦ βίου θάνατος*, Dem. 1306, 25), Ro. 10, 4; cf. *Fritzsche* ad h. l. T. II, p. 377 ss. — *πάντων τὸ τέλος*, omnium rerum (i. e. ejus qui nunc est rerum ordinis) finis, 1 Pet. 4, 7; item in phrasibus *ἕως τελους*, 1 Co. 1, 8. 2 Co. 1, 13; *μέχρι τέλους*, Heb. 3, 6. 14; *ἄχρι τέλους*, 6, 11. Ap. 2, 26; — qui finis intelligendus sit, relinquitur lectori e contextis perspicere; ita *τὸ τέλος* est finis „dolorum Messiae" (v. in *ὠδίν*), Mt. 24, 6. 14 (opp. *ἀρχὴ ὠδίνων*); Mc. 13, 7 (coll. vs. 9); Lc. 21, 9; *τὸ τέλος*, 1 Co. 15, 24 est aut finis eventuum eschatologicorum aut finis resurrectionis i. e. ultimus s. tertius actus resurrectionis (eos complexurus, qui nondum fuerant *ἐκ τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ*), 1 Co. 15, 24 coll. vs. 23; cf. *de Wette* ad l. *Weizel* in Theol. Studien u. Kritiken, 1836, p. 978. *Grimm* in Zeitschrift f. wissensch. Theologie, 1873, p. 388 ss.; *εἰς τέλος*, usque ad terminum his malis positum, Mt. 10, 22. 24, 13. Mc. 13, 13; *postremo* (*auf die Letzt, zuletzt*, Vulg. *in novissimo*), Lc. 18, 5. Jo. 13, 1., de quo loco v. in *ἀγαπάω* (Xen. oec. 17, 10. Hes. op. 292. Hdt. 3, 40. 9, 37. Soph. Phil. 409. Eur. Jon. 1615. Ael. v. h. 10, 16); ad finem parandum, i. e. ad internecionem, 1 Th. 2, 16 (pro לְכָלָה, 2 Chr. 12, 12); *τέλος ἔχειν*, finiri, Lc. 22, 37 (saepe ap. Graecos); i. q. *interire*, Mc. 3, 26; — *τὸ δὲ τέλος*, adverbialiter, *postremo, tandem, denique vero*, 1 Pet. 3, 8 (Plat. legg. 6, p. 768 b; *καὶ τό γε τέλος*, ibid. 5, p. 740 e; plerumque vero a profanis *τέλος* hoc usu ponitur sine articulo, cf. *Passow* II, p. 1857, col. 1). — *b*) *id quod in ordine quodam ultimum est; ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος*, de deo, qui perennitate sua omnia superat, i. q. *aeternus*, Ap. 1, 8 t. vulg.; 21, 6. 22, 13. — *c*) *id quo aliquid finitur, exitus* alicujus rei, Mt. 26, 58; *ultima sors* quasi merces, c. gen. rei, Ro. 6, 21 s. Heb. 6, 8. 1 Pet. 1, 9; c. gen. pers., cui sors contingit, 2 Co. 11, 15. Phil. 3, 19. 1 Pet. 4, 17; *τοῦ κυρίου* (genit. auctoris), extrema sors, quam deus Jobo obtingere jussit, Jac. 5, 11 (respicitur ad Job. c. 42). — *d*) *ultimum ad quod omnia referantur, scopus* (*Zweck*); 1 Tim. 1, 5 (saepe ita ap. philosophos inde a Plat. de rep. 6, p. 494 a; cf. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. II, p. 378). — 2) *vectigal;* Mt. 17, 25. Ro. 13, 7 (Xen. Plat. Polyb. Aeschn. Dem. al.; 1 Macc. 10, 31. 11, 35).*

***τελώνης***, *ου, ὁ* (a *τέλος*, vectigal, et *ὠνέομαι*, emo, cf. *δημοσιώνης, ὀψώνης, δεκατώνης*), inde ab Arstph. Aeschn. Arstot. Polyb., 1) *publicanus*, is qui emit s. conduxit vectigalia (*Grenzzoll-, oder Zollpachter*. Erant publicani ap. Romanos plerumque ex ordine equestri). — 2) *portitor* (Vulg. male reddit *publicanus*), i. e. *vectigalium* s. *portoriorum exactor* (*Zolleinnehmer*), cujus opera publicanus in exigendis vectigalibus utitur. Erant portitores genus hominum cum ob officium, quo fungebantur, tum propter acerbitatem, avaritiam, fraudulentiam aliis invisum non solum apud Judaeos, sed etiam ap. alias gentes (unde ab Artem. 1, 23. 4, 57 cum *καπήλοις καὶ τοῖς μετὰ ἀναιδείας ζῶσι καὶ λησταῖς καὶ ζυγοκρούσταις καὶ παραλογισταῖς ἀνθρώποις*, a Luciano necyom. c. 11 *μοιχοί, πορνοβοσκοὶ καὶ τελῶναι καὶ κολακες καὶ συκοφάνται* componuntur); Mt. 5, 46 (vs. 47 t. vulg.) 10, 3, Lc. 3, 12. 5, 27. 29. 7, 29. 18, 10. 11. 13; plur. jungitur c. *ἁμαρτωλοί*, Mt. 9, 10 s. Mc. 2, 15 s. Lc. 5, 30. 7, 34. 15, 1; c. *πόρναι*, Mt. 21, 31 s.; *ὁ ἐθνικὸς κ. ὁ τελώνης*, Mt. 18, 17. Cf. *Win.* RWB. s. v. Zoll, Zöllner.*

***τελώνιον***, *ίου, τό* (*τελώνης*, cf. *δεκατώνιον*), *telonium*, locus, in quo portitor sedebat portoria exacturus (*Zollstätte, Zollhaus*); Mt. 9, 9. Mc. 2, 14. Lc. 5, 27.*

***τέρας***, gen. *τέρατος*, pl. *τέρατα* (v. in *κέρας*), (videtur cognatum esse verbo *τηρέω*, ut sit res prorsus singularis, quae *observari* soleat; v. *Fritzsche* Ep. ad Rom. T. III, p. 270), inde ab Hom., LXX pro מוֹפֵת, *prodigium, portentum; miraculum ab aliquo patratum;* in N. T. non habetur nisi in plur. et c. *σημεῖα* conjunctum; locus v. in *σημεῖον*.

***Τέρτιος***, *ου, ὁ*, *Tertius*, exceptor Pauli apostoli; Ro. 16, 22.*

***Τέρτυλλος***, *ου, ὁ*, *Tertullus*, orator romanus; Act. 24, 1 s.*

***τεσσαράκοντα***, nonnumquam ap. *Lchm.*, ubique ap. *Tdf.* et *Trg.* *τεσσεράκοντα* (e forma primitus ionica, cf. *Kühner* I, p. 489. *Bttm.* ntl. Gr. p. 25 s. coll. *Win.* p. 43), *οἱ, αἱ, τά*, numerale indeclin., *quadraginta*; Mt. 4, 2. Mc. 1, 13. Lc. 4, 2. Jo. 2, 20 al.

***τεσσαρακονταετής*** (*Tdf. Trg.* *τεσσερ*.., v. in voce anteced.; de accentu v. in *ἑκατονταέτης*), *ές* (*τεσσεράκοντα, ἔτος*), *quadragenarius, quadraginta annorum;* Act. 7, 23. 13, 18 (Hes. opp. 443).*

***τέσσαρες***, *ων, οἱ, αἱ, τέσσαρα, τά*, gen. *τεσσάρων*, dat. *τέσσαρσιν* (*Lchm. Tdf. Trg.* hic illic *τέσσερες, τέσσερα*, sed nusquam ita in genit. et dativo; v. in *τεσσαράκοντα*), *quatuor;* Mt. 24, 31. Mc. 2, 3. Lc. 2, 37. Jo. 11, 17. Act. 10, 11. Ap. 4, 4 al.*

***τεσσαρες-και-δέκατος***, *η, ον*, *decimus quartus;* Act. 27, 27. 33.*

***τεταρταῖος***, *αία, αῖον* (*τέταρτος*), nom. ordinale, quod ponitur ubi quaeritur quoto die? — *qui ad quartum diem s. quarto die aliquid agit s. patitur; τετ. ἐστιν*, i. e. quatuor dies est in sepulcro, s. quartus est dies, e quo sepultus est, Jo. 11, 39 (*ἤδη γὰρ ἦσαν πεμπταῖοι*, quinque dies mortui, Xen. an. 6, 4, 9).*

***τετρα***..., in compositis i. q. *τέτορα*, aeol. i. q. *τέσσαρα*.

***τέταρτος***, *η, ον* (a *τέτταρες*), *quartus;* Mt. 14, 25. Mc. 6, 48. Act. 10, 30. Ap. 4, 7 al.*

***τετράγωνος***, *ον* (ex *τέτρα*, q. v., et *γῶνος*), *quadrangulus, quadratus;* Vulg. *in quadro positus;* Ap. 21, 16 (LXX. Hdt. Plat. Arstot. Polyb. Plut. al.).

***τετράδιον***, *ίου, τό* (*τετράς*, numerus quaternarius), *quaternio* (*τὸ ἐκ τεσσάρων συνεστός*, Suid.); *τῶν στρατιωτῶν, praesidium e quatuor militibus constans* (tale enim apud Romanos esse solebat, cui custodia captivorum carcerumque credebatur; duo enim milites captivum in ipso observabant carcere, duo ante fores excubabant); Act. 12, 4., in quatuor quaterniones commemorantur, quarum singulae singulis vigiliis custodias agebant. (Philo in Flacc. §. 13; opp. T. II, p. 533.)*

***τετρακισχίλιοι***, *αι, α* (*τετράκις* et *χίλιοι*), *quater mille, quatuor millia;* Mt. 15, 38. 16, 10. Mc. 8, 9. 20. Act. 21, 38.*

***τετρακόσιοι***, *αι, α* (ex *τέτρακις* et terminatione *-όσιος*, numerum centenum indicante), *quadringenti;* Act. 5, 36. 7, 6. 13, 20. Gal. 3, 17.*

***τετράμηνος***, *ον* (ex *τέτρα*, q. v., et *μήν*, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 549), *quadrimestris, quatuor mensium; τετράμηνός ἐστιν* sc. *χρόνος*, Jo. 4, 35., ubi t. vulg. *τετράμηνόν ἐστιν*, ut Judd. 19, 2 cod. alex.; 20, 47. (Thuc. Arstot. Polyb. Plut. al.)*

***τετραπλόος*** (*οῦς*), *όη* (*ῆ*), *όον* (*οῦν*), (ex *τέτρα* et

*πλόος*, cui respondet lat. *-plus* in duplus, triplus, a *ΠΛΕΩ*), *quadruplus*, *quadruplex;* Lc. 19, 8. (LXX. Xen. Joseph. Plut. al.)*

**τετράπους**, *ουν*, gen. *οδος* (ex *τέτρα*, q. v., et *πούς*, pes), inde ab Hdt. et Thuc., *quadrupes;* neutr. plur. sc. animalia, Act. 10, 12. 11. 6. Ro. 1, 23 (LXX pro בְּהֵמָה).*

**τετραρχέω** (*Tdf. τετρααρχ.*), *ῶ* (*τετράρχης*, q. v.), *alicui regioni tetrarchae nomine praesum;* c. genit. regionis, Lc. 3, 1.*

**τετράρχης** (*Tdf. τετρααρχ.*), *ου*, *ὁ* (ex *τέτρα*, q. v., et *ἄρχω*), *tetrarches*, i. e. 1) pr. *quartae alicujus regionis parti imperans.* Ita teste Strabone 12, p. 567 Galatia olim divisa erat in tres partes, quarum unaquaeque in quaternas minores partes dispertita *τετράρχαις* parebat. Idem lib. 9, p. 430 narrat Thessaliam ante Philippi Macedonis tempora in quatuor *τετραρχίας* divisam fuisse, quarum quaeque suum habuisset tetrarcham. — 2) Obliterata propria nominis vi, *is qui tertiae dimidiaeve regionis parti praeest* vel etiam *alicujus totius quidem sed arctioribus finibus circumscriptae regionis praefectus vel princeps.* Ita ab Antonio Herodes (posthac rex) et Phasael, Antipatris filii, tetrarchae Palaestinae creati sunt, Jos. antt. 14, 13, 1. Post Herodis Magni mortem ejus filii, Archelaus nomine ethnarchae, Antipas autem et Philippus tetrarcharum titulo regni a patre relicti partibus imperabant; Jos. antt. 17, 11, 4. Cf. *Fischer* de vitiis lexicorum N. T. p. 428. *Win.* RWB. s. v. Tetrarch et prae ceteris *Keim* in *Schenkel* BL. 5, p. 487 ss. — Herodes Antipas tetrarches commemoratur Mt. 14, 1. Lc. 3, 19. 9, 7. Act. 13, 1.*

**τεύχω**, v. *τυγχάνω*.

**τεφρόω**, *ῶ*, ptcp. aor. 1. *τεφρώσας* (*τέφρα*, cinis), *in cineres redigo*; 2 Pet. 2, 6 (Arstot. Theophr. Dio C., Philo, Antonin. al.)*

**τέχνη**, *ης*, *ἡ* (a *τεκεῖν*, v. in *τέκτων*), inde ab Hom., *ars;* univ. Ap. 18, 22; de arte plastica, Act. 17, 29; de opificio (ut saepe ap. Graecos), Act. 18, 3.*

**τεχνίτης**, *ου*, *ὁ* (*τέχνη*), inde a Sophcl. et Xen. LXX aliquoties pro חָרָשׁ, *artifex, opifex;* Act. 19, 24, 38. Ap. 18, 22; de deo superioris et aeterni rerum ordinis conditore, Heb. 11, 10 (de deo mundi architecto, Sap. 13, 1., ubi cf. *Grimm* Exgt. Hdb. p. 234).*

**τήκω**, inde ab Hom., *liquefacio;* pass. *liquefio, liquesco; liquescendo pereo s. consumor*, 2 Pet. 3, 12., ubi *Lchm. τακήσεται* pro *τήκεται* in t. vulg.; cf. Jes. 34, 4: *τακήσονται πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν.**

**τηλαυγῶς**, adv. (ab adj. *τηλαυγής*, eminus splendens, ex *τῆλε*, procul, et *αὐγή*, splendor; v. supra in *δηλαυγῶς*) *procul et clare;* Mc. 8, 25. (adjectivum Job. 37, 20. Ps. 19, 9 et inde a Pind. potissimum ap. poetas Graecorum; *τηλαυγέστερον ὁρᾶν*, Diod. 1, 50.)*

**τηλικοῦτος**, *αύτη*, *οῦτο* (e *τηλίκος* et *οὗτος*), inde ab Aeschl. ap. Atticos: 1) *tantae aetatis;* dic. de quavis aetate, *tam grandis natu, tam grandaevus; tam juvenis.* — 2) *tantae magnitudinis*, sensu geometrico; *πλοῖα*, Jac. 3, 4. — 3) intensive, *tantus talisque;* 2 Co. 1, 10. Heb. 2, 3. Ap. 16, 18.*

**τηρέω**, *ῶ*, impf. *ἐτήρουν*, fut. *τηρήσω*, aor. 1. *ἐτήρησα*, pf. *τετήρηκα*, 3 ps. pl. *τετηρήκασιν* (Jo. 17, 6 t. vulg. *Grsb.*) et *τετήρηκαν* (ibid. *Lchm. Tdf. Trg.*), pass. impf. *ἐτηρούμην*, pf. *τετήρημαι* (*τηρός*, quod semel legitur Aesch. suppl. 248., quod ubi utrum sit *custodiens*, an *observans*, ambigitur), inde a Pind. Sophcl. Thuc.; LXX passim pro שָׁמַר, נָצַר al.; — *diligenter attendo;* i. e. *a*) propr. *custodio; τινά*, captivum, Mt. 27, 36. 54. Act. 16. 23; pass.. Act. 12, 5. 25, 4. 21; *τί*, 12, 6; *οἱ τηροῦντες*, custodes, Mt. 28, 4. Cantic. 3, 3. — *b*) metaph. *conservo; τινά*, aliquem in eo quo est statu, *τὴν ἑαυτοῦ παρθένον*, virginem suam sc. ut virginem, i. e. innuptam, 1 Co. 7, 37; *ἑαυτόν*, se talem, qualis est, i. e. e deo genitum, 1 Jo. 5, 18; add. accus. praodicati, *ἁγνόν*, 1 Tim. 5, 22; *ἄσπιλον ἀπὸ τοῦ κόσμου*, Jac. 1, 27; *ἀβαρῆ τινι*, 2 Co. 11, 9 (*ἁπλοῦν*, Antonin. 6, 30; *τινὰ ἄμεμπτον τῷ θεῷ*, Sap. 10, 5); *τί* c. acc. praedicati, 1 Tim. 6, 14; pass. *τηροῦμαι*, c. adv., *ἀμέμπτως*, 1 Th. 5, 23; c. dat. pers., *Χριστῷ*, Christo addictus, Jud. vs. 1; *τηρεῖν τινα ἔν τινι*, efficere, ut aliquis constanter persistat in aliqua re, *ἐν τῷ ὀνόματι θεοῦ* (v. p. 311, col. 1), Jo. 17, 11 s.; *ἐν ἀγάπῃ θεοῦ*, Jud. vs. 21; *τινὰ ἔκ τινος*, custodiendo efficere, ut aliquis salvus evadat ex.., *ἐκ τοῦ πονηροῦ*, e potestate ac tentatione satanae, Jo. 17, 15; *ἐκ τῆς ὥρας τοῦ πειρασμοῦ*, Ap. 3, 10; — *tueor*, i. e. non relinquo, *τὴν ἀρχήν*, Jud. vs. 6; non abjicio, *τὰ ἱμάτια*, Ap. 16, 15; — *constanter teneo*, *τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως*, Eph. 4, 3; aliquid mente repositum vel reponendum, *τὴν πίστιν*, 2 Tim. 4, 7. Ap. 14, 12; — re et factis me constanter aliquid tenentem *praesto*, i. e. *c*) *observo;* sc. *πῶς κτλ.*, Ap. 3, 3; *τί*, Mt. 23, 3. Act. 21, 25; *τὴν παράδοσιν*, Mc. 7, 9 (*τὰ ἐκ παραδόσεως τῶν πατέρων*, Jos. antt. 13, 10, 6); *τὸν νομον*, Act. 15, 5 (et t. vulg, *Grsb.* vs. 25); Jac. 2, 10; *τὸ σάββατον*, praeceptum de agendo sabbato, Jo. 9, 16; *τὰς ἐντολάς* (s. dei s. Christi), Mt. 19, 17. Jo. 14, 15. 21. 15, 10. 1 Jo. 2, 3 s. 3, 22. 24. 5, 2 (q. l. *Lchm. Tdf. Trg. ποιῶμεν*); 5, 3. Ap. 12, 17. 14, 12; *τὴν ἐντολήν*, 1 Tim. 6, 14; *τὸν λόγον* s. Christi s. dei, Jo. 8, 51 s. 55. 14, 23. 15, 20. 17, 6. 1 Jo. 2, 5. Ap. 3, 8; *τοὺς λόγους* Christi, Jo. 14, 24; *τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου* (i. e. *Ἰησοῦ*), Ap. 3, 10; *τὰ ἔργα μου*, opera quae praecipio, 2, 26; *τοὺς λόγους τῆς προφητείας*, 22, 7; *τοῦ βιβλίου τούτου*, 22, 9; *τὰ ἐν τῇ προφητείᾳ γεγραμμένα*, 1, 3; cf. *Lipsius* Paulinische Rechtfertigungslehre, p. 194 s. — *d*) *asservo* (*aufbewahren*); *τινὰ εἴς τι*, ad sustinendum aliquid, 2 Pet. 2, 4. Jud. vs. 6; *τινὰ εἰς ἡμέραν κρίσεως*, 2 Pet. 2, 9; *τοὺς οὐρανοὺς πυρὶ* (ut igni crementur) *εἰς ἡμέραν κρίσεως*, 3, 7; *τὶ εἴς τινα*, aliquid in alicujus commodum, 1 Pet. 1, 4; *τὶ εἰς ἡμέραν τινά*, aliquo die adhibendum ad aliquid, Jo. 12, 7; *τὶ ἕως ἄρτι*, Jo. 2, 10; *τί* c. dat. pers., alicui praemiis vel poenis afficiendo, pass. 2 Pet. 2, 17. Jud. v. 13.*

**τήρησις**, *εως*, *ἡ* (*τηρέω*), *a*) *custodia* (*Bewachung*); captivorum (Thuc. 7, 86); locus, in quo captivi tenentur, *carcer;* Act. 4, 3. 5, 18. — *b*) *observatio*, i. e. *obsequium; τῶν ἐντολῶν*, 1 Co. 7, 19. Sir. 35, 22; *νόμων*, Sap. 6, 18.*

**Τιβεριάς**, *άδος*, *ἡ* (a *Τιβέριος*), urbs Galilaeae, sita ad locum Gennesareth, quam Herodes Antipas, tetrarcha Galilaeae, valde et amplificavit et ornavit atque in honorem Tiberii Caesaris Tiberiadem appellavit (Jos. antt. 18, 2, 3), hodie *Tubariyeh*, miserrimus et ignobilis locus circiter 3000 incolarum, immensa pulicum copia vexatus et hoc nomine per totam Syriam notatus; Jo. 6, 1. 23. 21, 1. Cf. *Robinson* III, p. 516—26; p. 500 ss. et passim. *Win.* RWB. s. v. *Rüetschi* in *Herzog* Encykl. 16, p. 161 ss. *Weizsäcker* in *Schenkel* BL. 5, p. 526 ss. *Bädeker* Palästina u. Syrien, p. 384.*

**Τιβέριος**, *ίου*, *ὁ*, *Tiberius*, Romanorum imperator (ab anno 14 aer. dionys. usque ad ann. 37), quo regnante Christus supplicio crucis affectus est; Lc. 3, 1.*

**τιθέω**, i. q. *τίθημι*, q. v.

**τίθημι**, 3 ps. plur. *τιθέασιν* (Mt. 5, 15), impf. (a *τιθέω*) 3 ps. sing. *ἐτίθει* (2 Co. 3, 13); 3 ps. pl.

ἐτίθουν (Mc. 6, 56. Act. 3, 2. 4, 35), fut. θήσω, aor. 1. ἔθηκα, aor. 2. (ἔθην) conj. θῶ, inf. θεῖναι, ptcp. θείς, pf. τέθεικα, pf. pass. τέθειμαι (Mc. 15, 47 *Lchm. Tdf. Trg.*); aor. 1. pass. ἐτέθην, aor. 2. med. ἐθέμην (2. ps. ἔθου, Act. 5, 4); (v. in ἐπιτίθημι), inde ab Hom., LXX maxime pro שׂוּם et שִׂים, נָתַן, שִׁית et הֵשִׁית, הֵנִיחַ al., — 1) *pono*, i. e. facio κεῖσθαι aliquid; ergo *a*) i. q. *colloco; τί*, velut θεμέλιον, Lc. 14, 29. 1 Co. 3, 10 s. (θεμείλια, Hom. Il. 12, 29); λίθον, Ro. 9, 33. 1 Pet. 2, 6; τί, opp. αἴρειν, Lc. 19, 21 s. coll. Xen. oec. 8, 2; τινὶ πρόσκομμα, Ro. 14, 13; τὶ εἴς τι, Lc. 11, 33; τινὰ πού, ὅπου, ἐκεῖ, de mortuis, qui alicubi reponuntur, Mc. 15, 47. 16, 6. Jo. 11, 34. 19, 42. 20, 2. 13. 15; ἐν c. dat. loci, Mt. 27, 60. Mc. 6, 29. Lc. 23, 53. Jo. 19, 41. Act. 7, 16. 9, 37; εἰς μνημεῖον, Act. 13, 29. Ap. 11, 9 (ap. Graecos inde ab Hom. persaepe de mortuorum ossibus vel cineribus, qui aliquo in loco reconduntur; lat. *ponere* i. q. *sepelire*, cf. *Klotz* Handwörterb. d. lat. Sprache, II, p. 822, col. 2); — τί s. τινὰ ἐπί τινος, Act. 5, 15. Jo. 19, 19; ἐπί τι, 2 Co. 3, 13. Ap. 10, 2; ἐπί τινα, impono alicui, τὰς χεῖρας, Mc. 10, 16; τὶ ὑπό τι, Mt. 5, 15. Mc. 4, 21. Lc. 11, 33; ὑποκάτω τινός, Lc. 8, 16; τινὰ ὑπὸ τοὺς πόδας (v. in πούς), 1 Co. 15, 25; τὶ παρὰ τοὺς πόδας τ., ad pedes alicujus depono, Act. 4, 35. 37. 5, 2; τινὰ ἐνώπιόν τ., Lc. 5, 18; metaph. ἐπί τινα τὸ πνεῦμα, imbuo aliquem spiritu, Mt. 12, 18. — Med. *ponendum s. collocandum curo;* τινὰ εἰς φυλακήν, aliquem in custodiam conjici jubeo, Act. 12, 4; ἐν φυλακῇ, Mt. 14, 3. Act. 5, 25 (Gen. 41, 10. 42, 17. 30); εἰς τήρησιν, 4, 3; ἐν τηρήσει, 5, 18; — *mihi pono; βουλήν*, consilium capio, Act. 27, 12 (Judd. 19, 30; βουλὰς ἐν ψυχῇ μου, Ps. 13, 2); τὰ μέλη, dispono, 1 Co. 12, 18; τὶ εἰς τὰ ὦτά μου, in aures recipio, i. e. menti infigo aliquid, Lc. 9, 44; εἰς τὴν καρδίαν, propono mihi, sq. inf. Lc. 21, 14; item τὶ ἐν τῇ καρδίᾳ, in mente mihi repono aliquid perpendendum ac tenendum, Lc. 1, 66 (1 Sam. 21, 12); propono mihi aliquid, Act. 5, 4; item ἐν τῷ πνεύματι, sq. inf. 19, 21; *pono s. ad consilium meum exsequendum*, θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς, quum indiderit animis nostris argumentum institutionis de reconciliatione (sc. aliis nuntiandum), 2 Co. 5, 19. — *b*) i. q. *depono;* i. e. *α*) *deorsum flecto*, τὰ γόνατα, genua flecto, Mc. 15, 19. Lc. 22, 41. Act. 7, 60. 9, 40. 20, 36. 21, 5 (lat. *genua pono*, Ovid. fast. 2, 438. Curt. 8, 7, 13). — *β*) ut ap. Latinos *pono* (cf. *Klotz* s. v.) i. q. *abjicio, non amplius gesto;* τὰ ἱμάτια (lat. *vestes pono*), Jo. 13, 4 (Plut. Alc. 8); τὴν ψυχήν, vitam impendo s. trado, Jo. 10, 17 s. add. ὑπέρ τινος, Jo. 10, 11. 15. 13, 37 s. 15, 13. 1 Jo. 3, 16 (ἔθηκε τὴν σάρκα αὐτοῦ ὁ κύριος, Barn. ep. 6; noli comparare latinas phrases *vitam ponere*, Cic. ad fam. 9, 24 extr. Propert. eleg. 2, 10, 43. Sil. Ital. 10, 303; *spiritum ponere*, Val. Max. 7, 8, 8., quippe quae nihil significent nisi *mori;* aptius comparatur *prius animam quam odium deponere*, Nep. Hann. 1, 3). — *γ*) *depono pecuniam*, παρ' ἐμαυτῷ, 1 Co. 16, 2. — *c*) i. q. *appono*, aliquid edendum bibendumve; οἶνον, Jo. 2, 10 (Xen. mem. 3, 14, 1; sic etiam lat. *pono;* cf. *Klotz* l. c. p. 822, col. 1 s.). — *d*) i. q. *propono*, aliquid oratione explicandum; τὴν βασιλείαν τ. θεοῦ ἐν παραβολῇ, Mc. 4, 30 *Lchm. Tdf. Trg.* (de q. l. v. in παραβολή). — 2) *constituo; facio*, τινά c. accus. praedicati, τινὰ ὑποπόδιον, Mt. 22, 44. Mc. 12, 36. Lc. 20, 43. Act. 2, 35. Heb. 1, 13. 10, 13 (e Ps. 110, 1); adde Ro. 4, 17 (ex Gen. 17, 5); Heb. 1, 2; pass. 1 Tim. 2, 7. 2 Tim. 1, 11; τί c. accus. praedicati, 1 Co. 9, 18 (inter Graecos inde ab Hom. saepe ap. poetas, raro ap. prosae scriptores, ut Ael. v. h. 13, 6. Lcian. dial. deor. 20, 22; e V. T. cf. Gen. 17, 5. Lev. 26, 31. Jes. 5, 20. Sap. 10, 21. 2 Macc. 5, 21. 3 Macc. 5, 43); — med. *mihi* s. *in meum usum facio*, τινά c. acc. praedicati, Act. 20, 28. 1 Co. 12, 28 (ap. Graecos inde ab Hom., etiam in soluta oratione, *aliquem meum facio*, velut τινὰ φίλον, aliquem facio amicum meum, v. *Passow* II, p. 1893, col. 1 s.); — τιθέναι τινὰ εἴς τι, aliquem alicui rei destino, pass. 1 Pet. 2, 8; εἴς τι pro acc. praedic. (ex hebr.), Act. 13, 47 e Jes. 49, 6 (Jer. 1, 5). — Med. *in meum usum constituo;* τινὰ εἰς διακονίαν, destino aliquem ad ministerium, 1 Tim. 1, 12; *apud animum constituo*, τινὰ εἰς ὀργήν, decerno aliquem irae obnoxium esse, 1 Th. 5, 9. — τιθέναι τινὰ ἵνα, Jo. 15, 16; τιθέναι τὸ μέρος τινὸς μετά τινος (v. in μέρος), Mt. 24, 51. Lc. 12, 46. — 3) *statuo; a*) nostr. *aufstellen*, ὑπόδειγμα, 2 Pet. 2, 6. *b*) nostr. *festsetzen, anordnen;* νόμον, *legem ferre*, Gal. 3, 19 *Grsb.* (saepenumero ap. profanos inde ab Hdt., tum activum, tum medium, cf. *Passow* II, p. 1896).*

τίκτω, f. τέξομαι, aor. 1. ἔτεκον, aor. 1. pass. ἐτέχθην, inde ab Hom., LXX pro יָלַד, *pario, gigno* (fructum e semine ortum); pr. de mulieribus foetum enitentibus, absol. Lc. 1, 57. 2, 6. Jo. 16, 21. Gal. 4, 27. (Heb. 11, 11 t. vulg.) Ap. 12, 2. 4; υἱόν, Mt. 1, 21. 23. 25. Lc. 1, 31. 2, 7. Ap. 12, 5. 13; τέκνον, Ap. 12, 4; pass. Mt. 2, 2. Lc. 2, 11; de terra fruges proferente, βοτάνην, Heb. 6, 7 (Eur. Cycl. 332; γαῖαν, ἣ τὰ πάντα τίκτεται, Aeschl. Cho. 124; γῆς τῆς πάντα τικτούσης, Philo opif. m. §. 45., qui comparationem terrae cum matre uberius exponit); metaph. *gigno*, ἁμαρτίαν, in imagine, qua ἡ ἐπιθυμία cum femina confertur, Jac. 1, 15 (ἀρετήν, Plat. conv. p. 212 a).*

τίλλω, impf. ἔτιλλον, inde ab Hom., *vello, evello;* στάχυας, Mt. 12, 1. Mc. 2, 23. Lc. 6, 1.*

Τιμαῖος (טִמַּי a chald. טְמָא, hebr. טָמֵא, immundus fuit), ου, ὁ, *Timaeus*, nomen propr. viri; Mc. 10, 46.*

τιμάω, ῶ, f. ήσω, aor. 1. ἐτίμησα, ptcp. pass. τετιμημένος, aor. 1. med. ἐτιμησάμην, inde ab Hom. (τιμή), 1) *aestimo, pretium statuo;* med. *pretium alicujus e meis statuo;* Vulg. *appretio* (cf. *Hagen* Sprachl. Erörterungen zur Vulgata [Freib. 1863], p. 99); τινά, Mt. 27, 9 (de q. l. v. in ἀπό, p. 39, col. 1); LXX pro הֶעֱרִיךְ, Lev. 27, 8. 12. 14. — 2) *honoro; in honore habeo, revereor, veneror;* LXX pro כִּבֵּד; — deum, Mt. 15, 8. Mc. 7, 6. Jo. 5, 23. 8, 49; Christum, Jo. 5, 23; parentes, Mt. 15, 4 s. 19, 19. Mc. 7, 10. 10, 19. Lc. 18, 20. Eph. 6, 2; alios homines, 1 Tim. 5, 3. 1 Pet. 2, 17; add. πολλαῖς τιμαῖς, Act. 28, 10; de deo Christi cultores honore et gloria in regno divino ornante, Jo. 12, 26.*

τιμή, ῆς, ἡ (a τίω, aestimo, honoro, pf. p. τέτιμαι), inde ab Hom., LXX pro עֵרֶךְ (aestimatio, taxatio), כָּבוֹד, יְקָר, הָדָר, — 1) *aestimatio, qua pretium statuitur;* hinc ipsum *pretium;* de pretio quod solvitur vel accipitur pro persona vel re emta aut vendita, c. gen. pers. Mt. 27, 9; c. gen. rei, Act. 5, 2 s.; plur. 4, 34. 19, 19; τιμὴ αἵματος, pretium pro caede, Mt. 27, 6; ἠγοράσθητε τιμῆς (non gratis sed) *pretio*, i. e. ex adj. emphatice *magno pretio* (Vulg.), 1 Co. 6, 20. 7, 23; ὠνεῖσθαι τιμῆς ἀργυρίου, emere pretio ad argentum redacto, i. e. argento, Act. 7, 16; *res pretiosa*, plur. Ap. 21, 24. 26. — 2) *honor, in quo aliquis est, vel qui alicui exhibetur;* — honor ejus, qui dignitate inter alios eminet, δόξα κ. τιμή, Heb. 2, 7. 9. 2 Pet. 1, 17; in doxologiis, τῷ θεῷ (sc. ἔστω) τιμή vel ἡ τιμή, 1 Tim. 1, 17. 6, 16. Ap. 5, 13. 7, 12 (19, 1 t. vulg.); honos, in quo aliquis est ob muneris, quod administrat, dignitatem et splendorem, Heb. 5, 4 (et saepe ap. Graecos, cf. *Bleek* Hebr.-Br. II, a,

p. 45 s.); *veneratio*, *διδόναι, λαβεῖν τιμήν*, Ap. 4, 9. 11. 5, 12; *reverentia* (*Ehrerbietung*), Ro. 12, 10. 13, 7. 1 Tim. 5, 17. 6, 1; honor in praemiis vitae post mortem futurae conspicuus, Ro. 2, 7. 10. 1 Pet. 1, 7; laus, qua aliquis dignus judicatur, 1 Pet. 2, 7; honoris signum, *πολλαῖς τιμαῖς τιμᾶν τινα*, Act. 28, 10; univ. in phrasibus: *ἐν τιμῇ*, honeste, 1 Th. 4, 4 (de q. l. v. in *κτάομαι*); *οὐκ ἐν τιμῇ τινι*, non in ullo honore, i. e. nullo honore dignum, Col. 2, 23., ubi cf. *Meyer*; *εἰς τιμήν*, Ro. 9, 21. 2 Tim. 2, 20 s. (de quibus locis v. in *σκεῦος*); *περιτιθέναι τινὶ τιμήν*, 1 Co. 12, 23 (v. in *περιτίθημι*); *τιμὴν ἀπονέμειν τινί*, exhibere alicui honorem, 1 Pet. 3, 7; *διδόναι τιμήν*, 1 Co. 12, 24; *ἔχειν τιμήν*, in honore esse, honorari, Jo. 4, 44. Heb. 3, 3.*

*τίμιος, ία, ιον* (*τιμή*), inde ab Hom., *a*) pr. *pretiosus*, i. e. *qui magno pretio aestimatur*; *λίθος*, Ap. 17, 4. 18, 12. 16. 21, 19; plur. 1 Co. 3, 12; comparat. *τιμιώτερος*, 1 Pet. 1, 7 t. vulg.; superlat. *τιμιώτατος*, Ap. 18, 12. 21, 11. — *b*) metaph., *magni aestimandus*, *in primis carus*; Heb. 13, 4; *τινί*, alicui, Act. 5, 34. 20, 24; *καρπὸς τῆς γῆς*, Jac. 5, 7; *αἷμα*, 1 Pet. 1, 19; *ἐπαγγέλματα*, 2 Pet. 1, 4.*

*τιμιότης, τητος, ἡ* (*τίμιος*), *a*) pr. *pretiositas*; *copia rerum pretiosarum*; Ap. 18, 19. — *b*) metaph. *praestantia*; Arstot. de partt. an. 1, 5. eth. nicom. 10, 7 fin.; *διαφέρουσι τιμιότητι αἱ ψυχαὶ καὶ ἀτιμίᾳ ἀλλήλων*, de gen. anim. 2, 3.*

*Τιμόθεος, ου, ὁ*, vocativ. *Τιμόθεε* (1 Tim. 6, 20; cf. *Krüger* I, p. 44), *Timotheus*, ut videtur, Lystrensis, patre Graeco et matre Judaea natus, Act. 16, 1 ss. Pauli itinerum comes et laborum socius; Act. 17, 14 s. 18, 5. 19, 22. 20, 4. Ro. 16, 21. 1 Co. 4, 17. 16, 10. 2 Co. 1, 1. 19. Phil. 1, 1. 2, 19. Col. 1, 1. 1 Th. 1, 1. 3, 2. 6. 2 Th. 1, 1. 1 Tim. 1, 2. 18. 6, 20. 2 Tim. 1, 2. Philem. vs. 1. Heb. 13, 23.*

*Τίμων, ωνος, ὁ*, *Timon*, unus e septem diaconis ecclesiae hierosolymitanae; Act. 6, 5.*

*τιμωρέω, ῶ*, aor. 1. pass. *ἐτιμωρήθην* (a *τιμωρός*, et hoc ex *τιμή* et *οὖρος*, v. supra in *θυρωρός*), inde ab Hdt. et Soph., pr. *honoris custos* s. *vindex sum*; hinc 1) *opitulor*, *auxilio venio*; *τινί*, alicui, Hdt. Soph. Thuc. al. — 2) *ulciscor*; *τινί*, aliquem, Hdt. Xen. al. — 3) in N. T. *τιμωρῶ τινα*, *vindictam sumo ab aliquo*, *punio*, *castigo*; Act. 22, 5. 26, 11. Soph. OR. 107; usitatius ap. Graecos hoc sensu est medium.*

*τιμωρία, ας, ἡ* (*τιμωρός*, v. in *τιμωρέω*), 1) *actio opem ferendi*; *auxilium*. — 2) *vindicta*, *poena*; ita Heb. 10, 29. (Prov. 19, 29. 24, 22; ap. Graecos inde ab Aeschl. et Hdt.)*

*τίνω*, fut. *τίσω*, inde ab Hom., *solvo*, *pendo*; *luo*; *δίκην*, *poenam do*, 2 Th. 1, 9 (Plat. Phaed. p. 81 d; Theaet. p. 177 a. Ael. v. h. 13, 2; *δίκας*, idem 1, 24; *θωήν*, Hom. Od. 2, 193; *ποινάς*, Pind. Ol. 2, 106; *ζημίαν*, LXX Prov. 27, 12).*

*τίς*, neut. *τί*, genit. *τίνος*, pronom. interrogativum, 1) *quis*, *quae*, *quid?* LXX *τίς* pro מִי, *τί* pro מָה, — *a*) ponitur *adjective*, in interrogatione directa, *τίς βασιλεύς*, Lc. 14, 31; *τίς γυνή*, 15, 8; *τί περισσόν*, Mt. 5, 47; *τί σημεῖον*, Jo. 2, 18 multisque aliis exemplis; — in interrog. indir., 1 Th. 4, 2 al.; *τίνα κ. ποῖον χρόνον*, 1 Pet. 1, 11; ponitur in loco praedicati in interrogatione directa, *τίς* (sc. *ἐστὶν*) *ἡ αἰτία*, Act. 10, 21; *τίς καὶ ποταπὴ γυνή*, Lc. 7, 39; adde Ro. 3, 1. 1 Co. 9, 18 al.; neutr. Mt. 24, 3. Mc. 5, 9; in interrog. indir. c. optativo, Lc. 8, 9; *τίς* interposito *ἄν*, Jo. 13, 24 t. vulg. *Grsb.*; Act. 21, 33; *τί* c. optat., Lc. 15, 26. 18, 36; c. indicativo, Eph. 1, 18. — *b*) nude ponitur s. substantive; in interrog. dir., *τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν*, Mt. 3, 7. Lc. 3, 7. Ap. 18, 18 al.; *τίνος*, Mt. 22, 20. 28. Mc. 12, 16; *τίνι*, Lc. 13, 18; *τίνα*, Jo. 18, 4. 7; *τί θέλετέ μοι δοῦναι*, Mt. 26, 15; *τί* in interrog. indirecta sq. indicativo, Mt. 6, 3. Jo. 13, 12. 1 Co. 14, 16. Ap. 2, 7. 11. 17 et saepissime; sq. conjunct. aor., Mt. 6, 25. Lc. 12, 11 al.; sq. optativo, interposito *ἄν*, Lc. 1, 62. 6, 11 al. — praeponuntur pronomini voces, in quibus orationis vis est, sono efferendae, *ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι*, Mt. 16, 15. Mc. 8, 29. Lc. 9, 20; *καὶ ἡμεῖς τί ποιήσομεν*, Lc. 3, 14; *οὗτος δὲ τί*, Jo. 21, 21; add. Jo. 1, 19. 8, 5. 9, 17. Act. 19, 15. Ro. 9, 19 s. 14, 4. 10. Eph. 4, 9. Jac. 4, 12; exempla e Graecis affert *Passow* II, p. 1908, col. 2. — Quaeritur pronomine *τίς* in fronte quaestionis posito saepius, ubi exspectatur responsio, reperiri neminem, in quem cadat id quod quaeratur, Act. 8, 33. Ro. 7, 24. 8, 33 s. 9, 19. 10, 16. 11, 34 s. 1 Co. 9, 7. 2 Co. 11. 29. Heb. 1, 5. 13. — *τίς εἰ μή*, *quis --*, *nisi* (i. e, *nemo nisi*), Mc. 2, 7. Lc. 5, 21. Ro. 11, 15. 1 Co. 2, 11. Heb. 3, 18. 1 Jo. 2, 22. 5, 5. — *c*) Duae interrogationes coguntur in unam *τίς τί ἄρῃ*, *quid quisque auferret*, Mc. 15, 24; *τίς τί διεπραγματεύσατο*, Lc. 19, 15; *ἐγὼ δὲ τίς ἤμην δυνατὸς κωλῦσαι τὸν θεόν*; ego vero quis eram? num eram validus ad impediendum deum? Act. 11, 17; cf. *Win.* p. 583. *Passow* II, p. 1909, col. 2. *Ast* Lex. platon. T. III, p. 394. *Fr. V. Fritzsche* Index ad Lucian. dial. deor. p. 164; eodem modo ap. Latinos; cf. *Ramshorn* Lat. Gr. p. 567. — *τίς* consociatur conjunctionibus: *καὶ τίς*, Mc. 10. 26. Lc. 10, 29. 18, 26. Ap. 6, 17 (v. p. 219, col. 2); *τίς ἄρα*, v. in *ἄρα*, 1; *τίς οὖν*, Lc. 10, 36. 1 Co. 9, 18; — *τίς* c. genit. partitivo, Mt. 22, 28. Mc. 12, 23. Lc. 10, 36. Act. 7, 52. Heb. 1, 5. 13; c. *ἐκ* et genitivo classis, Mt. 6, 27. Lc. 14, 28. Jo. 8, 46; in interrog. indir. c. optat. Lc. 22, 23; interposito *ἄν*, 9, 46. — *d*) In indirectis interrogationibus nonnumquam pronominibus *τίς* et *τί* anteponitur neutrum articuli; v. p. 303, col. 2. — *e*) De neutro *τί* speciatim haec notamus: *α*) *τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν*; concise pro *τί τοῦτό ἐστιν, ὃ οὗτοί σου καταμ.*; Mt. 26, 62. Mc. 14, 60; aliter hunc locum explicat *Bttm.* ntl. Gr. p. 216; item *τί τοῦτο ἀκούω περὶ σοῦ*, quid est, quod de te audio (nisi reddere malis: *cur* hoc de te audio), Lc. 16, 2; cf. *Bornemann* ad h. l. — *β*) *τί πρὸς ἡμᾶς*; sc. *ἐστίν*, quid hoc ad nos pertinet? Mt. 27, 4. Jo. 21, 22; *τί ἐμοὶ κ. σοί*; v. in *ἐγώ*, 4; *τί μοι--*; quid ad me pertinet...? 1 Co. 5, 12; *τί σοι* vel *ὑμῖν δοκεῖ*; Mt. 17, 25. 22, 17. 42. 26, 66. Jo. 11, 56 (quo loco ante *ὅτι* cogitando repete *δοκεῖ ὑμῖν*, ut addatur secunde quaestio); *τί θέλεις*; et *τί θέλετε*; sq. conj. (german. *was wollet ihr? Soll ich...?*) Mt. 20, 32. Mc. 10, 51. 15, 12. Lc. 18, 41. 1 Co. 4, 21; *τί* c. conjunctivo deliberantis et dubitantis, Mt. 6, 31. 27, 22. Mc. 4, 30. Lc. 12, 17. 13, 18. Jo. 12, 27; *τί* sq. fut. Act. 4, 16 (ubi *Lchm.* ed. min. *Tdf. Trg.* *ποιήσωμεν*); 1 Co. 15, 29; *τί* (sc. *ἐστιν*) *ὅτι..*; *quid est*, *quod..?* i. e. *cur..?* Mc. 2, 16 t. vulg. *Grsb.*; Lc. 2, 49. Act. 5, 4. 9; *τί γέγονεν, ὅτι..*; Jo. 14, 22; *οὗτος δὲ τί* (sc. *ἔσεται* vel *γενήσεται*), quae hujus erit sors? Jo. 21, 21 (cf. Act. 12, 18: *τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο*. Xen. h. g. 2, 3, 17: *τί ἔσοιτο ἡ πολιτεία*); — *τί* i. q. *διὰ τί*; *cur*; *quam ob causam?* (*Matthiae* §. 488, 8. *Krüger* §. 46, 3, Anm. 4), Mt. 6, 28. 7, 3. Mc. 2, 7 s. 11, 3. Lc. 2, 48. 6, 41. 12, 57. 24, 38. Jo. 7, 19. 18, 23. Act. 14, 15. 26, 8. Ro. 3, 7. 9, 19 s. 1 Co. 4, 7. 10, 30. 15, 29 s. Gal. 3, 19. 5, 11. Col. 2, 20 et saepius. — *ἵνα τί*, v. p. 211, col. 2 s. — *διὰ τί*; *cur?* Mt. 9, 11. 14. 13, 10. Mc. 7, 5. 11, 31. Lc. 19, 23. 31. Jo. 7, 45. 13, 37. Act. 5, 3. 1 Co. 6, 7. 2 Co. 11, 11. Ap. 17, 7 et saepius. — *εἰς τί*;

*ad quid? quorsum? quem in finem?* Mt. 14, 31. 26, 8. Mc. 14, 4. 15, 34 (Sap. 4, 17. Sir. 39, 21). — τί οὖν --; *quid igitur --?* Mt. 17, 10. 19, 7. 27, 22. Mc. 12, 9. Lc. 20, 15. Jo. 1, 25; τί οὖν; v. in οὖν, p. 322, col. 1; τί οὖν ἐροῦμεν, vide ibidem; τί γάρ; v. in γάρ, p. 75, col. 2. — γ) ex hebr. pro מָה, *quam, quantopere, quantum*, c. adjectivis et verbis in exclamationibus; Mt 7, 14 *Grsb. Lchm. Trg.;* Lc. 12, 49 (Ps. 3, 2. 2 Sam. 6, 20. Cant. 1, 10; τί πολὺ τὸ ἀγαθόν σου; Symm. Ps. 31, 20; v. *Win.* p. 135). — 2) i. q. πότερος, α, ον, *uter, utra, utrum;* Mt. 21, 31. 23, 17. 19. 27, 17. 21. Lc. 22, 27; neutr. τί, Mt. 9, 5. Mc. 2, 9. Lc. 5, 23. Phil. 1, 22; cf. *Ast* Lex. plat. III, p. 394. *Matthiae* §. 488, 4. *Win.* p. 159 s. — 3) i. q. ποῖος, α, ον, *qualis, quale;* Mc. 1, 27. 6, 2. Lc. 4, 36. 8, 9. 24, 17. Jo. 7, 36. Act. 17, 19. 1 Co. 15, 2. Eph. 1, 18 s. Cf. *Herm.* ad Vig. p. 731. — 4) Ex dicendi usu minus accurato nec tamen a Graecis alieno ponitur pro relativis ὅς et ὅστις, — ita τινά (*Lchm. Tdf. Trg.* τί) με ὑπονοεῖτε εἶναι, οὐκ εἰμὶ ἐγώ (ubi exspectatur ὅν), Act. 13, 25; δοθήσεται ὑμῖν, τί λαλήσετε, Mt. 10, 19; ἑτοίμασον, τί δειπνήσω, Lc. 17, 8; maxime post ἔχειν (ut ap. Graecos); οὐκ ἔχουσι, τί φάγωσιν, Mt. 15, 32. Mc. 6, 36 8, 1 s.; cf. *Win.* §. 25, 1. *Bttm.* ntl. Gr. p. 216; de discrimine inter lat. *habeo quid* et *habeo quod* cf. *Ramshorn* Lat. Gramm. p. 565 s.

**τὶς**, neutr. τὶ, genit. τινός, pronom. indefinit. enclit. (quod ita ad interrogativum τίς se habet, ut πού, πώς, ποτέ ad interrogativa ποῦ, πῶς, πότε); 1) *quidam, quaedam, quoddam;* dic. de personis et rebus, de quibus scriptor uberiora referre aut nequit aut non vult; *a*) adjectum nominibus substantivis pariter atque adjectivis et numeralibus substantive positis; velut Σαμαρείτης τις, Lc. 10, 33; ἱερεύς, 1, 5. 10, 31; ἀνήρ, 8, 27. Act. 3, 2. 8, 9. 14, 8; ἄνθρωπος, Mt. 18, 12. Lc. 10, 30. Act. 9, 33; plur. Jud. vs. 4; τόπος, Lc. 11, 1. Act. 27, 8; κώμη, Lc. 10, 38. 17, 12 multisque aliis exemplis; cum nominibus propriis (ut τὶς Σίμων), Mc. 15, 21. Lc. 23, 26. Act. 9, 43. 21, 16. 25, 19; — — δύο τινές c. genit. partit., Lc. 7, 19. Act. 23, 23; ἕτερος, Act. 8, 34; plur. 27, 1; rem, cujus notioni additur, ex quodam genere eique similem esse indicat, ἀπαρχήν τινα, primitias quasdam s. quasi primitias (germ. *eine Art von Erstlingen*), Jac. 1, 18; cf. *Win.* §. 25, 2; adjectivis qualitatis et quantitatis additum modum eorum quam maximum cogitare jubet, φοβερά τις ἐκδοχή, terribilis quaedam exspectatio, Heb. 10, 27., ubi v. *Delitzsch* p. 494 s. (δεινή τις δύναμις, Xen. mem. 1, 3, 12; alia e Graecis exempla v. ap. *Win.* p. 160; *Matthiae* §. 487, 4; „*incredibilis quidam amor*", Cic. pro Lig. c. 2); μέγας τις, Act. 8, 9. — *b*) nude s. substantive positum; univ.: τίς, quod germanice reddi potest *einer;* Mt. 12, 47. Lc. 9, 49. 57. 13, 6. 23. Jo. 11, 1. Act. 5, 25. 18, 7; plur. τινές, homines quidam, Lc. 13, 1. Act. 15, 1. Ro. 3, 8. 1 Co. 4, 18. 15, 34. 2 Co. 3, 1. Gal. 2, 12. 2 Th. 3, 11. 1 Tim. 1, 3. 19. 4, 1. 5, 15. 6, 10. 2 Pet. 3, 9; τινὲς ἐν ὑμῖν, inter vos, 1 Co. 15, 12; adjungitur participium vel articulo instructum, τινὲς οἱ.., Lc. 18, 9. 2 Co. 10, 2. Gal. 1, 7; vel eo destitutum, 1 Tim. 6, 21; τίς et τινές c. genit. partitiv., Lc. 11, 1. 14, 15. 2 Co. 10, 12. — 2) *a*) adjectum nominibus: *aliqui* (*-quis*), *aliquae* (*-qua*), *aliquod;* χρόνον τινά, *aliquantisper* (*einige Zeit*), 1 Co. 16, 7; ἡμέραι τινές, dies aliquot, Act. 9, 19. 10, 48. 15, 36. 16, 12. 24, 24. 25, 13; μέρος τι, Lc. 11, 36. Act. 5, 2. 1 Co. 11, 18; τὶ βρώσιμον, Lc. 24, 41; adde Mc. 16, 18. Jo. 5, 14. Act. 17, 21. 23, 20. 28, 21. Heb. 11, 40.; βραχύ τι, Act. 5, 34 (q. l. *Lchm. Tdf. Trg.* τὶ omittunt), Heb. 2, 7; περισσότερόν τι, 2 Co. 10, 8; μικρόν τι, 2 Co. 11, 16; rerum modo, etiamsi magnus et amplus cogitatur, modeste finiendo inservit, κοινωνία τις, collatio parva, tamen aliqua, Ro. 15, 26; καρπός, 1, 13; χάρισμα, vs. 11; — c. participio, ἀθετήσας τις, si quis violavit, Heb. 10, 28. — *b*) nude s. substantive positum, *aliquis, aliqua, aliquid; quispiam, quaepiam, quippiam;* univ. Mt. 12, 29. Mc. 9, 30. 11, 16. Lc. 8, 46. Jo. 2, 25. 6, 46. Act. 17, 25. Ro. 5, 7. 1 Co. 15, 35. 2 Co. 11, 20 s. Heb. 3, 4. Jac. 2, 18. 2 Pet. 2, 19 al.; τὶς ἐξ ὑμῶν, Jac. 2, 16; ἐξ ὑμῶν τις, Heb. 3, 13; c. genit. partitiv. Lc. 7, 36. 11, 45. 1 Co. 6, 1; neutr. τὶ c. genit. partit., Act. 4. 32. Ro. 15, 18. Eph. 5, 27; — εἷς τις, v. in εἷς, p. 127, col. 1; — respondet non raro germanico indefinito *man*, Mc. 8, 4. Jo. 2, 25. 16, 30. Ro. 8, 24. Heb. 5, 12 (quo loco nonnulli male τίνα) al.; cf. *Matthiae* §. 487, 2; — εἴ τις, v. in εἰ, III, 16; ἐάν τις, τινος al., Mt. 21, 3. 24, 23. Mc. 12, 19. Lc. 16, 31. Jo. 6, 51. 7, 17. 8, 51 s. 9, 22. 31. 10, 9. 11, 9 s. 57. 12, 26. 47. Act. 9, 2. 13, 41. 1 Co. 5, 11. 8, 10. 10, 28. Col. 3, 13. 1 Tim. 1, 8. 2 Tim. 2, 5. 21. Jac. 2, 14. 5, 19. 1 Jo. 2, 15. 4, 20. 5, 16. Ap. 3, 20. 22, 18 s.; ἄν τινων, Jo. 20, 23; ἐὰν μή τις, Jo. 3, 3. 5. 15, 6. Act. 8, 31; οὐ -- τις, *non -- quisquam* i. e. *nemo*, Jo. 10, 28; οὔτε--τις, Act. 28, 21; οὐδὲ—τίς, Mt. 11, 27. 12, 19; οὐκ -- ὑπό τινος, 1 Co. 6, 12; μή τις, ne quis, Mt. 24, 4. Mc. 13, 5. Act. 27, 42. 1 Co. 1, 15. 16, 11. 2 Co. 8, 20. 11, 16. 12, 6. Eph. 2, 9. 1 Th. 5, 15. Heb. 4, 11. 12, 15; *num quis*, Jo. 4, 33; μή τινα, num quemquam, 2 Co. 12, 17; πρὸς τὸ μή -- τινα, 1 Th. 2, 9; ὥστε--μή τινα, Mt. 8, 28; ut lat. *aliquis* c. verbo εἶναι dic. emphatice *aliquem esse* i. q. *insignem, validum esse* (*ein rechter, ein gehöriger*), Act. 5, 36 (exempla e Graecis affert *Passow* II, p. 1912, col. 2; de phrasi τὶ εἶναι v. infra in e). — Plur. τινές, *nonnulli* (ex eo hominum ordine vel numero, quem contexta oratio indicat), Mc. 14, 4. 65. Lc. 21, 5. Jo. 13, 29; τινές distinguuntur a τοῖς πᾶσιν, 1 Co. 8, 7. 9, 22; — τινές c. participio (articuli experte), Mc. 14, 57. Lc. 13, 1; ταῦτά τινες ἦτε, hujus farinae vestrum nonnulli eratis (*waret ihr zum Theil*), 1 Co. 6, 11; τινὲς c. genit. partitivo, Mt. 9, 3. 12, 38. 28, 11. Mc. 7, 1 s. 12, 13. Lc. 6, 2. 19, 39. Act. 5, 15. 17, 18. 28 et saepius; sq. ἐκ gen. partit. Lc. 11, 15. Jo. 6, 64. 7, 25. 44. 9, 16. 11, 37. 46. Act. 11, 20. 15, 24 al.; per meiosin τινές a Paulo dic. de *multis*, de quibus aliquid reprehensione dignum leniore modo praedicetur, Ro. 3, 3. 1 Co. 10, 7—10. — *c*) Interdum subjectum τίς, τινές, et objectum τινά, τινάς, verbo non additur, sed lectori intelligendum relinquitur (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 138); ante genit. partit. Act. 21, 16; ante ἀπό Mt. 27, 9 (1 Macc. 7, 33); ante ἐκ, Mt. 23, 34. Lc. 21, 16. Jo. 16, 17. — *d*) in partitionibus, τίς--ἕτερος δέ, *alius --, alius* (*autem*), 1 Co. 3, 4; plur. τινὲς (μὲν)--, τινὲς (δέ), Lc. 9, 7 s. Act. 17, 18. Phil. 1, 15; cf. *Passow* II, p. 1912, col. 2. — *e*) Praeter ea quae jam attulimus, de neutro τὶ haec notanda sunt: *α*) univ. *aliquid;* Mt. 5, 23. Mc. 8, 23. Lc. 11, 54. Act. 25, 5. 11. 1 Co. 10, 31 et saepissime; οὐδὲ -- τι, *nec quidquam*, 1 Tim. 6, 7. — *β*) ut lat. *aliquid* emphatice i. q. *aliquod eximium*, in phrasi εἶναί τι, 1 Co. 3, 7. Gal. 2, 6. 6, 3; cf. *Passow* II, p. 1912, col. 2, ac de lat. *aliquid esse Klotz* Handwörterb. d. lat. Spr. II, p. 298, col. 2 (contra 1 Co. 10, 19 τὶ εἶναι est *esse aliquid quod exstat, etwas Existirendes sein*); εἰδέναι τι, i. e. multum, 1 Co. 8, 2. — 3) *Sedem* voculae adjective positae quod attinet, nomini tum praeponitur (τὶς ἀνήρ, Act. 3, 2. 14, 8; τὶς μαθητής, 9, 10; τινὰς ἑτέρους, 27, 1; τὶ ἀγαθόν, Jo. 1, 47),

tum, et id quidem longe saepius, postponitur. *Τινές*, substantive dictum, initio enuntiati habetur Mt. 27, 47. Lc. 6, 2. Jo. 13, 29. 1 Tim. 5, 24. Phil. 1, 15; cf. *Win.* p. 154 et 493. Interponitur etiam particula *δέ* (ut *Σαμαρείτης δέ τις*), ut Lc. 10, 33. 38. Act. 8, 9. Heb. 10, 27.

*Τίτιος, ου, ὁ*, praenomen *Justi*, corinthiaci viri ejusdemque judaici proselyti; Act. 18, 7 *Tdf.**

*τίτλος, ου, ὁ*, vox lat., *titulus; inscriptio*, qua indicatur crimen et supplicii causa, Jo. 19, 19 s. atque exinde Ev. Nic. c. 10 (Sueton. Calig. c. 32: „praecedente *titulo*, qui causam poenae indicaret." Idem in Domit. c. 10. „canibus objecit cum hoc *titulo*: impie locutus parmularius").*

*Τίτος, ου, ὁ, Titus*, Christianus e gentilibus, Pauli itinerum nonnullorum et laborum pro causa christiana socius; 2 Co. 2, 13. 7, 6. 13 s. 8, 6. 16. 23. 12, 18. Gal. 2, 1. 3. 2 Tim. 4, 16. Tit. 1, 4. In actis apostol. non memoratur. Sed quum Titus sit *praenomen*, fortasse secundo vel si Romanus erat tertio ejus nomine in actis inducitur; cf. *Rückert* ad 2 Co. p. 410. Neutiquam vero eum de quo h. l. agitur Titum in Act. 18, 7 quaerendum esse, etiamsi ibi nonnullorum testium lectio *Τίτου Ἰούστου* vera esset, contra *Wieselerum* (Commentar üb. d. Brief an d. Galater p. 573) monendum censemus.*

*τίω*, a quo lexicographi N. Ti. perperam repetunt *τίσουσιν*, 2 Th. 1, 9; v. in *τίνω*.

*τοιγαροῦν* (ex enclit. *τοί* s. *τῷ*, *γαρ* et *οὖν*, pr. *doch denn nun*; cf. *Delitzsch* Comment. z. Br. an d. Hebrr. p. 598), particula cum quadam vi vel solemnitate concludentis, plerumque primum enuntiati locum obtinens, *quocirca, quapropter, proinde, ergo*, nostr. *darum also, derohalben*; 1 Th. 4, 8. Heb. 12, 1 (pro לָכֵן, Job. 22, 10. 24, 2. 4 Macc. 1, 34. 6, 28. 13, 15; Sophcl. Xen. Plat. sqq.); cf. *Klotz* ad Dev. II, p. 738.*

*τοίγε* in *καίτοιγε*, v. in *γέ*.

*τοίνυν* (ex part. enclit. *τοί* et *νῦν*), inde a Pind., *igitur, ergo, proinde*; contra elegantiorum Graecorum usum initio enuntiati (cf. *Lob.* ad Phryn. p. 342 s.); Heb. 13, 13 (Jes. 3, 10. 5, 13); ut ap. meliores scriptores post primam periodi vocem, Lc. 20, 25. 1 Co. 9, 26 atque in t. vulg. Jac. 2, 24 (Sap. 1, 11. 8, 9. 4 Macc. 1, 13. 15 ss.).*

*τοιόςδε, τοιάδε, τοιόνδε* (*τοῖος, δέ*), inde ab Hom., *talis*, maxime injuncta notione eximii et admirandi; 2 Pet. 1, 17.*

*τοιοῦτος, τοιαύτη, τοιοῦτο* et *τοιοῦτον* (solum haec altera neutrius forma in N. T. et quidem bis), (*τοῖος* et *οὗτος*), *talis, hujuscemodi, hujus generis* (*also beschaffen*); *a*) adjectum nominibus, Mt. 9, 8. 18, 5. Mc. 4, 33. 6, 2. 7, 8. 13. 9, 37. Jo. 9, 16. Act. 16, 24. 1 Co. 5, 1. 11, 16. 2 Co. 3, 4. 12. 12, 3. Heb. 7, 26. 8, 1. 12, 3. 13, 16. Jac. 4, 16. — *b*) *οἷος*--*τοιοῦτος*, Mc. 13, 19. 1 Co. 15, 48. 2 Co. 10, 11; *τοιοῦτος*--*ὁποῖος*, Act. 26, 29; *τοιοῦτος ὢν ὡς*.., Philem. vs. 9. — *c*) substantive ponitur, *α*) sine articulo, Jo. 4, 23; neutr. *μηδὲν τοιοῦτον*, Act. 21, 25 t. vulg. *Grsb.*; plur. Lc. 9, 9. 13, 2. — *β*) c. articulo *ὁ τοιοῦτος*, *is qui talis est* (*der also Beschaffene*); Act. 22, 22, 1 Co. 5, 5. 11. 2 Co. 2, 6 s. 10, 11. 12, 2. 5. Gal. 6, 1. Tit. 3, 11; plur. Mt. 19, 14. Mc. 10, 14. Lc. 18, 16. Jo. 8, 5. Ro. 16, 18. 1 Co. 7, 28. 16, 16. 18. 2 Co. 11, 13. Phil. 2, 29. 2 Th. 3, 12. (1 Tim. 6, 5 t. vulg.) 3 Jo. vs. 8; neutr. plur. Act. 19, 25. Ro. 1, 32. 2, 2 s. 1 Co. 7, 15. Gal. 5, 21. 23. Eph. 5, 27. Heb. 11, 14.*

*τοῖχος, ου, ὁ*, inde ab Hom., LXX saepe pro קִיר, *paries, murus*; Act. 23, 3.*

*τόκος, ου, ὁ* (a *τίκτω*, pf. *τέτοκα*), 1) *partus*; *a*) *pariendi actus*. — *b*) *id quod partum est, progenies* (utroque usu inde ab Hom.). — 2) *fenus, usura* (quia nummos multiplicat et quasi parit); Mt. 25, 27. Lc. 19, 23 (ap. Graecos ita a Pind. et Arstph.; LXX pro נֶשֶׁךְ).*

*τολμάω, ῶ*, 3 pss. impf. *ἐτόλμα, ἐτόλμων*, fut. *τολμήσω*, aor. 1. *ἐτόλμησα* (*τόλμα* s. *τόλμη*), inde ab Hom., *audeo; a*) *non reformido*; sq. inf. Mt. 22, 46. Mc. 12, 34. Lc. 20, 40. Jo. 21, 12. Act. 5, 13. 7, 32. Ro. 15, 18. 2 Co. 10, 12. Phil. 1, 14. Jud. vs. 9; *τολμήσας εἰςῆλθεν*, sumta fiducia introiit, Mc. 15, 43. — *b*) *sustineo; a me impetrare possum* (nostr. *es über sich gewinnen*), sq. inf., Ro. 5, 7. 1 Co. 6, 1. — *c*) absol. *audax sum; audacem me gero, confidentia utor*; 2 Co. 11, 21; *ἐπί τινα*, contra aliquem, 10, 2.*

*τολμηρότερον* (neutr. compar. ab adj. *τολμηρός*), *audacius*; Ro. 15, 15.*

*τολμητής, οῦ, ὁ* (*τολμάω*), *homo audax* s. *temerarius*; 2 Pet. 2, 10 (Thuc. 1, 70. Jos. b. j. 3, 10, 2. Philo de Jos. §. 38. Plut. Lcian.).*

*τομώτερος, α, ον* (comparativ. a *τομός*, secans, acutus, et hoc a *τέμνω*), *acutior*; Heb. 4, 12 (Phocylid. vs. 118: *ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου*, adde Timon ap. Athen. 10, p. 445 e. Lcian, Tox. 11).*

*τόξον, ου, τό*, inde ab Hom., LXX saepe pro קֶשֶׁת, *arcus*; Ap. 6, 2.*

*τοπάζιον, ου, τό* (neutr. adj. *τοπάζιος*, a *τόπαζος*), *topazius*, gemma viridis ac pellucida, aurei coloris, nostr. *Chrysolith*), Ap. 21, 20 (Diod. Strab.; LXX pro פִּטְדָה, Ex. 28, 17. 39, 8. Ez. 28, 13. Graecis usitatior est forma *τόπαζος*).*

*τόπος, ου, ὁ*, inde ab Aeschl. et aequalibus, Atticis, LXX pro מָקוֹם, *locus*, i. e. 1) pr. aliqua pars spatii, aliis spatii partibus ut limitibus circumscripta; dic. *α*) de locis habitatis, urbibus, vicis, regionibus, Lc. 4, 37. 10, 1. Act. 12, 17. 16, 3. 27, 2. 8. 1 Co. 1, 2. 2 Co. 2, 14. 1 Th. 1, 8. Ap. 18, 17; *τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος*, locum, ubi versantur, i. e. terram sanctam cum populo Judaeorum, Jo. 11, 48 (coll. 2 Macc. 5, 19 s.); *τόπος ἅγιος* templum (quod LXX Jes. 60, 13 *ὁ ἅγιος τόπος τοῦ θεοῦ* appellatur), Mt. 24, 15; — dic. de aedibus, Act. 4, 31; de locis non habitatis, c. adjectivis: *ἔρημος*, Mt. 14, 13. 15. Mc. 1, 35. 6, 31 s. Lc. 4, 42. 9, 10. 12; *πεδινός*, Lc. 6, 17; *ἄνυδρος*, plur. Mt. 12, 43. Lc. 11, 24.; de quibusvis locis, *κατὰ τόπους*, singulis in locis, i. e. ubique terrarum, Mt. 24, 7. Mc. 13, 8; de locis intra ambitum maris, *τραχεῖς τόποι*, Act. 27, 29; *τόπ. διθάλασσος*, vs. 41; de ea parte spatii, in quo id accidit, quod accidisse narratur, Lc. 10, 32. 19, 5. 22, 40. Jo. 5, 13. 6, 10. 18, 2; de spatio, in quo aliquis cubare, commorari, versari possit, *ἑτοιμάζειν τινὶ τόπον*, Jo. 14, 2 s. coll. Ap. 12, 6; *ἔχειν τόπον*, locum commorandi, Ap. 1. c.; *οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι*, Lc. 2, 7; *διδόναι τινὶ τόπον*, cedere alicui, 14, 9; *τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς*, Ap. 20, 11; de sede, quam aliquis obtinet in conventu aliquo, ut in convivio, Lc. 14, 10; *τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν*, vs. 9; et de spatio, quod occupant res positae, Jo. 20, 7; qui locus intelligendus sit, accuratius definitur verbis adjectis; genitivis, *τόπ. τῆς βασάνου*, Lc. 16, 28; *τῆς καταπαύσεως*, Act. 7, 49; *κρανίου*, Mt. 27, 33. Mc. 15, 22. Jo. 19, 17. addito *οὗ* aut *ὅπου* sqq. verbis finitis, Mt. 28, 6. Mc. 16, 6. Jo. 4, 20. 6, 23. 10, 40. 11, 6. 30. 19, 41. Act. 7, 33. Ro. 9, 26; addito nomine proprio, *τόπος λεγόμενος* s. *καλούμενος*, Mt. 27, 33. Mc. 15, 22. Lc. 23, 33. Jo. 19, 13. Ap. 16, 16; *ὁ τόπος τινός*, quem aliquis vel aliquid obtinet vel obtinendi habet potestatem,

Ap. 2, 5. 6, 14. 12, 8; ubi aliquid reconditur, *τῆς μαχαίρας*, vagina, Mt. 26, 52; — domicilium a deo alicui post ejus mortem assignatum ad subeundam ibi meritam sortem s. laetam s. tristem; *ὁ ἴδιος τόπος* (*τινός*), univ. Ignat. ad Magnes. 5, 1; dic. de geheneo, Act. 1, 25 (v. in *ἴδιος*, 1, c); *ὁ ὀφειλόμενος τόπος*, de coelo, Ignat. ad Polyc. 9, 2. Clem. Rom. 1 Co. 5, 4; item *ὁ ἅγιος τόπος*, ibid. 5, 7. — *β*) de loco in libro aliquo (nostr. *Stelle*), Lc. 4, 17 (*καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ φησίν*, Xen. mem. 2, 1. 20; eodem sensu *χώρα* ap. Jos. antt. 1, 8, 3). — 2) metaph. *a*) *condicio s. status, qui alicui in aliquo conventu vel coetu est; ἀναπληροῦν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου* (nos: *die Stellung des Laien einnehmen*), 1 Co. 14, 16; *τῆς διακονίας ταύτης καὶ ἀποστολῆς* (ubi nos *die Stelle*), Act. 1, 25 *Lchm. Tdf. Trg.* — *b*) *opportunitas, potestas, occasio agendi, efficacem se gerendi; τόπον λαμβάνειν τῆς ἀπολογίας*, potestatem se defendendi, Act. 25, 16 (*ἔχειν τ. ἀπολογίας*, Jos. antt. 16, 8, 5); *τόπον διδόναι τινί* sq. infin., Sir. 4, 5; *τῇ ὀργῇ* (sc. *τοῦ θεοῦ*), Ro. 12, 19; *τῷ διαβόλῳ*, Eph. 4, 27 (*τῷ ἰατρῷ*, efficaciae medici in me, Sir. 38, 12; *νόμῳ ὑψίστου*, 19, 17); *τόπ. μετανοίας εὑρίσκειν*, Heb. 12, 17., de q. l. cf. p. 182, col. 2 sub finem (*διδόναι*, Sap. 12, 10. Clem. Rom. 1 Co. 7, 5; lat. *locum relinquere poenitentiae*, Liv. 44, 10. 24, 26; *ἔχειν τόπον μετανοίας*, Tat. or. ad Graec. 15; *διὰ τὸ μὴ καταλείπεσθαί σφισι τόπον ἐλέους μηδὲ συγγνώμης*, Pol. 1, 88, 2); *τόπον ἔχειν* sc. *τοῦ εὐαγγελίζεσθαι*, Ro. 15, 23; *ζητεῖν* c. gen. rei, cui auctoritas inter homines conciliandа est, *διαθήκης*, pass. Heb. 8, 7.

*τοσοῦτος, αυτη, οῦτο* (Heb. 7, 22 *Lchm. Tdf. Trg.*) et *οῦτον* (ex *τόσος* et *οὗτος*), *tantus;* c. nominibus; de copia, *τοσ. πλοῦτος*, Ap. 18, 16; de copia interna, *πίστις*, Mt 8, 10. Lc. 7, 9; de magnitudine, *νέφος*, Heb. 12, 1; plur. *tot; ἰχθύες*, Jo. 21, 11; *σημεῖα*, 12, 37; *γένη φωνῶν*, 1 Co. 14, 10; *ἔτη*, Lc. 15, 29 (a profanis, maxime Atticis frequentatur *τοσοῦτος καὶ τοιουτος* et inverso ordine; cf. *Heindorf* ad Plat. Gorg. p. 34; *Passow* II, p. 1923, col. 2); sq. *ὥστε*, *tot, quot - - possint*, Mt. 15, 33; de temporo: *tam longus*, *χρόνος*, Heb. 4, 7; de longitudine spatii, *τὸ μῆκος τοσοῦτόν ἐστιν ὅσον . .*, Ap. 21, 16; absolute, plur. *tam multi*, Jo. 6, 9; neutr. plur. Gal. 3, 4; *τοσούτου*, *tanti* (vendere), Act. 5, 8; dativ. *τοσούτῳ*, praecedente vel seq. *ὅσῳ* (ut saepe ap. Graecos inde ab Hdt.), *tanto; τοσ. κρείττων*, tanto praestantior, Heb. 1, 4; *τοσούτῳ μᾶλλον ὅσῳ . .*, 10, 25; *καθ᾽ ὅσον, κατὰ τοσοῦτον*, *quantum, - - tantum*, 7, 22.*

*τότε*, adv. temporis demonstrativum (ex neutro articuli, *το*, et enclit. *τέ*, respondens relativo *ὅτε*), *tum; eo s. illo tempore; a*) *tunc temporis, quum haec fierent;* nostr. *damals* (de eventu alius eventus comite); Mt. 2, 17 (*τότε ἐπληρώθη*); 3, 5. 13. 12, 22. 38. 15, 1. 19, 13. 20, 20. 27, 9. 16. Ro. 6, 21; sq. accuratiore temporis notatione addito participio, Mt. 2, 16. Gal. 4, 8; opp. *νῦν*, Gal. 4, 29. Heb. 12, 26; *ὁ τότε κόσμος*, qui tunc erat mundus, 2 Pet. 3, 6. — *b*) *tum, quum hoc factum vel dictum esset* (*hierauf, alsdann*), *tunc;* ita apud historicos (potissimum Matthaeum), quando ab una re commemorata ad aliam transeunt, quae ante illam accidere non potuit, Mt. 4, 1. 5. 26, 14. 27, 38. Act. 1, 12. 10, 48. 21, 33; dic. non raro de iis, quae *statim post* (*unmittelbar darauf*) aliquid fiebant, ut sit i. q. *quo facto, quo audito;* Mt. 2, 7. 3, 15. 4, 10 s. 8, 26. 12, 45. 15, 28. 17, 19. 26, 36. 45. 27, 26 s. Lc. 11, 26; *τότε οὖν*, Jo. 11, 14. 19, 1. 16. 20, 8; *εὐθέως τότε*, Act. 17, 14; *τότε* praecedente accuratiore temporis notatione, ut *μετὰ τὸ ψωμίον*, Jo. 13, 27; aut ptcpio aor., Act. 28, 1. — *ὅτε - -, τότε - -* (ubi nos dicimus *da*); Mt. 13, 26. 21, 1. Jo. 12, 16; *ὡς - -, τότε - -*, Jo. 7, 10. 11, 6; praecedentibus genitivis absolutis, quibus tempus notatur, Act. 27, 21. — *ἀπὸ τότε, ab eo inde tempore;* v. p. 39, col. 1. — *c*) de rebus futuris: *tum* (*demum*), *quando id, de quo agitur, fit vel factum fuerit;* nostr. *dann; τότε* simpliciter, Mt. 24, 23. 40. 25, 1. 34. 37. 41. 47 s.; opp. *ἄρτι*, 1 Co. 13, 12; *καὶ τότε*, Mt. 7, 23. 16, 27. 24, 10. 14. 30. Mc. 13, 21. 26 s. Lc. 21, 27. 1 Co. 4, 5. Gal. 6, 4. 2 Th. 2, 8; *καὶ τοτε*, praecedente *πρῶτον*, Mt. 5, 24. 7, 5. Lc. 6, 42; — *ὅταν* (c. conj. praes.) - -, *τότε - -*, 2 Co. 12, 10. 1 Th. 5, 3; *ὅταν* c. conj. aor. (lat. fut. exact.) - -, *τότε - -*, Mt. 9, 15. 24, 16. 25, 31. Mc. 2, 20. 13, 14. Lc. 5, 35. 21, 21. Jo. 2, 10. 8, 28. 1 Co. 15, 28. 54. 16, 2. Col. 3, 4. — Omnium frequentissime voculâ *τότε* Matthaeus utitur, et quidem nonagies semel; non autem apocalypsis eam habet.

*τοὐναντίον* (per crasin pro *τὸ ἐναντίον*), *contrarium*, acc. adverbial., *contra;* Vulg. *e contrario;* 2 Co. 2, 7. Gal. 2, 7. 1 Pet. 3, 9.*

*τοὔνομα* (per crasin pro *τὸ ὄνομα*), *nomen*, acc. absol., *nomine;* Mt. 27, 57.*

*τουτέστι* pro *τοῦτ᾽ ἔστι*, et hoc pro *τοῦτό ἐστι*, v. in *εἰμί*, II, 3.

*τράγος, ου, ὁ*, inde ab Hom., *hircus, caper;* plur. Heb. 9, 12 s. 19. 10, 4.*

*τράπεζα, ης, ἡ* (ex *τέτρα* et *πέζα*, pes), inde ab Hom., LXX pro שֻׁלְחָן, *mensa;* 1) *a*) mensa, cui cibi imponuntur, Mt. 15, 27. Mc. 7, 28. Lc. 16, 21. 19, 23. 22, 21. 30; mensa in templo hierosol., cui panes deo consecrati imponebantur (v. in *πρόθεσις*), Heb. 9, 2. — *b*) i. q. *cibi mensae impositi* (cf. *Fritzsche* ad Add. Esth. 4, 14); *παρατιθέναι τράπεζαν*, ut lat. *mensam* i. e. cibum *apponere* (Thuc. 1, 130. Ael. v. h. 2, 17), Act. 16, 34; *διακονεῖν ταῖς τραπέζαις* (v. in *διακονέω*, 2), Act. 6, 2. — *c*) *epulae* (inde ab Hdt.); Ro. 11, 9 (e Ps. 69, 23); *μετέχειν τραπέζης δαιμονίων*, interesse epulo a daemonibus parato (res enim ita se habet: victimae gentilium in daemonum usum abeunt ab iisque adhibentur ad epulas cultoribus suis parandas, unde qui iis epulis interest, communionem et familiaritatem init cum daemonibus); *κυρίου*, coenae a domino (eodem modo quo tum) paratae (quum coenam sacram primum institueret), 1 Co. 10, 21. — 2) *mensa nummularia, taberna argentaria*, ad quam sedet argentarius nummos cum lucro permutans et pecuniam ab aliis mutuo acceptam cum foenore restituens (Lys. Isocr. Dem. Arstot. Joseph. Plut. al.); Mt. 21, 12. Mc. 11, 15. Jo. 2, 15; *τὸ ἀργύριον διδόναι ἐπὶ* (*τὴν*) *τράπεζαν*, pecuniam in foenore ponere apud cambiatores, Lc. 19, 23.*

*τραπεζίτης* (*-είτης*, *Tdf.*), *ου, ὁ* (*τράπεζα*, q. v.), *argentarius, nummularius*, is qui nummos cum lucro permutat et pecuniam mutuo acceptam cum foenore restituit; Mt. 25, 27 (Cebet. tab. 31. Dem. Joseph. Plut. Artem. al.).*

*τραῦμα, τος, τό* (*ΤΡΑΩ, ΤΡΩΩ, τιτρώσκω*, saucio, vulnero, cognat. voci *θραύω*), *vulnus;* Lc. 10, 34 (inde ab Aeschl. et Hdt.; LXX aliquoties pro פֶּצַע).*

*τραυματίζω*, ptcp. aor. 1. *τραυματίσας*, pf. pass. *τετραυματισμένος* (*τραῦμα*), inde ab Aeschl. et Hdt., *saucio, vulnero;* Lc. 20, 12. Act. 19, 16.*

*τραχηλίζω* (*τράχηλος*), 1) *collum s. cervicem comprehendo et obtorqueo;* dic. de luctatoribus ita adversarios tractantibus (Philo, Plut. Dion. L. al.). — 2) mactandae hostiae *collum s. cervicem alicui re-*

*reflecto* s. *resupino; resupinando denudo;* hinc trop. *denudo, detego; τετραχηλισμένος τινί*, denudatus, retectus, manifestus alicui, Heb. 4, 13.*

*τράχηλος, ου, ὁ*, inde ab Eur. et Arstph. LXX maxime pro צַוָּאר, praeterea pro עֹרֶף al., *collum, cervix;* Mt. 18, 6. Mc. 9, 42. Lc. 15, 20. 17, 2. Act. 15, 10. 20, 37; *τὸν ἑαυτοῦ τράχηλον ὑποτιθέναι* (sc. *ὑπὸ τὸν σίδηρον*), praesentissimum vitae periculum subire paratum esse, Ro. 16, 14.*

*τραχύς, εῖα, ύ*, inde ab Hom., *asper; ὁδοί*, Lc. 3, 5; *τόποι* (in mari), loca scopulosa, Act. 27, 29.*

*Τραχωνῖτις, ιδος, ἡ, Trachonitis*, aspera et a latronibus habitata regio inter Antilibanum et Arabiae montes juxta Batanaeam sita, septemtrionem versus damascenae regioni finitima; Lc. 3, 1 (Joss. antt. 16, 9, 3 et saepius).*

*τρεῖς, οἱ, αἱ, τρία, τά, tres, tria;* Mt. 12, 40. Mc. 8, 2. Lc. 1, 56. Jo. 2, 19 et saepe.

*τρεῖς ταβέρναι*, v. in *ταβέρναι*.

*τρέμω*, tantum in praes. et impf. usitatum, inde ab Hom., *tremo, contremisco;* Mc. 5, 33. Lc. 8, 47 atque in t. vulg. Act. 9, 6; ptcp. (cf. *Win.* §. 45, 4; p. 323 s.), *vereor*, 2 Pet. 2, 10.*

*τρέφω*, aor. 1. *ἔθρεψα*, ptcp. pf. pass. *τεθραμμένος*, inde ab Hom., *nutrio, alo; victum praebeo; τινά*, Mt. 6, 26. 25, 37. Lc. 12, 24. Act. 12, 20. Ap. 12, 6. 14; i. q. *lacto*, Lc. 23, 29 *Lchm. Tdf. Trg.;* i. q. *sagino*, Jac. 5, 5; — *educo*, Lc. 4, 16 (1 Macc. 3, 33. 11, 39 et saepe ap. profanos).*

*τρέχω*, impf. *ἔτρεχον*, aor. 2. *ἔδραμον*, inde ab Hom., LXX pro רוּץ, *curro; a*) pr. de properantibus, Mc. 5, 6. Jo. 20, 2. 4; c. infin. finali, Mt. 28, 8; *δραμών* c. verbo finito, Mt 27, 48. Mc. 15, 36. Lc. 15, 20; *τρέχω ἐπί* c. acc. loci, Lc. 24, 12; *εἰς πόλεμον*, Ap. 9, 9; de iis, qui in stadio currunt, *ἐν σταδίῳ*, 1 Co. 9, 24, 26. — *b*) metaph. de doctrina, quae celeriter propagatur, 2 Th. 3, 1; metaphorâ a stadiodromis petitâ, *vires intendo, enixe laboro; operam impendo ad aliquid perficiendum vel assequendum*, Ro. 9, 16. Gal. 5, 7; *εἰς κενόν*, Gal. 2, 2. Phil 2, 16; *τὸν ἀγῶνα*, Heb. 12, 1 (v. in *ἀγών*); eadem dictio ap. Graecos: *magnum* adire periculum, cui ne succumbatur, omnibus viribus contendendum est, Hdt. 8, 102. Eur. Or. 878. Alc. 489. El. 883 Iph. Aul. 1456. Dion. H. 7, 48; *miserabile currunt certamen*, Stat. Theb. 3, 116.*

*τρῆμα, ατος, τό* (*τιτράω, τίτρημα, ΤΡΑΩ*), *foramen; βελόνης*, Lc. 18, 25 *Lchm. Tdf. Trg.* (Arstph. Plat. Arstot. Plut. al.)*

*τριάκοντα, οἱ, αἱ, τά* (*τρεῖς*), *triginta;* Mt. 13, 8 Mc. 4, 8. Lc. 3, 23 al.

*τριακόσιοι, αι, α, trecenti;* Mc. 14, 5. Jo. 12, 5.*

*τρίβολος, ου, ὁ* (*τρεῖς, βάλλω*), *tribulus*, genus herbae terrestris spinosae aculeatae et aliis plantis noxiae; Mt. 7, 16. Heb. 6, 8. (Arstph. al.; pro דַּרְדַּר Gen. 3, 18. Hos. 10, 8; pro צְנִינִים, spinae, Prov. 22, 5.)*

*τρίβος, ου, ἡ* (*τρίβω*, tero), *via trita, semita;* Mt. 3, 3. Mc. 1, 3. Lc. 3, 4 ex Jes. 40, 3. (hym. hom. Merc. 448. Hdt. Eur. Xen. al.; LXX pro נְתִיבָה, אֹרַח, מְסִלָּה, דֶּרֶךְ al.)*

*τριετία, ας, ἡ* (*τρεῖς, ἔτος*), *triennium;* Act. 20, 31 (Theophr. Plut. Artem. 4, 1).*

*τρίζω, strideo* (Hom. Hdt. Arstot. Plut. Lcian. al.); transit. *τοὺς ὀδόντας, frendo dentibus*, Mc. 9, 18; *κατά τινος*, Ev. Nicod. c. 5.*

*τρίμηνος, ον* (*τρεῖς, μήν*), *trimestris* (Sophcl. Arstot. Theophr. al.); neutr. substantive: *trium mensium spatium* (Pol. Plut. 3 Reg. 24, 8), Heb. 11, 23.*

*τρίς* (*τρεῖς*), adv., *ter;* Mt. 26, 34. 75. Mc. 14, 30. 72. Lc. 22, 34. 61. Jo. 13, 38. 2 Co. 11, 25. 12, 8; *ἐπὶ τρίς*, Act. 10, 16. 11, 10.*

*τρίστεγος, ον* (*τρεῖς* et *στέγη*), *tria tecta habens*, Dion. H. antt. 3, 68; *τὸ τρίστεγον, tertia contignatio*, Act. 20, 9. Symm. Gen. 6, 16; *ἡ τριστέγη*, Artem. 4, 46.*

*τρισχίλιοι, αι, α* (*τρίς, χίλιοι*), *ter mille, tria millia;* Act. 2, 41.*

*τρίτος, η, ον, tertius, a, um;* c. substantivis, Mc. 15, 25. Lc. 24, 21. Act. 2, 15. 2 Co. 12, 2. Ap. 4, 7. 6, 5. 8, 10. 11, 14 al.; *τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ*, Mt. 16, 21. 17, 23. 20, 19. Mc. 9, 31. (10, 34 t. vulg.) Lc. 24, 46. Act. 10, 40. 1 Co. 15, 4; *τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ*, Lc. 18, 33. Jo. 2, 1; *ἕως τῆς τρίτ. ἡμέρας*, Mt. 27, 64; *τρίτον*, acc. masc. substantive, nos *einen Dritten*, Lc. 20, 12; neutr. *τὸ τρίτον* c. gen. rei, *tertia pars alicujus rei*, Ap. 8, 7—12. 9, 15. 18. 12, 4; neutr. adverbial., *τὸ τρίτον, tertia vice, tertium, tertio*, Mc. 14, 41. Jo. 21, 17; item sine artic. *τρίτον*, Lc. 23, 22; *τοῦτο τρίτον, tertia nunc vice* (v. in *οὗτος*, p. 325, col. 1), Jo. 21, 14. 2 Co. 12, 14. 13, 1; *τρίτον* in enumerationibus post *πρῶτον, δεύτερον, tertio loco, tertio ordine* (*drittens*), 1 Co. 12, 28; *ἐκ τρίτου, tertium*, Mt. 26, 44.

*τριχός*, v. in *θρίξ*.

*τρίχινος, η, ον* (*θρίξ*, q. v.), *e pilis confectus;* Vulg. *cilicinus;* Ap. 6, 12 (Xen. Plat. LXX al.).*

*τρόμος, ου, ὁ* (*τρέμω*), inde ab Hom., *tremor ingens, pavor;* Mc. 16, 8; *μετὰ φόβου κ. τρόμου*, dic. de sollicitudine ejus, qui quo magis sibi diffidens veretur, ne postulatis satisfaciat, eo religiosius vives intendit, ut praestanda praestet, 2 Co. 7, 15. Eph. 6, 5. Phil. 2, 12; *ἐν φ. κ. τρ.* (Jes. 19, 16), 1 Co. 2, 3. (Junguntur *φόβος* et *τρόμος* Gen. 9, 2. Ex. 15, 16. Deut. 11, 25 al.; *ἐν φ. καὶ ἐν τρ.* Ps. 2, 11.)*

*τροπή, ῆς, ἡ* (a *τρέπω*, pf. 2. *τέτροπα*), *conversio;* astrorum, Jac. 1, 17 (de q. l. v. in *ἀποσκίασμα*); persaepe ita ap. Graecos inde ab Hom. et Hes.; cf. Job. 38, 33. Sap. 7, 18. Deut. 33, 14.*

*τρόπος, ου, ὁ* (a *τρέπω*, v. in *τροπή*), inde ab Aeschl. et Hdt., 1) *modus, ratio; ὃν τρόπον, quemadmodum*, Mt. 23, 37. Lc. 13, 34. Act. 1, 11. 7, 28. 2 Tim. 3, 8 (Gen. 26, 29. Ex. 14, 13. Ez. 42, 7. 45, 6. Mal. 3, 17. Xen. mem. 1, 2, 59; anab. 6, 1, 1. Plat. rep. 5, p. 466 e); *τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον*, Jud. vs. 7; *καθ' ὃν τρόπον*, quemadmodum, Act. 15, 11, 27, 25; *κατὰ πάντα τρόπον*, Ro. 3, 2; *κατὰ μηδένα τρόπον*, nullo modo, 2 Th. 2, 3 (4 Macc. 4, 24. 10, 7; *κατὰ οὐδένα τρόπον*, 2 Macc. 11, 31. 4 Macc. 5, 16); *παντὶ τρόπῳ*, Phil. 1, 18 (1 Macc. 14, 35 ac saepissime ap. Graecos); item *ἐν παντὶ τρόπῳ*, 2 Th. 3, 16. — 2) *modus vivendi, mores;* Heb. 13, 5.*

*τροποφορέω, ῶ*, aor. 1. *ἐτροποφόρησα* (e *τρόπος* et *φέρω*, fero, patior), *fero alicujus mores; τινά*, Act. 13, 18 t. vulg. *Trg.* codd. ℵB. al. Vulg.: *mores eorum sustinuit.* (Cic. ad Attic. 13, 29. Schol. ad Arstph. ran. 1432. LXX Deut. 1, 31 e cod vat.); v. in *τροφοφορέω*.*

*τροφή, ῆς, ἡ* (*τρέφω*, pf. *τέτροφα*), *cibus, esca, nutrimentum;* Mt. 3, 4. 6, 25. 10, 10. 24, 45. Lc. 12, 23. Jo. 4, 8. Act. 2, 46. 9, 19. 14, 17. 27, 33 s. 36. 38. Jac. 2, 15; de nutrimento animi, i. e. de argumento institutionis, Heb. 5, 12. 14. (Tragg. Xen. Plat. sqq.; LXX passim pro לֶחֶם, אֹכֶל, מָזוֹן al.)*

*Τρόφιμος, ου, ὁ, Trophimus*, ephesinus Christianus, Pauli apostoli amicus; Act. 20, 4. 21, 29. 2 Tim. 4, 20.*

*τροφός, οῦ, ἡ* (*τρέφω*, v. in *τροφή*), *nutrix;* 1 Th. 2, 7 (inde ab Hom.; pro מֵינֶקֶת, Gen. 35, 8. 4 Reg. 11, 2. Jes. 49, 23).*

*τροφοφορέω, ῶ*, aor. 1. *ἐτροφοφόρησα* (*τροφός*,

φέρω), *nutricis s. matris instar gesto*, i. e. *sollicitissimam ac tenerrimam alicujus curam gero; τινά*, Act. 13, 38 *Grsb. Lchm. Tdf.* (Deut. 1, 31 e cod. alex. 2 Macc. 7, 27. Macar. hom. 46, 3 et al. eccles. scriptt.); v. in *τροποφορέω*.*

**τροχιά**, ᾶς, ἡ (*τροχός*, q. v.), *rotae vestigium, orbita* (*Gleis, Wagenspur*); *semita, trames; τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν*, i. e. recto tramite incedite, i. e. recte agite, Heb. 12, 13 e Prov. 4, 26 (ubi pro מַעְגָּל, sicut 2, 15. 4, 11. 5, 6. 21; ap. nonnullos recentiores poetas i. q. *τροχός*).*

**τροχός**, *οῦ, ὁ* (*τρέχω*), inde ab Hom., *rota;* Jac. 3, 6 (de q. l. v. in *γένεσις*).*

**τρύβλιον** (de accentu v. *Passow* s. v.), *ου, τό*, *catinus, patina alta;* Mt. 26, 23. Mc. 14, 20. (Arstph. Plut. Lcian. Ael. v. h. 9, 37; LXX pro קְעָרָה, pro quo etiam Jos. antt. 3, 8, 10. Sir. 34, 14.)*

**τρυγάω**, *ῶ*, aor. 1. *ἐτρύγησα* (a *τρύγη*, fruges, quae maturae auctumno colliguntur, vindemia), inde ab Hom., LXX passim pro בָּצַר, אָרָה, קָצַר. — *meto; vindemio;* ut ap. Graecos c. acc. fructus, qui colligitur, Lc. 6, 44. Ap. 14, 18; aut plantae, de qua metitur, Ap. 14, 19.*

**τρυγών**, *όνος, ἡ* (a *τρίζω*, murmuro, susurro, gemo, de columbis, nostr. *girren*, cf. *γογγύζω*), *turtur;* Lc. 2, 24. (Arstph. Theocr. al.; Ael. v. h. 1, 15; LXX pro תֹּר.)*

**τρυμαλιά**, ᾶς, ἡ (i. q. *τρῦμα* s. *τρύμη*, a *τρύω*, tero, perforo), *foramen;* Mc. 10, 25 atque in t. vulg. et *Grsb.* Lc. 18, 25 (Jud. 15, 11. Jer. 13, 4. 16, 16. Sotad. ap. Plut. mor. p. 11 a. Geop).*

**τρύπημα**, *τος, τό* (*τρυπάω*, perforo), *foramen;* Mt. 19, 24 (Arstph. Plutarch. Geop. al.).*

**Τρύφαινα**, *ης, ἡ* (*τρυφάω*, q. v.), *Tryphaena*, mulier christiana; Ro. 16, 12.*

**τρυφάω**, *ῶ*, aor. 1. *ἐτρύφησα* (*τρυφη*, q. v.), *in deliciis vivo, laute vivo, vitam mollem et delicatam ago;* Jac. 5, 5 (Neh. 9, 25. Jes. 66, 11. Isocr. Eur. Xen. Plat. sqq.).*

**τρυφή**, *ῆς, ἡ* (a *θρύπτω*, tero, debilito, pass. et med. molliter et delicate vivo), *mollities, vita delicata;* Lc. 7, 25. 2 Pet. 2, 13 (Eur. Arstph. Xen. Plat. sqq.; LXX).*

**Τρυφῶσα**, *ης, ἡ* (*τρυφάω*, q. v.), *Tryphosa*, mulier christiana; Ro. 16, 12.*

**Τρωάς** et (ita *Lchm. Tdf.*) **Τρῳάς**, *άδος, ἡ*, *Troas*, urbs ad Hellespontum sita, olim *Ἀντιγόνεια*, a Lysimacho in Alexandri Magni honorem *Ἀλεξάνδρεια ἡ Τρωάς* dicta, Romanorum tempore florentissima; Act. 16, 8. 11. 20, 5 s. 2 Co. 2, 12. 2 Tim. 4. 13.*

**Τρωγύλλιον** (ita Ptolem. 5, 2, 8) s. **Τρωγίλιον** (ita Strab. 14, p. 636), *ίου, τό*, *Trogyllium*, nomen oppidi et promontorii Ioniae non procul ab insula Samo inter Ephesum et ostia Maeandri fluvii ad montem Mycalen siti; Act. 20, 15 t. vulg. *Grsb.**

**τρώγω**, pr. nostr. *knuppern, knabbern, edulia non cocta, fructus crudos* (ut nuces, amygdalas al.) *dentibus comminuo; ἄγρωστιν*, de mulis, Hom. Od. 6, 90 et saepe ap. alios de vescentibus animalibus; at etiam de hominibus inde ab Hdt. (velut *σῦκα*, Hdt. 1, 71; *βότρυς*, Arstph. eqq. 1077; baccas rubi, Barn. ep. 7; *κρόμυον μετὰ δεῖπνον*, Xen. conv. 4, 8); univ. *edo, comedo;* absol. (*δύο τρώγομεν ἀδελφοί*, eodem victu utimur, Pol. 32, 9, 9) jct. c. *πίνειν*, Mt. 24, 38 (sic etiam Dem. p. 402, 21. Plut. symp. 1, 1, 2. Ev. Nicod. c. 15, p. 640 ed. *Thilo*); *τὸν ἄρτον*, Jo. 13, 18 (v. in *ἄρτος* et *ἐσθίω*); in orat. symbolica, 6, 58; *τὴν σάρκα* Christi (v. in *σάρξ*, 1), 6, 54. 56 s.*

**τυγχάνω**, aor. 2. *ἔτυχον*, pf. (Heb. 8, 6) *τέτευχα* ac (ap. *Lchm. Tdf.* cod. sin.) recentiore et rariore forma *τέτυχα* (quam non pauci omnibus quibus reperiatur locis scribendi vitio tribuendam perperam putant, cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 59. *Kühner* I, p. 921), nonnullis in libris etiam *τετύχηκα* (forma antiquioribus Graecis usitatissima), vb. inde ab Hom. ap. Graecos frequentissimum; „est lat. *attingere* et *contingere;* germ. *treffen*, c. accus. *etwas erlangen*, neutr. *es trifft sich;*“ *Ast* Lex. plat. III, p. 419; hinc 1) trans. *a*) pr. *scopum attingo* (ut opponatur *ἁμαρτάνειν*, aberrare a scopo), de jaculatoribus (Hom. Xen. Lcian.). — *b*) trop. *assequor, consequor, impetro, compos fio;* c. genit. rei (*Win.* §. 30, 8); Lc. 20, 35. Act. 24, 3. 26, 22. 27, 3. 2 Tim. 2, 10. Heb. 8, 6. 11. 35. — 2) intrans. *accido, evenio, contingo; εἰ τύχοι, si res ita ceciderit*, s. *si fors ita tulerit* (*wenn es sich trifft*), *fortasse* (ap. profanos saepissime), 1 Co. 14, 10., ubi v. *Meyer;* quod si rem de qua agitur spectas, idem esse potest ac *ut exemplo utar; velut*, 15, 37 (Vulg. utroque loco: *ut puta*); *τυχόν*, adverbialiter, *fortasse*, 16, 6 (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 273; exempla e Graecis v. ap. *Passow* II, p. 2004); — *obvius sum* s. *fio;* hinc *ὁ τυχών, qui non quaesitus se offert, vulgaris, vilis* (v. *Passow* l. c.); *οὐ τυχών, non vulgaris*, i. e. *insignis, eximius*, Act. 19, 11. 28, 2 (3 Macc. 3, 7); *forte sum; ἡμιθανῆ τυγχάνοντα*, germ. *wie er eben war*, Lc. 10, 30.*

**τυμπανίζω** (*τύμπανον*), 1) *tympanum* (instrumentum musicum) *pulso*. — 2) *tympano* (supplicii instrumento) *crucio; ἐτυμπανίσθησαν* (Vulg. *distenti sunt*), Heb 11, 35 (Plut. mor. 60 a; jct. c. *ἀνασκολοπίζεσθαι*, Lcian. Jup. trag. 19); fuisse videtur tympanum supplicii instrumentum rotae formam referens, in quo damnatorum corpora pellium instar distendebantur et fustibus aut loris miserrime caedebantur; cf. *Grimm* ad 2 Macc. 6, 19 s.*

**τυπικῶς** (ab adj. *τυπικός* et hoc a *τύπος*), adv., *ad exemplum* (*vorbildlich*); *ταῦτα τυπικῶς συνέβαινος ἐκείνοις*, haec illis evenerunt, ut admonitionis exempla essent posteris, 1 Co. 10, 11 *Lchm. Tdf. Trg.* (scriptt. eccles.)*

**τύπος**, *ου, ὁ* (*τύπτω*), inde ab Hdt., 1) *vestigium ictus s. plagae; nota impressa, τῶν ἥλων*, Jo. 20. 25 (Athen. 13. p. 585 c: *τοὺς τύπους τῶν πληγῶν ἰδοῦσα*). — 2) *imago imprimendo expressa;* hinc univ. *effigies, simulacrum;* de simulacris deorum, Act. 7, 43 (Am. 5, 26. Jos. antt. 1, 19, 11. 15, 9, 5). — 3) *forma; διδαχῆς*, i. e. doctrina, qua religionis argumentum et natura exprimitur animisque repraesentatur, Ro. 6, 17; i. q. *ratio scribendi*, argumentum et forma epistolae, Act. 23, 25 (3 Macc. 3, 30). — 4) *exemplum; α*) sensu technico: *id ad cujus normam aliquid exstruendum est;* Act. 7, 44. Heb. 8, 5 (Exod. 25, 40). — *β*) sensu ethico: *dehortationis exemplum;* plur. de exitiosis eventis, qui aliis dehortationi et admonitioni sint 1 Co. 10, 6 (11 t. vulg. *Grsb.*); *exemplum imitandum*, de hominibus, quos imitari decet, Phil. 3, 17; c. genit. personae, cui exemplum proponitur, 1 Tim. 4, 12. 1 Pet 5, 3; *τύπον ἑαυτὸν διδόναι τινί*, 2 Th. 3, 9; *γενέσθαι τύπον τινί*, 1 Th. 1, 7; *παρέχεσθαι ἑαυτὸν τύπον καλῶν ἔργων*, praebere se exemplar virtutum, Tit. 2, 7. — *γ*) sensu dogmatico: *res aut persona, cujus similitudine res aut persona messiani temporis praesignificatur;* quo sensu Adamus appellatur *τυπος τοῦ μέλλοντος* sc. *Ἀδάμ*, i. e. Jesu Christi, qui uterque insignem in genus humanum exercuit efficaciam, illo quidem perniciosissimam, hic vero saluberrimam, Ro. 5, 14.*

**τύπτω**, impf. *ἔτυπτον*, inde ab Hom., LXX pro

הִכָּה, *ferio, verbero, caedo* (baculo, flagello, pugno, manu al.); *τινά*, Mt. 24, 49. Lc. 12, 45. Act. 18, 17. 21, 32. 23, 3; *τὸ στόμα τινός*, Act. 23, 2; *τό πρόσωπόν τινος*, Lc. 22, 64; *τινὰ ἐπὶ τὴν σιαγόνα*, 6, 29; *εἰς τ. κεφαλήν τινος*, Mt. 27, 30; *ἑαυτῶν τὰ στήθη*, ap. Latinos *plangere pectora*, de moerentibus, Lc. 23, 48; item *τ. εἰς τὸ στῆθος*, 18, 13; *deus* dic. *τύπτειν* eum, quem malis afficiendo punit, Act. 23, 3 (Ex. 8, 2. 2 Sam. 24, 17. Ez. 7, 9. 2 Macc. 3, 39); — *percutio*, metaph. i. q. *percello*, *perturbo*, *τὴν συνείδησιν τινος*, conscientiam alicujus, 1 Co. 8, 12 (*ἵνα τί τύπτει σε ἡ καρδία σου*, 1 Sam. 1, 8; *τὸν δὲ ἄχος ὀξὺ κατὰ φρένα τύψε βαθεῖαν*, Hom. Il. 19, 125; *Καμβύσεα ἔτυψε ἡ ἀληθητίη τῶν λόγων*, Hdt. 3, 64).*

*Τύραννος, ου, ὁ, Tyrannus*, Ephesius, in cujus schola Paulus evangelium docuit, ceterum ignotus; Act. 19, 9.*

*τυρβάζω* (*τύρβη*, turba), *turbo, perturbo; pr. τὸν πηλόν* Arstph. vesp. 257; trop. pass. *perturbor animo, sollicitor; περὶ πολλα*, Lc. 10, 41 t. vulg. *Grsb. Tdf.* (eâdem structurâ Arstph. pax v. 1007; *μὴ ἄγαν τυρβάζου*, Nilus epist. 2, 258).*

*Τύριος, ου, ὁ, ἡ, Tyrius*, civis et incola Tyri; Act. 12, 20.*

*Τύρος, ου, ἡ* (hebr. צוֹר s. צֹר, ab aram, טוּר, rupes), *Tyrus*, urbs Phoeniciae ad mare mediterraneum sita, perantiqua, amplissima, splendidissima, mercatu longe florentissima, terra marique potens, Jesu et apostolorum aetate Romanorum imperio subjecta, etiam usque ad ann. 1291 satis dives et florens, hodie ignobile oppidulum circiter 5000 incolas, ex una parte Muhammedanos, ex altera Christianos paucosque Judaeos (cf. *Baedeker* Palaestina u. Syrien, p. 444) complectens. Memoratur Act. 21, 3. 7., et simul cum Sidone Mt. 11, 21 s. 15, 21. Lc. 6, 17. 10, 13 s. Mc. 3, 8. 7, 24. (q. l. *Tdf.* Sidonis nomen delevit); vs. 31.*

*τυφλός, -οῦ, ὁ* (*τύφω*, fumum facio, unde pr. fumo obscuratus), inde ab Hom., LXX pro עִוֵּר, *caecus; a*) pr. Mt. 9, 27, s. 11, 5. Mc. 8, 22 s. 10, 46. Lc. 7, 21 s. 14, 13. 21. Jo. 9, 1 s. 13. 10, 21 al. — *b*) ut saepe ap. profanos inde a Pind. *mente caecus;* Mt. 15, 14. 23, 17. 19, 24. 26. Jo. 9, 39—41. Ro. 2, 19. 2 Pet. 1, 9. Ap. 3, 17.

*τυφλόω, ῶ*, aor. 1. *ἐτύφλωσα*, pf. *τετύφλωκα*, inde ab Hdt., *occaeco;* in N. T. metaph. *mentis aciem praestringo;* Jo. 12, 40. 1 Jo. 2, 11; *τὰ νοήματα*, 2 Col. 4, 4 (*τὴν ψυχὴν τυφλωθείην*, Plat. Phaed. p. 99 e).*

*τυφόω, ῶ*, pf. pass. *τετύφωμαι*, ptcp. aor. 1. *τυφωθείς* (*τύφος*, fumus; fastus), pr. *fumum facio; nebulâ obduco;* non dicitur nisi metaph. 1) *superbum facio, fastu effero, insolentem reddo;* pass. *fastu s. superbia inflor*, 1 Tim. 3, 6. 2 Tim. 3, 4. (Strab. Joseph. Diog. L. al.) — 2) *fastu occaeco, stultum* s. *stupidum reddo;* ptcp. pf. *stolidus, stultus;* 1 Tim. 6, 4. (Dmsth. Arstot. Pol. Plut. al.)*

*τύφω* (*τύφος*, fumus), inde ab Hdt., *fumifico* (Plaut.), *fumum excito;* pass. *fumigo* (Vulg.), *fumo;* Mt. 12, 20.*

*τυφωνικός, ή, όν* (*τυφων*, typhon, turbo, ventus procellosus, germ. *Windsbraut*), *typhoni similis, procellosus; ἄνεμος*, Act. 27, 14.*

*Τύχικος, Tdf. Trg. Τυχικός* (de accentu v. *Lipsius* Grammat. Untersuchungen, p. 30), *ου, ὁ, Tychicus*, asiaticus Christianus, Pauli apost. amicus et socius; Act. 20, 4. Eph. 6, 21. Col. 4, 7. 2 Tim. 4, 12. Tit. 3, 12.*

*τυχόν*, v. in *τυγχάνω*.

# Υ.

*Ὑακίνθινος, η, ον* (*ὑάκινθος*), *hyacinthinus, hyacinthi colore* i. e. *rubro ad nigrum vergente* (Hesych. *ὑακίνθινον· ὑπομελανίζον*); Ap. 9, 17. (Hom. Theocr. Lcian. al.; LXX).*

*ὑάκινθος, ου, ὁ, hyacinthus*, nomen floris (Hom. et al. poët.; Theophr.), item gemmae ejusdem coloris, i. e. caerulei ac nigricantis (Philo, Jos. Galen. Heliod. al. Plin. h. n. 37, 9, 41); Ap. 21, 20.*

*ὑάλινος, η, ον* (*ὕαλος*, q. v.), in Corinnae frgm. et passim ap. Graecos inde ab Arstph., *vitreus s. pellucidus instar vitri;* Ap. 4, 6. 15, 2.*

*ὕαλος, ου, ὁ*, inde ab Hdt. (ap. hunc formâ *ὕελος*), 1) *quivis pellucidus vitroque similis lapis.* — 2) *vitrum;* Ap. 21, 18. 21.*

*ὑβρίζω*, aor. 1. *ὕβρισα*, ptcp. aor. 1. pass. *ὑβρισθείς*, fut. *ὑβρισθησομαι* (*ὕβρις*), inde ab Hom., 1) intrans. *insolens sum; insolentem, protervum, injurium me gero.* — 2) trans. *insolenter et contumeliose ago cum aliquo* (ita jam inde ab Hom.), *contumeliose tracto;* Mt. 22, 6. Lc. 18, 32. Act. 14, 5; de eo, qui maledicendo alicui injuriam affert, Lc. 11, 45.*

*ὕβρις, εως, ἡ* (ab *ὑπέρ*), inde ab Hom., LXX pro גָּאוֹן, גַּאֲוָה, זָדוֹן al. — *a*) *insolentia; protervia, petulantia. superbia, fastus.* — *b*) *injuria ex insolentia, ignominia s. contumelia, qua quis afficitur;* pr. plur. 2 Co. 12, 10. (Hesych. *ὕβρεις· τραύματα, ὀνείδη*); trop. *vexatio s. injuria, quam affert saevitia tempestatis;* Act. 27, 10. 21 (*τὴν ἀπὸ τῶν ὄμβρων ὕβριν*, Jos. antt. 3, 6, 4; *δείσασα θαλάττης ὕβριν*, Anthol. 7, 91, 3).*

*υβριστής, οῦ, ὁ* (*υβρίζω*), inde ab Hom., „*qui superbiâ tumens aut verborum contumeliâ alios obruit aut facti ignominiam iis ingerit*“ (*Fritzsche* Epist. ad Rom. T. I, p. 86); Ro. 1, 30. 1 Tim. 1, 13.*

*ὑγιαίνω*, (*ὑγιής*), inde ab Hdt., *sanus sum, valeo, bona valetudine utor;* pr. Lc. 5, 31. 7, 10. 15, 27; metaph. dic. aliquis *ὑγιαίνειν ἐν τῇ πίστει*, cujus de rebus christianis persuasioni nihil admixtum est quod a veritate abhorret, Tit. 1, 13; *τῇ πίστει, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ*, is qui has animi virtutes integras et incorruptas servat, Tit. 2, 2; *ἡ ὑγιαίνουσα διδασκαλία*, doctrina vera et incorrupta, 1 Tim. 1, 10. 2 Tim. 4, 3. Tit. 1, 9. 2, 1; item *λόγοι ὑγιαίνοντες* (Philo de Abrh. §. 38; opp. T. II, p. 32, 29). 1 Tim. 6, 3. 2 Tim. 1, 13 (*ὑγιαίνουσαι περὶ θεῶν δόξαι καὶ ἀληθεῖς*, Plut. de aud. poët. c. 4).*

*ὑγιής, ές*, acc. *υγιῆ* (quater in N. T., Jo. 5, 11. 15. 7, 23. Tit. 2, 8., pro quo Atticis usitatius est *ὑγιᾶ*), inde ab Hom., *sanus;* pr. de homine, qui corpore sanus est, Mt. 15, 31. Act. 4, 10; *γίνομαι*, Jo. 5, 4. 6. 9. 14; *ποιεῖν τινα ὑγιῆ* (Hdt. Xen. Plat. al.), restituere alicui sanitatem, Jo. 5, 11. 15. 7, 23; *ὑγιὴς ἀπό..*, sanus ideoque liberatus a.. (v. in *ἀπό*, p. 39, col. 1), Mc. 5, 34; de membris corporis,

Mt. 12, 13 (Mt. 3, 5. Lc. 6, 10 t. vulg.); metaph. *λόγος ὑγ.*, institutio sana, i. e. a veritate non aberrans (v. in *ὑγιαίνω*), Tit. 2, 8. (ap. Graecos saepe i. q. *salutaris*, *aptus*, *μῦθος*, Il. 8, 524; *λόγος οὐχ ὑγιής*, Hdt. 1, 8; alia exempla v. ap. *Passow* s. v.).*

**ὑγρός**, *ά*, *όν* (ab *ὕω*, madidum facio), inde ab Hom., *humidus*, *madidus*; opp. *ξηρός* (q. v.) *succi plenus*, *virens*; *ξύλον*, Lc. 23, 31 (pro רָטֹב, succosus, Job. 8, 16).*

**ὑδρία**, *ας*, *ἡ* (*ὕδωρ*), *vas ad aquam recipiendam aptum; aqualis; cadus*, *hydria;* Jo. 2, 6 s. 4, 28 (Arstph. Athen. al.; LXX pro כַּד).*

**ὑδροποτέω**, *ῶ* (*ὑδροπότης*), *aquam bibo;* 1 Tim. 5, 23 (Hdt. 1, 71. Xen. Plat. Lcian. Athen. al.; Ael. v. h. 2, 38).*

**ὑδρωπικός**, *ή*, *όν* (*ὕδρωψ*, hydrops, i. e. aqua intercus), *hydropicus*, *aqua intercute laborans;* Lc. 14, 2 (Hippcr. Pol. 13, 2, 6).*

**ὕδωρ** (*ὕω*), gen. *ὕδατος*, *τό*, inde ab Hom., hebr. מַיִם, *aqua;* de aquae copia, quae inest fluviis, Mt. 3, 16. Ap. 16, 12; puteis, Jo. 4, 7; fontibus, Jac. 3, 12. Ap. 8, 10. 16, 4; piscinis, Jo. 5, 3 s. 7; de aquis diluvii, 1 Pet. 3, 20. 2 Pet. 3, 6; de aqua, quibuscunque terrae receptaculis continetur, Ap. 8, 10 s. 11, 6; *ὁ ἄγγελος τῶν ὑδάτων*, 16, 5; de aqua elemento primo, ex quo et per quod mundus, qui ante diluvium erat, exstitit et constitit, 2 Pet. 3, 5; plur. *τὰ ὕδατα* de fluctibus lacus galilaei, Mt. 14, 28 s. (sic etiam singular. *τὸ ὕδωρ*, Lc. 8, 25); maris, Ap. 1, 15. 14, 2 (de quo utroque loco v. in *φωνή*); *πολλὰ ὕδατα*, multi fontes, Jo. 3, 23; per imaginem dic. de multis populis, Ap. 17, 1., ut a vate ipso explicatur vs. 15; cf. Nah. 2, 8; de aquae copia cum fluvio comparata, Ap. 12, 15; de quadam aquae copia haustae ad bibendum, Jo. 2, 7; *ποτήριον ὕδατος*, Mc. 9, 41; ad lavandum, Mt 27, 24. Lc. 7, 44. Jo. 13, 5. Heb. 10, 23; *τὸ λουτρὸν τοῦ ὕδατος*, de baptismo, Eph. 5, 26; *κεράμιον ὕδατος*, Mc. 14, 13. Lc. 22, 10; opponitur aqua aliis vel elementis vel humoribus, opp. *τῷ πνεύματι κ. πυρί*, Mt. 3, 11. Lc. 3, 16; *πνεύματι* soli, Jo. 1, 26. 31. 33. Act. 1, 5 (quibus omnibus locis aqua baptismi intelligitur); *τῷ πυρί* soli, Mt. 17, 15. Mc. 9. 22; *τῷ οἴνῳ*, Jo. 2, 9. 4, 46; *τῷ αἵματι*, Jo. 19, 34. Heb. 9, 19. 1 Jo. 5, 6. 8. — Allegorico dicendi usu *aquae* comparatur id quo animi recreantur ac servantur, *divina mens et veritas*, Jo. 4, 14 s. (*ὕδωρ σοφίας*, Sir. 15, 3); de dictionibus *ὕδωρ ζῶν*, *τὸ ὕδωρ τ. ζωῆς*, *ζῶσαι πηγαὶ ὑδάτων*, v. in *ζάω*, p. 188, col. 2, atque in *ζωή*, p. 191, col. 1 in fine.

**ὑετός**, *οῦ*, *ὁ* (*ὕω*, pluo), inde ab Hom. LXX pro גֶּשֶׁם et מָטָר, *pluvia;* Act. 14, 17. 28, 2. Heb. 6, 7. Jac. 5, 7 (q. l. *Lchm.* et *Tdf.* *ὑετόν* omittunt; v. de h. l. in *ὄψιμος* et *πρώϊμος*); vs. 18. Ap. 11, 6.*

**υἱοθεσία**, *ας*, *ἡ* (ab *υἱός* et *θέσις*, cf. *ὁροθεσία*, *νομοθεσία*, — ap. profanos inde a Pind. et Hdt. *θετὸς υἱός* s. *θετὸς παῖς*, filius adoptivus), *adoptio;* Vulg *adoptio filiorum;* Diog. L. 4, 53. Inscrr.; in N. T. ita dicitur *a*) necessitudo illa, quam deus sibi cum Israelitis prae ceteris gentibus intercedere voluerat (v. in *υἱὸς τοῦ θεοῦ*, n. 4); Ro. 9, 4. — *b*) natura et conditio verorum Christi cultorum, qui spiritu dei in animos recento filii dei (v. in *υἱὸς τοῦ θεοῦ*, n. 4) facti sunt; Ro. 8, 15. Gal. 4, 5. Eph. 1, 5., etiam beatissimum statum in vita post adspectabilem Christi e coelis reditionem futura sperandum complexura, unde *ἀπεκδέχεσθαι υἱοθεσίαν*, i. e. consummationem conditionis filiorum dei, qua palam apparebit eos esse filios dei, Ro. 8, 23 coll. vs. 19.*

**υἱός**, *οῦ*, *ὁ*, inde ab Hom., LXX pro בֵּן et chald. בַּר, *filius* (proles mas), 1) pr. *a*) raro de pullis animalium; Mt. 21, 5 (Ps. 28, 1. Sir. 38, 25); plerumque de prole hominum, et quidem sensu angustiore *is quem genuit pater*, *peperit mater*, Mt. 10, 37. Lc. 1, 13. Act. 7, 29. Gal. 4, 22 al.; *ὁ υἱός τινος*, Mt. 7, 9. Mc. 9, 17. Lc. 3, 2. Jo. 1, 43 et saepissime; ut ap. Graecos lectori supplendum relinquitur *υἱός*, ut *τὸν τοῦ Ζεβεδαίου*, Mt. 4, 21. Mc. 1, 19; pl. *υἱοί τινος*, Mt. 20, 20 s. Lc. 5, 10. Jo. 4, 12. Act. 2, 17. Heb. 11, 21 al.; add. epitheta *πρωτότοκος*, Mt. 1, 25. Lc. 2, 7; *μονογενής*, Lc. 7, 12; distinguuntur *οἱ υἱοί*, filii genuini, a *τοῖς νόθοις*, Heb. 12, 8; i. q. *τέκνον* addito *ἄρσην*, proles mascula, Ap. 12, 5; dic. de eo, qui pro filio haberi vel habendus dicitur, etsi proprie non est, Jo. 19, 26. Act. 7, 21. Heb. 11, 24; in blanda compellatione, Heb. 12, 5 e Prov. 3, 11 (v. in *τέκνον*). — *b*) sens. latiore (ut vocc. *θυγάτηρ*, *τέκνον*), *nepos*, *unus e posteris alicujus;* *τινός*, Mt. 1, 20; *ὁ υἱὸς Δαυΐδ*, de Messia, Mt. 22, 42. 45. Mc. 12, 35. 37. Lc. 20, 41. 44; de Jesu Messia, Mt. 9, 27. 12, 23. 15, 22. 20, 30 s. 21, 9. 15. Mc. 10, 47 s. Lc. 18, 38 s.; plur. *υἱοί τινος*, Mt. 23, 31. Heb. 7, 5; *υἱοὶ Ἰσραήλ*, Israëlitae, Mt. 27, 9. Act. 9, 15. 10, 36. 2 Co. 3, 7. 13. Heb. 11, 21 s. Ap. 2, 14. 7, 4. 21, 12 (v. in *Ἰσραήλ*); *υἱοὶ Ἀβραάμ* trop. appellantur qui fide in Christo posita Abrahamo sunt cognati, Gal. 3, 7. — 2) trop. et ex ingenio linguae hebraeae *υἱός* c. gen. pers. is, qui ab aliquo pendet eique obsequitur; *οἱ υἱοί* doctorum, *discipuli* (v. in *τέκνον*, b. *β*), Mt. 12, 27. Lc. 11, 19; *τοῦ πονηροῦ*, qui in sentiendo et agendo vi et impetu diaboli aguntur eique obsequuntur, Mt. 13, 38; *υἱὸς διαβόλου*, Act. 13, 10; c. gen. rei, is qui qualicunque necessitudine ab aliqua re pendet vel ad eam pertinet, *υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος* (v. in *νυμφών*), Mt. 9, 15. Mc. 2, 19. Lc. 5, 34 (*τῆς ἄκρας*, praesidiarii milites arcem occupatam tenentes, 1 Macc. 4, 2; in *Ossiani* carminibus: *filius collis* i. q. *venator; filius maris* i. q. *nauta;* cf. Jen. Lit. Zeit. 1836. Nr. 58. p. 462 s.); *τοῦ αἰῶνος τούτου*, ii quorum mores sunt hujus aevi, Lc. 16, 8. 20, 34; *τῆς ἀπειθείας*, i. q. *ἀπειθεῖς*, Eph. 2, 2. 5, 6. Col. 3, 6 (*ἀνομίας*, Ps. 88, 23; *τῆς ὑπερηφανίας*, 1 Macc. 2, 47); *βροντῆς*, qui tonitrua imitantur, tonantes (v. in *Βοανεργές*), Mc. 3, 17; *τοῦ φωτός*, evangelica veritate instituti eique addicti et obtemperantes, Lc. 16, 8. Jo. 12, 36; add. *καὶ τῆς ἡμέρας*, 1 Th. 5, 5; *τῆς ἀναστάσεως*, participes resurrectionis, Lc. 20, 36; *παρακλήσεως*, Act. 4, 36; is ad quem pertinet aliquid, *υἱοὶ τῶν προφητῶν κ. τῆς διαθήκης*, ad quos pertinent prophetarum et foederis promissa, Act. 3, 25; cui aliquid destinatum est, *υἱοὶ τῆς βασιλείας*, Mt. 8, 12. 13, 38; *τῆς ἀπωλείας*, Jo. 17, 12. 2 Th. 2, 3; qui aliquo dignus est, *γεέννης*, Mt. 23, 15; *εἰρήνης*, Lc. 10, 6. (*θανάτου*, 1 Sam. 20, 31. 2 Sam. 12, 5; בֶּן הַכּוֹת, LXX *ἄξιος πληγῶν*, Deut. 25, 2).

**υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου**, LXX pro בֶּן אָדָם, chald. בַּר אֱנָשׁ, *filius hominis;* est 1) pr. periphrasis notionis de homine, potissimum poëtis V. Ti. usitata, cui plerumque injungitur imbecillitatis et mortalitatis notio, Num. 23, 19. Job. 16, 21. 25, 6. Ps. 8, 5. Jes. 51, 12. Sir. 17, 25 al.; saepe ap. Ezechielem, ubi eo nomine deus prophetam compellat, 2, 1. 3. 3, 1 al.; plur. בְּנֵי הָאָדָם (quia vox אָדָם plurali numero caret), *υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων*, Gen. 11, 5. 1 Sam. 26, 19. Ps. 11, 4. Prov. 8, 31 al.; ita in N. T. Mc. 3, 28. Eph. 3, 5. (Sap. 9, 6); singul. *ὅμοιος υἱῷ ἀνθρ.*, de Christo in viso apocalyptico, Ap. 1, 13. 14, 14 (e Dan. 7, 13). — 2) Apud Dan. 7, 13. s. coll. vs. 18. 22. 27 nomine *filii hominis* (בַּר אֱנָשׁ) symbolice *regnum* universale quintum idemque *messianum* indicatur eoque modo *humanitas* ejus significatur barbariei et ferociae quatuor antecedentium

regnorum, babylonici, medici, persici, macedonici, bestiarum imaginibus adumbratorum (vs. 2 ss.) opposita. Sed in libro Henochi (sub finem sec. II. ante Chr. scripto) nomen *filii hominis* de *persona* Messiae usurpatur: 46, 2 s. 48, 2. 62, 7. 9. 14. 63, 11. 69, 26 s. 70, 1. 71, 17. (Capita autem, in quibus nomen obvenit, si non primo libri auctori (id quod *Ewald* ac *Dillmann* judicant), tamen *judaico* scriptori (cf. *Schürer* Ntl. Zeitgesch. p. 534 s.), nequaquam (quod *Hilgenfeldo*, *Volcmaro*, *Keimio* al. visum est), *christiano* interpolatori debentur.) In oratione Judaeorum ap. Jo. 12, 34 nomina τοῦ Χριστοῦ et υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ut synonyma alternant. — 3) Nomine τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου Jesus ap. Mt. 8, 20. 9, 6. 10, 23. 11, 19. 12, 8. 32. 40. 13, 37. 41. 16, 13. 27 s. 17, 9. 12, 22. (18, 11 t. vulg. *Grsb.*) 19, 28. 20, 18. 28. 24, 27. 30. 37. 39. 44. 24, 30 (bis) 25, (vs. 13 t. vulg.) 31. 26, 2. 24. 45. 64. Mc. 2, 10. 28. 8, 31. 38. 9, 9. 12. 31. 10, 33. 45. 13, 26. 14, 21. 41. 62. Lc. 5, 24. 6, 5. 22. 7, 34. 9, 22. 26. 44. (vs. 56 t. vulg.) 58. 11, 30. 12, 8. 10. 40. 17, 22. 24. 26. 30. 18, 8. 31. 19, 10. 21, 27. 36. 22. 22. 48. 69. 24, 7. Jo. 1, 52. 3, 13 s. 6, 27. 53. 62. 8, 28. 12, 23. 34. 13, 31 (semel sine articulo, Jo. 5, 27) de se utitur (tertiâ de se loquens personâ), sine dubio ut (ad Dan. 7, 13 s., non autem, quod nonnullis videtur, ad Ps. 8, 5 respiciens) ita messianam suam dignitatem indicaret (ut patet e locis: ὄψεσθε τ. υἱ. τ. ἀνθρ. - - ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, Mt. 26, 64. Mc. 14, 62 coll. Dan. 7, 13; τὸν υἱ. τ. ἀνθρ. ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, Mt. 16, 28; ὅταν καθίσῃ ὁ υἱ. τ. ἀνθρ. ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, Mt. 19, 28), tum vero (ut saltem e Mc. 2, 28 videtur, ubi ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου nomini τοῦ ἀνθρώπου bis praecendenti magna vi opponitur) ut significaret se generis humani principem, hominem κατ' ἐξοχὴν dicendum, qui et perfecti hominis exemplum referret et totius generis humani causam ageret. Nomen prae ceteris messianis Christo placuisse videtur, quia minus splendidum omnium minime terrestri de Messia spei alendae inserviebat. Nominis apostolico aevo de Jesu usurpati vestigia non exstant nisi in orationibus Stephani Act. 7, 56 et Jacobi, fratris Jesu, in Hegesippi fragm. ap. Eus. h. e. 2, 23. 13.; utroque loco ex recordatione effati Jesu ap. Mt. 26, 64 (adde ex apostolicis patribus Ignat. ad Ephes. 20: ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ κατὰ σάρκα ἐκ γένους Δαυΐδ, τῷ υἱῷ ἀνθρώπου καὶ υἱῷ θεοῦ), sine dubio propterea quod divinâ naturâ et coelesti majestate Christi non satis dignum videbatur, unde Barn. epist. 12 haec legimus: Ἰησοῦς οὐχ υἱὸς ἀνθρώπου (i. e. Josua V. Ti.), ἀλλ' υἱὸς τοῦ θεοῦ. — Cf. prae aliis *Holtzmann* üb. d. ntl. Ausdruck Menschensohn, in Zeitschr. f. wissensch. Theol., 1862. 2 H. *Keim* II, p. 65 ss.*

υἱὸς τοῦ θεοῦ, *filius dei;* 1) *physico* sensu varia notione; is qui non ab hominibus genitus, sed *creatus ab ipso deo est*, hominum primus, Adamus, Lc. 3, 38; Jesus, qui non interveniente patre humano a spiritu sancto genitus sit, 1, 35; ethnico sensu in dicto romani centurionis de Jesu, *semideus* s. *heros*, Mt. 27, 54. Mc. 15, 39. — 2) *metaphysico* sensu varia notione; plur. homines, qui etsi ab hominibus geniti tamen non potuerunt exsistere sine dei, primi omnium rerum auctoris, voluntate, Heb. 2, 10 coll. vs. 11. 13; homines post resurrectionem immortalis vitae participes indeque deo cognatiores facti, Lc. 20, 36; angeli ut naturae hominibus superiores deoque cognatiores, Deut. 32, 43; pro בְּנֵי אֱלֹהִים LXX Gen. 6, 2. 4. Ps. 28, 1. 38, 7 (id quod Job. 1, 6. 2, 1. 38 vertitur ἄγγελοι θεοῦ); eminentissime ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ dic. Jesus Christus secundum naturam hominibus superiorem et a deo proximam, Ro. 1, 4. 8, 3. Gal. 4, 4 et maxime in epist. ad Hebr., 1, 1. 5. 8. 3, 6. 4, 14. 5, 5. 8. 6, 6. 7, 3. 28. 10, 29. — 3) *theocratico* sensu: reges et magistratus ut dei summi rerum gubernatoris vice fungentes. 2 Sam. 7, 14. Ps. 2, 7; υἱοὶ ὑψίστου, Ps. 81, 6; πρωτότοκος (sc. τοῦ θεοῦ), de Israelitarum rege, 89, 28. E locis Ps. 2, 7 et 2 Sam. 7, 14 Judaei Messiam κατ' ἐξοχὴν appellabant τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ut supremum dei vicarium et ad munus administrandum totâ spiritus s. copiâ, i. e. ut neminem hominum divinis viribus instructum, Henoch. 105, 2; in N. T. in dictis diaboli de Jesu, Mt. 4, 3. 6. Lc. 4, 3. 9; in dictis, quibus Jesus ab aliis eo nomine compellatur, Mt. 8, 29. 14, 33. 27, 40. 43. Mc. 3, 11. 5, 7. Lc. 4, 41. 8, 28. 22, 70. Jo. 19, 7. Act. (8, 37 t. vulg.) 9, 20. 13, 33; υἱὸς τοῦ ὑψίστου, Lc. 1, 32; in ipsius Jesu de se effatis, Mt. 28, 19. Jo. 9, 35. 10, 36 coll. Mt. 21, 37 s. Mc. 12, 6; praeterea Ap. 2, 18; ὁ υἱ. τ. θ., ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ, Jo. 1, 50; ὁ Χριστὸς ὁ υἱ. τ. θ., Mt. 26, 63. Jo. 11, 27; Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱ. τ. θ., Mc. 1, 1; ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ, Mc. 14, 61; adjuncta *ethica*, notione ejus, qui intima dei familiaritate utatur: ὁ Χριστὸς ὁ υἱ. τ. θ. ζῶντος, Mt. 16, 16 et in t. vulg. Jo. 6, 69; in solennibus dei de Jesu effatis: ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, Mt. 3, 17. 17, 5. Mc. 1, 11. 9, 7. Lc. 3, 22. 9, 35. 2 Pet. 1, 17. coll. Mt. 2, 15. — 4) *ethico* sensu maxime variis notionibus; *ii quos deus filiorum loco habet*, quos prae ceteris diligit, tutatur, beneficiis afficit; ita Israelitae Deut. 14, 1. Sap. 12, 19 ss. 18, 4; υἱοὶ καὶ θυγατέρες τοῦ θεοῦ, Jes. 43, 6. Sap. 9, 7; πρωτότοκος τοῦ θεοῦ, Ex. 4, 22; in N. T. Christiani, Ro. 9, 26. Ap. 21, 7; *ii quorum mores deus ut pater amore ductus castigando format*, Heb. 12, 5—8; *ii qui deum ut patrem colunt*, pii cultores dei, Sap. 2, 13. 18; *ii qui moribus et factis dei referunt similitudinem*, Sir. 4, 10 (υἱοὶ ὑψίστου); Mt. 5, 9. 45; υἱοὶ ὑψίστου, Lc. 6, 35; υἱοὶ κ. θυγατέρες, de Christianis, 2 Co. 6, 18; *ii qui aguntur spiritu dei*, Ro. 8, 14 (ὅσοι πνεύματι θεοῦ ἄγονται, οὗτοι υἱοί εἰσι τοῦ θεοῦ), eandem in deo laetam ac tranquillam fiduciam ponunt ac liberi in parentibus, 8, 14 ss. Gal. 3, 26. 4, 6 s., atque olim beatissimo et glorioso vitae aeternae statu hanc filiorum dei dignitatem palam prodituri sunt, Ro. 8, 19 (ἀποκάλυψις τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ) coll. 1 Jo. 3, 2 (v. in τέκνον); eminentissime *Jesus, ut qui summo dei amore gaudeat intimaque familiaritate ei conjunctus et consiliorum ejus salutarium gnarissimus in omnibus quae agit, patris voluntati obsequatur*, Mt. 11, 27. Lc. 10, 22. Jo. 3, 35 s. 5, 19 s. Quae ethica significatio in plerisque joanneis et paulinis locis cum metaphysica et theocratica notione ita coalescit, ut quaenam harum notionum singulis in locis praevaleat, discernere saepe difficillimum sit: Jo. 1, 34. 3, 17. 5, 21—23. 25 s. 6, 40. 8, 35 s. 11, 4. 14, 13. 17, 1. 1 Jo. 1, 3. 7. 2, 22—24. 3, 8. 23. 4, 10. 14 s. 5, 5. 9—13. 20. 2 Jo. 3. 9. Ro. 1, 3. 9. 5, 10. 8, 3. 29. 32. 1 Co. 1, 9. 15, 28. 2 Co. 1, 19. Gal. 1, 16. 2, 20. Eph. 4, 13. 1 Th. 1, 10; ὁ υἱὸς τῆς ἀγάπης αὐτοῦ (dei), Col. 1, 13; ὁ Χριστὸς ὁ υἱ. τ. θ., Jo. 20, 31; ὁ μονογενὴς υἱ. τ. θ., Jo. 1, 18. 3, 18; ὁ υἱ. τ. θ. ὁ μονογ., 3, 16. 1 Jo. 4, 9 (v. in μονογενής). Vix dubitari potest, quin sanctissima eximii discriminis, quo Christus ab iis distat, qui ejus beneficio ad naturam et dignitatem filiorum dei evecti sunt, verecundia Joannem moverit, ut Christianos semper τέκνα τοῦ θεοῦ, non ut Paulus promiscue υἱοὺς et τέκνα τοῦ θεοῦ appellaret, qua

eadem verecundia ductus *Lutherus* plur. *υἱοὺς τοῦ θεοῦ* ubique *Kinder Gottes* vertit. — In Pauli epp. 2 Th. Philem. Philipp., epp. pastoralibus, 1 Petr. et Jacobi ep. appellatio non habetur.*

*ὕλη, ης, ἡ, silva; materia in silvis caedua;* Jac. 3, 5 (inde ab Hom., LXX).*

*ὑμεῖς*, v. in *σύ*.

*Ὑμέναιος, ου, ὁ* (*Ὑμήν, ένος, ὁ*, nuptiarum deus), *Hymenaeus*, haereticus ex adversariis Pauli apost.; 1 Tim. 1, 20. 2 Tim. 2, 17.*

*ὑμέτερος, έρα, ερον* (*ὑμεῖς*), *vester, stra, strum; a) quod vobis est; quod possidetis;* c. substantivis, Jo. 8, 17. 2 Co. 8, 8. Gal. 6, 13; neutr. *τὸ ὑμ.* substantive opp. *τὸ ἀλλότριον*, Lc. 16, 12. — *b) quod vobis obtingit vel obtigit; ὑμ. σωτηρία*, Act. 27, 34; *τὸ ὑμ. ἔλεος*, Ro. 11, 31; *ὁ καιρὸς ὁ ὑμέτ.*, tempus vobis statutum, opportunum, Jo. 7, 6; in loco praedicati, *ὑμετέρα ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ*, Lc. 6, 20. — *c) a vobis proficiscens; τὸν ὑμέτ.* sc. *λόγον*, Jo. 15, 20. — *d*) objective (v. in *ἐμός*), *ὑμετέρα καύχησις*, gloriatio de vobis. 1 Co. 15, 31.

*ὑμνέω, ῶ*, impf. *ὕμνουν*, fut. *ὑμνήσω*, ptcp. aor. 1. *ὑμνήσας* (*ὕμνος*), inde ab Hesiodo, LXX passim pro הִלֵּל, הוֹדָה, הֵשִׁיר, זִמֵּר, 1) trans. *laudibus (carmine) celebro; τινά*, Act. 16, 25. Heb. 2. 12. 2) intrans. *hymnum dico; carmen cano;* Mt. 26, 30. Mc. 14, 26. (quo utroque loco de cantu hymnorum paschalium; hymni paschales erant Ps. 113—118. et Ps. 136., quos Judaei appellant *Hallel magnum*); Ps. 65, 13. 1 Macc. 13, 47.

*ὕμνος, ου, ὁ*, ap. Graecos inde ab Hom., *carmen, quo deorum, heroum, victorum*, in sacro cod. *dei laudes celebrantur; carmen sacrum;* plur. Eph. 5, 19. Col. 3, 16 (1 Macc. 4, 33. 2 Macc. 1, 30. 10, 7 al.; de psalmis Davidis Jos. antt. 7, 12, 3 pro תְּהִלָּה, Ps. 40, 4. 65, 2; pro שִׁיר, Jes. 42, 10.)*

ὕστερος, α, ον, *posterior, posterus, subsequens;* ἐν ὑστέροις καιροῖς, 1 Tim. 4, 1; ὁ ὕστ. i. q. *secundus,* Mt. 21, 31 *Lchm. Trg.;* sed cf. *Fritzschium* et *Meyeri* not. crit. ad l. — Neutr. ὕστερον, inde ab Hom., adverbialiter, *postea, posthac, serius, postremo,* dic. et de breviore et de longiore temporis spatio; Mt. 4, 2. 21, 29. 32. 37. 25, 11. 26, 60. Mc. 16, 14. (Lc. 4, 2 t. vulg. *Grsb.*) Jo. 13, 36. Heb. 12, 11; c. genitivo *post aliquem,* Mt. 22, 27. Lc. 20, 32.*

ὑφαίνω, inde ab Hom., LXX pro אָרַג, *texo;* Lc. 12, 27 *Tdf.**

ὑφαντός, ή, όν (ὑφαίνω, q. v.), inde ab Hom., *textus, contextus;* Jo. 19, 23 (pro אָרַג, Ex. 36, 30. 39, 22; pro חָשַׁב, Ex. 26, 31 al.)*

ὑψηλός, ή, όν (ὕψι, alte, ὕψος), *altus; excelsus; a)* pr. de loco; ὄρος, Mt. 4, 8. 17, 1. Mc. 9, 2. (Lc. 4, 5 t. vulg. *Grsb.*) Ap. 21, 10; τεῖχος, Ap. 21, 12; neutr. τὰ ὑψηλά (*die Himmelshöhen;* LXX pro מָרוֹם, Ps. 93, 4. 113, 5. Jes. 33, 5. 57, 15), coelum, Heb. 1, 3; *in altum elatus;* ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν, de Christo ad dextram dei sublato, Heb. 7, 26 (coll. Eph. 4, 10); μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ (*mit hochgeschwungenem Arm*), i. e. potentissime, Act. 13, 17 (LXX saepe ἐν βραχίονι ὑψηλῷ pro בִּזְרוֹעַ נְטוּיָה velut Ex. 6, 6. Deut. 5, 15). — *b)* metaph. *eximius, insignis;* de auctoritate et honore, Lc. 16, 15; ὑψηλὰ φρονεῖν, excelsa (ut honores, opes) petere, ad alta tendere, Ro. 12, 16; praeterea 11, 20 *Tdf. Trg.;* 1 Tim. 6, 17 *Tdf.* (Lcian. Icaromen. 11. Hermot. 5).*

ὑψηλοφρονέω, ῶ (ὑψηλόφρων, et hoc ex ὑψηλός et φρήν), *alta spiro, superbio;* Ro. 11, 20. 1 Tim. 6, 17 (Schol. ad Pind. pyth. 2, 91). Graecis usitatius est μεγαλοφρονεῖν.*

ὕψιστος, η, ον (superl. ab ὕψι, alte), inter Graecos maxime ap. poetas, *altissimus, supremus; a)* de loco; neutr. τὰ ὕψιστα (LXX pro מְרוֹמִים), regiones altissimae, i. e. coelum (v. in ὑψηλός), Mt. 21, 9. Mc. 11, 10. Lc. 2, 14. 19, 38. Job. 16, 19. Jes. 57, 15.) — *b)* de dignitate; de deo, ὁ θεὸς ὁ ὕψιστος, summum numen, Mc. 5, 7. Lc. 8, 28. Act. 16, 17. Heb. 7, 1; et simpliciter ὁ ὕψιστος, Act. 7, 48; et sine articulo (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 78), Lc. 1, 32. 35. 76. 6. 35 et persaepe in libro Siracidae (hebr. עֶלְיוֹן, אֵל עֶלְיוֹן, אֱלֹהִים עֶלְיוֹן, יְהוָה עֶלְיוֹן; Ζεὺς ὕψιστος, Pind. nem. 1, 90. 11, 2. Aeschl. Eum. 28).*

ὕψος, ους, τό, inde ab Aeschl. et Hdt., LXX pro מָרוֹם, קוֹמָה, גֹּבַהּ al., *sublimitas, altitudo;* pr. de mensura, Eph. 3, 18. Ap. 21, 16; de loco, coelum, Eph. 4, 8 (e Ps. 68, 19); Lc. 1, 78. 24, 49; metaph. *dignitas, excelsa conditio;* Jac. 1, 9 (Job. 5, 11. 1 Macc. 1, 40. 10, 24; ὕψος ἀρετῆς, Plut. Popl. 6).*

ὑψόω, ῶ, f. ώσω, aor. 1. ὕψωσα, aor. 1. pass. ὑψώθην, fut. 1. pass. ὑψωθήσομαι (ὕψος). LXX saepissime pro רוּם, praeterea pro גָּבַהּ, נָשָׂא, גָּדַל al., *in altum tollo, extollo;* Vulg. *exalto;* τινά s. τί, pr. de loco, Jo. 3, 14; dic. de Jesu in cruce suspendendo, Jo. 3, 14. 8. 28. 12, 34; add. ἐκ τῆς γῆς, crucis supplicio e terra removere (ὑψοῦν τινι sq. ἐκ, Ps. 9, 13), vs. 32 (de extollendo in crucem ipse evangelista verbum interpretatur 12, 32; sed si locos 8, 28. 12, 32 contuleris ac diligenter expenderis, verisimillimum putabis, Jesum de coelesti majestate, ad quam exantlato supplicio evehendus esset [12, 23 ss. 13, 31 ss. Lc. 24, 26], dixisse atque aramaeo sermone verbo רוּם usum esse, cujus ambiguitas interpretationem de tollendo se in crucem permittebat; cf. *Bleek* Beiträge zur Evangelienkritik p. 231); τινὰ ἕως τοῦ οὐρανοῦ (opp. καταβιβάζειν ἕως ᾅδου), metaph., *ad summum opulentiae et fortunae fastigium aliquem evehere,* pass. Mt. 11, 23. Lc. 10, 15; simpliciter, τινά, *eveho aliquem ad dignitatem, honores, felicitatem* (opp. ταπεινῶ), Lc. 1, 52. Act. 13, 17; ad eum animi statum, qui esse debet christiani hominis, 2 Co. 11, 7; augeo animum christianae salutis beneficio, Jac. 4, 10. 1 Pet. 5, 6; ἐμαυτόν, opp. ταπεινῶ, *me effero* (fastu ac vana superbia), Mt. 23, 12. Lc. 14, 11. 18, 14; in iisdem locis pass. ὑψωθήσεται, honore afficietur; propria et tropica notione coalescente deus Christum dic. ὑψῶσαι τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, Act. 5, 31; pass. 2, 33, qua in phrasi dativus ad graeci sermonis usum aestimatus vix aliud quid significat quam *dextrae* i. e. *potentiae suae adminiculo;* sententiam vero si spectaveris nihil nisi *ad dextram dei* denotare potest, unde eorum opinio verisimillima est, qui petrinas orationes phrasin exhibentes ex aramaeo archetypo, in quo לִימִין legebatur, petitas existimant; cf. *Bleek* Einleitung in das N. T. p. 346 ed. I.*

ὕψωμα, τος, τό (ὑψόω), *id quod elatum est, excelsum;* pr. de spatio, opp. βάθος, Ro. 8, 39 (τοῦ ἀέρος, Philo de praem. et poen. §. 1; ὅταν ὕψωμα λάβῃ μέγιστον ὁ ἥλιος, Plut. mor. p. 782); speciat. *vallum exstructum, propugnaculum,* 2 Co. 10, 5.*

# Φ.

Φάγος, ου, ὁ (ab ἔφαγον), *homo edax, comedo, phago* (est substantivum ac differt a φαγός, quod est adjectivum, ut φυγός, φειδός, cf. *Fritzsche* ad Mc. p. 790 ss. coll. *Lipsius* Gramm. Untersuch. p. 28. *Win.* p. 91.); jung. c. οἰνοπότης, Mt. 11, 19. Lc. 7, 34.*

φάγω, v. in ἐσθίω.

φαιλόνης (ita *Erasm.* et *Steph.*) s. φελόνης (c. plerisq. codd., etiam sin. *Elzev. Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*), per metathesin pro usitatiore φαινόλης (quod habetur ap. Artem. 2, 3. 5, 29. Poll. 7, 13, 61. Athen. 3, p. 97), ου, ὁ, lat. *paenula,* pallium eum qui utitur a tempestatis injuria tutum praestans; 2 Tim. 4, 13., ubi alii perperam thecam recipiendis libris aptam, capsulam librariam intelligunt, ut jam Syrus ܒܝܬ ܟܬܒܐ.*

φαίνω, f. φανῶ, aor. 2. pass. ἐφάνην, fut. 2. pass. φανήσομαι et (1 Pet. 4, 18) φανοῦμαι (cf. *Kühner* I, p. 923), (φάω), ap. Graecos inde ab Hom., *in lucem edo, lucere facio; ostendo;* — in sacro cod. 1) activum intrans. *luceo, lucem spargo* (quam notionem Graeci exprimunt passivo), LXX pro הֵאִיר, τὸ φῶς φαίνει, Jo. 1, 5. 1 Jo. 2, 8; ὁ λύχνος, Jo. 5, 35. 2 Pet. 1, 19 (1 Macc. 4, 50. Gen. 1, 17); ὁ ἥλιος, Ap. 1, 16; ὁ ἥλ. καὶ ἡ σελήνη, 21, 23; ἡ ἡμέρα, 8, 12 t. vulg. *Grsb.* — 2) pass. *a) luceo, splendeo, mico;* ἡ ἡμέρα, Ap. 8, 12 *Lchm. Tdf. Trg.;* ὡς φωστῆρες, Phil. 2, 15; ὁ ἀστήρ, Mt. 2, 7; ἡ ἀστραπή, 24, 27. — *b) conspicuus fio, in lucem proferor, in conspectum prodeo, appareo,* Mt. 24, 30; opp. ἀφανίζεσθαι, Jac. 4. 14; de apparentibus angelis, τινί, Mt. 1, 20. 2, 13. 19 (2 Macc. 3, 33. 10. 29. 11, 8; de deo Jos. antt. 7, 7, 3; de eodem pro נִקְרָה, Num. 23, 3); de redivivis, Lc. 9, 8; τινί, Mc. 16, 9; de segete, *in lucem prodeo,* Mt. 13, 26; univ. *in conspectum cado,* φαινόμενα, Heb. 11, 3; imperson. φαίνεται, *visum obfertur;* οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως ἐν τῷ Ἰσραήλ, numquam tali (i. e. tam insigni) modo visum oblatum est inter Israelitas, Mt. 9, 33. — *c) in oculos incurro, clarus fio,* c. nominativo praedicati (*erscheinen, sich zeigen als - -*); Mt. 6,

16. 18, 23, 27 s. 2 Co. 13, 7; *ἵνα* (sc. *η αμαρτία*) *φανῇ ἁμαρτία* (= *ἁμαρτωλός*), Ro. 7, 13; add. dat. pers. Mt. 6, 5 (sc. *προςευχόμενοι*); *conspicior; ὁ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται*; i. e. nusquam conspicietur? i. e. peribit, 1 Pet. 4, 18. — *d*) de mente et judicio, *videor, judicor; τί ὑμῖν φαίνεται*, Mc. 14, 64 (3 Esr. 2, 19); *ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆροι*, Lc. 24, 11.*

*Φαλέκ*, ὁ, *Phaleg* (פֶּלֶג, divisio), filius Heberis (Gen. 10, 25); Lc. 3, 35.*

*φανερός, ά, όν* (*φαίνομαι*), inde ab Hdt., *manifestus, conspicuus, notus* (opp. *κρυπτός* et *ἀπόκρυφος*); Gal. 5, 19; *ἐν πᾶσιν*, inter omnes, 1 Tim. 4, 15; *ἐν αὐτοῖς*, in eorum animis, Ro. 1, 19; *τινί*, dat. pers., manifestus alicui, de eo, qui innotuit. Act. 4, 16. 7, 13; *φανερὸν γίνεσθαι*, Mc. 6, 14. 1 Co. 3, 13. 14, 25; *ἐν ὑμῖν*, inter vos, 1 Co. 11, 19; *ἐν* c. dat. loci, Phil. 1, 13; *φανερὸν ποιεῖν τινα*, indicare quis qualisque sit aliquis, Mt. 12, 16. Mc. 3, 12; *εἰς φανερὸν ἐλθεῖν*, in publicam lucem venire, Mc. 4, 22. Lc. 8, 17; *ἐν τῷ φανερῷ*, in publico, palam (opp. *ἐν τῷ κρυπτῷ*), Mt. 6, 4. 6 t. vulg. *Grsb.*; Ro. 2, 28. — *qui clare cognosci potest* (*kenntlich*), *ἐν* c. dat. rei, in aliquo, per aliquid (*an etwas*), 1 Jo. 3, 10.*

*φανερόω, ῶ*, f. *ώσω*, aor. 1. *ἐφανέρωσα*, pf. pass. *πεφανέρωμαι*, aor. 1. pass. *ἐφανερώθην*, fut. 1. pass. *φανερωθήσομαι* (*φανερός*), id quod occultum vel ignotum fuit, *manifestum s. conspicuum s. notum reddo, manifesto* s. dictis s. rebus s. quocunque alio modo; *a*) c. acc. rei; pass. Mc. 4, 22. Eph. 5, 13. Ap. 3, 18; *τὰ ἔργα τινός*, pass. Jo. 3, 21; add. *ἔν τινι* (*an einem*), 9, 3; *τὴν δόξαν αὐτοῦ*, de Christo, 2, 11; sc. *τὴν γνῶσιν*, 2 Co. 11, 6 *Lchm. Tdf. Trg.*; *τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν*, de deo judice, 1 Co. 4, 5; *τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ*, 2 Co. 2, 14; *τὴν σπουδὴν ὑμῶν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ*, pass. 7, 12; *τὴν ζωὴν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι, ἐν τῇ θνητῇ σαρκί*, pass. 4, 10 s.; *χάρις τοῦ θεοῦ φανερωθεῖσα διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Χριστοῦ*, 2 Tim. 1, 10; passiv. dic. de eo, quod nondum erat, sed nunc *exsistit et conspicuum redditur*, 1 Jo. 3, 2 (ubi nos *verwirklicht werden, in die Erscheinung treten*); *ὁδός* („iter per alpes patefieri volebat", Caes. b. gall. 3, 1), Heb. 9, 8; patefacere aliquid adventu, vita, morte, resurrectione Jesu Christi, *τὸ μυστήριον*, pass. Ro. 16, 26; add. *τοῖς ἁγίοις*, Col. 1, 26; *docendo notum facio, τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις*, Jo. 17, 6; *τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ*, Col. 4, 4; *τὸν λόγον αὐτοῦ*, de deo per evangelii praecones instituente, Tit. 1, 3; *τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ αὐτοῖς*, de deo gentiles opificiis naturae de se docente, Ro. 1, 19; pass. *δικαιοσύνη θεοῦ* (quae ex evangelio innotescat), Ro. 3, 21; pass. *manifestus fio, innotesco, ἐν τούτῳ* sc. *ὅτι* .., per hoc (*daran*), quod .., 1 Jo. 4, 9; *τὰ δικαιώματα τοῦ θεοῦ*, Ap. 15, 4. — *b*) c. accus. personae; *conspiciendum praebeo, conspicuum reddo, ostendo aliquem; ἑαυτὸν τῷ κόσμῳ*, de Christo ex abditis Galilaeae Hierosolymis in publicam lucem prodeunte, Jo. 7, 4; *τοῖς μαθηταῖς*, de Christo redivivo, 21, 1; pass. *conspicuus reddor, me ostendo, appareo; ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ*, 2 Co. 5, 10; de Christo e mortuis redivivo, *τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ*, Jo. 21, 14. Mc. 16, 14; add. *ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ*, Mc. 16, 12 (absol. *φανερωθείς*, Barn. ep. 15, 9); de Christo ante in coelis abdito sed post incarnationem homine inter homines in terris conspicuo facto, Heb. 9, 26 (opp. *δεύτερον ὀφθήσεσθαι*, de futuro ejus e coelis reditu, vs. 28); 1 Pet. 1, 20. 1 Jo. 3, 5. 8; add. *ἐν σαρκί*, 1 Tim. 3, 16. Barn. 5, 9; *ἡ ζωή* (vita in Christo conspicua; copia et fons vitae) *ἐφανερώθη*, 1 Jo. 1, 2; de Christo nunc in coelis abdito sed olim inde redituro et in conspectum venturo, Col. 3, 4 (coll. vs. 3); 1 Pet. 5, 4. 1 Jo. 2, 28; de Christianis post servatoris reditum *ἐν δόξῃ*, i. e. splendido in statu apparituris, Col. 3, 4. — Pass. *innotesco, clare cognoscor, intelligitur de me;* quis qualisque sim, *τινί*, Jo. 1, 31; qualis sim, *τῷ θεῷ*, 2 Co. 5, 11; *ἐν ταῖς συνειδήσεσιν ὑμῶν*, ibid.; *φανεροῦμαι* sq. *ὅτι*, 2 Co. 3, 3. 1 Jo. 2. 19; *ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς*, quovis modo (tales quales simus) spectati inter omnes adversus vos 2 Co. 11, 6. (Hdt. Dion. H. Dio C. Joseph.)*

*φανερῶς* (v. in *φανερός*), adv., *manifesto;* i. e. *a*) *perspicue, clare; ἰδεῖν τινα*, Act. 10, 3. — *b*) *palam;* Mc. 1, 45; opp. *ἐν κρυπτῷ*, Jo. 7, 10.*

*φανέρωσις, εως, ἡ* (*φανερόω*), *manifestatio*; c. genit. objecti, 1 Co. 12, 7. 2 Co. 4, 2. (script. eccles.; Hesych.)*

*φανός, οῦ, ὁ* (*φαίνω*), *fax, taeda;* Jo. 18, 3 (Arstph. Xen. Dion. H. Plut. al.).*

*Φανουήλ* (פְּנוּאֵל, *πρόςωπον θεοῦ*), *Phanuel*, pater Annae prophetissae; Lc. 2, 36.*

*φαντάζω* (*φαίνω*), inde ab Aeschl. et Hdt., *conspicuum facio, oculis objicio, ostendo; τὸ φανταζόμενον, visum, spectaculum;* Heb. 12, 21.

*φαντασία, ας, ἡ, ostentatio, splendidus apparatus, pompa;* Act. 25, 23 (Polyb. 15, 25, 5 al.*

*φάντασμα, τος, τό* (*φαντάζω*), *visum;* speciat. *spectrum*; Mt. 14, 26. Mc. 6, 49. (Aeschl. Eur. Plat. Dion. H. Plut. al.; Sap. 17, 14.)*

*φάραγξ, αγγος, ἡ*, vallis rupibus abruptisque montibus coarctata; *confragosa vallis*, Lc. 3, 5 (Alcm. Eur. Thuc. Dem. Polyb. al.; LXX).*

*Φαραώ* (פַּרְעֹה, ap. Jos. antt. 2, 13 et 14. *Φαραώθης*), *Pharaō*, nomen appelativum antiquorum Aegypti regum (*ὁ φαραὼν κατ' Αἰγυπτίους βασιλέα σημαίνει*, Jos. antt. 8, 6, 2); Act. 7, 13. 21. Ro. 9, 17. Heb. 11, 24; *Φαραω*, add. appositione *βασιλέως Αἰγύπτου* (quasi *Φαραώ* esset nomen proprium, ut nonnumquam in V. T. פַּרְעֹה מֶלֶךְ מִצְרַיִם, 1 Reg. 3, 1. 9, 16. 2 Reg. 17, 1. Jes. 36, 6 al.; 3 Esr. 1, 25), Act. 7, 10. Cf. *Vaihinger* in *Herzog* Enc. 11, p. 490 ss.*

*Φαρές*, ὁ (פֶּרֶץ, ruptura, Gen. 38, 29), *Phares*, filius Judae, quem ex Thamare nuru sua suscepit; Mt. 1, 3. Lc. 3, 32.*

*Φαρισαῖος, ου, ὁ, Pharisaeus*, e secta Pharisaeorum (syr. ܦܪܝܫܐ, rabb. פְּרוּשִׁין, a פָּרַשׁ, *separavit*, quia vitam agebant a communi consuetudine recedentem; Suidas ex Cedreno: *Φαρισαῖοι, οἱ ἑρμηνευόμενοι ἀφωρισμένοι παρὰ τὸ μερίζειν κ. ἀφορίζειν ἑαυτοὺς τῶν ἄλλων ἁπάντων εἴς τε τὸ καθαρώτατον τοῦ βίου κ. ἀκριβέστατον καὶ εἰς τὰ τοῦ νόμου ἐντάλματα*), cujus sectae prima et tenuia initia ad aevum a restituta post exilium civitate proximum referenda esse videntur. Praeter V. Ti. libros in traditione ore propagata (v. in *παράδοσις*) normam fidei et vitae cernebant (Jos. antt. 13, 10, 6. Mt. 15, 1. Mc. 7, 3), in externorum rituum observatione externisque pietatis exercitiis, lotionibus, jejuniis, precibus, eleemosynis eximiam laudem quaerebant, de sincera pietate minus sollicit opinatorum bonorum operum meritis superbiebant; opinionem bonorum malorumque angelorum et messianam spem acriter tenentes mortuos post praevia in orco s. praemia s. poenas per Messiam in vitam revocatum et pro suorum cuique factorum ratione repensum iri sperabant. Contra arrogatum Herodum principatum et Romanorum

imperium causam theocratiae et patriae strenue agebant magnaque apud plebem auctoritate pollebant. Teste Josepho (antt. 17, 2, 4) numerum 6000 excesserunt. Erant adversarii Jesu et causae quam agebat infensissimi; vicissim a Jesu eorum avaritia, ambitio, vana externorum factorum jactatio et ad capiendos oculos simulata pietas graviter reprehenditur; Mt. 3, 7. 5, 20. (7, 29 *Lchm.*) 9, 11. 14. 34. 12, 2. 14. 24. 38. 15. 1. 12. 16, 1. 6. 11 s. 19, 3. 21, 45. 23, 2. 13—15. 23. 25—27. 29. 27, 62. Mc. 2, 16. 18. 24. 3, 6. 7, 1. 3. 5. 8, 11. 15. 10, 2. 12, 13. Lc. 5, 17. 21. 30. 33. 6, 2. 7. 7, 30. 36 s. 39. 11, 37—39. 42—44. 53. 12, 1. 13, 31. 14, 1. 3. 15, 2. 16, 14. 17, 20. 18, 10 s. 19, 39. Jo. 1, 24. 3. 1. 4, 1. 7, 32. 45. 47 s. 8, 3. 13. 9, 15 s. 40. 11, 46 s. 57. 12, 19. 42. 18, 3. Act. 5, 34. 15, 5. 23, 6–9. 26, 5. Phil. 3, 5. Cf. *Win.* RWB. s. v. Pharisäer. *Reuss* in *Herzog* Enc., p. 496 ss. librosque supra s. v. Σαδδουκαῖος, in fine, notatos. Cognoscendis Pharisaeorum placitis et moribus optime inservit etiam *Paret* Ueber d. Pharisäismus des Josephus, in Theol. Studd. u. Kritiken, 1856, fasc. 4.*

φαρμακεία(- - ία, *Tdf.*), ας, ἡ (φαρμακεύω), *a*) *usus vel largitio medicamentorum* (Xen. mem. 4, 2, 17). — *b*) *veneficium* (Plat. Polyb. al.); Ap. 9, 21. — *c*) *incantatio*, *artes magicae*, saepe cum idololatria conjunctae eâque adjutae; Gal. 5, 20 (Sap. 12, 4. 18, 13; pro כְּשָׁפִים Jes. 47, 9; pro לָטִים Ex. 7, 22. 8, 18; pro לְהָטִים Ex. 7, 11); trop. de praestigiis et illecebris idololatriae, Ap. 18, 23.*

φαρμακεύς, έως, ὁ (φάρμακον), *qui praesidia magica parat aut iis utitur; veneficus*; Ap. 21, 8 t. vulg. Sophcl. Plat. Joseph. Lcian. Plut. al.).*

φαρμακός, ή, όν (φαρμάσσω), 1) *ad artes magicas pertinens*. — 2) ὁ φάρμακος substantive i. q. φαρμακεύς, q. v.; Ap. 21, 8 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*; 22, 15 (LXX passim pro מְכַשֵּׁף).*

φάσις, εως, ἡ (a φαίνω), 1) ap. atticos oratores *delatio nominis eorum, qui bona publica averterant aut leges de mercibus importandis exportandisve transmigraverant aut in pupillos fraudem commiserant*. — 2) univ. *criminis latentis indicium* („κοινῶς δὲ φάσεις ἐκαλοῦντο πᾶσαι αἱ μηνύσεις τῶν λανθανόντων ἀδικημάτων", Pollux 8, 6, 47), Theod. ad Susann. vs. 55; dic. de *indicio per rumorem*, Act. 21, 31.*

φάσκω (ΦΑΩ, φημί), inde ab Hom., *dictito, falso praedico* (*vorgeben, behaupten*), sq. acc. c. inf. Act. 24, 9. 25, 19; c. infin. et accus. ad subjectum pertinente, Ap. 2, 2 t. vulg.; sq. infin. et nominativo subjecti, Ro. 1, 22.*

φάτνη, ης, ἡ, *praesaepe, praesaepium* (*Krippe*); Lc. 2, 7. 12. 16. 13, 15 (inde ab Hom.; LXX pro אֵבוּס, Job. 39, 9. Prov. 14, 4. Jes. 1, 3; plur. pro רְפָתִים, Hab. 3, 17).*

φαῦλος, η, ον (cognat. nostris *faul* et *flau*), *facilis, tenuis, vilis, ignobilis, nullius pretii; ineptus*; ethice *malus, improbus, inhonestus* (Theogn. Eur. Xen. Plat. Plut.); Jac. 3, 16; φαῦλόν τι λέγειν περί τινος, Tit. 2, 8; φαῦλα πράσσειν, Jo. 3, 20; τὰ φ. πράσσ., opp. τὰ ἀγαθὰ ποιεῖν, 5, 29; φαῦλον (opp. ἀγαθὸν) πράσσ., Ro. 9, 11 *Lchm. Tdf. Trg.*; 2 Co. 5, 10 *Tdf. Trg.**

φέγγος, ους, τό (cognat. verbo φαίνειν); inde ab Aeschl. et Pind., *splendor, lux*; lunae, Mt. 24, 29; Mc. 13, 24; candelae, Lc. 11, 33. (Joël. 2, 10. 3, 15. Ez. 1, 4. 13. 27. Hos. 7, 6.)*

φείδομαι, f. εἴσομαι, aor. 1. ἐφεισάμην, verb. depon. med. inde ab Hom., LXX pro חָמַל, חוּס, חָשַׂךְ (cohibeo), *parco*; absol. 2 Co. 13, 2; τινός, parco alicui, Act. 20, 29. Ro. 8, 32. 11, 21. 1 Co. 7, 28. 2 Co. 1, 23. 2 Pet. 2, 4 s.; i. q. *abstineo*, mente addendo infin. e circumjectis patente actuque denotante, a quo quis abstinet, καυχᾶσθαι, 2 Co. 12, 6 (μὴ φείδου [sc. διδάσκειν], εἰ ἔχεις διδάσκειν, Xen. Cyr. 1, 6, 35; add. infin. λέγειν κακά, Eur. Or. 393; δρᾶσαί τι τῶν τυραννικῶν, Plat. de rep. 9, p. 574 b).*

φειδομένως (a ptcp. φειδόμενος), adv., *parce*; 2 Co. 9, 6 (*clementer*, Plut. Alex. 25).*

φελόνης, v. φαιλόνης.

φέρω (cognat. nostris *führen*, *fahren*), impf. ἔφερον, pass. ἐφερόμην, fut. οἴσω (Jo. 21, 18. Ap. 21, 26), aor. 1. ἤνεγκα, ptcp. ἐνέγκας, aor. 2. infin. ἐνεγκεῖν (Mt. 7, 18 *Tdf.*), aor. 1. pass. ἠνέχθην (2 Pet. 1, 17. 21), inde ab Hom., LXX pro הֵבִיא et נָשָׂא, — *fero*, i. e. 1) *porto*; *a*) *bajulo*; τὸν σταυρὸν ὄπισθέν τινος, Lc. 23, 26; i. q. *mecum fero* (quod a Graecis medio exprimitur); τί Lc. 24, 1. Jo. 19, 39. — *b*) *ferendo moveo*; pass. ut lat. *feror* i. q. *moveor*, injuncta notione celeritatis, vehementiae (sic etiam saepe ap. profanos inde ab Hom.); de iis, qui navi feruntur per mare, Act. 27, 15. 17; de flatu venti, *ruo*, 2, 2 (cf. Jer. 18, 14); φωνὴ ἐνεχθεῖσα, delata (v. in ὑπό, I, 1, a), 2 Pet. 1 17; de animo, intus moveor, *agor*, ὑπὸ πνεύματος ἁγίου, 1, 21; φέρομαι ἐπί τι, ad aliquid deferor (abeo), Heb. 6, 1. — *c*) e rariore usu *sustineo*, i. e. *sustento* (*ne labatur*), φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, de deo totius mundi *conservatore*, Heb. 1, 3 (ita non raro ap. Targumistas et Rabbinos סְבַל, velut סוֹבֵל עוֹלָמוֹ, de deo; — οὐ δυνήσομαι ἐγὼ μόνος φέρειν τὸν λαὸν τοῦτον, Num. 11, 14 coll. vs. 11; adde Deut. 1, 9., pro נָשָׂא, ὁ τὰ μὴ ὄντα φέρων καὶ τὰ πάντα γεννῶν, Philo rer. div. haer. §. 7; e nativorum Graecorum scriptoribus enotatur φέρειν τὴν πόλιν, Plut. Lucull. 6; cf. *Bleek* Hebr.-Br. II, 1, p. 73 s.). — 2) *perfero, tolero* (innumeris ap. Graecos inde ab Hom. exemplis; cf. *Passow* II, p. 2229); τὸν ὀνειδισμόν, Heb. 13, 13; τί, vim alicujus rei sustineo, 12. 20; τινά, patienter fero mores alicujus s. parco alicui (non punio nec perdo), Ro. 9, 22. — 3) *affero* (*bringen, herzubringen*); *a*) propr. τινά Act. 5, 16; τί, Mc. 11, 2 *Tdf. Trg.*; 12, 16. Lc. 15, 23. Act. 4, 34. 37. 5, 2. 2 Tim. 4, 13; τινὰ πρός τινα, Mc. 1, 32. 2, 3. 9, 17. 19 s.; τινά τινι, Mc. 7, 32. 8, 22; τί τινι, Mc. 12, 15. Jo. 2. 8; add. ὧδε, Mt. 14, 18. 17, 17; τὶ πρός τινα, Mc. 11, 7; τὶ εἰς c. acc. loci Ap. 21, 24. 26; τὶ ἐπὶ πίνακι, Mt. 14, 11. Mc. 6, 28; (partem) ἀπό τινος, Jo. 21, 10; φέρω τίνι φαγεῖν, 4, 33. — *b*) *admoveo*; τὸν δάκτυλον, τὴν χεῖρα ὧδε, εἰς c. acc. loci, Jo. 20, 27. — transl. φέρεταί μοί τι, offertur, obtingit mihi aliquid, ἡ χάρις, 1 Pet. 1, 13. — *c*) *nuntiando affero*; διδαχήν, 2 Jo. vs. 10 (τινὶ ἀγγελίην, μῦθον, λόγον, φήμην al. ap. Hom. Pind. al.); *annuntio* (v. *Passow* II, p. 2231, col. 2), θάνατον, Heb. 9, 16. — *d*) *profero, edo*; α) propr. καρπόν, Mt. 7, 18 *Tdf.*; Mc. 4, 8. Jo. 12, 24. 15, 2. 4 s. 8. 16. (Hom. Od. 4, 229. Hes. opp. 117. Xen. mem. 2, 1, 28 et ap. alios.) — β) *dicendo profero*; προφητεία, 2 Pet. 1, 21; κρίσιν κατά τινος, 2, 11; αἰτιώματα, Act. 25, 7 t. vulg. *Grsb.*; αἰτίαν, vs. 18 *Lchm. Tdf.* (πάσας αἰτίας, rationes, Dem. p. 1328, 22; ἀπολογισμούς, Pol. 1, 32, 4). — *e*) *duco* (*führen*); ἐπί c. acc. loci, Mc. 15, 22. Act. 14, 13; (ἐκεῖ) ὅπου, Jo. 21, 18; metaph. *porta* dic. φέρειν (lat. *ferre*) εἰς τὴν πόλιν, Act. 12, 10 (ὁδὸς φ. εἰς ἱρόν Hdt. 2, 122; διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐς τὸ πρὸς ἠῶ, 2, 138)*

φεύγω, f. ξομαι, aor. 2. ἔφυγον, inde ab Hom., LXX pro נוּס et בָּרַח, — *fugio*, i. e. *a*) *aufugio, discedendo salutem peto*; absol. Mt. 8, 33. 26, 56. Mc. 5, 14. 14, 50. Lc. 8, 34. Jo. 10, 12 s. Act. 7, 29; sq. εἰς c. acc. loci, Mt. 2, 13. 10, 23. Mc. 13, 14. Lc. 21,

21. Ap. 12, 6; sq. ἐπί c. acc. loci, Mt. 24, 16; ἐκ τοῦ πλοίου, Act. 27, 30; sq. ἀπό c. gen. loci, sensu mere locali, ut ap. Graecos (cf. *Win.* p. 210), fugiendo desero, Mc. 16, 8; ἀπό c. gen. personae, quae terrorem et periculi metum injicit (ita ex hebr.) Jo. 10, 5. Jac. 4, 7; in poetico sermone φεύξεται ἀπ' αὐτῶν ὁ θάνατος, fugiet eos mors, opp. ζητήσουσι θάνατον, Ap. 9, 6. — *b*) metaph. fugiendo *evito* aliquid quod aversor (*sich fern halten von etwas*), inpr. flagitia; c. acc. rei, 1 Co. 6, 18 (*Sap.* 1, 5. 4 Macc. 8, 18); opp. διώκειν 1 Tim. 6, 11. 2 Tim. 2, 22; ex hebr. sq. ἀπό c. gen. rei, 1 Co. 10, 14 (ἀπὸ ἁμαρτίας, Sir. 21, 2), — *c*) *fugiendo servor*, salvus e periculo *evado* (nostr. *entkommen, entrinnen*); absol. Heb. 12, 25 t. vulg. *Grsb.*; c. acc. rei, 11, 34; ex hebr. sq. ἀπό c. gen. rei, Mt. 3, 7. 23, 33. Lc. 3, 7; c. gen. pers., Mc. 14, 52. — *d*) poetice i. q. *evanesco*; πᾶσα νῆσος ἔφυγε καὶ ὄρη οὐχ εὑρέθησαν, Ap. 16, 20; add. ex imit. hebr. ἀπὸ προσώπου τινός (ut Deut. 28, 7. Jos. 7, 4. 8, 5. 2 Chr. 10, 2 al.; v. supra p. 383, col. 2), 20, 11.*

**Φῆλιξ** (*Lchm.* Φήλιξ, cf. *Lipsius* Grammat. Untersuch. p. 37. *Bttm.* ntl. Gr. p. 12), ικος, ὁ, (*Claudius*) *Felix*, procurator Judaeae ordine undecimus (ut videtur intra annos 52—60), Claudii ejusque matris Antoniae libertus, frater Pallantis, apud Caesarem plurimum valentis, maritus primum Drusillae, neptis Cleopatrae et Antonii, deinde Drusillae, filiae Herodis Agrippae, teste Tacito „per omnem saevitiam ac libidinem jus regium servili ingenio exercuit“ crudelique et injusto imperio seditiosorum Judaeorum furorem in Romanorum imperium exstimulavit. Quum e provincia decessisset atque Romam venisset, eum Judaei caesareenses apud Caesarem accusarunt, sed deprecante fratre ejus Pallante Nero absolvit (cf. Tacit. hist. 5, 9, 5 s. annal. 12, 54. Suet. vit. Claudii, 28. Jos. antt. 20, 7, 1 s. 8, 5, 7. 9; b. j. 2, 13); Act. 23, 24. 26. 24, 3. 22. 24 s. 27. 25, 14. Cf. *Win.* RWB. s. v. Felix. *Paret* in *Herzog* Enc. 4, p. 354. *Overbeck* in *Schenkel* BL s. p. 263 s. *Schürer* ntl. Zeitsch. p. 303 ss.*

**φήμη**, ης, ἡ (φημί), *fama, rumor*; Mt. 9, 26. Lc. 4, 14.*

**φημί**, impf. ἔφην (a φάω, in lucem profero, hinc) pr. *quid sentiam indico* (*äussern*); *dico*; ἔφη, dixit (aliquando), Mt. 26, 61; scriptores historici alicujus verba relaturi ponunt φησίν, ἔφη, *ait*, *inquit*, Lc. 22, 58. Act. 8, 36 et saep.; φησίν, ἔφη sunt respondentis, Mt. 13, 29. Lc. 7, 40. Jo. 1, 23. 9, 38. Act. 7, 2 al.; interrogantis, Mt. 27, 23. Act. 16, 30. 21, 37; ἔφη μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Act. 26, 24; ἀποκριθεὶς ἔφη, Mt. 8, 8; verbis ex ore alicujus relatis interjicitur φησίν, Mt. 14, 8. Act. 25, 5. 22. 26, 25; item ἔφη, Act. 23, 35; φησίν ex usu potissimum recentioris graecitatis ut lat. *ait, inquit*, dic. impersonaliter (verbis ex alieno ore allatis interjectum), 2 Co. 10, 10 (ubi *Lchm.* φασίν); cf. *Passow* II, p. 2238, col. 2. *Bttm.* ntl. Gr. p. 119; φησίν sc. ὁ θεός, 1 Co. 6, 16. Heb. 8, 5. — Structurae: ἔφη αὐτῷ, αὐτοῖς, respondit ei, eis, Mt. 4, 7. 13, 28. 21, 27 al.; Mc. 14, 29. Lc. 7, 44. Act. 26, 32; ἀποκριθεὶς αὐτῷ ἔφη, Lc. 23, 3; ἔφη πρός τινα, Lc. 22, 70. Act. 10, 28. 16, 37. 26, 1; c. acc. rei, 1 Co. 10, 15. 19; sq. ὅτι, 1 Co. 10, 19; ταῦτο --, ὅτι, 1 Co. 7, 29. 15, 50; sq. acc. c. infin., Ro. 3, 8.

**φημίζω**, aor. 1. pass. ἐφημίσθην, inde ab Hesiodo maxime poetis frequentatum, *rumorem spargo, spargendo rumore nuntio*; Mt. 28, 15 *Tdf.* e codd. ℵΔ.*

**Φῆστος**, ου, ὁ, (*Porcius*) *Festus*, procurator Judaeae, qui successit Felici (v. Φῆλιξ); Act. 24, 27. 25, 1. 4. 9. 12—14. 22—25. 26, 24 s. 32. (Jos. antt. 20, 8, 9. 9, 1; b. j. 2, 14, 1.)*

**φθάνω**, aor. 1. ἔφθασα, pf. ἔφθακα (1 Th. 2, 16 *Lchm.*), inde ab Hom., 1) *praevenio, anteverto*; ἡμεῖς οὐ μὴ φθάσωμεν (cf. in μή, IV) τοὺς κοιμηθέντας, non antevertemus eos, qui obdormiverunt, i. e. non citius mortuis ad consortium Christi perveniemus nec beatitatis praerogativam habebimus 1 Th. 4, 15; ἔφθασεν ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργή, praeter opinionem ira (dei poena) eos supervenit, 2, 16; ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, pervenit ad vos regnum dei citius quam opinati estis, Mt. 12, 28. Lc. 11, 20. — 2) obliterata ap. Alexandrinos *prae*veniendi notione, *pervenio*; εἴς τι, Phil. 3, 16; i. q. *aliquid assequor*, Ro. 9, 31; ἄχρι τινός, 2 Co. 10, 14 (τινί, ad aliquid, Tob. 5, 18; ἕως τοῦ οὐρανοῦ, Test. XII patriarch. p. 530; ἡ μεγαλωσύνη σου ἐμεγαλύνθη καὶ ἔφθασεν εἰς τὸν οὐρανόν, Theod. ad Dan. 4, 19).*

**φθαρτός**, ή, όν (φθείρω), *corruptioni s. interitui obnoxius*; Vulg. *corruptibilis*; 1 Co. 9, 25. 1 Pet. 1, 23; ἄνθρωπος, mortalis, opp. ὁ ἄφθαρτος θεός, Ro. 1, 23; οὐ φθαρτοῖς ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ, non caducis rebus, argento aut auro, 1 Pet. 1, 18 (χρυσὸς κ. ἄργυρος, οὐσίαι φθαρταί, Philo de cherub. §. 14; οὐκ ἄργυρον οὐδὲ χρυσόν τινα, ἢ ἄλλο τῶν ἐν ὕλαις φθαρταῖς, de congr. erudit. grat. §. 20); neutr. τό φθαρτόν, id quod corruptioni obnoxium est, 1 Co. 15, 53 s. (Diod. 1, 6. Philo leg. alleg. 2, 1. de cherub. §. 2. Plut. Sext. Emp. al.; 2 Macc. 7, 16. Sap. 9, 15. 14, 8. 19, 20.)*

**φθέγγομαι**, (φέγγος, ΦΑΩ), vb. depon. med., inde ab Hom., 1) *clangorem* s. *sonum edo*; dic. a Graecis de cujuslibet generis sonis s. vocibus tum hominum tum animalium, tum inanimarum rerum, ut tonitrus, musicorum instrumentorum. — 2) *pronuntio; loquor, verba facio*; Act. 4, 18; ὑπέρογκα, 2 Pet. 2, 18 (ἄδικα, Sap. 1, 8); ὑποζύγιον ἄφωνον ἐν ἀνθρωπίνῃ φωνῇ φθεγξάμενον, 2, 16.*

**φθείρω**, fut. φθερῶ, aor. 1. ἔφθειρα, aor. 2. pass. ἐφθάρην (cognat. nostro *verderben*), LXX pro שִׁחֵת, *corrumpo, perdo*; pr. τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ (corrumpebatur s. perdebatur e Judaeorum opinione templum jam tum, quum quis aliquid in eo inquinaret aut vel levissime violaret, aut ejus custodes officia negligerent, cf. *Deyling* observv. sacrae, T. II, p. 505 ss). extra tropum christianum coetum ab eo quo esse debet sapientiae at virtutis statu abducere, 1 Co. 3, 17; τινά, morte punio, ibid.; i. q. ad summam inopiam redigo (ut nos dicimus *einen ruiniren*), 2 Co. 7, 2; [pass. *perdor, pereo, intereo*, ἔν τινι, per aliquod, Jud. vs. 10; ἐν c. dat. statum indicante, ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν, 2 Pet. 2, 12 *Lchm. Tdf. Trg.*; — sensu ethico, *corrumpo*, i. q. *depravo*, φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί (dictum Menandri, quod in proverbii usum abiisse videtur), 1 Co. 15, 33; mores incolarum terrae, Ap. 19, 2; pass. φθείρομαι ἀπό τινος, ita corrumpor, ut deficiam ab aliquo, 2 Co. 11, 3; κατὰ τὰς ἐπιθυμίας, Eph. 4, 22.*

**φθινοπωρινός**, ή, όν (φθινόπωρον, extremus auctumnus, et hoc e φθίνω, decresco, tabesco, et ὀπώρα, auctumnus), *auctumnalis* (Pol. 4, 37, 2. Arstot. h. a. 5, 11. Plut.), δένδρα φθινοπ. arbores, quales sunt exeunte auctumno, aridae sine foliis fructibusque, unde add. ἄκαρπα, dic. ita homines, qui nullius frugis sunt, Jud. vs. 12.*

**φθόγγος**, ου, ὁ (φθέγγομαι, q. v.), *sonus musicus*, sive in vocum sive in nervorum cantu (Sap. 19, 17), 1 Co. 14, 7. Ro. 10, 18., quo loco Paulus dictum Ps. 19, 5 ad praeconum evangelium divulgantium voces transfert. (Hom. Tragg. Xen. Plat. al).*

*φθονέω*, ῶ (*φθόνος*) inde ab Hom., *invideo; τινί*, alicui, Gal. 5, 26.*

*φθόνος, ου, ὁ*, inde ab Hdt., *invidia;* Ro. 1, 29. 1 Tim. 6, 4 Tit. 3, 3. Gal. 5, 21. 1 Pet. 2, 1; *διὰ φθόνον*, invidiâ stimulatus Mt. 27, 18. Mc. 15, 10. Phil. 1, 15. (Dio Cass. 44, 36); *πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα ὃ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν*; num mens, quae habitationem in animis vestris fixit (i. e. spiritus sanctus), *invidiose* (v. in *πρός*, 378, col. 1) concupiscit? Jac. 4, 5., de quo loco cf. *Grimm* in Theol. Studd. u. Kritiken, 1854, p. 934 ss.*

*φθορά, ᾶς, ἡ* (*φθείρω*), inde ab Aeschl. et Hdt., *pernicies, interitus* (opp. *γένεσις*, ortus, saepe ap. Plat. Arstot. Plut.; opp. *σωτηρία*, Plat. Phileb. p. 35 e.; pro שַׁחַת Ps. 103, 4. Jon. 2, 7); Ro. 8, 21 (de q. l. v. in *δουλεία*); 2 Pet. 2, 12; *ἐν φθορᾷ*, in statu interitionis s. putredinis (dic. de sepeliendo corpore), 1 Co. 15, 42; meton. *id quod interitui obnoxium est*, opp. *ἀφθαρσία*, vs. 50; sensu christiano *salutis jactura, aeterna miseria* (quae alibi *ἀπώλεια* dicitur), Col. 2, 22 (v. in *ἀπόχρησις*); opp. *ζωὴ αἰώνιος*, Gal. 6, 8., cf. *Schott* ad l. — 2) in N. T. sensu ethico, *corruptio et depravatio morum;* 2 Pet. 1, 4. 2, 12. 19; add. *τῆς ζωῆς*, Sa. 14, 12.*

*φιάλη, ης, ἡ* inde ab Hom., LXX pro מִזְרָק, *phiala* (*Schaale*); Ap. 5, 8. 15, 7. 16, 1—4. 8. 10. 12. 17. 17, 1. 21, 9.*

*φιλάγαθος, ον* (ex *φίλος, ἀγαθός*), *boni et recti amans;* Tit. 1, 8 (Sap. 7, 22 Plut. praec. conjug. c. 17. comp. Thes. c. Rom. c. 2)*

*Φιλαδέλφεια*(--*ία, Tdf.*), *ας, ἡ, Phiadelphia* (hodie *Alahshar, Allahschir*), urbs Lydiae in Asia minori, ad orientales Tmoli montis radices sita, condita et nominata a pergameno rege Attalo II Philadelpho, post regis Attali III Philometoris mortem anno 133 ante Chr. cum toto pergameno regno ditioni populi Romani ex Attali III testatione adscripta; Ap. 1, 11. 3, 7.*

*φιλαδελφία, ας, ἡ* (*φιλάδελφος*), *amor in fratres;* pr. 4 Macc. 13, 22. 14, 1. Jos. antt. 4, 2, 4; Lcian. dial. deor. 26, 2. Plut. libell. *περὶ φιλαδελφίας*, — in N. T. *mutuus amor, quo Christiani se tamquam fratres* (v. in *ἀδελφός*) *complectuntur;* Vulg. *caritas s. amor fraternitatis;* Ro. 12, 10. 1 Th. 4, 9. Heb. 13, 1. 1 Pet. 1, 22. 2 Pet. 1, 7 coll. 1 Jo. 5, 1.*

*φιλάδελφος, ον* (*φίλος, ἀδελφός*), *amans fratres et sorores* (Sophcl. Plut. Anthol.); latiore sensu *instar fratris in aliquem amore affectus*, Xen. mem. 2, 3, 17; *popularis populares amans*, de Israelita, 2 Macc. 15, 14; *Christianus Christianos amans*, 1 Pet. 3, 8.*

*φίλανδρος, ον, ἡ* (*φιλή, ἀνήρ*), *amans mariti;* Tit. 2, 4 (*φίλανδροι κ. σώφρονες γυναῖκες*, Plut. praec. conj. c. 28).*

*φιλανθρωπία, ας, ἡ* (*φιλάνθρωπος*), inde a Xen. et Plat., *amor s. benevolentia erga homines;* Vulg. *humanitas;* Act. 28, 2. Tit. 3, 4.*

*φιλανθρώπως*, adv., *humane, humaniter;* Act. 27, 3 (Isocr. Dem. Polyb. Diod. Plut. al.; 2 Macc. 9, 27).*

*φιλαργυρία, ας, ἡ* (*φιλάργυρος*), *argenti s. pecuniae amor, avaritia;* 1 Tim. 6, 10 (Isocr. Polyb. Ceb. tab. c. 23. Diod. 5, 26. Plut. Lcian. Hdian. 6, 9, 17; 4 Macc. 1, 26).*

*φιλάργυρος, ον* (*φίλος, ἄργυρος*), *argenti s. pecuniae cupidus, avarus;* Lc. 16, 14. 2 Tim. 3, 2 (Sophcl. Xen. Plat. al.).*

*φίλαυτος, ον* (*φίλος, αὐτός*), *sui amans; suis commodis nimis intentus;* 2 Tim. 3, 2 (Arstot. Philo legg. alleg. 1, §. 15. Plut. Lcian. Sext. Emp.; *διὰ τὸ φύσει πάντας εἶναι φιλαύτους*, Jos. antt. 3, 8, 1).*

*φιλέω, ῶ*, fut. *ήσω*, 3 ps. impf. *ἐφίλει*, aor. 1. *ἐφίλησα*, pf. *πεφίληκα* (*φίλος*), inde ab Hom., 1) *amo; amicus sum alicui* (LXX aliquoties pro אָהַב); *τινά*, Mt. 10, 37. Jo. 5, 20. 11, 3. 36. 15, 19. 16, 27. 20, 2. 21, 15—17. 1 Co. 16, 22. Ap. 3, 19; add. *ἐν πίστει*, aliquem complecti eo amore, qui fide nititur ex eaque proficiscitur, Tit. 3, 15; *τί, amo aliquid*, i. e. *delector aliqua re; concupisco aliquid; τὴν πρωτοκλισίαν*, Mt. 23, 6; *ἀσπασμούς*, Lc. 20, 46; *τὴν ψυχήν*, vitae servandae cupidum esse (opp. *μισεῖν*, odio habere s. aversari eam quando conservari nequit nisi abnegando Christo), Jo. 12, 25; c. nominibus virtutum vitiorumve, *τὸ ψεῦδος*, Ap. 22, 15 (*σοφίαν*, Prov. 29, 3. 8, 17); sq. inf., ut lat. *amo facere*, i. e. *libenter facio*, Mt. 6, 5 (Jes. 56, 10. Sir. 6, 32. Pind. nem. 1, 15. Aeschl. spt. 619. Agam. 763. Eur. Iph. T. 1198. Xen. hipparch. 7, 9. Ael. v. h. 14, 37). — 2) *osculor; τινά*, Mt. 26, 48. Mc. 14, 44. Lc. 22, 47 (saepe ap. Graecos; LXX pro נָשַׁק Gen. 27, 26 s. et saepius). — 3) Discrimen inter *ἀγαπᾶν* et *φιλεῖν* quod attinet, illud lege cognationis cum *ἄγαμαι* propr. denotat benevolentiam, quae admiratione, veneratione, bona existimatione nititur, lat. *diligere; bene cupere alicui; φιλεῖν* autem animi inclinationem sensu et affectu concitatam, lat. *amare; ὁ μή του δεόμενος οὐδέ τι ἀγαπῴη ἄν. ὁ δὲ μὴ ἀγαπῴη, οὐδ' ἂν φιλοῖ*, Plat. Lys. p. 215 b; *ἐφιλήσατε αὐτὸν* (Jul. Caesarem) *ὡς πατέρα καὶ ἠγαπήσατε ὡς εὐεργέτην*, Dio C. 44, 48., „ut scires, illum a me non *diligi* solum, verum etiam *amari*," Cic. ad fam. 13, 47; „L. Clodius valde me *diligit* vel, ut *ἐμφατικώτερον* dicam, valde me *amat*," ad Brut. 1. Hinc homines dicuntur deum *ἀγαπᾶν*, non *φιλεῖν*, deus dicitur *ἀγαπῆσαι τὸν κόσμον* (Jo. 3, 16), *φιλεῖν* Christi cultores (16, 27); Christus *τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾶν* jubet, non *φιλεῖν* (Mt. 5, 43), quia amor imperari nequit sed tantum dilectio; sapientia dicit: *τοὺς ἐμὲ φιλοῦντας ἀγαπῶ*, Prov. 8, 17; praeterea ad utriusque verbi discrimen recte aestimandum contendendo expende locos Jo. 11, 3. 5. 36. 21, 15—17. Ex iis quae disputavimus, facile intelligitur, *ἀγαπᾶν* nusquam dici nec dici posse de venereo amore. Cf. *Tittmann* de synonymis N. T. I, p. 50 ss. *Cremer* p. 8 ss. *Trench* p. 39 ss.

*φίλη, ἡ*, v. in *φίλος*.

*φιλήδονος, ον* (*φίλος, ἡδονή*), *voluptatis amans;* 2 Tim. 3, 4 (Pol. 40, 6, 10. Plut. Lcian. al.).*

*φίλημα, τος, τό*, inde ab Aeschl., *osculum* (v. in *φιλέω*, 2); Lc. 7, 45. 22, 48 (Prov. 27, 6. Cantic. 1, 2); *ἅγιον*, osculum, signum amoris fraterni, quo fidei socios excipere solebant aut dimittere Christiani, Ro. 16, 16. 1 Co. 16, 20. 2 Co. 13, 12. 1 Th. 5, 26; dic. etiam *φίλημα ἀγάπης*, 1 Pet. 5, 14. Cf. *Kahle* de osculo sancto. Regiom. 1867.*

*Φιλήμων, ονος, ὁ, Philemon*, Colossensis, a Paulo ad christianam religionem conversus (Philem. vs. 19), ad quem scriptum a Paulo suavissimum epistolium in canone exstat; Philem. vs. 1.*

*Φίλητος* (*Tdf. Trg. Φιλητός*, v. in *Τυχικός*), *ου, ὁ, Philetus*, haereticus; 2 Tim. 2, 17.*

*φιλία, ας, ἡ* (*φίλος*), *amor;* c. gen. obj. Jac. 4, 4.*

*Φιλιππήσιος, ου, ὁ, Philippensis*, Phil. 4, 15.*

*Φίλιπποι, ων, οἱ, Philippi*, urbs Macedoniae primae, in ora septentrionali aegei maris, inter Strymonem et Nestum fluvios urbesque Neapolin et Amphipolim sita, nomen nacta a Philippo I. Macedone, qui eam ex pago *Κρηνίδες* dicto exstruxerat, exornaverat, muniverat; Act. 16, 12 (de q. l. v. in *κολώνια*); 20, 6. Phil. 1, 1. 1 Th. 2, 2.*

*Φίλιππος, ου, ὁ, Philippus;* 1) Herodis Magni

filius ex uxore quinta, Cleopatra Hierosolymitide (Jos. antt. 17, 1, 3), inter Herodis M. filios longe optimus, tetrarcha Gaulonitidis, Trachonitidis, Auranitidis, Batanaeae atque e Lc. 3, 1 dubia relatione etiam Ituraeae, urbium Caesareae Philippi s. decapolitanae et Juliadis conditor, qui postquam diu caelebem vitam degerat, uxorem duxit Salomen, Herodis, ex eodem patre fratris, filiam (Jos. antt. 18, 5, 4), principatum per 37 annos humaniter, juste, sapienter administravit, anno 34 post Christum sine liberis diem obiit gratam regiminis memoriam in civium animis relinquens (Jos. antt. 18, 2, 1 et 4, 6; b. j. 2, 9, 1); Mt. 16, 13. Mc. 8, 27. Lc. 3, 1. Cf. *Keim* in *Schenkel* BL. 3, p. 40 ss. *Schürer* Ntl. Zeitgesch. p. 228 ss. Cui Mt. 14, 3. Mc. 6, 17 (Lc. 3, 19 t. vulg.) uxorem tribuunt Herodiadem (v. supra in *Ἡρωδιάς*), ita quidem, ut Herodem, Herodis Magni filium ex Mariamne, Simonis summi pontificis filia, susceptum (Jos. antt. 18, 5, 1; b. j. 1, 28, 4), privatum hominem ideoque minus notiorem, primum Herodiadis maritum (Jos. antt. 18, 5, 4) cum notiore Philippo, quippe principe, confudisse videantur (cf. *Volkmar* Ueb. e. histor. Irrthum in den Evg., in *Zeller* Theol. Jahrbb. 1846, fasc. 3). A quo errore evangelistas vindicaturi plerique intpp. (cf. maxime *Krebs* Observv. in N. T. e Josepho, p. 37 s.) vix probabili conjecturâ statuunt, priori Herodiadis marito duo fuisse nomina, alterum gentilitium (Herodes), alterum proprium (Philippum). — 2) *Philippus*, apostolus Jesu, Bethsaidâ oriundus; Mt. 10, 3. Mc. 3, 18. Lc. 6, 14. Jo. 1, 45—49. 6, 5. 7. 12, 21 s. 14, 8 s. Act. 1, 13. — 3) *Philippus*, unus e septem diaconis ecclesiae hierosolymitanae idemque evangelii praeco (*εὐαγγελιστής*, q. v.); Act. 6, 5. 8, 5—40. 21, 8.*

*φιλόθεος, ον* (*φίλος, θεός*), *dei amans;* 2 Tim. 3, 4 (Philo, Lcian. al.).*

*Φιλόλογος, ου, ὁ, Philologus*, vir quidam christianus; Ro. 16, 15.*

*φιλονεικία, ας, ἡ* (*φιλόνεικος* q. v.), *rixarum amor, altercandi studium* (Plat. Plut. Lcian. al. 4 Macc. 1, 26); *altercatio, contentio*, Lc. 22, 24 (2 Macc. 4, 4. Thuc. 8, 76. Jos. antt. 7, 8, 4. Antonin. 3, 4; in bonam partem *aemulatio*, Xen. Plat. Dem. Plut. al.)*

*φιλόνεικος, ον* (*φίλος, νεῖκος*, rixa), *rixarum amans, contentiosus;* 1 Co. 11, 16 (Pind. Plat. Polyb. Joseph. Plut. al.; bono sensu *aemulus*, Xen. Plat. Plut. al.).*

*φιλοξενία, ας, ἡ* (*φιλόξενος*, q. v.), amor in peregrinantes, *hospitalitas;* Ro. 12, 13. Heb. 13, 2 (Plat. Polyb. al.).*

*φιλόξενος, ον* (*φίλος, ξένος*), inde ab Hom., *hospitalis, liberalis in hospites;* 1 Tim. 3, 2. Tit. 1, 8. 1 Pet. 4, 9.*

*φιλοπρωτεύω* (*φιλόπρωτος*, primatum affectans, ex *φίλος* et *πρῶτος*, Artem. 2, 32. Plut. mor. p. 471 d), *primas partes affecto, primatum obtinere studeo;* 3 Jo. vs. 9 (aliquoties ap. eccles. scriptores.).*

*φίλος, η, ον*, inde ab Hom., *amicus; φίλον εἶναί τινι, bene cupere, favere alicui*, Act. 19, 31; *ὁ φίλος*, LXX pro רֵעַ, אֹהֵב, subst. *amicus;* Lc. 7, 6. 11, 5. 15, 6. 16, 9. 23, 12. Act. 27, 3. 3 Jo. vs. 15; jct. c. *συγγενεῖς* Lc. 21, 16; *familiaris*, opp. *δοῦλος*, Jo. 15, 15; *φίλοι ἀναγκαῖοι*, arctiore necessitate sibi conjuncti, Act. 10, 24; *φίλε*, in blanda compellatione, Lc. 14, 10; c. genit. subjecti *ὁ φίλος τινός*, Lc. 11, 6. 12, 4. 14, 12. 15, 29. Jo. 11, 11. 15, 13 s.; speciatim *qui aliquo* familiariter *utitur, sodalis*, Mt. 11, 19. Lc. 7, 34; *ὁ φ. τοῦ νυμφίου*, rabb. שׁוֹשְׁבִין (i. e. filius laetitiae), unus e sponsi amicis, qui sponsum inter et sponsam intercessoris partes agebat illique varia officia ad ineundum matrimonium et celebrandas nuptias necessaria praestitit, Jo. 3, 29; *φίλος τοῦ Καίσαρος*, a Caesaris partibus stans, saluti ejus consulens, 19, 12; *θεοῦ*, deo prae aliis carus, interiore dei familiaritate gaudens. Jac. 2, 23 (etiam ap. profanos, cf. *Grimm* Exgt. Hdb. ap. Sap. 7, 27; p. 164); c. gen. rei, *qui delectatur aliqua re, φίλος τοῦ κόσμου* Jac. 4, 4. — 2) Fem. *ἡ φίλη, amica;* Lc. 15, 9.*

*φιλοσοφία, ας, ἡ* (*φιλόσοφος*), pr. *amor et studium sapientiae*, dic. a Graecis de qualiumcunque disciplinarum et bonarum artium s. studio s. peritia; v. *Passow* s. v.; semel in N. T. de quorundam Judaeo-Christianorum ascetarum theologia s. potius theosophia, qua in naturam et genera angelorum, in ritualem legis mosaicae partem et judaicae de regendis moribus traditionis praecepta subtilius et argutius inquirebatur, Col. 2, 8; v. *Grimm* ad 4 Macc. 1, 1, p. 298 s.*

*φιλόσοφος, ὁ* (*φίλος, σοφός*), *philosophus, studio sapientiae s. litterarum deditus;* arctiore notione *qui de summis rerum causis et de fine bonorum subtiliter quaerit ac disputat;* Act. 17, 18.*

*φιλόστοργος, ον* (*φίλος* et *στοργή*, mutuus parentium et liberorum, etiam conjugum amor), *amorem amans, ad amorem propensus, lubenter amans;* dic. maxime de mutua parentium et liberorum in se pietate; *τῇ φιλαδελφίᾳ* (dat. relationis) *εἰς ἀλλήλους*, Ro. 12, 10. (Xen. Plut. Lcian. Ael. al.) Cf. *Fritzsche* Epist. ad Rom. T. III, p. 69.*

*φιλότεκνος, ον* (*φίλος, τέκνον*), *prolem s. liberos amans;* jct. c. *φίλανδρος* (ut Plut. mor. p. 769 c), de mulieribus, Tit. 2, 4. (4 Macc. 15, 3—5. Hdt. 2, 66. Arstph. Eur. Arstot. Plut. Lcian. al.)*

*φιλοτιμέομαι, οῦμαι* (*φιλότιμος* et hoc ex *φίλος* et *τιμή*), vb. depon. pass. c. fut. med. saepe ap. Graecos inde ab Antoc. Lysia, Xen. Plat., *a) honoris studiosus sum; honoris studio ducor; honoris studio accensus annitor*, ut aliquid fiat; sq. inf., honorem in eo pono, ut .., 1 Th. 4, 11. Ro. 15, 20; *obnixe contendo s. summo studio annitor*, 2 Co. 5, 9.*

*φιλοφρόνως* (*φιλόφρων*, q. v.). adv., *benevole, amice;* Act. 28, 7 (2 Macc. 3, 9. 4 Macc. 8, 5; passim ap. Graecos inde ab Hdt.).*

*φιλόφρων, ον* (*φίλος, φρήν*). inde ab Aeschl. et Pind., *benevolus, benignus;* 1 Pet. 3, 8 t. vulg.*

*φιμόω, ῶ*, fut. *ώσω*, aor. 1. *ἐφίμωσα*, imper. pf. pass. *πεφίμωσο*, aor. 1. pass. *ἐφιμώθην* (*φιμός*, capistrum), *capistro os praecludo;* pr. *βοῦν*, bovi, 1 Co. 9, 9 t. vulg. *Grsb. Lchm.* (v. *κημόω*); 1 Tim. 5, 18 ex Deut. 25, 4., ubi pro חָסַם (univ. *constringo, coarcto, τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα τινός*, Arstoph. nub. 592); metaph. *os obturo, obmutescere facio; ad silentium redigo; τινά*, Mt. 22, 34. 1 Pet. 2, 15; pass. *obmutesco*, Mt. 22, 12. Mc. 1, 25. 4, 39. Lc. 4, 35 (Jos. b. j. prooem. §. 5. lib. 1, 22, 3. Lcian. peregr. 15; univ. *compescor*, 4 Macc. 1, 35).*

*Φλέγων, οντος, ὁ, Phlegon*, Christianus romanus; Ro. 16, 14.*

*φλογίζω* (*φλόξ*, q. v.), *incendo, accendo* (Sir. 3, 30. Ex. 9, 24. Ps. 96, 3; *comburo*, 1 Macc. 3, 5; Soph. Philoct. 1159); in allegorica dictione *perniciosissimam vim excerceo*, Jac. 3, 6; pass. de eo in quo perniciosissimae perturbationes excitantur, ibid. (v. in *πῦρ*, p. 388, col. 2).*

*φλόξ, γός, ἡ* (*φλέγω*), inde ab Hom., LXX pro לַהַב et לֶהָבָה, *flamma*, Lc. 16, 24., de dictionibus *φλὸξ πυρός* et *πῦρ φλογός* v. in *πῦρ*.

*φλυαρέω, ῶ* (*φλύαρος*, q. v.), *nugas profero, nugor, garrio* (Hdt. Xen. Plat. Isocr. Plut. al.); *vana criminor*, Xen. hell. 6, 3, 12; jct. c. *βλασφημεῖν*, Isocr. 5, 33; *τινὰ λόγοις πονηροῖς*, improbis sermonibus falso criminor aliquem, 3 Jo. vs. 10.*

**φλύαρος**, ον (φλύω, *ebullio, bullas ago*, de aquis; et quum bullae sint inanes nec quidquam prosint, *vana, inania loquor*); de personis, *nugas loquens vel agens, garrulus*, 1 Tim. 5, 13; de rebus *ineptus, vanus*, φιλοσοφία, 4 Macc. 5, 10. (Plat. Joseph. vit. §. 31; saepe ap. Plut.; Aesch. dial. socr. 3, 13 et ap. al.)*

**φοβερός**, ά, όν (φοβέω), inde ab Aeschl., 1) *timorem incutiens, terribilis, formidabilis;* LXX pro נוֹרָא. — 2) *qui timore afficitur, timidus;* in N. T. priore significatu, Heb. 10, 27. 31. 12, 21.*

**φοβέω**, ῶ, pass. impf. ἐφοβούμην, aor. 1. ἐφοβήθην, fut. φοβηθήσομαι (φόβος), inde ab Hom., *terreo, territo;* Sap. 17, 9; *terrendo fugo* (*scheuchen*); Passiv., 1) *fugor, fugio* (Hom.). — 2) *metuo, timeo*, LXX persaepe pro יָרֵא; absol. *metu percellor, terrore corripior*, de iis, qui noxia metuunt, Mt. 10, 31. 14, 30. 25, 25. Mc. 5, 33. 36. 10, 32. 16, 8. Lc. 8, 50. 12, 7. 32. Jo. 12, 15. 19, 8. Act. 16, 38. 22, 29. Heb. 13, 6. 1 Jo. 4, 18; opp. ὑψηλοφρονεῖν, Ro. 11, 20; qui visis et eventis insolitis terrentur, Mt. 14, 27. 17, 7. 28, 5. 10. Mc. 6, 50. Jo. 6. 19. 20. Lc. 1, 13. 30. 2, 10. 9, 34. Act. 18, 9. 27, 24. Ap. 1, 17; add. σφόδρα, Mt. 17, 6. 27, 54; qui in stuporem rapiuntur, Mc. 5, 15. Lc. 5, 10. 8, 25. 35; — c. accus. argumenti (v. sub. ἀγαπάω, in fine), φόβον μέγαν, magno timore percellor, Mc. 4, 41. Lc. 2, 9. 1 Macc. 10, 8; φόβον αὐτῶν, percellor terrore, quom mihi injiciunt, 1 Pet. 3, 14 (Jes. 8, 12; τοῦ Ταντάλου, eodem quo Tantalus metu perfundor, Schol. ad Eur. Or. 6); c. synonymo πτόησιν (q. v.), vs. 6; — τινά, *timeo aliquem, metuo ab aliquo*, ne mihi noceat, indignetur, Mt. 10, 26. 14, 5. 21, 26. 46. Mc. 11, 18. 32. 12, 12. Lc. 19, 21. 20, 19. 22, 2. Jo. 9, 22. Act. 5, 26. 9, 26. Ro. 13, 3. Gal. 2, 12; τὸν θεόν, a deo judice, ne puniat, Lc. 23, 40. 12, 5. Mt. 10, 28 (Exod. 1, 17. 21. 1 Sam. 12. 18); τί, timeo periculum ab aliqua re, Heb. 11, 23. 27; reformido aliquid patiendum, Ap. 2, 10; ex imitatione hebr. (יָרֵא מִן) sq. ἀπό τινος (nos *vor einem, vor etwas;* cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 278), Mt. 10, 28. Lc. 12, 4. (Jer. 1, 8. 17. 10, 2. Lev. 26, 2. 1 Macc. 2, 62. 8, 12. Judith. 5, 23); — ut ap. Graecos φοβοῦμαι μή, *metuo, ne*, c. conj. aor. Act. 27, 17; μήπως, ne forte, vs. 29. 2 Co. 11, 3. 12, 20; φοβηθῶμεν (i. q. solliciti caveamus), μήποτέ τις δοκῇ, ne quis videatur, Heb. 4, 1; φοβοῦμαι ὑμᾶς, μήπως κεκοπίακα, Gal. 4, 11 (v. in μήπως); φοβοῦμαι c. inf. *dubito aliquid facere* (ob metum noxae), Mt. 1, 20. 2, 22. Mc. 9, 32. Lc. 9, 45 (larga e Graecis inde ab Aeschl. exempla v. ap. *Passow* II, p. 1215, col. 1). — 3) *vereor, revereor, venerabunda observantia prosequor;* τινά, Mc. 6, 20. Eph. 5, 33; τὸν θεόν, dic. de piis dei cultoribus, Lc. 1, 50. 18, 2. 4. Act. 10, 2. 22. 35. 1 Pet. 2, 17. Ap. 14, 7. 19, 5; item τὸν κύριον, Col. 3, 22. Ap. 15, 4; τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, Ap. 11, 18 (Deut. 4, 10. 5, 29. 6, 2. 13. 24. 13, 4. 14, 23. Prov. 3, 7. Ps. 34, 10 et multis aliis locis; persaepe in libro Siracidae; cf. *Wahl* Clav. apocr. V. Ti. p. 491); οἱ φοβ. τ. θεόν speciatim de proselytis, Act. 13, 16. 26 (v. in σέβω).*

**φόβητρον**, ου, τό (φοβέω), *id quod terrorem incutit, formido, terriculum;* Lc. 21, 11 (Plat. Ax. p. 367 a. Hippocr. Lucian. al.; pro חָגָּא Jes. 19, 17).*

**φόβος**, ου, ὁ (φέβομαι, ut φόρος, τρόμος, πόνος a φέρω, τρέμω, πένομαι), inde ab Hom., LXX pro יִרְאָה, פַּחַד, אֵימָה (terror) חִתִּית (idem), 1) *metus, timor, terror;* sensu subj. (οὐδέν ἐστι φόβος εἰ μὴ προδοσία τῶν ἀπὸ λογισμοῦ βοηθημάτων, Sap. 17, 11; προςδοκίαν λέγω κακοῦ τοῦτο, εἴτε φόβον, εἴτε δέος καλεῖτε, Plat. Protag. p. 358 d), univ. 1 Jo. 4, 18; φόβος ἐπί τινα πίπτει, Ap. 11, 11; ἐπιπίπτει, Lc. 1, 12. Act. 19, 17; ἐγένετο, Lc. 1, 65. Act. 5, 5. 11; λαμβάνει τινά, Lc. 7, 16 (Hom. Il. 11, 402); γίνεταί τινι, Act. 2, 43; πλησθῆναι φόβου, Lc. 5, 26; συνέχεσθαι φόβῳ, 8, 37; ἔχειν φόβον, 1 Tim. 5, 20 (Hdt. 8, 12); κατεργάζεσθαί τινι φόβον, 2 Co. 7, 11; φοβεῖσθαι φόβον (v. in φοβέω), Mc. 4, 41. Lc. 2, 9; add. gen. objecti, 1 Pet. 3, 14; ἀπὸ φόβου (prae), Lc. 21, 26; ἀπὸ τοῦ φόβ., prae timore, quo percellebantur, Mt. 14. 26; add. gen. objecti, 28, 4; εἰς φόβον, ut metuatis, Ro. 8, 15; μετὰ φόβου, Mt. 28, 8; add. καὶ τρόμου, 2 Co. 7, 15. Eph. 6, 5. Phil. 2, 12; ἐν φόβῳ κ. τρόμῳ (v. in τρόμος); τινὰ ἐν φόβῳ σώζειν (t. vulg. *Grsb.*), ἐλεᾶν (*Lchm. Tdf. Trg.*), sollicita cautione, ne eorum, quibus opitulamini, improbitate corrumpamini, Jud. vs. 23; plur. φόβοι, sensa timoris, terrores, 2 Co. 7, 5; φόβος τινός, genit. obj., ubi nos *Furcht vor Jemand;* τῶν Ἰουδαίων, Jo. 7, 13. 19, 38. 20, 19; βασανισμοῦ, Ap. 18, 10. 15; θανάτου, Heb. 2, 15 (Xen. mem. 1, 4, 7). — sensu objectivo, *id quod terrorem incutit*, φόβος ἀγαθῶν ἔργων s. rectius τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ, ubi nos *ein Schrecken für ..*, Ro. 13, 3. — 2) *reverentia, verecundia* (auctoritatis, dignitatis, majestatis); Ro. 13, 7. 1 Pet. 2, 18. 3, 15; ἡ ἐν φόβῳ ἀναστροφή, vivendi ratio verecundiae in maritum juncta, 1 Pet. 3, 2; φόβος c. gen. objecti, τοῦ κυρίου, Act. 9, 31. 2 Co. 5, 11; Χριστοῦ, Eph. 5, 21; θεοῦ, Ro. 3, 18. 2 Co. 7, 1; abest θεοῦ, e contextis facile patens, 1 Pet. 1, 17 (saepe in V. T. יִרְאַת יְהוָה et יִרְאַת אֱלֹהִים).*

**Φοίβη**, ης, ἡ, *Phoebe*, diaconissa ecclesiae cenchreensis, prope Corinthum; Ro. 16, 1.*

**Φοινίκη**, ης, ἡ, *Phoenice* s. *Phoenica*, apostolico aevo regio provinciae Syriae, in ora maris mediterranei inter Eleutherum flumen et promontorium Carmel sita fere triginta milliaria longa et duo vel tria milliaria lata; Act. 11, 19. 15, 3. 21. 2.*

**Φοινίκισσα**, v. in Συροφοίνισσα.

**φοίνιξ** (s. ut nonnulli scribere malunt φοῖνιξ, cf. *Win.* p. 49), ικος, ὁ, I) nom. appellativ., *palma arbor* (inde ab Hom., LXX pro תָּמָר); τὰ βαΐα τῶν φοιν. (v. in βαΐον), rami palmarum, Jo. 12, 13; sed ponuntur pro ramis etiam ipsi φοίνικες, Ap. 7, 9 (2 Macc. 10, 7. 14, 4). — II) Nom. propr., *Phoenix*, urbs Cretae cum portu; Act. 27, 12.*

**φονεύς**, έως, ὁ (φόνος), inde ab Hom., *interfector, homicida;* Mt. 22, 7. Act. 7, 52. 28, 4. 1 Pet. 4, 15. Ap. 21, 8. 22, 15; ἀνὴρ φονεύς, Act. 3, 14.*

**φονεύω**, f. εύσω, aor. 1. ἐφόνευσα (φονεύς), inde ab Hdt., LXX maxime pro רָצַח, praeterea pro הָרַג, הֵמִית al., *occido, interficio;* absol. *caedem committo*, Mt. 5, 21; οὐ (v. in οὐ, 6., p. 320, col. 2) φονεύσεις, Ro. 13, 9. Mt. 5, 21. 19, 18 (Ex. 20, 15); μὴ φονεύσῃς, Mc. 10, 19. Lc. 18, 20. Jac. 2, 11; τινά, Mt. 23, 31. 35. Jac. 5, 6.*

**φόνος**, ου, ὁ (ΦΕΝΩ, v. in φόβος), inde ab Hom., *caedes, homicidium;* Mc. 15, 7. Lc. 23, 19. 25. Act. 9, 1. Ro. 1, 29; ἐν φόνῳ μαχαίρας, Heb. 11, 37 (Ex. 17, 13. Num. 21, 24. Deut. 13, 15. 20, 13); plur. φόνοι, Mt. 15, 19. Mc. 7, 21. Gal. 5, 21. Ap. 9, 21.*

**φορέω**, ῶ, fut. έσω, aor. 1. ἐφόρεσα (recentiores formae pro antiquioribus φορήσω et ἐφόρησα cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 315. Kühner, 1, p. 228. *Win.* p. 74), (a φέρω, a quo ita differt, ut hoc actionem ferendi simplicem et transitoriam, φορέω autem actionis continuationem atque consuetudinem significet, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 585. *Hermann* ad Soph. El. 715; unde ἀγγελίην φέρειν est alicujus rei *nuntium affere*, Hdt. 3, 53 et 122; ἀγγελίην φορέειν, *nuntii munere fungi*, Hdt. 3, 34; hinc φορεῖν dicimus ea, quae circumferimus, quibus amicti indutique sumus), inde ab Hom., *fero, gesto;* refertur ad amictum, vestes, arma; Mt. 11, 8. Jo. 19, 5. Ro,

13, 4 (de q. l. v. in *μάχαιρα*); 1 Co. 15, 49. Jac. 2, 3 (Sir. 11, 5. 40, 4).*

*φόρον, ου, τό*, lat. *forum;* v. in *Ἄππιος*.

*φόρος, ου, ὁ* (a *φέρω*, hinc pr. i. q. *ὃ φέρεται*, v. in *φόβος*), inde ab Hdt., LXX pro מַס et (Esr. 4, 20, 6, 8. Neh. 5, 4) pro מִדָּה, *tributum*, maxime annuum, quod aut fundis agrisque imponitur aut pro capite solvitur; *φόρον, φόρους διδόναι Καίσαρι*, Lc. 20, 22. 23, 2 (1 Macc. 8, 4. 7); *ἀποδιδόναι*, Ro. 13, 7; *τελεῖν*, 13, 6.*

*φορτίζω* (*φόρτος*, q. v.), *onus impono, onero; φορτίζειν τινὰ φορτίον* (de duplici accus. v. *Bttm.* ntl. Gr. p. 130 s.) onerare aliquem onere (rituum ac temerariorum praeceptorum), Lc. 11, 46; *πεφορτισμένος*, (rituum lege mosaica et traditione praescriptorum molestiis ac peccatorum conscientia) onustus, Mt. 11, 28. (Ezech. 16, 33. Hes. op. 692. Lcian. navig. 45. Anthol. 10, 5, 5; eccles. scriptt.)*

*φορτίον, ου, τό* (deminut. nominis *φόρτος*, sed ita ut deminutio ad solam formam, non ad significationem pertineat; cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 440), inde ab Hes., LXX pro מַשָּׂא, *onus;* de onere navis (sic saepe ap. Graecos inde ab Hes. opp. 645. 695), Act. 27, 10 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* metaph. de molestia rituum, pl. Lc. 11, 46; de officiis, quae Christus cultoribus suis imponit atque oneris nomine appellat, ut Pharisaeorum praeceptis, quorum observatio molestissima erat, opponat, Mt. 11, 30 (*αὐτὸς μόνος δύναται βαστάσαι Ζήνωνος φορτίον*, Diog. L. 7, 5, 4; v. supra in *ζυγός*); de vitiis, quorum conscientiâ animus premitur, Gal. 6, 5.*

*φόρτος, ου, ὁ* (a *φέρω*), inde ab Hom., *onus;* Act. 27, 10 t. vulg.*

***Φορτουνάτος*** (s. *Φουρτ…*, t. vulg.), *ου, ὁ, Fortunatus*, Christianus corinthiacus; 1 Co. 16, 17.*

*φραγέλλιον, ίου, τό*, lat. *flagellum;* Jo. 2, 15.*

*φραγελλόω, ῶ*, ptcp. aor. 1. *φραγελλώσας*, *flagello, flagellis caedo; τινά*, Mt. 27, 26. Mc. 15, 15 (scriptt. eccles.).*

*φραγμός, οῦ, ὁ* (*φράσσω*, sepio), *sepes, sepimentum;* Mt. 21, 33. Mc. 12, 1. Lc. 14, 23; trop. id quod duos disjungit, ne coire possint, Eph. 2, 14., v. in *μεσότοιχον*. (LXX. Sir. 36, 30. Hdt. Soph. Thuc. Plut. al.)*

*φράζω*, imper. aor. 1. *φράσον*, inde ab Hom., *clare indico, declaro* s. gestu (*φωνῆσαι μὲν οὐκ εἶχε, τῇ δὲ χειρὶ ἔφραζεν*, Hdt. 4, 113) s. scribendo s. loquendo s. aliis modis; *explico; τινὶ τὴν παραβολήν*, sententiam parabolâ adumbratam, Mt. 13. 36. 15, 15. (bis ap. LXX; pro הֵבִין, Job. 6, 24; הוֹרָה, 12, 8.)*

*φράσσω*, aor. *ἔφραξα*, 3 ps. conj. aor. 2. pass. *σφραγῇ*, fut. 2. pass. *σφραγήσομαι*, *obsepio, obstruo; τὰ ὦτα τοῦ μὴ ἀκοῦσαι*, Prov. 21, 13; *τὴν ὁδὸν ἐν σκόλοψιν*, Hos. 2, 6; *πηγήν*, Prov. 25, 26; *στόματα λεόντων*, Heb. 11, 33; *ἡ καύχησις αὕτη οὐ σφραγήσεται*, huic gloriationi non praecludetur via, i. e. nemo ei ex actionibus meis exemplum opponet, quo vanam eam esse probetur, 2 Co. 11, 10; trop. *obmutescere facio, ad silentium redigo, τὸ στόμα*, Ro. 3, 19.*

*φρέαρ, ατος, τό*, inde ab h. Hom. Cer. 99. Hdt. 6, 119; LXX pro בְּאֵר et (1 Sam. 19, 22. 2 Sam. 3, 26. Jer. 41, 7. 9) בּוֹר (fovea, cisterna), *puteus;* Lc. 14, 5. Jo. 4, 11 s.; *vorago, φρ. τῆς ἀβύσσου* (quia orcus, quo remotior a terrae superficie est, eo amplior, quo propior ei, eo angustior ideoque cisternae, cui angustum orificium est, similis cogitatur), Ap. 9, 1 s.*

*φρεναπατάω, ῶ* (*φρεναπάτης*, q. v.), *τινά, mentem alicujus decipio*, Gal. 6, 3 (eccles. et byzant. scriptt.).*

*φρεναπατης, ου, ὁ* (*φρήν, ἀπάτη*), *mentem decipiens;* Vulg. *seductor;* Tit. 1, 10 (aliquoties ap. eccles. scriptt.).*

*φρήν, ενός, ἡ*, plur. *φρένες*, inde ab Hom., LXX aliquoties in provv. pro לֵב, 1) *praecordia.* — 2) *mens; sentiendi judicandique facultas;* etiam in plur.; ita 1 Co. 14, 20.*

*φρίσσω*, persaepe ap. Graecos inde ab Hom., *horreo, horresco;* i. e. 1) *rigeo* (*starren, emporstarren*); *ἔφριξάν μου τρίχες*, LXX Job. 4, 15; add. *ὀρθαί*, Hes. opp. 510; *ὀρθὰς--φρίσσει τρίχας* (acc. partis, qua quis horret), Hes. sc. 391; prae frigore, *διὰ τὸ ψῦχος*, Plut. mor. p. 915 b. — 2) *contremisco; vehementissimo percellor horrore;* absol. Jac. 2, 19. 4 Macc. 14, 9; ut lat. *horreo, horresco* c. acc. objecti horrorem injicientis, Hom. Il. 11, 383 et saepe.*

*φρονέω, ῶ*; f. *ήσω* (*φρήν*), inde ab Hom., 1) *mentis compos sum, sapio* (Hom. al.). — 2) *sentio, cogito;* absol. *ὡς νήπιος ἐφρόνουν*, 1 Co. 13, 11; *opinionem de me ipso habeo, de me ipso judico;* Luth. *von sich halten; μὴ ὑπερφρονεῖν παρ᾽ ὃ δεῖ φρονεῖν*, Ro. 12, 3 (*μεῖζον φρονεῖν ἢ κατ᾽ ἄνδρα*, Soph. Ant. 768); *φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν*, ut sit modestus, h. e. ut (etiam justa) opinio de semet ipso modestiae fines non excedat, ibid.; *ὑπὲρ ὃ γέγραπται*, opinione, quam quis de se habet, normam in sacris litteris praescriptam excedere, 1 Co. 4, 6 t. vulg.; — c. acc. rei, *sentio, judico; ἃ φρονεῖς*, quae sententia tua sit, Act. 28, 22; *οὐδὲν ἄλλο*, Gal. 5, 10; *τὶ ἑτέρως*, Phil. 3, 15; plures dicuntur *φρονεῖν τὸ αὐτό*, eandem sententiam fovere, i. e. *consentire, concordes esse*, 2 Co. 13, 11. Phil. 2, 2. (3, 16 t. vulg.) 4, 2; add. *ἐν ἀλλήλοις*, Ro. 15, 5; item *τὸ ἓν φρονοῦντες*, illa una mente affecti, Phil. 2, 2 (ita ut verbis *τὸ ἕν* respiciatur ad *τὸ αὐτό*, cf. *Meyer* ad l.); *τὶ ὑπέρ τινος*, aliquid judico, statuo, existimo de aliquo, 1, 7; *τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους*, eodem erga se invicem animo affectos esse, Ro. 12, 16. — 3) *animum intendo ad aliquid, appeto, studeo; τά τινος, alicujus rebus s. commodis studere; a partibus alicujus stare; facere cum aliquo* (in rebus publicis, Add. Esth. 8, 5. 1 Macc. 10, 20. Dio C. 51, 4. Hdian. 8, 6, 14; alia inde a Xen. exempla affert *Passow* II, p. 2345, col. 2; hinc) *τὰ τοῦ θεοῦ* et *τὰ τῶν ἀνθρ.*, iis quae deus vult (speciat. salutari ejus consilio), iis quae hominibus placent promovendis intentum esse, Mt. 16, 23. Mc. 8, 33; *τὰ τῆς σαρκός* et *τὰ τοῦ πνεύματος* (quibus phrasibus *σάρξ* et *πνεῦμα* finguntur personae), sequi ea quae s. carnis s. spiritus divini studiis satisfaciunt, Ro. 8, 5 coll. vs. 6. — *τὰ ἐπίγεια*, Phil. 3, 19; *τὰ ἄνω* et *τὰ ἐπὶ τῆς γῆς*, Col. 3, 2 (*ἀνθρώπινα, θνητά*, Arstot. eth. nic. 10, 7); *τοῦτο φρονεῖτε ἐν ὑμῖν*, in id intenti estote apud animos vestros, Phil. 2, 5 *Lchm. Tdf. Trg.;* pass. *φρονεῖταί τι ἔν τινι*, exsistit aliqua cogitandi ratio, quae factis exprimatur, ibid. t. vulg. *Grsb.; ὑψηλά* (v. in *ὑψηλός*); — *φρονεῖν ἡμέραν*, diei studio teneri, diem ut sacrum observare, Ro. 14, 6; *φρ. ὑπέρ τινος*, curam alicujus agere, Phil. 4, 10.*

*φρόνημα, τος, τό* (*φρονέω*, q. v.), *quod animo volvitur, studium* (*das Tichten und Trachten*); Ro. 8, 6 s. 27. (Hesych. *φρόνημα· βούλημα, θέλημα*. Vario etiam alio usu inde ab Aeschl.)*

*φρόνησις, εως, ἡ* (*φρονέω*), *intelligentia;* jct. c. *σοφία* (ut 3 Reg. 4, 25 (29). Theod. ad Dan. 1. 17; *ἡ σοφία τίκτει ἀνδρὶ φρόνησιν*, Prov. 10, 23), Eph. 1, 8; speciat. *cognitio divinae voluntatis amori virtutis conjuncta*, Lc. 1, 17 (Sap. 3, 15; LXX pro בִּינָה, תְּבוּנָה, חָכְמָה; vario usu ap. Graecos inde a Sophcl. et Eur.)*

*φρόνιμος, ον* (*φρονέω*), *a*) *intelligens, sapiens;* 1 Co. 10, 15; opp. *μωρός*, 1 Co. 4, 10; opp. *ἄφρων*. 2 Co. 11, 19; *φρόνιμος παρ' ἑαυτῷ*, qui sibi ipsi sapere videtur, Ro. 11, 25. 12, 16. Prov. 3. 7. — *b*) *prudens*, i. e. *suarum rerum providus;* Mt. 10, 16. 24, 45. Lc. 12, 42; opp. *μωρός*, Mt. 7, 24 (coll. vs. 26); 25, 2. 4. 8 s.; — comparat. *φρονιμώτερος*, Lc. 16, 8 (inde a Sophcl. Xen. Plat.; LXX passim pro נָבוֹן, חָכָם, מֵבִין).*

*φρονίμως*, adv., *prudenter;* Lc. 16, 8.**

*φροντίζω* (*φροντίς*), inde a Theogn. et Hdt., *meditor; curo; sollicitus sum;* sq. inf. Tit. 3. 8.*

*φρουρέω, ῶ*, impf. *ἐφρούρουν*, fut. *φρουρήσω*, impf. pass. *ἐφρουρούμην* (*φρουρός*, contr. ex *προορός* a *προοράω*, provideo), inde ab Aeschl. et Hdt., 1) *custodio, praesidio militari munio*, sive ut hostium invasiones impediantur, sive ut incolae urbis conclusi teneantur et a fuga prohibeantur (sic saepe inde a Thuc.); *τὴν πόλιν*, i. e. non *militibus cinxit*, sed *apposito militari praesidio portas clausit*, 2 Co. 11, 32 coll. Act. 9, 24; metaph. *τινά*. pass. *ὑπὸ νόμον*, sub legis mos. imperio, ne potestatem ejus effugeremus, add. *συγκεκλεισμένοι*, Gal. 3, 23; *custodiendo tueor* (Soph. OR. 1479) *ac servo*. *τὰς καρδίας ἐν Χριστῷ*, in necessitudine cum Christo, Phil. 4, 7; *τινὰ εἴς τι*, custodiendo ac tuendo *asservo* aliquem impetrandae alicui rei, pass. 1 Pet. 1, 5.*

*φρυάσσω*, aor. 1. *ἐφρύαξα* (ap. profanos ubique atque etiam in Maccab. librr. *φρυάσσομαι*, depon. med.), *fremo, terram pedibus pulso, halitum e naribus emitto, hinnio, ferox sum;* pr. de equis (Anthol. 5, 202, 4. Callim. lav. Pallad. vs. 2); de hominibus, *altos spiritus sumo, insolenter me effero* (2 Macc. 7, 34. 3 Macc. 2, 2. Anthol. Diod. Plut. al.); activ. pro רָגַשׁ, *ferociter tumultuor*, Act. 4, 25 e Ps. 2, 1.*

*φρύγανον, ου, τό* (a *φρύγω* s. *φρύσσω, φρύττω*, torreo, torrefacio, cf. lat. frigo, frux, fructus), *virgultum aridum, surculus aridus;* plerumque in plur. complectitur haec vox omnia sarmentosa ligna arida ignisque fomenta, omnem lignosam et surculosam materiam, qua fornax incenditur; Act. 28, 3 (Hdt. 4, 62. Arstph. Thuc. Xen. Philo al.; LXX pro קַשׁ, stipula, Jes. 40, 24. 41, 2. 47, 14; pro חָרוּל Job. 30, 7).*

*Φρυγία, ας, ἡ*, Phrygia, regio Asiae minoris inter Bithyniam, Galatiam, Lycaoniam, Pisidiam, Lydiam, Mysiam sita, ex cujus urbibus in N. T. commemorantur Laodicea, Hierapolis, Colossae; Act. 2, 10. 16. 6. 18, 23.*

*Φύγελλος* et (*Lchm. Tdf. Trg.*) *Φύγελος, ου, ὁ*, *Phygellus*, Christianus, qui cum Paulo Romae fuit eumque deseruit; 2 Tim. 1. 15.*

*φυγή, ῆς, ἡ* (*φεύγω*), inde ab Hom., *fuga;* Mt. 24, 20 atque in t. vulg. Mc. 13, 18.*

*φυλακή, ῆς, ἡ* (*φυλάσσω*), inde ab Hom., LXX pro מִשְׁמֶרֶת, מִשְׁמָר, מַטָּרָה (carcer), כֶּלֶא (coercitio, inclusio), — *custodia*, i. e. *a*) sensu activo *excubiae; φυλάσσειν φυλακάς*, *excubias agere*, Lc. 2, 8 (saepe ap. Graecos inde a Xen. an. 2, 6, 10 al., Plat. legg. 6, p. 758 d; saepeque ap. LXX pro שָׁמַר מִשְׁמָרוֹת); — *b*) ut lat. *custodia* et saepius plur. *custodiae* (v. *Klotz* Hdwrtb. s. v.) i. q. *custodes, excubitores:* Act. 12, 10 (saepissimeque ap. profanos inde ab Hom.). — *c*) de loco, quo captivi tenentur, *carcer;* Mt. 14, 10. 25, 36. 43 s. Mc. 6, 17. 27. Lc. 3, 20. 21, 12. 22, 33. Act. 5, 19. 22. 8, 3. 12, 5 s. 17. 16, 27. 40. 22, 4. 26, 10. 2 Co. 6, 5. 11, 23. 1 Pet. 3, 19. Ap. 18, 2. 20, 7 (Hdt. 3, 152. Thuc. 3, 34. Plut. al.; LXX pro מַטָּרָה; בֵּית כֶּלֶא et בֵּית הַכֶּלֶא; מִשְׁמָר); *βάλλειν* s. *τιθέναι τινὰ εἰς τ. φυλακήν* s. *ἐν τῇ φυλακῇ*, Mt. 5, 25. 14, 3. 18, 30. Lc. 12, 58. 23, 19. 25. Jo. 3, 24. Act. 5, 25. 8, 3. 12, 4. 16, 23 s. 37. Ap. 2, 10. — *d*) de (noctis) tempore, per quod excubiae agebantur, *vigilia*, i. e. temporis spatium, per quod pars excubitorum vigilare debebat, usque dum alii in ejus locum succederent. Ut Graeci antiquiores noctem vulgo in tres dividebant partes, ita ante exilii tempora etiam Israelitae tres habebant vigilias noctis, postea vero, cum Romanorum imperio parerent, hos secuti noctem in quatuor vigilias distribuerunt: Mt. 24, 43 *ἐν τῇ δευτέρᾳ, τρίτῃ*, Lc. 12, 38; *τετάρτῃ*, Mt. 14, 25. Mc. 6, 48. Cf. *Win.* RWB. s. v. Nachtwache.

*φυλακίζω* (*φυλακή*), *in carcerem conjicio;* Act. 22, 19 (Sap. 18, 4; eccles. et byzant. scriptt.)*

*φυλακτήριον, ίου, τό* (neutr. adj. *φυλακτήριος, ία, ον*, a *φυλακτήρ*), 1) *munitus locus, in quo collocatur praesidium*. — 2) *amuletum;* Dem. p. 71, 24. Diosc. 5, 159 s., saepius ap. Plut.; dicebantur *φυλακτήρια* (talmud. תְּפִלִּין, *precatoria*, germ. *Gebetsriemen*) a Judaeis schedulae membranaceae, quas his mos. legis locis, Deut. 11, 13—21. 6, 4—9. Exod. 13, 11—16. 1—10., inscriptas thecisque insertas inter fundendas preces fronti et brachio sinistro e regione cordis lori ope aptare solebant, quo ritu praecepta dei in capite et corde tenere graviter commonerentur secundum praescripta Ex. 13, 16. Deut. 6, 8. 11, 18 (coll. Jos. antt. 4, 8, 13); quas schedulas instar amuletorum ad avertenda varia mala, inprimis ad abigendos daemones valere opinabantur (Targ. ad Cant. 8, 3), unde graecum eorum nomen. Pharisaei solebant *τὰ φυλακτήρια αὐτῶν πλατύνειν, dilatare, expandere*, quo facilius oculis ea exponerent atque se ipsis ita divinae legis reminiscendae studiosiores quam plurimis ostenderent, Mt. 23, 5. Cf. *Win.* RWB. s. v. Phylakterien. *Leyrer* in *Herzog* Enc. 11, p. 639 ss. *Kneucker* in *Schenkel* BL. 1, p. 601 s. *Delitzsch* in *Riehm* HWB. p. 270 ss.*

*φύλαξ, ακος, ὁ* (*φυλάσσω*), *custos;* Act. 5, 23. 12, 6. 19 (inde ab Hom., LXX pro שֹׁמֵר).*

*φυλάσσω*, f. *άξω*, aor. 1. *ἐφύλαξα*, aor. 1. med. *ἐφυλαξάμην*, inde ab Hom., LXX sexcenties pro שָׁמַר, passim pro נָצַר, — 1) activ. *custodio;* i. e. *a*) *excubo, excubias ago;* add. *φυλακήν* (q. v.), Lc. 2. 8. — *b*) *observo; τινά*. aliquem, ne aufugiat, Act. 12. 4. 28, 16; pass. 23, 35. Lc. 8, 29; *τί*, aliquid, ne auferatur, *τὰ ἱμάτια*, Act. 22, 20. — *c*) *custodio* aliquem (aliquid), *ut salvus maneat*, i. e. ne per vim laedatur, diripiatur, i. q. *tueor; τὴν αὐλήν*. Lc. 11, 21; *ἀπό τινος*, tueor aliquem ab aliquo, 2 Th. 3, 3 (Xen. Cyr. 1. 4, 7. Ps. 140, 9; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 278); *τὴν παραθήκην*, servo, curo, ne mihi eripiatur, tutam et incolumem praesto, 1 Tim. 6, 20. 2 Tim. 1, 14; add. *εἴς τινα ἡμέραν*, i. e. ut praesto sit illo die, 2 Tim. 1, 12; custodio, ne amittatur, ne pereat, i. e. (praevalente notione felicis successus) *conservo, τινά*. Jo. 17, 12 (q. l. *ἐφύλαξα* explicatur additis *οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο*); 2 Pet. 2, 5; *τινά* c. acc. praedic., Jud. vs. 24; *φυλάξει* (opp. *ἀπολέσει*) *τ. ψυχὴν εἰς ζωὴν αἰών.*, i. e. eam servabit eo effectu, ut habeat vitam aeternam, Jo. 12, 25; *ἑαυτὸν ἀπό τ.*, *cavere* sibi ab aliquo, 1 Jo. 5, 21. — *d*) *custodio*, i. e. *curo, caveo ne violem; observo: τὸν νόμον*. Act. 7, 53. 21, 24. Gal. 6, 13 (Lev. 19, 37 al. Soph. Trach. 616 et ap. al.; *νόμους*, Xen. h. g. 1, 7, 30. Plat. de rep. 6, p. 484 b: polit. p. 292 a); singula mos. legis praecepta. Mt. 19, 20 *Lchm. Tdf. Trg.;* Mc. 10, 20 *Lchm.;* Lc. 18, 21 *Lchm. Tdf. Trg.; τὸν λόγον τοῦ θεοῦ*, Lc. 11, 28; *τὰ ῥήματα* Jesu, Jo. 12. 47 *Lchm. Tdf. Trg.;* apostolica praecepta, Act. 16. 4. 1 Tim. 5, 21. — 2) Med. *a*) mihi observo quod fugiam, i. e. *evito, fugio;* consueto inde

ab Aeschl. et Hdt. ap. Graecos usu c. acc. objecti; *τί*, Act. 21, 25; *τινά*, 2 Tim. 4, 15; *ἀπό τινος*, *caveo mihi ab aliquo*, Lc. 12, 15 (Xen. Cyr. 2, 3, 9); *ἵνα μή*, 2 Pet. 3, 17 (*ὅπως μή*, Xen. mem. 1, 2, 37; alia exempla v. ap. *Passow* II, p. 2360, col. 1). — *b*) ex usu a Graecis alieno sed ap. LXX frequentissimo (cf. *Win.* p. 238), *mihi*, i. e. salutis meae causa, *custodio*, ne violem, i. e. *observo*; *ταῦτα πάντα* (praecepta mosaicae legis), Mt. 19, 20 t. vulg. *Grsb.*; Mc. 10, 20 t. vulg. *Grsb. Tdf. Trg.*; Lc. 18, 21 t. vulg. *Grsb.* (Ex. 12, 17. Lev. 18, 4. 20, 8. 22. 26, 3 multisque aliis locis.)*

*φυλή*, *ῆς*, *ἡ* (a *φύω*), inde ab Hdt. et Pind., 1) *tribus*; in N. T. *universitas eorum, qui ab uno e duodecim Jacobi patriarchae filiis orti sunt* (LXX pro מַטֶּה et שֵׁבֶט; etiam pro מִשְׁפָּחָה. v. in *πατρία*); Heb. 7, 13 s.; add. genit. *Ἀσήρ*, *Βενιαμίν* al., Lc. 2, 36. Act. 13, 21. Ro. 11, 1. Phil. 3, 5. Ap. 5, 5. 7, 5—8; *δώδεκα φ. τοῦ Ἰσραήλ*, Mt. 19, 28. Lc. 22, 30. 24, 30. Jac. 1, 1. Ap. 21, 12. — 2) *gens*, *natio*; Mt. 24, 30. Ap. 5, 5. 9. 7, 9. 13, 7. 14, 6.*

*φύλλον*, *ου*, *τό* (*φύω*), *folium*; Mt. 21, 19. 24, 32. Mc. 11, 13. 13, 28. Ap. 22, 2.*

*φύραμα*, *τος*, *τό* (*φυράω*, misceo), *quaevis materia aquâ macerata ac tum subacta*; *massa*; farinae (Num. 15, 18 s. Arstot. probl. 21. Plut. mor. p. 693), 1 Co. 5, 6 s. Gal. 5, 9 (de quorum locorum sententia v. in *ζύμη*); Ro. 11, 16; argillae (Plut. mor. p. 811 c), Ro. 9, 21.*

*φυσικός*, *ή*, *όν* (*φύσις*), *naturalis*; i. e. *a*) *naturâ effectus*, *ingenitus* (sic saepissime inde a Xen.). — *b*) *naturae conveniens* (Dion. H. Plut. al.); opp. *παρὰ φύσιν*, Ro. 1, 26. — *c*) *naturae instinctum sequens*; *ζῶα*, 2 Pet. 2, 12.*

*φυσικῶς*, adv., *naturali modo*, *per naturam*, *natura duce*; ope sensuum corporis, Jud. vs. 10.*

*φυσιόω*, *ῶ*, ptcp. pf. pass. *πεφυσιωμένος*, aor. 1. pass. *ἐφυσιώθην*, 1) (a *φύσις*), *naturam efficio*; *facio*, *ut abeat aliquid in naturam* (Clem. Alex.; Simplic.). — 2) i. q. *φυσάω*, *φυσιάω* (a *φῦσα*, follis), *inflo*, *sufflo*, *efflo*, *tumefacio*; trop. *superbum reddo*; 1 Co. 8, 1; pass. *me effero*, *me elatum gero*, *superbio*; 1 Co. 4, 18 s. 5, 2. 13, 4; *ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ*, Col. 2, 18; *ὑπέρ τινος*, (v. in *ὑπέρ* I, 2) *κατά τινος*, 1 Co. 4, 6. (eccles. et byzant. scrr.)*

*φύσις*, *εως*, *ἡ* (a *φύω*, q. v., ut lat. natura a nascor, ingenium a geno, gigno), inde ab Hom. Od. 10, 303; — *natura*; i. e. *a*) *natura rerum*, *naturae vis*, *leges*, *ordo*; ita ut opponatur monstrosum, perversum; *παρὰ φύσιν*, contra legem naturae, *ὁ*, *ἡ*, *τό*, *naturae contrarius*, Ro. 1, 26 (*οἱ παρὰ φύσιν τῇ Ἀφροδίτῃ χρώμενοι*, Athen. 13, p. 605; *ὁ παιδεραστής-- τὴν παρὰ φύσιν ἡδονὴν διώκει*, Philo legg. specc. III, §. 7); *naturae* opponitur id quod *arte* humana factum est, *οἱ κατὰ φύσιν κλάδοι*, naturales rami, qui naturae vi sunt rami, Ro. 11, 21. 24; opp. *οἱ ἐγκεντρισθέντες παρὰ φύσιν*, contra institutum naturae, vs. 24; *ἡ κατὰ φύσει ἀγριέλαιος*, ibid.; — *natura* opponitur *fictitio*, *οἱ μὴ φύσει ὄντες θεοί*, qui non natura sunt dii, sed e perversa gentilium opinione (*λεγόμενοι θεοί*, 1 Co. 8, 5), Gal. 4, 8; *natura*, i. e. *naturalis sensus s. nativa conscientia*, opponitur iis, quae institutione discuntur et arte perficiuntur, aut legum auctoritate jubentur, *ἡ φύσις* (i. e. *nativus decori sensus*) *διδάσκει τι*, 1 Co. 11, 14; *φύσει ποιεῖν τὰ τοῦ νόμου*, *naturâ magistrâ*, *nativo boni et honesti sensu duce*, Ro. 2, 14. — *b*) *nativitas*, *ortus physicus*; *ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι*, nos, si nativitatem spectaveris, i. e. natalibus Judaei sumus, Gal. 2, 15 (*φύσει νεώτερος*, Soph. OC. 1295; *τῷ μὲν φύσει πατρίς*, *τὸν δὲ νόμῳ πολίτην ἐπεποίηντο*, Isocr. Evagr. 21; *φύσει βάρβαροι ὄντες*, *νόμῳ δὲ Ἕλληνες*, Plat. Menex. p. 245 d; cf. *Grimm* Exgt. Hdb. ad Sap. 13, 1); *ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία*, qui natalibus est praeputiatus s. gentilis est (opp. qui etsi circumcisus tamen improbitate animi et perversitate morum gentilis *factus* est), Ro. 2, 27. — *c*) *sentiendi agendique ratio*, *quae per longam consuetudinem abiit in naturam*; *ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς*, naturâ (nostrâ depravatâ) eramus obnoxii irae dei, Eph. 2, 3 (quae notio e proxime antecedentibus clare elucet opponiturque immutationi animi et morum beneficio gratiae divinae per Christum effectae; — *φύσει πρὸς τὰς κολάσεις ἐπιεικῶς ἔχουσιν οἱ Φαρισαῖοι*, Jos. antt. 13, 10, 6). — *d*) *summa proprietatum et virium*, *quibus ab aliis aliquis differt*, *naturâ ei insitarum*; *φύσις θηρίων* (naturalis vis, ferocia, contumacia bestiarum), *ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη* (ingenium, ars, sollertia hominum, quae eorum naturae sunt propria ex eaque necessario proveniunt), Jac. 3, 7; *θείας κοινωνοὶ φύσεως* (speciatim intelligitur sanctitas divinae naturae propria), 2 Pet. 1, 4 (*Ἀμενώφει--*, *θείας δοκοῦντι μετεσχηκέναι φύσεως κατά τε σοφίαν καὶ πρόγνωσιν τῶν ἐσομένων*, Jos. c. Ap. 1, 26).*

*φυσίωσις*, *εως*, *ἡ* (*φυσιόω*, q. v.), *inflatio* (Vulg.), *elatio animi*, *fastus*; plur. 2 Co. 12, 20. (eccles. scriptt.)*

*φυτεία*, *ας*, *ἡ* (*φυτεύω*, q. v.), 1) *plantatio* (Xen. Theophr. Plut. Ael. al.). — 2) *plantatum*, *planta* (i. q. *φύτευμα*); Mt. 15, 13.*

*φυτεύω*, impf. *ἐφύτευον*, aor. 1. *ἐφύτευσα*, ptcp. pf. pass. *πεφυτευμένος*, impr. aor. 1. pass. *φυτεύθητι* (*φυτόν*), inde ab Hom., LXX pro נָטַע, aliquoties pro שָׁתַל, — *planto*; absol. Lc. 17, 28. 1 Co. 3, 6—8; *φυτείαν*, Mt. 15, 13; *ἀμπελῶνα*, Mt. 21, 33. Mc. 12, 1. Lc. 20, 9. 1 Co. 9, 7; *τὶ ἐν* c. dat. loci, pass. Lc. 13, 6. 17, 6.*

*φύω*, aor. 2. pass. *ἐφύην*, ptcp. *φυέν* (pro quibus Atticis usitatior est aor. activ. *ἔφυν* c. ptcp. *φύς*, *φύν* passivo vel intrans. significatu, cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 321. *Krüger* I, p. 195. *Kühner* I, p. 930 s. *Win.* p. 86), inde ab Hom., 1) *gigno*, *pario*, *produco*; pass. *nascor*, *enascor*, *progermino*, *provenio*; Lc. 8, 6. 8. — 2) intrans. *enascor*, *progermino*; Heb. 12, 15.*

*φωλεός*, *οῦ*, *ὁ*, *cubile*, *latibulum*; *lustrum*; animalium, Mt. 8, 20. Lc. 9, 58 (Arstot. Ael. Plut. Geop. al.).*

*φωνέω*, *ῶ*, aor. 1. *ἐφώνησα*, inf. aor. 1. pass. *φωνηθῆναι* (*φωνή*), 1) ut inde ab Hom. intrans. *sono*, *vocem edo*; de gallo, *cano*, Mt. 26, 34. 74 s. Mc. 14, 30. 68. 72. Lc. 22, 34. 60 s. Jo. 13, 38. 18, 27 (de aliorum animalium vocibus, Jes. 38, 14. Jer. 17, 11. Zeph. 2, 14; raro ita ap. profanos, ut Aesop. 36); de hominibus, *clamo*, *exclamo*, *alta voce proloquor*; sqq. verbis pronuntiatis, Lc. 8, 8; add. *φωνῇ μεγάλῃ*, Act. 16, 28; *ἐφώνησε λέγων*, Lc. 8, 54; *φωνήσας εἶπεν*, 16, 24; *φωνήσας φωνῇ μεγ. εἶπεν*, 23, 46; *ἐφών. κραυγῇ μεγ. λέγων*, Ap. 14, 18.) — 2) ut inde a Sophcl. transitive *a*) *voco*, *ad me voco*; *τινά*, sive ipse, Mt. 20, 32. 27, 47. Mc. 9, 35. 10, 49. 15, 35. Jo. 1, 49. 2, 9. 4, 16 (10, 3 *Lchm. Tdf. Trg.*) 11, 28. 18, 33. Act. 9, 41. 10, 7; sive per alios, *arcesso*, Mc. 3, 31 t. vulg. *Grsb.*; Lc. 16, 2. Jo. 9, 18. 24. 11, 28; *εἶπε φωνηθῆναι αὐτῷ τούς κτλ.*, Lc. 19, 15; *φων. τινὰ ἐκ*, c. gen. loci, *evoco* (jubeo aliquem relicto loco ad me venire), Jo. 12, 17. — *b*) *invito*; Lc. 14, 12. — *c*) i. q. *alloquor*, *compello*; *τινά*, sq. nominativo tituli (v. *Win.* §. 29, 1), Jo. 13, 13.*

*φωνή*, *ῆς*, *ἡ* (*φάω*, luceo, manifesto), inde ab Hom., hebr. קוֹל, 1) *sonus*, *sonitus*; rerum inani-

marum, ut instrumentorum musicorum, Mt. 24, 31. 1 Co. 14, 7 s. Ap. 14, 2. 18, 22 (Jes. 18, 3. 24, 8. Sir. 50, 16. 1 Macc. 5, 31; *ὀργάνων*. Plat. de rep. 3. p. 397 a; *συρίγγων*, Eur. Tro. 127; *ψαλτηρίου καὶ αὐλοῦ*, Plut. mor. p. 713 c); venti. Jo. 3. 8. Act. 2, 6; tonitruum, Ap. 6, 1. 14, 2. 19, 6 coll. 4, 5. 8, 5. 11, 19. 16, 18; *strepitus*, molae, 18, 22; turbae et multitudinis, 19, 1. 6; curruum, 9, 9; alarum. *stridor* (Ez. 1, 24), ibid.; aquarum (Ez. 1. 24. 4 Esr. 6, 17), Ap. 1, 15. 14, 2. 19, 6; etiam c. genit. rei sermonem denotantis significat *sonum* (*den Laut*), *τοῦ ἀσπασμοῦ*, Lc. 1, 44; *ῥημάτων*, Heb. 12, 19; *clamor* (hominum), *φωνὴ μεγάλη*, sonus vehementior, Mc. 15, 37; hominum tumultuose aliquid flagitantium, Lc. 23, 23 coll. Act. 19. 34; simplic. *plangor* et *ululatus* lamentantium, Mc. 2, 18 (e Jer. 31, 15). — 2) *vox*, nostr. *Stimme*, i. e. *sonus, quo verba proferuntur; λαλεῖν φωνάς*, Ap. 10, 3; dicuntur qui exclamare s. acclamare alicui verba incipiunt, *τὴν φωνὴν αἴρειν*, Lc. 17, 13; *πρός τινα*. Act. 4, 24; *φωνὴν ἐπαίρειν*, Lc. 11, 27. Act. 2, 14. 14. 11. 22, 22; add. *φωνῇ μεγάλῃ* verbis *λέγειν*, Ap. 5. 12. 8. 13 (*ἐν φωνῇ μεγ*.. Ap. 14, 7); *εἰπεῖν*, Lc. 8, 28. Act. 14, 10; *φάναι*, 26. 24; *αἰνεῖν τὸν θεόν*, Lc. 19, 37; c. verbis *clamandi, exclamandi; ἀναβοᾶν*, Mt. 27, 46; *βοᾶν*. Mc. 15, 34. Act. 8, 7; *φωνεῖν*, Lc. 23, 46. Act. 16, 28; *ἀναφωνεῖν*, Lc. 1, 42; *κηρύσσειν* (*ἐν μ. φ.*), Ap. 5, 2; *κραυγάζειν*, Jo. 11, 43; *ἀνακράζειν*, Lc. 4, 33.; *κράζειν*, Mt. 27, 50. Mc. 1, 26. 5, 7. Act. 7, 57. 60. Ap. 6, 10. 7, 2. 10. 10, 3. 19, 17; *κράζ. ἐν φ. μεγ.*, Ap. 14, 15; *ἐν ἰσχυρᾷ φωνῇ*. 18, 2; *μετὰ φωνῆς μεγ. δοξάζειν τὸν θ.*, Lc. 17, 15; de coelestibus effatis quae nemine viso audiuntur, dic. *ἰδοὺ φωνὴ λέγουσα*. Mt. 3. 17. 17, 5; *ἔρχεται φωνή*, Mc. 9, 7. Jo. 12, 28; *ἐξέρχεται*, Ap. 16, 17. 19, 5; *γίνεται φωνή*, Mc. 1, 11. Lc. 3, 22. 9, 35 s. Jo. 12, 30; *πρός τινα*, Act. 10, 13. 15; *ἐγένοντο φωναὶ μεγάλαι*, Ap. 11, 15; *ἀκούω φωνήν*, Act. 9, 4. 22, 9. 26, 14. 2 Pet. 1, 18. Ap. 1, 10. 4, 1. 6, 6. (vs. 7 t. vulg.) 9, 13. 10, 4. 8. 11, 12. 12, 10. 14, 2. 18, 4. 19, 6; *ἀκούειν φωνῆς*, Act 9, 7. 11, 7. 22, 7. Ap. 14, 13. 16, 1. 21, 3; *βλέπειν τὴν φων.*, i. e. eum, qui vocem ederet, Ap. 1, 12. — *φωνή* c. genit. subjecti, *βοῶντος*, Mt. 3, 3. Mc. 1, 3. Lc. 3, 4. Jo. 1, 23 e Jes. 40, 3; *ἡ φ. τινος*, sonus vocis alicui nativus, Act. 12, 14. Ap. 3, 20 (Cant. 5, 2); modus sonos proferendi, velut pastorum (vocantium, sibilantium), Jo. 10, 3—5; cujusmodi cum sonis Jesus praecepta sua bonis quibusque probata comparat, 10, 16. 27 coll. 18, 37; *ἀνθρώπου*, humana loquela, 2 Pet. 2, 16; *φ. τινος*, sonus tumultuantis, Mt. 12, 19 (Jes. 42, 2); ovantis, jubilantis, Jo. 3, 29. Ap. 18, 23; *ἀγγέλων πολλῶν*, Christi laudes canentium, Ap. 5, 11 s.; sonus vocum Christi, quibus mortuos in vitam revocaturus est (*Auferweckungsruf*), Jo. 5. 25. 28; *ἀρχαγγέλου*. sonus clamoris excitatorii, quo archangelus, agminis angelorum dux, utitur, 1 Th. 4, 16; *τοῦ θεοῦ*, dei s. in sacris litteris V. Ti. s. in evangelio docentis, admonentis, Jo. 5. 37. Heb. 3, 7, 15. 4, 7; terram concutientis, Heb. 12, 26; *sermo*, *θεοῦ, οὐκ. ἀνθρ.*, Act. 12, 22: *ἀλλάξαι τὴν φ.* (v. in *ἀλλάσσω*). Gal. 4, 20. — 3) *sermo*, i. e. *lingua;* 1 Co. 14, 10 s. (Jos. c. Ap. 1, 1. Ceb. tab. 33. Ael. v. h. 12, 48. Diog. L. 8, 3; alia a Graecis exempla v. ap. *Passow* II, p. 2377, col. 2; Gen. 11, 1. Deut. 28, 49; *ἐν τῇ ἑβραΐδι φωνῇ*, 4 Macc. 12, 7; *τῇ πατρίῳ φωνῇ*, 2 Macc. 7, 8. 21. 27).*

**φῶς, φωτός, τό** (contr. e *φάος*, a *φάω*, luceo), inde ab Hom. (ap. hunc quidem formâ *φάος*). hebr. אוֹר, *lux* (opp. *τὸ σκότος*, *ἡ σκοτία*); 1) propr.: *a*) univ.; *ὁ θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκοτους φῶς λάμψαι*, 2 Co. 4, 6 (Gen. 1, 3); *λευκὰ ὡς τὸ φῶς*, Mt. 17, 2; *νεφέλη φωτός*, i. e. quae luce constat i. q. *φωτεινή* in t. vulg., Mt. 17, 5 *Grsb.; τὸ φῶς τοῦ κόσμου*, de sole, Jo. 11, 9; *τὸ φῶς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ*, efficacia lucis non est in eo, unde res quae circum se sunt, nec cernit nec discernit, vs. 10; lux quae spargitur a candela, Lc. 8, 16; *lux coelestis*, angelos e coelis in terra comparentes circumfundens. hinc *ἄγγελος φωτός*, 2 Co. 11, 14., et *locum* collustrans in quo comparent, Act. 12, 7; cujusmodi lux Paulum circumfundebat, quum ad Christum converteretur, 22, 6. 11; add. *οὐρανόθεν*, 26, 13; *ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ*, 9, 3. — *b*) meton. *id quo lumen spargitur;* — astrum lucens, plur. Jac. 1, 17; *ignis*, ut qui simul lucet et collustrat; Lc. 22, 56; *θερμαίνεσθαι πρὸς τὸ φῶς*, Mc. 14. 54 (1 Macc. 12, 29. Xen. h. g. 6, 2. 29. Cyr. 7. 5, 27); *lampas, fax*, pl. *φῶτα*, Act. 16, 29 (*φῶς ἔχειν*, Xen. h. g. 5. 1, 8; in plurali saepius ap. Plut.). — *c*) *splendor* (*Schein*); *ἡλίου*, Ap. 22, 5; *candelae*, Jo. 5, 35 (ubi parabolice ita significatur splendor dignitatis, auctoritatis, virtutis, rerum gestarum); add. *λύχνου*, 18, 23 (Jer. 25, 10); divinae schechinae (v. in *δόξα*, III, 1), 21, 24 (Ps. 88, 16. Jes. 60, 1. 19 s.). — 2) Frequentatur nomen *τοῦ φωτός* in oratione poëtica, metaphorica, parabolica. — *a*) Quum lux sit aliquid tenuissimum, sincerissimum, splendidissimum, deus appellatur *φῶς* i. e. natura cujusvis concretionis expers, purissima, sanctissima. 1 Jo. 1, 5 (Sap. 7. 26., ubi cf. *Grimm*); dic. *εἶναι ἐν τῷ φωτί*, in statu summae sanctitatis, vs. 7; *φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον*, qua imagine significatur natura dei et majestatis plenissima et omni humano captui inaccessa, 1 Tim. 6, 16 (Ps. 103, 2); dic. *φῶς* perfectissimus et ab omni labe alienissimus coelestis rerum status, in quem veri cultores Christi evehentur, i. q. *regnum lucis*, Col. 1, 12. — *b*) Imagine in N. T. usitatissima *φῶς* dic. *veritas et ejus cognitio eique consentanea animi sanctitas* (opp. *τὸ σκότος, ἡ σκοτία*, q. v.); *ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων*, in hominibus naturam lucis habuit i. e. exstitit causa humanae sapientiae, Jo. 1, 4; maxime *salutaris veritas quae in Christo comparuit ejusque opera et beneficio hominibus obtigit et obtingit*, Mt. 4, 16. Jo. 1, 5. 3, 19—21. Act. 26, 18. 23. 2 Co. 6, 14. Eph. 5, 13; *τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν*, 1 Jo. 2, 8; *τὸ θαυμαστὸν τοῦ θεοῦ φῶς*, 1 Pet. 2, 9 (Clem. Rom. 1 Co. 36, 2 coll. 59, 2); *τὸ φῶς ὑμῶν*, divina veritas, qua imbuti estis, Mt. 5, 16; *ἔχειν τὸ φ. τῆς ζωῆς*, lucem, qua quis vitam vitalem consequitur, Jo. 8, 12; *τὰ ὅπλα τοῦ φωτός*, Ro. 13, 12; *καρπὸς τοῦ φωτός*, Eph. 5, 9 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.; ἐν τῷ φωτὶ περιπατεῖν*, salutari sapientiae convenienter vivere, 1 Jo. 1, 7; *ἐν τῷ φωτὶ εἶναι*, salutari sapientiâ imbutum esse, *μένειν*, ei addictum manere, in ea tenenda permanere, 2, 9 s.; *οἱ υἱοὶ τοῦ φωτός* (v. in *υἱός*, p. 440, col. 2), Lc. 16, 8. Jo. 12, 36. 1 Th. 5, 5; *τέκνα τοῦ φ.* (v. in *τέκνον*, p. 428, col. 2), Eph. 5, 8; — meton. *φῶς* dic. is in quo sapientia et animi sanctitas elucet et qui eâdem alios imbuit, *φῶς τῶν ἐν σκότει*, Ro. 2, 19; eminentissimo sensu *φῶς* et *τὸ φῶς* dicitur *Jesus Messias*, Lc. 2, 32. Jo. 1, 7 s. 12, 35 s. 46; *τὸ φῶς τοῦ κόσμου*, Jo. 8, 12. 9, 5 (*τὸ φῶς τοῦ κόσμου τὸ δοθὲν ἐν ὑμῖν εἰς φωτισμὸν παντὸς ἀνθρώπου*, Test. XII patriarch. p. 578 ed. Fabric.); *τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν*, Jo. 1, 9; quo eodem nomine insigniuntur Jesu discipuli, Mt. 5, 14; Christiani dicuntur *φῶς ἐν κυρίῳ*, salutarem sapientiam adepti in communione Christi, Eph. 5, 8; — *πᾶν τὸ φανερούμενον φῶς ἐστιν*, quidquid christianae veritatis ope manifestatur, in lucis naturam abiit, ita ut vera ejus ratio et indoles non amplius abscondatur, Eph. 5, 13. — *c*) Imagine a *luce dici*

desumta φῶς dic. de *eo quod omnium oculis expositum est; ἐν τῷ φωτί* (opp. ἐν τῇ σκοτίᾳ), *palam* (ἐν φάει, Pind. nem. 4, 63), Mt. 10, 27. Lc. 12, 3. — *d*) *ratio, mens; facultas intelligendi* potissimum ea quae ad salutem conducunt; τὸ φῶς τὸ ἐν σοί, Mt. 6, 23. Lc. 11, 35.*

**φωστήρ**, ῆρος, ὁ (φῶς, φώσκω), 1) *id quod lucem spargit;* Vulg. *luminar;* de stellis, Phil. 2, 15 Sap. 13, 2. Sir. 43, 7. Gen. 1, 14. 16. Heliod. 2, 24. eccles. scriptt. — 2) *splendor;* Ap. 21, 11 (Anthol. 11, 359).*

**φωσφόρος**, ον (φῶς, φέρω), *lucem ferens, lucifer* (Arstph. Eur. Plat. Plut. al.); subst. ὁ φ., *lucifer*, stella Veneris, solis ortum antegrediens (Plat. Locr. p. 96 e. Plut. al.), 2 Pet. 1, 19., de cujus loci sententia v. in λύχνος.*

**φωτεινός**, ή, όν (φῶς), *lucidus;* i. e. *luce constans, lucidae naturae; νεφέλη*, Mt. 17, 5; οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου μυριοπλασίως ἡλίου φωτεινότεροι, Sir. 23, 19; — *luce collustratus*, opp. σκοτεινός, Mt. 6, 22. Lc. 11. 34. 36; τὰ σκοτεινὰ καὶ τὰ φωτεινὰ σώματα, Xen. mem. 3, 10, 1.*

**φωτίζω**, fut. ίσω (Ap. 22, 5 *Lchm.;* 1 Co. 4, 5), att. φωτιῶ (Ap. 22, 5 *Grsb. Tdf. Trg.*), aor. 1. ἐφώτισα, ptcp. pf. pass. πεφωτισμένος, aor. 1. pass. ἐφωτίσθην, 1) intrans. *lucem spargo, luceo* (Arstot. Theophr. Plut. al.; LXX pro הֵאִיר; Num. 8, 2 al.); ἐπί τινα, Ap. 22, 5. — 2) trans. *a*) pr. *luce collustro, illustro, illumino; τινά*, Lc. 11, 36; τὴν πόλιν, Ap. 21, 23 (ἀκτῖσι τὸν κόσμον, de sole, Diod. 3, 48; LXX pro הֵאִיר); ἡ γῆ ἐφωτίσθη ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ, refulsit splendore ejus, Ap. 18, 1. — *b*) *in lucem protraho, conspicuum reddo; τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους*, 1 Co. 4, 5 (τὴν αἵρεσίν τινος, sententiam alicujus, Pol. 23, 3, 10; τὴν ἀλήθειαν, Epict. diss. 1, 4. 31; πεφωτισμένων τῶν πραγμάτων ὑπὸ τῆς ἀληθείας, Lucian. cal. non tem. cred. 32); *efficio, ut* aliquid *existat eoque modo in lucem prodeat et omnibus pateat*, ζωὴν κ. ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ εὐαγγελίου, opp. καταργῆσαι τὸν θάνατον, 2 Tim. 1, 10. — *c*) usu solum biblico et ecclesiastico. *salutari cognitione imbuo; τινά*, Jo. 1, 9; salutari *evangelii* cognitione, ita hinc φωτισθέντες de iis qui Christiani facti sunt, Heb. 6, 4. 10, 32; sq. interrog. indir. Eph. 3, 9 (Sir. 45, 17; pro הֵאִיר Ps. 119, 130; pro הוֹרָה, edoceo, instituo, Judd. 13, 8 cod. alex.; 4 Reg. 12, 2; φωτιοῦσιν αὐτοὺς τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ τῆς γῆς, 4 Reg. 17, 27); *facultate intelligendi instruo; πεφωτισμένοι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας*, quod attinet ad oculos animi, Eph. 1. 18*

**φωτισμός**, οῦ, ὁ (φωτίζω), *a*) *actus illuminandi;* πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως i. q. πρὸς τὸ φωτίζειν τὴν γνῶσιν, ut docendo ad lucem protraheremus, 2 Co. 4, 6 (de q. l. v. p. 383, col. 1). — *b*) *splendor* (ἐξ ἡλίου, Sext. Emp. p. 522, 9; ἀπὸ σελήνης, Plut. mor. p. 929 d; LXX pro אוֹר Ps. 27, 1. 44, 5. 78, 17. Job. 3, 9; pro מָאוֹר Ps. 90, 8); εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τὸν φ. τοῦ εὐαγγελίου, ne fulgeret splendor ev., i. e. praeter tropum: ne pateret s. ne perciperetur erudiens animos veritas evangelii, 2 Co. 4, 4.*

# X.

**Χαίρω**, impf. ἔχαιρον, fut. χαρήσομαι (Lc. 1, 14. Jo. 16. 20. 22. Phil. 1, 18., pro antiquiore χαιρήσω, cf. *Bttm.* Gr. max. II, p. 322 s. *Matth.* p. 673. *Kühner*, I, p. 931. *Krüger* I, p. 195), semel χαρῶ Ap. 11, 10 t. vulg., quae forma praeterea nusquam offenditur), aor. 2. ἐχάρην, inde ab Hom., LXX pro שָׂמַח, גִּיל, שׂוּשׂ — *gaudeo. laetor; a*) sensu proprio et angustiore, Lc. 15, 5. 19, 6. 37. 22. 5. 23, 8. Jo. 4, 36. 8, 56. 20, 20. Act. 5, 41. 8, 39. 11, 23. 13, 48. 2 Co. 7, 7. 13, 9. 11. Phil. 2, 17. 28. Col. 2, 5. 1 Th. 5, 16. 1 Pet. 4, 13. 3 Jo. vs. 3; opp. κλαίειν, Ro. 12, 15. 1 Co. 7, 30; opp. κλαίειν κ. θρηνεῖν, Jo. 16, 20; opp. λύπην ἔχειν, vs. 22; jct. c. ἀγαλλιᾶσθαι, Mt. 5, 12. Ap. 19, 7; c. σκιρτᾶν. Lc. 6, 23; χαίρειν ἐν κυρίῳ (v. p. 146, col. 1), Phil. 3, 1. 4, 4. 10; χαίρειν χαρὰν μεγάλην, impense laetari, Mt. 2, 10; item χαρᾷ χαίρειν (*Win.* §. 54, 3. *Bttm.* ntl. Gr. p. 159), Jo. 3, 29; ἡ χαρὰ ᾗ χαίρομεν, 1 Th. 3, 9; χαίρειν ἐπί c. dativo objecti, Mt. 18, 13. Lc. 1, 14. 13, 17. Act. 15. 31. (Ro. 16, 19 *Lchm. Tdf. Trg.*) 1 Co. 13, 6. 16, 17. 2 Co. 7, 13. Ap. 11, 10 (Xen. mem. 2, 6, 35; Cyr. 8, 4, 12. Plat. legg. 5, p. 739 d; cf. *Kühner* II, p. 381. Anm. 6); ap. Graecos plerumque c. simplici dat. objecti, ut Prov. 17, 19); διά τι, Jo. 3, 29; διά τινα, 11, 15. 1 Th. 3, 9; ἐν τούτῳ, Phil. 1, 18; c. acc. obj. τὸ αὐτό, Phil. 2, 18 (ταῦτα, Dem. p. 323, 4; cf. *Matthiae* §. 414, p. 923. *Krüger* §. 46, 5, 9); τὸ ἐφ' ὑμῖν (v. p. 303, col. 1), Ro. 16. 19 t. vulg. *Grsb.; ἀπό τινος* i. q. χαρὰν ἔχειν. laetitia frui ab aliquo capta, 2 Co. 2, 3; χαίρ. sq. ὅτι, Jo. 14, 28. 2 Co. 7, 9. 16. 2 Co. vs. 4; ἐν τούτῳ ὅτι, Lc. 10, 20; c. dat. causae, τῇ ἐλπίδι χαίροντες, spes futurae salutis esto, quae laetitiâ vos afficiat, Ro. 12, 12. — *b*) sensu latiore, *bene valeo; salveo;* in salutationibus imper. χαῖρε, *salve* (ita inde ab Hom.), Mt. 26, 49. 27, 29. Mc. 15, 18. Lc. 1, 28. Jo. 19, 3; plur. χαίρετε, Mt. 28, 9; in fronte epistolarum infin. χαίρειν (sc. λέγει s. κελεύει), Act. 15, 23. 23, 26. Jac. 1, 1 (saepe in libris Maccab.; cf. *Grimm* ad 1 Macc. 10, 18. *Otto* in Jahrbüch. f. deutsche Theologie 1867. p. 678 s. coll. *Hilgenfeld* der Galater-Brief p. 99 ss.; Xen. Cyr. 4, 5, 27. Ael. v. h. 1, 25); pleno χαίρειν λέγω, *salvere jubeo, saluto*, 2 Jo. vs. 10.*

**χάλαζα**, ης, ἡ (χαλάω q. v.), inde ab Hom., LXX pro בָּרָד, *grando;* Ap. 8, 7. 11, 19. 16, 21.*

**χαλάω**, ῶ, f. άσω, aor. 1. ἐχάλασα, aor. 1. pass. ἐχαλάσθην, inde ab Aeschl. et Pind., *a*) *laxo, relaxo, remitto.* — *b*) *demitto* e loco superiore in inferiorem (*herablassen*); τί vel τινά, Mc. 2, 4. Lc. 5, 4 s. Act. 27, 17. 30; τινὰ ἐν σπυρίδι, Act. 9, 25; pass. 2 Co. 11, 33.*

**Χαλδαῖος**, ου, ὁ, *Chaldaeus; γῆ Χαλδαίων, Chaldaea;* Act. 7, 4, ubi, si locos Gen. 11, 28. 31. 15, 7 contuleris, regio Armeniae meridianae intelligenda videtur. Alias aliorum sententias recenset *Dillmann* die Genesis, p. 223 s.*

**χαλεπός**, ή, όν (a χαλέπτω, premo, deprimo, sollicito), inde ab Hom., *difficilis; a*) *difficilis actu, captu, accessu* — *b*) *difficilis toleratu, molestus, periculosus; καιροὶ χαλεποί*, 2 Tim. 3, 1; *ferociâ molestus, ferox, saevus;* de hominibus, Mt. 8, 28 (Jes. 18, 2 et saepe ap. profanos inde ab Hom.).*

**χαλιναγωγέω**, ῶ, infin. aor. 1. χαλιναγωγῆσαι (χαλινός, ἄγω), *freno duco, moderor* (ἵππον, *Walz* rhett. t. 1, p. 425, 16), trop. *freno, compesco, cohibeo;* τὴν γλῶσσαν, Jac. 1, 26; τὸ σῶμα, 3, 2; τὰς τῶν ἡδονῶν ὀρέξεις, Lcian. tyrann. 4.*

**χαλινός**, οῦ, ὁ (χαλάω), *frenum*, Jac. 3, 3. Ap. 14, 20 (inde ab Aeschl. et Pind.).*

**χάλκεος**, έα, εον, contr. οῦς, ῆ, οῦν (χαλκός), inde ab Hom., *aereus;* Ap. 9, 20.*

**χαλκεύς**, έως, ὁ (χαλκός), inde ab Hom., *faber s. aerarius s. ferrarius;* 2 Tim. 4, 14.*

**Χαλκηδών**, όνος, ὁ, *Chalcedon, Chalcedonius*, nomen gemmae a Plin. h. n. 37, 5 (18), 72 descriptae; Ap. 21, 19.*

**χαλκίον**, ίου, τό (χαλκός), *vas aeneum;* Mc. 7. 4. (Xen. oec. 8, 19.)*

**χαλκολίβανον** (ita Suid.), ου, τό, rectius χαλκολίβανος, ου, ἡ (ex ea quae restituenda est lectione ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένῃ, Ap. 1, 15; cf. *Düsterdieck* not. crit. ad h. l.), nomen incertae significationis, solis locis Ap. 1, 15. 2, 18 obvium, *chalcolibanus*, Vulg. *aurichalcum* s. *orichalcum* (ita e cod. amiatino; Luth. *Messing*), e veteris Graeci ap. Salmasium (ad Solin. p. 810) testimonio (ὁ λίβανος ἔχει τρία εἴδη δένδρων, καὶ ὁ μὲν ἄῤῥην ὀνομάζεται χαλκολίβανος, ἡλιοειδὴς καὶ πυῤῥὸς ἤγουν ξανθός), species quaedam *thuris;* sed et sententia locorum apocal., et comparatio locorum Dan. 10, 6. Ez. 1, 7., qui vatis animo obversati esse videntur, *metallum* intelligere nos jubet *auro simile si non eo praestantius* (cf. hebr. חַשְׁמַל, metallum ex auro et argento conflatum, LXX ἤλεκτρον, Vulg. *electrum*, Ez. 1, 4. 27. 8, 2), quam interpretationem glossa Suidae confirmat: εἶδος ἠλέκτρου τιμιώτερον χρυσοῦ, ἔστι δὲ τὸ ἤλεκτρον ἀλλότυπον χρυσίον μεμιγμένον ὑέλῳ κ. λιθείᾳ. Vox sine dubio e χαλκός et λίβανος componitur, non e χαλκός et לָבָן, albus. — Cf. *Win.* RWB. s. v. Metalle. *Wetzel* in Zeitschrift f. d. luth. Theologie, 1869, p. 92 ss. coll. *Ewald* Johann. Schriften, II, p. 117 s.

**χαλκός**, οῦ, ὁ, inde ab Hom., LXX pro נְחֹשֶׁת, *aes;* 1 Co. 13, 1. Ap. 18, 12; (ut lat. *aes*) id quod aere factum est, *nummi* aenei (etiam argentei et aurei), Mt. 10, 9. Mc. 6, 8. 12, 41.*

**χαμαί**, adv., *a*) *humi, in terra.* — *b*) i. q. χαμᾶζε, *in terram;* utroque usu inde ab Hom.; altero Jo 9, 6. 18, 6.*

**Χαναάν**, ἡ, hebr. כְּנַעַן, *Canaan, terra cananaea*, arctiore sensu nomen indeclinab. Palaestinae cis Jordanem sitae, Act. 7, 11; latiore sensu omnis Palaestina, Act. 13, 19.*

**Χαναναῖος**, αία, αῖον, hebr. כְּנַעֲנִי, *Cananaeus;* quod nomen veterum Palaestinae incolarum erat ante quam Israelitae terram tenuerant, aetate Jesu i. q. *Phoenicius;* Mt. 15, 22.*

**χαρά**, ᾶς, ἡ (χαίρω), inde ab Aeschl. et Soph., LXX pro שִׂמְחָה et שָׂשׂוֹן, *gaudium, laetitia; hilaritas animi; a*) Lc. 1, 14. 15, 7. 10. Jo. 15, 11. 16, 22. 24. 17, 13. Act. 8, 8. 2 Co. 7, 13. 8, 2. Gal. 5, 22. Col. 1, 11. Phil. 2, 2. 1 Jo. 1, 4. 2 Jo. vs. 12; opp. κατήφεια, Jac. 4, 9; opp. λύπη, Jo. 16, 20. 2 Co. 2, 3. Heb. 12, 11; ὑμῶν, gaudium e vobis perceptum, 2 Co. 1, 24 (opp. dolori, quem Paulus Corinthum redux et percepturus et affecturus esset, 2, 1—3); χαρὰ τῆς πίστεως, quae ex fide proficiscitur, Phil. 1, 25; χαίρειν χαρὰν μεγ., Mt. 2, 10; ἀγαλλιᾶσθαι χαρᾷ, 1 Pet. 1, 8; χαρὰν πολλὴν ἔχειν ἐπί c. dat. rei, Philem. vs. 7; πληροῦν τινα χαρᾶς, Ro. 15, 13; πληροῦσθαι χαρᾶς, Act. 13, 52. 2 Tim. 1, 4; ποιεῖν τινι χαρὰν μεγάλην, Act. 15, 3; ἀπὸ τῆς χαρᾶς, prae gaudio Mt. 13. 44. Lc. 24, 41. Act. 12, 14; ἐν χαρᾷ (ἔρχεσθαι), Ro. 15, 32; μετὰ χαρᾶς, laetabundus, Mt. 13, 20. 28, 8. Mc. 4, 16. Lc. 8, 13. 10, 17. 24, 52. (Act. 20, 24 t. vulg. *Grsb.*) Phil. 1, 4. 2, 29. Heb. 10, 34. 13, 17. (Pol. 22, 17, 17. Plut. mor. p. 1095 b); add. πνεύματος ἁγίου, laetitiâ a spiritu s. effectâ, 1 Th. 1, 6; χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, hilaritas animi a spiritu s. effecta, Ro. 14, 17; χαρὰ ἐπί τινι, 2 Co. 7, 4; χαίρειν χαρᾷ διά τι, Jo. 3, 29; item διά τινα, interveniente relativo pronomine, 1 Th. 3, 9; ἡ χαρὰ ὅτι, Jo. 16, 21; χαρὰ ἵνα (v. in ἵνα, II, 2), 3 Jo. vs. 4. — *b*) meton. i. q. *causa s. materies laetitiae*, Lc. 2, 10. Jac. 1, 2; de hominibus, qui alicui sunt gaudio, 1 Th. 2, 19 s. Phil. 4, 1; de laeta conditione, laeto statu; ἀντί-χαρᾶς, pro consequendo beato in coelis ad dextram dei statu, Heb. 12, 2; quod idem significatur parabolice in verbis ἡ χαρὰ τοῦ κυρίου, beata conditio qua dominus gaudet, Mt. 25, 21. 23.*

**χάραγμα**, τος, τό (χαράσσω, sculpo, insculpo), *a*) *signum impressum;* dic. ita nota fronti aut dextrae manui impressa, qua asseclae antichristi signantur, Ap. 13, 16 s. 14, 9. 11. (15, 2 t. vulg.) 16, 2. 19, 20. 20, 4 (πυρός, signum equis inustum, Anacr. 26 [55] 2). — *b*) *sculptum, opus caelatum;* de idolorum simulacris, Act. 17, 29. (vario alio usu ap. Graecos inde a Sophcl.)*

**χαρακτήρ**, ῆρος, ὁ (χαράσσω, insculpo, incido), inde ab Aeschl. et Hdt., 1) pr. *instrumentum quo quis ad caelandum s. sculpendum utitur* (cf. ζωστήρ, λαμπτήρ, λουτήρ, φυσητήρ), germ. *Prägstock.* — 2) *signum* (imago, litterae) ei *instrumento impressum* vel *in eo excusum;* hinc univ. *nota s. imago inusta* (Lev. 13, 28) *s. impressa; is in quo alicujus imago accurate exprimitur; qui alicujus imaginem omni ex parte refert;* χ. τῆς ὑποστάσεως τοῦ θεοῦ, de Christo secundum suam τοῦ θείου λόγου naturam, Heb. 1, 3; σφραγῖδι θεοῦ, ἧς ὁ χαρακτήρ ἐστιν ὁ ἀΐδιος λόγος, Philo plant. Noe §. 5; χ. θείας δυνάμεως, de animo humano, Philo, quod det. potiori ins. §. 23; deus τὸν ἄνθρωπον ἔπλασεν τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα, Clem. Rom. 1 Co. 33, 4; οἱ πιστοὶ ἐν ἀγάπῃ χαρακτῆρα θεοῦ πατρὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ (ἔχουσιν), Ignat. ad Magnes. 5. — *proprietas*, qua aliquid agnoscitur et ab aliis dignoscitur, 2 Macc. 4, 10.*

**χάραξ**, ακος, ὁ (χαράσσω), 1) *palus, vallus* (*Pfahl, Pallisade*). — 2) *vallum* (pali, inter quos humus, lapides, arbores, ligna coacervata sunt); Lc. 19, 43 (Jes. 37, 33. Ez. 4, 2. 26, 8. Polyb. Jos. vita, 43. Arr. 2, 19, 9. Plut. al.).*

**χαρίζομαι**, dep. med., f. ἴσομαι (Ro. 8, 32. Lcian. d. mar. 9, 1., pro quo Graecis usitatior est attic. χαριοῦμαι), pf. κεχάρισμαι, aor. 1. ἐχαρισάμην, aor. 1. pass. ἐχαρίσθην (Act. 3, 14. 1 Co. 2, 12. Phil. 1, 29), fut. pass. χαρισθήσομαι signif. pass. (Philem. vs. 22), (χάρις), saepe ap. Graecos inde as Hom., *gratum facio* (alicui), *gratificor; a*) univ. *gratiosum me praesto, benevolum me exhibeo*, τινί, Gal. 3, 18. — *b*) *veniam do, ignosco;* 2 Co. 2, 7; c. dat. pers., Eph. 4, 32. Col. 3, 13; c. acc. rei, 2 Co. 2, 10; τινὶ τὴν ἀδικίαν, 12, 13; τὰ παραπτώματα, Col. 2, 13. — *c*) *benevole dono, largior;* τινί τι, Lc. 7, 21. Ro. 8, 32. Phil. 2, 9; pass. 1 Co. 2, 12. Phil. 1, 29; ubi de *debito* sermo est, *condono*, Lc. 7, 42 s.; τινί τινα, *benevole reddere alicui eum*, quem salvum sibi reddi cupiunt (velut captivum), pass. Act. 3, 14. Philem. vs. 22., vel *servare alicui eum*, quem periclitantem servari vult, Act. 27, 24; τινά τινι, reddere alicui eum, quem possit punire vel interimere, Act. 25, 11; add. εἰς ἀπώλειαν e t. vulg. vs. 16.*

**χάριν**, accus. substantivi χάρις, qui absol. ponitur, propr. *in favorem, in gratiam* (*zu Gunsten*,

*zu Gefallen); χάριν Ἕκτορος*, Hom. Il. 15, 744 et ap. alios; 1 Macc. 9, 10. Judith. 8, 19; ut lat. *gratiâ* prorsus vertit in praepositionis naturam, quae c. genitivo jungitur, *ob, propter, causa;* Gal. 3, 19 (de q. l. v. in *παράβασις*); 1 Tim. 5, 14. Tit. 1, 11. Jud. vs. 16; *τούτου χάριν, ea de causa, hanc ob causam*, Eph. 3, 1 (Xen. mem. 1, 2, 54); *τούτου χ., ἵνα*, Eph. 3, 14. Tit. 1, 5; *οὗ χάριν, quapropter*, Lc. 7, 47; *χάριν τίνος; quanam de causa? .cur?* 1 Jo. 3, 12. Excepto loco 1 Jo. 3, 12 in N. T. *χάριν* ubique postponitur genitivo, ut plerumque ap. profanos (cf. *Passow* II, p. 2416, col. 2. *Hermann* ad Vig. p. 700 s.); in apocryphis V. Ti. nunc praeponitur, nunc postponitur, cf. *Wahl* Clav. apocryph. s. v. *Grimm* ad 1 Macc. 3, 29.*

*χάρις, ιτος*, acc. *χάριν*, bis rariore ap. *Lchm. Tdf. Trg. χάριτα* (Act. 24, 27. Jud. vs. 4; eademque poetica forma (cf. *Bttm.* Gr. max. I, §. 44. Anm. 1) plur. *χάριτας* (Act. 24, 27 t. vulg. *Grsb.*), *ἡ* (*χαίρω*); inde ab Hom., hebr. חֵן, *gratia*, i. e. 1) pr. id quod gaudium, voluptatem, delectationem affert, *suavitas, jucunditas, venustas* (*Anmuth, Lieblichkeit*); de suavitate sermonis (Cohel. 10, 12. Sir. 21, 16. 37, 21. Hom. Od. 8, 175; *τῶν λόγων*, Dem. 51, 9; 1419. 16; *χάριτες μωρῶν*, lepores sermonum, quos stulti affectant, ut gratiosos se reddant, Sir. 20, 12); *λόγοι χάριτος* (gen. qualitatis), Lc. 4, 22; *χάριν διδόναι τοῖς ἀκούουσι*, Eph. 4, 29; *ἐν χάριτι*, cum suavitate, addit. substantivo, Col. 4, 6. — 2) *voluntas benigna; benevolentia, favor;* sensu latiore, *χάρις παρά τινι*, Lc. 2, 52; *ἔχειν χάριν πρός τινα*, in favore alicujus esse, Act. 2, 47; *χάρις ἐναντίον τινός*, Act. 7, 10; *χάρις* (dei) *ἐστὶν ἐπί τινα*, prosequitur et adjuvat aliquem, Lc. 2, 40. Act. 4, 33; *χάριν, χάριτας κατατίθεσθαί τινι* (v. in *κατατίθημι*), Act. 24, 27. 25, 9; *gratificatio* (*Begünstigung*), 2 Co. 8, 4; — dic. *χαρ.* de benignitate *domini* erga subditos aut *servos*, itaque inprimis dei erga homines, *εὑρίσκειν χάριν παρὰ τῷ θ.*, Lc. 1, 30; *ἐνώπιον τοῦ θεοῦ*, Act. 7, 46; *τοῦτο χάρις* sc. *ἐστίν*, hoc favorem (dei) nobis conciliat, 1 Pet. 2, 19; add. *παρὰ θεῷ*, vs. 20; *παραδίδοσθαι τῇ χ. τοῦ θεοῦ*, tuenti et adjuvanti favori dei committi s. commendari, Act. 14, 26. 15, 40; — dei aut Christi favorem, cui omnia beneficia maxime ad animos pertinentia debentur, apostoli et N. Ti. scriptores in fronte et fine epistolarum lectoribus precantur, Ro. 1, 7. 16, 20. 24. 1 Co. 1, 3. 16, 23. 2 Co. 1, 2. 13, 13. Gal. 1, 3. 6, 18. Eph. 1, 2. 6, 24. Phil. 1, 2. 4, 23. Col. 1, 2. 4, 18. 1 Th. 1, 1. 5, 28. 2 Th. 1, 2. 3, 18. 1 Tim. 1, 2. 6, 21. 2 Tim. 1, 2. 4, 22. Tit. 1, 4. 3, 15. Philem. vs. 3. 25. Heb. 13, 25. 2 Jo. vs. 3. 1 Pet. 1, 2. 2 Pet. 1, 2. 3, 18. Ap. 1, 4. 22, 21. Cf. *Otto* Ueb. d. apostol. Segensgruss *χάρις ὑμῖν* cet. in Jahrbüch. f. deutsche Theologie, 1867, p. 678 ss. — Inest praeterea *χάριτος* vocabulo notio *benignitatis alicui ea tribuentis, quae non meruit*, Ro. 11, 6; unde sibi oponuntur *κατὰ χάριν* et *κατὰ ὀφείλημα*, 4, 4. 16; *χάριτι* et *ἐξ ἔργων*, Ro. 11, 6; *κατ' ἐκλογὴν χάριτος*, vs. 5; sed prae ceteris N. Ti. scriptores eam *clementiam* laudant, qua deus vel *indignis* beneficia tribuit atque hominibus peccatoribus veniam delictorum et flagitiorum concedit *salutemque* aeternam per Christum obtingere jubet; Ro. 3, 24. 5, 17. 20 s. 1 Co. 15, 10. Gal. 1, 15. 2, 21. Eph. 1, 6. 2, 5. 7 s. Phil. 1, 7. Col. 1, 6. 2 Th. 2, 16. 1 Tim. 1, 14. 2 Tim. 1, 9. Heb. 2, 9. 10, 29. 12, 15. 13, 9. 1 Pet. 1, 10. Jud. vs. 4; *εὑρίσκειν χάριν*, Heb. 4, 16; *ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σωτήριος*, Tit. 2, 11; *ὁ λόγος τῆς χάριτος*, nuntius de gratia, Act. 14, 3. 20, 32; *τὸ εὐαγγέλιον τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ*, Act. 20, 24; praedicatur *clementia Christi*, qua hominum peccatorum misertus beatum apud deum in coelis statum reliquit, sua sponte humanae vitae miserias et aerumnas subiit, patiendo moriendoque salutem illis reparavit, 2 Co. 8, 9. Ro. 5, 15. Gal. 1, 6. Jo. 1, 14. 17; — dic. *χάρις gratia et clementia, qua deus sancta vi sua in animis operans ad Christum eos convertit, in christiana fide, cognitione, pietate conservat, firmat, auget, ad exercendas christianas virtutes inflammat;* 2 Co. 4, 15. 6, 1. 2 Th. 1, 12; *οἱ πεπιστευκότες διὰ τῆς χάριτος*, Act. 18, 27; *ὑπὸ χάριν εἶναι*, gratiae efficacitati obnoxium esse, opp. *ὑπὸ νομον εἶναι*, Ro. 6, 14 s.; *ἐκπίπτειν τῆς χάρ.*, Gal. 5, 4; *προςμένειν τῇ χ.*, Act. 11, 43. 13, 43 (quo loco t. vulg. *ἐπιμένειν*); *ἐν τῇ χάριτι* (t. vulg. et *Grsb.* articulum omittunt), impetu gratiae acti, Col. 3, 16; gratia dei incrementa et commoda christianae religionis promovens, Act. 11, 23; vires hominum causam Christi agentium sustentans et adjuvans, 1 Co. 15, 10. 2 Co. 1, 12; favor Christi cultores et ministros suos ad perferendas molestias adjuvans et roberans, 2 Co. 12, 9. — 3) *id quod gratiae debetur;* — *a*) *conditio animi, qua quis divinae gratiae efficacia regitur*, quae a theologis *status gratiae* nominatur; *ἑστηκέναι ἐν τῇ χ.*, Ro. 5, 2; *εἰς τὴν χ.*, 1 Pet. 5, 12; *αὐξάνειν ἐν χάριτι*, 2 Pet. 3, 18; *ἐνδυναμοῦσθαι ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν Χριστῷ*, 2 Tim. 2, 1. — *b*) *gratiae documentum*, 2 Co. 1, 15; *gratiae donum; beneficium* (*Liebesgabe*); dic. de eleemosynis, 1 Co. 16, 3. 2 Co. 8, 6 s. 19 (Sir. 3, 29 [31]; 29, 15. 30, 6. 4 Macc. 5, 8. Xen. Ages. 4, 4 s. Hier. 8, 4); *πᾶσα χάρις*, quaevis opes, quae divinae benignitati debentur, 2 Co. 9, 8; *ὁ θεὸς πάσης χάριτος*, deus quorumvis beneficiorum auctor et largitor, 1 Pet. 5, 10; — *adjumentum s. auxilium gratiae divinae; διδόναι χάριν ταπεινοῖς*, 1 Pet. 5, 5. Jac. 4, 6; dic. *χάρις, gratiae div. donum*, salus, quae Christianis obtingit, 1 Pet. 1, 10. 13; de quibusvis beneficiis Christi, quae animis percipiuntur et sentiuntur, *λαβεῖν χάριν ἀντὶ χάριτος* (v. in *αντί*), Jo. 1, 16; *χάρις ζωῆς*, gratiae donum, quod in impetrata vita cernitur. 1 Pet. 3, 7; *facultas et vis, quae gratiae dei debetur* (*Gnadenausrüstung*), Eph. 4, 7; *πλήρης χάριτος*, Act. 6, 8 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.; ποικίλη χάρις*, complexus facultatum ac dotum maxime variarum Christianis concessarum, 1 Pet. 4, 10; dic. de facultate apostolici muneris suscipiendi et administrandi, *λαβεῖν χάριν καὶ ἀποστολήν* i. q. *χάριν τῆς ἀποστολῆς*, Ro. 1, 5; *ἡ χ. ἡ δοθεῖσά μοι* (Paulo), Ro. 12, 3. 6. 15, 15. 1 Co. 3, 10. Gal. 2, 9. Eph. 3, 2. 7; *δοθ. ὑμῖν*, de Christianorum donis intelligentiae et facundiae, 1 Co. 1, 4; *ἐδόθη μοι ἡ χ. αὕτη* sq. inf. Eph. 3, 8; de beneficentiae studio gratiâ dei excitato, 2 Co. 8, 1. — 4) *gratia s. gratiae* (pro beneficiis, officiis, meritis; germ. *Dank*); pr. *χάριτι* cum gratiarum actione, 1 Co. 10, 30; *χάριν ἔχειν τινί*, lat. *gratiam habere alicui*, Lc. 17, 9. 1 Tim. 1, 12. 2 Tim. 1, 3. Heb. 12, 28 (2 Macc. 3, 33 et sexcenties ap. profanos; cf. *Passow* II, p. 2416, col. 1 in fine; *Ast* Lex. plat. p. 539 s. *Bleek* Hebr.-Br. T. II, 1, p. 975); *χαρις τῷ θεῷ* sc. *ἔστω*, Ro. 7, 25 *Lchm. Tdf. Trg.;* sq. *ὅτι*, 6, 17 (*χ. τοῖς θεοῖς, ὅτι..*, Xen. Cyr. 7, 5, 72. 8, 7, 3; anab. 3, 3, 14; oec. 8, 16); adjuncto ad dativum participio (per appositionem), 1 Co. 15, 57. 2 Co. 2, 14. 8, 16; sq. *ἐπί* c. dat. rei, 2 Co. 9, 15. — i. q. *remuneratio*, Lc. 6, 32—34 (pro quo Mt. 5, 46 *μισθός*).*

*χάρισμα, τος, τό* (*χαρίζομαι*) *gratiae donum; beneficium, quod aliquis sine ullo merito suo accipit;* in N. T. *divinae gratiae donum* (sic etiam ap. Phil. legg. alleg. III, §. 24 in fine: *δωρεὰ καὶ εὐεργεσία καὶ χάρισμα θεοῦ τὰ πάντα ὅσα ἐν*

*κοσμῳ καὶ αὐτὸς ὁ κόσμος ἐστίν*); dic. ita nativum continentiae donum, quod dei creatoris gratiae debetur, 1 Co. 7, 7; liberatio e magno vitae discrimine, *τὸ εἰς ἡμᾶς χ.*, quod in nos collatum est, 2 Co. 1, 11; donum *fidei*, *cognitionis*, *pietatis*, *virtutis*, Ro. 1, 11; divinae gratiae institutum, quo peccatoris ob meritum Christi fide apprehendendum venia peccatorum et aeterna salus decernitur, Ro. 5, 16 s. 6, 23; plur. dic. de singulis christianae salutis beneficiis, 11, 29; technico Pauli sensu *χαρίσματα* dicuntur *eximiae facultates, quibus quidam Christiani excellunt civitatique christianae prosunt, quas gratiae divinae per spiritum s. in animis efficaci acceptas referunt*, Ro. 12, 6. 1 Co. 1, 7. 12, 4. 31. 1 Pet. 4, 10; *χαρίσματα ἰαμάτων*, 1 Co. 12, 9. 28. 30; speciatim *complexus facultatum ad munus evangelicum administrandum necessariarum*, 1 Tim. 4, 14. 2 Tim. 1, 6. (eccles. scriptt.)*

*χαριτόω*, *ῶ*, aor. 1. *ἐχαρίτωσα*, pf. pass. *κεχαριτωμένος* (*χάρις*), 1) *gratum* i. e. *suavem*, *venustum*, *acceptum* (*holdselig*) *facio*; pass. Sir. 18, 17; *ταῖς διαλόξοις στροφαῖς χαριτούμενος ὀφρύν*, Liban. vol. 4, p. 1071, 14. — 2) *gratiâ*, *favore prosequor s. complector*, *beneficiis orno*; *τινά*, Eph. 1, 6; pass. Lc. 1, 28. Symmach. Ps. 18, 26; eccles. et byzant. scriptt.*

*Χαῤῥάν* (hebr. חָרָן, Gen. 11, 31. 12, 5. 27, 43), *Charran*, ap. Graecos *Κάῤῥαι*, ap. Lat. *Carrae*, nomen urbis in Mesopotamia sitae antiquissimae et Crassi clade satis notae; Act. 7, 2. 4. Cf. *Win.* RWB. s. v. Haran. *Vaihinger* in *Herzog* Enc. 5, p. 539 s. *Steiner* in *Schenkel* BL. II, p. 592. *Schrader* in *Riehm* HWB. p. 571.*

*χάρτης*, *ου*, *ὁ* (*χαράσσω*), *charta*; 2 Jo. vs. 12. Jer. 36, 23 (Ceb. tab. 4. Diosc. 1, 115).*

*χάσμα*, *τος*, *τό* (*χαίνω*), *hiatus*, *vorago*; i. q. magnum intervallum, Lc. 16, 26. (Hes. theog. 740. Eur. Plat. Plut. Lcian. Ael. al.)*

*χεῖλος*, *ους*, *τό*, gen. plur. solutâ formâ *χειλέων* (Heb. 13, 15; v. in *ὅρος*), (*χέω* i. q. *ΧΑΩ*, *χαίνω*), inde ab Hom., LXX pro שָׂפָה, *labrum*, *labium*; *a*) in N. T. *de ore loquente*, Mt. 15, 8. Mc. 7, 6. Ro. 3, 13. 1 Co. 14, 21. Heb. 13, 15 (de q. l. v. in *καρπός* 2, 1); 1 Pet. 3, 10. — *b*) metaph. *χεῖλος τῆς θαλάσσης*, *littus*; Heb. 11, 12 (Gen. 22, 17. Ex. 7, 15. 14, 30 al.; de littore lacus, Jos. b. j. 3, 10, 7; de ripis fluviorum, Hdt. 2, 94. Pol. 3, 14, 6).*

*χειμάζω*, f. *άσω* (*χεῖμα*, tempestas, hiems), *tempestate affligo*, *fluctibus jacto*; pass. Act. 27, 18. (Aeschl. Thuc. Plat. Diod. Plut. Lcian. al.)*

*χείμαῤῥος* (pro usitatiore *χειμάῤῥοος*, att. contr. *χειμάῤῥους*, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 234), *ου*, *ὁ* (*χεῖμα*, hiems, et *ῥέω*, *ῥόος*), inde ab Hom., LXX persaepe pro נַחַל, — *qui hiemis tempore fluit*, *torrens*; Jo. 18, 1.*

*χειμών*, *ῶνος*, *ὁ* (*χεῖμα* et hoc a *χέω* ob pluviarum se effundentium copiam), *hiems*; *a*) *tempestas impetuosa et pluvia*, *procella* (ita inde ab Hom.), Mt. 16, 3. Act. 27, 20. — *b*) *hiems* (*anni*), (*der Winter*; ita inde a Thuc. et Arstph.); Jo. 10, 22. 2 Tim. 4, 21. *χειμῶνος*, *hiemis tempore* (Plat. de rep. 3, p. 415 e. Xen. mem. 3, 8, 9 et ap. al.), Mt. 24, 20. Mc. 13, 18.*

*χείρ*, *χειρός* accus. *χεῖραν* (1 Pet. 5, 6 *Tdf.*; v. in *ἄρσην*), *ἡ*, inde ab Hom., hebr. יָד, *manus*; Mt. 3, 12, Mc. 3, 1. Lc. 6, 6, 1 Tim. 2, 8. Heb. 12, 12 et saepe; genit. c. verbis *ἅπτομαι*, *ἐπιλαμβάνομαι*, *κρατέω*, *πιάζω* al., quae v. suis in locis; dat. c. *ἐργάζομαι*, *ἐσθίω*, al.; *ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρί*, 1 Co. 16, 21. Col. 4, 18. 2 Th. 3, 17; acc. c. verbis *αἴρω*, *δέω*, *ἐκπετάννυμι*, *ἐκτείνω*, *ἐμβάπτω*, *ἐπιτίθημι*, *καθαρίζω*, *κατασείω*, *νίπτω* al.; *ἡ ἐπίθεσις τῶν χειρῶν*, 1 Tim. 4, 14. 2 Tim. 1, 6. Heb. 6, 2; *ἐν χειρί τινος*, ex imitatione hebr. בְּיַד, *ope s. ministerio alicujus*, *per aliquem*, Act. 7, 35 t. vulg. *Grsb.*; Gal. 3, 19; *σὺν χειρὶ ἀγγέλου*, operâ s. ministerio angeli, Act. 7, 35 *Lchm. Tdf. Trg.*; dicuntur fieri *διὰ χειρός* s. *χειρῶν* s. *τῶν χειρῶν τινος* ea, in quibus peragendis manuum praecipua pars est, ut in patrandis miraculis, Mc. 6, 2. Act. 5, 12. 14, 3. 19, 11; univ. Act. 2, 23. 7, 25. 11, 30. 15, 23; *ἐπὶ χειρῶν*, Mt. 4, 6. Lc. 4, 11; *ἐπὶ τὴν χ.*, Ap. 14, 9. 20, 1. 4; *ἐκ*, Act. 28, 4. Ap. 8, 4; *εἰς τὴν χ.* (*an die Hand*), Lc. 15, 22; *ἡ χείρ*, ut subjectum agens (v. in *γλῶσσα*, 1), Lc. 22, 21; plur. Act. 17, 25. 20, 34. 1 Jo. 1, 1; *τὰ ἔργα τῶν χ.*, Act. 7, 41. Ap. 9, 20; *ἐκδικεῖν τὸ αἷμά τινος ἔκ τινος* (v. in *ἐκδικέω* et *ἐκ* I, 7), Ap. 19, 2. — Metonym. *ἡ χείρ* pro *potestate* et *efficacia* (exempla e profanis inde ab Hom. v. ap. *Passow* II, p. 2431, col. 2) dicitur; *παραδιδόναι τινὰ εἰς χεῖράς τινων*, in manus hostiles (Deut. 1, 27. Job. 16, 11), Mt. 17, 22. 26, 45. Mc. 9, 31. Lc. 9, 44. 24, 7. Act. 21, 11. 28, 17; *διδόναι τι ἐν τῇ χειρί τινος*, committere potestati curanti ac tuenti, Jo. 3, 35; item *εἰς τ. χεῖράς τινος*, 13, 3; *τινὰ ἐκ τῶν χειρ.* vel *ἐκ χειρός τινος* (ex hostili potestate alicujus) *ἀπάγειν*, Act. 24, 7 t. vulg. *Grsb.*; *ἐξελέσθαι*, Act. 12, 11 (Gen. 32, 11. Ex. 18, 8 s.); *ἐξέρχεσθαι*, Jo. 10, 39; *ῥυσθῆναι*, Lc. 1, 74; *σωτηρία*, vs. 71. *ἐκφεύγειν τὰς χεῖράς τινος*, 2 Co. 11, 33. — Symbolico dicendi usu *deo χεὶρ* vel *χεῖρες* tribuuntur, quarum imagine significatur *vis*, *potestas*, *efficacia* ejus; et quidem conspicua *α*) *creando formandoque mundo*; *ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ*, Heb. 1, 10 (Ps. 102, 26). — *β*) *tuendo conservandoque*, Lc. 23, 46. Jo. 10, 29 (coll. vs. 28); *χεὶρ κυρίου ἐστὶ μετά τινος*, deus adest alicui tutans, adjuvans, Lc. 1, 66. Act. 11, 21. — *γ*) *puniendo*; *χεὶρ κυρίου ἐπὶ σὲ*, Act. 13, 11 (1 Sam. 12, 15); *ἐμπίπτειν εἰς χ. θεοῦ ζῶντος*, Heb. 10, 31. — *δ*) *decernendis regendisque hominum fatis*; Act. 4, 28; *ταπεινοῦσθαι ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ θεοῦ*, 1 Pet. 5, 6.

*χειραγωγέω*, *ῶ* (*χειραγωγός*, q. v.; cf. supra *χαλιναγωγέω*), *manu duco*; *τινά*, Act. 9, 8. 22, 11 (Anacr. Diod. Plut. Lcian. Artem. al.).*

*χειραγωγός*, *όν* (*χείρ*, *ἄγω*), *manu ducens aliquem*; Act. 13, 11 (Artem. 1, 48. Plut. al.).*

*χειρόγραφον*, *ου*, *τό* (*χείρ*, *γράφω*), *chirographum*; *id quod quis sua manu scripsit* (Pol. 30, 8, 4. Dion. H. 5, 8 al.); speciat. scriptum, quo quis ab altero pecuniam aut apud se depositam aut sibi creditam esse constituto tempore reddendam confitetur (Tob. 5, 3. 9, 5. Plut. mor. p. 829 a. Artem. 3, 40); translate dic. ita Col. 2, 14 lex mosaica homines delictorum et flagitiorum poenis solvendorum arguens.*

*χειροποίητος*, *ον* (*χείρ*, *ποιέω*), *manu* i. e. *humana arte factus* (v. supra *ἀχειροποίητος*); de templis, Mc. 14, 58. Act. 7, 48. 17, 24. Heb. 9, 11. 24; de circumcisione, Eph. 2, 11 (ap. LXX de idolorum simulacris; de aliis rebus passim ap. Hdt. Thuc. Xen. Pol. Diod.).*

*χειροτονέω*, *ῶ*, ptcp. aor. 1. *χειροτονήσας*, pass. *χειροτονηθείς* (a *χειροτόνος*, manum extendens, et hoc ex *χείρ* et *τείνω*), inde ab Isocr. Xen. Plat., *a*) pr. *manum porrigendo suffragia do* (cf. Xen. an. 3, 3, 22: *ὅτῳ δοκεῖ ταῦτα, ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα. ἀνέτεινον ἅπαντες*). — *b*) *suffragio creo*; *τινά*, aliquem muneri vel officio praeficiendum, pass. 2 Co. 8, 19 atque in spuriis subscriptionibus 2 Tim. 4, 23. Tit. 3, 16. — *c*) missa manuum extensionis notione, *eligo*, *creo*; *τινά*, Act. 14, 23 (exempla e Graecis

v. ap. *Passow* II, p. 2440; χειροτονεῖσθαι ὑπὸ θεοῦ βασιλέα, Philo de praem. et poen. §. 9. Jos. antt. 6, 4, 2).*

χείρων, ον (comparat. positivi κακός deducendus ab obsol. χέρης, quod servatum est in dat. χέρηϊ, acc. χέρηα, pl. χέρηες, χέρηα, cf. *Bttm.* Gr. max. I, p. 268), *deterior, pejor;* nostr. *schlimmer;* Mt. 9, 16. 27, 64. Mc. 2, 21; γίνεται τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων, Mt. 12, 45. Lc. 11, 26. 2 Pet. 2, 20; εἰς τὸ χεῖρον ἔρχεσθαι dic. de magis aegrotante, Mc. 5, 26; χεῖρόν μοι τι γίνεται, aliquod funestius mihi accidit, Jo. 5, 14; πόσῳ χείρων τιμωρία, Heb. 10, 29; ἐπὶ τὸ χεῖρον προκύπτειν (v. in προκόπτω), 2 Tim. 3, 13; de moribus, ἀπίστου χείρων, 1 Tim. 5, 8.*

Χερουβίμ (t. vulg. *Grsb.*) et Χερουβείν (*Lchm. Tdf. Trg.*; in codd. etiam Χερουβίν, Χερουβείμ), τά (generis neutrius etiam plerisque ap. LXX. locis; rarius, ut Ex. 25, 18 s. οἱ Χερ.; Χερούβεις, Ex. 25, 18; ap. Philon. τὰ Χερουβίμ, ap. Joseph. οἱ Χερουβεῖς, antt. 3, 6, 5; αἱ Χερουβεῖς, ib. 8, 3, 3; usus generis neutrius accommodatissimus videtur, propterea quod ζῶα erant; Χερουβεῖς ζῶά ἐστι πετεινά, μορφὴν δ' οὐδενὶ τῶν ὑπ' ἀνθρώπων ἑωραμένων παραπλήσια, Jos. antt. 3, 6, 5), hebr. כְּרוּבִים (vix semiticae originis, sed cognatum graeco γρύψ, γρυπός), *cherubi, cherubes,* duae animantium duabus alis praeditorum figurae ex auro confectae, arcae foederalis operculo in sancto sanctorum et sacri tabernaculi et templi Salomonis ita infixae, ut expansis alis operculum obtegerent faciesque ad se invicem et in ipsum operculum converterent, inter quos deus sedem fixisse fingebatur (v. in δόξα); Heb. 9, 5. Aliam eandemque longe artificiosiorem eorum formam sibi fingit Ezech. 1 et 10; sed auctor epist. ad Hebr. respicit ad Ex. 25, 18—20. Cf. *Win.* RWB. s. v. Cherubim. *Gesenii* Thes. II, p. 710 s. *Dillmann* in *Schenkel* BL. 1, p. 509 ss. *Riehm* de natura et notione symbolica cheruborum. Basil. 1864; idem Die Cherubim in d. Stiftshütte u. im Tempel in Theol. Studd. u. Kritt. 1871, fasc. 3, idemque in HWB. p. 227 ss.*

χήρα, ας, ἡ (femin. adjectivi χῆρος, orbus, cognat. voci χέρσος, sterilis, incultus, orbus, et latino *careo*), inde ab Hom. Il. 6, 408, LXX pro אַלְמָנָה, — *vidua, femina marito orbata;* Mt. 23, 14 t. vulg. *Grsb.;* Mc. 12, 40. 42 s. Lc. 2, 37. 4, 25. 7, 12. 18. 3. 5. 20, 47. 21, 2 s. Act. 6, 1. 9, 39. 41. 1 Co. 7, 8. 1 Tim. 5, 3—5. 9. 11. 16. Jac. 1, 27; add. γυνή (2 Sam. 14. 5 et passim apud Graecos inde ab Hom. Il. 2, 289), Lc. 4, 26; *viduae* imagine urbs incolis et opibus destituta significatur, Ap. 18, 7.*

χθές (*Lchm. Tdf. Trg.*), i. q. ἐχθές (q. v.), *heri;* LXX pro תְּמוֹל.

χιλίαρχος, ου, ὁ (χίλιοι, ἄρχω), *dux mille militum, chiliarchus; praefectus cohortis romanae* (*tribunus militum*); Jo. 18. 12. Act. 21, 31—33. 37. 22. 24. 26—29. 23, 10. 15. 17—19. 22. 24. 7. 22. 25, 23 (LXX pro שַׂר אֲלָפִים et רָאשֵׁי אֲלָפִים); — *dux militum quivis,* Mc. 6, 21. Ap. 6, 15. 19, 18.*

χιλιάς, άδος, ἡ (χίλιοι), *chilias, numerus millenarius;* plur. Lc. 14, 31. Act. 4, 4. 1 Co. 10, 8. Ap. 5, 11. 7, 4—8. 11, 13. 14, 1—3. 21, 16; LXX pro אֲלָפִים, אֶלֶף.*

χίλιοι, αι, α, *mille, millia;* 2 Pet. 3, 8. Ap. 11, 3 al.

Χίος, ου, ἡ, *Chius,* insula in mari aegeo inter Samum et Lesbum, non procul a littore Lydiae sita; Act. 20, 15.*

χιτών, ῶνος, ὁ, inde ab Hom., LXX pro כֻּתֹּנֶת et כְּתֹנֶת, *tunica,* vestis interior, nudo corpori indui solita; Mt. 10, 10. Mc. 6, 9. Lc. 3, 11. 9, 3. Jud. vs. 23; distinguitur a τῷ ἱματίῳ (q. v.) aut τοῖς ἱματ., Mt. 5, 40. Lc. 6, 29. Jo. 19, 23. Act. 9, 39; univ. *vestis, vestimentum* (Aesch. suppl, 903), plur. (Plut. Tib. Gracch. 19), Mc. 14, 63.*

χιών, όνος, ἡ, inde ab Hom., LXX pro שֶׁלֶג, *nix;* Mt. 28, 3. Mc. 9, 3 (quo l. a *Tdf.* et *Trg.* omittitur); Ap. 1, 14.*

χλαμύς, ύδος, ἡ (quo nomine teste Polluce 10, 38, 164 primum Sappho utebatur), *chlamys,* vestis superior, quae τῷ χιτῶνι superindui solebat; speciatim *paludamentum,* pallii genus, quod milites, militum duces, magistratus, reges, imperatores gestare solebant (2 Macc. 12, 35. Jos. antt. 5, 1, 10; Hdian. Ael. al.; saepius ap. Plut.), Mt. 27, 28. 31.*

χλευάζω, impf. ἐχλεύαζον (χλεύη, risus, ludibrium), *derideo, subsanno, cavillor;* Act. 2, 13 t. vulg.; 17, 32 (2 Macc. 7, 27. Sap. 11, 14. Arstph. Dem. Pol. Diod. Plut. Lcian. al.).*

χλιαρός, ά, όν (χλίω, calefio, liquefio, liquesco), *tepidus;* metaph. de animi inter amoris torporem et fervorem misere fluctuantis statu, Ap. 3, 16. (Hdt. Pind. Diod. Plut. Athen. Geop.)*

Χλόη, ης, ἡ, *Chloe,* mulier christiana 1 Co. 1, 11.*

χλωρός, ά, όν (contr. pro χλοερός, a χλόη, herba s. seges virens), 1) *virens, viridis;* χόρτος, Mc. 6, 30 (Gen. 1, 30); Ap. 8, 7; πᾶν χλωρόν, 9, 4. — 2) *flavus, pallidus;* ἵππος, Ap. 6, 8. (utroque usu inde ab Hom.)*

χξϛ', *sexcenti sexaginta et sex* (χ = 600; ξ' = 60; ϛ' = 6), arcanus numerus, quo quid significetur, facile patet, quum litteris hebraeis eum scripseris נרון קסר, i. e. Νέρων Καῖσαρ (nonnumquam a Judaeis scribitur קסר pro usitatiore קיסר; a Syris semper ܩܣܪ, ut docet *Ewald* in libro die johann. Schriften T. II, p. 263; נ = 50; ר = 200; ו = 6; נ = 50; ק = 100; ס = 60; ר = 200); Ap. 13. 18.*

χοϊκός, ή, όν (χοῦς, q. v.), *terrenus, e terra formatus;* 1 Co. 15, 47—49. (γυμνοῖ τούτους τοῦ χοϊκοῦ βάρους, Anonym. in *Walz* rhett. 1, p. 613, 4.)*

χοῖνιξ, ικος, ἡ, inde ab Hom. Od. 19, 28, *choenix,* mensura aridorum, quatuor cotylas s. duos sextarios complectens (s. tot frumenti, quot in panem concoctum homini modice viventi in unum diem alendo sufficeret, unde ab Athen. 3, p. 98 e. χοῖνιξ appellatur ἡμεροτροφίς), Ap. 6, 6.*

χοῖρος, ου, ὁ, inde ab Hom., *porcus;* plur. Mt. 7, 6. 8, 30. 32. Mc. 5, 11—13. (vs. 14 t. vulg.) Lc. 8, 32 s. 15, 15 s. (in V. T. non exstat.)*

χολάω, ῶ (χολή, q. v.), 1) *atra sum bili; insanio* (Arstph. nub. 833). — 2) *irascor, succenseo* (pro χολοῦμαι, antiquioribus inde ab Hom. Graecis usitatiore); τινί, Jo. 7, 23 (3 Macc. 3, 1. Artem. Nicand. Mosch. Diog. L. al.)*

χολή, ῆς, ἡ (i. q. χόλος, a χέω, qui se effundit), primum ap. Archilochum (sec. 8 ante Chr.), deinde ap. Aeschl. et sqq.; 1) *bilis, fel;* Mt. 27, 34 (coll. LXX Ps. 68, 22); Act. 8, 23 (de q. l. v. in πικρία); pro מְרֵרָה, Job. 16, 13. — 2) in sacro cod. V. Ti. dic. etiam de aliis rebus amaris; pro לַעֲנָה, *absinthium* (*Wermuth*), Prov. 5, 4. Thren. 3, 15; unde sunt, qui Mt. 27, 34 vocem de *myrrha* intelligunt propter Mc. 15, 23; sed vide in σμυρνίζω.*

χόος, v. χοῦς.

Χοραζίν (*Tdf. Trg.* Χοραζείν), ἡ, *Chorazin,* oppidum Galilaeae, quod neque in V. Ti. neque a Josepho memoratur, sec. Hieron. in Onom. duo milliaria rom. a Capernaumo distabat, fortasse idem quod talm. Menach. f. 85, 1 כרזין nominatur, cujus reliquias *Robinson* (Biblische Forschungen in Palaestina, p. 454 et p. 472 s.) in ruinis hodierni *Tell Hum, Wilson* autem Recovery of Jerusalem,

p. 346 s. Our work in Palaestine, p. 188), quocum *Socin* (in *Baedeker* Palestina p. 390) atque *Wolff* (in *Riehm* HWB. p. 235) consentiunt, quod probabilius videtur, in ruinis *Kerâzeh*, a Tell Hum horae itineris spatium inter septentrionem et orientem dissitis quaerendas putat; Mt. 11, 21. Lc. 10, 13. Cf. *Win.* RWB. s. v. *Keim* I, p. 605 et II, p. 118.*

*χορηγέω*, *ῶ*, fut. *ήσω*, 3 ps. sing. optat. *χορηγήσαι* (2 Co. 9, 10 t. vulg.), (*χορηγός*, chori dux, et hoc ex *χορός* et *ἄγω*), inde a Xen. et Plat., 1) *sum dux chori, chorum duco.* — 2) *chorum meis sumtibus instruo; suppedito et procuro omnia, quae ad chorum instrumendum necessaria sunt* (ita saepissime ap. Atticos). — 3) ap. recentiores (Pol. Diod. Philon. Joseph. Plut. Ael. al.; 3 Reg. 4, 7. 1 Macc. 14, 10. 2 Macc. 3, 3 al.) *suppedito, largior; τί*, 2 Co. 9, 10. 1 Pet. 4, 11.*

*χορός*, *οῦ*, *ὁ* (per transpositionem litterarum ab *ὄρχος*, *ὀρχέομαι*), inde ab Hom., *chorus* (*saltantium et canentium*), *chorea*; Lc. 15, 25; pro מְחֹלָה Ex. 15, 20. Judd. 11, 34 al.; pro מָחוֹל Thren. 5, 15. Ps. 150, 4.*

*χορτάζω*, aor. 1. *ἐχόρτασα*, aor. 1. pass. *ἐχορτάσθην*, fut. pass. *χορτασθήσομαι* (*χόρτος*, q. v.) primum ap. Hesiod., *a*) *herbis, gramine, foeno pasco; carnibus satio, sagino*; animalia (sic ex usu constanti antiquiorum Graecorum); *ὄρνεα ἐκ τῶν σαρκῶν*, pass. Ap. 19, 21. — *b*) ap. recentiores Graecos (cf. *Sturz* dial. maced. et alex. p. 200 ss.) et in sacro cod. *homines satio* (LXX pro שָׂבַע et הִשְׂבִּיעַ; cum quodam contemtu ap. Plat. de rep. 9, p. 586 a: *κεκυφότες εἰς τραπέζας βόσκονται χορταζόμενοι καὶ ὀχεύοντες*); *α*) pr. *τινά*, Mt. 15, 33; pass. 14, 20. 15, 37. Mc. 6, 42. 7, 27. 8, 8. Lc. 9, 17. Jo. 6, 26. Jac. 2, 16; opp. *πεινᾶν*, Phil. 4, 12; *τινά τινος* (ut *πίμπλημι*), *ἄρτων*, panibus, Mc. 8, 4 (Ps. 131, 15); *τινὰ ἀπό* c. gen. rei, pass. Lc. 16, 21 (Ps. 103, 13). — *β*) metaph. *τινά*, *desideria alicujus expleo*; Mt. 5, 6. Lc. 6, 21 (Ps. 106, 9).*

*χόρτασμα*, *τος*, *τό* (*χορτάζω*), *pabulum*, animalium (LXX. Pol. Diod. Plut. al.); *alimentum* (ex genere herbarum) tum hominum, tum gregum; plur. Act. 7, 11.*

*χόρτος*, *ου*, *ὁ*, 1) locus quo gramen nascitur et animalia pascuntur, Hom. Il. 11, 774. 24, 640. — 2) inde ab Hes. *gramen, herba, foenum, pabulum*; de gramine viridi, Mt. 6, 30. 14, 19. Lc. 12, 28. Jo. 6, 10. Jac. 1, 10 s. 1 Pet. 1, 24 (e Jes. 40, 6 ss.); Ap. 9, 4; *χόρτ. χλωρός*, Mc. 6, 39. Ap. 8, 7; *χόρτος* de segetibus, Mt. 13, 26. Mc. 4, 28; de gramine arido, 1 Co. 3, 12. (LXX pro חָצִיר, gramen, et עֵשֶׂב.)*

*Χουζᾶς*, *ᾶ*, *ὁ*, *Chuzas*, procurator Herodis Antipae; Lc. 8, 3.*

*χοῦς*, *οός*, acc. *οῦν*, *ὁ* (contr. pro *χόος*, a *χέω*, fundo, *schütten*), inde ab Hdt., 1) pr. *terra egesta* (*Schutt*); *ὁ χοῦς ὁ ἐξορυχθείς*, Hdt. 2, 150. — 2) *pulvis* (LXX pro עָפָר); Mc. 6, 11. Ap 18, 19. Plut. mor. p. 1096 b.*

*χράομαι*, *χρῶμαι* (inf. *χρῆσθαι*), 3 ps. plur. impf. *ἐχρῶντο*, aor. 1. *ἐχρησάμην*, pf. *κέχρημαι* (1 Co. 9, 15 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.*), inde ab Hom. (med. verbi *χράω*, mutuum do, commodo; igitur) 1) pr. *mutuum accipio; mutuor.* — 2) *utendum mihi sumo; utor; τινί, utor aliqua re*, Act. 27, 17. 1 Co. 9, 12. 15. 1 Tim. 1, 8. 5, 23; *τῷ κόσμῳ*, hujus mundi bonis utor, 1 Co. 7, 31 t. vulg. *Grsb.*; *μᾶλλον χρῆσαι*, sc. opportunitate libertatem impetrandi, ib. vs. 21 (ubi alii minus apte mente addendum putant *τῷ κληθῆναι δοῦλον*); contra legitimum melioris graecitatis usum c. acc. *τὸν κόσμον*, 1 Co. 7, 31 *Lchm. Tdf. Trg.*; cf. *Meyer* ad l. *Bttm.* ntl. Gr. p. 157 s. *Win.* p. 197 (etiam in nonnullis codd. Sap. 7, 14); — c. dat. virtutum et vitiorum sentiendi agendique modum significantium, *τῇ ἐλαφρίᾳ*, 2 Co. 1, 17; *πολλῇ παῤῥησίᾳ*, 3, 12 (larga inde ab Hdt. ap. Graecos exempla habes ap. *Passow* II, p. 2497, col. 2); — c. adverbiis (v. *Passow* II, p. 2497, col. 1), *ἀποτόμως*, *severe agere, severitate uti*, 2 Co. 13, 10; — de usu hominum, *τινί*, *utor aliquo, me gero in aliquem, tracto aliquem, ago cum aliquo* (saepe ita ap. Graecos, v. *Passow* II, p. 2496, col. 2), Act. 27, 3.*

*χράω*, v. in *κίχρημι*.

*χρεία*, *ας*, *ἡ* (*χρή*), inde ab Aeschl. et Soph., 1) *necessitas* (*das Bedürfniss*); *τὰ πρὸς τὴν χρείαν*, quae necessitati congruunt, ad victum profectionemque necessaria, Act. 28, 10; *εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας*, ut suppetant quae ad victum et cultum utique necessaria sunt, Tit. 3, 14; *πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας*, ad confirmationem animorum, qua eo ipso tempore opus est, Eph. 4, 29; *ἔστι χρεία*, *necesse est* sq. acc. c. infin., Heb. 7, 11; *ἔστι χρεία τινός*, *opus est aliqua re*, Ap. 22, 5 *Grsb.*; Lc. 10, 42; *ἔχω χρείαν τινός*, *opus habeo* (*indigeo*) *aliqua re* (saepe ap. Graecos inde ab Aeschl., cf. *Passow* II, p. 2499, col. 2), Mt. 6, 8. 21, 3. Mc. 11, 3. Lc. 19, 31. 34. 22, 71. Jo. 13, 29. 1 Co. 12, 21. 24. 1 Th. 4, 12. Heb. 10, 36. Ap. (3. 17 t. vulg. *Grsb.*) 21, 23. (22, 5 t. vulg. *Lchm. Tdf. Trg.*); *τοῦ* c. infin., Heb. 5, 12; genitivus rei e contextis patet, Act. 2, 45. 4, 35; c. genit. pers., cujus auxilio, testimonio al. opus est, Mt. 9, 12. 26, 65. Mc. 2, 17. 14, 63. Lc. 5, 31; *ἔχω χρείαν*, sq. infin. (cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 223). *opus mihi est, ut*, Mt. 3, 14. 14, 16. Jo. 13, 10. 1 Th. 1, 8. 4, 9; sq. *ἵνα* (v. in *ἵνα*, II, 2, p. 211, col. 1), Jo. 2, 25. 16, 30. 1 Jo. 2, 27; *χρείαν ἔχω*, simpliciter, *inopia laboro*, Mc. 2, 25. 1 Jo. 3, 17; *οὐδὲν χρείαν ἔχω*, in nulla re inopia laboro, Ap. 3, 17 *Lchm. Tdf. Trg.*; — *ἡ χρεία* c. genit. subjecti, *conditio ejus, qui caret iis quibus carere vix potest, inopia*; *λειτουργὸς τῆς χρείας μου* (v. in *λειτουργός*), Phil. 2, 25; *πληροῦν τὴν χρείαν τινός* (Thuc. 1, 70), 4, 19; plur. *necessitates alicujus* (*die Bedürfnisse*), *ὑπηρετεῖν ταῖς χ.*, ministrare ea, quae explendis necessitatibus inserviunt, Act. 20, 34; *κοινωνεῖν ταῖς χ.*, Ro. 12, 13. — 2) *officium, negotium* (ita maxime inde a Polyb.), Act. 6, 3.*

*χρεωφειλέτης* (*Lchm. Tdf. Trg. χρεοφ.*; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 691. *Win.* p. 44), *ου*, *ὁ* (*χρέος* s. *χρέως*, mutuum, aes alienum, *ὀφειλέτης*, q. v.), *debitor*; Lc. 7, 41. 16, 5 (Prov. 29, 13. Job. 31, 37. Aesop. fab. 289; aliquoties ap. Plutarch.)*

*χρή* (a *χράω*, *χράει*, contr. *χρῇ*), verb. imperson., *necesse est; oportet*; sq. inf. Jac. 3, 10.*

*χρῄζω* (*χρή*), inde ab Hom., *opus habeo, indigeo*; c. gen. objecti, Mt. 6, 32. Lc. 11, 8. 12, 30. Ro. 16, 2. 2 Co. 3, 1.*

*χρῆμα*, *τος*, *τό* (*χράομαι*), ap. Graecos quidquid usui est, quoquo aliquis utitur, *res, eventum, negotium*; speciatim *pecunia* (raro in singulari ita ap. profanos, ut Hdt. 3, 38. Diod. 13, 106); Act. 4, 37; plur. *opes* (saepissime ap. Graecos inde ab Hom. Od. 2, 78. 16, 315 al.), Mc. 10, 24; *οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες*, *divites*. Mc. 10, 23. Lc. 18, 24; *pecunia*, Act. 8, 18. 20. 24, 26 (pro כֶּסֶף, argentum, Job. 27, 17; pro נְכָסִים, opes, Jos. 22, 8. 2 Chr. 1, 11 s.).*

*χρηματίζω*, fut. *ίσω* (Ro. 7, 3; ap. Graecos ubique attice *ιῶ*, sic etiam Jer. 32, 16. 33, 2), aor. 1. *ἐχρημάτισα*, pf. pass. *κεχρημάτισμαι*, aor. 1. pass. *ἐχρηματίσθην* (*χρῆμα*, negotium), ap. prosaicos scriptores inde ab Hdt., 1) *negotia gero*, maxime *publica negotia procuro*; cum aliquo *de publicis rebus ago; responsa do consulentibus, quaerentibus, petentibus*, dic. ita de judicibus, magistratibus,

principibus, regibus. Hinc ap. recentiores nonnullos Graecos 2) *consulentibus, petentibus oraculo responsum do* (Diod. 3, 6. 15, 10. Plut. mor. p. 435 c; aliquoties ap. Lcian.); hinc ap. Josephum de *deo*, antt. 5, 1, 14. 10, 1, 3. 11, 8, 4; univ. (non praegressa consultatione), *divinitus jubeo, admoneo, doceo;* c. dat. pers., Job. 40, 2; pass. sq. inf. Lc. 2, 26 (*χρηματίζειν λόγους πρός τινα*, Jer. 37, 2); pass. *divinitus jubeor, admoneor, edoceor*, Mt. 2, 12. 2, 22. Act. 10, 22. Heb. 8, 5. 11, 7 (quo usu passiv. praeter Jos. antt. 3, 8, 8 vix offenditur; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 163); *interpres sum oraculorum dei, nuntio praecepta dei* (*τινί*, Jer. 33, 2. 36, 23); de Mose, Heb. 12, 25. — 3) *a publicis quae tracto negotiis nomen mihi indo* (Polyb. Diod. Plut. al.); univ. *nomen accipio; nominor;* Act. 11, 26. Ro. 7, 3 (Jos. antt. 13, 11, 3; b. judd. 2, 18, 7; *Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ χρηματίζοντα*, Diod. in *Mülleri* fragm. T. II, p. XVII, nr. XXI; *Σίμωνα τὸν τοῦ Κλωπᾶ--χρηματίσοντα ἀδελφὸν τοῦ κυρίου*, Acta Philippi p. 75 ed. *Tischendorf; Ἰακώβου ὃν ἀδελφὸν τοῦ Χριστοῦ χρηματίσαι οἱ θεῖοι λόγοι περιέχουσιν*, Eus. h. e. 7, 19).*

*χρηματισμός, οῦ, ὁ* (*χρηματίζω*, q. v.), *responsum divinum, oraculum;* Ro. 11, 4 (2 Macc. 2, 4. Diod. 1, 1. 14, 7. Clem. Rom. 1 Co. 17, 5; vario alio ap. Graecos usu inde a Xen. et Plat.).*

*χρήσιμος, η, ον* (*χράομαι*), primum ap. Theogn., *ad usum aptus, utilis;* 2 Tim. 2, 14.*

*χρῆσις, εως, ἡ* (*χράομαι*), *usus;* de usu mulieris ad concubitum, Ro. 1, 26 s. (*παιδική*, Lcian. am. 25; *ὀρέξεις παρὰ τὰς χρήσεις*, Plut. placit. 5, 5).*

*χρηστεύομαι* (*χρηστός*, q. v.), *me mitem, benignum exhibeo, benignitate utor;* 1 Co. 13, 4 (eccles. scriptt., velut Eus. h. e. 5, 1, 19; *τινί*, in aliquem, Clem. Rom. 1 Co. 14, 3).*

*χρηστολογία, ας, ἡ* (a *χρηστολόγος*, et hoc ex *χρηστός*, q. v., et *λέγω*, cf. Jul. Capitol. in vita Pertinac. c. 13: „Omnes, qui libere fabulas conferebant, male Pertinaci loquebantur, *χρηστολόγον* eum appellantes, qui bene loqueretur et male faceret"), *sermo speciosus bonum hominem simulans* (*gleisnerische Rede*); Ro. 16, 18 (Eustath. p. 1437, 27; eccles. scriptt.).*

*χρηστός, ή, όν* (*χράομαι*), inde ab Hdt., LXX pro טוֹב, 1) pr. *ad usum aptus, utilis;* — *honestus, bonus; ἤθη χρηστά*, 1 Co. 15, 33 (v. supra in *ἦθος*). — 2) *habilis*, i. e. *mitis, suavis* (opponitur *aspero, duro, acri, acerbo*); de rebus, *χρηστότερος οἶνος*, suavior, Lc. 5, 39 (de vino etiam Plut. mor. p. 240; de cibo et potu, Plat. de rep. 4, p. 438 a; *σῦκα* LXX Jer. 24, 3. 5); *ὁ ζυγός* (opp. *molesto*), Mt. 11, 30; de personis, *benignus, benevolus;* de deo, 1 Pet. 2, 3 e Ps. 34, 9; *τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ* i. q. *ἡ χρηστότης*, Ro. 2, 4; de hominibus, *εἴς τινα*, erga aliquem, Eph. 4, 32; *ἐπί τινι*, Lc. 6, 35.*

*χρηστότης, ητος, ἡ* (*χρηστός*), 1) *probitas, morum honestas;* Ro. 3, 12 (e Ps. 14, 3). — 2) *benignitas;* Ro. 2, 4. 2 Co. 6, 6. Gal. 5, 22. Col. 3, 12. Tit. 3, 4; *ἡ χρ. τινὸς ἐπί τινα*, Ro. 11, 22 (opp. *ἀποτομία*); Eph. 2, 7. (LXX. Eur. Isae. Diod. Joseph. Ael. Hdian.; saepe ap. Plut.)*

*χρίσμα* (ita *Grsb. Lchm.* ed. min.) et *χρῖσμα* (*Lchm.* ed. maj. *Tdf. Trg.;* de accentu v. *Win.* p. 50. *Lipsius* Grammat. Untersuch. p. 35), *τος, τό* (*χρίω*, q. v.), *id quod ungendo illitum est, unguentum*, ex oleo et aromatibus ab Hebraeis parari solitum, quo quum ungerentur et muneribus inaugurarentur sacerdotes (Ex. 28, 37. Lev. 6, 22. Num. 35, 25. 40, 15), reges (1 Sam. 9, 16. 10, 1. 15, 1. 16, 3. 13), nonnumquam etiam prophetae (1 Reg. 19, 16 coll. Jes. 61, 1). eoque ritu spiritu sancto s. divinis viribus instrui putarentur (1 Sam. 16, 13. Jes. 61, 1. Jos. antt. 6, 8, 2: *πρὸς τὸν Δαυίδην* [a Samuele unctum] *μεταβαίνει τὸ θεῖον καταλιπὸν Σάουλον καὶ ὁ μὲν προφητεύειν ἤρξατο, τοῦ θείου πνεύματος εἰς αὐτὸν μετοικισαμένου*): fit inde, ut 1 Jo. 2, 20 (ubi *ἀπὸ τοῦ ἁγίου* ita dicitur, ut hoc *χρίσμα* reddere *ἁγίους* significetur) et vs. 27 *τὸ χρίσμα* de *spiritus sancti dono*, cognoscendae veritatis praesidio, dicatur; v. in *χρίω*. (Xen. Theophr. Diod. Philo al.; pro מִשְׁחָה, Exod. 29, 7. 30, 25. 35, 14. 40, 8.)*

*Χριστιανός, οῦ, ὁ* (*Χριστός*), *Christianus, assecla Christi;* Act. 11, 26. 26, 28. 1 Pet. 4, 16; nomen cultoribus Jesu primum a gentilibus impositum, ab illis autem inde a seculo II (Justin. Mart.) honorifico sensu receptum. Cf. *Lipsius* Ueb. Ursprung u. ältesten Gebrauch des Christennamens. Jen. 1873.*

*χριστός, ή, όν* (*χρίω*), LXX pro מָשִׁיחַ, *unctus, a, um, ὁ ἱερεὺς ὁ χριστός*, Lev. 4, 5. 6, 22; *οἱ χριστοὶ ἱερεῖς*, 2 Macc. 1, 10; prophetae dic. substantive *οἱ χριστοὶ θεοῦ*, Ps. 104, 15; singul. *ὁ χριστὸς τοῦ κυρίου* (מְשִׁיחַ יְהוָֹה) in V. T. saepe de rege Israelitarum (v. in *χρίσμα*), ut 1 Sam. 2, 10. 35. 2 Sam. 1, 14. Ps. 2, 2. 18, 51. Hab. 3, 13; etiam de rege extero, Cyro, utpote a deo misso, Jes. 45, 1; de rege futuro, quem Israëlitae gentis suae servatorem summaeque salutis auctorem fore sperabant, in V. T. nomen *τοῦ χριστοῦ* (מָשִׁיחַ, chald. מְשִׁיחָא) nondum dicitur, sed primum ita de eo legitur in libro Henochi 48, 10. 52, 4 (nobis enim argumenta quibus quidam sectionem, cujus hi loci sunt, christianae manui deberi probare conati sunt, nondum persuaserunt) e loco Ps. 2, 2 ad Messiam relato. Cf. *Keim* II, p. 549. — In N. T. legitur 1) de Messia universe spectato *ὁ χριστός*, Mt. 2, 4. 16, 16. 23, 10. 24, 5. 23. 26, 63. Mc. 8, 29. 12, 35. 13. 21. 14, 61. Lc. 3, 15. 4, 41. 20, 41. 22, 67. 23, 39. 24, 26. 46. Jo. 1, 20. 25. 3, 28. 4, 29. (6, 69 t. vulg.) 7, 26. 31. 41. 9, 22. 11, 27. 12, 34. 20, 31. Act. 2, (30 t. vulg.) vs. 31. 3, 18. 8, 5. 9, 22. 17, 3. 18, 5. 28. 26, 23. 1 Jo. 2, 22. 5, 1; *ὁ χριστὸς κυρίου* s. *τοῦ θεοῦ*, Lc. 2, 26. 9, 20. Act. 4, 26; sine articulo, Lc. 2, 11. 23, 2. Jo. 1, 42, 9, 22. Act. 2, 36; *ὁ χριστός, ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ*, Mc. 15, 32; *ὁ χριστός* ita, ut intelligatur Jesus, Ap. 20, 4. 6; add. *τοῦ θεοῦ*, 11, 15. 12, 10. — 2) additur nomini proprio *Ἰησοῦ* et quidem sic, ut sit nomen appellativum (Messiae), *a*) *Ἰησοῦς ὁ χριστός*, Jesus Messias, Act. 5, 42 t. vulg. *Grsb.;* 9, 34 atque in t. vulg. 1 Co. 3, 11 et 1 Jo. 5, 6; *Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος χριστός*, quem Messiam esse dicunt, Mt. 27, 22; sine articulo *Ἰησοῦς χριστός* (germ. *Jesus als Messias*), Jo. 17, 3. 1 Jo. 4, 2. 2 Jo. vs. 7; *ὁ χριστὸς Ἰησοῦς*, Messias, qui est Jesus, Act. 5, 42 *Lchm. Tdf. Trg.;* 19, 4 t. vulg. *Grsb.* — *b*) *ὁ Χριστός* est nomen proprium (cf. *Win.* p. 112), Mt. 1, 17. 11, 2. Ro. (1, 16 t. vulg.) 7, 4. 9, 5. 14, 18. 15, 19. 1 Co. 1, 6 al.; sine articulo Mc. 9, 41. Ro. 6, 4. 8, 9. 17. 1 Co. 1, 12. Gal. 2, 16 s. 20 s. 3, 27. Phil. 1, 10. 13. 19—21. 23. 2, 16. Col. 2, 5. 8. Heb. 3, 6 et saepe; — *Ἰησοῦς Χριστός*, Mt. 1, 1. 18. Mc. 1, 1. Jo. 1, 17. Act. 2, 38. 3, 6. 4, 10. 8, 12. 10, 36. 11, 17. 15, 26. 16, 18. 31. 20, 21. 28, 31. Ro. 1, 1. 6. 8. 2, 16. 1 Co. 1, 7—9. 3, 11. 15, 57 et saepissime in paulinis et petrinis epistolis; Heb. 13, 8. 21, 1 Jo. 1, 3. 7. 2, 1. 2 Jo. vs. 7. Jud. vs. 4, 17. 21. Ap. 1, 1 s. 5. 22, 21; *Χριστὸς Ἰησοῦς*, Ro. 6, 3. 1 Co. 1, 2. 30. Gal. 3, 14. 4, 14. 5, 6. 6, 15. Col. 2, 6. Phil. 2, 5. 3, 3. 14. 1 Tim. 1, 2. 2, 5; *Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός*, cognomine Christus. Mt. 1, 17; de phrasibus *ἐν Χριστῷ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*, v. in *ἐν*, p. 146 s. *Χριστός* et

Ἰησοῦς Χρ. ἐν τισιν, inter aliquos nuntiatus, 2 Co. 1, 19. Col. 1, 27; Χριστὸς ἐν τισιν dic. de persona Christi, qui sancta sua mente et vi in cultorum animis vivere pergit eorumque mores ita format, ut ejus referant imaginem, Ro. 8, 10 (coll. vs. 9); 2 Co. 13, 5. Gal. 2, 20. Eph. 3, 17; animus animo Christi consentaneus, Gal. 4, 19.

**χρίω**, aor. 1. ἔχρισα (cognatum vocibus χείρ, χραίνω, pr. manu tango, illino), inde ab Hom., LXX pro מָשַׁח, — *ungo* (de personis apud Hebraeos ungi solitis v. supra in χρίσμα), in N. T. non nisi trop. de deo *α*) Jesum messiano muneri consecrante viribusque ad ejus administrationem necessariis instruente (v. in χρίσμα), Lc. 4, 18 (e Jes. 61, 1); contra vulgarem dicendi usum cum acc. rei, ἔλαιον (e similitudine verborum vestiendi, induendi al.), Heb. 1, 9 (e Ps. 44, 6 s.; Theoph. ad Autol. 1, 12 χρίεσθαι ἔλαιον θεοῦ et χρ. φωτὶ καὶ πνεύματι eodem fere in enuntiato); πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει, Act. 10, 38; item χρίειν nude, positum, Act. 4, 27. — *β*) Christianos spiritus s. dotibus instruente, 2 Co. 1, 21.*

**χρονίζω**, χρονίσω (Heb. 10, 37. *Tdf. Trg.*) et fut. att. ιῶ (ibid. t. vulg. *Grsb. Tdf.*), (χρόνος), inde ab Aeschl. et Hdt.; LXX pro אָחַר, *diutius moror, cunctor, tardo*; Mt. 25, 5. Heb. 10, 37; sq. ἐν c. dat. loci, Lc. 1, 21; sq. infin. Mt. 24, 48. Lc. 12, 45.*

**χρόνος**, ου, ὁ, inde ab Hom., LXX pro יוֹם, עֵת al., *tempus*; Heb. 11, 32. Ap. 10, 6; ὁ χρ. τοῦ φαινομένου ἀστέρος, tempus, ex quo luceret stella, Mt. 2, 7; τῆς ἐπαγγελίας, Act. 7, 17; τῆς παροικίας, 1 Pet. 1, 17; χρόνοι ἀποκαταστάσεως, Act. 3, 21; οἱ χρ. τῆς ἀγνοίας, 17, 30; χρόνου διαγομένου, Act. 27, 9; πόσος χρόνος ἐστὶν, ὡς τοῦτο γέγονεν, Mc. 9, 21; ὁ παρεληλυθὼς χρ., 1 Pet. 4, 3 (t. vulg. add. τοῦ βίου); τεσσαρακονταετής, Act. 7, 23. 13, 18; στιγμὴ χρόνου, Lc. 4, 5; πλήρωμα τοῦ χρόνου, Gal. 4, 4; ποιεῖν (*transigere*) χρόνον, Act. 15, 33. 18, 23; βιῶσαι τὸν ἐπίλοιπον χρόνον, 1 Pet. 4, 2; διδόναι χρονον τινί, ἵνα (nos *Frist*), Ap. 2, 21; plur. jct. c. καιροί, Act. 1, 7. 1 Th. 5, 1 (v. in καιρός in fine); ἐπ' ἐσχάτων (*Lchm. Tdf. Trg.* ἐσχάτου) τῶν χρ. (v. in ἔσχατος), 1 Pet. 1, 20; — praefixis praeverbiis: ἄχρι, Act. 3, 21; διὰ τὸν χρ., propter temporis diuturnitatem, Heb. 5, 12 (Pol. 2, 21, 2. Alciphr. 1, 26, 9); ἐκ χρόνων ἱκανῶν, Lc. 8, 27; ἐν χρόνῳ, Act. 1, 6. 21; ἐπὶ χρόνον, *aliquamdiu*, Lc. 18, 4; ἐπὶ πλείονα χρ., Act. 18, 20; ἐφ' ὅσον χρ., *quamdiu*, Ro. 7, 1. 1 Co. 7, 39. Gal. 4, 1; κατὰ τὸν χρόνον, secundum temporis rationem, Mt. 2, 16; μετὰ χρόν. πολύν, 25, 19; μετὰ τοσοῦτον χρ., Heb. 4, 7; πρὸ χρόνων αἰωνίων, 2 Tim. 1, 9. Tit. 1, 2. — *dativus* ponitur de tempore, *per quod* factum est aliquid (*Dat. der Zeitdauer*; cf. *Win.* §. 31, 9), ἱκανῷ χρόνῳ, satis diu, Act. 8, 11; πολλοῖς χρόνοις, Lc. 8, 29; αἰωνίοις, Ro. 16, 25. — accus., ubi quaeritur *quamdiu?* χρόνον, aliquamdiu, Act. 19, 22. Ap. 6, 11 (quo loco t. vulg. add. μικρόν); item χρ. τινα, 1 Co. 16, 7; ὅσον χρ., Mc. 2, 19; χρόνους ἱκανούς, Lc. 20, 9; μικρὸν χρόνον, Jo 7, 33. 12, 35. Ap. 20, 3; πολὺν χ., Jo. 5, 6; τοσοῦτον, 14, 9; ἱκανόν, Act. 14, 3; οὐκ ὀλίγον, vs. 28; τὸν πάντα χρ., Act. 20, 18.

**χρονοτριβέω**, ῶ, inf. aor. 1. χρονοτριβῆσαι (χρόνος, τρίβω), *tempus tero*; Act. 20, 16 (Arstot. rhet. 3, 3. Plut. Heliod. Eustath., scriptt. byz.).*

**χρύσεος**, έα, εον, contr. οῦς, ῆ, οῦν (χρυσός), inde ab Hom., *aureus*; *ex auro confectus*; etiam *auro obductus*; 2 Tim. 2, 20. Heb. 9, 4. Ap. 1, 12 s. 20. 2, 1. 4, 4. 5, 8. 8, 3. 9, (vs. 7 *Grsb.*) 13. 20. 14, 14. 15, 6 s. 17, 4. 21, 15.*

**χρυσίον**, ου, τό (deminut. nominis χρυσός, v. in φορτίον), inde ab Hdt., LXX pro זָהָב, *aurum*, tum quod in terris latet indeque effoditur (Plat. Euthyd. p. 288 e. LXX Gen. 2, 11; hinc μεταλλευθέν, Lcian. de sacr. 11), χρ. πεπυρωμένον ἐκ πυρός, Ap. 3, 18; tum quod purgatum igne atque fabricatum est, Heb. 9, 4. 1 Pet. 1, 7. Ap. 21, 18. 21; i. q. *nummus aureus*, Act. 3, 6. 20, 33. 1 Pet. 1, 18; *ornamenta aurea, res pretiosae ex auro confectae*, 1 Tim. 2, 9 *Lchm.*; 1 Pet. 3, 3. Ap. 17, 4 (quo loco t. vulg. *Tdf. Trg.* χρυσῷ); 18, 16 (t. vulg. *Tdf.* χρυσῷ).*

**χρυσοδακτύλιος**, ον (χρυσός, δακτύλιος), *aureis annulis ornatus*; Jac. 2, 2. (praeterea tantum ap. Hesych. s. v. χρυσοχόλλητος.)

**χρυσόλιθος**, ου, ὁ (χρυσός, λίθος), *chrysolithus*, gemma aurei coloris; nostris *Topas*; Ap. 21, 20 (Diod. 2, 52. Jos. antt. 3, 7, 5; LXX pro תַּרְשִׁישׁ, Ex. 28, 20. 36, 20 [39, 13]).

**χρυσόπρασος** (--ον, *Lchm.*), ου, ὁ (e χρυσός et πράσον, porrum, nostr. *Lauch*), *chrysoprasus*, gemma colorem porri referens eumque cum auri colore miscens et pellucida; Ap. 21, 20.*

**χρυσός**, οῦ, ὁ, inde ab Hom., hebr. זָהָב, *aurum* (ὁ ἐπὶ γῆς καὶ ὁ ὑπὸ γῆς, Plat. legg. 5, p. 728 a); univ. Mt. 2, 11. 1 Co. 3, 12. Ap. 9, 7; i. q. *res pretiosae ex auro cofectae, ornamenta aurea*, Mt. 23, 16 s. 1 Tim. 2, 9. Jac. 5, 3. Ap. (17, 4 t. vulg. *Trg. Tdf.*) 18, 12. (vs. 16 t. vulg. *Tdf.*); *simulacrum ex auro fabricatum*, Act. 17, 29; *aurum signatum, nummi aurei*, Mt. 10, 9.*

**χρυσοῦς**, v. χρύσεος.

**χρυσόω**, ῶ, *inauro, auro obduco*; κεχρυσωμένη χρυσῷ, Ap. 17, 4; et ἐν χρυσῷ, 18, 16 de muliere aureo ornatu tam largiter induta, ut auro obducta videretur; pro צִפָּה זָהָב Ex. 26, 32 (Hes. Arstph. Plat. Diod. Plut. al.)*

**χρώς**, ωτός, ὁ (cf. χροιά, cutis), inde ab Hom. (apud quem formâ χροός), *superficies corporis, cutis*; Act. 19, 12; LXX pro בָּשָׂר, bis pro עוֹר, Exod. 34, 29 s. cod. alex.*

**χωλός**, ή, όν, inde ab Hom., LXX pro פִּסֵּחַ, *claudus*; Act. 3, 2. (vs. 11 t. vulg.) 14, 8; plur. Mt. 11, 5. 15, 30 s. 21, 14. Lc. 7, 22. 14, 13. 21. Jo. 5, 3. Act. 8, 7; τὸ χωλόν, Heb. 12, 13 (de q. l. v. in ἐκτρέπω); — *pede mutilus s. privatus*, Mt. 18, 8. Mc. 9, 45.*

**χώρα**, ας, ἡ (ΧΑΩ, pateo, ad capiendum aptus sum), inde ab Hom., LXX pro אֶרֶץ, מְדִינָה, provincia, — 1) pr. *spatium duobus locis vel finibus interjectum*. — 2) *regio*; i. e. *tractus* (*Landstrich*), ἡ χ. ἐγγὺς τῆς ἐρήμου, Jo. 11, 54; *terra*, opp. mari, Act. 27, 27; i. q. *terra*, incolarum sedes, *provincia*, Lc. 15, 13—15. 19, 12. Act. 13, 49; addito genit. nominis, quo regio appellatur, Τραχωνίτιδος, Lc. 3, 1; τῆς Ἰουδαίας, Act. 26, 20; γαλατική, 16, 6. 18, 23; τῶν Ἰουδαίων, 10, 39; plur. τῆς Ἰουδαίας καὶ Σαμαρείας, 8, 1; ἐν χώρᾳ κ. σκιᾷ θανάτου, in regione tenebricosissima (v. in σκιά), Mt. 4, 16; τινός, alicujus patria, Mt. 2, 12; pro incolis, Mc. 1, 5. Act. 12, 20; *regio* circa oppidum vel vicum, *ager*, Lc. 2, 8; Γεργεσηνῶν, Γαδαρηνῶν, Mt. 8, 28. Mc. 5, 1. Lc. 8, 26; regio cum vicis et oppidis circa metropolin, Jo. 11, 55. — 3) *terra, quae aratur, ager qui colitur; rus*; Lc. 12, 16; plur. Lc. 21, 21. Jo. 4, 35. Jac. 5, 4.*

**χωρέω**, ῶ, aor. 1. ἐχώρησα (χῶρος, locus, spatium et hoc a ΧΑΩ, v. in χώρα), 1) pr. *relinquo locum* (qui ab alio occupari s. expleri possit), *loco cedo* (Hom. Il. 12, 406. 16, 592 et ap. alios); *secedo, abeo*; de re, εἴς τι, Mt. 15, 17. — metaph. *me recipio, me verto*, εἰς μετάνοιαν, 2 Pet. 3, 9. — 2) *progredior, procedo* (pr. νύξ, Aeschl. Pers. 390),

*succedo* (*Fortgang haben*), *utor successu* (Plat. Eryx. p. 398 b. legg. 3, p. 684 e. Pol. 10, 35, 4. 28, 15, 12. et ap. al.); *ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν*, non capit incrementa inter vos vel in animis vestris, non permeat vos, Jo. 8, 37. — 3) *spatium mihi est ad aliquid excipiendum s. comprehendendum* (*fassen*), pr. *τί*, aliquid, quod spatium vacuum expleat; Jo. 21, 25; de spatio ad capiendum quendam hominum numerum amplo, Mc. 2, 2 (Gen. 13, 6); de mensuris aliquam copiam in se excipientibus, Jo. 2, 6. 3 Reg. 7, 38. 2 Chr. 4, 5 et ap. Graecos inde ab Hdt.; metaph. *mente s. intellectu capio, intelligo* (*τὸ Κάτωνος φρόνημα*, Plut. Cat. min. 64; *ὅσον αὐτῷ ἡ ψυχὴ χωρεῖ*, Ael. v. h. 3, 9); *aptus sum, qui aliquid intelligam animoque insinuem et usu exerceam*, *τὸν λόγον τοῦτον*, hanc sententiam, Mt. 19, 11 s.; *τινά*, *excipio aliquem in animum, locum ei concedo in animo meo*, 2 Co. 7, 2.*

*χωρίζω*, f. *ίσω*, aor. 1. inf. *χωρίσαι*, ptcp. pf. pass. *κεχωρισμένος*, aor. 1. pass. *ἐχωρίσθην* (*χωρίς*, q. v.), inde ab Hdt., *sejungo, secerno, separo, divello*; *τί*, opp. *ζευγνύναι*, Mt. 19, 6. Mc. 10, 9; *τινὰ ἀπό τινος*, Ro. 8, 35. 39 (Sap, 1, 3); ptcp. pf. pass., Heb. 7, 26. — Med. et aor. 1. pass. signif. reflex. *sejungo me*; *a*) *discedo a conjuge*, de divortio, 1 Co. 7, 11. 15; *ἀπὸ ἀνδρός*. vs. 10 (mulier *κεχωρισμένη ἀπὸ τοῦ ἀνδρός*, Pol. 32, 12, 6). *b*) *discedo, abeo*, sq. *ἀπό* c. gen. loci, Act. 1, 4; *ἐκ* c. gen. loci, 18, 1 s. (*εἰς* c. acc. loci, 2 Macc. 5, 12. 12, 12. Pol. Diod. al.)*

*χωρίον, ου, τό* (demin. voc. *χῶρος* s. *χώρα*), inde ab Hdt., 1) *spatium, locus; regio, terra*. — 2) *ager, fundus* (Thuc. Xen. Plat. al.); Mt. 26, 36. Mc. 14, 32. Jo. 4, 5. Act. 1, 18 s. 4, 34. 5, 3. 8; *praedium, villa*; plur. Act. 28, 7.*

*χωρίς* (*ΧΑΩ*, v. in *χώρα*), adv., inde ab Hom., 1) *seorsum, separatim*; Jo. 20, 7. — 2) praepositionis instar c. genit. *a*) *sine aliquo* (*ita ut aliquo non utaris*, nostr. *sonder, ohne Gemeinschaft mit, ohne Dabeisein dessen*); 1 Co. 11, 11. Phil. 2, 14. 1 Tim. 2, 8. 5, 21. Heb. 11, 40; *παραβολῆς*, sine usu parabolae, Mt. 13, 34. Mc. 4, 34; *ὁρκωμοσίας*, Heb. 7, 20 s.; *χ. αἵματος*, 9, 7. 18; *αἱματεκχυσίας*, 9, 22 *deficiente; ubi non adest*, Ro. 7, 8 s. Heb. 11, 6. 12, 8. 14. Jac. 2, 18 (ubi t. vulg. *ἐκ*); vs. 20. 26; sine alicujus communione et usu, Jo. 15, 5; carens alicujus usu et beneficiis, *χ. Χριστοῦ*, Eph. 2, 12; *sine interventu* (*ohne Vermittelung, ohne Zuthun eines*), Jo. 1, 3. Ro. 3, 21; *χ. θεμελίου*, fundamento non jacto, Lc. 6, 49; *χ. τῆς σῆς γνώμης*, te inconsulto, Philem. vs. 14; *ita ut non concedatur locus*, *χ. ἀντιλογίας*, Heb. 7, 7; *οἰκτιρμῶν*, 10, 28; — *χ. σώματος*, solutus corpore, 2 Co. 12, 3 *Lchm. Trg. Tdf.*; *χωρὶς ἁμαρτίας*, sine commercio cum peccato, i. e. ut peccato non succumberet, eo non contaminaretur, Heb. 4, 15; non ad expianda peccata. 9, 28. — *b*) *praeter, excepto*; Mt. 14, 21. 15, 38. 2 Co. 11, 28.*

*Χῶρος, ου, ὁ*, lat. *Corus s. Caurus*, ventus inter occidentem et septentrionem spirans (*Nordwestwind*); pro plaga coeli, a qua corus flat, Act. 27. 12.*

# Ψ.

*Ψάλλω*, f. *ψαλῶ* (a *ψάω*, tergo, abstergeo, contrecto, tango), *a*) *carpo, vello*; *ἔθειραν*, capillum, Aesch. Pers. 1062. — *b*) *tangendo vibro*; *τόξων νευρὰς χειρί*, Eur. Bacch. 787; speciatim *χόρδην*, *manu pulso, tango, impello chordam, fides, ut leni motu percutiantur* (Arstot. probl. 19, 23); et simpliciter *fidibus cano, psallo*; Arstot. Plutarch. Arat. (add. *καὶ κρούειν τῷ πλήκτρῳ*, Plat. Lys. p. 209 b; distinguitur a *κιθαρίζειν*, Hdt. 1, 155); LXX pro נִגֵּן et longe saepius pro זִמֵּר; *cano ad citharae modos*; in N. T. *hymnum cano, hymno laudes dei celebro*, Jac. 5, 13; *τῷ κυρίῳ, τῷ ὀνόματι αὐτοῦ*, (sic saepe ap. LXX), in honorem dei, Eph. 5, 19. Ro. 15, 9; *ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοΐ*, carmine quidem laudes dei celebrabo animo per spiritum s. acrius commoto abreptus, sed sequar etiam mentem ducem, ut quae cano et a me ipso et ab auditoribus intelligantur, 1 Co. 14, 15.*

*ψαλμός, οῦ, ὁ* (*ψάλλω*), *pulsus, tactus*; speciatim *fidium pulsus*, hinc *canticum, pium carmen* (LXX maxime pro מִזְמוֹר), Eph. 5, 19. Col. 3, 16; *ἔχειν ψαλμόν* dic. is, cujus animo ejusmodi carmen canendum s. recitandum suppetit, 1 Co. 14, 26; unum e carminibus voluminis V. Ti., quod *ψαλμοί* inscribitur, Act. 13, 33; plur. liber Psalmorum, Lc. 24, 44; *βίβλος ψαλμῶν*, Lc. 20, 42. Act. 1, 20.*

*ψευδάδελφος, ου, ὁ* (*ψευδής, ἀδελφός*), *falsus frater*, i. e. qui falso Christianum se jactat, quum a christiana sapientia et pietate alienus sit; 2 Co. 11, 26. Gal. 2, 4.*

*ψευδαπόστολος, ου, ὁ* (*ψευδής, ἀπόστολος*), *qui falso se legatum Christi profitetur*; 2 Co. 11, 13.*

*ψευδής, ές* (*ψεύδομαι*), inde ab Hom., Il. 4, 235, *mentiens, mendax, fallax*; Ap. 2, 2; *μάρτυρες*, Act. 6, 13; substantive *οἱ ψευδεῖς*, Ap. 21, 8.*

*ψευδοδιδάσκαλος, ου, ὁ* (ex *ψευδής, διδάσκαλος*), *falsus doctor*; 2 Pet. 2, 1.*

*ψευδολόγος, ον* (*ψευδής, λέγω*), *falsiloquus, falsa loquens* (*docens*); 1 Tim. 4, 2. (Arstph. ran. 1521. Polyb. Lcian. Aesop. al.)*

*ψεύδομαι*, aor. 1. *ἐψευσάμην* (depon. medium activi *ψεύδω*, fallo, frustror, igitur pr. *mendacem me gero*), inde ab Hom., *mentior, sciens volensque falsa dico*; Heb. 6, 18. 1 Jo. 1, 6. Ap. 3, 9; *οὐ ψεύδομαι*, Ro. 9, 1. 2 Co. 11, 31. Gal. 1, 20. 1 Tim. 7; *τινά*, *mendacio fallo aliquem* (Eur. Arstph. Xen. Plut. al.), Act 5, 3; ut verba dicendi c. dativo pers. (cf. *Win.* §. 31, 5. *Bttm.* ntl. Gr. p. 149), vs. 4 (Ps. 17, 44. 77, 36. 88, 36. Jos. 24, 27 al.); *εἴς τινα*, Col. 3, 9; *κατά τινος*, contra aliquem, Mt. 5, 11 t. vulg. *Grsb.*; *κατὰ τῆς ἀληθείας*, Jac. 3, 14. (LXX pro כִּחֵשׁ et כִּזֵּב.)*

*ψευδομάρτυρ*, nisi rectius *ψευδομάρτυς* vel potius *ψευδόμαρτυρ* (ut *αὐτόμαρτυρ* v. *Passow* s. v. *ψευδομάρτυς*), *υρος, ο* (*ψευδής, μάρτυρ*), *falsus testis*; Mt. 26, 60; *τοῦ θεοῦ*, qui de deo falsa testatur, 1 Co. 15, 15. (Plat. Gorg. p. 472 b. Arstot. pol. 2, 9, 8.)*

*ψευδομαρτυρέω, ῶ*, f. *ήσω*, 2 ps. conj. aor. 1. *ψευδομαρτυρήσῃς*, *testis personam agens falsa profero, falsa testor, falsum dico testimonium* (Xen. mem. 4, 4, 11. Plat. rep. 91 p. 575 b. legg. 11, p. 937 c. Arstot. rhet. 1, 14. Jos. antt. 3, 5, 5); Mt. 19,

18. Lc. 18, 20 [Ro. 13, 9 t. vulg.]; *κατά τινος*, Mc. 14, 56 s. ut Ex. 20, 16. Deut. 5, 20.*

*ψευδομάρτυς*, v. in *ψευδομάρτυρ*.

*ψευδομαρτυρία, ας, ἡ* (*ψευδομαρτυρέω*), *testimonium falsum;* Mt. 15, 19. 26, 59 (Plat. Plut.; saepe ap. atticos oratores).*

*ψευδοπροφήτης, ου, ὁ* (*ψευδής, προφήτης*), *is qui vatis divinitus inspirati personam agens effatorum divinorum nomine falsa profert;* Mt. 7, 15. 24, 11. 24. Mc. 13, 22. Lc. 6, 26. Act. 13, 6. 1 Jo. 4, 1. 2 Pet. 2, 1. Ap. 16, 13. 19, 20. 20, 10 (Jer. 6, 13. 26, 8. 11. 16. 27, 7. 29, 1. 8. Zach. 13, 2. Jos. antt. 8, 13, 1. 10, 7, 3. b. j. 6, 5, 2; eccles. scriptt.; ap. nativos Graecos *ψευδομάντης*).*

*ψεῦδος, ους, τό*, inde ab Hom., LXX pro שֶׁקֶר, כָּזָב, כַּחַשׁ, *mendacium; falsum quod quis sciens volensque loquitur;* univ. Ap. 14, 5 (ubi t. vulg. *δόλος*); opp. *ἡ ἀλήθεια*, Jo. 8, 44. Eph. 4, 25; *οὐκ ἔστι ψεῦδος*, opp. *ἀληθές ἐστιν*, non est mendax, 1 Jo. 2, 27; *τέρατα ψεύδους*, quae mendaci consilio ad decipiendos homines eduntur, 2 Th. 2, 9; latiore sensu *quidquid non est id quod se esse profitetur;* ita de perversis, impiis, fallacibus praeceptis, 2 Th. 2, 11. 1 Jo. 2, 22; de idololatria, Ro. 1, 25; *ποιεῖν ψεῦδος*, ita agere, ut ferunt idololatriae praecepta et instituta, Ap. 21, 27. 22, 15.*

*ψευδόχριστος, ου, ὁ* (*ψευδής, χριστός*), *falsus Messias* (quisquis Messiae nomen dignitatemque falso sibi tribuit); Mt. 24, 24. Mc. 13, 22.*

*ψευδώνυμος, ον* (*ψεῦδος, ὄνομα*), *falso nominatus;* 1 Tim. 6, 20 (Aeschl. Philo, Plut. Sext. Emp.).*

*ψεῦσμα, τος, τό* (*ψεύδω*), *mendacium* (Plat. Men. p. 71 d. Plut. Lcian. LXX); speciat. perfidia, qua peccando homo fidem deo debitam fallit, Ro. 3, 7.*

*ψεύστης, οῦ, ὁ* (*ψεύδω*), inde ab Hom., *mendax;* Jo. 8, 44. 55. 1 Jo. 1, 10. 2, 4. 22. 4, 20. 5, 10. 1 Tim. 1, 10. Tit. 1, 12; qui fidem debitam fallit, *perfidus* (v. in *ψεῦσμα*), Ro. 3, 4 coll. Prov. 19, 22.*

*ψηλαφάω, ῶ*, aor. 1. *ἐψηλάφησα*, 3. pl. optat. *ψηλαφήσειαν* (Act. 17, 27 e forma aeolica; cf. *Win.* p. 73), (a *ψάω*, contrecto), *manu contrecto, palpo; τί* s. *τινά*, Lc. 24, 39. Heb. 12, 18. 1 Jo. 1, 1; metaph. *cogitando quaero alicujus indicia, θεόν*, Act. 17, 27. (Hom. Arstph. Xen. Plat. Polyb. Philo, Plut.; LXX passim pro מוּשׁ, חִפֵּשׂ, מִשֵּׁשׁ.)*

*ψηφίζω*, aor. 1. *ἐψήφισα* (*ψῆφος*, q. v.), *calculis numero, calculos subduco, computo, supputo; τὴν δαπάνην*, Lc. 14, 28; *τὸν ἀριθμόν*, computando explico, Ap. 13, 18. (Pol. Plut. Palaeph. Anthol.; vulgo et quidem maxime in med. ap. Graecos *calculo in urnam conjiciendo suffragium fero; suffragando decerno.*)*

*ψῆφος, ου, ἡ* (a *ψάω*, v. in *ψάλλω*), *lapillus tritus, laevatus; calculus*. 1) Quum ap. veteres in judiciis incusati nigris calculis condemnarentur, albis absolverentur (cf. *Passow*, II, p. 2574, col. 2. Ovid. metam. 15, 41), ita quidem, ut absolutus diceretur *νικήσας* (Theophr. char. 17, 3) et *ψῆφος* absolvens *νικητήριος* (Heliod. 3, 3 sub fin.): Christus ei, cui ob victoriam de tentationibus reportatam (*τῷ νικῶντι*) aeternam vitam decreverit, *ψῆφον λευκήν* se daturum esse promittit, Ap. 2, 17; sed alii aliter imaginem explicant; cf. *Düsterdieck* ad l. (*Ewaldus* [*die johann. Schriften*, T. II, p. 136] intelligit *tesseram hospitalem*, quam qui monstraverit, ad coelestis mannae usum admittendus sit; at vero haec tessara graece non *ψῆφος*, sed *σύμβολον* dicitur.) — 2) *suffragium* (ob calculorum usum in suffragiis ferendis); *καταφέρω* (q. v. supra), Act. 26, 10.*

*ψιθυρισμός, οῦ, ὁ* (*ψιθυρίζω*, insusurro in aures), *susurratio* (Vulg.), i. e. *calumnia clandestina* (nostr. *Ohrenbläserei*); jct. c. *καταλαλιά*, 2 Co. 12, 20. Clem. Rom. 1 Co. 30, 3. 35, 5. (Plut.; LXX pro לַחַשׁ, de susurramine magico incantatoris anguium, Cohel. 10, 11.)*

*ψιθυριστής, οῦ, ὁ* (ab eodem), *susurro, susurrator, clandestinus calumniator s. delator* (*Ohrenbläser*); Ro. 1, 30. (ap. Athenienses epitheton Hermis, Dem. p. 1358; item *τοῦ Ἔρωτος* et Aphrodites, Suid.)*

*ψιχίον, ίου, τό* (demin. vocis *ψίξ, ιχός, ἡ*, mica), *parva mica, frustulum* (carnis panisve); Mt. 15, 27. Mc. 7, 28. Lc. 16, 21. (ap. Graecos non occurrit.)*

*ψυχή, ῆς, ἡ* (*ψύχω*, spiro), inde ab Hom., LXX sexcenties pro נֶפֶשׁ, passim etiam pro לֵב et לֵבָב, 1) *anima*, i. e. *a*) *halitus vitalis; vis vitalis*, qua corpus animatur ducendo spiritu conspicua; Act. 20, 10; de animalibus, Ap. 8, 9 (Gen. 9, 4 s. 35, 18; *ἐπιστραφήτω ἡ ψυχὴ τοῦ παιδαρίου*, 3 Reg. 17, 21), ita quoque iis locis, quibus e Graecorum trichotomia humanae naturae *ἡ ψυχή* a *τῷ πνεύματι* distinguitur (v. p. 361, col. 2), 1 Th. 5, 23. Heb. 4, 12. — *b*) *vita; μεριμνᾶν τῇ ψυχῇ*. Mt. 6, 25. Lc. 12, 22; *τὴν ψυχὴν ἀγαπᾶν*, Ap. 12, 11; *τιθέναι*, Jo. 10, 11. 15. 17. 13, 37 s. 15, 13. 1 Jo. 3, 16; *παραδιδόναι*, Act. 15, 26; *διδόναι* (*λύτρον*), Mt. 20, 28. Mc. 10, 45; *ζητεῖν τὴν ψυχήν τινος* (v. in *ζητέω*), Mt. 2, 20. Ro. 11, 3; adde Mt. 6, 25. Mc. 3, 4. Lc. 6, 9. 12, 20. 23. Act. 20, 24. 27, 10. 22. Ro. 16, 4. 2 Co. 1, 23. Phil. 2, 30. 1 Th. 2, 8; in gnomicarum Christi dictionum aculeum in auditorum animis relinquendum spectantium, *εὑρίσκειν, σώζειν, ἀπολλύναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ* al., altero antithesis membro *ἡ ψυχή vitam quae in terris vivitur*, altero (beatam) *vitam in aeterno dei regno agendam* designat, Mt. 10, 39. 16, 25 s. Mc. 8, 35—37. Lc. 9, 24. (vs. 56 t. vulg.) 17, 33. Jo. 12, 25; de vita, cui messiana salus destinata est, intelligendae sunt etiam phrases *περιποίησις ψυχῆς*, Heb. 10, 39; *κτᾶσθαι τὰς ψυχάς*, Lc. 21, 19; *ὑπὲρ τῶν ψυχῶν*, 2 Co. 12, 15. — *c*) *is in quo est anima; animans* (*lebendes Wesen*); *ψυχὴ ζῶσα*, 1 Co. 15, 45 (Gen. 2, 7. plur. 1, 20); *πᾶσα ψυχὴ ζωῆς*, Ap. 16, 3 (Lev. 11, 10); *πᾶσα ψυχή, quivis*, Act. 2, 43. 3, 23. Ro. 13, 1 (ita כָּל־נֶפֶשׁ, Lev. 7, 17 [27]; 17, 12); add. *ἀνθρώπου* (נֶפֶשׁ אָדָם, Num. 31, 40. 46), Ro. 2, 9; — *ψυχαί, animae*, ubi Lat. *capita* (in numerando, ubi etiam nos dicimus *Seelenzahl*), Act. 2, 41. 7, 14. 27, 37. 1 Pet. 3, 20 (Gen. 46, 15. 18. 22. 26. 27. Ex. 1, 5. 12, 4. Lev. 2, 1. Num. 19, 11. 13. 18; quae cum hoc nominis usu e Graecis conferuntur, cf. *Passow*, II, p. 2580, col. 2., alius generis sunt); *ψυχαὶ ἀνθρώπων* de mancipiis, Ap. 18, 13 (sic etiam Ez. 27, 13; v. in *σῶμα*, 1, 3). — 2) *animus; a*) *animus sentiens, cupiens, appetens, aversans* (*Seele, Gemüth, Herz;* exempla e Graecis affert *Passow*, II, p. 2589, col. 2; hebraei נֶפֶשׁ *Gesenius* in thes II, p. 901); Lc. 1, 46. 2, 35. Jo. 10, 24. Act. 14, 2. 22. 15, 24. Heb. 6, 19. 2 Pet. 2, 8. 14; *ἡ ἐπιθυμία τῆς ψ.*, Ap. 18, 14; *ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς εὑρίσκειν*, Mt. 11, 29; *ψυχή--ἀναπαύου, φάγε, πίε, εὐφραίνου* (in alloquio per prosopopoeiam), Lc. 12, 19 coll. vs. 18 (*ἡ ψυχὴ ἀναπαύσεται*, Xen. Cyr. 6, 2, 28; *εὐφραίνειν τὴν ψυχήν*, Ael. v. h. 1, 32); *εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου* (anthropopathice de deo), Mt. 12, 18. Heb. 10, 38; *περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου*, Mt. 26, 38. Mc. 14, 34; *ἡ ψυχή μου τετάρακται*, Jo. 12, 27; *ταῖς ψυχαῖς ἐκλύεσθαι*, Heb. 12, 3; *ἐν ὅλῃ ψυχῇ*, Mt. 22, 37; *ἐξ ὅλης ψυχῆς*, lat. *ex toto animo*, Mc. 12, 30. 33. Lc. 10, 27 (Deut. 6, 5. Antonin. 3, 4; *ὅλῃ τῇ ψυχῇ φροντίζειν τινός*, Xen. mem. 3, 11, 10); *μιᾷ ψυχῇ*, nostr. *einmüthig*, Phil. 1, 27; *τοῦ πλήθους--ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία*, Act. 4, 32 (*ἐρωτηθεὶς*

*τί ἐστι φίλος, ἔφη· μία ψυχὴ δύο σώμασιν ἐνοικοῦσα*, Diog. L. 5, 11); *ἐκ ψυχῆς, sincero, promto, lubenti animo* (*von Herzen*), Col. 3, 23 (saepius *ἐκ τῆς ψυχῆς*, ap. Xen.; *τὸ ἐκ ψυχῆς πένθος*, Jos. antt. 17, 6, 5). — *b*) *animus quatenus ita creatus est, ut recto subsidiorum a deo sibi oblatorum usu supremum finem sibi propositum attingere aeternamque salutem impetrare possit* (*als sittliches für das ewige Heil bestimmtes Wesen*); 3 Jo. vs. 2; *ἀγρυπνεῖν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν*, Heb. 13, 17; *ἐπιθυμίαι, αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς*, 1 Pet. 2, 11; *ἐπίσκοπος τῶν ψυχῶν*, vs. 25; *σώζειν τὰς ψυχάς* Jac. 1, 21; *ψυχὴν ἐκ θανάτου*, a morte aeterna, 5, 20; *σωτηρία ψυχῶν*, 1 Pet. 1, 9; *ἁγνίζειν τὰς ψυχὰς, ἑαυτῶν*, vs. 22. — *c*) *animus tamquam substantia, quae a corpore differt nec morte dissolvitur* (distinguitur a *τῷ σώματι*, ut altera pars naturae humanae); Mt. 10, 28 coll. 4 Macc. 13, 14 (dic. *ἀθάνατος*, Hdt. 2, 123. Plat. Phaedr. p. 245 c. 246 a. et ap. al.; *ἄφθαρτος*, Jos. b. j. 2, 8, 14; *διαλυθῆναι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος*, Epict. diss. 3, 10, 14); animus corpore solutus, Act. 2, 27 [et vs. 31 t. vulg.]; Ap. 6, 9. 20, 4 (Sap. 3, 1).*

*ψυχικός, ή, όν* (*ψυχή*), *animalis* (Vulg.; germ. *sinnlich*); *a*) *qui refert naturam et indolem τῆς ψυχῆς, i. e. animalis vitae principii*, quod homines cum brutis commune habemus (v. in *ψυχή*, 1, a); *σῶμα ψυχικόν*, 1 Co. 15, 44; subst. *τὸ ψυχικόν*, vs. 46; quod utrumque quum re et notione nihil differat a *σὰρξ καὶ αἷμα* vs. 50: Paulus scribere etiam poterat *σαρκικόν*, sed dictionis *ψυχῆς ζώσης* vs. 45 e Gen. 2, 7 petitae admonitu scripsit *ψυχικόν*. — *b*) qui *τῆς ψυχῆς*, i. e. naturae sensibus obnoxiae appetitu et cupiditate *regitur* (quasi in eo nihil insit nisi *ψυχή*); *ἄνθρωπος* (i. q. *σαρκικός*, 3, 1), 1 Co. 2, 14; *ψυχικοί, πνεῦμα μὴ ἔχοντες*, Jud. vs. 19; *σοφία*, sapientia pravis libidinibus et affectibus consentanea ex iisque proficiscens (v. in *σοφία*, p. 404, col. 1), Jac. 3, 15. (vario alio ap. profanos usu inde ab Arstot. et Polyb.)*

*ψύχος* (t. vulg. *Grsb. Trg.*), rectius *ψῦχος* (*Lchm. Tdf.*; cf. *Lipsius* Grammat. Untersuch. p. 44 s.), *ους, τό* (*ψύχω*, q. v.), inde ab Hom., *frigus*; Jo. 18, 18. Act. 28, 2. 2 Co. 11, 27; pro קֹר, Gen. 8, 22; pro קָרָה, Ps. 147, 6 [17.] Job. 37, 8.*

*ψυχρός, ά, όν* (*ψύχω*, q. v.), inde ab Hom., *frigidus*; neutr. de aqua frigida, *ποτήριον ψυχροῦ*, Mt. 10, 42 (*πίνειν ψυχρόν*, Epict. ench. 29, 2 *πλύνεσθαι ψυχρῷ*, diss. 4, 11, 19; cf. *Win.* p. 549 s.); metaph. ut lat. *frigidus* i. q. *animo torpido, segni, inerti* (*ψ. τὴν ὀργήν*, Lcian. Tim. 2); de eo, qui caret fidei fervore et christianae sanctitatis studio. Ap. 3, 15 s.*

*ψύχω*, fut. 2. pass. *ψυγήσομαι*, inde ab Hom., *spiro, flo, flando frigus facio*; pass. *frigesco, defervesco*; trop. de languescente amore, Mt. 24, 12.*

*ψωμίζω*, aor. 1. *ἐψώμισα* (*ψωμός*, frustum, buccella, v. *ψωμίον*), *a*) *frustum* (*cibi*) s. *buccellam in os* (infantium, pullorum) *ingerendo nutrio*; *τινά τινι* (Arstph. Arstot. Plutarch. Geop. Artem 5, 62. Porphyr. Jambl.). — *b*) univ. *cibum praebeo, nutrio, alo* (LXX pro הֶאֱכִיל); *τινά*, Ro. 12, 20. Clem. Rom. 1 Co. 55, 2; c. acc. rei, *trado* s. *praebeo aliquid ad alendum aliquem* (Vulg. *distribuo in cibos pauperum*), 1 Co. 13, 3; in V. T. *τινά τι*, Sir. 15, 3. Sap. 16, 20. Num. 11, 4. Deut. 32, 13. Ps. 79, 6. Jes. 58, 14 al.; cf. *Win.* p. 212.*

*ψωμίον, ου, τό* (demin. nominis *ψωμός*), *frustum, buccella, offula*; Jo. 13, 26 s. 30 (Ruth. 2, 14. Job. 31, 17. Antonin. 7, 3. Diog. L. 6, 37.)*

*ψώχω* (ab obsol. *ψώω* pro *ψάω*), *contero, in frusta comminuo*; *τὰς στάχυας ταῖς χερσίν*, Lc. 6, 1.*

# Ω.

*Ω* (O mega), litterarum graecarum ultima; *ἐγώ εἰμι τὸ Ω*, i. q. *τὸ τέλος*, i. e. *ultimus* (v. in *A*), Ap. 1, 8. (vs. 11 t. vulg.) 21, 6. 22, 13.*

*ὦ*, interjectio, quae praefigitur vocativis (de cujus in N. T. usu cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 122), *o!* est *a*) alloquentis, *ὦ Θεόφιλε*, Act. 1, 1; adde 18, 14. 27, 21. Ro. 2, 1. 3. 9, 20. 1 Tim. 6, 20; simulque reprehendentis, Jac. 2, 20. — *b*) exclamantis simulque admirantis, Mt. 15, 28. Ro. 11, 33; reprehendentis, Lc. 24, 25. Act. 13, 10. Gal. 3, 1; cum nominativo (*Win.* §. 29, 2), Mt. 17, 17. Mc. 9, 19. Lc. 9, 41.*

*Ὠβήδ* (v. in *Ἰωβήδ*), *ὁ* (hebr. עוֹבֵד), *Obed*, avus Davidis regis; Mt. 1, 5. Lc. 3, 32 (Ruth. 4, 17. 1 Chr. 2, 12).*

*ὧδε*, adv. (ab *ὅδε*), 1) *ita, hunc in modum* (saepissime ap. Hom.). — 2) adv. loci; *a*) *huc, hunc in locum* (Hom. Il. 18, 392. Od. 1, 182. 17, 544; cf. *Bttm.* ntl. Gr. p. 62 s.); Mt. 8, 29. 14, 18. 17, 17. 22, 12. Mc. 11, 3. Lc. 9, 41. 14, 21. 19, 27. Jo. 6, 25. 20, 27. Act. 9, 21. Ap. 4, 1. 11, 12 (LXX pro הֲלֹם, Ex. 3, 5. Jud. 18, 3. Ruth. 2, 14); *ἕως ὧδε*, Lc. 23, 5. — *b*) *hic; hoc in loco*; Mt. 12, 6. 41 s. 14, 17. Mc. 9, 1. 5. 16, 6. Lc. 9, 33. 22, 38. 24, 6. Jo. 6, 9. 11, 21. 32 et saepius (LXX pro פֹּה); *τὰ ὧδε*, quae hic geruntur, Col. 4, 9; *ὧδε*, in hac urbe, Act. 9, 14; his in terris, Heb. 13, 14; opp. *ἐκεῖ* (*hic*, i. e. ex lege de Levitis, quae etiamnunc valet, *illic*, i. e. loco Geneseos, quo de Melchisedeco agitur), Heb. 7, 8; *ὧδε* cum additamento, Mt. 14, 8. Mc. 6, 3. 8, 4. Lc. 4, 23; *ὧδε ἢ ὧδε, hic aut illic*, Mt. 24, 23; *ὧδε ἢ ἐκεῖ*, Mc. 13, 21. Lc. 17, 21. 23. Jac. 2, 3; metaph. *hac in re*, Ap. 13, 10. 18. 14, 12. 17, 9; *hoc rerum statu, rebus ita comparatis*, 1 Co. 4, 2 *Lchm. Tdf.* cod. sin.; cf. *Meyer* ad l.

*ᾠδή, ῆς, ἡ* (i. q. *ἀοιδή*, ab *ἀείδω=ᾄδω*, cano), inde a Soph. et Eur., LXX pro שִׁיר et שִׁירָה, — *canticum, carmen lyricum*; in s. cod. carmen, quo laudes dei vel Christi canuntur; Ap. 5, 9. 14, 3; *Μωυσέως κ. τοῦ ἀρνίου*, carmen, quod Moses et Christus canere eos docuerunt, 15, 3; pl. c. epitheto *πνευματικαί*, Eph. 5, 19. Col. 3, 16.*

*ὠδίν* (1 Th. 5, 3. Jes. 37, 3) pro *ὠδίς* (antiquioribus usitata forma; cf. *Win.* p. 64), *ῖνος, ἡ*, inde ab Hom. Il. 11, 271, — *dolor partus*; 1 Th. 5, 3; plur. *ὠδῖνες* (nostr. *Wehen*), i. q. intolerabiles dolores, de gravissimis calamitatibus ex Judaeorum opinione adventui Messiae antecessuris et חֶבְלֵי הַמָּשִׁיחַ appellatis, Mt. 24, 8. Mc. 13, 8; *ὠδῖνες θανάτου*, dolores mortis, Act. 2, 24 ex LXX, qui verba חֶבְלֵי מָוֶת reddiderunt *ὠδῖνες θ.*, vocem חֶבְלֵי non, ut debebant, a חֶבֶל, i. e. *σχοινίον*, sed a חֵבֶל; *ὠδίς*, deducentes, Ps. 18, 5. 116, 3. 2 Sam. 22, 6.*

ὠδίνω, inde ab Hom., LXX pro חִיל, ter pro חָבַל, *sentio dolores partus;* Gal. 4, 19. Ap. 12, 2; in allegorico sermone οὓς πάλιν ὠδίνω, in quorum animis ad Christi animum conformandis summo labore ac dolore enitor, Gal. 4, 19.*

ὦμος, ου, ὁ (ΟΙΩ=φέρω), inde ab Hom., *humerus;* Mt. 23, 4. Lc. 15, 5.*

ὠνέομαι, οῦμαι, aor. 1. ὠνησάμην (quae forma pariter ac ἐωνησάμην recentiorum Graecorum est, pro qua antiquiores ἐπριάμην dixerunt; cf. *Lob.* ad Phryn. p. 137 ss. *Win.* p. 68. 86), inde ab Hdt., *emo;* c. genit. pretii, Act. 7, 16.*

ᾠόν, οῦ, τό, inde ab Hdt., *ovum;* Lc. 11, 12 (pro בֵּיצָה, in solo plur. בֵּיצִים obvium, Deut. 22, 6 s. Jes. 10, 14 al.).*

ὥρα, ας, ἡ, inde ab Hom., LXX pro עֵת et in Daniel. lib. pro שָׁעָה, 1) *tempus quoddam* lege naturae *definitum* atque orbe anni inverso recurrens; de temporibus anni, vere, auctumno, aestate atque hieme, velut ὥρα τοῦ θέρους, πρώϊμος κ. ὄψιμος, χειμερία al.; saepe ap. Graecos. — 2) *diei tempus* (solis ortu et occasu circumscriptum), *dies;* ὥρα παρῆλθεν, Mc. 14, 35; ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης, 6, 35 (v. in πολύς, c); ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, 11, 11 (ὀψὲ τῆς ὥρας, Pol. 3, 83, 7; τῆς ὥρας ἐγίγνετο ὀψέ, Dem. p. 541, 28). — 3) *pars duodecima temporis diei; hora* (diei duodecim horae numerantur ab ortu solis ad occasum usque, Jo. 11, 9); Mt. 24, 36. 25, 13. Mc. 13, 32. 15, 25. 33. Lc. 22, 59. 23, 44. Jo. 1, 40. 4, 6. 19, 14; add. τῆς ἡμέρας, Act. 2. 15; de *noctis* horis, Lc. 12, 39. 22, 59; add. τῆς νυκτός, Act. 16, 33. 23, 23; dativ. ὥρᾳ, ubi quaeritur *quando?* Mc. 15, 34. Mt. 24, 44. Lc. 12, 39 s.; praeced. ἐν, Mt. 24, 50. Jo. 4, 52. Act. 16, 33; accus. ubi quaeritur *quando?* Jo. 4, 52. Act. 10, 3. 1 Co. 15, 30. Ap. 3, 3; ubi quaeritur *quamdiu?* Mt. 20, 12. 26, 40. Mc. 14, 37; praefixis praepositionibus, ἀπό, Mt. 27, 45. Act. 23, 23; ἕως, Mt. 27, 45; μέχρι, Act. 10, 30; περί c. acc. 10, 9; inpropr. i. q. *brevissimum tempus;* μιᾷ ὥρᾳ, Ap. 18, 10. 17. 19; πρὸς ὥραν, Jo. 5, 35. 2 Co. 7. 8. Gal. 2, 5. Philem. vs. 15; πρὸς καιρὸν ὥρας, 1 Th. 2, 17. — 4) *quodcunque tempus definitum, temporis momentum* (*Zeitpunct*); Mt. 26, 45; addita accuratiore notatione, genitivo rei Lc. 1, 10. 14, 17. Ap. 3, 10. 14, 7. 15; genit. pers., *tempus alicui opportunum,* Lc. 22, 53. Jo. 2, 4; pronomine vel adjectivo, ἡ ἄρτι ὥρα, tempus, quod nunc est, 1 Co. 4, 11; ἐσχάτη ὥρα, hujus aevi tempus extremum et a Christi e coelis reditu proximum (v. p. 176, col. 1), 1 Jo. 2, 18; αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, eo ipso tempore Lc. 2, 38. 24, 33. Act. 16, 18. 22, 13; ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, Lc. 7, 21. 12, 12. 20, 19; ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ, Mt. 8, 13; ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, Mt. 10, 19. Mc. 13, 11. Ap. 11, 13; ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας, Jo. 19, 27; ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης, Mt. 9, 22. 15, 28. 17, 18; conjunctionibus, ὥρα ὅτε, Jo. 4, 21. 23. 5, 25. 16, 25; ἵνα, (v. in ἵνα, 2; p. 211, col. 1), Jo. 12, 23. 13, 1. 16, 2. 32; copulâ καί c. verbo finito, Mt. 26, 45; pronomine relat., ὥρα ἐν ᾗ, Jo. 5, 28; add. accus. c. inf. Ro. 13, 11 (οὔπω ὥρα συναχθῆναι τὰ κτήνη, Gen. 29, 7; exempla e Graecis inde ab Aeschl. affert *Passow* II, p. 2620, col. 1; ita lat. *tempus est,* Cic. Tusc. 1, 41, 99. ad Att. 10, 8). — Per sententiarum juncturam ὥρα nonnumquam *tempus fatale,* Mt. 26, 45. Mc. 14, 35. 41. Jo. 12. 27. 16, 4. 17, 1; ἡ ὥρα τινός, tempus quo alicui fati a deo decreti necessitas sustinenda est, ita de Christo, Jo. 7, 30. 8, 20 coll. 16, 21.

ὡραῖος, αία, ον (ab ὥρα, flos, vigor aetatis, venustas, ap. Graecos, qui nomen hoc sensu nonnumquam cum χάρις aut κάλλος conjungunt), inde ab Hes., *tempestivus, maturus* (de frugibus, de aetate hominum); hinc *venustus, formosus, pulcher* (de hominum corporibus; Xen. Plat al.; add. τῇ ὄψει, Gen. 26, 7. 29, 17. 39, 6. 3 Reg. 1, 6); πόδες, Ro. 10, 15; de quadam porta templi, Act. 3, 2. 10; σκεῦος, 2 Chr. 36, 19.*

ὠρύομαι, verb. depon. med., LXX pro שָׁאַג, *rugio* (de leone, lupo, cane aliisque bestiis); 1 Pet. 5, 8 (Judd. 14, 5. Ps. 21, 14. Jer. 2, 15. Sap. 17, 18. Theocr. Plut. al., de hominibus, *inconditum clamorem tollo* s. prae dolore, Hdt. 3, 117; s. prae laetitia, 4, 75; *alta voce cano,* Pind. ol. 9, 163.*

ὡς, adv. relativi pronominis ὅς, ἥ, ὅ, est adverbium comparationi inserviens, *ut, uti, sicut, quemadmodum, quomodo; eodem modo quo;* nostr. *wie,* sed etiam naturam conjunctionis *temporalis* et *finalis* et *consecutivae* induit; de cujus ap. Graecos usu cf. *Klotz* ad Dev. II, p. 757 ss.

I) ὡς, *adverbium comparationis;* 1) ita ponitur, ut voculis demonstrativis (οὕτως et similibus) vel in eadem enuntiatione vel in altero enuntiationis membro collocatis respondeat; οὕτως - - ὡς, Jo. 7, 46. 1 Co. 3, 15. 4. 1. 9, 26. Eph. 5, 28. 33. Jac. 2, 12; οὕτως - - ὡς ἐὰν - - βάλῃ, ita, ut si quis cett., Mc. 4, 26; ὡς - - οὕτως, Act. 8, 32. 23, 11. 1 Co. 7, 17. 2 Co. 11, 3. 1 Th. 5, 2; ὡς ἂν (ἐάν) sq. conj. - -, οὕτως, 1 Th. 2, 7 s.; ὡς - - οὕτω καί, Ro. 5, 15. 18. 2 Co. (1, 7 *Lchm. Tdf. Trg*) 7, 14; ὡς - - κατὰ τὰ αὐτά, Lc. 17, 28 s.; ἴσος - - ὡς καί, Act. 11, 17; nonnumquam in altero enuntiati membro vocula demonstrativa (οὕτως s. alia similis) omittitur et cogitando addenda est, ut Mt. 8, 13. Col. 2, 6; ὡς - - καί (ubi exspectaveris οὕτω καί) Lc. 6, 10. (Lc. 11, 2 t. vulg.) Act. 7, 51. Gal. 1, 9. Phil. 1, 20 (v. in καί, II, 1, a); referendus huc est etiam 2 Co. 13, 2: ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὼν νῦν, ut secunda vice praesens, ita etiam nunc absens. — 2) ὡς cum voce in comparationem structa verbo alicui praecedenti ita adjicitur, ut ei mente praefigendum οὕτως sit. Refertur autem ὡς ita positum *a*) ad actionis verbo finito significatae *modum ac rationem* (*s. ad formam*) et est i. q. *eadem ratione qua; quemadmodum;* conjungitur ita cum verbi subjecto (cum nominat.), Mt. 6, 29. 7, 29. 13, 43. 1 Th. 2, 11. 2 Pet. 2, 12. Jud. vs. 10 al.; c. accus., qui a verbo regitur, ut ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν, Mt. 19, 19. 22, 39. Mc. 12, 31. 33. Lc. 10, 27. Ro. 13, 9. Gal. 5, 14. Jac. 2, 8; adde Philem. vs. 17. Gal. 4, 14; aut c. alio casu obliquo, ut Phil. 2, 22; ubi associatur nomini subst. cum praepositione, ut ὡς ἐν κρυπτῷ, Jo. 7, 10; ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς, Jac. 5, 5; ὡς διὰ ξηρᾶς, Heb. 11, 29; adde Ro. 13, 13. Mt. 26, 55. Mc. 14, 48. Lc. 22, 52. Heb. 3, 8; nominativo aut accus. junctum latine reddi potest *instar, veluti,* Mt. 10, 16. Lc. 21, 35. 22, 31. 1 Co. 3, 10. 1 Th. 5, 4. Jac. 1, 10. 2 Tim. 2, 17. 1 Pet. 5, 8. 2 Pet. 3, 10; καλεῖν τὰ ὄντα ὡς ὄντα (v. in καλέω), Ro. 4, 17. — *b*) ὡς verbo adjectum refertur ad actus verbo expressi *materiam,* h. e. actio verbo designata ipsa dicitur fieri ὡς, i. e. *pariter* (*aeque*) *atque aliud quid,* Jo. 15, 6 (nam τὸ βάλλεσθαι ἔξω ipsum est, quod locum habere affirmatur); 2 Co. 3, 1; plerumque vero dicitur ὡς καί, 1 Co. 9, 5. 16, 10. Eph. 2, 3. 1 Th. 5, 6. 2 Tim. 3, 9. Heb. 3, 2. 2 Pet. 3, 16. — *c*) refertur ad *similitudinem aut aequalitatem,* in dictionibus εἶναι ὥς τινα, i. e. similem aut aequalem esse alicui, Mt. 22, 30. 28, 3. Mc. 6, 34. 12, 25. Lc. 6, 40. 11, 44. 18, 11. 22, 26 s. Ro. 9, 27. 1 Co. 7, 7. 29—31. 2 Co. 2, 17. 1 Pet. 1, 24. 2 Pet. 3, 8; ἵνα μὴ ὡς κατ' ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ut ne beneficium tuum simile sit vi extorto, Philem. vs. 14; γίνεσθαι ὥς τινα Mt. 10, 25. 18, 3. Lc. 22, 26. Ro. 9, 29. Gal. 4, 12. 1 Co.

4, 13. 9. 20—22; μένειν ὥς τινα, 1 Co. 7, 7 s.; ποιεῖν τινὰ ὥς τινα, Lc. 15, 19; loci quibus ἐστίν, ἦν, ὤν s. ὁ ὤν mente addendum lectori relinquitur, ut ἡ φωνὴ αὐτοῦ ὡς φωνὴ ὑδάτων, Ap. 1, 15; ὀφθαλμούς sc. ὄντας, 2, 18; πίστιν sc. οὖσαν, Mt. 17, 20. Lc. 17, 6; adde Ap. 4, 7. 9, 2. 5. 7—9. 17. 10, 1. 12, 15. 13, 2. 14, 2. 20, 8. 21, 21. Act. 3, 22. 7, 37. 10, 11. 11, 5 al.; ante ὡς mente cogitandum est τί, *aliquid quod similitudinem s. speciem refert hujus illusve rei;* ita ὡς θάλασσα, i. e. aliquid speciem maris referens, Ap. 4, 6 *Grsb. Lchm. Tdf. Trg.;* 8, 8. 9, 7. 15, 2; ita ex imitatione hebr. כְּ, cf. Deut. 4, 32. Dan. 10, 18; cf. *Gesenii* Thes. p. 648, col. 2); loci, ubi comparatio additur alicui adjectivo, ut ὑγιὴς ὡς, Mt. 12. 13; λευκὰ ὡς, Mt. 17, 2. Mc. 9, 3; adde Heb. 12, 16. Ap. 1, 14. 6, 12. 8, 10. 10, 9. 21, 2. 22, 1. — *d*) ὡς refertur ita ad alicujus s. personae s. rei s. actionis *qualitatem*, ut sit i. q. *talis qualis; ut is qui sim; tamquam;* germ. *als;* et quidem *α*) ad qualitatem personae vel rei *vere convenientem;* ὡς ἐξουσίαν ἔχων, Mt. 7, 29; Mc. 1, 22; αὐτοῦ ὡς μονογενοῦς, Jo. 1, 14; adde Act. 17, 22. Ro. 6, 13. 15, 15. 1 Co. 3, 1. 7, 25. 2 Co. 6, 4. 11, 16. Eph. 5, 1. 8. 15. Col. 3, 12. 1 Th. 2, 4. 1 Tim. 5, 1 s. 2 Tim. 2, 3. Tit. 1, 7. Philem. vs. 9. 16. Heb. 3, 5 s. 6, 19. 11, 9. 13, 17. 1 Pet. 1, 14. 19. 2, 2. 5. 11. 3, 7. 4, 10. 15 s. 19. 2 Pet. 1, 19. 2 Jo. vs. 5. Jac. 2, 12. Ap. 1, 17. 5, 6. 16, 21. 17, 12 al.; ὡς οὐκ ἀδήλως sc. τρέχων, tamquam is qui non.., 1 Co. 9, 26; e conciso dicendi modo ὡς ἐξ εἰλικρινείας et ἐκ θεοῦ sc. λαλοῦντες ex praecedente λαλοῦμεν, 2 Co. 2, 17; τινὰ ὥς τινα vel τι post verba *aestumandi, cognoscendi, declarandi* al., ut post λογίζειν, λογίζεσθαι, Ro. 8, 36. 1 Co. 4, 1 (quo loco praemittitur οὕτως); 2 Co. 10, 2; ἡγεῖσθαι, 2 Th. 3, 15; ἔχειν, Mt. 14, 5. 21, 26. atque t. vulg. *Grsb.* vs. 46 (τινὰς ὡς θεούς, Ev. Nicod. c. 5); ἀποδεικνύναι, 1 Co. 4, 9; παραβάλλειν, Mc. 4, 31; διαβάλλειν, pass. Lc. 16, 1; ἐλέγχειν, pass. Jac. 2, 9; εὑρίσκειν, pass. Phil. 2, 8. — *β*) ad qualitatem *opinatam, simulatam, fictam;* ὡς ἁμαρτωλὸς κρίνομαι, Ro. 3, 7; ὡς πονηρόν, Lc. 6, 22; adde 1 Co. 4, 7. 8, 7. 2 Co. 6, 8—10. 11, 15 s. 13, 7. 1 Pet. 2, 12; non raro reddi potest *quasi*, Act. 3, 12. 23, 15. 20. 27, 30. 1 Co. 5, 3. 2 Co. 10, 14. 11, 17. Col. 2, 20. Heb. 11, 27. 13, 3; ἐπιστολῆς ὡς δι' ἡμῶν sc. γεγραμμένης, 2 Th. 2, 2. — 3) ὡς c. genitivis absolutis rem, de qua agitur, refert aut ad persuasionem scriptoris, 2 Co. 5, 20. 2 Pet. 1, 3; aut ad falsam alicujus opinionem, 1 Co. 4, 18. 1 Pet. 4, 12; cf. *Win.* §. 65, 9. — univ. particulae usu res, de qua agitur, refertur aut ad *solam opinionem*, ut in ὡς ἐξ ἔργων sc. ὁ Ἰσραὴλ νόμον δικαιοσύνης ἐδίωξεν, Ro. 9, 32 (ubi *opinatum* quo Israelitae utebantur praesidium denotatur); aut *ad consilium*, πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ θάλασσαν, ut ex ipsorum consilio versus mare proficisceretur, Act. 17, 14; cf. *Meyer* ad l. et *Win.* p. 573 s.; aut ad solam mentem scriptoris, Gal. 3, 16; ante ὅτι, 2 Co. 11, 21; aut ad aliorum mentem et simulationem, ita etiam ante ὅτι, 2 Th. 2, 2; cf. *Win.* l. c. ὡς ἄν, *quasi, quodammodo*, 2 Co. 10, 9; v. ἄν in fine. — 4) ὡς peculiare sibi verbum associatum habet, quocum integram constituit sententiam; et quidem *a*) ὡς c. verbo finito illustrationis causa additur, vertendum *sicut, eo modo quo;* Eph. 6, 20. Col. 3, 18. 4, 4. 1 Pet. 3, 6. 2 Pet. 2, 1. 1 Jo. 1, 7. Ap. 2, 27. 6, 13. 9. 3. 18, 6; in phrasibus quibus aut ad oracula V. Ti. (ὡς γέγραπται), Mc. 1, 2. 7, 6. Lc. 3, 4. Act. 13, 33; aut omnino ad aliorum testimonia provocatur, Act. 17, 28. 22, 5. 25, 10. Ro. 9, 25. (1 Co. 10, 7 t. vulg. *Grsb.*) — in dictionibus, cujusmodi sunt ποιεῖν ὡς προσέταξε s. συνέταξε al., Mt. 1, 24. 26, 19. 28, 15. Lc. 14, 22. Tit. 1, 5; similiter Mt. 8, 13. 15, 28. Ap. 10, 7; sc. γενηθήτω μοι, Mt. 26, 39. — in brevibus sententiis interpositis, ὡς εἰώθει, Mc. 10, 1; ὡς ἐνομίζετο, Lc. 3, 23; ὡς λογίζομαι, 1 Pet. 5, 12; ὡς ὑπολαμβάνετε, Act. 2, 15; ὡς λέγουσιν, Ap. 2, 24; ὡς ἂν ἤγεσθε, utcunque agebamini, 1 Co. 12, 2; ὡς epexegesi addendae inservit, Act. 10, 38; τὴν--ὑπακοήν, ὡς.., 2 Co. 7, 15; τοῦ λόγου τοῦ κυρίου, ὡς εἶπεν αὐτῷ, Lc. 22, 61; τοῦ ῥήματος, ὡς ἔλεγεν, Act. 11, 16 (Xen. Cyr. 8, 2, 14. anab. 1, 9, 11); cf. *Bornemann* Schol. ad Luc. p. 141. — *b*) voculae ὡς usu formâ comparationis significatur agendi ratio (*Beweggrund*), quae alicui commendatur; ita ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφήκαμεν κτλ. (pro quo Lc. 11, 4: καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν), Mt. 6, 12; aut quam aliquis sequitur, ut χάριν ἔχω τῷ θεῷ--, ὡς ἀδιάλειπτον ἔχω τὴν περὶ σοῦ μνείαν, 2 Tim. 1, 3 (nam grata Timothei memoria Paulum ad gratias deo habendas compellit), quibus exemplis ὡς quasi exaequat vim particulae causalis; cf *Klotz* ad Devar. p. 766. — *c*) ὡς laxiore modo adjungit quae illustrandis praecedentibus inserviunt, ut sit i. q. *res ita se habet, ut..*, Mc. 13, 34., ubi cf. *Fritzsche;* nisi eo loco cum *Meyero* aliisque anapodoton statuere malueris; v. in ὥσπερ. — 5) *prout;* Ro. 12, 3. 1 Co. 3, 5. Ap. 22, 12. — 6) Ut german. *wie*, ὡς post verba *legendi, memorandi, testandi* al. infert id quod legitur, memoratur al., unde vulgo docent viri docti, ὡς etiam idem quod ὅτι valere (cf. *Klotz* ad Dev. p. 765); sed inter utramque particulam hoc discrimen intercedit, quod hac *res ipsa*, illâ autem *qualitas* rei significetur (cf. *Win.* §. 53, 9); ita post ἀναγινώσκειν, Mc. 12, 26 (ubi *Tdf. Trg.* πῶς); Lc. 6, 4; μνησθῆναι, Lc. 24, 6; θεᾶσθαι, 23, 55; ὑπομνῆσαι Jud. vs. 5. 7; εἰδέναι, Act. 10, 38. Ro. 11, 2. 1 Th. 2, 11; ἐπίστασθαι, Act. 10, 28. 20, 18. 20; ἀπαγγέλλειν, Lc. 8, 47; ἐξηγεῖσθαι, 24, 35; μάρτυς, Ro. 1, 9. Phil. 1, 8. — 7) ὡς ante numeralia, *fere, circiter;* ut ὡς δισχίλιοι, Mc. 5, 13; adde 8, 9. Lc. 2, 37 (q. l. *Lchm. Tdf. Trg.* ἕως); 8. 42. Jo. 1, 40. 6, 19 (q. l. *Lchm.* ὡσεί); 11, 18. 21, 8. Act. 1, 15. 5, 7. 13, 20. 19, 34. Ap. 8, 1 (כְּ, 1 Sam. 11, 1. 14, 2 al.); exempla e Graecis affert *Passow* II, p. 2631, col. 2. — 8) ὡς praefigitur adjectivis et adverbiis ita, ut respondeat latino *quam*, nostro *wie* (ita inde ab Hom.); ὡς ὡραῖοι, Ro. 10, 15; adde 11, 33; ὡς ὁσίως, 1 Th. 2, 10 (Ps. 72, 1); *quantum fieri potest*, c. superlat., ὡς τάχιστα, *quam celerrime* (saepissime ap. profanos), Act. 17, 15; cf. *Viger* ed. Hermann, p. 562 et 852 s. *Passow* II, p. 2631 s.

II) ὡς, particula temporalis, *a*) *ut, quum;* nostr. *wie, da;* c. indicat., ὡς δὲ ἐπορεύοντο, Mt. 28, 9 t. vulg.; Mc. 9, 21. Lc. 1, 23. 41. 44. 2, 15. 39. 4, 25. 5, 4. 7, 12. 11, 1. 15, 25. 19, 5. 29. 22, 66. 23, 26. 24, 32. Jo. 2, 9. 23. 4, 1. 40. 6, 12. 16. 7, 10. 8, 7. 11, 6. 20. 29. 32 s. 18, 6. 20, 11. 21, 9. Act. 1, 10. 5, 24. 7, 23. 8, 36. 9, 23. 10, 7. 17. 25. 13, 25. 29. 14, 5. 16, 4. 10. 15. 17, 13. 18, 5. 19, 9. 21. 20, 14. 18. 21, 1. 12. 27. 22, 11. 25. 25, 14. 27, 1. 27. 28, 4 (Hom. Il. 1, 600. 2, 321. 3, 21. Hdt. 1, 65. 80. Xen. cyr. 1, 4, 4. 8. 20; saepe in apocrr. V. Ti., maxime in 1 Macc. libro; cf. *Wahl* Clav. apocrr. V. Ti. p. 507 s.). — *b*) *dum, quando*, Lc. 20, 37; *eo tempore quo* i. q. *quamdiu*, Jo. 12, 35 *Lchm. Tdf. Trg.;* Lc. 12, 58. Gal. 6, 10. — *c*) ὡς ἄν, *ut primum, simulatque* (*sobald als*); c. conj. praes., Ro. 15, 24; c. conj. aor. 2 vim latini futuri exacti habente, 1 Co. 11, 34. Phil. 2, 23.

III) ὡς, particula finalis, *ut*, germ. *um zu;* sq. inf. Act. 20, 24 (3 Macc. 1, 2. 4 Macc. 14, 1); ὡς ἔπος εἰπεῖν, *ut ita dicam* (v. supra p. 124, col. 2) Heb. 7, 9.

IV) ὡς particula consecutiva, *ita ut* (*so dass*); ita ex rariore usu c. indicativo (Hdt. 1, 163. 2, 135; *Win*. p. 431), Heb. 3, 11. 4, 3 (hebr. אֲשֶׁר, Ps. 95, 11).

ὡσαννά (vox e Ps. 118, 25 repetita: הוֹשִׁיעָה נָּא, i. e. salutem affer, precor, germ. *hilf doch*, LXX σῶσον δή), *hosanna; propitius sis;* Mt. 21, 9. Mc. 11, 9 s. Jo. 12, 13; add. τῷ υἱῷ Δαυΐδ, propitius sis Messiae; Mt. 21, 9. 15.*

ὡςαύτως (ὥς, αὔτως), adv., *eodem modo; itidem;* postponitur verbo, Mt. 20, 5. 21, 30. 36; anteponitur, Mc. 14, 31. (Lc. 13, 3 t. vulg. *Grsb.* vs. 5 *Tdf. Trg.*); Ro. 8, 26. 1 Tim. 5, 25. Tit. 2, 6; ut persaepe ap. Graecos verbum ex antecedentibus repetendum lectori relinquitur, Mt. 25, 17. Mc. 12, 21. Lc. 20, 31. 22, 20. 1 Co. 11, 25. 1 Tim. 2, 9 (sc. βούλομαι, cf. vs. 8); 3, 8 (sc. δεῖ, cf. vs. 7); vs. 11. Tit. 2, 3 (sc. πρέπει εἶναι).*

ὡςεί (ὡς, εἰ), adv., inde ab Hom., pr. *ut si*, i. e. *a*) *quasi, veluti, instar;* Mt. 3, 16. 9, 36. (Lc. 3, 22 t. vulg. *Grsb.*) Act. 2, 3. 6, 15. 9, 18. (Ro. 6, 13 *Lchm. Tdf. Trg.*) Heb. 1, 12; praeterea in t. vulg. Mc. 1, 10. Jo. 1, 32; γίνεσθαι ὡςεί, Mt. 28, 4 t. vulg. *Grsb.;* Mc. 9, 26. Lc. 22, 44; εἶναι ὡςεί, Mt. 28, 3 atque in t. vulg. locis Heb. 11, 12. Ap. 1, 14; φαίνεσθαι ὡςεί τι, speciem referre alicujus rei, Lc. 24. 11. — *b*) *circiter, fere; α*) ante numeralia, Mt. 14, 21. Lc. 1, 56. 3, 23. 9, 14. 28. 22, 41. 59. 23, 44. Jo. 6, 10 (quo l. *Tdf. Trg.* ὡς). Act. 2, 41. 4, 4. 10, 3. 19, 7; praeterea in t. vulg. Mc. 6, 44; t. vulg. et *Grsb.* Jo. 4, 6. 19, 14. 39. Act. 5, 36; ap. *Lchm.* Jo. 6, 19 (Judd. 3, 29. Neh. 7, 66. Xen. h. g. 1, 2, 9. 2, 4, 25). — *β*) ante notationem mensurae spatii; ὡςεὶ λίθου βολήν, Lc. 22, 41.*

Ὡσηέ (הוֹשֵׁעַ, liberatio), ὁ, *Hosea*, notissimus Hebraeorum propheta, Jesaiae aequalis, filius Beeri (Hos. 1, 1 s.); Ro. 9, 25.*

ὥςπερ (ex ὡς et partic. enclit. πέρ, quae „vim eam, quam habet ὡς, usitato more auget atque effert“, *Klotz* ad Dev. II, p. 768; germ. propr. *ganz wie*, *wie ja*; v. supra in πέρ), adv., *sicut, quemadmodum; a*) c. verbo finito atque in protasi ita collocatur, ut in apodosi sequatur οὕτως vel οὕτω καί, Mt. 12, 40. 13, 40. 24, 27. 37 s. (vs. 38 ὡς, *Lchm. Tdf. Trg*); Lc. 17, 24. Jo. 5, 21. 16. Ro. 5, 19. 21. 6, 4. 19. 11, 30 s. 1 Co. 11, 12. 15, 22. 16, 1. (2 Co. 1, 7 t. vulg. *Grsb.*) Gal. 4, 29, Eph. 5, 24. Jac. 2, 26; ὥςπερ--καί (v. in ὡς, I, 1), 2 Co. 8, 7; εὐλογίαν ἑτοίμην οὕτως ὡς.., beneficium ita paratum ut..; 2 Co. 9, 5; deest apodosis voculae οὕτως usu inferenda, Ro. 5, 12 (ubi Paulum ea quae vs. 13 s. ad comprobandam enuntiati πάντες ἥμαρτον veritatem adjecit, ab addenda apodosi abduxerunt, quae, ut quam accuratissime verbis protaseos responderet, ita conformanda erat: οὕτω καὶ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ δικαιοσύνη εἰς τὸν κόσμον εἰςῆλθε καὶ διὰ τῆς δικαιοσυνης ἡ ζωή, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ἡ ζωὴ διελεύσεται, ἐφ' ᾧ πάντες δικαιωθήσονται, quam sententiam aliâ formâ vs. 15 ss. exponit); Mt. 25, 14 (ubi longior parabolae expositio effecit, ut scriptor ejus, quae initio orationis ei observata erat, apodoseos oblivisceretur). — *b*) ita ponitur, ut verbis praecedentibus adhaereat, Mt. 5, 48 (*Lchm. Tdf. Trg.* ὡς); 6, 2. 5 (*Lchm. Tdf. Trg.* ὡς); vs. 7. 16 (*Lchm. Tdf. Trg.* ὡς); 20, 28. 25, 32. Act. 3, 17. 11, 15. 1 Co. 8, 5. 1 Th. 5, 3. Heb. 4, 10. 7, 27. 9, 25. Ap. 10, 3; ὥςπερ γέγραπται, 1 Co. 10, 7 *Lchm. Tdf. Trg.;* εἰμὶ ὡςπερ τις, *sum e genere alicujus* (non est prorsus i. q. ὡς s. ὡςεί τις, quod est *similis alicui*), Lc. 18, 11; γίνομαι, Act. 2, 2 (genit. non videtur esse explicandus ex omissione vocabuli ἦχος, sed sunt potius genitivi absoluti: *sicut quum flat vehemens ventus*, i. e. *sicut sonitus fit, quando vehementior flat ventus*); ἔστι μοί τις ὥςπερ τις, *eodem a me habetur aliquis numero quo..*, Mt. 18, 17.*

ὡςπερεί (ὡςπερ, εἰ), adv., inde ab Aeschl., *velut, quasi;* 1 Co. 15, 8.*

ὥςτε (ex ὡς et enclit. τέ), conjunctio consecutiva, inde ab Hom., cf. *Klotz* ad Dev. II, p. 770 ss. *Win.* p. 282; 1) *ita ut* (*so dass*); *a*) c. infin. (et acc. c. infin.); praecedente demonstrativo οὕτως, Act. 14, 1; τοσοῦτος, Mt. 15, 33 (tot panes, ut satient tantam multitudinem); nullo praecedente demonstrat. (ubi accuratius definit magnitudinem, ambitum vel quantitatem), Mt. 8, 24. 28. 12, 22. 13, 2. 32. 54. 15, 31. 27, 14. Mc. 1, 27. 45. 2, 2. 12. 3, 10. 20. 4, 1. 32. 37. 9, 26. 15, 5. Lc. 5, 7. 12, 1. Act. 1, 19. 5, 15. 15, 39. 16, 26. 19, 10. 12. 16. Ro. 7, 6. 15, 19. 1 Co. 1, 7. 5, 1. 13, 2. 2 Co. 1, 8. 2, 7. 3, 7. 7, 7. Phil. 1, 13. 1 Th. 1, 7 s. 2 Th. 1, 4. 2, 4. Heb. 13, 6. 1 Pet. 1, 21; dicitur etiam de *eventu spectato* (*vom beabsichtigten Erfolg*), ut sit i. q. *eo consilio, ut..; eum in finem, ut..;* (*um zu*); Mt. 10, 1. 24, 24. 27, 1. Lc. 4, 29 (ubi t. vulg. εἰς τό); 9, 52 et ap. *Lchm. Tdf. Trg.* 20, 20 (1 Macc. 1, 49. 4, 2. 28. 10, 3. 2 Macc 2, 6. Thuc. 4, 23. Xen. Cyr. 3, 2, 16. Jos. antt. 13, 5, 10. Eus. h. e. 3, 28, 3); cf. *Win.* p. 298 s. *Bttm.* ntl. Gr. p. 210. — *b*) *ita ut*, c. indicat., Gal. 2, 13 et saepe ap. profanos; praeced. οὕτως, Jo. 3, 16. — 2) *itaque, quocirca;* c. indicativo (cf. *Passow* II, p. 2639, col. 2); Mt. 12, 12. 19, 6. 23, 31. Mc. 2, 28. 10, 8. Ro. 7, 4. 12. 13, 2. 1 Co. 3, 7. 7, 38. 11, 27. 14, 22. 2 Co. 4, 12. 5, 16 s. Gal. 3, 9. 24. 4, 7. 16; semel c. conjunctivo exhortante, 1 Co. 5, 8; — ante imperativos, 1 Co. 3, 21. 10, 12. 11, 33. 14, 39. 15, 58. Phil. 2, 12. 4, 1. 1 Th. 4, 18. Jac. 1, 19. 1 Pet. 4, 19.*

ὠτάριον, ίου, τό (deminutiv. nominis οὖς, ὠτός, v. supra in γυναικάριον) i. q. ὠτίον (q. v.), *auris;* Mc. 14, 47. *Lchm. Tdf. Trg.;* Jo. 18, 10 *Tdf. Trg.* (Anthol. 11, 75, 2. Anaxandrites ap. Athen. p. 95 c.)*

ὠτίον, ίου, τό (demin. nominis οὖς, ὠτός, sed sublata deminutionis notione, nam „plerisque corporis partibus vulgaris dialectus formam deminutivam tribuit, ut τὰ ῥίνια, nares, τὸ ὀμμάτιον, στηθίδιον, χελύνιον, σαρκίον, corpus“, *Lob.* ad Phryn. p. 211 s), nomen fatiscentis graecitatis, *auris;* Mt. 26, 51. Mc. 14, 47. Lc. 22, 51. Jo. 18, 10, 26; locis Mc. 14, 47. Jo. 18, 10 c. lect. var. ὠτάριον, q. v. (LXX pro אֹזֶן, Deut. 15, 17. 1 Sam. 9, 15. 20, 2. 13. 2 Sam. 22, 45. Jes. 50, 4. Am. 3, 12.)*

ὠφέλεια, ας, ἡ (ὠφελής), inde ab Hdt., *utilitas, commodum;* Ro. 3, 1; τῆς ὠφελείας χάριν (Pol. 3, 82, 8), Jud. vs. 16 (Job. 22, 3. Ps. 30, 10).*

ὠφελέω, ῶ, f. ήσω, aor. 1. ὠφέλησα, aor. 1. pass. ὠφελήθην, fut. 1. pass. ὠφεληθήσομαι (Mt. 16, 26 *Lchm Tdf. Trg.*), (ὄφελος), inde ab Aeschl. et Hdt., LXX pro הוֹעִיל, — *juvo, utilis sum, prosum;* absol. Ro. 2, 25; c. accus. οὐδέν, *nihil proficio*, Mt. 27, 24. Jo. 6, 63. 12, 19; τινά, *juvo aliquem, prosum alicui*, Heb. 4, 2; τινά τι, *juvo aliquem in aliqua re* (ita inde ab Hdt. 3, 126); οὐδέν τινα, 1 Co. 14, 6. Gal. 5, 2; τί ὠφελήσει ἄνθρωπον, ἐάν..; quid commodi praebebit homini, si..? Mc. 8, 36; pass. ὠφελοῦμαι *juvor, utilitatem percipio*, Heb. 13, 9; c. accus. μηδέν, Mc. 5, 26; οὐδέν, 1 Co. 13, 3; c. accus. interrog. τί, Mt. 16, 26. Lc. 9, 25; τί ἔκ τινος (gen. pers.), juvor ab aliquo beneficio, Mt. 15, 5. Mc. 7, 11.*

ὠφέλιμος, ον (ὠφελέω), *utilis;* τινί, (dat. comm.), Tit. 3, 8; πρός τι (Plat. de rep. 10, p. 607. d), 1 Tim 4, 8. 2 Tim 3, 16.

# CORRIGENDA ET ADDENDA.

Ante omnia notandum est, me non, ut per errorem in indice librorum ad conficiendum hoc lexicon adhibitorum indicatur, *sexta*, sed *septima Wineri* grammatices editione (Lips. 1867) usum esse.

*ἀγαθός*, lin. 31 lege Sir. 7, 13.
lin. 51 - Lc. 18, 19.
*ἀγενεαλόγητος*, lin. 2 lege 7, 3.
p. 5, col. 1, lin. 11 s. inde a fine dele „*χεῖρες* - - 1 Tim. 2. 8.“
lin. 7 - - lege Ap. 3, 7.
*ἁγνισμός*, lin. 2 lege נֵזֶר pro נֶזֶר
*ἀγωγή*, lin. 7 lege 3, 10. pro 2, 10.
*ἀδελφὸς*, lin. 5 lege Mc. 6, pro 11.
*ἀδόκιμος*, lin. 7 lege 28 pro 25.
*ἀθῷος*, lin. 3 lege 27, 25 pro 27, 5.
*ἀκάνθινος*, lin. 1 lege *ἀμαράντινος*.
*ἀκοή*, lin. 3 lege 17. pro 7.
p. 15, col. 1. lin. 25 lege Mc. pro Mt.
- — col. 2. lin. 26 l. depascens pro despascens.
*ἀληθινός*, lin. 19 lege Ap. 3, 14.
*ἁλίζω*, lin. 6 et 13 lege 49 pro 45.
*ἄλογος*, lin. 4 lege 27 pro 17.
*ἅλυσις*, lin. 3 inde a fine l. 16 pro 6.
*ἀνάθημα*, lin. 4 l. Plat. pro Plut.
*ἀναπαύω*, lin. 14 pone Mc. ante 14, 41
*Ἀντίπας*, lin. 5 adde: Mentioni de viri martyrio *Frncs. Görres* in Zeitschr. f. wissenschaftl. Theol. 1878, p. 257 ff. rationibus ad persuadendum invalidis fidem abjudicare studet.*
*ἄνωθεν*, lin. 10 l. 3, 3. 7 pro 3, 8.
*ἀπιστία*, lin. 5 lege 3, 19. pro 2, 19.
*ἀπολύτρωσις*, lin. 3 lege 21, 8 pro 31, 8.
*ἀποπλύνω*, lin. 3 ante 6, 95 pone Od.
p. 49, col. 2, lin. 5 lege 13, 18 pro 13, 8.
*ἀρχαῖος*, lin. penult. l. 2 Co. pro 1 Co.
*ἀρχιερατικός*. Phrasis *ἱερατικὸν γένος* (Act. 4, 6) exstat etiam Corp. inscrr. graec. n. 4363.
*ἀρχισυνάγωγος*. Hoc vocabulum notante *Schürer* (Theol. Lit.-Zeit. 1878, p. 5) legitur Corp. inscrr. graec. n. 2007 f. [in Addendis T. II, p. 994]. n. 2221c. (T. II, p. 1031). n. 9894. 9906. *Mommsen* Inscr. regni neap. n. 3657. Vita Alex. Sever. c, 28. Vopisc. Vita Saturnin. c. 8. Codex Theodos. 16, 8, 4. 13. 14 atque in ecclesiasticis scriptis Act. Pilati in Evv. apocr. e II. *Tdfii* ed. p. 221. 270. 275. 284. Justin. dial. c. Tr. c. 137. Epiph. haer. 30, 18. Euseb. h. e. 7, 10, 4.
*ἄρχω*, lin. 7 inde a fine l. Mc. pro Mt.
p. 54, col. 1, lin. ultima l. 12, 22 pro 1, 27,
*αὐτοκατάκριτος*, lin. 2 dele voculam „non.“
*βαρύς*, lin. 7 lege *αἰτιώματα*.
*βαρύτιμος*, lin. 2 post 26, 7 adde t. vulg. *Grsb. Trg.*
p. 67, lin. 5 inde a fine lege *βασίλισσα, ης,*
*βιάζω*, lin. 6 a fine l. 1, 63 pro 1, 6.
*Βοανεργές*, lin. 2 l. tonitrus.
p. 74, col. 2, lin. 1 lege 1 Macc. 5,
*γεννάω*, lin. 7 ante 16, 21 adde Jo.
*γνωστός*, lin. antepenult. pro 88 lege 87 [88], 9. 19.
*δαιμόνιον*, lin. 32 lege Jo. 7, 20. 8, 48 f.
p. 87, lin. 16 lege *δεκαδύο*.
- — Inter *δεκαδύο* et *δεκαπέντε* pone *δεκαοκτώ*, octodecim; Lc. 13, 4. 11 Tdf.*
p. 93, lin. 13 lege Lev. pro Lc.
p. 94, post lin. 23 interpone: *δια-καθαίρω*, infin. aor. 1. *διακαθᾶραι*, Lc. 3, 17 *Tdf.* i. q. *διακαθαρίζω*, q. v.*
*διάκρισις*, lin. 3 lege *καὶ κακοῦ*, Heb. 5, 14.
*διαταγή*, lin. 8 post „recipere“ adde Act. 7, 53.
*διατρίβω*, lin. ult. lege Od. 2,
*δίκαιος*, lin. 21 lege Mt. 9, pro Mc. 9.
p. 104, col. 2, lin. 4 l. *δίλογος*.
*διότι*, lin. 6 lege Act. 10, 20 t. vulg. *Grsb.* pro 10, 28.
*δόγμα*, lin. 16 post „praeceptis“ adde Col. 2, 14;
*δυνάστης*, lin. 5 lege 50, pro 15.
*Ἑβραῖος*, lin. 9 l. 14, 13 pro 14, 3.
— lin. 14 lege 3, 5 pro 3, 2.
*ἐγκαινίζω*, lin. 4 in fine l. 20, pro 26.
*ἐγκομβόομαι*, lin. 3 initio l. *σασθε* pro *σατε*.
*ἔθος*, lin. ult. lege 14 pro 3.
p. 129, col. 1, lin. 44 l. 1 Tim. pro 2 Tim.
p. 130, col. lin. ult. lege 14, 14 pro 2, 24.
*εἰσπορεύομαι*, lin. 2 l. Eur. pro Soph.
p. 131, lin. 12 lege Mt. 8, 28. 27,
- — lin. 29 lege Mt. 26,
p. 133, lin. 3 lege 4, 502 pro 402.
*ἐκβάλλω*, lin. 32 l. Mc. 1, pro Mt. 1,
*ἐκλεκτός*, lin. 7 l. Jes. 65 pro Jes. 45.
*ἐκμυκτηρίζω*, lin. 3 lege 4 Reg. pro 2 Sam.
p. 156, col. 1, lin. 7 et 8 lege *ἔνεστι, πάρεστι, ἄνεστι.*
p. 167, col. 2, lin. 5 et 6 inde a fine l. מְהֵר pro מַהֵר
*Ἰησοῦς*, lin. 2 l. יֵשׁוּעַ pro יֵשׁוּע
p. 232, col. lin. 18 s. lege *καταλλαγήτω*.
p. 267, col. 2, lin. 2 l. שְׁרָא pro שָׂרָא
*πείθω*, lin. 7 inde a fine post Phil. 3, 3. 4 interpone: *ἐν κυρίῳ* sq. *ὅτι*, 2, 24;
p. 356, col. 1 lin. 7 post Gal. 3, 20 adde Eph. 1, 19.
- — col. 2 lin. 3 inde a fine post 1 Co. adde 12, 9.
p. 356, col. 2, lin. 4 inde a fine interpone Ro. 3, 27 (de q. l. v. in *νόμος*, p. 297, col. 2) et adde Ro. 4, 20.
ibid. lin. 3 s. adde locos 1 Co. 12, 9. 2 Co. 8, 7.
p. 357, col. 1. lin. 5 dele 12, 9.
p. 419, col. 2 lin. 18 l. *δύο* pro *δύω*.
*τόπος*, lin. 1 dele comma post voc. aequalibus
p. 436, col. 1. lin. lege gehenna pro geheneo.
*υἱοθεσία*, lin. l. recepto pro recento

Ceterum doleo, id quod impedire non potui, non paucis locis et hebraea puncta et graecos accentus spiritusque e typothetarum formis excidisse neque duodetricesimam plagulam, antequam prelo subiiceretur, inspiciendi potestatem concessam mihi fuisse.

---

LIPSIAE, IMPR. HUNDERTSTUND & PRIES.